LOCI COMMVNES SEV LIBRI AVREORVM EX SENECA FACTI, DIONYSIO GOTHOFREDO I. C. AVTHORE.

DE RE THEOLOGICA, SEV rerum diuinarum Liber.

DE DEO.

An sit Deus? Deum esse docet consensu omnium gentium.

APVD nos veritatis argumentum est, aliquid omnibus videri tanquam deus esse, inter alia hoc colligimus, quod omnibus de dijs opinio insita est, nec vlla gẽs vsquam est adeo extra leges, moresque proiecta, vt non aliquos deos credat. *epistol.* 118.

Ima & earum sensu.

Nullus tam miser, tam neglectus, tam duro fato & in pœnam genitus, qui non Deorum munificentiam sentiat. 4 *de benef.* 4.

Miracula.

Nemo vsque eo tardus & hebes, & demissus in terram est vt ad diuina non erigatur ac tota mente consurgat: vtique vbi nouum aliquod è cœlo miraculum fulsit 7. *nat. quæst.* 1.

Oracula

Oraculum, voluntas diuina hominis ore enunciata. 1. *Controuers. in proœm.*

Philosophiæ præceptis.

Siue nos inexorabili lege fata constringunt, siue arbiter Deus vniuersi cuncta disponit, siue casus res humanas sine ordine impellit & iactat, philosophia nos tueri debet. *epist* 16

Philosophia docet, vt sequaris Deum, feras casum *epist* 16.

Cultu ipso, siue religioso, siue superstitioso.

Religio Deos colit, superstitio violat 2. *de clem* 5.

Superstitio error insanus est, amandos timet: quos colit, violat. Quid enim interest vtrum Deos neges, an infames? *epist* 124.

Politica cautione.

Ad coercendos animos imperitorum, sapientissimi viri iudicauerunt ineuitabilem metum, vt supra nos aliquid timeremus vtile erat in tanta audacia scelerum aliquid esse, aduersus quod nemo sibi satis potens videretur 2. *natural.* 42.

De Deo multa apud homines ignorari, & quomodo ea ignorentur.

Nemo nescit Deum: multi de illo male existimant & impune. *epistol* 31.

Quam multa per secreta eunt, nunquam humanis oculis orientia? Neque enim omnia Deus humanis oculis nota facit. *natural. quæstion* 30

Multa cognata numini summo & vicinam sortita potentiam obscura sunt, aut fortasse (quod magis miraris) oculos nostros & implent & effugiunt: siue illis tanta subtilitas est, quantum consequi acies humana non possit, siue in sanctiore secessu maiestas tanta deliteat, & regnum suum, id est, se regit: nec vlli nisi a… tum dat sine animo. Quid sit hoc, sine quo nihil est, scire non possumus, miramur si quos igniculos parum nouimus, cum maxima pars mundi Deus lateat 7. *natural* 31.

Non semel quædam sacra traduntur. Eleusina seruat quod ostendat reuisentibus Rerum natura sacra non sua simul tradit. initiatos nos credimus, in vestibulo eius hæremus Illa arcana non promiscue nec omnibus patent, reducta & in interiore sacrario clausa sunt 7. *natural.* 31.

Quid sit Deus.

Quid est Deus? Mens vniuersi. Quid est Deus? quod vides totum & quod non vides totum Sic demum magnitudo sua illi redditur, quia nihil maius excogitari potest, si solus est omnia: opus suum & extra & intra tenet Quid ergo interest inter naturam Dei & nostram? Nostri pars melior, animus est: in illo nulla pars extra animum, totus ratio est *nat. proœm.*

De appellationibus & nominibus Dei variis.

Tot appellationes Dei, quot munera 4. *de beneficiis,* 7.

Ne hoc quidem crediderunt, Iouem esse qualem in Capitolio, & in cæteris ædibus videmus mittere manu fulmina, sed eundem quem nos Iouem intelligunt, custodem, rectorem vniuersi, animum ac spiritum, mundani huius operis dominum & artificem cui nomen omne conuenit: Vis illum *fatum* vocare? non errabis Hic est ex quo suspensa sunt omnia, ex quo sunt omnes causæ causarum Vis illum *prouidentiam* dicere? recte dices Est enim, cuius consilio huic mundo prouidetur, vt inconcussus eat, & actus suos explicet. Vis illum *naturam* vocare? non peccabis Est enim, ex quo nata sunt omnia, cuius spiritu viuimus. Vis illum vocare *mundum*? non falleris Ipse enim est totum quod vides, totus suis partibus inditus, & se sustinens vi sua Idem & Hetruscis visum est: & ideo fulmina a Ioue mitti dixerũt, quia sine illo nihil geritur 2. *nat. quæst* 45

Natura, fatum, fortuna omnia eiusdem Dei nomina sunt, varie vtentis sua potestate 4. *de benef.* 8.

Quid aliud *natura* quam Deus, & diuina ratio toti mundo & partibus eius inserta? 4 *de benef* 7.

Natura non sine Deo est, nec Deus sine natura. 4 *de benef.* 8

Id actum est, mihi crede, ab illo quisquis formator vniuersi fuit siue ille *Deus* est potens omnium, siue incorporalis *ratio* ingentium operum artifex, siue diuinus *spiritus* per omnia maxima ac minima æquali intentione diffusus, siue fatum & mutabilis causarum inter se cohærẽtium congeries id, inquam, factum est vt in alienum arbitrium, nisi vilissima quæque non caderent *ad Ali.* 8 *in fin.*

inter Deum & homines quæ societas sit.

Totum hoc quo continemur & vnum est, & Deus, & socij eius sumus & membra, *epist* 93.

Quæstiones variæ de Deo.

Equidem tunc naturæ rerum gratias ago, cum illam non ab hac parte video quæ publica est, sed cum secretiora eius

Senec.

intraui: cum disco, quæ vniuersi materia sit, quis autor sit, aut custos: quid sit Deus, totus in se intendat, an ad nos aliquando respiciat: faciat quotidie aliquid, an semel fecerit: pars mundi sit, an mundus: liceat illi hodieque decernere, & ex lege fatorum aliquid derogare an maiestatis diminutio sit, & confessio erroris, mutanda fecisse. Necesse est enim ei eadem placere, cui nisi optima placere non possunt Nec ob hoc minus liber & potens est ipse enim est necessitas sua Nisi ad hæc admitterer, non fuerat operæpretium nasci. *1 nat. quæst in præfat 1.*

Quam vtile existimas, ista cognoscere & rebus terminos ponere, quantum Deus possit naturam ipse sibi formet, in dat. vtrum idæa prius materiæ superuenit, an materia idææ: Deus quicquid vult efficiat, an in multis rebus illum tractanda destituant, & à magno artifice praua formentur multa: non quia cessat ars, sed quia id in quo exercetur, sæpe inobsequens arti est Hæc inspicere, hæc discere, his incumbere, non ne transilire est mortalitatem suam, & in meliorem transcribi sortem? quid tibi, inquis, ista proderunt? si nihil aliud, hoc certe sciam, omnia esse angusta versus Deum *nat. proœm.*

Deus ante Mundum quid fecerit, quidve mundo finem sortito facturus sit.

Talis futura est vita sapientis, si sine amicis relinquatur in custodiam coniectus, vel in aliqua gente aliena destitutus, vel in nauigatione longa retentus aut in desertum institus eiectus, *qualis est Iouis*, cum resoluto mundo & dijs in vnum confusis, paulisper cessante natura acquiescit sibi cogitationib suis traditus Tale quiddam sapiens facit, in se reconditur, sic eum est. *epist 9*

Deum sub nullo esse

Immortalia tutore non egent *epist 59*

Diuina ratio omnib præposita est, ipsa sub nullo est *ep. 93.*

Deus prima causa & author omnium.

Deus est prima omnium, causa, ea qua cætera pendent. 4 *de benef. 7.*

Dij omnium rerum optimi autores. 7 *de ben f. 31.*

Dei virtus & bonitas.

Dij immortales nullam didicere virtutem, cum omni editi, & pars naturæ eorum est, esse bonos, *ep. 96.*

De vita beata.

Dijs immortalibus solis & virtus & beata vita contingit, nobis vmbra quædam bonorum ac similitudo accedimus ad illa non peruenimus Ratio vero dijs hominibusque communis Hæc in illis consummata est, in nobis consummabilis *epist 93.*

Gaudium quod *Deos* Deorumque æmulos sequitur, non interrumpitur *epist 60.*

Deo nihil noxium esse.

Nulla mortalitas cum exceptione est, nec quicquam nonium æterno est *epist 58*

Alexãder sagitta ictus, Omnes, inquit, iurãt me esse Iouis filium, sed vulnus hoc hominem me esse clamat *epist. 60.*

Deo nihil diuinius.

Nihil diuino diuinius, cœlesti cœlestius *epist. 67.*

Dei omnia esse.

Ingentis spiritus res est, emittere hanc Dei vocem, Hæc omnia mea sunt. 7 *de benef 3.*

Omnia *deorum* sunt: tamen dijs posuimus donum & stipem iecimus 7 *de benef 4 in fin.*

Omnia deorum sunt, sed non omnia dijs dicata 7. *de beneficijs 7*

Deum nihil ignorare, & eius summa in rebus creatis prouidentia probari.

Dij non possunt videri nescisse, quid effecturi essent, cum omnibus alimenta protinus & alia prouiderint. 6. *de benef 23.*

Nihil Deo clausum est *epist. 84*

Dei prouidentia omnia facta esse.

Cogitauit nos ante natura, quam fecit, 6. *de beneficijs 23*

Dei voluntas in res creatas, pro lege est.

Sua *Dijs* in legem æterna voluntas est Statuerunt quæ non mutarent *& post* Nunquam primi consilij Deos pœnitet *& post* Sed non ideo quia vis sua in proposito omnia tenet, ex imbecillitate permanent, sed quia non licet ab optimis aberrare, & sic ire decretum est. 6. *de beneficijs 23.*

De fato & quid fatum.

Quid intelligis fatum? Existimo necessitatem rerum omnium, actionumque quam nulla vis rumpat. 1. *nat. quæst. 36.*

Fatum nihil aliud, quam series implexa causarum. 4 *de benef. 7.*

Fati prima lex, stare decreto Dei.

Quemadmodum rapidorum aqua torrentium in se non recurrit, nec moratur quidem, quia priorem superueniens præcipitat: sic ordinem *fati* æterna series regit, cuius hæc prima lex, stare decreto. 2 *natural. quæst 35.*

Fato omnes obnoxij citra ordinem ætatis.

Neminem illæsum fata transmittunt. *de remed. fort. in Excerptis.*

Non est idem ordo fati, qui & ætatis: non quomodo quisque venit, emittitur, *de remed fort. in Excerptis.*

Et adolescentes & impuberes, eadem fati necessitas ducit. *de remed fortun. in Excerptis.*

Fatum Deus non mutat, quia semel iussit.

Fatum fulmine mutari non potest. 2 *nat. quæst 35.*

Ille ipse omnium cõditor ac rector scripsit quidem fata, sed sequitur. semper paret, semel iussit. *de prouid. diuin. 7.*

Fato diuino neque liberum arbitrium: neque expiationes, neque aut vota aut preces tolli.

Fato hoc quoque comprehensum vt vtique fiant vota, ideo fient Fatum est, vt hic disertus sit, sed si literas didicerit, ab eodem fato continetur, vt literas discat, ideo discet. Hic diues erit, sed si nauigauerit, ac in illo fati ordine, quo patrimonium grande illi promittis, hoc quoque protinus fatum est, vt nauiget, ideo nauigabit. Idem dico tibi de expiationibus. Effugiet pericula, si expiauerit prædictas diuinitus minas, at hoc quoque in fato est, vt expiet, ideo expiabit Ista nobis opponi solent vt probetur nihil voluntati nostræ relictum, & omne ius fato traditũ, dicam quemadmodum manente fato, aliquid sit in hominis arbitrio. Nunc vero id de quo agis explicaui, quomodo si fati certus est ordo, expiationes propitiationesque pericula prodigiorum euertant: quia cum fato non pugnant, sed in ipsa lege data sunt Quid ergo, inquis, aruspex mihi prodest? Vtique enim expiare mihi non suadẽte illo necesse est? hoc prodest quod fati minister est sic cum sanitas esse videatur de fato, debetur & medico quia ad nos beneficium fati per huius manus venit. 2. *natural. 37.*

Existimamus vota proficere salua vi ac potestate fatorum, quædam enim à dijs immortalibus, ita suspensa relicta sunt, vt in bonum vertant si admotæ dijs preces fuerint, si vota suscepta Ita non est hoc contra fatum, sed ipsum quoque in fato est. 2. *nat. 37.*

Fato etiam inanimata subijci.

Non homines tantum, qui breuis & caduca res nascimur, vrbes oræque terrarum & littora, & ipsum mare in seruitutem *fati* venit 6 *natural. quæst 1.*

Deus agens in exteriora à se non recedit.

Mundus quoque cuncta complectens rectorque vniuersi Deus, in exteriora quidem tendit, sed tamen in totum vndique in se redit. *de beat. vita 8.*

Deo quis finis sit in agendo.

Dij quodcunque faciunt, in eo nihil præter ipsam faciendi rationem sequuntur 4. *de benef 25.*

Dei sententia cur non mutetur.

Sapientis viri sententiam negatis posse mutari. Tanto magis Dei: cum sapiens quid sit optimum in præsentia sciat, illius diuinati omne præsens sit. 2. *nat. quæst.*

Dei potentia.

Deus ille maximus potentissimusque vehit omnia. *epist. 31.*

Dei regnum inerme.

Dij immortales regnum inermes regunt. 7. *de beneficijs 3.*

Dei ad materiam mundi quæ sit ratio.

Vniuersa ex materia & Deo constat Deus ista temperat, quæ circumfusa rectorem sequuntur & ducem Potentius est enim quod facit quod est Deus, quam materia patiens Dei Quem in hoc mundo Deus locum obtinet, hunc in homine animus. quod est illic materia, id in nobis corpus est. *epist. 66.*

Deus implet omnia.

Quocumque te flexeris, ibi illum videbis occurrentem tibi. Nihil ab ipso vacat. Opus suum ipse Deus implet. 4. *de benef. 8.*

Dei opus homo.

Pars operis *diuini* sumus & nos. 6 *de benef. 23.*

Dei charitas erga homines.

Charissimos nos habuerunt dij immortales, habentque. 2. *de benef. 29.*

Dei gratia.

Dei gratia.

Gratuitos habemus deos 4. *de benef.* 55.

Dei munera perpetua, sine spe vtilitatis aut quodquam recipiendi & quo sinu Deo cum homine benefacit.

Dij munera sine intermissione diebus ac noctibus fundūt. 4. *de beneficijs* 3.

Nulla ex nobis vtilitas Deo speranda. 4. *de benef.* 3

Plurima beneficia ac maxima in nos Deus confert sine spe recipiendi 4. *de benef.* 8

Nulla Deo dandi beneficij causa est 4. *de benef.* 3.

Dei munera nobis proxima

Quicquid nobis bono futurum erat, Deus & parens noster in proximo posuit *epist.* 111.

Dei munera super iniustos & ingratos.

More optimorum parentum, qui maledictis suorum infantium arridens, non cessant Dij beneficia congerere, de beneficiorum auctore dubitantibus 7. *de benef.* 31

Dij quoque multa ingratis tribuunt 4. *de benef.* 28.

Et sceleratis sol oritur, & piratis maria patent. 4. *de beneficijs* 25.

Ne Deos quidem immortales ab hac tam effusa liberalitate sacrilegi, negligentesque eorum, deterrent. Vtuntur natura sua cunctanterque illos ipsos, munerum suorum malos interpretes, iuuant. Hos sequamur duces, quantum humana imbecillitas patitur. 2. *de benef.* 1.

Deus cur iniustis beneficia conferat.

Dij propter quibusdam bono ac benigno vultu mala magnifica tribuerunt, ad hoc vnum excusati, quod ista quæ vrunt, quæ excruciant optantibus data sunt *epist.* 22

Hoc est propositum Deo, quod sapienti viro, ostendere hæc quæ vulgus appetit, quæ reformidat, nec bona esse, nec mala *de prouident. diuin* 5

Nolite obsecro vos expauescere ista, quæ Dij immortales velut stimulos admouent animis, *de proud. diuin* 4.

Nullo modo magis potest Deus concupita traducere, quam si illa ad turpissimos defert, ab optimis abigit. *de prouid diuin.* 5.

Deus cur iustis ac suis & sue quos amat, munera sua interdum non conferat, sed eos agitet atque excruciet.

Patrium Deus habet aduersus bonos viros animum & illos fortius amat: & operibus, doloribus ac damnis exagitat, vt verum colligant robur. *de proud diuin* 2.

Deus quos amat, indurat, recognoscit, exercet. *de proud. diuin.* 4.

Digni visi sumus Deo, in quibus experiretur quantum humana natura posset pati *de proud. diuin* 4.

Magnus animus Deo pareat, & quicquid lex iubet, sine cunctatione patiatur aut in meliorem emittitur vitam lucidius tranquilliusque inter diuina mansurus, naturæ suæ miscebitur & reuertetur in totum. *epist.* 71.

Nullo melius nomine de nobis natura meruit, quam quum sciret quibus ærumnis nasceremur, calamitatum mollimentum consuetudinem inuenit, cito in familiaritatem grauissima adducens, *de tranq. vitæ* 10.

Ipsis Deus consulit, quos esse quam honestissimos cupit, quoties illis materiam præbet aliquid animose fortiterque faciendi *de diu prou.* 4

Quid mirum si dure generosos spiritus *Deus tentat?* nunquam virtutis molle documentum est. verberat nos & lacerat fortuna, patimur, non est sæuitia, certamen est. *de prou.* 4.

Ecce spectaculum dignum, ad quod respiciat intentus operi suo *Deus*: Ecce par Deo dignum, vir fortis vtique fiet prouocabit *de proude* 2.

Hanc rationem Dij sequuntur in bonis viris, quam in discipulis suis præceptores, qui plus laboris ab his exigunt, in quibus certior spes est *de proud* 4.

Hic est magnus animus qui se Deo tradidit: contra ille pusillus ac degener, qui obluctatur, & de ordine mūdi male existimat, & emendare mauult Deos quam se *epist* 108.

Deum munera hominibus largiri, contra quam Epicurus sentiat

Non dat Deus, inquit Epicurus, beneficia, sed securus & negligens nostri auersus à mundo aliud agit aut nihil agit, nec magis illum beneficia quam iniuriæ tangunt. Hoc qui dicit, non exaudit precantium voces & vndique sublatis ad cœlum manibus vota facientium priuata ac publica: quod profecto non fieret, nec in hunc furorem mortales consensissent alloquendi surda numina & inefficaces Deos, nisi nossent eorum beneficia nunc oblata, nunc orantibus data. 4. *de benef.* 4.

Senec.

Sine Deo nemo vir bonus: In vnoquoque viro bono Deum habitare.

Bonus vir sine Deo nemo est. An potest aliquis supra fortunam nisi ab illo adiutus exurgere? Ille dat cōsilia magnifica & recta. In vnoquoque virorum bonorum qui Deus, incertum est: habitat tamen Deus. *epist.* 41.

Deus artium semina nobis insita promouet.

Insita sunt nobis omnium ætatum, omniumque artium semina, magisterque ea occulto Deus producit ingenia. 4. *de benef.* 6.

Deus propitius liberis propter parentes & è contra, parentibus propter liberos

Deos verisimile est, vt alios indulgentius tractent, propter parentes auosque, alios propter futuram nepotum pronepotumque, ac longe sequentium posterum indolem. 4. *de benef.* 32.

Deus non semper punit parentum peccata in liberis

Quod si dij placabiles & æqui delicta potentium non statim fulminibus persequuntur: quanto æquius est hominem hominibus præpositum miti animo exercere imperium & cogitare vtrum mundi status gratior oculis, pulchriorque sit sereno & puro die, an cum fragoribus crebris omnia quatiuntur, & ignes hinc atque illinc micant. 1. *de clem.* 11.7.

Deus in nobis habitat.

Non sunt Dij fastidiosi, non inuidi: Admittunt & ascendentibus manum porrigunt miraris hominem ad Deos ire? Deus ad homines venit: imo quod propius est, in homines venit nulla sine Deo mens bona est. *epist.* 74.

Non sunt ad cœlum eleuandæ manus, nec exorandus æditus, vt nos ad aures simulachri, quasi magis exaudiri possimus, admittat. Prope est à te Deus, tecum est, intus, est *& post.* Bonus vir sine Deo nemo est. *& post* In vnoquoque virorum qui Deus incertum est, habitat tamen Deus. *epist.* 41.

Interest nobis Deus. *de proud* 1.

De genio cuiusque hominis.

Sepone in præsenti quæ quibusdam placent; vnicuique nostrum pædagogum *dari Deum*, non quidem ordinarium, sed hunc inferioris notæ ex horum numero quos Ouidius ait de plebe deos. Ita tamen hoc seponas volo, vt memineris, maiores nostros qui crediderunt hoc, Stoicos fuisse, singulis enim *genium* & Iunonem dederunt. *epist.* 111.

Omne bonum desursum à Deo.

Nulla sine Deo mens bona est. *epist.* 74.

Deus diligit suos etiam cum eos experitur.

Inter bonos viros ac *Deum* amicitia est, conciliante virtute: amicitiā dico, imo necessitudo, & similitudo quoniam quidem bonus discipulus eius æmulatorque & vera progenies, quem parens ille magnificus, virtutum non lenis exactor, sicut seueri patres durius educat. Itaque cum videris bonos viros acceptosque dijs laborare, sudare, per arduum conscendere, malos autem lasciuire & voluptatibus fluere, cogita filiorum nos modestia delectari, vernularum licentia: illos disciplina tristiori contineri, horum ali audacia. Idem tibi & Deo liqueat. Bonum virum in delitijs non habet, experitur, indurat, sibi illum præparat. *de prouid* 1.

Deum sequi & imitari debemus.

Vetus præceptum est, Deum sequere *de vita beata* 15.

Deos sequamur duces quantum humana imbecillitas patitur. 1. *de benef* 1

Optimum est, Deum quo autore cuncta proueniunt, sine murmuratione comitari *epist.* 108

Placeat homini quicquid Deo placuit *epist.* 75.

Dei imago quemadmodum nos simus. Homo ad imaginem Dei & quomodo

Hoc est quod Philosophia mihi promittit vt me parem Deo faciat, ad hoc inuitatus sum, ad hoc veni, fidem præsta *epist.* 49.

Virtus hominem dignum efficit, qui in consortium Dei veniat *Natural. proœmio.*

Parem Deo *pecunia* non faciet. Deus nihil habet. *Prætexta* non faciet, Deus nudus est. *Fama* non faciet, nec ostentatio tui & in populos nominis dimissa notitia. Nemo nouit Deum: multi de illo male existimant, & impune. *Non turba seruorum* lecticam tuam per itinera vrbana ac peregrina portantium, Deus ipse Maximus potentissimusque ipse vehit omnia. *Ne forma* quidem & vires bonum te facere possunt, nihil horum non patitur vetustatem. Quærendum est ergo quod non fiat in dies deterius, cui non melius posses obstare, quid hoc est? Animus: sed hic rectus, bonus

& magnus Quid aliud voces hunc, quam Deum in humano corpore hospitem? *& post.* Subsilite in cœlum ex angulo licet, exurge modo & te quoque dignum finge Deo. finges autem non auro, non argento. non potest ea hac materia imago exprimi similis. cogita illos cum propitij essent, fictiles fuisse *epist* 31.

Magnum & summum est *Deoque* vicinum, non conuti. *de tranquillitate secundo.*

Sapiens vicinus proximusque dijs consistit, excepta mortalitate similis Deo. *in sap. non cad. iniur.* 8.

Qui dat beneficia Deos imitatur, qui repetit, fœnerator est 3. *de beneficijs* 15

Nemo alius est deo dignus, quam qui opes contempsit. *epist* 18.

Vis tu relictis in quibus vinci te necesse est, dum in aliena niteris, ad bonum reuerti tuum? quod hoc est? animus scilicet emendatus ac purus, æmulator Dei, super humana se extollens, nihil extra se sui ponens, rationalis, animalis. *epist* 155.

Animus nisi purus an sanctus Deum non capit. *epist.* 88.

Deum interesse vita, cogitationibus, precibus & conscientiæ hominum.

Sic viuendum est, tanquam in conspectu viuamus: sic cogitandum, tanquam aliquis in pectus intimum inspicere possit, & potest. *epist.* 84.

Sic viue cum hominibus, tamquam Deus videat: sic loquere cum Deo, tanquam homines audiant. *epist.* 10.

Aliter *Deorum* numini subiecta vniuscuiusque conscientia, aliter nostræ æstimationi Nos tantum quæ fecisti palam vidimus, illi etiam quæ secreta sunt. 1. *controu* 2.

Id pactum est ab illo mundi conditore, qui nobis viuendi iura descripsit, vt salui essemus, non delicati. *epist.* 180.

Viri boni, erga Deum sunt quam maxime pij ac religiosi.

Virum bonum concedas necesse est summæ pietatis erga deos esse. Itaque quicquid illi accideri, æquo animo sustinebit. Sciet enim id accidisse lege diuina, qua vniuersa procedũt Quod si est, vnum illi bonum erit, quod honestum: in hoc enim positum est parere dijs, nec excandescere ad subita, nec deplorare sortem suam, sed patienter excipere fatum, & facere imperata *epist.* 77.

Egregie Aristoteles ait, nunquam nos verecundiores esse debere, quam cum de dijs agitur 7 *nat quæst* 30.

De vera religione & vero Dei cultu. & cur Deus ab homine sit colendus.

Deus colitur propter maiestatem eximiam, singularemque naturam 4. *de benef.* 19.

Quomodo Deus maximè sit colendus.

Diligentius Dij coluntur irati 8. *controu.* 1.

Dei verum cultum consistere in fide, honore, sanctitate vita, imitatione Dei, eiusque cognitione.

Primus est *Deorum* cultus, Deos credere: Deinde reddere illis maiestatem suam, reddere bonitatem, sine qua nulla maiestas: scire illos esse qui præsident, qui vniuersa vi sua temperant, qui humani generis tutelam gerunt, interim dum curiosi singulorum. hi nec dant malum nec habent. Cæterum castigant quosdam & coercent, & irrogant pœnas, & aliquando spe boni puniunt. vis Deos propitiare? bonus esto. Satis illos coluit quisquis imitatus est. *epist.* 96

Deum colit, qui nouit. *epist* 96.

De Oratione: & quæ nos Deum rogare oporteat.

Si vis esse fœlix Deos ora, ne quid tibi ex ijs quæ tibi optantur eueniat. non sunt ista bona quæ in te isti volunt congeri. *epist.* 31.

Tunc scito esse te omnibus cupiditatibus solutum, cum eo perueneris vt nihil *Deum* roges, nisi quod rogare possis palam. nunc enim quanta dementia est hominum, turpissima vota dijs insusurrant si quis admouerit aurem conticescent & quod scire hominem nolunt, Deo narrant Vide ergo, ne hoc præcipi salubriter possit, Sic viue cum hominibus, tanquam Deus videat, sic loquere cum hominibus, tanquam Deus audiat. *epist.* 10 *in fin.*

Deos vitam roga & salutem *epist* 118.

Audacter Deum roga, nil illum de alieno rogaturus. *epist.* 10.

Deos bona rogare oportet, mala deprecari rogare, vt promissa firmẽt, deprecari, vt remittãt minas. 2 *nat quæst.* 33.

Quid si gubernator à *dijs* tẽpestates, infestissimas, & procellas petat, vt gratior ars suo periculo fiat? quid si imperator deos oret, vt magna vis hostium circumfusa castris fossas subito impetu compleat & vallum trepidante exercitu conuellat & in ipsis portis infesta signa constituat, quo maiore cum gloria rebus lapsis profligatisque succurrat? omnes isti beneficia sua, detestabili via ducunt qui deos contra eum aduocant, cui ipsi affuturi sunt. 6 *de benef* 35. Pessimè cum eo agis, cuius a dijs noceri, a te succurri Iniquè cum ipsis Dijs. illis enim durissimas partes imponis, tibi humanas, vt tu prosis, dij nocebunt? *& post:* quicquid non efficis Dei munus est, iniuria vero quicquid optas. 6. *de benef.* 27. *in fin.*

Ex Nomentano meo te saluo & iubeo te habere mentem bonam, hoc est, propitios *Deos omnes*, quos dabit placatos & fauentes quisquis sibi se propitiauit. *epist.* 118.

Quid huic optes, nisi *Deos faciles epist* 103.

Vitam beatam inite, modo bonis auspicijs, ipsisque Dijs bene iuuantibus. 2 *de ira.* 14.

Morieris? *Dij melius. De rem. fort.*

Dij melius. *epist* 41.

Hoc dicito, quoties aliter aliquid quam cogitabas euenerit, *Dij* melius. *epist* 99.

De imprecationibus.

Dij illi male faciant. 1. *de ira.* 16.

De gratitudine hominis erga Deum.

Grati simus aduersus Deos, grati aduersus homines, grati aduersus eos qui nobis aliquid præstiterunt: grati etiam aduersus eos, qui nostris præstiterunt 5. *de benef.* 17.

Cultum Dei verum, in pia ac recta voluntate venerantium consistere, non in auro, aut victimis

In victimis, licet optimæ sunt, auroque præfulgeant, non est Deorũ honos, sed in pia ac recta voluntate venerãtium itaque boni etiam farre ac fictili religiosi sunt, mali rursus non effugiunt impietatem, quamuis aras sanguine multo cruentauerint 1. *de benef* 6

Colitur Deus non taurorum opimis corporibus contrucidatis non auro, non argento, non in thesauros stipe infusa, sed pia & recta voluntate. *epist.* 116.

De cultu superstitioso & varijs eius exemplis.

Quomodo sint *Dij* colendi solet præcipi, accendere aliquem *lucernas* a sabbathis prohibeamus quoniam nec lumine quidem dij egent, & ne homines quidem delectentur fuligine. *epist.* 96. [a De lucernis adde Tertullianum, cap. 15 apologetici. & lib 2. ad vxorem. Iuuenalem satyr. 12. Persium satyr. 15. Solebant etiam sacerdotes, forte vt augustiores haberentur, medio die lucernam gestare, vt ex Seneca capite vigesimo septimo, de vita beata discimus. Eadem ratione in omni priuata publicaque lætitia & solennitate ianuas ornabant lucernis & lauro, vt colligitur ex illis locis Tertull. & Xyphilini in Nerone.

Vetemus a *salutationib.* matutinis fungi & forib. assidere tẽplorum, humana ambitio istis officijs capitur, Deum colit qui nouit. *ep.* 96 [a Huiusmodi salutationes perstringit Arnobius 7. aduers. gentes. quid sibi volunt salutationes illæ quas canitis matutini, collatis ad tibiam vocibus? obdormiscunt enim superi, remeare vt ad vigilias debeant. Meminit & Apuleius 11. Asini.

Vetemus lintea & *strigiles* Ioui ferri, & speculum tenere Iunoni, non quærit ministros Deus. quidni? ipse humano generi ministrat, vbique & omnibus præsto est. *epist* 96.

De Iureiurando per Deum concepto: In Dei sacris aurum sumptusue ambitiosos non exigi.

Per fictiles deos tunc religiose iurabatur, cum qui per illos *iurauerant*, ad hostes morituri, ne fallerent, redibant. *ad Alb.* 10.

Fictilibus fuerunt Dij faciles 2. *controu.* 1.

Non tam necesse erat ornare Deos, quam vindicare. 2. *controu.* 2.

Si animus sine re ad referendam gratiam non valet, nemo aduersus *Deos* gratus est, in quos voluntas sola confertur. Dijs nihil aliud præstare possumus sed si huic, cui referre gratiam debeo, nihil aliud præstare possum, quid est quare non eo aduersus hominem gratus sim, quo nihil amplius in Deos confero? 7 *de benef.* 15.

Pecunia nihil ad animum pertinet, non magis quam ad Deos immortales. *ad Alb.* 11.

In templis colentium animus alius, quam ante, esse debet.

Pythagoras ait, alium animum fieri intrantibus templum, *Deorumque* simulachra ex vicino cernentibus, & alicuius oraculi opperientibus vocem *epist.* 93.

Intramus templa compositi, ad sacrificium accessuri vultum submittimus, togam adducimus, in omne argumentum modestiæ fingimur 7. *nat. quæst* 30.

Precando

Precando si quis mentiatur, quemadmodum Deus sit in eum affectus.

Verum ne Dijs quidem dicimus, sed dij aut non exaudiunt, aut miserentur *epist 96.*

Vota nostra Deum admonent non exorant.

Deos, quorum notitiam nulla res effugit, rogamus: & illos vota non exorant, sed admonent *5. de benef 25.*

De votis apertis & latentibus.

Quædam *vota* aperta & confessa sunt, cum particulatim fiunt, quædam latent, cum vno voto multa comprehensa sunt. *epist. 68.*

Vota cur tacita potius faciamus quam palam.

Nulla res carius constat quam quæ precibus empta est Vota homines parcius facerent, si palam facienda essent. Adeo etiam Deos quibus honestissime supplicamus, tacita malumus & intra nos precari. *2. de benef 1.*

De conscientia hominis Deo aperienda.

Conscientiam suam Dijs homo aperire debet, sempetque tanquam in publico viuere: se magis veritus quam alios *7. de benef 1.*

De votis gratulantium & venerantium.

Sunt quædam *vota* quæ non gratulantium cœtu, sed venerantium celebrantur. *epist. 68.*

De votis veteribus & nouis.

Votorum tuorum veterum licet Dijs gratias facias, alia deinde suscipe, roga bonam mentem, bonam valetudinem animi, deinde corporis. Quid ni tu ista vota sæpe facias? audacter Deum roga, nihil illũ de alieno rogaturus *ep 10.*

Vota quibus ex causis non fiant.

Nemo *votum* soluit, quod flagellis cæsus aut podagra distortus, aut eculeo longior factus *epist 68.*

Nemo aduersus Deum æquitate vtitur.

Multos inueni æquos aduersus homines, aduersus *Deum* neminem. *epist. 94 in pr.*

Hominem, muneribus diuinis cætera omnia animantia vincere: hac contemplatione aduersus Deum quemque æquum fieri.

Cogitandum quanta nobis tribuerit parens noster, quanto valentiora animalia sub iugum miserimus, quanto velociora assequamur, quam nihil sit mortale, non sub ictu nostro positum. *2 de benef 29.*

Dei occursu homines obstupescere & tacitos precari.

Si quis viderit hanc faciem fulgentioremque, quam cerni inter humana consueuit, nonne velut *numinis occursu* obstupefactus resistat & vt fas sit vidisse, tacitus precetur. *epist. 16.*

Deum reptabundi interdum colebant

Virtutem adorabo & ex interuallo ingenti reptabundus sequar. *de vit. beat. 18.*

Deum sertis honorabant.

Virtutis magnificentissimas species, quę nobis non *sertis*, sed *sudore & sanguine* colenda est. *epist 68.*

Festi dies sine luxuria agendi.

Licet sine luxuria agere diem festum. *epist 18.*

Deo seruire, regnare est.

In regno nati sumus: Deo parere, libertas est *de beat. vi. 15.*

Deo parendum.

Magnus animus Deo pareat, & quicquid lex vniuersi iubet, sine cunctatione patiatur. *epist. 72.*

A Deo semina nostris corporibus immissa, vt boni cultores excipere debemus.

Semina in corporibus humanis diuina dispersa sunt: quæ si bonus cultor excipit, similia origini prodeunt, & paria eis his ex quibus orta sunt surgunt: si malus non aliter quam humus sterilis ac palustris necat, ac deinde creat purgamenta pro frugib. *epist. 74.*

Deo sacrilegos iniuriam re ipsa non facere.

Iniuriam sacrilegus Deo non potest facere, quem extra ictum sua diuinitas posuit: sed punitur, quia tanquam Deo fecit *7. de benef 7.*

DE HOMINE.

Homo, Dei opus maximum & ad eius gloriam.

Scias non esse hominem tumultuarium & incogitatum opus. Inter maxima rerum suarum natura nihil habet quo magis glorietur, aut certe cui glorietur. *6. de benef 23.*

Hominis conditio cœlestis.

De hominis conditione cœlesti post Deum vide. *ep 41.*

Homo res caduca & mortalis.

Homo fluida materia & caduca & omnibus obnoxia causis Mundus quoque æterna res & inuicta mutatur, nec idem manet quamuis enim omnia in se habeat, quæ habuit, aliter habet, quam habuit, ordinem mutat. *epist. 59.*

Quid est homo? quodlibet quassum vas, & quodlibet fragile iactatu. non tempestate magna opus est vt dissiperis: vbicunque arietaueris solueris. *Quid est homo?* imbecillum corpus & fragile, nudum suapte natura inerme alienę opis indigẽs, ad omnem fortunæ contumeliam proiectum, cum bene lacertos exercuit, cuiuslibet feræ pabulum, cuiuslibet victima, ex infirmis fluidisque contextum & lineamentis exterioribus nitidum, frigoris, æstus & laboris impatiens; ipso rursus situ & otio iturum in tabem, alimenta metuens sua, quorum modum in copia rumpit anxiæ sollicitæque tutelæ, precarij spiritus & male inhærentis, quã parum repentinum audiet, ex improuiso sonus auribus grauis excutit, soli semper sibi nutrimentum vitiosum & inutile, *& post.* Odor illi saporque & lassitudo, & vigilia, & humor, & cibus & sine quibus viuere non potest mortifera sunt, quocunque se mouet, infirmitatis suæ statim conscium: non omne cœlum ferens, aquarum nouitatibus flatuque non familiaris auræ, & tenuissimis causis atque offensionibus morbidum, putre, cassum à fletu vitam auspicatum. Cæterum quantos tumultus hoc tam contemtum animal mouet, in quantas cogitationes oblitum suæ conditionis venit, immortalia, æterna volutat animo, & in nepotes pronepotesque disponit, cum interim longa conantem mors opprimit, & hoc quod senectus vocatur, pauci sunt circuitus annorum. *ad Mart 11.*

Homo ex terreno fit cœlestis, cum se supra humana erigit.

O quam contempta res est *homo*, nisi supra humana se erexerit. *1. nat. quæst. in præfat. f.*

Homo elegans animal.

Natura *homo* mundum & elegans animal est. *epist. 95.*

Homo pars diuini spiritus.

Illud verum est quod maxime probas, hominem diuini spiritus esse partem ac veluti scintillas quasdam sacrorum in terras desiluisse *de vit beat 32.*

Homo qua arte tractandus.

Nullum animal morosius est. nullum maiore arte tractandum, quam homo *1 de clem. 17.*

De hominis præstantia summa & hominis bono, qua parte & in quo sit positum & quare à brutis maxime ac proprie differat.

In *homine* id laudandum est quod ipsius est, non quod circa ipsum, quod nec eripi potest nec laudari. quod proprium eius est, nempe animus & ratio in animo perfecta. Consummatur eius bonum si id impleuit, cui nascitur, hoc est, secundum naturam suam viuat. *epist 41.*

Id in quoque optimum est cui nascitur quo censetur In homine optimum quid est? Ratio hac antecedit animalia, Deos sequitur ratio ergo perfecta *proprium* hominis bonum est, cætera illi cum animalibus satisque communia sunt *Valet?* & leones *formosus est?* & pauones. *Velox est?* & equi Nunc dico, in ijs omnibus vincitur Nũc quæro quid in se maximum habet, quid suum *Corpus habet?* & arbores. *Habet impetum & motum voluntarium?* & bestiæ & vermes. *Habet vocem?* sed quanto clariorem canes acutiorem aquilæ, grauiorem tauri, dulciorem mobilioremque luscinię. Quod in homine proprium? *Ratio*: hæc recta & consummata felicitatem hominis implebit, *& post.* Id ergo in homine proprium solumque est, quo & probatur & improbatur. *epist. 77.*

Quid præcipuum in rebus humanis est? Non classib maria compleuisse, nec in rubri maris littore signa posuisse, neu deficiẽte terra ad iniurias aliorum errasse in oceano ignota quærentem: sed animo omnia vidisse, &, qua nulla est maior victoria vitia domuisse *3 nat quæst in præf.*

Eo quodque laudatur, huic comparatur quod illi *proprium est.* Ergo in homine quoque nihil ad rem pertinet, quantum aret, quantum fœneret, quam pretioso incumbat lecto, quam perlucido poculo bibat, sed quam bonus sit. *epist 77.*

De summo hominis bono, *vide cap 9 de vit beat.*

Magnanimos nos natura produxit, & vt quibusdam animalibus ferum dedit, quibusdam subdolum, quibusdam pauidum, ita nobis gloriosum & excelsum spiritum, quærentem, vbi honestissime, non vbi tutissime viuat *epist 105.*

Nulli nisi homini concessa est prudentia, prouidentia, diligentia, cogitatio. *1 de ira. 3.*

Hominis ad proxima & ad Deum quæ ratio, quodue officium sit.

Si videris hominem interritum periculis, intactum cupiditatibus, inter aduersa felicem, in medijs tempestatibus placidum, ex superiore loco homines videntem, ex æquo Deos, non subibit te veneratio eius? *epist 41.*

Hominis ad hominem & mundum quæ ratio quodue officium esse debeat, & de bonis operis eius operibus.

Homo sociale animal est, & in commune genitus, mundum, vt vnam domum spectare debet 7. *de benef.* 1.

Homo in adiutorium mutuum generatus est, ira in exitium 1. *de ira* 5.

Hominib prodesse natura iubet, serui liberique sint ij ingenui an libertini, iustæ libertatis an inter amicos datæ quid refert? *de vit be.* 24.

Hoc ab homine exigitur vt prosit hominibus si fieri potest, multis: si minus, paucis: si minus, proximis: si minus, sibi. *de vit beat.* 30

Hæc humani officij regula est: ita *hominibus* est vtendum vt parcatur sanguini humano, & *post.* vt naufragio manum porrigat, vt erranti viam monstret, cum esuriente panem suum diuidat. & *post*, omne hoc quod vides vnum est, membra sumus corporis magni, natura nos cognatos edidit, cum ex ijsdem & in eadem gigneret. Hæc nobis amorem indidit mutuum & sociabiles fecit illa æquum iustumque composuit ex illius constitutione miserius est nocere, quam lædi, ex illius imperio paratæ sunt iuuantis manus. Iste versus & in pectore & in ore sit. *Homo sum, humani nihil à me alienum puto.* habeamus id commune quod nati sumus. Societas nostra lapidum fornicationi simillima est, quæ casura, nisi inuicem obstarent. hoc ipso sustinetur. *epist.* 96.

Hominis in hominem corrupta natura.

Oculis de homine non credo. *de vit beat.* 1.

Ab homine homini quotidianum periculum. & *post.* Subita est ex homine pernicies, & eo diligentius regitur quo propius accedit: Erras si istorum, tibi qui occurrunt, vultibus credis: hominum effigies habent, animos ferarum, nisi quod illarum perniciosior est primus incursus, cum transire non queunt. Nunquam enim illas ad nocendum nisi necessitas incigit. nam aut fame, aut timore coguntur ad pugnam Homini perdere hominem libet. *epist.* 104.

Ita cogita quod ex *homine* periculum sit, vt cogites quod sit hominis officium, alterum intuere ne lædaris, alterum ne lædas. *epist.* 104.

Humanitas vetat superbum esse aduersus socios, vetat auarum: verbis, rebus, affectibus se comem, facilemque omnibus præstat. *epist* 89.

Ferina rabies est sanguine gaudere ac vulneribus: & abiecto homine, in siluestre animal transire. 1 *de clem* 24.

Homo legem non implet, & vt impleat, nondum tamen est iustus.

Hoc primum nobis suadeamus neminem nostrum esse sine culpa. hinc enim maxima indignatio oritur, Nihil peccaui, nihil feci, imo nihil fateris. & *post.* Quis est iste qui se profitetur omnibus legibus innocentem? vt hoc ita sit, quã angusta innocentia est ad legem bonum esse quanto latius officiorum patet, quàm iuris regula: quàm multa pietas, humanitas, liberalitas, iustitia, fides exigit, quæ omnia extra tabulas publicas sunt? 2 *de ira* 27.

Homo in rebus diuinis cognoscendis nimium est mortalis & homo.

Homo ad immortalium cognitionem nimis mortalis est. *de vit. beat.* 32.

Humanæ res caducæ.

Labuntur humana ac fluunt. *de consol ad Mart.* 21.

Omnia humana breuia & caduca sunt, infiniti temporis nullam partem occupantia *de consol ad Mart.* 20.

Hominem se quisque cogitet.

Hoc tibi ille Socrates dicet: fac me victorem vniuersarũ gentium, me *hominem* maxime cogitabo. *de vit. beat.* 5.

Homo sum, humani nihil à me alienum puto. *epist.* 96.

Nonnulla de homine notatu digna

Intra vnum hominem non est vicissitudo 4. *de benef.* 12.

Homo & terra pascitur & mari *epist* 61.

Nos *homunciones* sumus, omnia nobis negare non possumus. *epist* 117.

[DE CORPORE ET CARNE hominis.

Corporis ad Animum quæ ratio sit.

Corpus hoc, animi pondus ac pœna est, premente illo vrgetur, in vinculis est, nisi accessit Philosophia. & illum respirare rerum naturæ spectaculo iussit & à terrenis dimisit ad diuina *epist.* 66.

De Corporis cuique innato & naturali amore.

Insita nobis *corporis* nostri charitas *epist* 14.

Corpori quantum tribuere debeat vir bonus.

Sapiens *corporis* non amator sed procurator est, nec se illi, cui impositus est, subijcit. Nemo liber est qui *corpori* seruit. scit corporis morosum imperium ac delicatum. *epist.* 93.

Non nego indulgendum corpori, seruiendum nego. Multis seruiet, qui corpori seruit, qui pro illo nimium timet, qui ad illud omnia refert sic gerere nos debemus, non tanquam propter corpus viuere debeamus, sed tanquam non possimus sine corpore. honestum ei vile est, cuius corpus nimis carum est. *epist.* 14

In carne fœlicitatem hominis non esse ponendam.

Non est summa felicitatis nostræ in carne ponẽda *ep.* 75.

Carnis & spiritus pugna.

Omni animo cum hac *carne* graui certamẽ est ne abstrahatur & sidat: nititur illo vnde dimissus est. *ad Mart.* 24. *in fi.*

De corporis neglectu

Nunquam magnis ingenijs cara in corpore mora est. *ad Mart.* 23.

[DE VITA.

Discenda est cuique ars bene viuendi & moriendi.

Viuere tota vita discendum est, quod magis fortasse mirabetis, tota vita discendum est mori. *de breuit. vit.* 7.

Honesta vita, mors honesta potior.

Non est res magna viuere. omnes serui viuunt, omnia animalia Magna res est, honeste mori, prudenter, fortiter. *epist* 78

Vita summa breuitas

Punctum est quod viuimus, & adhuc puncto minus. *epist.* 30.

Vita breuior quibus videatur.

His videtur omnis *vita* breuis, qui illam voluptatibus vanis & ideo infinitis metiuntur *epist.* 79.

Illorum breuissima vita est, qui præteritorum obliuiscũtur, præsentia negligunt, de futuro timent. *de breuit. vit.* 15.

Maior pars mortalium de naturæ malignitate conqueritur, quod in exiguum æui gignimur, quod hæc tam velociter, tam rapide dati nobis temporis spatia decurrant, adeo vt exceptis admodum paucis, cæteros in ipso vitæ apparatu vita destituat. *de breuit. vit.* 1.

Vita non magnitudine & quantitate, sed qualitate & actu æstimanda.

Vitam beatam in optimo statu ponit *qualitas* sua, non magnitudo. Itaque in æquo est longa & breuis diffusa & angustior. Qui illam numero æstimat & mensura & partibus, id illi quod habet eximium eripit *epist* 86.

Non enim *viuere* bonum est, sed bene viuere. sapiens viuit quantum debet non quantum potest. Videbit vbi victurus sit, cum quibus, quid acturus: cogitat semper qualia vita, non quanta *epist.* 71.

Vita nostra non pateat multum, sed multum pendat: actu illam metiamur, non tempore. *epist.* 94.

Vita beata quid & in quibus posita.

In hoc vno posita est *beata* vita, vt in nobis ratio perfecta sit. & *post.* Quid est beata vita? securitas & perpetua tranquillitas Hanc dabit animi magnitudo, dabit constantia, bene iudicati tenax *epist* 93.

Vita beata quid sit vide cap. 4. *de vit. beat.*

Viuere multi nolunt & mori nesciunt.

Vitam multi sic complectuntur & tenent quomodo qui A à torrente rapiuntur in spinas & aspera. *epist* 4. (A Legendum est, *qui aqua torrente rapiuntur, spinas & aspera.*

Vita quæ eminimus minima sunt.

Egregie Plato dicit, minima a esse quæ homines emant vita 5. *natural. quæst.* 18 (B sic *miles ob vita lucellum, militiæ nomen dat: & mercator, & nauim & maria conscendit.*

Magis ridebis cum cogitaueris *vita* pararrea, in quibus vita consumitur. 5 *natural.* 18.

Vitam inchoare, at nunc primum viuere incipere, res molesta.

Molestum est semper *vitam* inchoare. male viuunt, qui semper viuere incipiunt. *epist* 23.

Vitam vixit, qui diem vixit.

Propera viuere & singolos dies singulas vitas puta. *epist.* 102.

Bene viuere in cuiusque potestate esse: diu viuere, in nullius.

Nemo quam bene viuat, sed quamdiu curat: cum omnibus possit contingere, vt bene viuant: vt diu, nulli. *epist.* 22.

Vita anteacta, certa est iam amissa: futura, dubia: instans, breuis.

In tria tempora *vita* diuiditur, quod est, quod fuit, quod futurum est Ex his quod agimus, breue est: quod acturi sumus, dubium: quod egimus, certum. Hoc est enim in quo fortuna ius perdidit, quod in nullius arbitrium reduci potest. *de breui vit.* 10.

Vt bene

Vt bene viuas, viuendum est cum bono: aut bono aliquo quasi inspectore ac teste.

Aliquis *vir bonus* eligendus ac semper ante oculos habendus, vt sic tanquam illo spectante viuamus, & omnia tanquam illo vidente, faciamus Hoc, mi Lucili, Epicurus præcepit, custodem nobis & pedagogum dedit, nec immerito magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis adsistat *ep.11.*

Cum Catonibus *viue*, cum Lælio, cum Tuberone quod si conuiuere etiam Græcis iuuat, cum Socrate, cum Zenone viue cum Chrisippo, cum Posidonio. Hi tibi tradent diuinorum humanorumque notitiam, hi iubebunt in opere esse, nec tantum serio loqui, sed animum indurare, euentura contemnere, tela fortunæ aduerso pectore excipere *ep.105.*

Vir bonus mauult in castris viuere, quam in macello. Vita hominis militia super terram.

Ipse te interroga, si quis potestatem tibi Deus faciat, vtrum velis *viuere* in macello an in castris. Atque viuere, militare est. *ep. 96.*

De vita viri boni & vulgi, & quæ ratio inter vtramque esse debeat

Id agamus ant meliorem vitam sequamur, quam *vulgus*, non vt cõtrariam *& paulo ante.* Intus omnia dissimilia sint, frons nostra populo conueniat *epist.5.*

Sapiens non it qua populus, sed vt sydera contrariam mundo iter intendunt, ita hic aduersus opinionem omnium vadit *in sapien non cad 15.*

Vita nostra temperanda inter bonos mores & publicos. *epist.5*

Qui tranquille volet viuere, nec priuatim agat multa nec publice. *1. de tranq. vitæ 13.*

Vita talis esse debet qualis oratio, lingua & sermo.

Apud Græcos in prouerbium cessit, talis hominibus fuit *oratio*, qualis vita. *ep.115.*

De vita, cum inferiori.

Sic cum inferiore viuas, quemadmodum B tecum superiorem velis viuere *epist. 48.* (B *Vos quibus rector maris atque terræ ius dedit magnum necis atque vitæ, Ponite inflatos tumidosque vultus. Quicquid à vobis minor expauescit, hoc vobis maior dominus minatur. Seneca.*

Viuere alteri & sibi.

Alteri viuas oportet, si vis tibi viuere. *epist. 48.*

Viuere an acerbum sit, an vero superuacuum.

Multi sunt qui non acerbum iudicent viuere, sed superuacuum *epistol.24.*

Vitam spes futuri impedit.

Maximum viuendi impedimentum, exspectatio, quæ pendet ex crastino. *de breu vit.9.*

Cur viuamus casu.

Necesse est multum in vita nostra casus possit, quia viuimus casu. *epist.72.*

Vt bene viuas, bene mori disce.

Viuere noluit, qui mori non valt. Vita enim cum exceptione mortis data est *epist 30.*

Male viuet, quisquis nesciet bene mori *1 de tranq. vita 11.*

Viuere ad naturam & opinionem.

Si ad naturam viues, nunquam eris pauper: si ad opinionem, nunquam diues. *de pauper 13.*

Viuere in necessitate.

Malum est in necessitate viuere 1, *epist 12 18.*

Vita, plena laboris ac miseriarum.

Non est delicata res viuere. *epist. 108.*

Curius dentatus aiebat, malle A se esse mortuum, quam non viuere. *de tranquill vita 3.* (A *forte legendum est* male se non esse, quam viuere mortuum. viuit mortuus, qui viuit ignaue.

Vita odium & mortis metus in eodem.

Plerique inter mortis metum & vitæ tormenta miseri fluctuant: & viuere nolunt, & mori nesciunt. *epist 44.*

Vita & amor & odium in eodem.

Homines vitam suam & amant simul & oderunt. *ep.113.*

Vitæ contemptus & quis eius sit effectus.

Quisquis vitam suam contempsit, tuæ dominus est *ep.44.*

Nemo non ita exit è vita tãquam modo intrauerit. *ep 22.*

Quisquis dixit, *Vixi*, quotidie ad lucrum surgit. *ep.12.*

Diligẽtibus viuit cui aliquid integri superest. *1. declam.22.*

Nemo aliter, quã quomodo nat^9 est, exit è vita. *3. ep.22.37*

De vita ante mortem consummenda.

Considera, quam pulchra res sit consummare vitam ante mortem, deinde exspectare securum reliquam temporis sui partem. *epistol.31.*

Senec.

Vita comparatio cum balneo, turba, itinere, seruitute, supplicio, peregrinatione.

Eadem vitæ conditio est quæ balnei, turbæ, itineris. quædam intermittentur, quædam incident. *58. ep.108.*

Vita, si moriendi virtus abest, seruitus est. *ep.78.*

Omnis vita supplicium est *ad Polyb 28.*

Peregrinatio est vita. *de remed fort. 55.*

Bene viuere bene mori.

Si quid te vetat bene viuere, bene mori non vetat. *ep 17.*

Nihil melius æterna lex fecit, quam quod vnum introitum nobis ad vitam dedit, exitus multos *ep.71.*

Beata est vita, cõueniens naturæ suæ quę non aliter contingere potest, quam si primum sana mens est, & in perpetua possessione sanitatis suæ *de beat. vita. 4.*

De vita breui, & quibus ea sit.

Nulla vita est non breuis. *epist.78.*

Illorũ breuissima ac solutissima ætas est, qui preteritorũ obliuiscuntur, præsentia negligunt, de futuro timent. *de breuitate vita. 15.*

Non accipimus breuem vitam sed fecimus, nec inopes eius sed prodigi sumus. *c.1. de breuitate vita.*

Vita fallax.

Nihil est tã fallax, quam vita humana. *de consol. ad Mart.12.*

Fluunt dies, & irreparabilis vita decurrit. *ep.124.*

De vita longa; & quæ ea sit.

Longa est *vita*, si plena est *epist.94.*

O vita misero longa, felici breuis. *7. controu. 3.*

Vita, si scias vti, longa est *de breuitat vitæ 2.*

Satis longa vita, & in maximarum rerum consummationem large data est, si tota bene collocaretur. *de breuitat. vita. 1.*

De vita secura.

Nulli potest secura vita contingere, qui de producenda nimis cogitat, qui inter magna bona multos consules numerat *epist 44 idem. c.13. de paupertate.*

Vna est cathena, quæ nos alligatos tenet, amor vitæ. *epistol.26.*

Vitæ suæ viuendi dilatio vitæ ipsi noxia.

Maxima vitæ iactura, dilatio est *de breuit. vita.9.*

De partibus vitæ.

Exigua pars est vitæ, quam nos viuimus. *de breuit. vita. 2.*

Magna vitæ pars elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus *ep 1.*

Tota ætas partibus constat & orbes habet circumductos maiores, minores. *ep 12.*

Sic fit vbi homines maiorem partem vitæ in tenebris ita agunt, vt nouissime solem quasi superuacuum fastidiant *3. controuers.1.*

Nulla pars vitæ nostrę tam obnoxia aut tenera est, quàm quæ maxime placet *de consol. ad Mart.21.*

Vnus dies gradus est vitæ. *ep.12.*

Satius est vitæ suæ rationem, quàm frumenti publici nosse. *de breuitate vita. 18.*

De vita imperfecta.

Maximum vitæ vitium est, quod imperfecta semper est. *ep.102.*

Vita non est imperfecta, si honesta sit. *ep.78.*

Vita beata non in auro, argento & rebus magno partis labore, quarum possessio maiore constet labore.

Turpe est beatam vitam in auro & argento reponere, *ep 111.*

Miserrimam necesse est, non tantum breuissimam, vitam eorum esse, qui magno parant labore, quod maiore possideant: operose assequuntur quæ volunt, anxij tenent quę assecuti sunt. *de breuit vit. 17.*

Emerge ad meliorem vitam propitijs dijs: sed non sic quomodo istis propitij sunt, quibus bono ac benigno vultu mala magnifica tribuerunt, ad hoc vnum excusati, quod ista quæ vrunt, quæ excruciant, optantibus data sunt. *epist.22.*

Hoc nos pessimos facit, quod nemo vitam suam respicit. *epist. 84.*

Viuere tota vita discendum est: & quod magis fortassa miraberis, tota vita discendum est mori. *de breuit. vit 7.*

Ingenuis animi est, aliena causa ad vitam reuerti. *ep.105.*

DE ÆTATIBVS HOMINIS.

De Infantia.

Infans qui stare meditatur, & ferre se assuescit, simul tentare vires suas cœpit, & cum fletu toties resurgit, donec se per dolorem ad id quod natura poscit exercuit. *ep.121.*

Timetur à pluribus sicut deformis A persona ab infantibus. *2, de ira.14.* (A Manias intelligere videtur turpes ac-

Hominis ad hominem & mundum quæ ratio quodue officium esse debeat, & de bonis operis eius operibus.

Homo sociale animal est, & in commune genitus, mundum, vt vnam domum spectare debet 7. *de benef.* 1.

Homo in adiutorium mutuum generatus est, ita in exitium s. *de ira* 5.

Hominib prodesse natura iubes, serui liberique sins ij ingenui an libertini, iustæ libertatis an inter amicos datæ quid refert? *de vit be.* 24.

Hoc ab homine exigitur vt prosit hominibus si fieri potest, multis: si minus, paucis. si minus, proximis: si minus, sibi. *de vit beat.* 30

Hæc humani officij regula est: ita *hominibus* est vtendum vt parcatur sanguini humano, & *post.* vt naufrago manum porrigat, vt erranti viam monstret, cum esuriente panem suum diuidat. & *post*, omne hoc quod vides vnum est, membra sumus corporis magni, natura nos cognatos edidit, cum ex ijsdem & in eadem gigneret Hæc nobis amorem indidit mutuum & sociabiles fecit illa æquum iustumque composuit ex illius constitutione miserius est nocere, quam lædi, ex illius imperio paratæ sunt iuuantis manus. Iste versus & in pectore & in ore sit. *Homo sum, humani nihil à me alienum puto.* habeamus id commune quod nati sumus Societas nostra lapidum fornicationi simillima est, quæ casura, nisi inuicem obstaret. hoc ipso sustinetur. *epist.* 96.

Hominis in hominem corrupta natura.

Oculis de homine non credo. *de vit beat.* 1.

Ab homine homini quotidianum periculum. & *post.* Subita est ea homine pernicies, & eo diligentius tegitur quo propius accedit: Erras si istorum, tibi qui occurrunt, vultibus credis: hominum effigies habent, animos ferarum, nisi quod illarum perniciosior est primus incursus, eum transire non queunt. Nunquam enim illas ad nocendum nisi necessitas impigit. nam aut fame, aut timore coguntur ad pugnam. Homini perdere hominem libet. *epist.* 104.

Ita cogita quod ex *homine* periculum sit, vt cogites quod sit hominis officium, alterum intuere ne lædaris, alterum ne lædas *epist.* 104.

Humanitas vetat superbum esse aduersus socios, vetat auarum: verbis, rebus, affectibus se comem, facilemque omnibus præstat. *epist* 89.

Ferina rabies est sanguine gaudere ac vulneribus: & abiecto homine, in siluestre animal transire. 1 *de clem* 24.

Homo legem non implet, & vt impleat, nondum tamen est iustus.

Hoc primum nobis suadeamus neminem nostrum esse sine culpa. hinc enim maxima indignatio oritur, Nihil peccaui, nihil feci, imo nihil fateris. & *post.* Quis est iste qui se profitetur omnibus legibus innocentem? vt hoc ita sit, quã angusta innocentia est ad legem bonum esse quanto latius officiorum patet, quàm iuris regula: quàm multa pietas, humanitas, liberalitas, iustitia, fides exigit, quæ omnia extra tabulas publicas sunt? 2 *de ira.* 27.

Homo in rebus diuinis cognoscendis nimium est mortalis & homo.

Homo ad immortalium cognitionem nimis mortalis est. *de vit. beat.* 32.

Humana res caduca.

Labuntur humana ac fluunt. *de consil ad Mart.* 23.

Omnia humana breuia & caduca sunt, infiniti temporis nullam partem occupantia *de consol ad Mart.* 20.

Hominem se quisque cognet.

Hoc tibi ille Socrates dicet: fac me victorem vniuersarũ gentium, me *hominem* maxime cogitabo. *de vit. beat.* 5.

Homo sum, humani nihil a me alienum puto. *epist.* 96.

Nonnulla de homine notatu digna

Intra vnum hominem non est vicissitudo 4. *de benef.* 13.

Homo & terra pascitur & mari *epist* 61.

Nos *homunciones* sumus, omnia nobis negare non possumus. *epist* 117.

[DE CORPORE ET CARNE hominis.

Corporis ad animum quæ ratio sit.

Corpus hoc, animi pondus ac pœna est, premente illo vrgetur, in vinculis est, nisi accessit Philosophia. & illum respirare rerum naturæ spectaculo iussit & à terrenis dimisit ad diuina *epist.* 66.

De Corporis cuique innato & naturali amore.

Insita nobis *corporis* nostri charitas *epist* 14.

Corporis quantum tribuere debeat vir bonus.

Sapiens *corporis* non amator sed procurator est, nec se illi, cui impositus est, subijcit. Nemo liber est qui *corpori* seruit, seit corporis morosum imperium ac delicatum *epist.* 93.

Non nego indulgendum corpori, seruiendum nego. Multis seruiet, qui corpori seruit, qui pro illo nimium timet, qui ad illud omnia refert sic gerere nos debemus, non tanquam propter corpus viuere debeamus, sed tanquam non possimus sine corpore. honestum ei vile est, cuius corpus nimis carum est. *epist.* 14.

In carne felicitatem hominis non esse ponendam.

Non est summa felicitatis nostræ in carne ponẽda *ep.* 75.

Carnis & spiritus pugna.

Omni animo cum hac *carne* graui certamẽ est ne abstrahatur & sidat: nititur illo vnde dimissus est. *ad Mart.* 24. *in p.*

De corporis neglectu.

Nunquam magnis ingenijs cara in corpore mora est. *ad Mart.* 23.

[DE VITA.

Discenda est cuique ars bene viuendi & moriendi.

Viuere tota vita discendum est, quod magis fortasse miraberis, tota vita discendum est mori. *de breuit. vit.* 7.

Honesta vita, mors honesta potior.

Non est res magna viuere. omnes serui viuunt, omnia animalia Magna res est, honeste mori, prudenter, fortiter. *epist.* 78

Vitæ summa breuitas.

Punctum est quod viuimus, & adhuc puncto minus. *epist.* 50.

Vita breuior quibus videatur.

His videtur omnis *vita* breuis, qui illam voluptatibus vanis & ideo infinitis metiuntur *epist.* 79.

Illorum breuissima vita est, qui præteritorum obliuiscuntur, præsentia negligunt, de futuro timent. *de breuit. vit.* 15.

Maior pars mortalium de naturæ malignitate conqueritur, quod in exiguum æui gignimur, quod hæc tam velociter, tam rapide dati nobis temporis spatia decurrant, adeo vt exceptis admodum paucis, cæteros in ipso vitæ apparatu vita destituat. *de breuit. vit.* 1.

Vita non magnitudine & quantitate, sed qualitate & actu æstimanda.

Vitam beatam in optimo statu ponit *qualitas* sua, non magnitudo. Itaque in æquo est longa & breuis diffusa & angustior. Qui illam numero æstimat & mensura & partibus, id illi quod habet eximium eripit *epist* 86.

Non enim *viuere* bonum est, sed bene viuere. sapiens viuit quantum debet non quantum potest. Videbit vbi victurus sit, cum quibus, quid acturus: cogitat semper qualis vita, non quanta *epist.* 71.

Vita nostra non pateat multum, sed multum pendat: actu illam metiamur, non tempore. *epist.* 94.

Vita beata quid & in quibus posita.

In hoc vno posita est *beata* vita, vt in nobis ratio perfecta sit. & *post.* Quid est beata vita? securitas & perpetua tranquillitas Hanc dabit animi magnitudo, dabit constantia, bene iudicati tenax *epist* 93.

Vita beata quid sit vide cap. 4. *de vit. beat.*

Viuere multi nolunt & mori nesciunt.

Vitam multi sic complectuntur & tenent quomodo qui A à torrente rapiuntur in spinas & aspera. *epist* 4. (A Legendum est, *quos aqua torrens rapiuntur, spinas & aspera.*

Vita quæ emimus minima sunt.

Egregie Plato dicit, minima a esse quæ homines emant vita 5. *natural. quæst.* 18. (a sic *miles ob vita lucellum, militia nomen dat: & mercator, & nauim & maria conscendit.*

Magis ridebis cum cogitaueris *vita* parari ea, in quibus vita consumitur. 5 *natural.* 12.

Vitam inchoare, ac nunc primum viuere incipere, res molesta.

Molestum est semper *vitam* inchoare. male viuunt, qui semper viuere incipiunt. *epist.* 53.

Vitam viuit, qui diem viuit.

Propera viuere & singulos dies singulas vitas puta. *epist.* 102.

Bene viuere in cuiusque potestate esse: diu viuere, in nullius.

Nemo quam bene viuat, sed quamdiu curat: cum omnibus possit contingere, vt bene viuant: vt diu, nulli. *epist.* 22.

Vita antoacta, certa est iam angusta: futura, dubia: instans, breuis.

In tria tempora *vita* diuiditur, quod est, quod fuit, quod futurum est Ex his quod agimus, breue est: quod acturi sumus, dubium: quod egimus, certum. Hoc est enim in quo fortuna ius perdidit, quod in nullius arbitrium reduci potest. *de breui vit.* 10.

Vt bene

Vt bene viuas, viuendum est cum bonis: aut bono aliquo quasi inspectore ac teste.

Aliquis *vir bonus* eligendus ac semper ante oculos habendus, vt sic tanquam illo spectante viuamus, & omnia tanquam illo vidente, faciamus Hoc, mi Lucili, Epicurus præcepit, custodem nobis & pedagogum dedit, nec immerito magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis adsistat *ep.11.*

Cum Catonibus *viue*, cum Lælio, cum Tuberone quod si conuiuere etiam Græcis iuuat, cum Socrate, cum Zenone viue cum Chrisippo, cum Posidonio. Hi tibi tradent diuinorum humanorumque notitiam, hi iubebunt in opere esse, nec tantum scite loqui, sed animum indurare, cuentura contemnere, tela fortunæ aduerso pectore excipere *ep.105.*

Vir bonus mauult in castris viuere, quam in macello. Vita hominis militia super terram.

Ipse te interroga, si quis potestatem tibi Deus faciat, vtrum velis *viuere* in macello aut in castris. Atque viuere, militare est. *ep. 96.*

De vita viri boni & vulgi, & quæ ratio inter vtramque esse debeat

Id agamus aut meliorem vitam sequamur, quam *vulgus*, non vt contrariam *& paulo ante.* Intus omnia dissimilia sint, frons nostra populo conueniat *epist. 5.*

Sapiens non it qua populus, sed vt sydera contrarium mundo iter intendunt, ita hic aduersus opinionem omnium vadit *in sapien non cad 15.*

Vita nostra temperanda inter bonos mores & publicos. *epist. 5*

Qui tranquille volet viuere, nec priuatim agat multa nec publice. *1. de tranq. vitæ 13.*

Vita talis esse debet qualis oratio, lingua & sermo.

Apud Græcos in prouerbium cessit, talis hominibus fuit *oratio*, qualis vita. *ep. 115.*

De vita, cum inferiori.

Sic cum inferiore viuas, quemadmodum a tecum superiorem velis viuere *epist. 48.* [a *Vos quibus rector maris atque terræ ius dedit magnum necis atque vitæ, Ponite inflatos tumidosque vultus. Quicquid à vobis minor expauescit, hoc vobis maior dominus minatur. Seneca.*

Viuere alteri & sibi.

Alteri viuas oportet, si vis tibi viuere. *epist. 48.*

Viuere an acerbum sit, an vero superuacuum.

Multi sunt qui non acerbum iudicent viuere, sed superuacuum *epistol. 24.*

Vitam spes futuri impedit.

Maximum viuendi impedimentum, expectatio, quæ pendet ex crastino. *de breu vit. 9.*

Cur viuamus casu.

Necesse est multum in vita nostra casus possit, quia viuimus casu. *epist. 72.*

Vt bene viuas, bene mori disce.

Viuere noluit, qui mori non vult. Vita enim cum exceptione mortis data est *epist 30.*

Male viuet, quisquis nesciet bene mori *1. de tranq. vitæ 11.*

Viuere ad naturam & opinionem.

Si ad naturam viues, nunquam eris pauper: si ad opinionem, nunquam diues. *de pauper 13.*

Viuere in necessitate.

Malum est in necessitate viuere *1, epist 12 18.*

Vita, plena laboris ac miseriarum.

Non est delicata res viuere. *epist. 108.*

Curius dentatus aiebat, malle A se esse mortuum, quam non viuere. *de tranquill vita 3.* (A *forte legendum est* male se non esse, quam viuere mortuum. viuit mortuus, qui viuit ignaue.

Vitæ odium & mortis metus in eodem.

Plerique inter mortis metum & vitæ tormenta miseri fluctuant: & viuere nolunt, & mori nesciunt. *epist. 44.*

Vitæ & amor & odium in eodem.

Homines vitam suam & amant simul & oderunt. *ep. 113.*

Vitæ contemptus & quis eius sit effectus.

Quisquis vitam suam contempsit, tuæ dominus est *ep. 44.*

Nemo non ita exit è vita tanquam modo intrauerit. *ep. 22.*

Quisquis dixit, *Vixi*, quotidie ad lucrum surgit. *ep. 12.*

Diligentibus viuit cui aliquid integri superest. *1. declam. 22.*

Nemo aliter, quam quomodo natus est, exit è vita. *3. ep. 22. 37*

De vita ante mortem consummanda.

Considera, quam pulchra res sit consummare vitam ante mortem, deinde expectare securum reliquam temporis sui partem. *epistol. 32.*

Senec.

Vita comparatio cum balneo, turba, itinere, seruitute, supplicio, peregrinatione.

Eadem vitæ conditio est quæ balnei, turbæ, itineris. quædam intermittentur, quædam incident. *18. ep. 108.*

Vita, si moriendi virtus abest, seruitus est *ep. 78.*

Omnis vita supplicium est *ad Polyb 22.*

Peregrinatio est vita. *de remed fort. 25.*

Bene viuere bene mori.

Si quid te vetat bene viuere, bene mori non vetat. *ep 17.*

Nihil melius æterna lex fecit, quam quod vnum introitum nobis ad vitam dedit, exitus multos *ep. 71.*

Beata est vita, conueniens naturæ suæ: quę non aliter contingere potest, quam si primum sana mens est, & in perpetua possessione sanitatis suæ *de beat. vita. 4.*

De vita breui, & quibus ea sit.

Nulla vita est non breuis. *epist. 78.*

Illorum breuissima ac solicitissima ætas est, qui præteritorum obliuiscuntur, præsentia negligunt, de futuro timent. *de breuitate vitæ 13.*

Non accipimus breuem vitam sed fecimus, nec inopes eius sed prodigi sumus. *c. 1. de breuitate vitæ.*

Vita fallax.

Nihil est tam fallax, quam vita humana *de consol. ad Mart. 22.*

Fluunt dies, & irreparabilis vita decurrit. *ep. 124.*

De vita longa; & qua ea sit.

Longa est *vita*, si plena est *epist. 94*

O vita misero longa, felici breuis *7. controu. 3.*

Vita, si scias vti, longa est *de breuitat. vitæ 2.*

Satis longa vita, & in maximarum rerum consummationem large data est, si tota bene collocaretur. *de breuitat. vitæ. 1.*

De vita secura.

Nulli potest secura vita contingere, qui de producenda nimis cogitat, qui inter magna bona multos consules numerat *epist 44. idem. c. 13. de paupertate.*

Vna est catena, quæ nos alligatos tenet, amor vitæ. *epistol. 26.*

Vitæ seu viuendi dilatio vitæ ipsi noxia.

Maxima vitæ iactura, dilatio est *de breuit. vitæ 9.*

De partibus vitæ.

Exigua pars est vitæ, quam nos viuimus. *de breuit. vitæ. 2.*

Magna vitæ pars elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus *ep. 1.*

Tota ætas partibus constat & orbes habet circumductos maiores, minores. *ep 12.*

Sic fit vbi homines maiorem partem vitæ in tenebris ita agunt, vt nouissime solem quasi superuacuum fastidiant *3. controuers. 1.*

Nulla pars vitæ nostræ tam obnoxia nos tenere est, quàm quæ maxime placet *de consol. ad Mart. 21.*

Vnus dies gradus est vitæ *ep 12.*

Satius est vitæ suæ rationem, quàm frumenti publici nosse. *de breuitate vitæ. 18.*

De vita imperfecta.

Maximum vitæ vitium est, quod imperfecta semper est. *ep. 102.*

Vita non est imperfecta, si honesta sit. *ep. 78.*

Vita beata non in auro, argento & rebus magno partis labore, quarum possessio maiore constet labore.

Turpe est beatam vitam in auro & argento reponere, *ep 111.*

Miserrimam necesse est, non tantum breuissimam, vitam eorum esse, qui magno parant labore, quod maiore possideant: operose assequuntur quæ volunt, anxij tenent quę assecuti sunt. *de breui vit. 17.*

Emerge ad meliorem vitam propitijs dijs: sed non sic quomodo istis propitij sunt, quibus bono ac benigno vultu mala magnifica tribuerunt, ad hoc vnum excusati, quod ista quæ vrunt, quæ excruciant, optantibus data sunt. *epist. 22.*

Hoc nos pessimos facit, quod nemo vitam suam respicit. *epist. 84.*

Viuere tota vita discendum est: & quod magis fortasse miraberis, tota vita discendum est mori. *de breuit. vit 7.*

Ingentis enim est, aliena causa ad vitam reuerti. *ep. 105.*

DE ÆTATIBVS HOMINIS.

De Infantia.

Infans qui stare meditatur, & ferre se assuescit, simul tentare vires suas cœpit, & cum fletu toties resurgit, donec se per dolorem ad id quod natura poscit exercuit. *ep. 122.*

Timetur à pluribus sicut deformis A persona ab infantibus. *2, de ira. 14.* (A Manias intelligere videtur turpes ac

deformes personas ac figuras, quas nutrices minitabantur pueris paruulis: laruas denique *Festus in Mania.* Talis fuit *Manduci* effigies in pompis, quæ inter cæteras ridiculas formidolosasque ire solebat, magnis malis, ac late dehiscens & ingentem dentibus sonitum faciens. *Festus in Manducus.*

Fructuosior est *adolescentia* liberorum, sed infantia dulcior a *epist* 9. (a *Quid ita? omnium operis suo occupata solicitudo, ingens oblectamentum habet in ipsa occupatione. sic iucundius est artifici pingere, quam pinxisse: fruitur arte sua qui pingit, fructu arto, postquam pinxit. Eadem ratione Attalus dicebat, iucundius esse amicum facere, quàm fecisse. Vt ad rem redeam, iucundior est nobis liberorum nostrorum infantia quàm eorum adolescentia. Cum infantes sunt, eos quasi facere nobis videmur: cum adolescentes, fructum ex iis iam factu percipere.*

De Pueritia

Pueri os parentum feriunt & crines matris lacerauit turbauitque infans, & sputo aspersit aut nudauit in conspectu suorum tegenda, & verbis obscœnioribus non pepercit, & nihil horum contumeliam dicimus Quare? quia qui fecit, contemnere non potest. *in sapient. non cader.* 11.

Pueri tam c nucibus amissis flent, quam parentibus 1. *de ira* 12 (c *ita legendum est antea enim legebatur* tam parentibus amissis flent, quam nucibus.

Hoc non est ira, sed quasi ira sicut *puerorum* qui si ceciderunt, terram verberari volunt, & sæpe nesciunt quidem cui irascantur. 1. *de ira* 2.

Non ideo quidquam inter illos D *pueros que* interesse quis dixerit, quòd illis talorũ nucumque & æris minuti auaritia est: his, auri argentique & vrbium: quòd illi inter se ipsos magistratus gerũt & prætextam fasces que ac tribunal imitantur, hi eadem in campo foroque serio ludunt Illi in littoribus arenæ congesti simulachra domorũ excitant: hi vt magnũ aliquid agentes in lapidibus ac parietibus & tectis moliendis occupati ad tutelam corporum inuenta in periculum verterunt. *in sap. non cad. inivr* 12. (D *eos intelligit, quibus post iuuentam canesque puerilitas est*

Simillimi sumus pueris, quibus omne ludicrum in pretio est parentibus quippe, nec minus fratribus, præferunt paruo ære empta monilia, illos reperti in littore calculi leues, & aliquid habentes varietatis delectant. *epist.* 116.

Pueritiæ maximus in A exitu decor est. *epist* 12 (A *Cur in exitu? Quod in se iucundissimum hominum voluptas habet, in finem sui differt. sic, iucundissima est ætas deuexa non præceps.*

Longe ab assentatione pueritia remouẽda est 2 *de ira* 21.

Adbuc non *pueritia* in nobis, sed quod est grauius, puerilitas remanet, & hoc quidem peius est, quod authoritatem habemus senum, vitia *puerorum*: nec puerorum tantum, sed a infantium. illi leuia, hi falsa formidant, nos vtraque *epistol.* 4 (a *sic posita vocabula sumuntur quacum, in vtriclis*

A pueritia vsque ad longissimos humani æui terminos, *epist* 73.

De Iuuentute.

Princeps iuuentutis. *ad Polyb* 14.

Hæc retuli tibi vt probarem, quam vehementes haberẽt tyrunculi impetus primos ad optima, si quis exhortaretur illos *epistol.* 119.

Vtile iuuentuti regi 3. *de benef* 18

Iuueni parandum, seni vtendum est *epist* 36.

Permittendum aliquando iuuenibus sequi impetum animi *epist.* 53.

De Senectute.

Quære adolescens, vetere senex 2 *contro* 7.

Quid turpius quam senex viuere incipiens? *epist.* 13. *in fin.*

Quisquis senex ad sapientiam peruenit, annis c peruenit. *epist.* 69 (c *Cur annis? non vi sua aut animi, sed ipsa ætate atque ipsis annis.*

Fiat quod vultis, mittatur D senex in scolas. 1. *controuers* (D *ascivio se senem in scholas mitt... cum poscentibus liberos ea se scripturum refert, quæ vel puer vel iuuenis in scholis didicerit.*

Turpis & ridicula res est elementarius senex. *epist* 36.

Turpe est seni aut proficienti senectutem ex commentario sapere. *epist.* 33.

Senex amans, senex ebrius, circundatus sertis, delibutus vnguentis, & in præteritos annos se retro agens, & validus in voluptatibus quasi iuuenis exultans, nonne portentum est? 1. *contro* 7.

Nihil turpius est, quam grandis natu senex, qui nullum aliud habet argumentum, quo se probet diu vixisse, præter ætatem 1. *de tranquillit. vitæ* 3.

Eleganter ille Lælius sapiens, dicenti cuidam, sexaginta annos habeo: Hos, inquit, dicis sexaginta, quos iam non habes. 6 *nat quæst.* 32. (s *Quid ita? Id tempus quod egimus, nostrum esse desiit.* 1. 10 *de breuitate vitæ.*

Nemo tam senex est, vt non improbe A vnum diem speret. *epist* 12 (A Id est, *pertinaciter ac perpetuo. dixerim Commentarios meos* ad hunc locum.

Si vis Pythoclea senem facere & implere vitam, non annis adiiciendum est, sed cupiditatibus detrahendum est. *ep* 21.

Senectus lassæ ætatis non fractæ nomen est inter decrepitos me numera & extrema tangentes *ep* 26.

Senectus adolescẽntiam sequitur, mors senectutem *ep.* 30.

DE MORTE.

Mors naturæ lex est, mors tributum officiumque mortalium, malorumque omnium remedium est 6. *nat quæst* 32.

Mors omnium dolorum & solutio est & finis *de consol. ad Mart.* 19.

Mors nullius mali est materia, multorũ finis. 7 *de benef.* 1.

Mors aut finis est aut transitus. *ep* 66.

Mors nos aut consumit, aut exuit. *ep.* 24.

Mors carpit nos non corripit *ep* 120.

Mors omnes æque vocat. Iratis diis propitiisque moriendum est 2. *nat quæst.* 59.

Quicquid ætatis retro est, mors tenet *ep* 1.

Mors non vltima venit, sed quæ rapit, vltima mors est. *ep* 24

Mors, exilium, luctus, dolor non sunt supplicia, sed tributã viuendi *de remed fort in Excerp.* [illegible]

Senectus adolescentiam, mors senectutem sequitur *ep* 30

In hoc erramus, quod mortem iudicamus sequi, quum illa & præcesserit & secutura sit: quidquid ante nos fuit, mors est *ep* 55.

Mors ex friuolis causis contemnitur. Alius ante amicæ fores laqueo pependit, alius se præcipitauit a tecto ne dominum stomachantem diutius audiret, alius ne reduceretur è fuga ferrum adegit in viscera. *ep.* 4.

Mors necessitatem habet æquam & inuictam. *ep.* 30.

Mors per omnes it *ep* 94.

Quisquis ad vitam editus, ad mortem destinatur, *de consolation. ad Polyb.* 30.

In omnes constitutum est capitale supplicium, & quidem constitutione B iustissima. 2. *nat. quæst.* 59. (B *subintellige Dei.*

Nihil tam magnum est, quod perire non possit. 6. *de benef* 31.

Interuallis distinguimur, exitu æquamur. *epist.* 102.

Non repente in mortem incidimus, sed minutatim procedimus. quotidie morimur, quotidie demitur aliqua pars vitæ, & tunc quoque cum crescimus vita decrescit. infantiam amisimus, deinde pueritiam, deinde adolescentiam. Hũc ipsum quem agimus diem cum morte diuidimus: vltima hora qua esse desinimus, non sola mortem facit, sed sola consummat. *epist.* 24.

Quotidie morimur. *epist.* 14.

In hoc fallimur, quod mortem prospicimus magna pars eius iam præterit: quicquid ætatis retro est, mors tenet, *epist* 1.

Non est quod nos tumulis metiaris, & his monumentis quæ viam disparia prætexeunt Æquat omnes cinis Impares nascimur, pares morimur. & *post.* Conditor ille iuris humani, non natalibus nos, nec nominum claritate distinguit, nisi dum sumus. Vbi vero ad finem mortalium ventum est, discede, inquit, ambitio, omnium quæ terra premit, similis esto. *epist.* 91

Mors illa quæ in Catone gloriosa est, in Bruto turpis est, & erubescenda A *epist* 83. (A Quid ita? *Interest virum mollitiei an virtuti mortem admoueat Brutum fortitudo mortis mouat prior, Cato non petiit.*

O ignaros malorum suorum, quibus non mors, vt optimum inuentum naturæ, laudatur, quæ siue felicitatem includit, siue calamitatem repellit, siue satietatem aut lassitudinem senis terminat, siue iuuenile æuum (dum meliora sperantur) in flore deducit, siue pueritiam ante duriores gradus reuocat, omnibus finis, multis remedium, quibusdam votum, de nullis melius merita, quam de his ad quos venit antequam inuocaretur. Hæc seruitutem inuito domino remittit Hęc captiuorum cathenas leuat, hæc è carcere educit, quos exire imperium impotens vetuerat Hęc exulibus in patriam semper animum oculosque tendentibus, ostendit, nihil interesse, inter quos quisque iaceat. Hęc vbi res fortuna male diuisit, & æquo iure genitos aliũ alij donauit, exæquat omnia. Hæc est quæ nihil quicquam

alieno

alieno fecit arbitrio. Hæc est in qua nemo humilitatem suam sensit. Hæc est quæ non paruit. Hæc est Marcia, quam pater tuus concupiuit. Hæc est, inquam, quæ efficit, vt nasci non sit supplicium, quæ efficit vt non concidam aduersus minas casuum, vt seruare animum saluum ac potentem sui possim. *ad Mart.* 10

In hoc tam procelloso & in omnes tempestates exposito mari nauigantibus, nullus portus nisi mortis est. *ad Polyb* 28

Quid tam ridiculum, quam appetere mortem, cum vitam tibi inquietam feceris metu mortis? *ep* 24

Egregia res est, mortem condiscere. *ep* 26.

Inter ipsa altaria & solennes sacrificantium ritus dum optatur vita, mortem condiscite. *de proui.* 8.

Ridiculum est currere ad mortem tædio vitæ, cum genere u vitæ vt currendum esse ad mortem effeceris, *epistol* 24 [u *Qui timore & metu mortis vitam inquietam sibi reddidit, habet quidem causam vt mortem expetat, sed minime iustam. Cur enim metuit mortem quam potest non metuere?*

Hominis tota vita nihil aliud quam ad mortem iter est. *& post.* Omnes huic rei tollimur. quisquis ad vitam editur ad mortem destinatur. *ad Polyb* 30.

Mortibus c viuimus. 10. *controuers. in proœm.* [c *Cur mortibus nos ait viuere? Quicquid,* inquit, *animo volitat, quidquid piscium natat, quidquid ferarum discurrit, nostris sepelitur ventribus.*

Tanta hominum imprudentia, est, imo dementia, vt quidem timore mortis cogantur ad mortem. *ep.* 24

Nulla res magis proderit, A quàm cogitatio mortalitatis. 3 *de ira* 41 [A Subintellige, *ad iram ponendam ac tollendam. Cur enim irascor cuiquam debeat, qui se nesciat, non dicam in crastinum, sed in momentum victurum?*

Incertum est, quo te loco mors expectet: itaque tu illam omni loco expecta. *ep.* 26

Stultus u est qui defleت mortem mortalium. *de remed fort.* [u Cur *stultus est? perire periturum, id in hoc datum.*

Meditare mortem. *ep* 26.

Quidquid facies respice ad mortem *ep.* 125.

Nemo mortem laudat, sed c eum cui mors ante abstulit animum, quam conturbauit. *ep.* 83 [c hoc est, *eum qui prius mortuus est, quam mortis metu perturbaretur.*

Plato clamat, sapientis animum totum in morte promittere hoc velle, hoc meditari, hac semper cupidine ferri in exteriora tendentem *ad Mart* 2.

Hoc circa diem mortis præsta, moriantur ante te vitia. *epist.* 27.

Nullum animal ad vitam prodit sine metu mortis *ep.* 122.

Si timenda mors est, semper timenda est. quod enim tempus morti exemtum est? *epist* 30.

Tam stultus est qui mortem timet, quam qui senectutem. *epist.* 30

Adeo mors timenda non est, vt beneficio eius nihil anteferendum timendumve sit. *epist* 24

Non mortem timemus, sed cogitationem mortis. *ep* 30.

Crudelius est quam mori semper timere mortem. 3. *contr.* 5.

Vitæ multa debemus, morti nihil. *de remed. fort. in Excerptis.*

Qui mortem timebit nihil vnquam pro homine viuo faciet 1. *de tranquill.* 11.

Non potest stare paratus ad mortem, qui modo incipit viuere. *epist.* 23.

Nos sumus apud quos vsque eo nihil ante mortem ociosum est, vt si res patitur, non sit ipsa mors otiosa. *de vit beat.* 28.

Mors ante oculos tam iuueni quam seni debet esse. *ep.* 12.

Multum fuit Carthaginem vincere, sed amplius mortem. *epist.* 24.

Nemo tam imperitus est, vt nesciat sibi quandoque moriendum tamen cum prope accesserit, tergiuersatur, tremit, plorat *epist.* 78.

Nemo sine querela moritur. 5. *de benef* 17.

Mortem venientem nemo hilaris excipit, nisi qui se ad illam diu composuerat *ep.* 30.

Magno æstimamus mori tardius. 2. *nat* 59.

Si infantes, si pueri mente lapsi, non timent mortem, fuerit turpissimum, si eam securitatem, nobis ratio non præstat, ad quam stultitia A perducit. *ep* 36. [A *Stultitiam vocat statum mente lapsi, infantis ac pueri, in quo quis posito mortem non timent.*

Cui nasci contigit, mori restat. *epist.* 100.

Homo nunquam magis diuinus est, quam vbi *mortalitatem* suam cogitat. scit in hoc se natum, vt vita defungeretur: nec domum esse hoc corpus, sed hospitium, & quidem breue hospitium, quod relinquendum est, vbi te grauem esse hospiti videas *epist* 121.

Senec.

Magna res est & diu discenda, cùm aduentat hora illa ineuitabilis, æquo animo abire. *epist.* 30.

Quam stultum est mare horrere, cum scias, stillicidio perire te posse? Nullum est maius solatium mortis, quam ipsa mortalitas. 6 *nat* 2.

Meditare vtrum commodius sit vel mortem transire ad nos, vel nos ad eam. *epist.* 26.

Imbecillus est & ignauus, qui propter dolorem moritur, stultus qui doloris causa viuit. *epist.* 59.

Maximum solet esse solatium extrema passuris, quorum causa & eadem sors est, tardius mori: & beneficij loco petunt, vt vltimi ceruicem præbeant 2 *nat* 59.

Quid stultius quam fastidiose mori? *epist.* 71.

In freto u viximus, moriamur in portu. *epist.* 19 [u Fretum *vocat virilem ætatem, quæ vi sua feruida est: portum, senectutem.*

Vir fortis & sapiens & non c fugere debet è vita, sed exire, *epist.* 24 [c *Fugere dicimur ex eo loco, in quo inuiti detinemur: exire, vbi vltro ac sponte fuerimus.*

Quis exitus est melior, quam in finem suum (natura soluente) dilabi? o *epist.* 46. [o *Lenis hac via, subitus & in senectute mors*

Necesse est mori, vbicunque & quandoque 6. *nat. quæst.* 2.

Nemo nisi suo 2 die moritur. *epist.* 70. [2 Suum *diem appellat, præsentem: præteriti enim dies, haud nostri sunt, sed alieni, alteri, inquam, qui a nobis ita perierunt, vt reuerti, parari aut restitui nobis non possint*

Illud imperitissimi cuiusque verbum falsum esse tibi persuade: Bella res est mori sua 2 morte. *epist.* 70. [2 Hoc est *spontanea.*

Bene mori, est libenter mori. *epist* 61.

Dies iste, quem tanquam extremum reformidas, æterni c natalis est *epist* 102. [o *Hoc est, vitæ futuræ atque æternæ.*

Peiores morimur, quam nascimur, nostrum istud non naturæ vitium est *ep* 22.

Qui mori didicit, seruire dedidicit. *ep.* 26

Nemo nimis cito moritur qui victurus diutius quam vixit, non fuit *de consol. ad Mart.* 10.

Nemo nostrum cogitat, quandoque sibi ex hoc domicilio exeundum. *ep.* 71.

Optimum est antequam A optes mori. *de remed. fort. in Excerptis.* [A *Votum enim moriendi, non sine sollicitudine est: quod votum sæpe ij faciunt, qui diutius viuunt: vt hinc acute colligat Seneca noster, optimum esse in iuuentute mori.*

Optimum est mori, cum iuuat viuere. *de remed. fort. in Excerptis.*

Optimum est ei abire, qui ad se nunquam rediturus est. 7. *de benefic.* 20.

Non est tam facile homini probo occidere, quam perdito mori 3. *controuers.* 3.

Nulla terra est aliena mortuo. *de remed. fort. in Excerptis.*

Fabianus ait, quod nostri quoque parentes videre, puerum Romæ fuisse, statura ingentis viri. sed hic cito decessit, & moriturum breui nemo non prudens dixit. Indictum imminentis exitij maturitas, & appetie finis, vbi incrementa consumta sunt. *ad Mart.* 23.

Fixus est cuique terminus, manebit semper vbi positus est: nec vllum vlterius diligentia aut gratia promouebit *de consolat. ad Martiam.* 20

Prope est rerum omnium terminus. prope est, inquam, & illud, vnde felix eijcitur, & illud vnde felix emittitur. *ep.* 111.

Omnes, (imo omnia) in vltimum diem spectant. *de consolat ad Polyb.* 30.

Nemo vnquam tardius periit. 4. *controu.* 3.

Omnia mortalium opera, mortalitate damnata sunt *epist* 92.

Mortalia minuuntur, cadunt, deteruntur, crescunt, exhauriuntur, implentur *ep.* 27.

Ibit qua cœpit *ætas*, nec cursum suum aut reuocabit aut supprimet, nihil tumultuabitur, nihil admouebit velocitatis suæ, tacita labetur. *de breuitat. vitæ* 8

Post mortem omnia finiuntur etiam ipsa. Hanc sententiam Senecæ tribuit Tertullianus duobus locis: & quidem libro de Resurrectione carnis sic: Nihil esse post mortem, Epicuri schola est. Ait & Seneca omnia post mortem finiri, etiam ipsam. & libro de anima Multo, inquit, exactius Seneca: Post mortem ait, omnia finiuntur, etiam ipsa.

Impares nascimur, *pares* morimur. *Et post.* Ad omnia patienda pares sumus. Nemo altero fragilior est; Nemo

incrastinum sui certior. *epistol.* 92.

Semper *vna esse* non possemus. *de remed fort in Excerptis.*

Mors omnes æque vocat. 5. *nat quæst.* 59.

Est mihi crede, magna felicitas, in ipsa felicitate moriendi. *ad Polyb* 58.

DE LVCTV ET SEPVLTVRA.

De Consolatione & mortis consolatoriis seu remediis.

Quod in luctu dici solet. Vtrum aliquando desines, non nunquam? 3 *de ira* 28.

Quid? non ego duritiam suadeo, & in funere ipso erigere vultum, volo & animum ne contrahi quidem patiar? Minime. Inhumanitas est ista non virtus, funera suorum iisdem oculis quibus ipsos videre: nec commoueri ad primam familiarium diuisionem. Puta autem me vetare quædam quæ non sunt futuris. Excidunt enim retinentibus lacrymæ & animum profusæ leuant. Quid ergo est? Permittamus illis cadere, non impediamus fluant quorum affectus eiecerit, non quantum poscet imitatio *ep.* 100.

Quemadmodum in cæteris rebus, ita & in lachrymis aliquid fiat est *ep* 100.

Non potest animum pie dolentem à solicitudine auertere, nisi aut ratio aut honesta occupatio *ad Alb.* 16.

Quis non, si admoneatur vt de suis cogitet, tanquam dirum omen respuat & in capita ominatorum aut ipsius intempestiui monitoris abire illa iubeat. *ad Mart* 9

Innumerabilia exempla sunt eorum qui liberos iuuenes sine lacrymis extulerint, qui in senatum aut aliquod publicum officium à rogo redierint, & statim aliud egerint. *epist* 100.

Bibulus tam cito liberorum suorum *luctum* finiuit quam consulatum annum luxerat *ad Mart.* 14.

Lacrymatæ alicui *ad Polyb* 25.

Mortuos in vestibulo ædium ponebant.

Quis est iste decrepitus & merito ad ostium admotus? foras A enim spectat. *ep.* 12 {A Alludit ad vetustum morem collocandi mortuos in vestibulo ædium: id propterea dicebatur Collocatio. v. *Suet in Augusto* 100.

Deflebant mortuos.

Beatum deflere, inuidia est: nullum dementia 1. *ad Polyb.* 27.

Capillum tondere

In luctu à rebus adoptis moris est capillum tondere. 5. *de beneficiis sexto.*

De Tacito funere.

Minus molestiarum habet funus tacitum a t *de tranq* 1. {B Tacitum interpretor sine cantu, & symphonia.

Pacuuius qui Syriam vsu suam fecit, cum vino & funebribus illis epulis se sepelisset, quasi sibi parentauerit, sic in cubiculum ferebatur à cœna vt inter plausus exoletorum hoc ad symphoniam caneretur, *βεβίωκε, βεβίωκε*, nullo nō se die extulit *ep* 1. [C al *planctus*. Hos ego fitticinas fuisse aut exhibuisse potius puto fitticines enim erant, qui apud sitos, funerator, vita functos & sepultos soliti erant canere, honoris causa cantus lamentabiles. vt ex Coniectaneis Atei Capitonis & Catone probat Nonnius t in fiticines. Erant & præficæ mulieres ad lamentandum mortuum conductæ quæ dabant cæteris modum plangendi *Fes. in præfica.*

Quantum a *funere* absunt, & quidam acerbo qui ad faces A & cereos viuunt? *e.* 123 {A Ad faces & cereos funera deducebant Minutius Felix Octauio. Nec mortuos coronamus. Ego vos magis in hoc miror quemadmodum tribuatis exanimi vt sentienti facem, aut non sentienti coronam: cum & beatus non egeat & miser non gaudeat floribus

Totiens in vicinia mea conclamatum est, totiens præter limen immaturas exequias fax cereusque præcessit 1. *de tranq vit.* 11

At me hercule istorum funera tanquam minimum vixerint ad faces & cereos deducenda *c. vlt de breuitate vitæ.*

De sepulcrorum sumptu.

Quidam disponunt etiam illa, quæ vltra vitam sunt, moles magnas *sepulchrorum* & operum publicorum dedicationes, & ad rogum munera & ambitiosas exequias. At me hercule istorum funera, tanquam minimum vixerint ad faces & cereos ducenda sunt *de breuitate vita.* 20.

De sepultura varijs generibus.

Insepultus iacebis? at tu combustus: at tu obrutus: at tu inclusus: at tu putridus: at tu euisceratus, (al. ceratus) & constrictus, at traditus lapidi qui te paulatim edat & exceet. *& post.* Non defunctorum causa, sed viuorum inuenta est sepultura, vt corpora & visu & odore fœda amouerentur. alios terra obruit, alios flamma consumsit, alios lapis ossa redditurus includit. Non defunctis, sed nostris oculis parcimus. *de remed fort in Excerptis.*

Ære collato funerati.

Menenius Agrippa, qui inter patres & plebem publicæ gratiæ sequester fuit, ære collato funeratus est. *ad Albinam* c. 12.

Precabantur mortuis Requiem.

Est quædam dolenti modestia: illum ipsum iuuenem dignissimum quiete a *semper & nominare* cogitans) facies meliore pones loco si matri suæ, qualis viuus solebat hilari & cum gaudio occurret. c. 3. *ad Marciam.* [a Quidam legunt, *dignissimum quiete, quietum nominans* Tertullianus libro de testimonio animæ: Ossibus & *cineribus* eius *refrigerium* comprecaris, & vt *bene requiescat apud inferos*, *cupis.* [c ita lego. cum in vulgatis sit, *semper nominans cogitansque.*

De luctu.

Cætera quæ ad hunc locum referri etiam possint, adscripsi infra, libro de Iure & Iurisprudentia Titulo de religiosis, qui est Titulus 7. libri 11. Pandectarum. Adi quoque integrum libellum de remedijs fortuitorum Senecæ.

DE ANIMO

Animi praestantia.

Cogita in te præter animum nihil esse mirabile *ep.* 8.

De animi essentia var. æ sententiæ.

Multa sunt quæ esse concedimus, qualia sunt, ignoramus. Habere nos animum (cuius imperio & impellimur & reuocamur) omnes fatebuntur, quid tamen sit animus ille, rectorque dominusque nostri, non magis tibi quisquam expediet, quam vbi sit. Alius dicet esse spiritum, alius concentum, alius vim diuinam & Dei partem, alius tenuissimum aërem, alius incorporalem potentiam. Non deerit qui sanguinem dicat, qui calorem. Adeo animo non potest liquere de cæteris rebus vt adhuc ipse se quærat 7. *nat.* 24

Innumerabiles sunt quæstiones de animo tantum, vnde sit, qualis sit, quando esse incipiat, quandiu sit: An aliunde alio transeat & domicilium mutet, ad alias animalium formas, aliasque coniectus: An non amplius quam semel seruiat, & emissus vagetur in toto. Vtrum corpus sit an non sit: Quid sit facturus cum per nos aliquid facere desierit, quomodo libertate sua vsurus, cum ex hac effugerit cauea: An obliuiscatur priorum & illic nos nosse incipiat: An de corpore abductus in sublime recesserit *ep.* 89.

Quid animus.

Quid est aliud animus quam quodam A modo se habens spiritus? *ep* [A Sic Celsus 5. ff. quid aliud iura sunt prædiorum, quam prædia qualiter se habentia? l. 86. ff de Verb. sign. quo loco *πωςἔχοντα* dixit, qualitatibus affecta.

Quid aliud voces animum quam Deum in humano corpore hospitem? *ep.* 31.

Animus vnde & quem in finem? Nobis datus est, vt Deum, quæque Dei sunt, spectemus, & à corpore ad res diuinas, cælestes & æternas eum subducamus.

Nemo improbe eo conatur ascendere, vnde descenderit. Quid ista autem quod non existimes, in eo diuini aliquid existere, qui Dei pars est? Totum hoc quo continemur & vnum est & Deus, & socij eius sumus & membra Capax est noster animus: perfertur illo, si vitia non deprimant. Quemadmodum corporum nostrorum habitus erigitur & spectat in cœlum, ita animus in hoc à natura rerum formatus est, vt paria Dijs velit, & sic vtatur suis viribus. Nam si aliena vi ad summa nitteretur, magnus erat labor, ire in cœlū tedit, cum hoc iter ad quod natus est, vadit audacter, contemptor omnium, quæ imperitorum oculus auertunt à cœlo. Scit alibi positas esse diuitias, quam quo congeruntur, & iis animum compleri debere non arcam *ep.* 91.

Mittamus animum ad illa quæ æterna sunt, Miremur in sublime volitantes rerum omnium formas, Deumque inter illa versantem & prouidentem. Quemadmodum quæ immortalia facere non potuit (quia materia prohibebat) defendat à morte: hac ratione vitium corporis vincat. Manent enim cuncta, non quia æterna sunt, sed quia defenduntur cura regentis. Immortalia tutore non egent. Hæc conseruat artifex, fragilitatem materiæ vi sua vincens. *epist.* 59.

Ego nesciam vnde descenderim? semel hæc mihi videnda sint an sæpe? nesciam quo hinc iturus sim? quæ sedes expectet animam solutam legibus seruituris humanæ? vetas me cœlo interesse? *epist* 66.

Hæc libertas animi à terrenis dimitti ad diuina, & euagatio subducit interim se custodiæ in qua tenetur & cœlo reficitur. *epist.* 66.

quicquid

Quicquid facies, cito redi à corpore ad animum. *ep.* 15.

Animus ad Deum tendit, memor originis suæ *ep.* 92.

Animus oritur illo vnde dimissus est: ibi illum æterna requies manet, pro confusis crassisque liquida referentem. *ad Mart.* 24

Sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorumque nostrorum obseruator & custos *& post.* Quemadmodum radij solis contingunt quidem terram, sed ibi sunt vnde mittuntur, sic animus magnus ac sacer, & in hoc demissus vt propius quidem diuina nossemus, conuersatur quidem nobiscum, sed hæret origini suæ. Illinc pendet, illuc spectat ac nititur. *ep.* 41.

Maximum argumentum est animi ab altiori venientis sede, si hæc in quibus versatur, humilia iudicat & angusta, si exire non metuit. Scit enim quo exiturus sit, qui vnde venerit meminit. *ep.* 121.

Animus incorporeus.

Animus quidem ipse sacer est, & æternus, & cui non possit inijci manus *ad Alb.* 11.

Animi capacitas & magnitudo.

Magna & generosa res est humanus animus, nullos sibi poni nisi communes, & cum Deo terminos patitur. *ep.* 103.

Animus religionis & virtutis capax.

Animus nisi purus ac sanctus est Deum non capit *ep.* 88.

Animus virtuti consecrandus, & quacunque vocat illa, planum putandum 7 *de benef.* 1.

Vide animi quantum audeat, quemadmodum soli aut nouerit Deos aut quærant, & mente in altum data diuina comitentur 6 *de benef* 23

Reuertantur ad animum, iam hominem Deo metientur. *epist.* 72

Animi essentia inuisibilis, & qua parte corporis exeat homine moriente.

Animus qui ex tenuissimo constat deprehendi non potest nec intra corpus affligi, sed beneficio subtilitatis suæ, per A ipsa quibus premitur, erumpit *epist.* 58. [A *Stoici existimabant animam hominis magno pondere extritis permeare non posse, & statim spargi, quia non fuerit illi exitus liber. Hanc Stoicorum sententiam Seneca improbat, similitudines varias in eum finem proferi, flammæ, aeris, fulminis, quæ neque scindi neque loco constringi possunt: His enim omnibus per tenne foramen viam exeundi patere, ac nisi pateat, eam sibi impetu suo facere.*

De Animi motu, vnde sit.

Nihil est aliud quo animus noster agitetur: quis est illi motus nisi intensio? quæ intensio nisi ex vnitate? quæ vnitas, nisi hæc esset in aere? Quid producit fruges, segetem & arbores, quam spiritus, intentio & vnitas? 2. *nat* 6 *adde cap.* 7. 8 9

Natura humanus animus agilis est, & pronus ad motus 1 *de tranq. vitæ.* 2.

Animi fortitudo.

Valentior omni fortuna animus est *ep* 98

Quodcunque sibi imperauit animus, obtinuit 2 *de ira* 13.

Animus in vero perspiciendo cæcus.

Animus noster ad vera perspicienda caligat *epist.* 72.

Animi cogitationes ad ea quæ solent vel possunt fieri.

In omnia præmittendus est animus, cogitandumque non quicquid solet, sed quicquid potest fieri. *ep* 91.

Miscellæ sententiæ de Animo.

Animus noster modo rex est, modo tyrannus. *ep* 115.

Corpus multis eget rebus, vt valeat Animus ex se crescit, se ipse alit, se exercet *ep* 80.

Qui animum parem sibi nactus est, quantum in illo est, quod voluit effecit. 2 *de benef.* 22.

Pacem sibi fecit *animus* nihil timendo: diuitias, nihil concupiscendo *epist* 88.

Beneficium non in eo quod fit aut datur, consistit, sed in ipso dantis aut facientis animo. Animus est qui parua extollit, sordida illustrat, magna & in pretio habita dehonestat. Ipsa quę appetuntur neutram naturam habent, nec boni nec mali. Id refert, quo illa rector animus impellat, à quo forma datur rebus 1 *de benef.* 6

Animus, non euentus beneficium ab iniuria distinguit. 6. *de benef. cap.* *octauo.*

Ad liberandum fidem non opus est facultatibus, sed animo 1 *de benef.* 1.

Animus cæcus, quicquid illi commiseris, id suum & perniciem & occasionem miseriæ facit 5. *benef* 12.

Naturale est, vt semper animus ab eo refugiat, ad quod cum tristitia reuertitur *de consol. ad Polyb* 37.

Maiore corporis sarcina animus eliditur, & minus agilis est *epist.* 15.

Senec.

[Bona mens nec commodatur, nec emitur: & puto si venalis esset, non haberet emptorem. *epist.* 27.

Mobilis & inquieta *mens* homini data est *de consolatione ad Albinam* 6.

Pusilla res est hominis anima, sed ingens res est contemptus animæ 6. *nat quæst.* 2.

Difficilis humani animi coniectura est. 4 *de benef.* 31.

Omnibus prodest subinde animum relaxare. 1. *Controu. in proœm.*

[*De Animorum immortalitate & æternitate selecta, & lectu digna*

Epistola tua mihi fecit iniuriam: reuocauit enim me cogitationi aptæ traditum, & iturum, si licuisset vlterius, Iuuabat de æternitate animarum quærere, imo mehercule credere. Credebam enim facile opinionibus magnorum virorum, rem gratissimam promittentium magis quam probantium: dabam me spei tantæ. Iam eram fastidio mihi, iam reliquias ætatis infractæ contemnebam, in immensum *illud tempus* & in possessionem omnis æui transiturus, cum subito experrectus sum, epistola tua accepta, & tam bellum somnium perdidi *ep* 103

Cum de animarum æternitate disserimus, non leue momentum apud nos habet consensus hominum aut timentium inferos aut colentium A *ep.* 118. [A *Quod si legas*, aut cœlos affectantium tuis malis, *aut incolen. inm.*

Animi immortales & inter beatos agentes beatitudo.

Non est quod ad sepulcrum filij tui curras, pessima eius & ipsi molestissima istic iacent ossa cineresque, non magis illius partes, quam vestes aliaque tegumenta corporum. Integer ille nihilque in terris relinquens fugit & totus excessit, paulumque supra nos commoratus, dum expurgat inhærentia vitia, situmque omnis mortalis æui excutit, deinde ad excelsa sublatus, inter felices excurrit animas, excipitque illum cœtus sacer *ad Mart.* 25.

Sursum vocatur animus.

Tunc animus noster habebit, quod gratuletur sibi, cum emissus tenebris (in quibus voluitur,) non tenui visu clara prospexerit, sed totũ diem admiserit, & redditus cœlo fuerit, cum receperit locum quem occupauit sorte nascendi, sursum illum vocant initia sua. *epist* 80.

Animas eorum qui pie vixerunt in cœlum vnde sunt, ire.

In ipsa Africani Scipionis villa iacens hæc tibi scribo, adoratis manibus eius & ara, quam sepulcrum esse tanti viri suspicor. Animam quidem eius in cœlo (ex quo erat) redijsse persuadeo mihi: non quia magnos exercitus duxit (hos enim Cambyses furiosus & furore feliciter vsus habuit) sed ob egregiam eius moderationem pietatemque, *epist.* 87.

Animæ pax, felicitas, libertas, æternitas & voluptas post mortem: & de loco beatorum post mortem.

Si solutæ corporibus animæ manent, felicior illis status restat, quam est dum versantur in corpore *ep.* 77.

Excessit filius terminos, intra quos seruitur, excepit illum magna & æterna pax *ad Marth* 19.

Ne inuideris fratri tuo, quiescit, tandem liber, tandem tutus, tandem æternus est *& post* Fruitur nunc aperto & libero cœlo, ex humili atque depresso in eum emicuit locũ (quisquis ille locus est, qui solutas vinculis animas beato recipit sinu) & nunc libere vagatur: omniaque rerum naturæ bona cum summa voluptate perspicit. Erras, non perdidit lucem frater tuus, sed securiorem sortitus est. Omnibus illud nobis commune est iter. Quid fata deflemus? non reliquit ille nos, sed antecessit *ad Polyb* 28.

Cogitemus, Lucili carissime, cito nos eo peruenturos quo illum peruenisse mœremus: & fortasse (si modo sapientum vera fama est, recipitque nos locus aliquis) quem putamus perisse, præmissus est *epist* 64. *in fin.*

Animum summo studio expectare illum diem, illudue tempus, quo in alium [illegible] partum & in cœlum sit.

Non timide componor *ad illum diem* quo remotis strophis ac fucis de me pronũciaturus sum, vtrum loquar fortia an sentiam, nunquid simulatio fuerit & mimus, quicquid contra fortunam iactaui verborum *epist.* 26.

O quando videbis *illud tempus*, quo scies tempus ad te non pertinere, quo tranquillus placidusque eris, & crastini negligens, & in summa tui satietate. *epist* 32 *in fin.*

Cum venerit *dies ille* qui mixtum hoc diuini humanique secernat, corpus hoc vbi inueni, relinquam. Ipse me Dijs reddam. Nec nunc sine illis sum, sed graui terrenoque detineor: per has mortales enim moras *illi meliori vitæ*, longiorique præluditur. *& post* Per hoc spatium quod ab infantia patet in senectutem, in aliũ naturę sumimur partum,

Alia origo nos expectat, alius rerum status. Nondum cælum nisi ex interuallo pati possumus. Intrepidus horam illam decretoriam prospice. Nõ est animo suprema sed corpori. *& post* Dies iste quem tanquam extremum reformidas, æterni natalis est. *& post.* Veniet qui te reueler dies, & ex contubernio fœdi atque olidi ventris educat. Huic nunc quoque quantum potes subuola. *& post* aliquando naturæ tibi arcana retegentur, discutietur illa caligo, & lux vndique clara percutiet. Imaginare tecum quãtus ille sit fulgor tot sideribus inter se lumen miscentibus. nulla serenũ vmbra turbabit, æqualiter splendebit omne cœli latus: tunc in tenebris vixisse dices, cum totam lucem totus aspexeris, quam nunc per angustissimas oculorũ vias obscure intueris, & tamen admiraris illã procul. Quid tibi videbitur diuina lux, cum illam suo loco videris? Hæc cogitatio nihil sordidum animo subsidere sinit, nihil humile, nihil crudele. Deos omnium rerũ esse testes ait, illis nos approbari, illis in futurum parari iubet, & æternitatem proponere. quam qui mente concepit, nullus horret exercitus, non terretur turba nullis ad timorum nutnis agitur. *ep. 102.*

[*De fine & interitu seculi per ignem. Resurrectionis vestigia nonnulla, sed tamen incerta, A vaga & confusa.* [*A Huc refer Democriti opinionem quæ apud Plinium 7 c. 55 Similis est, inquit, de asseruandis corporibus hominum ac reuiuiscendi promissa a Democrito vanitas, qui non reuixit ipse. Quæ, malum, ista dementia est, iterari vitam à morte, sic enim lego & emendo locum Plinii. quem etiam adde. c. 52. eiusdem libri, vbi recenset eos qui elati reuixerint.*

Mors quam pertimescimus & recusamus, intermittit vitam non eripit. *Veniet* iterum qui nos in lucem reponat *dies*, quam multi recusarent, nisi oblitos reduceret, sed postea diligentius docebo omnia quæ videntur perire, mutari. Æquo animo debet rediturus exire *ep. 36.*

Cum tempus aduenerit quo se mundus renouaturus extinguat, viribus ista suis secedẽt, & sydera syderibus incurrent, & omni flagrante materia *vno igne*, quicquid ex disposito lucet, ardebit: nos quoque felices animæ & æternæ sortitæ (cum Deo visum erit iterum ista moliri) labentibus cunctis & ipsius parua ruinæ ingẽtis accessio, in antiqua elementa vertemur. Felicem filiam tuam (Martia) quæ ista iam nouit *ad Mart.* 16 sunt autem verba Cremutij Cordi fato iam functi ad Martiam filiam, ipso Seneca Cremutium Cordum ita loquentem inducente.

Scis futurum vt *renascatur* locatus in Pythagoricum B 7. *de benef.* 21 [B Conditionem renascendi sapientium clariores Pythagoras primus & præcipuus, Plato corruptis & dimidiata fide tradiderunt *Minutius Felix in Octauio.*

Plus fidei haberet apud te, plus ponderis, si quis *reuixisset* & in morte nihil mali esse narraret, expertus *ep. 30.*

[*De Inferis fabulosa Poetarum narrationes notata ac reprehensa.*

Non sum tam ineptus vt Epicuream cantilenam hoc loco persequar & dicam, vanos esse inferorum metus, nec Ixionem rota volui, nec saxum humeris Sisyphi trudi in aduersum, nec vllius viscera & renasci posse quotidie & carpi. Nemo tam puer est vt Cerberũ timeat, tenebras & laruarum habitum, nudis ossibus cohærentium. Mors nos aut consumit aut emittit. Emissis meliora restant onere detracto: consumptis nihil restat, bona pariter malaque submota sunt. *ep.* 24

Illa res morti nos alienat, quod hæc iam nouimus: illa quæ transituri sumus, nescimus qualia sint, & horremus ignota. Naturalis præterea tenebrarum metus est, in quas adductura mors creditur. *& post.* Multorum ingeniis certatum est, ad augendum mortis infamiam. descriptus est *carcer infernus* & perpetua nocte oppressa regio, in qua ingens ianitor Orci, *ossa super recubans antro semesa cruento, Æternum latrans exangues, terreat vmbras.* Sed etiam cum persuaseris ista fabulas esse, nec quidquam defunctis superesse quod timeat, subit alius metus: æque enim timẽt, ne A apud inferos sint, quam ne nusquam. *ep.* 82 [*A Lego:* æque enim timent ne nusquam sint, quam ne apud inferos sint.

Cogita nullis defunctum malis affici. illa quæ nobis inferos terribiles facit, fabula est. Nullas scimus imminere mortuis tenebras, nec carcerem, nec flumina flagrantia igne, nec obliuionis amnem, nec tribunalia, nec reos vllos in illa libertate tam laxa, iterum esse tyrannos. Luserunt ista poetæ, & vanis nos agitauere terroribus. *ad Mart.* 19.

Poetæ inferna monstra finxere succincta serpentibus & igneo flatu. 1. *de ira*, 35.

DE SVPERSTITIONE ET IMPIETATE.

Vulgus multa impie de Deo sentire.

Perturbatio illa intolerabilis ex alto venit, vbi de *Diis* famæ creditum est, vitiisque illos nostris æstimauimus. 7. *de benef.* 2.

Poetas de Diis fabulose & impie multa scripsisse.

Sic vestrat hallucinationes fero, quemadmodum Iupiter Opt. Max. ineptias poetarum, quorum alius illi alas imposuit, alius cornua, alius adulterum illũ induxit & abnoctãtem, alius sæuum in deos, alius iniquum in homines, alius raptorem ingenuorum, corruptoremque & cognatorum quidem, alius parricidam & regni alieni paternique expugnatorem, quibus nihil aliud actum est, quam vt pudor hominibus peccandi demeretur, si tales credidissent. *de vita beata* 26.

Inde Poetarum furor fabulis humanos errores alentium, quibus visus est Iuppiter (voluptate concubitus) Alcmenę triplicasse noctem. Quid aliud est vitia incendere, quam auctores illis inscribere Deos, & dare morbo diuinitatis excusatam licentiam! *de breuitate vitæ* 15.

Prophetas, vates & diuinos superstitionem auxisse.

Cum sistrum aliquis concutiens ex imperio mentitur, cum aliquis secandi lacertos suos artifex, brachia atque humeros suspensa manu cruentat, cum aliquis genibus c per viam repens vlulat, laurumque linteatus senex, & medio lucernam die præferens conclamat, *iratum aliquem Deorum*: concurritis & auditis, & diuinum esse eum, inuicem mutuum alentes stuporem, affirmatis. Ecce Socrates (ex illo carcere, quem intrando purgauit, omnique honestiorem curia reddidit) proclamat, quis est iste furor? quæ ista inimica diis hominibusque natura infamare virtutes & malignis sermonibus sancta violare? si potestis, bonos laudare, sin minus, transite. Quod si vobis exercere tetram istam licentiam placet, alter in alterum incursate. Nam cum in cœlum insanitis, nõ dico sacrilegium facitis, sed operam perditis. *de vit. beat.* 27. [B Tertull c 24. Apologetico Archigallus die 19 Kalend Aprilis sanguinem impurum, lacertos quoque castrando libauit pro salute imperatoris Marci iam interempti. & c 9 Hodie iste Bellonæ sacratus sanguis de femore proscisso, in palmulam exceptus, & suis datur signatis. adde Lactant. 1 c 21. Ammianum 27. Lãpridium [C Iuuenalis Satyr. 6 loquens de superstitiosa muliere inde superbi Regis agrum nuda ac tremebũda cruentis Erepet genibus si cãdida iusserit Io. Tibullus 1 eleg 4. Non ego tellurem genibus perrepere supplex Et miserum sancto tundere posse caput: Non ego (si merui) dubitem procumbere templis, Et dare sacratis oscula liminibus Arnob. 1. aduersus gentes, cum per omnia supplices irẽt templa, cum deorum ante ora prostrati limina ipsa conuerrerẽt osculis.

Pictores & statuarios superstitionem propagasse.

Ne hoc quidem crediderunt, Iouem esse, qualem in Capitolio & cæteris ædibus videmus, mittere manu fulmina, sed eundem quem nos, Iouem intelligunt, custodem rectoremque vniuersi, animum ac spiritum, mundani huius operis dominum & artificem, cui nomen omne conuenit. a *nat. quæst.* 45.

Imperitos superstitionem induxisse, & ab imperitorum falsa persuasione altissimos viros dissentire.

Quid tam imperitum est, quam credere fulmina è nubibus Iouem mittere, columnas, arbores statuas suas nonnunquam petere, vt impunitis sacrilegis, percussis ciuibus, incensis aris, pecudes innoxias feriat, & ad suum concilium a Ioue deos, quasi in ipso parum consilij sit, aduocari: illa læta & placata esse fulmina, quæ solus excutiat: perniciosa, quibus mittendis maior numinum turba interfuit 2 *nat. quæst.* 41.

Altissimos viros error iste non tenuit, vt existimarent, Iouem modo leuioribus fulminibus, & lusorijs telis vti, sed voluerunt admonere eos, quibus aduersus peccata hominum fulminãdum est, non eodem modo omnia esse percutienda: quædam frangi debere, quædam elidi & distingui quædam admoneri 2. *nat. quæst.* 44

Imperatores nonnullos impios in Deum fuisse.

C. Cæsar iratus Cœlo quod obstreperet pantomimis, (quos imitabatur studiosius quam spectabat, quodque comessatio sua fulminibus terreretur parũ certis ad pugnam vocauit Iouem & quidem sine intermissione, Homericum illum exclamans versum. A

Ζεῦ πάτερ οὔ τις σεῖο θεῶν ὀλοώτερος ἄλλος.

Quanta dementia fuit. Putauit aut sibi noceri ne à Ioue quidem

quidem posse, aut se nocere etiam Ioui posse. 1 *de ira*.16. [A *Vide quæ ad hunc locum scripsi* 3. *Coniectur arum*.

Principes in numerum Deorum ab adulatoribus subductos relatos.

Non iam procul erat tumulus in quo Cæsari *Deo* nostro quotidianum fiebat sacrum 3. *de tranq*.14.

Inanimatis diuinos honores à quibusdam redditos.

Magnorum fluminum capita veneramur: subita ex abdito vasti amnis eruptio aras habet: coluntur aquarum calentium fontes, & stagna quædam vel immensa altitudo sacrauit. *epist*.41.

Superstitio in victimarum numero.

Rufus vir senatorij ordinis inter cœnam optauerat, ne Cæsar saluus rediret ex ea peregrinatione quam parabat, & adiecerat, A idem omnes *Tauros & vitulos* optare 3 *de benef*. 27. [A Cur adiecit, idem omnes Tauros & vitulos optare? Principes victores Taurorũ & Vitulorum ingentem numerum Dijs suis mactabãt. Hinc iocus ille Taurorum in Marcum de quo Ammianus 25. Iulianus superstitiosus magis quam sacrorum legitimus obseruator, innumeras sine parsimonia pecudes mactans, vt æstimaretur, si reuertisset de Parthis, boues iam defuturos, Marci illius similis Cæsaris, in quem id accepimus dictum: οἱ λευκοὶ βόες Μάρκῳ τῷ Καίσαρι χαίρειν. Ἂν σὺ νικήσῃς ἡμεῖς ἀπωλόμεθα. id est, Boues albi Marco Cæsari salutem Si tu viceris, perimus.

DE PERSONIS MINISTRIS sacrorum.

Vt ne sacerdos, nisi integer, adsumatur & quis integer sit habendus.

Sacerdos integer sit. Metellus põtifex cum arderet Vestę templum, dum Palladium rapit, oculos perdit, sacerdotium illi negatur. *& post*. Lex integrum ad animum refert, non ad corpus Lex æstimari hoc voluit tunc, cum quis peteret, non cum haberet sacerdotium 4. *contr*. 2. *facit*.*l*. 5. *vers*. *eosum*. *ff de postuland*.

Ambitiosa lex est ad sacerdotium, Notas non sanctitatis tantum, sed felicitatis admittit, inquirit in mores, in corpus, in vitam. Vide tu quemadmodum tam morosæ legi satisfacias. 1. *contr*.2.

Fas sacerdoti non esset, ancillam tibi similem habere, fieri ne sacerdotem fas erit? *& post* Non potest in ea sperari sacerdos, in qua sperari meretrix potest. Alius oculis leno vitam æstimat, alius Pontifex 1. *contron* 2.

Absint ex hoc foro lenones, absint meretrices, ne quid parum sanctũ occurrat, dum sacerdos legitur. *& post*. Quo mihi sacerdotem, cuius precaria est castitas si mater tua prostitisset, tibi noceret *& post* Pro libertate vota facienda sunt, captiuæ mandabitis? 1. *contron*.2.

Ancillæ ex lupanaribus sacerdoti non emuntur. Coram sacerdote obscæni homines abstinent Non sine causa sacerdoti lictor apparet. Occurrenti tibi meretricem submouisset? 1. *contr* 2.

Castigationem a ex Pontificis Maximi arbitrio meruerat sacerdos, si te in lupanari redemisset. 1. *contr*. 2. [a *Iurisdictionem in ministros sacrorum quandam Pontifices maximos habuisse, hic locus indicio esse potest.*

Pro pudicitia vota facienda sunt, prostitutæ mandabitis, Pro militibus vota facienda sunt, istis mandabitis? Id enim deerat, vt templa reciperẽt, quas aut carcer aut lupanar eiecit. 1. *contron*. 2.

Sacerdos non integri corporis quasi mali ominis res vitanda est. Hoc in victimis notatur, quanto magis in sacerdotibus? 4 *contron*. 2.

Vestales ad sacra facienda noctu excitari solitæ.

Non est iniquum nobilissimas virgines ad sacra facienda noctib. excitari, altissimo somno inquinatas frui. *de prou*. 5.

Vestales primo discebant sacra, postea docebant.

Virgines Vestales annis inter officia diuisis, discunt c facere sacra, & cum didicerunt, docent *de vit*. *beat*. 29. c In tria *tempora diuisam fuisse Vestalium tempus refert Plutarchus tractatu, An respublica sint gerenda: Vnum quo discebant, alterum quo percepta sua peragebant, Tertium vt alias deinde docerent. Idem pene fuisse in virginibus Dianæ Ephesinæ. Futuras enim sacerdotes,* μελλιέρας, *deinde*, ἱέρας, postremo παριέρας.

Vestalis procedentis lictor populum submouebat, ac maxime infames personas.

Procedente hac lictor n summoueri videbitur, huic via cedet, summum imperium consules cedent tibi? 1 *contr* 2. [n Lictor vnus Vestalibus attributus fuit a Triumuiris Antonio, Lepido, Octauiano. *Dion*. 56 Plutarchus tamen Numæ id institutum tribuere videtur. *Plutarch*. *in Numa*.

Non sine causa sacerdoti lictor apparet, occurrenti tibi meretricem submouisset 1 *contr* 2.

Vestales virgines fuisse.

Vni Gratiæ nomen mutauit, Pasitheam appellauit & in matrimonium produxit, vt scias illas a Vestales non esse virgines. 1. *de benef*. 3 *in f* [a Lego, *vt scias illam Vestalem non esse virginem. Sane Virgines fuisse Vestales ex historiis constat. Omissis cæteris hunc ex Tertulliano 2 ad vxorem dabo Vestales, inquit, de virginitate censentur: Achææ Iunoni apud Ægium oppidum virgo sortitur & quæ Delphis insaniunt nubere nesciunt: Cæterum viduas Africanæ Cereri assistere scimus.*

De ancillis sacerdotis.

De ancillis sacerdotis vide supr duo loca

Asylum Templum.

In philosophiam secede, illa te sinu suo proteget, in huius *sacrario* eris aut tutus aut tutior. *ep*. 104.

Templa quædam e lapide Thasio.

Thasius *lapis* (quondam rarum in aliquo spectaculum templo piscinas nostras circumdat. *ep* 87.

De Templorum dedicationibus & dedicandi ritu.

Puluillus hoc scelere postem tenenti, & capitolium dedicanti, mors filij nunciata est, quam ille exaudisse dissimulans, & solennia pontificalis carminis verba concepit, gemitu non interrumpente precationem & ad filij sui nomen Ioue propitiato Putasses eius luctus aliquẽ finem esse debere, cuius primos dies, primus impetus ab altaribus publicis & fausta nuncupatione non abduxit patrem dignus mehercule memorabili dedicatione, dignus amplissimo sacerdotio, qui colere deus ne iratos quidem destitit. Idem tamen vt redijt domum, impleuit oculos, & aliquas voces flebiles emisit, & peractis, quæ mos erat pręstare defunctis, ad Capitolium hilari redit vultu. *ad Mart*. 13. De Horatio Puluillo vide Liuium 2. Dionys. 5. Tacitum. 19. Valer. 5. cap. 10.

Ne ad quemquam priuatum pertineant, populo dedicabo. 1. *contr*.

Templorum ruinæ etiam adoratæ.

Non magis contemnitur sapiens cum iacuit, quam cum ædium sacrarum ruinæ calcantur, quas religiosi æque ac stantes adorant. *ad Alb* 13.

Mysteria sacrorum non cuiuis patuisse, & de initiatis.

Sanctiora *sacrorum* tantum *initiati* sciunt *ep*. 69.

Rerum natura sacra sua non simul tradit. 7. *nat quæst*. 31.

Impietas in Deos legibus publicis vindicata.

Obiecta est Socrati *religionum* violatio, A & iuuentutis corruptela, quam immittere in Deos, in patres, in rempublicam dictus est. *epist* 105. [A Religionis sartæ tectæ habendæ præcipua cura fuit vel ipsis Ethnicis. sic ab iisdem Bacchanalium mos sublatus & fores Prædestinæ Chaldæi eiecti vrbe vt & qui Sabazij Iouis cultum inuehebant Illud impendio dignum est, quod cum Isidis & Serapidis fana diruenda senatus censuisset. L. Æmilius Paulus consul, cum ea nemo opificũ attingere auderet, posita prætexta securim arripuerit templique eius foribus inflixerit. Valer. 1 c. 3.

Clodius reus ob id adulterium, quod cum Cæsaris vxore in operto commiserat, violatis religionibus sacrificij, quod pro B populo fieri dicitur. *ep*. 98. [B Dici mos etiam erat Romanis in omnibus sacrificiis precibusque, *Populo Romano Quiritibusque*: *Festus in Dici*

Iniuriam non faciunt Diis si qui aras euertunt, sed malum propositum apparet malumque cõsilium etiam vbi nocere non potuit *de vit*. *beat* 26

De Ciborum delectu & abstinentia.

In Tiberij Cæsaris principatum iuuentæ tempus inciderat alienigenarum sacra mouebantur, sed inter argumenta superstitionis ponebatur, quorundam animalium abstinentia, Patre itaque meo rogante (qui non calumniam timebat, sed Philosophiam oderat,) ad pristinam cõsuetudinem redij. *ep* 109.

De Castis.

Nolumus istam maritorum abstinentiam qui primam c virginibus timidis remisere noctem 1. *Controuers* 2 *in f*. [c Iuuenalis Satyra. 6 Ille petit veniam, quoties non abstinet vxor Concubitu sacris obseruandisque diebus

FINIS THEOLOGICωN.

LOCI COMMVNES SEV LIBRI AVREORVM DE IVRE ET IVRISPRVDENTIA EX SENECA FACTI, ET AD ORDINEM PANDECTAtum in libros quinquaginta tributi, Authore Dionysio Gothofredo I. C.

LIBER PRIMVS.

DE IVSTITIA ET IVRE. Tit. I.

De æquo iure, & quod sit ius æquum.

AEQVVM ius est, non quo omnes vsi sunt, sed quod omnibus a latum est. *ep.* 108. [a Paulo aliter author ad Herennium: *Ex æquo & bono ius constat, quod ad veritatem & vtilitatem communem videtur pertinere.*

Nihil volo derogare legibus, nihil institutit, æquum inter omnes cines ius sit: vtere sine a me beneficio meo patria: causa tibi libertatis fui, ero & argumētum. Ex eo, si plus quā tibi expedit, creui. *epistol.* 87. [a Vide *Liuium.* 38. *Valerium* 5 c.3.

Prima pars æquitatis, est æqualitas e *ep* 30. [e Inde fit vt nemo quæri possit in ea conditione se esse, in qua nemo non est.

De Iustitia, & quid ea sit.

Doceas me quam sacra res sit iustitia alienū bonum spectans, nihil ex se petens nisi vsum sui. nihil sit illi cum ambitione famaque, sibi placeat *& post* Iustū esse gratis oportet & se in hanc pulcherrimam virtutem vltro impendere: nullum iustæ rei præmium maius est, quam iustum esse. *& post.* Non vis esse iustus sine gloria? at sæpe iustus esse debebis cū infamia Si sapis, mala opinio bene parta, delectat. *ep* 114.

Omnia faciēda sunt, vt quā gratissimi simus. Nostrū enim hoc bonum est, non quemadmodum iustitia, vt vulgo creditur, ad alios pertinet: maxima pars eius in se redit. Nemo enim cum alteri prodest, sibi profuit *ep* 81.

Iustitiæ præcepta & officia: & quomodo beneficio gratiam, iniuriæ talionem reddi oporteat.

Hoc certe iustitiæ conuenit, suum o cuique reddere, beneficio, gratiam; iniuriæ talionem, aut certe gratiam sed verum erit istud cum alius iniuriam fecit, alius beneficium dedit Nam si idem est, beneficio vis iniuriæ extinguitur. cui (etiam si merita non antecessissent) oportebat ignosci: post beneficia lædenti, plus quam venia debetur Non pono vtrique par pretium, pluris æstimo beneficium, quam iniuriam *ep* 81. [o *l* 10. § 1 *ff. hoc Titulo.*

Iustitia cuius sit bonum

Quid dubitas an iustitia & habentis bonum sit, & item sit eius cui debitum soluit? *ep* 103

Iurisprudentiæ studium.

Depono hoc apud te, nunquam plus agere sapientem, quam cum in conspectum eius diuina a atque humana venerunt. *ep.* 69. [a Iurisprudentia rerum diuinarum atque humanarum scientia

De iure naturali.

Habet sua iura natura a 9. *contr.* 5. 159. [a Exēpla iuris naturæ hæc Plato constituebat: Nudum in foro ambulare non debere, aut muliebri veste vti *Laert lib.* 3 *in Platonis vita.*

Quędā iura non lege, sed natura nobis attributa 9. *contr.* 5. Quod iure fit, verum est: & quod sine iure quinque rationem habeat, recte fit a *controuers* 1.

DE ORIGINE IVRIS ET SVCCESsione prudentum. Tit. II.

Quo iure gentes humana initio vsæ sint, & de legibus Solonis, Lycurgi, Zaleuci, Charondæ.

Quid haberes quod in philosophia suspiceres, si beneficiaria res esset? Huius opus vnum est, de diuinis humanisq verum inuenire: ab hac nūquam recedit iustitia pietas, religio, & omnis alius comitatus virtutum consertarum, & inter se cohærentium Hęc docuit colere diuina, humana diligere, & penes deos imperium esse, & inter homines consortium: quod aliquandiu inuiolatum mansit, antequam societatem auaritia distraxit, & paupertatis causa, (etiam his quos fecit locupletissimos) fuit. Desierunt enim omnia possidere, dum volunt propria Sed primi mortalium quiq. ex his geniti, naturam incorrupti sequebantur, eandem habebant & ducem, & legem, commissi melioris arbitrio Naturę est enim potioribus deteriora submittere Mutis quidē gregibus aut maxima corpora præsunt, aut vehemētissima. Nō pręcedit armēta degener Taurus, sed qui magnitudine ac toris cæteros mares vincit Elephātorum gregem excelsissimus ducit Inter homines pro summo est optimus Animo itaque rector eligebatur Idemque summa felicitas erat gentium: in quibus non poterat potentior esse, nisi melior. Tantum enim quantum vult potest, qui se (nisi quod debet) non putat posse. Illo ergo seculo quod aureū perhibetur, penes sapientes fuisse regnum Possidonius iudicat Hi continebāt manus, & infirmiores à validioribus tuebātur. Suadebant, dissuadebantq. & vtilia atque inutilia monstrabant. Horū prudentia, ne quid deesset suis, prouidebat. Fortitudo arcebat pericula, beneficētia augebat, ornabatq. subiectos officium erat imperare, non regnum. Nemo quantum posset aduersus eos experiebatur, per quos cœperat posse. Nec erat cuiquam aut animus in iniuriam, aut causa cum bene imperanti bene pareretur nihilque rex maius minari male parentibus posset, quam vt abirent e regno Sed postquam surrepentibus vitiis, in tyrannidem regna versa sunt, opus esse cœpit legibus, quas & ipsas inter initia tulere Sapientes *Solon*, qui athenas æquo iure fundauit inter septem æui sapientia notus, *Lycurgum* si eadem ætas tulisset, sacro illi numero accessisset octauum *Zaleuci* leges *Charondæque* laudantur. Hi non in foro, nec in consultorum atrio, sed in Pythagoræ, tacito illo sanctoque secessu didicerunt iura, quæ florenti tunc Siciliæ, & per Italiam Græciæ ponerent. epistol 91. Iuuat huic loco Senecæ, parem Taciti adiūgere. Relatum, inquit, deinde de moderāda Papia Poppæa, quam senior Augustus post Iulias rogationes incitandis cælibum pœnis, & augendo ærario sanxerat. nec ideo coniugia & educationes liberum frequentabantur prævalida orbitate, ceterū multitudo periclitantiū gliscebat, cum omneis domus delatorum interpretationibus subuerterentur: vtque ante hac flagitiis, ita tūc legibus laborabatur Ea res admonet: vt de principiis iuris, & quibus modis ad hanc multitudinem infinitam ac varietatē legum peruentum sit, altius disseram. Vetustissimi mortaliū nulla adhuc mala libidine, sine probro, scelere, eoque sine pœna aut coercitionib. agebāt: neque præmiis opus erat, cum honesta suopte ingenio peterentur; & vbi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabatur At postquam exui æqualitas & pro modestia ac pudore ambitio & vis incedebat, prouenere dominationes, multosque apud populos æternum mansere Quidam statim, aut postquam Regum pertęsum, leges maluerunt Hę primo rudibus hominum animis simplices erant, maximeque fama celebrauit, Cretensium, quas *Minos* Spartanorum, quas *Lycurgus*: ac mox Atheniensibus quęsitiores iam & plures *Solon* perscripsit. Nobis *Romulus* vt libitum imperitauerat: dein *Numa* religionibus & diuino iure populum deuinxit, repertaque quędam à *Tullo* & *Anco*: sed pręcipuus Seruius *Tullius* sanctor legum fuit, queis etiam reges obtemperarent Pulso Tarquinio, aduersum patrum factiones multa populus parauit, tuendę libertatis & formandę concordię: creatique *Decemuiri*, & accitis quę vsquam egregia: compositę *duodecim tabulæ*: finis ęqui iuris,

nam

nam securæ leges, etsi aliquando in maleficos ex delicto, sæpius tamen dissentione ordinum, & apiscendi inlicitos honores, aut pellendi claros viros aliaque ob praua per vim latæ sunt. Hinc *Gracchi, & Saturni*, turbatores plebis, nec minor largitor nomine senatus *Drusus*, corrupti spe aut inlusi per intercessionem socij. Ac ne bello quidem Italico, mox ciuili omissum, quin multa & diuersa sciscerentur, donec *L. Sulla dictator* abolitis vel conuersis prioribus cum plura addidisset, otium ei rei haud in longũ parauit statim turbidis *Lepidi* cogitationibus neque multo post tribunis reddita licentia quoquo vellent populum agitandi. Iamque non modo in commune, sed in singulos homines, latæ quæstiones, & corruptissima Rep. plurimæ leges. Tum *Cn. Pompeius* tertium consul corrigẽdis moribus dilectus & grauior remediis quam delicta erãt, suarumque legum auctor idem ac subuersor, quæ armis tuebatur, armis amisit. Et in continua per viginti annos discordia, non mos, non ius. deterrima quæque impune, ac multa honesta exitio fuere. Sexto demum consulatu *Cæsar Augustus* potentiæ securus, quæ triũuiratu iusserat, aboleuit, deditque iura queis pace & principe vteremur. Acriora ex eo vincla, inditi custodes, & lege Pappia Poppæa præmiis inducti, vt si à priuilegiis parẽtum cessaretur, velut parens omnium populus vacãtia teneret. sed altius penetrabant, vrbemque & Italiam, & quod vsquam ciuium, corripuerãt multorũq. excisi status, & terror omnibus intentabatur, ni Tiberius statuendo remedio quinque consularium, quinque è prætoriis, totidem è cætero senatu sorte duxisset, apud quos exsoluti plerique legis nexu, modicum in præsens leuamentum fuere. Hæc Tacitus 3. Annalium. Iuuat quoque & huic Taciti loco, alium Iustini adserere. Principio, inquit, rerum, gentium, nationũque imperium penes reges erat: quos ad fastidium tantæ maiestatis non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehebat. Populus nulli, legibus tenebatur, arbitria principum pro legibus erãt, &c. *Iustinus lib.* 1.

De Dictatore, qui olim Magister populi.

Cum Philologus Ciceronis librum de Republica percurrit, notat eum quem nos *Dictatorem*, A dicimus, & in historiis ita nominari legimus, apud antiquos *magistrum populi* vocatum, hodieque extat in auguralibus libris & testimoniũ est, quod, qui ab illo nominatur, magister equitum est *ep.* 109. [A adde l vn ff de offic præfect prætor Varro. 5. de lingua Latina. Hinc dictator magister populi, quod is è cõsule debet dici adde. *l.* 2. § 18. *ff. de origine iuris.*

De Tribunis plebis & Tribunitia potestate.

Tribunitiam potestatem populus Romanus valere plus quam se voluit 3 *contr* 9.

Ex tribunis potentior est qui intercedit 1 *contr.* 6.

Scipio Africanus viatoris a manibus fratrem abstulit, tribuno quoque plebis, priuatus intercessit. *c.* 33 *ad Polybium.* [a viatorem habuisse Tribunus plebis constat ex Gellio 13. *c* 12 quo loco nutat, ex Atteio Capitone & Labeone, & M Varrone, Tribunos plebis motibus maiorum prehensionem habuisse, vocationem non habuisse: potuisse Tribunos plebis præsentes iubere prehendi. vocandi absentes, ius non habuisse.

De comitiorum apud Romanos ritu, & De suffragatoribus & candidatis: De tribubus: De loco suffragiorum: De nummorum pronunciatione: De osculo manuum: De præcone, magistratus electos referente: De Comitiis prætoriis, & consularibus: Viros bonos nonnunquam repulsam passos & malos electos.

Satius est se excutere & videre, quam multarum rerum candidatus sis & non suffragari hoc est, mi Lucili egregiũ, hoc securum ac liberum, nihil petere & tota fortunæ comitia transire. Quam putas esse iucundum tribubus vocatis cum candidati in templis suis pendeant, & alius nummos pronunciet, alius per sequestrem agat, alius eorum manus osculis conterat, quibus designatus contingendam manum negaturus est & omnes attoniti vocem præconis exspectãt, stare otiosum & spectare illas nundinas, nec emẽtem quid quam nec vendentem. Quanto hic maiore gaudio fruitur, qui non prætoria aut consularia comitia securus intuetur, sed magna illa in quibus alij honores anniuersarios petũt, alij perpetuas potestates, alij bellorum euentus prosperos triumphosque, alij diuitias, alij salutem suam, suorumque. Quanti animi res est solum nihil petere, nulli supplicare & dicere, Nihil mihi tecum fortuna: non facio mei tibi copiam, scio apud te Catones repelli, Vatinios fieri, hoc est, priuatam facere fortunam *epist.* 119.

Catonem æquo animo repulsam magistratus passum fuisse.

Quo die repulsus est Cato, lusit: qua nocte periturus fuit, Senec. legit. eodem loco habuit, prætura & vita excedere omnia quæ acciderent ferenda esse persuaserat sibi. *epist.* 71

Nihil interest inter Præturam Catonis, & repulsam *ep* 72.

Candidatos magistratuum bonos viros appellabant.

Omnes candidatos *bonos viros* dicimus *ep* 3. *in prin.* adde 4. de benef. 30 Ciceronem 2 de Orator Aiunt Maluginensem illum Scipionem, cum ex centuria sua renuntiaret Acilium cõsulem, præconique dixisset, Dic de Lucio Manlio, virum bonum, inquit, egregiumque ciuem arbitror.

Candidato in senatu vocem & manum commodare.

Nunc videor tibi plus prodesse, quam cum in *senatu candidato* vocem & manum commodarem *ep.* 8.

De Areopago Atheniensium senatu.

Areopagos religiosissimum iudicium Athenis 1. *de tranq* 3.

DE LEGIBVS Tit. III.

Lex quid.

Legem scimus iusti iniustique A regulam esse 4. *de benef.* 12 [A sic Iurisprudentia ab Vlpiano lib. 1. Regularũ definitur, iusti atque iniusti scientia. *l* 10 *ff de iustitia adde* §. 2 *Inst. de iustitia* iusti per se, iniusti per accidens.

Legis officium, præcipere, minari, cogere, deterrere à scelere, imperare, docere

Leges quid aliud sunt quam minis mixta præcepta? ob hoc illæ non persuadent, quia minantur. Præcepta vero non cogunt sed exorant: deinde leges à scelere deterrent. præcepta in officium adhortantur. His adijce quod leges quoque proficiunt ad bonos mores, vtique si non tantum imperant, sed docent. *epist.* 93.

Leges generaliter constituuntur

Multum refert vtrum aliquem non excludas, an eligas. Ius fori omnibus dicitur, pace etiam homicidæ fruuntur. Sua repetunt etiam qui aliena habuerunt. Percussores & domi ferrum exercentes murus ab hoste defendit. Legum præsidio qui plurimum in illis peccauerunt, proteguntur. Quædam non poterant cæteris A contingere, nisi vniuersis darentur. 4 *de benef* 28 *in fin.* [A lego certis.

Lex constituit non irascitur.

Quid videtur Lex irasci his, quos non nouit, non vidit, quos non futuros sperat? Illius itaque sumẽdus est animus, quæ non irascitur, sed constituit 1. *de ira* 16.

Vtrum quia legibus malis quidam populi vsi sunt, leges apud nullos proficiunt?

Atqui videbis ciuitates vsas *malis legibus.* ita apud omnes nõ proficiunt. Ne Philosophia quidem. nec ideo inutilis & formandis animis inefficax est *epist.* 93.

Lex quædam neque iubet neque vetat.

Quædam sunt quæ leges nec iubent nec B vetant facere, In his seruus materiam beneficij habet 3. *de benef* 21 [a sed permittunt. l legis *virtus* 7. *ff. eod.*

Lex vetat quod non iussit.

Lex quod non iussit repeti vetuit 5. *de benef.* 21.

Dat veniam coruis, vexat censura columbas Priuatim multa sunt legibus interdicta, quæ laudantur, quia à paludatis & imperatoribus facta.

Ea senatusconsultis plebisque scitis sæua exercentur, & publice iubentur, vetita priuatim, quæ commissa capite luerent: tamen quia paludati, c fecere, laudamus D *epist* 96. [c *al.* palam [o Quæ illa sunt? pro spectacula cruenta hic notari: sequitur enim homo, sacra res, homo iam per lusum & iocum occiditur.

Legum non fit cumulatio, si penitus diuersæ sint.

Lex legi non miscetur, vtraque sua via it 6 *de benef* 6.

Legis interpretatio diffusa, scriptum angustum.

Multa quamuis non excipiuntur, intelligũtur. Et scriptũ legis angustum est, interpretatio diffusa est. 9 *contrott.* 4.

Legem breuem esse oportet & sine prologo

In hac re dissentio à Possidonio pro eo, quod Platonis legibus adiecta principia sunt. Legem enim breuem F esse oportet, quo facilius ab imperitis teneatur: velut emissa diuinitus vox, iubeat, non disputet; Nihil videtur mihi frigidius, nihil ineptius quam lex cum prologo. Mone, dic quid me velis fecisse, non disco, sed pareo. *epist* 95. [a Quidam breuia esse philosophorum dicta asserent, Vera, inquit Zeno, loquens: oportet nempe, si fieri possit, breues esse & illorum syllabas *Laertius Zenone lib.* 7.

De benigna interpretatione.

Semper quidquid dubium est, humanitas A inclinat in melius. *ep.* 82. [A *l benignius.* 18 *ff.* hoc Titulo.

De tota lege inspicienda.

Sylo Pompeius dum præceptum sequitur, quo iubemur vt quoties possumus de a omnibus legis verbis controuersiam faciamus, illam quæstionem mouit, *Casta de castis*

lex inquit De castis cum dicit, hoc non tantum ad parentes refert, sed ad omnes quibus conuersata est virgo. Non enim adiicit è castis parẽtibus, sed è castis. Vult illos à quibus virgo venit castos esse. Intelligo inquit sub hoc verbo multa è castis cum dicit, intelligo penatibus, tu ex incestis venis intelligo castis disciplinis tu ex obscœnissimis venis. 1. contron 2. [B l. in titulo 24 ff hoc titulo.

Lex negotiis futuris cauet non præteritis.

Nunquã c ad præteritũ, sed ad futurũ *pœna* refertur: non enim irascitur, sed cauet 2. *de ira.* 31 [C *l. leges. 7. C.* de legib⁹.

De consuetudine eiusque vi.

Sed *Lex*, inquit, *non permittendo*, exigere vetuit? Multa legem non habent nec actionem? Atqui consuetudo D vitę humanæ lege omni valentior dat aditum. Nulla lex iubet, amicorum secreta non eloqui. Nulla lex fidem etiam inimico præstare, quæ lex ad id præstandum nos quod alicui promisimus alligat? Querar tamen cum eo qui arcanum sermonem non continuerit, & fidem datam nec seruatam, indignabor. 5. *de benef* 21. [D *l. 32.* & *sequentibus hoc Titulo.* De consuetudine hoc eleganter Tertullianus libro de corona militis: Nec differt scriptura an ratione lex consistat, quando & legem ratio commendet. Consuetudo in ciuilib. rebus pro lege suscipitur, cum deficit lex.

Nihil miserum est quod in naturam a consuetudo perduxit: paulatim enim voluptati sunt quæ necessitate cœperũt. [E sic Papirius iustus lib. 2. de cõstitutionibus: Tolerabilia sunt quæ vetus consuetudo cõprobat *l 3 ff. de pollicitationib.* quædam sunt iura *non scripta*, sed omnibus scriptis certiora. 1. *controuers.* 5.

Consuetudo vitę humanæ lege omni valẽtior. 5 *de benef* 21

De legum dissuasione.

Catoni dissuasuro legem, toga in foro erepta est. 1. 1. *in sapientem non cadere iniuriam.*

DE CONSTITVTIONIBVS PRINcipum. Tit. IIII.

Principis potestas est populi & in populum

Timendi sunt quibus potestas *populi* F & *in populum* data est *ep.* 14 [F Sic Vlpianus. 1. Institutionum, loquens de principe & populo: Populus ei & in eum omne suum imperium & potestatem transtulit. *l. ff. hoc Titulo.*

Edictis principes populum peccantem aut exorbitantem coercebant.

Præcepta affectus nostros velut edicto G coerceant & obligant *ep.* 93. [G Sic Tacitus 4 annal. vt premerent vulgo sermones mouuit edicto.

DE STATV HOMINVM. Tit. V.

Libertas quid.

Quæ sit libertas A quæris? nulli rei seruire, nulli necessitati nullis casibus. *ep.* 52. [A Adde *l. Libertas. 4. ff. hoc titulo.*

Sine missione nasci.

Sine missione B nascimur. *ep* 37. [B Id est, liberi à natura sumus, non serui aut libertini facit ad *l. 5. l. 6. hoc tit. 2.*

Seruitus sine interuallo & commeatu.

Seruitus sine interuallo, sine commeatu C 3. *nat. præfat.* [C id est, cui nulla spes est manumissionis.

Liber: Non Libero.

Ille exautoratus ac liber, qui viuit vita peracta. *ep.* 32.

Nemo liber est, qui corpori seruit. *ep.* 93.

Liber, seruus, fortunæ nomina.

Albutius & Tannenius dixit, Neminem natum liberum esse neminem seruum hæc postea nomina singulis imposuisse fortunam. 7. *controuers* 6.

Eques, libertinus seruus, nomina ambitionis aut iniuriæ.

Eques Romanus, aut libertinus, D aut seruus, nomina ex ambitione aut iniuria nata *ep.* 31. [D Libertini sunt qui ex iusta seruitute manumissi *l. 6. ff. hoc titulo.*

Portentosi qui dicantur.

Portentosum E & ex diuersis animalium congruentibus membris, &c *ep.* 93. [E adde *l. quæritur. 10. l. non sunt liberi 14 ff. hoc titulo vbi de Hermaphrodito & monstris.*

Portenta vt monstra vt nata, extingui & abijci solita.

Portẽtosos fœtus F extinguimus, F liberos quoque, si debiles mõstrosiq. editi sunt, abiicimus. 1. *de ira.* 15. [F Androgynos exportari extra agrum Romanum & interfici, aut in mari abiici iubebãt Romani. Liuius 4 decade 9 lib 7. *Plin.* 3. & 4 9 *Gell* 4. *Iulium Obsequẽt de prodigijs* vt & mõstra lege Romuli *Halicarnass lib.* 2. & Cõstãtini, *Euseb.* 4. *de vita Cõstãtini.*

Pumilio.

Paruus est semper *pumilio* licet in mõte constiterit *ep.* 77.

De geminis.

Licet nescire quid sit, quod geminorum o *conceptum* separet, partum iungat, vtrum vnus concubitus spargatur in duos an toties cõcepti sint? *de benef* 1. [O facit ad l. *Arethusa* 15. & *Dom* 16 *ff. hoc titulo. vbi de trigeminis & geminis agitur.*

DE HIS QVI SVI VEL ALIENI iuris sunt. Tit VI.

Seruus quid.

Seruus vt placet Chrysippo, perpetuus mercenarius est. 3. de *beneficijs vigesimo secundo.*

Seruus censor domini esse non debet.

Seruus herilis imperij non cẽsor est, sed ministe. 3. *contr.* 9.

Seruitus voluntaria.

Nulla *seruitus* turpior est quam voluntaria *ep* 47.

Serui dominum timere non debent, sed colere & quomodo.

Serui colant potius dominum, quam timeant ita inquam prorsus colant, tanquam clientes, tanquã salutatores. Hoc qui dicit nõ obliuiscatur id dominis parum non esse, quod Deo satis qui colitur & amatur. non potest amor cum timore misceri *ep.* 47.

Seruorum alij alligati, astricti districti, laxam cathenam habentes.

Alij alligati sunt, alij astricti, alij districti quoque Hic qui ad superiora progressus est, & se altius extulit, laxã cathenã, trahit, nondum liber, tamen pro libero. *de vit. beat.* 16.

Serui verbis admonendi: Verberibus admoniti.

Rectissime te facere iudico, quod timeri à seruis tuis non vis quod verborum castigatione vteris, verberibus A multa admonentur. *ep* 47 [A Sic Callistratus 6. de cognit. dixit, fustium admonitionem l. 7. ff. de pœnis.

Seruorum greges sonantia laxi ruris ergastula.

Non me delectatis, non seruorum domi greges, nec sonantia laxi ruris ergastula. 2. *contr.* 5.

Serui ad statuam confugientes.

Seruis ad B statuam licet confugere, cum in seruum omnia liceant. 1. *de clem.* 18. [B *l.* 2. *ff. de his qui sunt sui. adde l. vnicam. Cod. de his qui ad statuas confugiunt.*

Serui hostes dominorum.

Prouerbium, totidem C esse hostes quot serui. *epist* 47. [C adi *Festum in Quot serui, tot hostes. Theophilum* § *sed maior. Inst. de his qui sunt sui. Macrob.* 1. *Saturnalior. Aristotelem,* 1. *Politicon.*

De seruorum educatione & institutione liberali.

Est aliquid quod dominus præstare seruo debeat, D vt cibarium, vestiarium. E Nemo hoc dixit beneficium. at indulsit? liberalius F educauit, artes quibus erudiuntur ingenui, tradidit? beneficium est 3. *de benef* 21. [D Ideoque seruus aduersus dominum experiri potest, vt alimenta consequatur. *l 2. hoc titulo: l. 5* § *8. ff. de off. præf. vrbi.* [E Cibaria & vestiaria iunguntur. *in l. 4. ff. de alimentis vel cibarijs legatis.* [F puta erudiri curauerit, aut pictorem aut librariũ fieri *l. sin autem. 27.* & *sequentib. ff de rei vindic.*

E iure Quiritum & e iure natura liberi.

Quid est præcipuum? In primis liberum animum habere. Hęc res efficit non è iure A Quiritum vt sis liber, sed è iure naturæ 3. *nat. præfat.* [A Ius Quiritum quid esset, disi ad l. vnicam. Cod. de nudo iure Quiritum tollendo & apud Theophil. Inst. de libertinis.

Dominorum potestas in seruos maxima.

Domini in seruos vitæ B necisque potestatem habuere. 3. *de benef.* 23. [B *l. 1.* § *1. ff hoc titulo.*

Dominorum interest ne re sua male vtantur.

Nemo non seruus habet C in te vitæ necisque arbitrium. *& post.* Non pauciores seruorum ira ceciderunt, quam regum. *ep.* 4. [C Facto ipso, non iure, Hoc tamen vtuntur quoties fame, aut sæuitia aut intollerabili iniuria premuntur. *l. 2 ff. hoc titulo.*

Seruus, animo liber: serui in atrocioribus obsequi dominis suis non debent.

Pars interior D mancipij mancipio dari non potest. ab hac quicquid venit, liberum est. Non E enim aut nos omnia iubere possumus, aut in omnia serui parere coguntur. Contra Rempub imperata non facient, nulli sceleri manus commodabunt. 3 *de benef.* 20 [D Interrogatus Diogenes cur mancipia ἀνδράποδα sint appellata: Quia pedes, inquit, habent virorum: Animum autem, quem tu nunc habes, qui hoc interrogas. Laertius. 6. [E *l. ad ea* 157. *ff de regulis iuris.*

Semiliber.

Semiliber. *de breuit. vit.* 5.

De cultu seruorum infami.

Transeo agmina exoletorum per F nationes coloresque descripta, vt eadem omnibus leuitas sit, eadem prima mensura lanuginis, eadem species capillorum, ne quis cui rectior est coma crispulis misceatur. *ep.* 96. [F Qui mancipia vendebant, nationem cuiusque in venditione

pronunciat c

pronunciare debebant: plerumque enim oatiu serui aut prouocat aut deterret emptorem: *l. quod si nolit* 31. § *qui mancipia.* 11. *ff.* de ædilitio edicto. add. *c. l.* 31 *ff. de solutionibus:* a. *Plinium* 78.

Ad pileum seruos vocare.

Dicet nunc aliquis me vocare ad o pileum seruos. *epist.* 47. [o Pileum libertatis notam legimus in l. vn. C. de lat. lib. toll.

Vernula.

Rudis vernula H t. *de tranquillit.* I. [H Glossis vernula *oikogenès* ...

Vicarij.

Demetrio diuitiæ esse debuerant duo vicarij & cella laxior. 1. *de tranquillitate* 8

Seruus dare beneficium potest.

Seruos qui negat aliquando dare beneficium, ignarus est iuris humani 3. *de benef.* 17. *& seq.*

De patria potestate.

Quædam A priuilegia parentibus data sunt. quomodo horum extra ordinem habita ratio est, sic aliorum quoque beneficiorum haberi debet. Parentum conditionem sacrauimus, quia expediebat liberos tolli. Sollicitandi ad hunc laborem erant, incertam adituri fortunam Non poterat illis dici, quod beneficia dantibus dicitur: Cui des, elige ipse tecum, si deceptus es, quære: dignum adiuua In liberis tollendis nihil iudicio tollentium licet totares voti est Itaque vt æquiore animo adirent aleam, danda illis aliqua potestas fuit. Deinde alia conditio parentum, qui beneficia quibus dederunt, nihilominus daturi sunt, nec est periculũ ne dedisse illos mentiantur. In cæteris quæri debet, non tantum an receperint, sed an dederint Horum in confesso merita sunt. & quia vtile est iuuentuti regi, imposuimus illis quasi domesticos magistratus, sub quorũ custodia contineatur, Deinde omnium parentũ vnum erat beneficium. Itaque æstimari semel potuit. Alia diuersa sunt & dissimilia, infinitis inter se interuallis distantia. Itaque sub nullam regulam cadere potuerunt, cum æquius esset omnia relinqui quã omnia æquari 3. *de benef.* 11. [A *l. Item in potestate nostra.* 3. *l. Nam ciuium Romanorum* 4 *ff. hoc Titulo.*

Lex patria: Patrum præmia.

Pater cum beneficium liberis dat, consortem habet In hoc spectat legem patriam, præmia patrum, domus ac familiæ perpetuitatem 3. *de benef.* 34.

DE ADOPTIONIBVS ET ALIIS MODIS quibus potestas soluitur. Tit. VII.

Adoptiones frequentes, & quidem inter potentiores.

Adoptio, nuptiarum sol sedium.

Fabriciorum imagines Metellis patuerunt, Æmiliorum familias adoptio miscuit Etiam abolita seculis nomina per successores nouos vigent. Adoptio fortunæ remedium est. 2. *contro.* 1.

Commodatus filius pro adoptiuo.

Paulus circa illos nobilissimi triumphi dies, quo victum ante currum egit Persen, duos filios in adoptionem dedit, quos sibi seruauerat, extulit. quales retentos putas, cum inter commodatos Scipio fuisset? *ad Mart.* 13.

Adoptari in nomen & bona alicuius.

Solemus dicere, non fuisse in nostra potestate quos sortiremur parentes, forte nobis datos. Nobis vero ad nostrũ arbitrium nasci licet Nobilissimorum ingeniorum familiæ sunt, elige in quam asciscí velis, nõ in nomen tantum adoptaberis, sed ipsa bona *de beata vita.* 15.

Non me cuiquam mancipaui, nullius nomen fero. *ep* 46.

Appion grammaticus qui sub C. Cæsare totam circumlatus est Græciam, & in nomen Homeri ab omnibus ciuitatibus adoptatus. *ep.* 89

Insitiuus heres pro adoptato.

Insitiuus hæres 2. *contro* 1 *id est, adoptatus.*

Adoptare non potest, qui est in alterius potestate.

Nec tricenario, A quidem filio adoptare licet. Nec B enim quisquam potest alium in manu sua suscipere qui ipse in aliena manu est Quomodo fieri potest, vt tibi potestas vitæ necisque in fratrem sit, in filium non sit? 3. *contr.* 3. [A Ætas non est modus dissoluendæ patriæ potestatis, vt nec numerus liberorum arg l. 5 Cod de *in integrum* restit. l. 1. Cod qui & aduersus quos. l 12. Cod. de *administ* tutor. l. 2. *ff. de minorib* nec militia nec dignitas quequis. § filius familias. Inst quibus modis ius patriæ potestatis soluitur. Nouella 81. [B Similis ratio in tutela in. § 13. Inst de excusat tut l. vlt C de leg tutel.

Tres filios sustulit: poterat C enim in *adoptionem* dare. 2 *contr* 1. [C *Hic ex tribus maribus adoptatus* dicitur. *inst. de*

Senec

hereditat. ab intest. de qua adoptione *vide etiam l. cum in adoptiuum* 10. §. *quæ autem. Cod. de adoptionibus*, l. *vltimam* §. *aliqu. Cod. de decurionibus.*

De abdicatione & quæ iusta abdicandi causa.

Ob id abdicari non potest, quod fecit *lege* cogẽte. 1. *cont* 1.

Non possum ob hoc *abdicare quod lege* factũ est 4. *contr* 3.

An abdicari possit iam abdicatus, ubi id vitium quod antequam adoptaretur, notum fuit adoptanti. 1 *contr.* 1.

Quare abdicas? o nunc id dies noctesque impendo turpibus cenouiuis? plurimum viuo in lupanari? 2. *contr.* 6. [o *Abdicatio, qua Græco more ad alienandos liberos* ἀποκήρυξις *dicebatur, Romanis legibus non comprobatur.* l. *abdicatio.* 6. *Cod. de patria potestate.*

Abdicatio, legis actio seu actus legitimus.

An vos abdicationem putatis esse actionem. Et iam actio a est 3. *contr.* 4. [a *Vide l. actus legitimi.* 77. *ff. de regulis iuris.*

Abdicationis formula.

Hæc *abdicantis* fuere verba, I ad illum quem magis amas quam patrem 1. *contr.* 8.

I ad illos quos mauis sequi quam reducere. 2. *contr.* 2.

Abdicati domo, non ideo ciuitate expelli.

Athenienses *abdicato* vicerunt duce. 1. *contr* 8.

DE DIVISIONE RERVM ET QVAlitate. Titul. VIII.

De rebus corporalibus & quid corpus.

Quod tangi potest *corpus* P est Tangere & tangi nisi corpus nulla potest res, vt ait Lucretius O *ep* 107. [P *l.* 1. § 1. *hoc Titulo Inst. de rebus corporalibus.* [O Lucretius Tangere enim & Tangi nisi corpus nulla potest res.

De his quæ solo continentur seu de rebus immobilibus.

Tertia pars de agris, tertia arbustis, satis quæritur & vt Iurisconsultorum verbo vtar, de omnibus, quæ H solo I cõtinentur. 2. *natur.* 1 H l *vnica* § 7. *Cod. de rei vxoriæ actione* [I. *hinc res soli* l *à diuo Pio* 15 § 1 *ff. de re iudicata.*

Potest eripi domus, & pecunia, & mancipium, & quicquid est, in quo hæsit beneficij nomen: ipsum vero stabile & immotum est 6. *de benef.* 2. *in fin.*

Commune & vniuersitatis, a equestria. L 7. *de benef* 12. [K *l in tantum* 6. §. *vniuersitatis sunt.* 2. *ff. hoc titulo* [L Equestris locus in quo sedẽt equites in theatro. V. plenius infra de ludis.

DE SENATORIBVS. Tit. IX.

De senatus assiduis consultationibus pro republica.

Senatus per totum diem cõsultat sæpe, cum illo tempore vilissimus quisq. aut in campo otium suum oblectet, aut in popina lateat, aut tempus in aliquo circulo terat *de prou.* 5.

Senator quo anno excusationem a senatu habeat.

Lex à 60 Senatorem non citat, Difficilius homines à se otium impetrant, quam à lege *de breuit vit.* 20

Senator post 65 annum in curiam venire non cogitur, non vetatur. 1. *contro* 8.

De lato clauo.

Sextius latum clauum M D Iulio dante non recepit *epistol.* 99. [M Hinc laticlauiũ petere l. *si uxor.* 42. *ff. de donat. inter virum & uxorem* vbi plenissime dixi.

Relationes ad quam vsque horam fiebant.

Maiores nostri nullam relationem post horam decimam in senatu fieri vetabant 1. *de tranq.* 15.

De censu senatorio, castrensi, iudiciario.

Census N senatorium gradum ascendit, Census in castris ordinem promouet, Census iudices in foro legit 2. *contr.* 1. [N Senatorius census equestri fuit duplo maior Inuio, hoc est, crescentibus Romæ diuitiis, (non cum imperia aratrum tractantibus magistratibus deferebantur) nullum in senatum legi fas fuit, nisi cui octingentorum millium, hoc est, aureorum 24000 census esset. Postea Augustus censum auxit, voluitque esse duodecies sestertium Suetonius Equester census, 400. millium fuit, Horatius.

DE OFFICIO CONSVLIS. Titul. X

Consulatus maior pretura: Consulatus iterari potuit.

Nemo agit de tribunatu gratias, sed queritur quod non est ad præturam vsque perductus: nec hæc grata est, si deest Consulatus: nec hic quidem satiet, si vnus est 2. *de benef.* 27.

Male te habebit ille Consul factus ille etiam refectus, ringeris quoties aliquem in fastis sæpius legeris. *ep.* 105.

Consul XII. fasces habuit: Consul ordinarius: Non ab omni consule annus nominabatur.

Dedit mihi præturam, sed consulatum sperauerat: dedit duodecim A fasces, sed non fecit ordinarium consulem. A me numerari voluit annum, sed deesse mihi ad

sacerdotium. 3. *de ira.* 31. [a Ouidius in Pisonem, Martialis 7. 8. 9. epigrammate Prætoris insigne sex. *Valer* t. Proconsulis, totidem, *l. proconsules. ff. de officio proconsulis.* Præsidis quinque *Dion.* 53. 57.

De Consularibus comitiis: De candidatis sacerdotiorum: De quæstura suffragatores.

Euenit vt circa consularia occupato comitia, aut sacerdotiorum candidato, quæsturæ suffragatos caciderct 7. *de benef.* 28.

DE OFFICIO PRÆFECTI PRÆTOrii Tit. xi.

Præfecti prætorio exigebant, inter cætera muneris sui à principe, in quos animaduerti vellet: chartam ad eam rem proferebant & tradebant principi, vt princeps annotaret.

Animaduersurus in latrones duos Burrus præfectus a tuus vir egregius, & tibi principi notus, exigebat à te, scriberes, in quos & ex qua causa animaduerti velles. Hoc sæpe dilatum, vt aliquando fieret, instabat Inuitus inuito cum chartam protulisset, traderetque exclamasti. Vellem nescire litteras. 2. *de clem.* 1. [a Subaudi Prætorio Nam hic ἔπαρχος τῶν δορυφορικῶν *Dionis in Nerone.*

DE OFFICIO PRÆFECTI VRBI. Titul. xiii.

De Lucio Pisone & Cosso præfectis vrbis, vino mersis ac madentibus, & tamen secreta principum suorum custodientibus & aliquin moderatis.

Lucius Piso c vrbis D custos a ebrius ex quo semel factus fuit, maiorem partem noctis in conuiuio exigebat, vsque in horam sextam fere dormiebat hoc erat eius matutinum, officium tamen suum quo tutela vrbis continebatur, diligentissime administrauit. Huic & D. Augustus dedit secreta mãdata, cum illum præponeret Thraciæ F quam perdomuit, Et Tiberius proficiscens in Campaniam, cum multa in vrbe & suspecta relinqueret & inuisa, (puto quia illi bene cesserat Pisonis ebrietas) postea Cossum fecerat vrbis præfectum, virum grauem, moderatum, sed mersum vino & madentem, adeo vt ex senatu aliquando (in quem è conuiuio venerat) oppressus inexcitabili somno colleretur Huic tamen Tiberius multa sua manu scripsit, quę committẽda ne quidem ministris suis credebat. Nullum Cosso aut priuatum secretum aut publicum elapsum est. *ep.* 84. [c Soceri C Cæsaris, qui censor cum Appio Claudio anno vrbis. 704. Huius meminit Tacitus 6. Annalium. [D Lenissimum securitatis vrbanæ custodẽ appellat Velleius adde Dionẽ. 53. [s Ita appellatus fuit Præfectus vrbi. Iuuenalis Satyra 13. Hæc quinta pars scelerum, quę custos Gallicus vrbis, Vsque à Lucifero donec sol occidat, audit. [F Decus triumphale in Thracia meruisse scribit Tacitus lib. 6. Annalium, bellum atrox in Thracia compressisse Velleius.

DE OFFICIO PRÆTORVM. Tit. xiiii

Prætexta prætores vtebantur & quando.

Prætori licet prætextata toga vti festis, vel solennibus diebus. 1. *controuers.* 8.

Magistratus vestis quæ in criminalibus causis: Concilio classico aduocata: Tribunal magistratus: Vultus legis furenti oppositus: Solennia verba concipere: Agi iubere.

Et si peruersa induenda, magistratui vestis, & conuocãda classico concio est, procedam in tribunal non furens, nec infestus, sed vultu legis: & illa solennia verba, leni magis grauique quam rapida voce concipiam, & agi iubebo non iratus, sed seuerus 1. *de ira.* 16.

Si, cum classicum canere debeat symphonia canere iussit, non lædet maiestatem 9 *contr* a.

Dic mihi, si, cum animaduertere debeat, nec legitimo cultu ac more solenni vsus, tribunal conscenderit conuiuiali veste, non ledet maiestatem. *& post.* Licet qua quis velit veste vti. si prætor ius in veste seruili vel muliebri dixerit violauit maiestatem. 9. *contro.* 5.

Sapiens cœlo impositus intelligit *cum sellam* a aut tribunal ascenderit, quam humili loco sederit *epistol* 69. [a Sellam a tribunali distinxit. nam postulationibus duabus modis Prętor operam dedit. videlicet pro tribunali ordinatio postulationũ die, vel de plano sella extra ordinem posita sic diebus sessionum, bonorum possessio alia de plano peti potuit, alia cognitionem pro tribunali desiderabat & decretum exposcebat. *l.* 2 *§.* 1 *ff quis ordo in possess. seruetur.* Sic custodiæ pro tribunali vel de plano audiri poterant vel condemnari. *l.* 18. *in fin. ff. de quæst. adde quæ de sella scripsi ad l.* 1. *§.* 6. *vers. casum ff. de postulando.*

Lictores à magistratu functo ad eum transibant qui magistratu functurus erat.

I tu, ista verba, quæ iam ab alio magistratu ad alium cum lictoribus transeant, ferto ad aliquem 3. *nat. præfat.*

Virgæ magistratui in publicum prodeunti præferebantur.

Placet honores fascesque non purpura, aut aureis *virgis* a adductũ capessere sed vt amicis propinquisve, & omnibus ciuibus, omnibus deinde mortalibus paratior vtilior q; sim 8 *de tranq* 1. [a Tertull. de Idololatria. Ipsis etiam Idolis prætextæ & trabeæ & laticlaui, fasces quoquæ & virgæ præferuntur. & merito. Nam dæmonia magistratus sunt huius sæculi Idem de corona militis Tui ordinis, tui magistratus, & ipsum Curiæ nomen Ecclesia est Christi. Illius es conscriptus in libris vitæ: Illic purpurę tuæ, sanguis domini: & clauus latus in cruce ipsius: illic securis ad radices arboris posita: illic virga ex radice Iesse vides quam eleganter coniunxerit purpuram, latum clauum, secures, virgas. Cęterum hæ virgæ, bacilli quoque appellantur Ciceroni ti. *ad Atticum* in f à fascibus differebant. præferebantur magistratibus Colonicis & Ædilibus Apuleius I. *Milesiarum.* Duumuiris *Cicero in Rullum.* sexuiris *Petronius Satyrico*, de virgis lictorum, quibus vtebantur vel ad submouendum vel tangẽdas fores adi Martialem, Plautũ, Statiũ, Liuium 6. Plin. 7 *A, pianum* 1. *ciuilium.* Virgarius Glossis. ῥαβδοῦχος.

Lictoris officium inter cætera fuit semita deiicere obuios.

Non est quod feliciorem eum iudices cui submouetur, quam quem lictor semita deiicit. *ep.* 93.

Equo desilire, caput adaperire, semita cedere magistratu obuio, mos.

Si Consulem videro, aut Pretorem, omnia, quibus honor haberi solet, faciam. equo c desiliam, caput adaperiam, semita cedam *epist.* 65. *in fin.* [c Seruilius, Isauricus cum forum prętercurrens testes in reum dari vidisset, loco testis constitit, ac inter summam patronorum pariter & accusatorum admirationem sic orsus est. Hunc ego iudices, qui causam dicit, cuias sit aut quam vitam egerit, quamque merito vel iniuria accusetur, ignoro Illud tantum scio, cum occurrisset mihi Laurentina via iter facienti, admodum angusto loco, descendere noluisse. Quod an aliquid ad religionem vestram pertineat, ipsi ęstimabitis: ego id supprimendum non putaui. Iudices reum, vix auditis cæteris testibus, damnauerunt Valuit enim apud eos, cum amplitudo viri, tum grauis neglectæ dignitatis eius indignatio: eumque, qui venerari principes nesciret, in quodlibet facinus procursurum crediderunt. *Valer.* 8 *c.* 5.

Magistratus oculis omnium expositi.

Magistratus omnium oculis expositos esse ostendit *ep.* 43.

DE OFFICIO PRÆFECTI VIGILVM. Titul. xv.

Vigiles ex fumi magnitudine incendia futura colligebant.

Interuenerunt quidam amici propter quos maior fumus fieret, non hic qui erumpere ex A lautorum culinis, & terrere vigiles solet, sed hic modicus, qui hospites venisse significaret. *ep.* 65. [A huiusmodi incendia culpæ tribuno, non casui. *l. . § ff hoc Titulo l si vendita.* 12 *ff locati*

DE OFFICIO PROCONSVLIS ET LEGATI Titul. xvi.

Proconsules in prouincias vxores non ducebant.

Paratus erat accusator cum commentariis: aiebat, Quid si meretrix desiderari tibi liceat tecum vxore B non misimus vt salua prouincia sit, optemus meretrici bonam mẽtem. Dedimus tibi legatum, e dedimus custodem, vt tu cum meretrice cœnares: meretrix vxoris loco accubuit, imo prætoris. 9 *contr.* 2. [a Vide omnino *l* 4 *§ profectus ff hoc titulo.* [c Adde l 10 § legatum l. 11. *l legatus. l. legati ff. hoc Titulo.*

Proconsules exituros prouinciam ad portam vxores dimittebant.

Hic est Flaminius, qui exiturus in prouinciam vxorem ad portam dimisit. 9 *contr* 2.

DE OFFICIO ADSESSORVM Tit. xvii.

Prætor peregrinus & vrbanus: Prætor pronunciabat verba adsessoris.

An ille plus præstat, qui inter *peregrinos* & ciues aut vrbanus prętor adeuntibus *adsessoris* D verba pronunciat, quam qui docet quid sit iustitia? 1. *de tranq.* 3. [D Ita emendo: antea legebantur, *adsessoribus*, perperam. vide quę scripsi libro. 4. *Coniecturarum.* adde. *l.* 2 *ff quod quisque iuris.*

LIBER. II

DE IVRISDICTIONE Tit. I.

Iurisdictio non semper sanis cerebri hominibus permissa.

His ipsis, quos vocamus insanos, suffragium & iurisdictionem committimus. 2. *de benefic.* 35.

Ad album sedentes: Exceptiones nigræ, turpes, & infames. Interrogationes insidiosæ: formula cadere: in integrum Prætor restituebat.

Per illud a Philosophiæ, sunt nigræ & turpes infamesque etiam ad album sedentibus, exceptiones. Quid enim aliud agitis, cum eum quem interrogatis, scientes in fraudem inducitis, quam vt formula cecidisse videatur? sed quemadmodum istum prætor, a sic hos philosophia in integrum restituit. *epist.* 49 [a *l.* 1. *l.* 3. *l.* 5 *& passim, ff. de in integram restitutionibus.* [b Cum ait *per istud philosophiæ,* cauillationes & sophismata intelligit: cum dicit *infames,* captiosas ostendit: quod de *albo,* ea eo discimus, in albo prætoris scriptum fuisse, vt is, qui non quemadmodum oporteret, egisset, causa caderet, vnde quidam colligunt id ius ex legibus 12. tabul. non fuisse. de quo Reuardus 3. variar. 14. adde § si quis agens Inst. de action. Iam quod *de exceptionibus* addidit, eo referendum est, vt sciamus, plus petentes exceptionis auxilio, non ipso iure, causa cecidisse. Sic autor ad Heren. libro 2 in priuata actione exceptiones prætoriæ sunt, & causa cadit is qui nō quēadmodū oportet egerit. adde *l.* 95 § 9 *ff. de solution.* Paulum 1 sentent. 10 & 5 1. 5. Quemadmodum & illud quod de formula adiecit, confirmatur loco illo Plauti in Mostel. nihilo plus peto Tranio, velim hercle, vt vno nummo plus petas. Quin & illud quod de restitutione dicit, admonet, eos qui plus petendo causa cecidissent, stricto iure per Prætorem in integrum restitui solitos.

De albo Prætoris eius indicio.

Scio voluptatem, si ad nostrum album c verba detigimus, rem infamem esse. *epist.* 60 [c Vide *l.* 7. *ff. hoc titulo.*

QVOD QVISQVE IVRIS IN ALTERVM statuerit, vt ipse eodem iure vtatur.
Titul. II.

Nemo inuidiosum ius postulat, quod alteri profuturum est. 5. *controuers.* 1.

Ab a alio expectes, alteri quod feceris. *epist* 95. [a Hinc illæ sententiæ, patere legem quam ipse tuleris. Quod tibi non vis fieri alteri ne feceris. Alex. Seuerus apud Lampridium. Dixi in epigraphe huius Tituli Pandectis.

DE IN IVS VOCANDO. Tit. IV.

In ius ad Prætorem vocare: Postulare vt prætor nomen alicuius reciperet lege inscripti maleficij: Aduocationem reus petebat: Ad alium Prætorem educere: Postulare ingrati.

In ius ad Prætorem voco: postulaui vt prætor nomen eius reciperet, a lege inscripti maleficij: ille aduocationē petit, deinde ad alterum prætorem eduxi, & ingrati postulaui. 3. *contr. in proœm.* [a *v. l.* 3. *ff. de accusationibus.*

Eorum quum ius vocati, alij sequuntur vltro: alij ducuntur, alij neque sequuntur neque ducuntur.

Opinionem & famam eo loco babeamus, tanquam quæ a *non ducere, sed sequi* debeat. 6 *de benef. vlt. in fin.* [a Sic Gaius citatur ad edictum Prætoris Vrbani Titulo, Qui neque sequantur neque ducantur. *l.* 48. *ff. de verb. signif. vbi dixi.*

In ius vocari qui non possint.

Quosdam castia vno loco tenent, quosdam sacerdotia. c 1. *de tranq.* 10 [c Hi sunt quos Vlpianus scribit, propter loci religionem inde se mouere non posse. *l.* 2. *ff. de in ius vocando* nasi loqui putes Vlpianum loqui, de monachis, nescio quibus, qui stylitæ dicti.

Agere apud bonum & malum virum.

Apud bonum virum bonam causam non babeo, apud malum non ago. 4. *de benef.* 40 *circa finem.*

Seruatus aduersus seruatorem agere non potuit.

Seruatus contra d seruatorem nequam a habeat actionem. 3 *controuers.* 4. [n facit ad l. *generaliter eas personas quibus reuerentia debetur ff. hoc titulo.* [a intellige, sine iussu Prætoris.

SI QVIS CAVTIONIBVS IN IVDICIO sistendi causa factis non obtemperauerit.
Tit. XI.

De Vadimonio.

Vadimonium promittimus, tamen deseritur, non a in omnes datur actio, deserentem, vis maior excusat. 4 *de benef.* 29. *in fin. hoc loco.* [a *Cum ait* non in omnes dari actionem, *intellige non dari in reum, sed in solum actorem. Nam vadimonium deserens actor lite multabatur, vt colligi potest ex Suetonio in Calig. ex Horatio* 1. Sermon. 9. *Ad illud autem quod ait* vim maiorem excusare deserentem, *referenda est lex* 7. §. 7. *ff. si quis cautionibus*

Sence.

Vadimonijs alienis occupari.

Vadimonijs suis atque alienis occupati. *de breuit. vit.* 6.

Ad vadimonium vocari & descendere.

Nunc videor tibi plus prodesse, quam cum ad *vadimonium* vocatus descenderem. *epist* 8.

Vadimonio teneri.

Vadimonio inimicus tenuit quosdam, ne a ad ruinam domus suæ occurrerent. 6. *de benef* 9 [a Idem dolus in eo qui triste aliquid nuntiat alteri, ne ad iudicium veniat. *l.* 1. §. 2. *ff. de eo per quem factum.*

DE FERIIS ET DILATIONIBVS.
Tit. XII.

Festi dies à legum conditoribus cur conditi.

Legum conditores festos instituerunt dies, vt ad hilaritatem homines publice cogerentur, tanquam necessarium laboribus interponentes temperamentum. 1 *de tranq.* 15.

Feriæ diligentissimis nunquam contingunt.

L. Drusus dicitur dixisse, vni sibi, ne puero quidem, vnquam ferias contigisse. *de breuit. vitæ c.* 5.

De comperendinatione.

Intra comperendinationem a fides promissi mei stabit. *epist* 98 [a Vt ampliatio in incertum diem, diffusio in alterum & sequentem: ita comperendinatio in perendinum & tertium diem differebatur, *Asconius.* Ita comperendinatio dilationis species. Glossis *Comperendinatio* ὑπερθέσις δίκης.

De Saturnalium ritu & more Decembri mense.

December est mensis quo maxime ciuitas desudat: Ius luxuriæ publicæ datum est, ingenti apparatu sonant omnia, tanquam quicquam inter Saturnalia a intersit & dies rerum agendarum adeo nihil interest, vt non videatur mihi errasse qui dixit, olim mensem Decembrem fuisse, nunc annum. Si te hic haberem, libenter tecum conferrem, quid existimares faciendum: vtrum nihil ex quotidiana consuetudine mouendum: an, ne dissidere videremur, cum publicis moribus & hilarius cœnandum & exuendum togam, nam quod fieri nisi in tumultu & tristi tempore ciuitatis non solebat, voluptatis causa ac festorum dierum, vestem mutabimus. *epist* 18 [a Vide *Macrobium libros Saturnaliorum.*

Festis aperiri solebant maiorum imagines.

Indicit *festum* diem, aperiri iubet maiorum imagines. 7. *contr.* 6.

LIBER III.

DE POSTVLANDO. Tit I.

Exhortatorius sermo ad suscipiendum alterius defensionem.

SVccurre, quisquis eloquentior es, pereuntium pœnis. *epist.* 49.

Defendendi alterius species atque exempla: Reum gratia laborantem tueri: Hominum potentium factionem in se conuertere: Sordes alicui detrahere & in se sumere: Spondere pro iudicato: Suspensum amici bonis libellum deijcere & creditoribus eius se obligare: Proscriptionis periculum adire

Sic reum gratia laborantem a tueor, & hominum potentium factionem in me conuerto. Quas illis detraxero sordes a sub accusatoribus ijsdem fortassis sumturus, cum abire in partem alteram possim & securus spectare aliena certamina. Spondeo pro iudicato & suspensum c amici bonis libellum deiicio creditoribus eius me obligaturus: vt possim seruare proscriptum, ipse proscriptionis periculum adeo. 4. *de benef.* 12. [a Id est oppressum. [a De sordibus reorum dixi ad *l. si domino* 25 *ff. de pœnis.* [c Hinc proscribere pignus & domum debitoris signare. *l. Item si.* §. *item si quis pignus proscripserit.* 32. *l. si iniuria.* 20 *ff. de iniurijs, vbi dixi.*

De rerum prolatione eaque à patronis expetita.

Diripitur ille toto foro patronus & magno concursu (vltra quam audiri potest) complet. Quando, inquit, res d proferentur? *de breuit. vit.* 7 [n Res prolatæ dicuntur, quæ dilatæ ferijs datis. Plautus Captiuis: vbi res prolatæ sunt, quum rus homines eunt, simul prolatæ sunt nostris dentibus, &c.

Plures causas priuatas eodem die agere: vnam ante, alterum post meridiem: Publicam vnam tantum vno die agere: Sine commentario causam non dicere quibusdam mos & de Commentariorum super ea re generibus.

Seuerus Cassius vno die priuatas causas plures agebat & ita vt alterā ante meridiem ageret, alteram post meridiem: Publicam vero nunquam amplius quam vnam vno die. & post. sine commentario nunquam dixit, neque hoc com-

b iiij

mentario contentus erat, in quo nudæ res ponuntur, ex maxima parte perscribebatur actio: illa quoque quæ falso dici poterant annotabantur. 3. *controuerſ.*

Excuſatio iuſta à promiſſa aduocatione.

Promisi aduocationem, postea apparuit per eam causam præiudicium A in partem B meum quæri 4. *de benef. 35.* [A Hoc præiudicium in personam erat: quod præiudicium facit alteri personæ: quale fuit Fabricij & Scamandri in causa Oppianici. *Aſconius 1. in Verrem.* [B vel pupillum. *l. 10 ff de poſtulando* ad finem *l. aut adfinitate. vt & l. 23. ff. de procuratoribus.*

Commodare in foro alicui vocem & operam.

Profilire libet in forum, commodare alteri vocem, alteri operam [C etsi nihil profuturam, tamen conaturam prodesse: alterius coercere in foro superbiam, male secundis rebus elati 1. *de tranq. 1.* [C Asconius diuinatione: Patronus dicitur qui alterum defendit in iudicio, hic orator est: si autem ius suggerit aut præsentiam suam commodat amico, aduocatus: si negotium suscipit, procurator. *ita hunc locum Aſconij Pædiani lego & emendo.*

Defenſionis memoria apud litigatorem cito perit.

Cui rogo litigatori defenso, tam magni beneficij, vltra tres proximas, memoria durauit. 5. *de benef. 17.*

Improbæ quæſtiones non defendendæ.

Nunquam tentari debet in causa verecunda improba quæstio 7 *controuerſ. 4.*

Honorarium debetur oratori etiam ſi cliens eius damnatus ſit: ſi modo omni arte vſus eſt.

Etiam damnato reo, oratori constat D eloquentiæ officium, si omni arte vsus est. 7 *de benef* 13. [D Quid ita? omni arte vsus est: per eum non stetit, quo minus ageret ac vinceret. *l. 1. § diuus. 13. ff. de varijs & extraordin. cognit.*

Diſertus tacens.

Disertus est etiam qui tacet. 4. *de benef. 21.*

De Curia & foro.

Curia & forum loca exercendis in publico conuitijs a destinata *in ſapient. non cad. 6.* [a Lego, *vocibus.* Vide 3. Coniectutarum. vbi dixi.

De Clientibus & Clientelis.

Refertum clientibus F atrium. *de vit. beat 13.* [F De clientibus adi *l & clientes, ff. de vſu & habitatione. vbi dixi.*

Clientium nemo patronum sequitur sed ex eo aliquid. *epiſt. 19.*

Clientum opinionem quidam dum timent, grauiorem subeunt ingratorum 2. *de benef. 23.*

Non pudet virtutes in clientelam vitiorum demittere. 2. *de ira. 9.*

DE HIS QVI NOTANTVR INFAMIA. Tit. II.

Infamari ab infami nemo vir bonus poteſt.

Quanta dementia est, vereri, ne infameris ab infamibus. *epiſt. 92.*

Ab infami beneficium accipere, & cum eo amicitiam contrahere, virum honeſtum ſit: an & quemadmodum pecunia infami creditori ſit ſeruanda ac reddenda.

Quid faciendum est captiuo, cui redemptionis pretium homo destitutus corporis & infamiæ promittit? Etiam a tali accipiam pecuniam, quam pro capite dependam. accipiam autem tanquam creditum, non tanquam beneficium soluam illi pecuniam, & si occasio obtulerit seruandi, periclitantem seruabo, in amicitiam (quæ similes iungit) non descendam: nec seruatoris illum loco numerabo, sed fœneratoris, cui sciam reddendum quod accepi 2. *de benef. 21.*

Mors ignominioſa.

Plus quam ignominia est, mors ignominiosa. *ad Alb. cap. 13*

QVOD CVIVSQVE VNIVERSITATIS nomine vel contra eam agetur. Tit III.

Tam iniquum putas esse sapientem, A vt nihil viritim se debere pro communibus bonis iudicet? *epiſt. 74.* [A *Hoc ſapiens putet: iure tamen aliud. Nam si, ſiquid vniuerſitati debetur, ſingulis non debetur: ita ſinguli non debent, quod vniuerſitas debet. l. ſicut municipum. 7. §. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine.*

DE NEGOTIIS GESTIS. Tit. V.

Negotiorum geſtorum damnati.

Malus paterfamilias habebatur, qui negotiorum gestorum damnato patrimonij sui curam mandauerit 4. *de benef. 27. in fin.*

LIBER IV.

DE IN INTEGRVM RESTITVTIONIBUS. Tit. I.

Reſtitutio in integrum non datur aduerſus beneficium datum.

CVi des beneficium considera, nulla actio erit, nulla repetitio Erras si existimas successurum tibi iudicem, nulla lex te integrum restituet 3 *de benef* 11.

QVOD METVS CAVSA GESTVM erit. Tit. II

Lex Per vim metumque gesta irrita sunto. 4 *contr.* 2. Per vim metumque gesta irrita sunto. Bello ciuili patronus victus & proscriptus ad libertum confugit, receptus est. ab eo, & rogatus, vt A operas B remitteret: consignatio facta est: restitutus, exigit operas, contradicitur *contr.* 8. [A Remittebantur enim interdum operæ a patrono *l. liberti* 41 *ff. de operis libertorum.* [B Operæ sunt diurnum officium 1 1 *ff de operis libertorum.*

Vi metuque & metu adhibitis electio perit 2 *de benef* 18.

DE RECEPTIS QVI ARBITRIVM receperunt vt sententiam dicant. Tit. VIII.

Arbitrij deſſertio.

Eam partem ad te perferam quæ in lite est, te arbitrum adduximus, plus negotij habes quam existimas *epiſt* 66.

Arbitri & iudicis differentia.

Melior videtur conditio causæ bonæ, si ad iudicem, quam si ad arbitrum mittitur. 3. *de ben f. 7.*

Ad te arbitrum hodie non mittimus, iudices habemus Deos. 1. *controuerſ.* 1.

Arbitrij poteſtas.

Clementia liberum arbitrium habet, non sub formula sed ex æquo & bono iudicat, & absoluere illi licet, & quanti vult æstimare litem. nihil ea istis facit, tanquam iusto minus fecerit, sed tanquam id quod constituit iustissimum sit. 2. *de clem. 7.*

LIBER V.

DE IVDICIIS.

Iudicis & arbitri differentia: & cur ingrati actio non recepta.

Quæcunque in cognitionem cadunt, comprehendi possunt & non dare infinitam licentiam iudici. ideo a melior B videtur conditio causæ bonæ, si ad iudicem, quam si ad arbitrum mittitur, quia illum formula C includit & certos quos non excedat terminos ponit: huius libera & nullis astricta vinculis religio & detrahere D aliquid potest & abijcere, & sententiam suam, non prout lex aut iustitia suadet, sed prout humanitas aut misericordia impulit, regere. Ingrati actio si recepta esset, ea non erat iudicem alligatura, sed regno liberrimo positura. Quid sit enim beneficiũ non constat: deinde quantumcunque sit, refert quam benigne illud interpretetur iudex Quid sit ingratus, nulla lex monstrat. Sæpe & qui reddidit quod accepit, ingratus est: & qui non reddidit, gratus. De quibusdam etiam imperitis iudex dimittere tabellam potest. Vbi fecisse aut non fecisse pronunciandum est, ibi prolatis cautionibus controuersia tollitur, vbi vero inter disputantes ratio ius dicit, ibi animi coniectura capienda est Vbi id de quo sola sapientia discernit, in controuersiam incidit, non potest ad hoc sumi iudex ex turba selectorum, quem census in album & equester ordo transmisit. Itaque non hæc parum idonea res visa est, quæ deduceretur ad iudicem, sed nemo huic rei satis idoneus iudex inuentus est. quod non admiraberis, si excusseris, quid habiturus fuisset difficultatis, quisquis in eiusmodi reum egisset 1. *de benef* 7 [A Cicero pro Roscio Comœdo: Aliud est iudicium, aliud arbitrium, Iudicium est pecuniæ certæ: arbitrium incertæ Ad iudicium hoc modo venimus, vt totam litem obtineamus aut amittamus: Ad arbitrum, vt neque nihil, neque tantum, quantum postulauimus, consequamur Eius rei ipsa verba formulæ testimonio sunt Quid est in iudicio? directum, asperum, simplex, *ſi paret* HS. ∞ *dari oportere.* Hanc nisi planum HS ∞. ad libellam sibi deberi, causam perdit. Quid est in arbitrio? mite, moderatum: *Quantum æquius & melius, id dari.* [B Imo deterior videtur Cicero *ibidem*: Cæteri, inquit, cum ad iudicem causam labefactari animaduertunt, ad arbitrum confugiunt, hic ab arbitro ad iudicem venire est ausus [C Hæc scilicet, *ſi paret centum dari oportere* [D Cicero ibidem. Quis vnquam ad arbitros quantum petit, tantum abstulit? Nemo. *Quantum enim æquum eſſet ſibi dari petit.*

Index

Iudex vt in aliena, ita & in sua æquus esse debet.

Neque enim æquus iudex, aliam de sua, aliam de aliena causa sententiam fert nemo, inquam, inuenitur, qui se possit absoluere, & innocentem quisque se dicit, respiciens testem, non a conscientiam. 1. *de ira* 14. [a Iunenalis Satyr. 8. Exemplo quodcunque malo committitur ipsi displicet authori Prima est hæc vltio: quod se Iudice nemo nocens absoluitur.

Iudicis damnandi sententia an valeat.

Non potest vllam autoritatem habere sententia, vbi, qui damnandus est, damnat *de rem. fort.*

Iudicis remissioris quæ partes.

Remissior iudex (quem esse me malo) iniuriæ obliuisci debebit: officij meminisse. *epist.* 82.

Iudex imperturbatus esse debet & cur.

Vides quam debeat ab omni perturbatione liber accedere. Ad rem summa diligentia tractandam, potestatem vitæ necisque, male irato ferrum committitur. 1 *de ira* 16.

Iudici ira vitanda, maxime cum iudicat & cur.

Multos absoluemus, si cœperimus ante iudicare quam irasci. 3. *de ira* 29.

Iudicis vultus placidus esse debet, in iudicando.

Iudex tum maxime placidus esse debet in statu vultus cum magna pronuntiat 1. *de ira* 16.

Iudex sine ira esse debet, maxime in sententijs capitalibus · De supplicio militari: De saxo Tarpeio: De proditore & hoste publico.

Cum ceruicem noxio præcidi imperabo, & cum parricidam in suam culeo, & cum mittam in supplicium militare, & cum Tarpeiæ a proditorem, hostem publicum imponam, sine ira eo vultu animoque ero, quo serpentes & animalia venenata percutio. 1. *de ira* 16. [a Lege *Tarpeio*, vel subintellige, *rupi*, agitur enim hic de saxo Tarpeio, & ex eo missione.

Iudex dat actionem & tempus: sæpius etiam audire debet.

Iudicaturus vtrique parti dares actionem, dares tempus, nec semel audires. Magis enim veritas, elucet, quo sæpius ad manum venit. 2 *de ira* 29.

Iudices longinquis regionibus iudicandi causa euocati.

Euocantur longinquis regionibus iudices qui sedeant iudicaturi. 3. *de ira* 33.

Iudices in consilium nonnunquam aduocabant ipsum Cæsarem. Qui in consilium aduocaretur, in domum cognoscentis ibat. Cognoscentis argumentum erat, quod in eius domum, ab aduocatis consilij causa, iretur; Consilij causa aduocatus, princeps, iubebat cæteros sententiam suam scribere, ne si ipse prior sententiam dixisset, cæteris necessitas imponi idem sentiendi videretur: idem iurabat se hæreditatem rei non aditurum, ne videretur spe lucri condemnasse.

Cognitutus A de filio Tarius aduocauit in consilium Cæsarem Augustum Venit in priuatos penates, assedit, pars alieni consilij fuit, non dixit, imo in meam domum veniat? quod si factum esset, Cæsaris futura esset cognitio, non patris. Audita causa, excussisque omnibus, & his quæ adolescens pro se dixerat, & his quibus arguebatur, petit, vt sententiam suam quisque scriberet, ne ea omnium fieret, quæ Cæsaris fuisset? deinde priusquam aperirentur codicilli, iurauit se Tarij hominis locupletis hereditatem nō aditurum. *& post.* Eodem die, & Tarij hæreditatem perdidit Cæsar, & libertatem sententiæ suæ redemit, & postquam approbauit, gratuitam esse sententiam suam, dixit relegandum quo patri videretur. 1. *de clement.* 15. [A *dam.* 3. *Coniecturarum.*

Ex consilij sententia facere.

Quicquid honeste fit, vna virtus facit, sed ex consilij sententia *epist* 68.

Ad forum prima luce properabant · Lites variæ & de varijs rebus: Patroni bona voce, iudices corrumpuntur.

Hæc tot milia ad forum prima luce properantia, quanto turpes lites tanto turpiores aduocatos habent. Alius iudicia patris accusat, quem mereri satis fuerit. Alius cum matre consistit, alius delator venit eius criminis cuius manifestior reus est, & iudex damnaturus quæ fecit eligitur, & corona pro mala causa, bona patroni voce corrupta est? 3. *de ira* 7.

Basilicæ fremitu iudiciorum resonantes.

Fremitu iudiciorum *Basilicæ* resonant 3. *de ira* 33.

Formulam mutare non posse.

Nostri primo vinculo tenentur, & mutare illis formulam a non licet *ep.* 118. [a Vide *Titulum Codicis de formulis & impetrationibus actionum sublatis.*

Formulam quæ non habent, libera sunt.

Quicquid est quod seruilis officij formulam excedit, Senec.

quod non ex imperio, sed voluntate præstatur, beneficium est. 3. *de benef.* 21.

Ad formulam & præscriptum respondere.

Non ex formula natura respondet, & neque ad præscriptum casus obsequitur 2. *contr.* 6.

A formula cuiusque disputationis ad rem ipsam accedere.

Ad ipsam rem accedamus, quoniam satis de formula disputatum est 5. *nat.* 1.

Ad formulam viuere.

Viuere ad formulam. 1. *de tranq.* 11.

Iudex ex turba selectorum adsumptus. Census iudiciarius seu iudicum: Iudices ex equitum ordine selecti.

Non potest ad hoc sumi iudex ex turba selectorum. A quem census in album & equestris ordo transmisit. 3 *de benef.* 32. [A Decuriæ iudicum varijs nominibus discretæ. alia Tribunorum æris, alia selectorum & iudicum Plinius 8. Idem · Diuisus hic quoque ordo erat superba vsurpatione nominum, cum alius se nongentum, alius selectum, alius Tribunum appellaret, selectos fortasse appellat, quibus summus erat census

Extra ordinem quæstiones nonnullæ ex senatusconsulto.

In ea ipsa quæstione quæ extra ordinem Senatusconsulto exercebatur plus, quam quærebatur, admissum est Quærebatur an post adulterium aliquis posset esse tutus. Apparuit sine adulterio tutum esse non posse. *epist* 98.

Extra ordinem ius dicere.

Dubitaui vtrum differrem te, an donec suus isti rei veniret locus, ius tibi extra ordinem dicerem *epist.* 107.

Discessionum mos in sententiis.

Cum alicuius in senatu sententiam sequimur, B non potest dici, ille magis assentitur quam ille. Ab omnibus in eandem sententiam itur *epist.* 67. [B In discessionibus hæc formula recepta, *Qui hæc sentitis, in hanc partem: Qui alia omnia in illam partem ite, qui sentitis* Plinius 8. epistol. 14 & 2. epistol 11 Festus. Hinc illa apud Ciceronem, 1. epistol. 2. & 10. epist. 12 & Cæsarem 8 de bello Gallico. In alia omnia ire ac transire Dion 4. Plutarchus Pompeio, Suet. Tiberio, c. 31. Gellius 14 c 7.

Cum de beata vita agitur, non est quod mihi illud discessionum more respondeas, *Hæc pars maior esse videtur* 1 ideo peior est. *de vita beata primo.*

De diuisione sententiæ.

Cum censuit aliquis quod ex parte mihi placeat, iubeo illum diuidere c sententiam & sequor. *epist.* a [c Ei qui sententia sua duas pluresue res simul complectebatur, dicebatur, *Diuide*, hoc est, de singulis sigillatim censeas. adde *Ciceronem* 1. *epist.* 2. *Plinium* 8 *epistolarum ad Arrianum.*

Sequi & diuidere sententiam: De ampliatione sententiæ.

Non alligo me ad vnum aliquem ex Stoicis proceribus est mihi censendi ius, itaque aliquem sequar, aliquem iubebo sententiam, diuidere. A Fortasse & post omnes citatus nihil improbabo, ex his quæ priores decreuerint, & dicam *Hoc* B *amplius censeo, de vit. beat.* 1. [A Vbi de causa non liquebat, iudices ampliabant, quod sæpe fiebat in iuris obscuritate. *Valerius* 8 dicebant, sibi non liquere, aut obscurum esse. *Cicero in Bruto & 3. in Verrem & ibi Asconius* [B & amplius deliberandum, Terentius Phormione, *act.* 2. *sc.* 4. *Martianus Capella.* 1 *de Nupt.*

Ampliatio dubitantis est non damnantis

Remissam tibi pœnam putas, *ampliata est.* & ipsa, Inquit ampliatio, quæ apud iudices fieri solet, eoque verbum in sententia positum, non est damnantis, sed dubitantis. 2. *contr.* 3.

Ampliari in pœnam.

Ampliatur à iudicibus in pœnam. 1. *contron.* 3.

Hoc amplius sentio.

Quædam ex istis sunt, quibus assentiri possumus, sed hoc amplius sentio 3 *nat* 23.

Non liquet qui in ampliatione dicebat, reuerti iubebat

Aut fert sententiam, aut quod facilius in huiusmodi rebus est. Nega c tibi liquere & nos reuerti iube. *ep* 66. [c *Non liquet*: verba & symbola erant ampliationis. *Cicero pro Cæcina & pro Cluentio Aucto: Quintil declamat* 365. *Gell.* 14. *c.* 2. Asconius Diuinatione: Iudices in cistam tabulas coniiciebant suas easque insculptas habentes A. absolutionis: C. condemnationis: cum de alicuius capite ageretur: N. L. ampliationis. His enim litteris, significabant non liquere.

Inter dispares sententias iudicum, mitior vincere debet.

Altera ex puellis raptorem mori vult, vult altera seruari:

reum alter iudex damnat, alter absoluit. Inter D dispares sententias mitior vincat. Ex E tribunis potentior est qui intercedit. Non est inuidiosa potestas, quæ misericordia vincit 1 *contr.* 5. [D *l. inter pares numeros iudices ff. de re iudicata.* [a sic in re pari potior est causa prohibentis. *l. Sabinus. 28. ff. communi diuidundo.*

Non est absolutus parricida, sed dubijs sententijs. Vt absoluaris, multis tibi sententijs opus est: vt damnaris vna. Miraris in hac ciuitate misericordiam, in qua lex absolutionem dat paribus tabulis? 3 *controuers.* 2.

Reus sententijs paribus absoluitur, & semper quicquid dubium est, humanitas inclinat in melius *epist.* 82.

Ex scripto loqui: sua sententiæ esse

Ne putes me primum ex nostris non ex scripto loqui, sed meæ sententiæ esse. *epist* 114

Lite integra vnam contradictionem soluere, & à toto particulam reuellere.

A toto particulam reuelli placet, & vnam contradictionem (manente lite integra) soluere. *de prouid.* 1.

De decurijs & praconibus.

Ille in primam decuriam delectus, in qua vocem præco experitur *epist* 47.

Iurisdictionem luxuriosis etiam commissam.

Insanire omnes stultos dicimus, nec tamen omnes curandos elleboro. His ipsis quos vocamus insanos suffragiũ & iurisdictionem committimus. 2 *de benef* 35.

Sententia non rem sed vim rei quarens difficilis.

Difficilis est sententia quæ non rem, sed vim rei quærit. Eadem licet sint, aliter data, non idem pendent. *Et post.* Horum quomodo iudex inibit æstimationem cum sermo & dubitatio, & vultus, meriti gratiam destituant? *de beneficijs* 8.

Iudices præsidium à senatu petebant, quoties damnaturi reum metuebant

Iudices Claudiani à senatu petierant præsidium, quod non erat nisi damnaturis necessarium, & impetrauerant. Itaque eleganter illis Catullus absoluto reo. Quid vos, inquit Præsidium à nobis petebatis? An ne nummi vobis eriperentur? *Epist.* 98.

Suffragium de meliore ferre.

Sane liceat vt quidem iudicatis & feratis de meliore suffragium. *epist.* 53.

In rem præsentem iudex nonnunquam deducebatur. adducebatur, veniebat, ibat.

Non potest ferre sententiam, nisi A *in rem præsentem* deductus est *epist.* 67 [A Simile est apud Vlpianum in l. si irruptione 8 §. 1. ff finium regundorum A officium definibus cognoscentis pertinet, mensores mittere & per eos dirimere ipsam finium quæstionem. & vt æquum est, si ita res exigit oculisqua suis subiectis.

Velut in rem præsentem adducti non agnouerat sc. 2. *de ira* 36

In rem præsentem venturus sui, sed æger filius & puerpera vxor tenet. Omnia debent esse eadem quæ fuerunt cum Promitterem, vt promittentis fidem teneas 4. *de benef.* 35. *facit. l.* 1. § 4. *ff si quis cautionib. in iud. fact. non obtemp.*

In rem præsentem venias oportet, quia homines amplius oculis, quam auribus credunt *epist* 6

Libenter hæc audio non tanquam noua, sed tanquam *in rem præsentem* deductus *epist* 30

Parabolæ imbecillitatis nostræ adminicula sunt, & vt dicentem & audientem in rem præsentem adducunt. *epist* 62

Quid opus est verbis? in rem præsentem eamus. *epist.* 100.

De Tribunali & plano.

Magnanimitas melius in tribunali, quam in plano conspicitur 1 *de clement.* 5.

Quid plano aditur excelsum? *in sap. non cad. in* 1.

De hasta pratoris.

Non est quod me solos occupatos putes dicere, quos A hasta prætoris infamibus beat lucris *de breuitate vitæ duodecimo.* [A Dixi 1. *Coniecturarum.*

Iudicibus reos interdum ipsi pupilli ac prætextati commendarunt: Rapta iudicia.

Liuius Drusus vir acer & vehemens, ausus est & pupillus adhuc & prætextatus, iudicibus reos commendare & gratiam suam interponere tam efficaciter, vt quædam iudicia constat ab eo rapta. *de breuit. vit.* 5.

Intercedere.

Nihil habet quod speret quem senectus ducit ad mortem. huic vni intercedi non potest. *epist.* 30.

Gratiosæ sententiæ

Quosdam ipsa, quos premebat potentia, eripuit & iudices quem damnaturi erant, causa, damnare gratia A noluerunt. 6 *de benef* 8 [A Vult ne Seneca, gratiam actoris plerumq. efficere, vt in causa rei attentiores sint iudices, ne potẽtia aduersarij opprimatur? quod sũmo studio mãdatur præsidibus in l. *Nec quidquã* 9. §. *obseruare* 4 § *aduocatos.* 5 *ff de officio præsidis* sane gratiam in sententijs & huiusmodi negotijs reis non obesse constat *l. calcul.* § *sed si gratiose. ff. de administratione rerum ad ciuitatem pertinẽtium. l. præses.* 12. *in fin. Cod. de transact. l. ambitiosa decreta. ff de decretis ab ordine faciendis.*

Iudicij corruptissimi exemplum.

Credat aliquis pecuniam esse versatam in eo iudicio, in quo reus erat Clodius, ob id adulterium quod cum Cæsaris vxore in operto commiserat, violatis religionibus sacrificij quod pro populo fieri dicitur. Atqui dati iudicibus nummi sunt, & quod etiamnum pactione turpius est, stupra insuper matronarum & adolescentulorum nobiliorum salarij loco exacta sunt, minus crimina quam absolutione peccatum est. Adulterij reus, adulteria diuisit, nec ante fuit de salute securus, quã similes sui iudices reddidit. Hæc in eo iudicio facta, in quo si nihil aliud, Cato testimonium dixerat ipsa ponã verba Ciceronis quia res fidem excedit. Accersiuit ad se, promisit, intercessit, dedit. Iam vero ô Dij boni rem perditam! etiam noctes certarum mulierum atque adolescentulorum nobilium introductiones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. Non vacat de pretio quæri, plus in accessionibus fuit. Vis seueri illius vxorem? dabo illam: vis diuitis? huius quoque tibi præstabo concubitum. Adulterium vbi feceris, damna. Illa formosa quam desideras, veniet: Illius tibi noctem promitto, nec differo: Intra comperendinationem fides promissi mei stabit. Plus est distribuere adulteria, quam facere. illud est matribus familiæ denunciare, hoc illudere. Hi iudices Claudiani à Senatu petierãt præsidium, quod non erat nisi damnaturis necessarium, & impetrauerãt. Itaque eleganter illis Catullus absoluto reo, Quid vos inquit, præsidium à nobis petebatis? an, ne nummi vobis eriperentur? Inter hos tamen iocos impune tulit. Ante iudicium, adulter: in iudicio, leno: qui damnationem peius effugit, quam meruit. Quidquam fuisse corruptius illis moribus credis? quib. libido non sacris inhiberi, non iudicijs poterat: quibus in ea ipsa quæstione (quæ extra ordinem Senatusconsulto exercebatur) plus, quam quærebatur, admissum est. quærebatur an post adulteriũ aliquis posset tutus esse? Apparuit sine adulterio tutum esse non posse. Hoc inter Pompeium & Cæsarem, inter Ciceronem Catonemque commissum est Catonem, inquam, illum quo sedente negatur populus permisisse sibi postulare florales iocos nudandarum meretricum, si credis spectasse tunc seuerius homines quam iudicasse. Non est itaque quod credis nunc plurimum lubidinibus permissum esse, legibus minimum. Longe enim frugalior hæc iuuentus quam illa est, quam reus adulterium apud iudices negaret, iudices apud reum confiterentur: cum stuprum committeretur rei iudicandæ causa. cum Clodius ijsdem vitijs gratiosus, quibus nocens, conciliaturas exerceret. in ipsa causæ dictione. Credat hoc quisquam? Qui damnabatur vno adulterio, absolutus est multis. *epist.* 98

Iudicij iniustissimi exemplum aliud.

Cn. Piso cum iratus duci iussisset eum, qui ex commeatu sine commilitone redierat, quasi interfecisset quem non exhibebat, roganti tempus aliquod ad conquirendum non dedit damnatus extra vallum deductus est, & iam ceruicem porrigebat, cum subito apparuit ille commilito, qui occisus videbatur, tunc Centurio supplicio præpositus condere gladium speculatorem iubet, damnatum ad Pisonem reducit, redditurus Pisoni innocentiam, quam militi fortuna reddiderat. ingenti concursu deducuntur, complexi alter alterum cum magno gaudio castrorum cõmilitones. Conscendit tribunal furens Piso, ac iubet duci vtrumque, & eum militem qui non occidit, & eum qui non perierat quid hoc indignius? quia vnus apparuerat, duo peribant. Piso adiecit & tertium nam illum centurionem duci iussit. Constituti sunt in eodem loco perituri tres ob vnius innocentiam. O quam solers est iracundia, ad fingendas causas furoris? Te, inquit, duci iubeo, quia damnatus es. Te, quia causa damnationis commilitoni fuisti: Te, quia iussus occidere imperatori non paruisti. Excogitauit quemadmodum tria crimina faceret, qui nullum inuenerat 1 *de ira* 16.

Iudicij nequissimi aliud exemplum.

Flaminius A prætor inter cœnam à meretrice rogatus. quæ aiebat se nunquam decollatum hominem vidisse, vnum

ex

er dãnutis occidit. Accusatur maiestatis. *9 contr. 2* [A Hic Liuius Quintus Flaminius est, T. Quintij frater à censorib L. Valerio Flacco & M. Porcio Catone motus senatu, quod cum Galliem prouinciam Cos obtinueret, rogatus e Philippo Pœno, quem emabat, scorto nobili, Gallum quendam sua manu occideret, siue, vt quidam crediderunt, vnum damnatorum securi percusserat rogatus à meretrice, cuius amore deperibat. Extat in eum M. Catonis oratio *Liu. libro 39.* adde *Plutarchum Catone & Quintio: u. Valer 9.*

In iudicio hæc nocent causæ: Contraria apud iudicem dicere: eundem superbia offendere; vnum testem temere admittere: nimis curiosa & anxia defensio.

Aduersarius meus dum contraria B dicit & iudicem superbie offendit, & vnum testem temere admitit, causam meam erexit, *6. de benef. 8 in fin.* [B adde *l. qui falso vel varie ff. de testibus.*

Suspectus iudici est, qui plus, c quam se defendit. *7. controuers 7.* [c subaudi vel, *alium* vel ita lege, *qui plus quam oporteat se defendit.*

Deprecator.

Vbique causæ irascendi supersunt, nisi deprecetor D animus eccesserit. *3. de ira 28.* [D facit *l. 27 §. 4 ff. de adultio edicto.*

Inquire in te, accusatoris primum partibus fungere, deinde iudicis, nouissime deprecatoris. *epist. 28.*

De quadruplatoribus.

Male istis improbis & importunis beneficiorum ◆orum quadruplatoribus E eueniat, qui tam bellum admonitionem inter amicos sustulerunt *7. de beneficijs 25.* [E Quadruplatores, quartam partem bonorum damnati consequebantur pro accusationis & delationis præmio.

De nonnullis quæ ad ius pertinent miscella.

Ius fori omnibus dicitur. *4. de benef 28. 62.*

Bonus iudex damnet improbanda, non odit. *2. de ira 16.*

Nemo inuenitur qui se possit absoluere. *1. de ira 14.*

Facile est domestico iudici satisfacere *3. controuers. 4.*

Nemo non est benignus sui iudex *2. de benef 26.*

Difficile est iudici, eorum secretorum causas reddere, quæ amantibus etiam sine ratione iucunda sunt. *2. Controuers 3.*

Non est sollicite de eo iudicandum, cui damnato gratulandum. *7. controuers. 8.*

LIBER VI.
DE REI VINDICATIONE.
Tit. I.

De adsertione & manum iniectione.

ASsero A te mihi, meum opus es, ego cum vidissem indolem tuam inieci B manum. *epist. 34.* [A Hac actione liberas personas quæ sunt iuris nostri petimus. *l. 1 § 2. ff de rei vindicat* nisi si hoc verbum referas ad adsertores libertatum, qui suo periculo causam agebant, quorum vsus fuit apud veteres *l. 1. l. 2 Cod. Theodos. de liberali causa.* postea sublatus à Iustiniano. *l. 1 l. 2. Cod. de adsertione tollenda.* [B Manu iniectu seruos ire vindicabant de manuum iniectione plura dixi infra in Nomenclatore Senecæ.

LIBER VII.
DE VSVFRVCTV. Tit. I

REm nobis eripit casus, vsumfructumque apud nos relinquit, quem nos iniquitate desiderij perdidimus. *& paulo ante.* Habere eripitur, habuisse nunquam. *epist. 99.*

LIBER VIII
DE SERVITVTIBVS VRBANORVM prædiorum. Tit II.

NEmo multum ex stillicidio A potest perdere. *epist. 71.* [A Hoc ad stillicidiorum seruitutem refero, de qua l. 1 & l. seruitutes 20 §. si seruitus stillicidij. & sequentibus. ff de seruitutibus vrbanorum prædiorum

DE SERVITVTIBVS RVSTICORVM prædiorum. Tit III.

Nullum sine exitu iter est. *epist 78.*

LIBER IX.
AD LEGEM AQVILIAM. Tit. II.

Si lucrum alicui excussum: auersa captata diu Hereditas: erepta gratia, & de secundo capite legis Aquiliæ

EST & illa iniuria frequens, si lucrum A alicui excussum est, aut præmium diu captatum, si magno labore affe- Senec. ctata hæreditas auersa est, & quæstuosæ domus gratie erepta *in sapient. non cad. 9.* [A Hoc pertinet ad cap. 2. legis Aquil. & mirifice confert ad explicationem l. 27. §. 4. ad l. Aquil. ad idem quoque caput refer Plinium 9. cap. 59

Æque dignus est pœna, & qui ipse vim adhibet, & qui ab alio admota ad lucrum suum vtitur. *4. contr. 8.*

Si telum quis misit.

In prælio potest occidere vt telum B meum in commilitonem meum manus dirigat, aliquo errore decepta & hosti tanquam meo pareat, sed hoc & raro accidet & non vitio meo cuius propositum est hostem ferire, ciuem defendere *4. de benef. 34.* [B Sic Alsenus 2 digestorum: Æque si quis ex manu telum eet aliud quid immisisset, damnum iniuria duret *l si ex plagis. 52. § 2 ff ad l Aquil.*

DE NOXALIBVS ACTIONIBVS.
Tit IV.

Optima, noxa carent. *epist. 76.*

LIBER X.

FINIVM REGVNDORVM. Tit. I.

Ad arma & rixas sæpe venitur ob fines regundos.

SIc prædia sua occupari à nullo patiuntur. Et si exigua contentio est de modo finium, ad lapides & arma A concurrunt *de breuit. vit. 3.* [A Sic Vlpianus *l si cuius 51 §. aquissimum. ff. de vsufructu.* Cur ad arma & rixam procedere prætor patiatur, quos potest iurisdictione sua componere?

De Terminis & finibus prouinciarum quarundam.

O quam ridiculi sunt mortalium termini. Vltra Istrum Dacus non exeat. Isthmus Samothracas includat. Parthis obstet Euphrates Danubius Sarmatica ac Romana disterminet. Rhenus Germaniæ modum faciat. Pyreneus medium inter Gallias & Hispanias iugum extollet. Inter Ægyptum & Æthiopas inculta vastitas iaceat *nat in proœm.*

Illustrium fluminum per priuatum decursus & amnes magni, magnarumque gentium termini vsque ad ostium à fonte vestri sunt *epist. 90.*

Fines Atheniensium aut Campanorum vocamus, quos deinde inter se vicini priuata disterminatione distingunt. & totus ager huius aut illius Reipub est pars deinde suo domino quoque censetur. *7 de benef. 4.*

COMMVNI DIVIDVNDO. Tit. III.

Cum filio tricenario patre patrimonium diuidat *3 contr. 3.*

Nihil prohibet absentis A vti ex parte quæ nostra sunt. *de ira 6.* [A *Vide l. mortis. 51 ff. pro socio.*

LIBER XI.

DE INTERROGATIONIBVS IN IVRE faciendis, & interrogatorijs actionibus.
Titul. I.

De interlocutione: De interrogatione insidiosa.

PErmitte A mihi aliquid interloqui, ne interrogatione insidiosa capiar. *4 de benef 26.* [A Est interrogatio tunc necessaria cum in personã fit actio, & ita si certum petetur: ne, dum ignoret actor qua ex parte hæres defuncto aduersarius fuerit, interdum plus petẽdo aliquid damni sentiat. Callistratus. 1. edicti monitorij in *l. 1. ff. de interrogationib. in iure faciendis, adde l non solum. 99 ff. de procuratoribus.*

DE ALEATORIBVS. 5.

De aleatoris conditione.

Maiores nostri intellexerunt iniquissimum esse, eodem A loco haberi eum qui pecuniam, quem à creditore accepit, libidine aut alea absumsit, & eum qui incendio, aut latrocinio aut aliquo casu tristiore aliena cum suis perdidit *7. de benef. 16.* [A Sane alio loco habendus est, qui fortuna & casu ad inopiam redactus, aut non soluendo factus est, & qui alea decoxit. *Nouella. 135.* dixi ad titulum Pandectarum de cessione bonorum.

DE RELIGIOSIS. Tit. VII.

Annus, (X. mensium) ad lugendum maritum fœminis datus.

Annum A fœminis ad lugendum constituere maiores, B non vt tam diu lugerent, sed ne diutius. Viris nullum legitimum tempus est, quia nullum honestum. *epist. 64* *Huc iunge l. 1. 8. 10. 11. 21. & l. vlt. ff. de his qui notant infam.* [A Annum videtur vsurpare pro 10. mensibus: Decem enim menses tantum luctui præfiniti: vt mox ex eodem authore nostro videbimus. adde Suetonium 4. epistol Apuleium 8. & ita annum accipe 10 l. 8 & 11 *ff. de his qui notantur inf.*

[B Luctui peragendo olim decem menses præfiniti, vt hic & l 2. *Cod. de secundis nuptiis l. non tantum decem mensium Cod. de legatis. Ouidius 1. Fastorum.* postea annus à Theodosio præfinitus *d. l. 2.*

Sexui muliebri pene concessum est, non datum in lacrymas ius, non in immensum tamen, & ideo maiores *decem* C mensium spatium viros lugendi dederunt, vt cum pertinaciam muliebris mœroris publica constitutione deciderent, non prohibuerunt luctus, sed finierunt. Nam & infinito dolore, (cum aliquem ex carissimis amiseris) affici, stulta indulgentia est & nullo inhumana duritia. Optimum inter pietatem & luctum temperamentum est, & finire desiderium & opprimere. *ad Alb. 15.* [C forte Numa. Liuius 2. Nam post Cannensem ob magnum lugentium numerum 30. dies luctui præfiniti. *Festus Græca sacra, Valerius 1.*

Lugentes pleramque custodiri.

Lugentem timentemque custodire solemus, ne solitudine male utatur. *epist.* 10.

Votum libitinarij scelestum punitum.

Demades Atheniis eum, qui necessaria funeribus venditabat, damnauit, cum probatum ei esset, magnum lucrum optasse, quod contingere sine multorum morte non poterat. Quæri tamen solet, an merito damnatus sit? fortasse optauit, non vt multis venderet, sed vt care, vt paruo sibi constarent, quæ venditurus esset. *et post.* An tu Aruntium & Aterium non putas eadem habere, quæ designatores & libitinarios vota? *6 de benef 38.*

De funeris locatione: Vitalia cadaueri eruebantur.

Quam multi, cum maxime funus locatur, quam multi eum vitalia eruunt et lugent. *epist.* 100

Conuersus ad ianuam quis est, inquam, iste decrepitus & merito A ad ostium admotus? foras enim spectat, vnde istum nactus es? quid te delectauit alienum mortuum tollere? *epist* 12. [A Aliud ad veterem morem. Mortuorum enim cadauera ad ostium & in vestibulis ædium ponebant seu collocabant, id veteribus illis dicebatur collocatio. Suetonius August. cap. 100. Corpus Augusti à Bouillis equester ordo suscepit, vrbique intulit, atque in vestibulo domus collocauit.

Conclamatio in funere: Fax & cereus in immaturis exequiis præferebatur.

Totiens in vicinia mea conclamatum B est, toties præter limen immaturas exequias fax C cereusque præcessit. 2. *de tranq.* 15. [B Hinc funus indictiuum ad quod per præconem euocabantur. Festus *Indictiuum* Verba hæc fuisse videntur, ollus Quiris leto datus est. Festus in Quirites: indicio est præco qui in funeribus indictiuis ita pronunciare solet, *ollus Quiris* leto datus est. Varro 6 de lingua *olli, valet dictum illi: ab olla & olim* quod alterum comitiis cum recitatur, à prætore dicitur olla centuria, non illa: alterum apparet in funeribus indictiuis quum dicitur *ollus leto datus est.* [C De facibus & cereis diximus supra in Theologicis. *c 3. de sepultura.*

Exequiæ frequentes.

Drusus Libo cum æger a senatu in lectica relatus esset, non sane frequentibus exequiis. Omnes enim necessarij iam deseruerant impie, iam non reum, sed funus: habere cœpit consilium vtrum consisceret sibi mortem an exspectaret. *epist.* 71.

Funus ad planctus deductum: ad symphoniam canebatur, βεβίωκε βεβίωκε.

Pacuuius cum vino & illis funereis epulis se sepelisset, quasi sibi parentauerit, sic in cubiculum ferebatur à cœna, vt inter planctus exoletorum hoc ad symphoniam caneretur, βεβίωκε βεβίωκε, nullo non se die extulit. *epist.* 12.

Sepultura, solenne & necessarium officium: Sepulturam patri filius debet: Sepelire misericordiæ & humanitati gratis: Sepelire alterius vice: Terram mortuo iniicere.

Patrem alicuius in solitudine exanimem inueni, corpus eius sepeliui. *& post.* Dicam quid filius consecutus sit? officio solenni & necessario per me functus est. præstiti patri eius quod ipse præstare voluisset, nec non & debuisset. Hoc tamen ita beneficium est, si non misericordiæ D & humanitati dedi, vt quodlibet cadauer absconderem. Sed si corpus agnoui, si filio tunc me præstare cogitaui. At si terram E ignoto mortuo inieci, nullum in hoc habeo huius officij debitorem, in publicum humanus. *5. de benef* 10. *in fin.* [D Quod præsumitur fieri, si non contraria testatio sit *l. 14. §. 7 § 8. ff de religiosis.* [E Terram vel glebam mortuo iniiciebant, *Varro 4. de lingua.*

In conditiuo esse: in limine ipso nomen marmori inscribere.

Qui latitant & torpent, sic in domo sunt quomodo in conditiuo, horum licet in limine ipso nomen F marmori inscribas, mortem suam antecesserunt. *epist* 61. [F Quid si legas? *mortem*, id est, mortis tempus: optimo sensu, Horum licet mortis tempus in ipso limine sepulchri inscribas nihil efficies, impones alteri: mortem enim suam antecesserunt

Sepulchris inscribebant numerum annorum mortui.

Statilia iusc. ibi monumento suo iussit annis se 99. vixisse. *epist* 78.

Vide *epist* 95 *in fin. de sepultura neglecta.*

LIBER XII.

DE REBVS CREDITIS. SI CERTVM peteretur. Tit I.

Crediti & beneficij differentia

Diligentius quærendus est beneficij quam pecuniæ creditor: huic enim reddendum est quantum accepi: & si reddidi, solutus sum ac liber: at illi plus soluendum est: & nihilominus etiam relata gratia cohæremus. A debere enim cum reddidi rursus incipio. *2. de benef.* 18. [A *cohærere*, est ne hic obligari? an vero *coæramus* legendum voce ab *ære* deducta? Nam & *coæsus* in legibus XII. Tabularum apud Ciceronem occurrit

Creditorem mihi ij se eligo, beneficium sæpe ab eo accipio a quo nolo, & aliquando ignorans obligor. *3. de benef* 12

Alia conditio est in credito, alia in beneficio. pecuniæ etiam male a creditæ exactio est: & appellare debitorem ad diem possum: & si B C foro cesserit, portionem feram. Beneficium & totum petit & statim. Præterea hoc mali viri est, illud mali patris familiæ. *4 de benef* 39 [B Hoc est, homini parum idoneo creditæ [C Quod dixit de eo qui foro cessit l 7. §. 1. ff de pos l. vlt. C de curat. bon. dand.

Beneficium creditum insolubile esse dicimus. Cum id dicimus imagine & translatione vtimur. Cum dicimus creditum, intelligitur tanquam creditum. *4. de benef.* 12.

Beneficium genus est crediti ex quo totum recipiendum est, quantum vltro refertur. *1. de benef.* 1.

Beneficium verbo ac corruptis creditum faciendo. *5. de benef.* 21.

Creditum re ipsa contrahitur non sola voluntate.

Ei qui voluit mihi pecuniam credere, sed non credidit, nihil debeo. *6. de benef.* 11.

Creditor & debitor relata.

Debitor non est sine creditore non magis quam maritus sine vxore, aut sine filio pater. *5. de benef* 7.

Æs alienum.

Leue æs alienum debitorem facit, graue inimicum *ep.* 19.

Crediturus pecuniam in vasa & vires debitoris inquirebat.

Nomina facturi, diligenter A in patrimonium & vasa debitoris inquirimus. *1. de benef.* 1. [A Cicero 9 *ad Atticum.* 11 *sub finem* De Iannino (vt audiui Phaneam mortuum) optaui si modo esset futura Respublica, vt id aliquis emeret meorum: neque tamen de te (qui maxime meus) cogitaui. sciebam enim te quoto anno & quantum in solo solere quærere: neque solum Romæ, sed etiam deliciarum Digamma viderem *hoc est*, fœnus cuius in vocabuli litteratura prima collocatur F. digamma.

Cum ad patrimonium ventum est, diligentissimi computatores sic rationem ponitis singulorum, quibus aut pecuniam credituri estis aut beneficia (nam hæc quoque iam expensa fertis) *Late possidet, sed multum debet: Habet domum formosam, sed alienis nummis paratam, Familiam nemo cito speciosiorem producet, sed nominibus non respondet: si creditoribus soluerit, nihil illi supererit.* epist. 88.

A creditore volente pecunias accipere: Stipulatio emptorem venditoris obligans: Pacta conuenta impressis signis custodiri solita: Fidem non tantum spectare, sed cogere: Testes in nominibus faciendis adhibiti: Per tabulas seu subscriptiones plurium testium, nomina facere interpositis partibus: interrogatione contentum non esse: Rem manu tenere: Anulo credere plus quam animo: Viri ornati nominibus faciendis adhibiti: qui eadem signa tabulis imprimebant.

Vtinam persuadere possemus, vt pecunias creditas tantum à volentibus a acciperent, vtinam nulla stipulatio emptorem venditori

venditori obligaret, nec pacta conuentaque impressis signis custodirentur, fides potius illa seruaret & æquum colens animus. Sed necessaria optimis prætulerunt, & cogere fidem quam spectare malunt. Adhibentur ab vtraque parte testes. c Ille per tabulas, plurium o nomina, interpositis pararijs, a facit. Ille non est interrogatione sua contentus, nisi rem r manu sua tenuit. O turpem humani generis fraudis ac nequitiæ publicæ confessionem. anulis nostris plus quam animis creditur. In quid isti viri ornati o adhibiti sunt? in quid imprimunt signa? Nempe ne ille neget accepisse se quod accepit. 3. *de benef* 15. [a Hoc est, citra stipulationem, citra tabulas, sine testibus, sine pararija, [c Quot? forte duodecim. Plautus Aulularia: Nostra ætas non multum fidei gerit, Tabulæ notantur, adsunt testes duodecim. Tempus locumque scribit actuarius. Tamen inuenitur Rhetor, qui factum neget. [o Plurium nomina facere creditor dicitur, cum non contentus debitoris confessione aut chirographo, actuarium adhibet, qui tabulas chirographarias describat, cum præter actuarium, adhibet ornatos viros testes, & illorum nomina ijsdem tabulis inseri facit, & illorum anulis tabulas signari. Hæc nominibus obligatio fuit. de qua Theophil. § Inst. de litterar. obligat. [a Pararij hic & in c. sequente, qui? An librarij quorum munus fuit stipulationis verba transcribere, 93 *ff. de regulis.* qui Planto *Aulularia*, actuarij: Vlpiano tabelliones? [r Hoc est, tabulas ab actuario conscriptas: quas ipse creditor solus seruabat [c Qui illi? Romæ, equites alijque integræ famæ: in prouincijs, Duumuiri, decuriones & similes. His enim ius anulorum fuit facit *l.* 21. *ff. de testib.*

In nomine faciendo & mutuo plerique non interponebant pararios, signatores, & chirographa accipiebant.

Quidam nolunt nomina secum fieri, nec interponi *pararios*, nec *signatores* aduocari nec *chirographum* dare. 2. *de benef.* 23.

Mutuum dare de domo.

Hic pecuniam pro addicto dependit, sed cum illam domo H protulisset, ille dedit eandem, sed mutuam sumsit aut rogauit, & se obligari ingenti merito passus est. 3 *de benef.* 8. [H Vide *l. lecta. ff. de rebus creditis.*

Area sua vel aliena vti in mutui datione.

Puta me non dicere vnde sumpturus sum mutuum, scis cuius area I vtar, easpecta pusillum, & de domo fiet numeratio 3. *epistol.* 56. [I Sic Scæuola I. Respons. ea area accipere mutuum dixit. *in l.* 26 *ff. de pec. const.* & Paulus 3 *quæstion.* quindecim mutua numerata de domo *in l. lecta ff. de reb. cred. vbi dixi.*

Versuram facere quid sit.

Ab Epicuro versura K facienda est. *epist.* 19. [K Versuram facere dicitur, qui creditorem vertit, qui pecuniam ab alio accipit, vt se ab alio creditore liberet. Vide Festum & Ciceronem ad Atticum.

Debitor non est sine creditore, non magis quam maritus sine vxore, aut sine filio pater vt concedam aliquem dare sibi beneficium, dum dat & recipit: vt concedam aliquem à se accipere beneficium, dum accipit, reddit. Domi quod aiunt *versura* fit, & veluti lusorium L nomen statim transit, neque enim alius dat quam qui accipit, sed vnus atque idem 5 *de benef.* 8. [L Lusorium nomen est, non verum, sed interpositum dicis causa. sic lusorie agere dicimus *l.* 50. *ff de leg.* 1. lusorium edictum *l.* 75. *ff. de iudicijs.* lusorium imperium *l. vlt. ff. ne quid in loco publ.* perlusorium iudicium *l.* 14. *ff. de appellat.*

In mutuo vtebantur plerique intercessore & proxeneta.

Ad maximas diuitias compendiario ducam, opus erit tamen tibi creditore, vt negotiari possis. Aes alienum facias oportet, sed nolo *per intercessorem* mutueris, nolo Proxenetæ A nomen tuum iactent, paratum tibi creditorem dabo, Hecatonianum illud à te mutuū sumes, quantulumcunque est, satis erit, si quidquid deerit id à nobis petierimus. *epist.* 120. [A De proxeneta nominis faciendi *vide l.* 2. *ff. de proxeneticis.*

Quid debeatur accepto beneficio? Et in beneficio quid materia & signum beneficij sit, quid ro ipsa beneficium.

Debere dicit se alius pecuniam quam accepit, alius consulatum, alius sacerdotium, alius prouinciam, ista autem sunt beneficiorum signa, non merita. Non potest beneficium manu tangi, sed animo geritur. Multum interest inter materiam beneficij & beneficium. Itaque nec aurum nec argentum, nec quidquam eorum quæ à proximis accipiuntur beneficium est, sed ipsa tribuendi voluntas. Imperiti autem id quod oculis incurrit, & id quod traditur Senec.

possideturque, solum notant, Contra, illud quod in re carum atque pretiosum est, parui pendunt, & quæ tenemus quæ aspicimus, in quibus cupiditas nostra hæret, caduca sunt. *Et post* Hoc in alijs rebus euenit, vt alibi sit species rei, alibi ipsa res. Imperator aliquem torquibus, murali & ciuica donat, quid habet per se corona pretiosum? quid prætexta? quid fasces? quid tribunal? & currus? Nihil horum honos est, sed honoris insigne. Sic non est beneficium id, quod sub oculos venit, sed beneficij vestigium & nota. 1. *de benef* 5.

Credere pecuniam numeraturo adulteræ.

Pecuniam non dabo quam numeraturum adulteræ a sciā, ne c in societate turpis facti aut consilij inueniar. 2. *de benef* 14. [a Qui pecuniam credit, adulteræ aut meretrici numeraturo eam non repetit: sicuti non repetit id, quod consumpturo & perdituro credidit *l. quod si minor* 24. § *restitutio ff. de minorib. l si seru.* 12. *si adolesc. ent.* 11 *ff. mandat.* [c *Vide infra* 1. *Titulo pro socio.*

Quod quisque debeat libenter.

Debet nemo libenter quod non accepit, sed expressit. 1. *de benef.* 1.

Quo animo quidque debeatur

Eo animo quidque debetur quo datur *epist.* 81.

Credita pecuniæ actio.

Pecunia ab eo petitur cui credita est 5. *de benef.* 19.

Beneficij pars optima perit si actio, sicut certæ pecuniæ aut ea conducto aut ex locato datur, si ad iudicem voco incipit non beneficium esse, sed creditum. 3. *de beneficijs* 7.

Credita quædam debentur quæ non exiguntur.

Quædam pecuniæ de quibus ijs creditori dicitur debentur, sed non exiguntur 6 *de benef.* 4 *iunge l* 1 § 1. *ff. de oblig.*

Exigere, repetere, admonere.

Non exigo beneficium, sed repeto: nec repeto quidem, sed admoneo 5. *de benef* 21.

DE IVREIVRANDO.

De iurisiurandi varijs formulis: Ita patri placeam.

Quæris, quod ius iurandum fuerit? Ita patri placeam. 2. *controuers.* 3.

Per patrem iurare.

Nihil minus conuenit quam aliquem per patrem iurare, patrem relicturæ 1 *contr* 6.

Per patris & maiorum cineres iurare.

Iura per A patris cineres qui inconditi sunt. Iura per patris memoriam. 7. *Controuers. proæmio* [a Sic Propertius: Testor maiorum cineres. *Propert* 4. *Eleg.* 11.

Ego morientem videbo, per cuius cineres iuraturus sum? 1. *controuers.* 1.

Per Deos iurare: si sciens fallo.

Per fictiles Deos, religiose iurabatur: cum qui per illos iurauerant, ad hostem morituri ne a fallerent redibant. *ad Albinam* 10. [a Sic Eumenius Rhetor in 10 oratione pro scholis instaurandis, *Neque me sciens fallo* Apuleius 10. de asino, Non possum conscientiam meam fallens perperam iudicare. Plura nunc omitto ad hunc locum.

Per genium domini iurare.

Iurat per genium c meum se omnia facere. 1. *ep* 12. [c Sic iurabant per Genium Cæsaris *l.* 2. *Cod. de rebus creditis l.* 2. *Cod. ad l. Iuliam maiestatis vbi dixi.*

Ita mori liceat superstite filio.

Ita mihi o superstite filio mori liceat *Et post* Ita mihi libero & viuere & mori contingat, ita meos oculos filij manus operiant, vt ego istos liberos meos fortiter fleui. 9. *Controuers.* 4. [o adde 5. Declamat. *Plin.* 2. *epist. vltima Terent. Heotontim. act.* 5. *scena* 4.

Ita viuam.

Præbebo, ita viuam. *epist* 83. *Ita locutus est Cicero.* 5. *ad Attic.* 15. 9. *Valer.* 13 § 3.

Per manes præceptoris iurare.

Sic solebat iurare, Per manes præceptoris mei Cæstij, cum Cæstius viueret. 9. *Controuers.* 3.

In verba iurare.

Quod verum est, meum est. Perseuerabo Epicurum tibi ingerere, vt isti qui in verba iurant nec quid dicatur æstimant, sed à quo sciant quæ optima sunt esse communia. *epist.* 12.

Per Vestam iurare.

Sacerdos raro iuret, nec vnquam, nisi per suam Vestam. 6 *contr.* 8.

Iurabant gladiatores vri, vinciri, ferroque necari.

Dixi in Politicis nostra Titulo de ludis cap de Amphitheatro.

c

Mutuae mortis iuramentum.

Vir & vxor iurauerant, vt si quid alteri obtigisset, alter moreretur *2. controuers. 3.*

Sacramento ligari.

Sapiens velut sacramento ligatus, hoc quod viuit stipendium putat *epist. 66.*

Iusiurandum per vim, non obligat.

Nemo iureiurando tenetur quod per necessitatem adactus est. *6. contro. 6.*

Amantibus iuratis non creditur.

Amantibus non nisi iurantibus credimus *2. contr. 3.*

De imprecationibus.

Caput sanctum tibi dira imprecatione defigis. *6 de beneficijs 35.*

LIBER XIII.

COMMODATI. Tit. VI.

Commodare & mancipio dare differunt.

Rerum natura illum tibi non mancipio dedit, sed commodauit, cum visum est deinde repetijt nec tuam in eo satietatem secuta est, sed suam legem. Si quis pecuniam creditam se soluisse moleste ferat, eam præsertim cuius vsum gratuitum acceperit, nonne iniustus videbitur? *ad Polyb. 29.*

Commodato vti.

Magnus animus nihil horum, quæ circa ipsum sunt, nihil suum putat, sed vt commodatis vtitur peregrinus, properans. *epist. 121.*

Rebus non me trado, sed commodo *epist. 63.*

LIBER XIV.

DE LEGE RHODIA DE IACTV.
Titul. II.

Necessitas est quæ nauigia iactu A exonerat *4. contro. 4.* [A confer, tit. ad l. Rhod de iactu.

DE INSTITORIA ACTIONE.
Tit. III.

Quoties ad institorem A alicuius mercis accessimus, videmus quod hoc concupiscimus, quanti deferatur. Sæpe maximum pretium est pro quo nullum datur. *epist. 42.* [A Institor est qui negotio gerendo instat, qui tabernæ vel negotiationi præest *l. 3 ff. eod.*

DE SENATVSCONSVLTO
Macedoniano.

Quamuis filiusfam. sim, licet mihi & stipem porrigere mendico, & humum cadaueri. Iniquum est collapsis manum non porrigere. Commune hoc ius generis humani est *1. contro. 1*

Si filius meus pecuniam mutuam sumserit, creditori numerabo, non A tamen ego debuero. *& post.* Dico me tibi obligatum pro filio, non quia sum, sed quia volo me tibi offerre debitorem voluntarium *5 de benef. 19* [A *vide totum hunc Titulum ff.*

LIBER XV.

DE PECVLIO Tit. I

Non potest A seruus creditor domini sui fieri, si pecuniam illi dederit, alioqui quotidie suum dominum obligaret *5 de benef. 19.* [A subaudi iure ciuili: potest enim natura dominus seruo obligari. *l. si quod seruo dominus debuit. 64 ff. de condict. indebiti*, atqui inter filium & patrem ne quidem naturalis obligatio esse dicitur *l. ne cum filio. 16. ff. de furtis.*

LIBER XVI.

DE COMPENSATIONIBVS.
Tit. II.

Pecuniam aliquis mihi credidit, sed domum meam incendit, pensatum est creditum damno, nec reddidi illi nec tamen debeo. *& post.* Colonum suum non tenet obligatum quamuis tabellis manentibus, qui segetem eius proculcauit, qui succidit arbusta: non quia recepit quod pepigerat, sed quia ne reciperet effecit sic debitori suo creditor sæpe damnatur, vbi plus ea alia causa abstulit, quam quod ex crediti causa petit, non tantum inter creditorem & debitorem iudex sedet, qui dicat, pecuniam credidisti. quid ergo? equos A abegisti, seruum eius occidisti, agellum quem locaueras possidea, æstimatione facta debitor discede, qui creditor veneras. *& post.* Quædam pecuniæ de quibus ius creditori dicitur, debentur, sed non exiguntur *6. de benef. 4.* [A Compensatio locum habet quoties ex maleficio oritur actio. *l. si ambo socij. 10. § a ff. de compensationibus.*

In comparatione beneficij & iniuriæ vir bonus iudicabit quidem quod erit æquissimum, sed beneficio fauebit, in hanc erit partem procliuior. *& post.* Facilis erit in commutando, patietur plus imputari sibi, iniuriis beneficium per compensationem iniuriæ soluet. *epist. 81.*

Si rectam illam rigidi iudicis sententiam quæris, alterum ab altero absoluetur, & dicet quamuis iniuria præponderet, tamen beneficijs donetur, quod ex iniuria superest: plus nocuit, sed prius profuit. itaque habeatur & temporis ratio *epist. 81.*

Illud mihi potius distingue, quod potest ad rem pertinere, cum idem homo beneficium mihi dedit & postea fecit iniuriam, vtrum illi beneficium reddere debeam, & me ab illo nihilominus vindicare, ac velut duobus nominibus separatim respondere, an alterum alteri contribuere & nihil negotij habere, vt beneficio iniuria tollatur. Illud enim video in hoc foro fieri, (quid in vestra schola iuris sit, vos sciatis,) separantur actiones & de eo quod agimus, & de eo quod nobiscum agitur. Confunditur A formula, si qui apud me pecuniam deposuerit, idem mihi postea furtum fecerit, & ego cum illo furti agam, a & ille mecum depositi? Quæ proposuisti (Liberalis,) exempla, certis legibus continentur, quas necesse est sequi. Lex legi non miscetur, vtraque sua via it, depositum habet suam actionem, proptiam tam hercule quam furtum. Beneficium nulli legi subiectum est, me arbitro vtitur. licet mihi comparare inter se, quantum profuerit mihi quisque, aut quantum nocuerit, tum pronunciare, vtrum plus debeatur mihi an debeam. in illis nihil est nostræ potestatis, eundum est qua ducimur. In beneficio tota potestas mea est. Ego itaque iudico illa, non separo: nec diduco, sed iniurias ac beneficia ad eundem iudicem mitto. *6. de benef. 5. & 6.* [A Mutuas petitiones intelligere videtur, de quibus *l. 11. in prin. & § 1. ff. de in eisdict.* non coacetuationem actionum [B si modo rei tuæ furtum fecerit: aut si depositum ipsum surripuerit, in quo sumptus feceras *l. Creditoris. 15 in f. l. si is quo rem commodasset 59 l. si is quo rem pignori. 66. ff. de furtis adde l. vltimam. Cod. De compensationibus l. si quis. 11. ff. deposit.*

DEPOSITI. Titul. III.

Depositum reddere res per se expetenda. *4 de benef. 10.*

Quis decoctori pecuniam credit, aut depositum committit ei, qui iam plurimis abnegauit? *4 de benef. 26.*

Non magis laudabis quisquam gratum hominem, quam eum qui depositum reddidit, aut quod debebat, extra iudicem soluit *3 de benef. 7.*

Depositum reddere per se expetenda res est non tamen A semper reddam nec quolibet loco, nec quolibet tempore. Aliquando nihil interest vtrum inficier an palam reddam. Intuebor vtilitatem eius cui redditurus sum, & nociturum illi depositum negabo *4. de benef. 10.* [A Possunt etiam esse iustæ causæ vt non dum reddat: quid enim si res sit in prouincia vel in horreis quorum aperiendorum non sit facultas, vel conditio depositionis nondum extitit? *l. 1. §. est autem ff. hoc titulo.*

LIBER XVII.

MANDATI Titul. I.

Sua causa: aliena: sua & aliena causa aliquid facere.

Multum interest vtrum aliquis beneficium nobis det sua A causa, an nostra, an sua & nostra *. 6 de benef. 12.* [A Sic mandatum distinguitur. *Mandata enim quis sua causa, aliena, sua & aliena: tua & aliena. l. 2. ff. mandati.*

PRO SOCIO. Tit. II.

Socijs res aliter communes quam parentibus liberi sunt.

Non sic cum amico communia omnia sunt, quomodo cum socio, vt pars mea sit pars illius: sed quomodo patri matrique communes liberi sunt, qui cum duo sint non singuli singulos habent, sed singuli binos. *7. de benef. 12.*

Communia sunt quorum pars ad singulos pertinet, etiam minima: Pars pro indiuiso tam omnium tota, quam singulorum.

Non sunt communia nisi pars illorum pertinet ad singulos socium efficit, etiam quod ea minima portione commune est. adijce nunc quod magna & vera bona non sic diuiduntur, vt exiguum in singulos cadat. ad A vnumquemque tota perueniunt. *& post.* Tam omnium tota, quam singulorum

forum sunt. *epist.* 74. [A Hæc pars pro indiuiso appellatur, *l. recte* 25 §. 1. *ff. de verb. signif.* pars incerta. *arg. l* 25. *ff. quib. modis vsusf. amittatur* l. 1 § 7. *ff vti possidetis.* quæ tota omnium est, non quasi singulorum *vt hic & l seruum commun.* 5. *ff de stipulat seruor.* intellectu magis partes haber quam corpore *d.l.5.*

Socij non æquis partibus.

Cum visum fuerit distraham cum copore societatem, & nunc tamen dum hæremus, non B erimus æquis partibus socij, animus ad se omne ius dicet. *epist.66.* [B Huiusmodi societas contrahi potest *l si non fuerint* 2. *ff pro socio.*

Societas inter omnes homines quædam & sancta.

Consortium rerum omnium inter nos fecit amicitia. *& post.* Hæc societas c diligenter & sancte obseruanda est quæ nos hominibus miscet & indicat aliquod esse commune ius generis humani. *epist* 48. [c Quæ & cognatio a natura dicitur *in l.3. Digest. de iustitia & iure.*

Societatis salus, amor.

Salua societas esse, nisi amore & custodia partium non potest 2. *de ira* 3.

Societas turpis facti.

Pecuniam non dabo ei quem numeraturum adulteræ sciam, ne o in societate turpis facti aut consilij inueniar. 1. *de benef.* 14. [o Rerum inhonestarum nulla est societas, *l. nec prætermittendum* 57. *Digest. pro socio.*

LIBER XVIII.

DE CONTRAHENDA EMPTIONE. Titul I.

Venditio & vendere quid.

VEnditio, alienatio est rei suæ iurisque sui in alium translatio. Quemadmodum vendere, sic dare aliquid, à se dimittere est, & id quod tenueris habendum alteri tradere. 5. *de benef* 10.

Negotiatio.

Multum à beneficio distat negotiatio 6. *de benef.* 12.

Emi, & gratuita esse quæ dicantur.

Ea sola putamus emi pro quibus pecuniam A soluimus: ea gratuita vocamus, pro quibus nihil impendimus. *epist* 42. [A Sine pretio nulla est venditio. l 2 § 1 *ff. hoc tit.*

Commerciorum occasio, necessitas.

Bona in B regiones descripta sunt, vt necessarium c mortalibus esset inter ipsos commercium, si inuicem alius ab alio quid peteret. *epist.*88. [B Has leges æternaque fœdera certis imposuit natura locis Virg. 1. Georg. [c Idem Aristotel 1 Politic.

Negotiaturi fiscos parabant.

Videtur mihi egregie dictum, sapiens diuitiarum est quæstor acerrimus. Inani me, (inquis) lance numeras. Quid est illud inane? Iam ego parauetam fisco, D circumspiciebam in quod me mare negotiaturus immitterem, quod publicum agitarem, quas accerserem merces. *epistol.* 120. [o Hi herones vel erones in lege, in nauem. 31. *ff. locati.*

Ad Castoris templum negotiatores: ibidem tabernæ seruis venalibus referta.

Non moleste feram si non reddiderit nomen aliquis ex his, qui ad Castoris a negotiantur, nequam mancipia ementes vendentesque, quorum tabernæ pessimorum seruorum turba refertæ sunt. *in sap. non cad* 13. [a Is forte locus est quem Labeo & Cœlius appellant locum, quo solent venire qui se venales postulant. *l. quæ fit fugitiuus.* 27. §. *apud Labeonem* 12 *ff. de ædilitio edicto. vbi dixi plenius.*

In his quæ voluptatis causa emimus, reditum non inspicimus.

Nemo Tusculanum aut Tyburtinum emere paratus salubritatis causa & æstiui secessus, quoto anno empturus sit disputat: cum emerit tuendum est. 4. *de benef.* 12.

Suæ rei non est emptio.

Nemo rem suam B emis 7. *de benef.* 5. [B *l. suæ rei emptio.* 16 *ff. de contr empt.*

De rebus emendis præceptum Catonianum

Catoniana o sententia, Emas non quod opus non est, sed quod necesse est. quod non opus est, esse carum est. *epist* 95. [o Est & illud alterum Catonis præceptum eodem pertinens: c. 2. de re rustica: *Patremfamilias vendacem esse oportet non emacem*

Nummarium tribunal.

Prouincias spoliari & nummarium tribunal audita vtrinque licitatione alteri addici, non a mirum: quando quæ

emeris, vendere gentium ius est. 1 *de benef.* 9. [a Hinc illud Alexandri Seueri apud Lampridium Necesse est vt qui emit, vendat Ego non patiar mercatores potestatum, quos si patiar, damnare non possim Erubesco enim illum hominem punire qui emit & vendit. adde *Nouellam* 8.

Piscium luxuria: Mullus piscis emptus quinque sestertijs.

Mullum ingentis formæ (quatuor pondo & selibram fuisse aiebant) Tiberius Cæsar missum sibi, cum in macellum deferri & venire iussisset: Amici, inquit, Omnia me fallunt, nisi istum mullum aut Apicius emerit aut Pub. Octauius. Vltra spem illi coniectura processit, licitati sunt, vicit Octauius & ingentem consecutus est inter suos gloriam, cum quinque A sestertijs emisset piscem, quem Cæsar vendiderat, nec Apicius quidem emerat. *epistol* 96. [A Sub Caio principe Asinius Celer nullum emit octo millibus nummum Quæ reputatio (inquit Plinius 9. cap 27) aufert transuersum animum ad contemplationem eorum, qui in conquestiona luxus coquos emi singulos pluris, quam equos, quiritabant At nunc coqui triumphorum pretijs parantur & coquorum pisces.

De seruorum pretio: Serui centenis millibus empti.

Cum diceret Sabinus, centenis a millibus sibi constare singulos seruos, minoris, inquit Quadratus, totidem scrinia emisses *epist.*27 *circ.fin* [a De pretijs seruorum, *vide l.* 21 *Cod de communi seruo manumisso.*

Corium forma publica percussum loco nummi apud Lacedæmonios

Corium c forma publica percussum apud Lacedæmonios fuit, quod vsu in numeratæ pecuniæ præstabat 5 *de beneficijs* 14. *in fin.* [c Sic coriacea moneta cusa fuit sub Friderico 2 teste *Pandulpho Collenucio & Antonio Chronicorum anno* 1240 *Adde* ad *Chronica Vrspergensis* sed & Helmodus Chronicorum c 395. refert apud Rauos panno lineo commercia iniri.

Nummi vna forma percuti soliti.

Facta dictaque tua inter se congruant, ac respondeant sibi & vna forma percussa sint. *epist.*34.

Nummus reiectus ab ignaro.

Non est malus nummus, quem barbarus & ignarus formæ publicæ reijcit D 5. *de benef.* 10. [o facit lex 1. & 3. Cod de veterís numismatis potestate.

Cara quæ.

(Nulla res carius constat, quam quæ precibus empta est. 2. *de benef* 1.

De sestertio nummo in venditionibus.

Quæ maxima inter nos habentur, sestertio a nummo æstimanda sunt *epist* 96. [a I nullo De sestertio nummo adde *l. vltimam. Cod de donationibus.* vbi dixi.

De iusto rei pretio, & quis iustum ac verum rei pretium imponat.

Vni sapienti notum est quanti quæque taxanda sit. *epist* 82.

Nemo cum emit aliquam rem, pretium venditori scit persoluere præter sapientem. *epist* 82.

Nescimus æstimare res, de quibus non cum fama, sed cum rerum natura deliberandum *epist* 82.

De pretio forensi.

Æstimemus singula fama A remota, & quæramus quid sint, non quæ vocentur. *epist* 96. [A Vide tamen *l si seruum.* 33 *ff. ad l. Aquil. l. pretia rerum* 63 *ff. ad l. Falcid d.* 10 § 1 *ff. de diuersis & temporalibus præscript.*

De ornamentis & accessionibus rei venditæ.

Neminem æstimamus eo quod est, sed eo quo ornatur. B *epist.*77. [B Ornamenta cedunt rei venditæ, si res cum ornamentis venalis ostensa est. *l. Ædiles.* 38 *in pr.* & §. *vendendo* 11. *ff. de ædilitio edicto.*

Non vacat de pretio quæri, plus in *accessionibus fuit ep.* 98.

Vilia quæ.

Quidquid domi est, vile est. 3 de *benef.* 3.

Nihil est enique se vtilius. *& post* qui se habet nihil perdidit, sed quoto cuique habere se contingit, *epist* 42.

Sæpe maximum est, pro quo nullum pretium datur. *ep.* 42.

Cara quæ.

Numero numerus non semper æquandus est aliquando vna res pro duabus valet 7. *de benef* 13

Nulla res carius constat, quam quæ precibus empta est. 2 *de benef* 1.

Non potest paruo res magna constare *epist.* 10.

Quædam pluris sunt quam emuntur Emis à medico rem inæstimabilem, vitã ac valetudinem bonam. a bonarũ artium præceptore, studia liberalia & animi cultum Itaque his non rei pretium, sed operæ soluis, quod deseruiunt,

quod à rebus suis aduocati nobis vacant, mercedem non merent sed occupationis suæ ferunt 6. *de benef.* 15.

Vestimenta detrahi solita venalibus mancipijs.

Mangones quidquid est quod displiceat aliquo lenocinio abscondunt. Itaque ementibus ornamenta suspecta sunt, siue crus alligatum, siue brachium aspiceres, nudari iuberes & ipsum tibi corpus ostendi. Vides illum Scythiæ Sarmatiæue gregem insignis capitis decorum? si vis illum æstimare totumque scire qualis sit, fasciam e solue. Multum mali sub illa latet. *epist.* 83 [c Mercantium hic mos fuit vide Suet. Caligula c 36. Lucianum Eunucho: Claudian 1. in Eutropium, *Nudatus quoties medicum dum consulit emptor.*

Alea emptio.

Stultus est qui non exigua temporis mercede magnæ rei aleam D redemit. *epist.* 59. [D *adde l.* 8 § 1. *ff de contr. empt.*

De pretio conuento & communi: De pretio & mercede vecturæ, Hospitij, tecti, balnei, ignis, diuersorij: fultura domus labentis, fabri in diem quamque: medici, præceptoris, rei, operæ, meriti, occupationis.

Quid interest quanti sint res cum de pretio inter ementem & vendentem conuenerit? non venit illa suo pretio, sed tuo. pluris venire non potuit. pretium cuiusque rei pro A tempore est. Tanti sunt res, quanto pluris venire non possunt. Nil venditori debet, qui bene emit. non ex vsu effectuue, sed ex consuetudine & annona æstimatur. Quod tu pretium ponis traijcienti maria? & per medios fluctus, cum è terræ conspectu recessit, certam sulcanti viam & prospicienti futuras tempestates, & securis omnibus, iubenti subito vela stringi, armamenta dimitti, paratos ad incursum procellæ, & repentinũ impetum stare? huic tamẽ rei præmium vectura persoluit. Quanti æstimas in solitudine hospitium, in imbre tectum, in frigore balneum aut ignem? scio tamen, quanti ista consecuturus, diuersorium subeam. Quantum nobis præstat qui labentem domum suscipit, & agentem ex imo rimas insulam, incredibili arte suspendit? certo tamen & leui pretio fultura conducitur. Murus nos ab hostibus tutos & à subitis latronum incursionibus securos præstat? notum est tamen illas turres pro securitate publica propugnacula habituras, excitaturas faber, quid in diem mereat. Infinitum erit si latius exempla conquiram, quibus appareat, paruo magna constare. Quid ergo? quare medico & præceptori plus quiddam debeo, nec aduersus illos mercede fungor? quia ex præceptore & medico in amicum transeunt, & nos non arte (quam vendunt) obligant sed benigna & familiari voluntate. Itaque medicu qui nihil amplius quam manum tangit, & me inter eos quos perambulat, ponit, sine vllo affectu facienda vitandaue præcipiens, nihil amplius debeo: quia me non tanquam amicum videt, sed tanquam inuocatorem. Ne præceptorem quidem habeo, cur venerer, si me in grege discipulorum habuit, si me non putauit dignum propria & peculiari cura, si nunquam in me direxit animum & cum in medium effunderet, quæ sciebat non didici, sed excepi. 6. *de benef.* 15. & 16. Et paulo ante c 12 pluris quędam sunt quam emuntur. Emis à medico rem inæstimabilem vitam ac valetudinem bonam: à bonarum artium præceptore studia liberalia & animi cultum. Ita hic non rei pretium, sed operæ soluitur, quod deseruiunt quod à rebus suis auocati nobis locant. Mercedem non merent, sed occupationis suæ ferunt. [A Idest pretia communiter funguntur. *l. pretia rerum.* 63. *ff. ad Falcidiam.*

De venditione plurium fratrum.

In auctione a fratres, quamuis hostilis hasta non diuidit 9 *controu.* 3. [B *dic exempla ad Paulum de adilitio edicto*

Institores in tabernis odorifera habebant, vt ijs emptorem attraherent: In fronte tabernæ suspensa habebant rerum venalium nomina: permittebant emptori exemplaria sumere mercium.

Non habemus ista odorifera, nec emptorem decipimus, nihil inuenturum cum intrauerit, præter illa quæ in fronte suspensa sunt, ipsis permittimus vnde velint sumere exemplaria. *epist* 32.

Votum emptoris & venditoris quale sit.

Cum constet negotiatio ex empto & vendito, quare votum A eius in vnam partem trahis, cum lucrum ex vtraque sit? 6 *de benef* 38. [A Votum venditoris, vt care: emptoris vt vili compararet. *l.* 8. *Cod. de contr. empt.*

Emptiones & venditiones stipulationibus interpositis contractæ.

Vtinam nulla stipulatio B emptorem venditori obligaret. 3. *de benef.* [B adde *l.* 3. *ff de act. empti. Varronem* 2. *de re rustica.* 2 3. 5 *Hinc rogare emptum. l. cum ab eo. ff. de contr. empt.* Plaut Capt Act. 1 scen. 2.

Ex tabellis emptionis iudicabant.

Ex tabellis emptionis multi sententiam trahere tentauerunt. Albutius dixit, profer mihi tabellas. Quid hoc est? Generum socer mancipio accepit. Triarius dixit: Fugitiuũ erronem e non esse & *post* Relegamus auctoritatis tabellas, furto noxaque solutus. Hæc generi nostri laudatio est 7. *contr.* 6. [C *V. Varronem* 2. *de re rustica.* 10. *l.* 3. *l.* 11. § 1. *l.* 16. *ut s* 2. *de ex* 38. *ff. de euiction.*

Mancipium quandoque ita vendebat vt nihil exciperetur.

Vendit pirata, emit leno, excipitur nihil. 1 *contr* 2.

Nihil venditori debet qui bene emit 6. *de benef* 15.

Mancipia caro vendebantur cautio & cura qua fuerit.

Si carum tibi seruum venderes, quæreres quis D suus emptor esset 2. *contr* 1. [D Hinc illa pacta, vt ne mancipium quod venditur alterius seruitutem quam emptoris experiatur: & post mortem eius in libertatem moretur. *l. vlt. ff. de seruis exportandis.*

Quædam alia ad venditiones pertinentia vide infra. Tit. *de ædilitio edicto.*

LIBER XIX

LOCATI ET CONDVCTI.
Titul. II.

Habitatio viri fortissimi non delicata.

Habitaturum tu putas vnquam fuisse in Vtica Catonẽ, vt prætereuauigantes adulteras dinumeraret, & aspiceret tot genera cymbarum varij coloribus victa? fluctuãtem toto lacu rosam, vt audiret canentium nocturna conuitia? Nonne manere ille intra vallum maluisset, quam illi vnam noctem anxius duxisse? Quidni malit, quisquis vir est, somnum suum classico quam symphonia rumpi? *epist.* 52.

Dies migrationis, Idus Quintiles seu Iulij.

Quid est Popli? ecquid tuto lateo? Nunquid mutandus est locus inepte ab A Idibus? 7. *contrau* 2. *in f.* [A Idibus Quintilibus, inquilini migrare soliti: vt ex hoc loco potest colligi & *l. cum ab eo. ff. de contr. empt. l. qui balneum. ff qui potiores l. cum in plures. ff locati* Cicero 2. ad Quintum fratrem 5. Suet. Tiberio, c 35 Martial 12 *epigr.* 32.

Veteres inquilini ægre ab habitatione tametsi incommoda, discedunt.

Nemo nostrum cogitat, quandoque sibi ex hoc domicilio eundum. sic veteres inquilinos indulgentia loci & consuetudo etiam inter iniurias detinet. vis aduersus hoc corpus liber esse? tanquam migraturus habita. fortior eris ad necessitatem exeundi. *epist* 71.

Habitantium in alieno conditio, expelli.

Hinc atque illinc tentamur atque expellimur. hoc euenire solet in alieno habitantibus *epist.* 121.

Ad agrum colendum ex æquo & bono venire.

Nemo ad agrum colendum ex æquo & bono venit, nec ad vllam rem cuius extra ipsam fructus est 4. *de benef* 14.

Si colonum frui locator prohibeat.

Colonum suum non tenet obligatum, quamuis tabellis eius manentibus, qui segetem eius proculcauit, qui B succidit arbusta, non quia recepit, quod pepigerat, sed quia ne reciperet, effecit. Sic debitori suo creditor sæpe damnatur, vbi plus abstulit, quam credito petit. Non tantum inter debitorem & creditorem iudex, sed & qui dicunt pecuniam credidisti, quid ergo? pecus abegisti, seruum eius occidisti, agellum quem locaueras possides, æstimatione facta debitor discede qui creditor veneras. 6 *de benef* 4 [B Colonum qui frui prohibet in id quod interest ei tenetur in quo etiã lucrum eius continetur *l. si fundus* 33. *vers. Nam & si. ff locati.* adde *l ex conducto.* 15. § 1. *ff eod.* huic loco iungenda l. si merces 15. § *ipse quoque se excidatur ff locati.*

Colendi agri sui deserti causa Imperatores exercituum summi, se à Senatu reuocari etiam petebant. P. Romanus: Attilij Reguli absentis & bene de Republ ea meriti, quasi colonus.

Attilius c Regulus cum Pœnos in Aphrica funderet ad senatum scripsit, mercenarium suum discessisse, & ab eo desertum esse rus, quod senatui publice curari dum abesset Regulus placuit, Fuit ne tanti seruum non habere, vt colonus eius Romanus populus esset? *Ad Alb.* 12. [C *Idem Liuius* 18. & *Valerius* 4 *c.* 4.

Conduxi domum à te. in hac aliquid tuum aliquid meũ. res tua est, vsus rei tuę meus est itaq; nec fructus tãges, colo

no

uo tuo me prohibente, quamuis tua iu possessione nascantur. Et si annona carior fuerit aut fames, *heu frustra magnum alterius spectabis aceruum*, in tuo natum, in tuo positum, in horrea iterum tua. Nec conductum meum (quamquam sis dominus) intrabis: nec seruum tuum, mercenarium meum, abduces, & abs te si thadam conduxero, beneficium accipies, si tibi in vehiculo tuo sedere permisero. 7. *de benef* 5.

Locare manus.

Cleanthes aquam traxit, & rigando hortulo locauit manus *epist* 44.

Pensio.

Qui grate beneficium accepit, primam eius pensionem soluit 2. *de beneficijs* 22.

Fructus artis & artificij.

Alius est fructus artis, alius artificij. Artis est, fecisse quod voluit: artificij, fecisse cum fructu. Perfecit opus suum Phidias etiam si non vendidit statuam. Triplex est illi fructus operis sui. Vnus conscientiæ (hunc absoluto opere percepit) Alter famæ: Tertius vtilitatis, quem allatura est aut gratia, aut venditio, aut aliqua commoditas 2. *de beneficijs* 33.

Viaticum.

Plus mihi superest viatici, quam viæ præsertim cum eam viam simus ingressi, quam peragere non est necesse iter imperfectũ erit, si in media parte aut citra petitum locum steteris. *epist*. 78.

Corollarium.

Sordidissimorum artificiorum institutoribus supra constitutum aliquid adijcimus, si nobis opera illorum enixior visa est, & gubernatori & opifici vilissimę mercis & in diem se locanti, corollarium aspersimus 6. *de benef*. 17.

Mercenarius beneficium dat, vbi plus pręstat, quam quod operis locauit. 3. *de benef* 22.

Manupretium.

Nobis proponimus militiam, & castrensium laborum tarda manupretia. *epist* 102. Huc refer alia nonnulla, quæ sub Tit. de contrahenda empt. superius posuimus.

Actio ex conducto & locato.

Optima beneficij para perit, si actio sicut certæ pecuniæ aut ex conducto D aut ex locato datur. 3. *de benef*. 7. [D *l*. 15. *ff. locati*.

DE ÆSTIMATORIA.
Tit. III.

Incertum, inæstimabile.

Cum A difficilis est incertæ rei æstimatio, tantum odio damnamus, & inter ea relinquimus, quæ ad vindices deos mittimus. 3. *de benef* 6. [A Hinc dicimus. Quatenus cuiusque interfit, in facto non in iure consistere. *l quatenus* 24 *ff. de regulis iuris*: adde *l. si sacrum rem. ff. de act. empt.* iure, incertæ rei æstimatio duplum eius excedere non potest. *l. vnica. Cod. de sentent quæ pro eo quod interest*.

DE PRÆSCRIPTIS VERBIS.
Tit. IV.

De rerum multitudine & verborum paucitate & quemadmodum tum loqui oporteat.

Res A plures sunt quam verba. Ingens copia est rerum sine nomine: quas non proprijs appellationibus notamus, sed aliunde commodatis 2. *de benef*. A *Vide l. 2. l. 3. l. 4 ff. de præscriptis verbis*.

Plures proponere est tutius, ne bona definitio parum rem comprehendat, &, vt dicam, formula excidam. 2. *de clem* 3.

Ingens est copia rerum sine nomine, quas non proprijs appellationibus notamus, sed aliunde commodatis. 2. *de benef*. 34.

Mira in quibusdam rebus verborum proprietas est, & consuetudo sermonis antiqui, quædam efficacissimis & officia docentibus notis signat. *epist*. 82.

LIBER XX.

DE PIGNORIBVS. Tit. I.

Cur pignus detur.

PEcuniam mutuã accipientes res nostras in securitatem creditoris supponimus. 7. *de benef*. 14.

De obside.

Me fœderi medium, pignus addite. 1. *controu*. 1. Senec.

LIBER XXI.

DE ÆDILITIO EDICTO.
Titul I.

Ædiles balneorum publicorum curam habuere, vt ea munda essent.

QVam iuuabat illa balnea intrare obscura & gregali tectorio inducta, quæ sciret Catonem tibi *Ædilem*, aut Fabium Maximum aut ex Cornelijs aliquem manu sua temperasse. Nam hoc quoque nobilissimi *Ædiles* fungebantur officio, intrandi ea loca quæ populum receptabant, exigendique munditias & vtilem ac salubrem temperaturam, non hanc quæ nuper inuenta est similis incendio *epist* 87.

Tituli seruis adscripti, vt quidquid morbi vitiiue cuique esset sciretur.

Stare ante limen Calisti dominum suum vidi, & eum qui illi impegerat Titulum A suum, qui inter ridicula mancipia produxerat, alijs intrantibus excludi. Retulit illi gratiam seruus *epist*. 47. [A Gellius 4 c 2. In edicto Ædilium Curulium, inquit, qua parte de mancipijs vendundis cautum est, scriptum sic fuit: Titulus seruorum singulorum vt scriptus sit curato, ita vt intelligi possit, quid morbi, vitiique cuique sit: quis fugitiuus erroue sit noxaue solutus non sit.

Loca ædilem metuentia.

Voluptas circa balnea ac sudatoria ac loca ædilem metuentia c 7. *de beatitate vitæ*.

Mangonum artes in equis vendendis & aduersus eos cautio.

Equum F empturus solui iubes stratum: detrahis vestimenta venalibus, ne qua vitia corporis lateant, hominem inuolutum æstimas *epist*. 80. [a Equum *emptori solui iubebant stratum*.

Vendito vno fratre an alter vendi & sequi emptorem debeat: item vtrum vno fratre redhibito, alterum redhiberi oporteat.

In auctione fratres, c quamuis hostilis hasta, non diuidit. Plus quiddam est geminos esse quam fratres. perdit vterque gratiam suam nisi cum altero est 9 *controuers* 9. [c sic fratre vno redhibito, alius frater redhibendus est Neque enim separandi sunt. *l Ædiles*. 38 *l. vel fratres* 39. *l. hi enim*. 40 *ff de ædilitio edicto* sic hæres fratrem suum naturalem alteri legatum non cogitur præstare legatario. *l si domus*. 71. § 3. *Digest. de legat* 3.

LIBER XXII.

DE VSVRIS, FRVCTIBVS ET MORA.
Titul. I

Deh. ortatio ab Vsura.

VTinam persuadere possemus, vt pecunias creditas tanquam à volentibus acciperent. 3. *de benef* 15.

Vsuram sua pecuniæ nemo præstat.

Nemo vsuram pro pecunia sua pendit 7. *de benef* 5.

Fœneratoris oblecta quotidiana: Rationes, forum, Kalendarium, rerum suarum procuratio

Adijcere diuitijs aliquid nemo non studet dum de incremento cogitauit, oblitus est vsus, rationes accipit, forum conterit, calendarium versat, fit ex domino procurator. *epist*. 14. *in fin*.

De fœneratore foro & decoctore

Fœneratorem non fugat à A foro decoctor *epist*. 82. [A Fœneratores forum frequentarunt.

Vsura millesima: Fœneratoris sollicitudo

Quid si propter vsuram aut millesimam valetudinarius fœnerator distortis pedibus, & manibus ad computandum non relictis clamat ac per vadimonia asses, in ipsius morbi accessionibus, vindicat? 3. *de ira* 33.

Centesima vsura.

Durus fœnerator Cæcilius à quo minores centesimis propinqui nummum mouere non possunt *epist*. 119.

Diplomata, syngraphæ, cautiones, forum, Kalendarium, vsura, Tabula, computationes, sanguinolenta centesima

Video istic *diplomata* & *syngraphas* & cautiones, vacua habendi simulachra, vmbras quasdam auaritiæ laborantis, per quæ decipiunt animum, & inani opinione gaudentem quid enim ista sunt? Quid *fœnus*, & *Kalendarium* & *vsura*? nisi humanæ cupiditatis extra naturam quæsita nomina. & *post*. Quid sunt istæ tabulæ? quid computationes & venale tempus & sanguinolentæ centesimæ? voluntaria mala ex constitutione nostra pendentia, in quibus nihil est, quod subijci oculis, quod teneri manu possit inanis auaritię somnia. 7. *de benef* 10.

Tabellæ fœneratorum.

Fœneratores perdiderunt tabellas suas, quibus auaritia falso læta diuitias imaginatur *in sap. non cas. 6.*

Kalendarij magnus liber.

Diuitem illum putas, quia magnus *Calendarij* liber euoluitur *epist. 88.*

Ratio simplex quid: Kalendario beneficia nemo inscribit: Ad horam & diem debitorem appellare: in formam crediti transire: Expensum ferre.

Nullum beneficium perdit qui id computauit. Beneficiorum *simplex ratio* est: tantum eroga si redit aliquid, lucrum est, si non redit, damnum non est. Nemo beneficia in Kalendario scribit. Nec auarus exactor ad horam & diem debitorem appellat. Nunquam illa vir bonus cogitat nisi admonitus à reddente alioquin in formam crediti transeunt. Turpis fœneratio est, beneficium expensum ferre. 1. *de benefic.* 2.

Cum acerbo fœneratore resignare parem rationem.

Quare quasi cum acerbo *fœneratore* resignare rationem parem properas? 6. *de benef.* 40. *in fin.*

Calculos vtrosque ponere.

Vir bonus vtrosque *calculos* sic ponit, vt se ipse circumscribat, beneficio adijcit, iniuriæ demit *epist.* 85.

Totum in reditu esse.

Vita, tota vt dicitur, *in reditu* est *de breu. vit.* 10.

Domi versuræ lusorium nomen.

Domi versura fit, & velut lusorium nomen statim transit. 5. *de benef.* 8.

Poteram tecum & hac Mecœnatis sententia parem facere rationem, sed mouebis mihi controuersiam, si te noui: nec voles quod debeo in aspero & probo accipere. Vt se res habes, ab Epicuro versura facienda est *epist.* 19.

Præter sortem aliquid creditori numerare: Mora quædam crescunt.

Falluntur ingrati quod *creditori* quid præter sortem extra ordinem numerant: beneficiorum autem vsum esse gratuitum putãt. At illa crescunt *mora*, tantoque plus soluendum est, quanto tardius. Ingratus est qui beneficium reddit sine vsura. *epist.* 82.

Moram quæ excusent: & de Mora nonnulla.

Non est per me mora, si aut occasio mihi deest, aut facultas 4. *de benef.* 40.

Mora turpis est inter fœda versantibus *epist.* 73.

Comici dictum: Quid? tu non intelligis tantum te gratiæ demere, quantum moræ adijcis? 2. *de benef.* 5. Qui tarde fecit, diu noluit 1. *de benef.* 1. Paternus affectus non sustinet moram. 7 *contr.* 7.

Male audire solet fœnerator si acerbe exigit: æque si in recipiundo tardus ac difficilis moras quærat 2. *de benef.* 17. *in gel.* 19 *ff. de rebus cred.*

Decoquere.

Fœnerator quosdam debitores non appellat, quos scit decoxisse, & in quorum pudorem nihil superest. 5. *de benef.* 51. *in fin.* Vide plura infra, *Titulo de solutionibus.*

DE PROBATIONIBVS. Tit. III.

Multa probationem non habent.

Maxima beneficia probationem non habent: sæpe intra tacitam duorum conscientiam latent 3. *de benef.* 10.

De indicijs & argumentis.

Est aliqua & laudandi licentia. Omnia rerum omnium (si obseruentur) indicia sunt: & argumentum morum ex minimis A quoque liceat capere. Impudicum & incessus ostendit, & manus mota, & vnum interdum responsum & relatus B ad caput digitus & flexus oculorum, improbum risus, insanum vultus habitusque demonstrat. Illa enim in apertum per notas exeunt *epist.* 53. [A Sic Hermagoras putat Atalantam non fuisse virginem quia per syluas cum iuuenibus vagatur, & Areopagitæ damnauerunt puerum coturnicum oculos eruentem, quasi id signum esset mentis multis malo futuræ si adoleuisset sic popularitas Manlii, signum affectati regni. 5. *Quintilianus* 9. [B *V. Iuuenalem satyra* 9. *illis: Qui digito scalpunt vno caput.* in Pompeium mollem est Calui Poetæ hemistichium.

De Præsumptionibus & earum vi.

Multum dare solemus præsumptioni omnium hominum *epist.* 18.

DE FIDE INSTRVMENTORVM Tit IV.

Quid verborum notas c loquar? quibus quamuis citata excipitur oratio, & celeritatem linguæ manus sequitur. *epist.* 91. [c Hi sunt qui notis scribunt acta præsidium: notarij, inquam, de quibus dixi ad l. inter eos 33. § 1 ff. *ex quibus causis maiores.*

DE TESTIBVS. Tit. V.

Testes etiam: vbi de paruula summa iudicandum erat, adhibiti: Testimonium iniurati non valet.

De paruula summa iudicaturo tibi res sine teste non probaretur, testis D sine iureiurando non valeret. 2. *de ira* 29. [D Testes iuratos esse oportet. *l. iurisiurandi in princip. Cod. de testibus.*

Turba testium.

Testimonium turba A testium coarguitur 4 *nat.* 5. [A *l.* 1. § 5. *ff. de testib.*

Vnus testis.

Vni A etiam de minori scelere non creditur. 7. *controuers.* 1. [A *d. l. iurisiurandi.* § 1. *l. maritus.* 20. *in f. ff. de quæstionibus.*

Puer testis.

Nihil puero teste certius: vtique quinquenni. Nam & ad eos peruenit annos vt intelligat, & nondum ad eos quibus fingat. 7. *controu.* 5. 3. *declamat.* 5.

Ciuis & peregrinus testis.

Puto plus credi ciui quam peregrino, marito quam adultero. 2. *controuers.* 8.

Testis à reo grauior.

Grauior testis esse solet, *Testis peierans*, qui à reo surgit. 9 *contr.* 4

Testis dum aperte peierat, sæpe etiam veris testibus abrogauit fidem, & reum velut factione circumuentum miserabilem reddidit. 6 *de benef.* 8.

De Testibus secundæ notæ & de auditu alieno.

Ex his testibus me numero, secundæ notæ, qui vidisse quidem se negant, sed B audisse 4 *Natural.* 3. [B Ex Asconio 3. in Verrem apparet testimonium de auditione fuisse quoque receptum dixi ad *l.* 58 *ff. hoc titulo.*

Testimonium cui reddi oporteat.

Testimonium veritati non amicitiæ redde. *de* 4. *virtutibus.*

Contra Testes & argumenta dicere.

Contra argumentum dictum est, contra testes dicendum est 7. *nat.* 16.

DE IVRIS ET FACTI IGNORANTIA. Tit VI.

Error singulorum & publicus.

Singulorum A error publicum errorem facit, singulorum errorem facit publicus. *epist.* 82. [A Sic error ius facere dicitur, *in f. ff. de suppellectile legata.*

LIBER XXIII.

DE RITV NVPTIARVM. Tit. II.

Nuptiarum causa publicam vtilitatem spectat.

NVptiarum caussa, vtilitas A Reipub. fuit. 6. *contr.* 5. [A adde *l.* 1 *ff. soluto matrimonio.*

Fax in nuptiis.

Cum infelici face ad dotalem suum noua nupta deduceretur 7. *controuers.* 6.

Consensus parentis.

Appellare B de nuptijs debui patrem 3 *controu.* 5. [B *l.* 5. *ff. de ritu nuptiar. l. in copulandis* 8 *Cod. de nuptijs* Tertullianus libro ad vxorem: *Nam nec in terris filij sine consensu patrum rite & iure nubunt.*

Male collocare filiam.

Filiæ male consulit qui illam contumelioso, C & sæpe repudiato collocauit. 4. *de benef.* 57. *in fin.* [C adi *l. sed quæ* 12. § 1. *ff. de ijs qui sui vel alien.*

Nuptiæ clandestinæ.

Nuptias clausa domo fecimus, in contubernium deducta serui domina est 7. *contr.* 6

Excusationes liberorum nubere nolentium.

Solent qui coguntur à patribus vt vxores ducant illa dicere: Non sumus etiam nunc apti nuptijs. 1. *controu.* 6.

Fescennini versus in Nuptiis

Inter nuptias Fescenninos A generi nostri iocabuntur 7. *contr.* 6 [A Adde Festum in Fescennini.

Cum extraneo non fuit connubium.

Promisi tibi filiam in matrimonium, postea peregrinus B apparuisti, non est mihi cum extraneo connubium: eadem res me defendit. 4. *de benef.* 75. [B Connubium habebant ciues Romani cum ciuibus Romanis, cum Latinis & peregrinis, si ita concessum. Vlpianus 5 § 4

Mecœnas vxorem millies duxit, cum vnam haberet *ep.* 115.

Dos ex ærario data imperatorum pauperum filiabus.

Scipionis filiæ C ex ærario dotem receperunt, quia nihil illis reliquerat pater. Æquum mehercules erat Rom. pop. tributum Scipioni semel conferre, cum à Carthagine semel exigeret, ô felices viros puellarum, quibus Pop. Rom.

loco

loco soceri fuit. Beatiores an istos putas, quorum pantomimæ decies D sestertio nubunt, quam Scipionem, cuius liberi a senatu tutore suo in dotem graue æs acceperunt? Dedignatur aliquis paupertatem cuius tam claræ imagines sunt? indignatur exul aliquid sibi deesse, cum defuerit Scipioni dos, cum illi id quod deerat eo honestius suppletum sit quam defuerat. *ad Alb.* 12. [c addes *Valer* 4. *cp* 4. *Zenaram Tomo*, 2. [d Dos maxima olim decies centena milia nummum. *l cum de in rem vers Digest. de vsuris.* Martialis centena decies quæ tibi dedit dotis Iuuenalis Et ritu decies centena dabuntur antiquo. Iustiniani constitutione dos summa, centum libræ auri *l vlt. Cod. de repudiis.*

Nuptiæ cum libertina & coloni filia.

Magni viri libertinas vxores duxerunt M. Cato coloni sui filiam duxit vxorem *7. contr. 6.*

Diues vxor.

Omnes vxores diuites, seruitutem s exigunt. *s. contr 6.* [a Hinc illud *Intolerabilius nihil est quam fœmina diues.*

Insolens malum est, beata vxor. *1. controuers 6.*

LIBER XXIIII.

DE DIVORTIIS ET REPVDIIS Tit. II

Diuortium etiam in ipsa senectute posse fieri.

Nouimus veterum matrimoniorũ repudia & fœdiores diuortio male cohærentium rixas, quam multi, quos in adolescẽtia amauerunt, in communi reliquere senectute, quoties anile diuortium risimus *de rem fort.*

Formula repudii.

Res A tuas tibi habe. *2. contr. 6.* [A *v l s ff de diuortiis.*

Diuortium ob sterilitatem virum facere tenui

Vxorem sterilitatis a nomine dimisit, intra quinquennium non parientem. *s. contr. 6.* [a Inter causas diuortij fuit & hæc, sterilitas facit. *l. vtrum 6 §. 1. ff. de donat. inter vir & vxor.*

Diuortia Romæ frequentia etiam in iisdem personis.

Nunquid iam vllo repudio erubescit, postquam c illustres quædam ac nobiles fœminæ non consulum numero, sed maritorum annos computant, & exeunt matrimonij causa nubunt, repudij? tamdiu istud timebatur, quamdiu rarum erat. quia vero multarum diuortia audita sunt, quod sæpe audiebant, facere didicerunt. *3. de benef* 16. [c Primum diuortium Romæ anno post Romam conditam. 523. Spurius Caruilius (cui cognomen Ruga) fecit quod liberi ex vxore corporis vitio non gignerẽtur. eam tamet si charissimam dimisit, quod coactus fuerat à censoribus iurare vxorem se liberorum causa habiturum: iurisiurandi autem religionem amori prætulit. *4. Gellius. 3. & 17 c. vltimo.*

Repudium penes patres.

Licet mihi filiam meam cui velim locare: isto modo & repudium D remisero genero *7. controuers. 6.* [D Vide tamen *l. 5. Cod. de repudiis.*

LIBER XXV.

DE IMPENSIS. Tit. I.

Luxuriosi impensæ.

Faciam quod apud luxuriosum A nec diligentem euenit. Ratio mihi constat impensæ, non possum dicere, me nihil perdere, sed quid perdam & quare, & quemadmodum dicam, ne causas meæ paupertatis reddam sic euenit mihi quod plerisque non suo vitio ad inopiam redactis, omnes ignoscunt, nemo succurrit. *epist.* 1. [A Hoc est, prodigum & hoc quidem sensu luxuriose viuere mulier dicitur *l. etiam. 15. ff. de curatori. in furios.*

DE AGNOSCENDIS ET ALENDIS liberis & parentibus. Tit. III.

An quisquis patrem non alit puniatur, tanquam æger, B vinctus corpus, an aliqua filij lex excusationem accipiat. *1 controuers* 1 [B Excusationes sunt hæ & quidem iustæ.

Lex Liberi parentes alant, aut vinciantur *1. contro. 7.*

LIBER XXVI.

DE TVTELIS Tit. I.

Tutelæ suæ fieri.

Isti qui nunquam tutelæ A suæ fiunt *ep. 73.* [A Tutelæ suæ fieri, est tutela eximi alterius, suæ quasi fieri Eadem forma nostri *in suam tutelam venire* dixerunt *in l. vlt. ff. de iure deliberandi l. cum filio familias. 50 ff. de legat. 1.*

Senec.

Testamentaria tutela.

Dementissime testatur qui tutorem filio reliquit, pupillorum spoliatorem *4. de benef. 27.*

Quadragenarium pupillum tutela continere.

Quadragenarium pupillum cogitas sub tutela iure continere. *epist. 25. in princ.*

Curatore & pœna opus esse.

Puto nequam hominem, cui pœna non curatore opus sit. *4. de benef* 26.

Ad 14. annum vsque sub matris custodia esse.

Satis diu vixit, pupillus relictus sub tutorum cura vsque ad 14 annum fuit sub matris custodia semper, cũ haberet suos penates, relinquere suos noluit *ad Marc.* 24.

Pupillis licentia noxia.

Pupillis quo plus licet corruptior animus est. *2 de ira.* 21.

De patre prodigo.

Quidam luxuriante filio luxuriare cœpit. Filius A accusat patrem dementiæ *2. contro. 7.* [A Potest eam ob causam filius, frugi tamen & diligens, curator parentibus dari *l. 1. in fin. l. 4. Digest. de curatoribus furioso.*

DE TVTELIS CVRATORIBVS DATIS. Titul. v

QVI PETANT TVTORES VEL CVratores, & vbi petantur. Tit. VI

Apud prætorem interuenientibus amicis alicui curatorem petere.

Apud prætorem vrbanum curatorem ei petebant, interuenientibus A amicis, qui ad hoc spectaculum concurrerant *3. controuers. in proœm.* [A adde *l. 2. ff. qui pet. tutor l vlt §. 2 ff. de administr. tut.*

LIBER XXVIII.

DE TESTAMENTIS. Tit. I.

De solennitate & cura testamentorum.

Cvm in ipso vitæ fine constituti sumus, cum testamentum ordinamus, nõne beneficia nobis nihil profutura diuidimus? *& post.* Vbi mors interclusit omnia & ad ferendũ incorruptum iudicem dimisit, quærimus dignissimos, cui nostra tradamus, nec quicquam cura A sanctiore componimus quam quod ad nos non pertinet. *4. de benef.* 11. [A Testamenta actorum hominis & præcipuæ curæ & vltimi temporis scribit Valerius 7 c. 7.

Intestato mori.

Si non damus beneficia, nihil recepturi, intestatis moriendum est *4 de beneficiis* 11.

Testamentorum custodia atque obseruatio.

Testamentorum interit omnis potestas, si viui neglexerint a imperia mortuorum *5 contr 9* [a Publice expedit suprema hominum iudicia exitum habere. *l. vel negare. ff testamenta quemadmodum aperiantur*, sic Scholasticus Poeta sub nomine Octauij loquens de testamento Virgilij seruãdo, sed legum est seruanda fides suprema voluntas. Quod mandat, fieri que iubet, parere, necesse est.

Annulo testamento imprimi soliti.

Nunc videor tibi plus prodesse, quam cum tabulis testamenti annulum c imprimerem. *ep.* 8. [c adde *l. 22. §. signum Digest. qui testamenta.*

Testamento tutorem liberis relinquere.

Dementissime testatur qui tutorem filio reliquerit pupillorum spoliatorem, *4 de benef 27 in fin.*

DE LIBERIS ET POSTHVMIS HÆREdibus instituendis. Titul. II.

Exhæredationes cur inuentæ.

Iustus metus est ne hæredem ingratum scribam, inimicum relinquam. *1. controu. 1.*

Exhæredationum solennes causæ esse debent.

Nunquid aliquis sanus filium à A prima offensa exhæredat? *1. de clem. 14.* [A adde *Authenticam, Non licet. Cod. de liberis præteritis vel exhæredatis, Nouellam 115. c. 3* Cicero pro Sexto Roscio Amerino: Magna oportet esse vitia atque peccata filij, quibus infensus parens potuerit animum inducere, vt naturam ipsam vinceret, vt amorem penitus illum insitum eiiceret ex animo, vt denique patrem se esse obliuisceretur. *Adde Titulos. ff. & Cod. de inofficioso testamento.*

DE HÆREDIBVS INSTITVENDIS. Tit. V.

Hæredum nimia cura est morientibus.

Quanta dementia est hæredi suo procurare & sibi negare

omniu vt tibi ex amico inimicum magna faciat hæreditas? plus enim guudebit rua motte, quo plus acceperit. *ep.* 114.

Hæres esto.

Solu A mihi hæres esto. 2. *controuerf.* ult. [A Formulu instituendi hæredis.

Instituendi hæredis elogium adiectum.

Testamento hæredes omnibus bonis reliquit, & udiecit elogium Pudicum eeperi. a. *Contr. vlt.* udde. 9. *Quintil.* 2.

Hæreditatis causa ægro adsidero & de captatoribus testamentorum.

Amico ægro aliquis assider, probumus. At hoc si hæreditatis cuusa facit: vultur est, cadauer expectat *ep.* 96.

An tu Aruntium & Arerium & ceteros qui captandorum a testamentorũ artem professi sunt; non puras eadem hubere, quæ designutoret c & libitinarios votu? Illi o tumen quorum mortes opeent, nesciunt: hi u familiarissimũ quemque ex quo optuut rei plurimum, mori cupiunt. Hocum damno uemo non viuit, hos quisquis differt, exhaurit. Optunt ergo non tantum vt uccipiant, quod turpi seruitute merucrunt sed etiam vt tributo F graui ditentur. 6. *de benef.* 38. [a Vide An hoc sequentiaque pertineunt ad captatorias institutiones, de quibus in *l. captatorias.* 70 *ff. de heredib. instituend. l captatorias.* 11. *Cod de testamento milit.* & *alibi* [c *forte legendum est* pollinctores *vel* vespilones [u lego *Hi tamen:* vt pollinctores intelligas. [a lego, *Illi.* ve intelligut captutores testameurorum [F *tributum graue* vocat, lucrum morte alterius adquisitum.

Ad irritandum uuaritiam captuntium simulatus eger quoe dies abstulit? *de breui. vit.* 7.

Ingratum voco qui ægro assider, quiu testumentum fa-ctnrus est, cui de hæreditute uut legaro vacat cogiture facit licet omuiu quæ facere bonus amicus & memor officij debet, si animo eiua obseruantur spes, si lucri captator est, & hamum iacit, vt uues quæ lucerutione corporum uluntur, lapsu morbo pecora & casura è proximo speculũtur, itu hic imminet morti & circa caduuer volat. 4. *de benef.* 20.

LIBER XXIX.

DE SENATVS CONSVLTO SYLLANIANO. Tit. V.

Clamore iuuare.

INdignum si eripere latronibus non potero, clamore A subluto, salutarem vocem homini, non prætermittam 1. *de benef.* 10. [A sic Hadrianus: serui quotiens dominis suis auxilium ferre possuut, non debent saluti eorum suam uutepouere. Potuisse uutem uncillam, quæ iu eodem conclusi cum sua domina fuerut, uuxilium ei ferre, si non corpore suo, ut certe voce plorautem. *l.* 1. § *iuxta* 28. *ff. de Senatusconsulto Claudiano.*

Clamore iuuare 1. *de tranquill.* 3.

LIBER XXX.

DE LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS. Tit. I.

Fideicommissa qui maxime tueantur.

REligiosus homo sanctusque soler tueri fideicommissa. 1 *de tranquill.* 11.

LIBER XXXV.

AD LEGEM FALCIDIAM. Tit. II.

Sine vlla deductione integrum aliquid habere:

HÆc cura hubebis, vt beneficia tua illibara & integru ad eos, quibua promissu sunt, perueniant sine A vllu, quod aiunt, deductione. 2. *de benef.* 4. [A Ad Falcidiæ deductionem potest hic locus referri arg. *l. quantitas patrimonij deducto etiam eo.* 72 *ff. ad l. Falcid.* sic bona cuiusque intelliguntur deducto ære ulieno *l. subsignatum.* 39 § 1 *ff de verborum significatione*: & venisse ud hæredem nihil intelligitur, nisi deducto ære alieno. *l. Venisse* 165. *ff. de verb. significat.*

LIBER XXXIX

DE PVBLICANIS ET, VECTIGALIBUS, & commissis Tit. IIII

Portorium soluere.

TEmpus est desinere, sed si prius portorium A soluero. *ep* 18 *in fin.* [A In lege censoria portus Siciliæ itu scriptum erat: Seruos, quos domo quis duceret suo vsu, pro bis portorium ne duto *l.* 203 *ff de verb significat.*

In ponte pro transitu dare.

In quibusdam põtibus pro transitu datur. *in sup. non cad.* 14.

Hasta in locationibus vectigalium

Ad Triumuiralem hastum pro vectigalibus, ciuium Romanorum mortes locantur *suasor.* 1

DE DONATIONIBVS. Tit. V.

Donar. regi, Reipublicæ, domino, patri, & Dijs possumus

Donare regi & domum & mancipium & pecuniam possumus, nec donate illi de suo dicimur. ad reges enim potestas omnium pertinet, ud singulos proprietus. & *post* Donure agros nostros Reipub possumua, quumuis illius esse dicantur: quia aliter illius sunt, aliter mei. uuquid dubium est, quin seruus cum peculio domini sit? dat tamen domino suo munus & *post.* Omnia patris sunt, quæ in liberorum manu sunt, quis tamen uescit, donare aliquid & filium patri? Omniu deorum suut, tamen Dijs posuimus donum & stipem iecimus. 7 *de benef* 4.

Abs te reddum, si conduxero: beneficium accipies, si tibi in vehiculo tuo sedere permisero. Vides ergo posse fieri, vt aliquis accipiendo, quod suum est, munus uccipiat. 7. *de benef* 5. *in fin*

Donanda quæ palam vel tacite.

Donundu sunt palam, quæ consequi gloriosum est: vt militaria dona & honoret & quicquid aliud notitia pulchrius fit. Quæ non producunt, nec honestiorem faciunt, sed succurrunt infirmitati, egestati, ignominiæ, tacite danda sunt, vt nota sint solis quibus prosunt: interdum & ipse qui iuuatur, fallendus est, vt hubeat: nec a quo uccepetit, sciat. 2. *de benef* 9 & 10.

Dono, ne dones: seu Donatio sub conditione, Ne dones.

Demetrio si res aliquas deorum velit possidendas tradere sub lege certa, *Ne A liceat, donare.* 7. *de benef* 9. [A Eadem pene conditio reperitur in. l. 3. Cod. de condictione ob causam datorum: hæc nimirum, vt donatario rem donatam alienure non liceat.

Mens donantis spectanda.

Vt tanquam Iuris consultus respondeam, mens spectũdu est dantis. 5. *de benef.* 19.

Donatio inconsulta.

Turpissimum genus dandi est inconsulta donatio, multoque grauius male dedisse beneficium, quam non recepisse. 4 *de benef.* 10.

De Congiario.

Eu congiario tuntum feruut homines, quantum in capita promissum est *ep.* 74.

Annuu congiaria hominet clarissimi accipiunt, & iu his uut operam aut diligentiam suam locant *de breuit. vit.* 8

De epulo & visceratione.

Epulum & visceratio, & si quid aliud capitur manu, discedit in partes *ep.* 74.

De Missilibus.

Dixi e de ludis.

Donare & succurrere.

Multum interest, donaueris, un succurreris. *ep* 81.

Donationis genus, beneficium, & de beneficijs nonnulla.

Beneficium, est donatu possessio, cuius fertilitas laxare possit annonam *de benef* 8.

Beneficium genus crediti est, ex quo tuntum recipiendum est, quantum vltro refertur. 5. *de benef* 1.

LIBER XL.

DE MANVMISSIONIBVS. Tit. I.

De seruo suis nummis empto.

QVid melius potes velle, quam eripere te huic seruituti, quæ omnes premit, quam mãcipia quoque conditionis extremæ, & in sordibus nata, omnino exuere conantur: peculium suum quod cõparauerunt ventre A fraudato pro capite numerant. u Tu non concupisces, quantacunque ad libertatem peruenire, qui te putes in illa natum? Quid ad arcam tuam respicis? emi non potest. Itaque in tabellas vanum coniicitur nomen libertatis, quam nec qui emerunt, habent, nec qui vendiderunt *ep.* 81. [A Terentius Phormione *act* 1 *scen* 1 Quod ille vnciatim vix de demenso suo, suum defrudans genium, compar sit miser. [B Is qui nummis suis emitur, in eandem cõditionem redigitur, vt libertatem adipiscatur: *l.* 4 *Digest de manumiss.* potest consistere cum domino suo, cuiuam fidem confugit, & queri quod ab eo non manumittatur. *l.* 5 *ff. de manumissionibus.* *l.* 13. *ff. de manumissionibus*

manumissionibus. Quomodo vero suis nummis seruus libertatem a domino emere potest, cum nihil suum iure ciuili habeat? conniuentibus oculis credendum est suis nummis emptum, siue id ex peculio suo (quod reuera ad venditorem libertatis dominum pertinet) fecerit, siue ex adventitio lucro, siue amici beneficio: vel (quod magis mireris) prorogante domino vel se delegante, vel in sua recipiente debitum redemptus sit. *d. l.* 4 § 1. Eadem conniuentia, quasi testamenta faciunt, quasi dotem dant: & quasi legata consequuntur vt dixi *ibidem.*

Seruus cum peculio est domini: seruus dat domino suo munus: seruo peculium seruo auferre potest.

Nunquid dubium est, quin seruus cum peculio domini sit, dat tamen domino suo munus A non enim ideo nihil habet seruus, si dominus illum habere noluerit nec ideo non est munus cum volens dedit, quia potuit eripi, etiam si noluisset 7. *de benef.* 4. [A opinor solennia huiusmodi munera fuisse exacta atque debita, quoties herilis filius vxorem ducebat: quoties vxor heri pariebat: quoties natalis dies veniebat: aut initiabant Terent. *Phorm act.* 1. *scena.* 1.

De Menstruo seruorum

Seruus est quinque modios accepit, & quinque denarios. *ep.* 81.

DE MANVMISSIS VINDICTA.
Tit. II.

Vindicta manumissio.

Hostius quidam fuit obscœnitatis vsque in scenam productæ hunc diuitem auarum sestertij milies seruum D. Augustus indignum vindicta iudicauit, cum a seruis occisus esset: & tamen non pronunciauit iure caesum videri. *t. nat.* 16. *in pr.*

DE STATVLIBERIS
Tit. VII.

Statuliberi, in diem liberta.

Philosophiæ seruias oportet, vt tibi contingat vera *libertas, vt* A *non differatur in diem.* Qui se illi subiecit & tradidit, statim circumagitur. *ep.* 8. [A Cum ait, *Vt non differatur in diem*, statu libertatem innuit. est enim statuliber, qui statutam & destinatam in tempus libertatem habet. *l.* 1. *ff de stat lib.* porro quod de circumactione dicit, priscum morem manumissionum designat, in quibus circum agebatur manumittendus quo pertinet illud Persij Sat. 5. verterit hunc dominus momento turbinis exit Marcus Dama. Ibid quib. vna Quiritē vertigo facit Qua de re plura scripsi in *l. vnica. C. de emancip. lib.*

LIBER XLI.

DE ADQVIRENDO RERVM DOMINIO.
Tit. I.

Non adquirere.

Tolerabilius faciliusque est non acquirere, quam amittere *t. de tranquillitate* 8.

Mancipio dare.

Nihil dat fortuna mancipio A *ep.* 73 [A Lucretius: Vitaque mancipio nulli datur, omnibus vsu.

Dominium earum alienare non licet.

Negamus rem stulti esse. B & tamen eum qui rem aliquam stulto surripuerit, furti condemnabimus. 2. *de benef.* 35 [a subaudi, vt vendat. V. Iost. quibus alienare non licet

Omnia principis esse potestate & imperio singulorum quædam esse proprietate & dominio.

Iure ciuili omnia regis sunt, & tamen illa quorum ad regem pertinet vniuersa possessio, in singulos A dominos descripta sunt: & vnaquæque res habet possessorem suum. Itaque dare regi & domum & pecuniam & mancipium possumus, nec donare illi de suo dicimur. Ad reges enim potestas omnium pertinet, ad singulos proprietas & c Fines Atheniensium aut Campanorum vocamus, quos inter se vicini priuata determinatione distinguunt, & totus ager huius aut illius Reipub. est: pars deinde suo domino quæq. censetur. Ideoque donare agros nostros Reipub. possumus, quamuis illius esse dicantur: quia aliter illius sunt, aliter mei 7. *de benef* 4. [A Id est, singulorum sunt. §. *singulorum Inst de rerum diuisione.*

Sub optimo rege omnia rex imperio possidet, singuli dominio. 7. *de benef.* 5.

De rerum inuentione in littore, aut via publica.

Quoties aliquid inueni, B non expecto donec dicas, In commune, ipse tibi dico. Quid sit, quid inuenerim quæris? Sinum laxa, merum lucrum est. Docebo quomodo fieri diues celerrime possis. *ep.* 120. [B De rebus inuentis Senec.

in littore, vide *l.* 3. *ff. de rerum diuisione.* §. *item lapill Inst. de rerum diuis* [c videtur tamen is furtum facere, qui id quod in via publica inuenerit, sibi retinet, cum furti euitandi causa libellum proponere fuerint soliti, continentem inuenisse, & reddituros ei qui desiderauerit. *l. falsus creditor.* 43 §. *proinde videamus. de furtis.*

Vacans locus.

Virtus nihil vacare o patitur loci, totum animum tenet. *ep.* 75 [o Vacare locus dicitur vel domini negligentia, vel si dominus eius sine successore decessit, vel longo tempore abfuerit. *l furtum* 37 § 1 *ff. de vsurpat.*

Dominium eiusdem rei penes plures esse potest, & quomodo.

In multis, vterque eiusdem rei dominus est: a quia alter rei dominus est, alter vsus Libros dicimus esse Ciceronis, eosdem Dorus librarius r suos vocat, & vtrumque, verum est Alter illos tanquam autor sibi, alter tanquam emptor asserit: ac recte vtriusque dicuntur esse vtriusque enim sunt, sed non eodem modo Sic potest T Liuius à Doro recipere aut emere suos libros. possum donare sapienti quod viritim meum est, licet illius sint omnia 7, *de benef.* 6 [r Plures in vno fundo dominium iuris intellectu non partis diuisione obtinent *l Mauius* 66 §. 2 *ff de legat* 2 [r *adde. l. si librarius in transcribendo.* 92 *ff de regulis iuris.*

DE ADQVIRENDA VEL AMITTENDA possessione Tit. II.

Possessionis à proprietate discrimen: Commune est, cuius pars ad singulos pertinet

Stulta auaritia mortalium, possessionem proprietatemq. discernit: A nec quicquam suum credit esse, quod publicum est At ille sapiens nihil iudicat suum magis, quam cuius illi cum humano genere consortium est. Nec enim essent ista communia, nisi pars illorum pertineret ad singulos *epist.* 74. [A Differentiæ in eo discrimen apparet, quod dominium à possessione naturali recepit *l.* 1. §. 1 *ff de adquir. poss ff.*

In possessione esse: Perpetua possessio.

Malitia diu in possessione nostra est. *& post.* Semel traditi boni perpetua possessio est *ep.* 51.

Quædam alienari possunt, quædam non possunt.

Ager iure possidetur: sapientia natura: ille abalienari potest, & alteri tradi: hæc non discedit à domino *ep.* 118.

DE VSVRPATIONIBVS ET VSVCApionibus. Tit. III.

Cur vsucapi non possit hæreditas, res hæreditariæ possint.

Iurisconsultorum istæ acutæ ineptiæ sunt, qui hæreditatē negant vsucapi A posse: sed ea quæ in hæreditate sunt. tanquam quicquam aliud sit hæreditas, quam ea quę in hęreditate sunt 6 *de beneficijs* 5 [A Cum ait vsucapi, innuit possideri non posse. quod confirmatur *l.* 3 & 25. *ff. de acquiren. possess. l.* 3 *de vsucapion.* His autem verbis, Quæ in hęreditate sunt: intelligit res ipsas corporales, quæ in hæreditate.

Vsucapi non possunt publica.

Iurisconsulti negant quicquam publicum vsucapi *epist.* 80 & *epist* 99 adde *l* 9 *ff de vsucap.*

LIBER XLII.

DE RE IVDICATA.
Tit. I

Formula sententiæ, fecisse, non fecisse: Prolatis cautionibus controuersiam tollere.

VBi fecisse aut non fecisse pronunciandum est, ibi prolatis cautionibus controuersia tollitur. 3. *de benefic.* 7.

Sententia ex coniecturis lata.

Vbi inter disputantes ratio ius dicit, illic animi coniectura capienda est 3 *de benef.* 7.

Tabellam dimittere.

De quibusdam etiam imperitus iudex dimittere tabellam potest. 3 *de benef.* 7.

Sententiam non mutari.

Non A potest mutari, semel lata sententia. 2. *contr.* 4. [A sic Celsus 25. Digestorum: Quod iussit vetuitue Prætor, contrario imperio tollere, & repetere licet, in sententiis contra. *l.* 14 *ff de re iudicata.*

Damnandus damnans.

Non potest vllam authoritatem habere sententia, vbi, qui damnandus est, damnat *de remed. fort.*

Vim rei non rem quærere in iudicando.

Difficilis sententia, quę non rē, sed vim rei quærit. 3 *de ben.* 8.

Non damnandum continuo quod reprehenditur.

Non quicquid reprehendendum, etiam damnandum est *6. de ben. 39.*

Placet animaduerti.

Placet A mihi in eum seuere animaduerti. *in Ludo seu* ἀποκολοκυντώσει Censeo a ne, *qui post hunc diem Deus fiat.* *& post* · Censeo vt D. Claudius ea hac die Deus fiat *& post* Ego pro sētētia mea hoc cēseo *in ludo seu* ἀποκολοκυντώσει [A Eodem verbo vtitur Cicero. *Philipp* 4 *epist.* 7 10 Versem; 2. *ad Atticum.* 7. 6. *Valer.* 4. *Liuius* 9. [B Eodem verbo vtitur Cicero Philipp. 3 5. 8 9. 10. *Liuius* 2x *& 26 Terentius Phormione act 2. scen. vltima. Spartianus Didio Iuliano. Sallust.* 1. *historiar. Plutarchus M. Catone.*

Quandoquidem seu ratio subdebatur sententiis.

Quandoquidem. c Claudius occidit consocerum suum &c. *in ludo seu* ἀποκολοκυντώσει. [c Seruius ad hos versus Virgilij 10. Quandoquidem Ausonios, &c bene ait, sententiæ ordinem seruat. Nam vt in Sallustio & Philippicis legimus, antequam dicantur sententiæ, præmittitur ratio: quod hodie in vsu est.

Ab his verbis, Patres conscripti, sententias interdum in senatu inchoabant.

Patres conscripti vos testes habeo, ex quo Deus factus sum, nullum verbū me fecisse. *in ludo seu* ἀποκολοκυντώσει.

DE CONFESSIS. TIT. II.

Falsam rem & controuersam pro confessis iudicamus. *epist.* 86.

In ipsis etiamen est, qui ne confessione quidem grati sunt 2. *de benef* 1.

Non est confessio, vbi eam accusator eruit 8 *contr* 1.

Confessio, conscientiæ vox est 8. *contr* 1.

DE CESSIONE BONORVM. TIT III.

Lacessere virtutem boni, spei eiuratio A est. *de vita beata* 26. [A Sic dicimus eiurare bonam copiam: *Varro.* 6. *de lingua: Cicero.* 9. *familiar.* 16 eiurare bonam mentem 3. *de benef.* eiurare iniquum iudicem. *Cicero* 2. *de oratore &* 3 *in Verrem Philipp.* 12.

LIBER XLIII.

NE QVID IN LOCO PVBLICO VEL itinere fiat. TIT. VIII.

De via vicinali.

VEtuit illi exhibere negotium Cæsar, & agellos, in quibus *vicinalis* A via causa rixæ ac litium fuerat, militi suo donauit 5. *de benef* 13. [A Viarum quædam publicæ, quędam priuatę, quędam vicinales. *l.* 2 § *viarum.* 22 *ff. ne quid in loco publico vel itinere fiat*

DE VIA PVBLICA ET ITINERE publico reficiendo. TIT XI.

De via veteri muniendo.

Vtar *via* veteri, sed si potiorem A planioremque inuenero, hanc muniam. a *epist* 33 viam munire *dixit Paulus in l* 31. *ff. de damno.* [A forte legendum est, *priorem.* [a hinc *munitio* v *se dicitur. leg. vlt. Digest eod.*

DE SVPERFICIEBVS. TIT. XVIII.

Precarium fundamentum à solo totum opus excitare: ars superficiaria, in alieno ædificare.

Non est ars sui iuris, cui precarium fundamentum est: Philosophia nihil ab alio petit, totum opus à solo excitat, Mathematica (vt ita dicam) superficiaria A est: in alio ędificat, aliena accipit quorum beneficio ad vlteriora perueniat. *epistol.* 89. [B superficiarię ædes, quę in alieno solo positę *l.* 2 *ff. de superficiebus* adde *l.* 1 §. 1 *ibidem vbi dixi.*

DE PRECARIO TIT. XXVI

Quicquid naturam excedit, scias precarium esse, non necessarium *ep* 120.

Omnia seque ipsum inter precaria numerat viuitque vt commodatus sibi, & reposcentibus A sine tristitia redditurus. 1. *de tranq.* 11. [A Precarium est, quod precibus petenti vtendum conceditur tandiu, quandiu is qui concessit patitur *l* 1 *ff hoc titulo.*

Non est quod precario philosopheris. *epist.* 54.

LIBER XLIIII.

DE EXCEPTIONIBVS, &c. TIT. I

Exceptiones nigræ, turpes, infames.

PEr istud A Philosophię, sunt nigrę & turpes infamesque etiam ad album sedenobus exceptiones. Quid enim aliud agitis, cum eum quem interrogatis, scientes in fraudem inducitis, quam vt formula cecidisse videatur? sed quemadmodum illum prætor, sic hos philosophia in integrum restituit. *ep.* 49 [A dixi supra Tit de *Iurisdictione & Tit. de interrogationibus.*

Exceptiones tacita, Spondere incertum iubes, fisco vis me obligari: si potero si debebo: Noui aliquid interuenit: Conditio mutata.

Sponsum descendam, quia promisi: sed non si spondere in incertum iubebis, si fisco, obligabis, subest inquam tacita exceptio, Si potero si debebo, si hæc ita erunt

Effice vt idem status sit qui fuit, cum promitterem Destituere leuitas non erit, si aliquid interuenerit noui. quid miraris, cum a conditio promittentis mutata sit, mutatum esse consilium? 4 *de benef* 39 [B adde *l.* 136 §. 4 *ff de verb. obligat.* [c Huic loco adiunge tit. de cap min. *l* vlt *ff.* de duob. reis l 38. ff de solutionib.

Exceptio, Aliquid incidit quod impedit me dare: si patria aut lex non vetuerit peregrinum apparuisse, praeiudicium in patrem meum fit. Iter latrocinijs infestatur: Æger filius & puerpera vxor me tenet.

Cum exceptione ad omnia sapiens peruenerit, *si nihil inciderit* quod impediat *& post.* Promisi beneficium, *nisi quid inciderit,* quare non deberem dare. quid enim si quod illi pollicitus sum, patria A sibi me dare iusserit? si lex lata erit, ne id quisquam faciat quod ego amico meo facturum promiseram Promisi filiam in matrimonium postea peregrinus B apparuisti, non est mihi cum extraneo connubium. Eadem res me defendit, quæ vetat *& post.* Promisi ad ocasionem, postea apparuit per illam causam præiudicium in patrem c meum quæri. Promisi me peregre vna exiturum, sed iter infestari latrocinijs D nuntiatur. In rem præsentem venturus fui, sed æger filius & puerpera E vxor tenet Omnia esse debent eadem, quę fuerunt cum promitterem, vt promittentis F fidem teneas 4 *de benef.* 35. [A sic excusatur qui à magistratu retentus est. *l.* 2. *f. ff. si quis cautionibus.* [B *Dixi sup. Titulo* de ritu *nuptiarum.* [c vel pupillum. *l. vlt ff. de postulando.* [D sic habetur ratio tempestatis, vis fluminis, hyemis & tempestatis *l.* 2 § 3 §. 6 *l.* 38. *in f. quibus ex causis maiores.* [E sic mulier excusatur, quod grauida. *l* 2. §. *si non propter. ff. si quis cautionib.* [F id est, meam fidem.

Excusatio ob niues, valetudinem, vim maiorem.

Ad cœnam quia promisi ibo, etiamsi frigus erit non quidem, si niues cadant. surgam ad sponsalia, quia promisi, quamuis non concoxerim: sed non, si febricitauero: G *& post.* Vadimonium promittitur, tamen deseritur. Non in omnes datur actio Deserentem H vis maior excusat 4 *de benef.* 39. [G Valetudo excusationem præbet. *d. l.* 2. § 3 *adde l.* 9. *de procuratorib.* [H vis maior excusat.

Datum cum exceptione.

Vita cum exceptione mortis data est. *ep.* 30.

DE OBLIGATIONIBVS ET ACTIOnibus. TIT. VII.

Ve quis obligetur, quæ causa exigantur.

Vt tibi obliger, non profuisse te mihi oportet, sed ea destinato profuisse 6 *de benef.* 0.

Propter me factum debet esse, quod me obliget 6. *de benef.* 19 *in fin.*

Nemo in id accipiendo obligatur, quod illi repudiare non licuit 2. *de benef.* 18

Non tanquam proprium debebo, sed quomodo vnus e populo 6 *de benef.* 19.

Actionem multa non habent.

Multa legem non habent, nec actionem 5. *de benef* 21.

Quid sit ingratus, nulla lex monstrat 3. *de benef.* 7.

Excepta Macedonum A gente non est in vllum data aduersus ingratum actio. 3 *de benef.* 6. [A Lege, *Medorum: vide librum.* 1 *Conjectanearum, vbi dixi.*

An lex, quę in scholis exercetur, etiam in ciuitate ponenda sit: qua ingrati datur actio, quæ videtur æqua omnibus. 3 *de benef* 6.

Ingrati actio non est iudicem alligatura, sed regno liberrimo positura 3 *de benef.* 7.

Non in omnes datur actio. 4. *de benef* 39.

Agere nemo cogitur.

Nemo a vindicare se cogitur. 3. *contr.* 5. [a *Vide tit C. vt nemo inuit. agere cog* adde *l.* 2. *C. de in litem iurand. l* 69 *l* 156. *ff de reg. iur.*

Exactio pecuniæ male creditæ.

Pecuniæ etiam male creditæ exactio est 4. *d. beneficijs* 39

Non

Non exiguntur quædam quæ debentur.

Quædam pecuniæ, de quibus ius creditori non dicitur, debentur, sed non exiguntur. *6. de benef.* 4.

LIBER XLV.

DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS. Tit. I

Spondendo, libertatem amittimus.

Nihil A tibi iam liberum est spopondit. *ep.* 36 [A Huic affine est illud *Sponde, præsto noxa est.*

Stipulatio pactis adiecta soluta.

Vtinam nulla stipulatio emptorem venditori obligaret, nec pacta conuentaque impressis signis custodirentur: fides potius illa seruaret, & æquum colens animus. *3. de benef.* 15.

Stipulationi tempus si non adiicitur, præsentis dies debetur.

Quotiens B tempus non adiicitur, præsens intelligitur. *3. controuers.* 5. [B adde *l.* 41 *§.* 1. *ff. de verb. oblig. l.* 14 *ff. de reg. iur.*

Tempus pars stipulationis, & quidem non nunquam, summa.

Tempore quædam magna fiunt, non C summa. *3 de benef.* 8. [C id est, non tantum. sic dies solutionis, vt & summa, pars est stipulationis. *l.* 1 *§* 2 *ff. de edendo.*

Stipulationi tempus tacite inest.

Licet lex dies finiat, natura D non recipit. *2. controu.* 6. [D si quis Romæ ita stipuletur: Hodie Carthagini dare spondes? inutilis erit stipulatio, cum impossibilis sit repromissio *§. loca. Inst. de verborum obligat.: l. si seruus.* 141 *§ si inter.* 4. *ff. de verborum obligat.* dies tacite inest cuique stipulationi. *l.* 2. *§ quotiens. ff. de eo quod certo loco.*

LIBER XLVI.

DE FIDEIVSSORIBVS. Tit. I.

Sponsor.

Beneficia sine sponsore non damus. *3 de benef.* 15.

Piratæ te inuiolatam seruauerunt? à sacerdote abstinuisset pirata, leno, mango? De sacerdotis pudicitia his sponsoribus credendum est? *& post:* Virginem esse sacerdotem quid credimus meretrici, lenoni, piratis? hæc enim testium summa est. *1. contr.* 2.

Prædes.

Quem tandem longioris vitæ prædem accipis? *de breuit. vit.* 4.

Authoritatem promittere.

Si mihi parum credis, Posidonius tibi authoritatem promittet. *4 natural.* 4.

DE NOVATIONIBVS ET DELEgationibus. Tit. II.

Delegandi verbum.

Quibus vita procul ab omni negotio agitur, quidni spatiosa sit? nihil ex illa delegatur, nihil alio atque alio spargitur, nihil inde fortunæ traditur, nihil negligentia interit, nihil largitione detrahitur, nihil superuacuum est. *de breu. vit.* 10.

Ignoto naufrago nauem qua veheretur, & damus & instruimus: discedit ille vix satis noto salutis authore, & nunquam amplius in conspectum nostrum reuersurus, debitores nobis Deos delegat, A precaturque vt illi pro se gratiam referant. *4. de benef.* 11. [A Delegare est vice sua alium reum dare creditori *l. delegare.* 11 *ff. de nouationibus & delegationibus.*

Delegationem res ista non recipit. *epist.* 27.

DE SOLVTIONIBVS ET LIBERAtionibus. Tit. III.

Soluendi æquitas.

Æquissima vox est, & ius gentium præ se ferens: Redde quod debes. *3. de benef.* 14.

Gentium ius est, quod acceperis, reddere. *de remed. fort.*

Soluendum etiam malo ac mutato homini.

Non est quod ad te hanc quæstionem indices pertinere, an quod beneficium qui à sapiente acceperit, reddere debeat, si ille desinit esse sapiens, & in malum versus est. redderes enim & depositum, quod à sapiente accepisses, & etiã A malo redderes creditum: quid est cur non & beneficium? Quia mutatus est ille, te mutas? quid si quid à sano accepisses, ægro non redderes? cum plus semper imbecillo amico debeamus *& post.* De eo nõ est dubium, quin illi qualiscũque est, debeam reddere, siue homicida, siue fur, siue adul-

Senec.

ter euasit. Habẽt scelera leges suas, melius istos iudex quã ingratus emendat. malo beneficium proiiciam bono reddam. Huic, quia debeo, tibi, ne debeam. *7. de benef.* 17. [A Vide *l. bona fides ff. deposit.*

Vtrum soluere recte is videatur, qui iubente creditore vinum reticulo aut cribro infundat: item qui soluat eidem in macellum laturo: item qui delegatæ à creditore meretrici soluat: item qui nummos numerat, eo in sinum suum discinctum coniecturo.

Reddere, est accepturo id adidisse, quid enim, si cui vinũ debeas, & hoc ille infundere reticulo iubeat, aut cribro, reddidisse te dices, aut reddere voles: quod dum redditur inter duos perit? Reddere est id quod debeas, ei cuius est volenti, dare. hoc vnum mihi præstandum est, Vt diu habeat quod à me accepit, iam vlterioris est. Non tutelam illi, sed fidem debeo: multoque satius est, illum nõ habere, quam me non reddere. Et creditori statim in macellum laturo, quod accepi reddam. Etiam si mihi adulteram (cui numeret) delegauerit, soluam: & si nummos, quos accipiet, in sinum suum discinctum fundet, dabo. Reddendum enim mihi est, non seruandum, cum reddidero, an tuebitur? Beneficij accepti non reddiri custodiam debeo. Dum apud me est, saluum sit. Cæterum, licet accipientis manibus effluat, dandum est reposcenti: reddam bono, cum expediet. malo, cum petet. *7 de benef.* 19. [a sic per corbem mẽsuram facere dixit Iurisconsultus in *l.* 1. *in* ~~*§*~~ *ff. de periculo & commodo rei venditæ* [c Perdituro vtrum recte soluatur vide *l.* 24. *ff. de minorib. l.* 12 *§ vlt ff. mandati.*

Cur, cum Referre gratiam dicimus, gratiam reddere & reponere non dicimus.

Sic solemus loqui, Ille illi gratiam retulit. *Referre*, est vltro quod debeas, afferre. Non dicimus, gratiam reddidit. *reddunt* enim & qui reposcuntur, & qui inuiti, & qui vbilibet, & per alium. Non dicimus *reposuit* beneficium aut soluit. nullum enim nobis placuit, quod æri alieno conuenit verbum. *Referre*, est ad eum a quo acceperis, rem ferre. Hæc vox significat voluntariam relationem. Qui retulit, ipse se appellauit. *epist.* 81.

Solutionis & obligationis inter se quæ ratio.

Quo D genere obligatus, hoc fidem exolue. *5 de benef.* 14 [D Prout quidque contractum est, ita & solui debet: *l. prout.* 80. *Digestis de solutionib.*

Solutionis quæ natura sit.

Reddere, est rem pro re dare. quidni? cum omnis a solutio non idem reddas, sed tantundem. nam & pecuniam dicimus dedisse, quamuis numerauimus pro argenteis, aureos: quamuis non interuenerint nummi, sed delegatione & verbis profecta solutio sit. *6 de benef.* 4 *in fin.* [a Quod ait omnem solutionem non idem reddere, sed tantundem, confirmatur *l.* 2 *ff. de reb. cred.* vt & quod de delegatione dixit, lucem adfert *l.* 11 *ff. de nouat.* vt cum ait, verbis perfici solutionem, acceptilationẽ intelligit de qua *l.* 1 *ff. de acceptilationibus.* vt inde quoque obseruemus solutionis verbo delegationem & acceptilationem contineri. Quo pertinet lex satisfactio. *l. solutionis ff. de solutionib. l. liberationis. l. solutionis* 175 *ff. de verb. sign.*

Reponere creditori.

Ergo nec quod debet creditori suo, reponere quisquam sit aitus, præter sapientem. *ep.* 81.

Solutionem exigenti facere conuitium non licet.

Oportet nos in promptu habere, quę in certum diem data sunt, & appellatos sine querela reddere. Pessimi est creditoris, debitori facere conuitium. *ad Mart.* 10.

Soluisse non videtur, qui pecuniam quæsiuit vt solueret, & cur.

Creditori suo pecuniam non soluit is, qui vt solueret, vbique quæsiuit, nec inuenit. Quædam eius conditionis sunt, vt effectum præstare debeant: quibusdam pro effectu est omnia tentasse. Si omnia fecit vt sanaret, peregit medicus partes suas etiam damnato reo constat oratori eloquẽtię officium, si omni arte vsus est. Laus imperatori etiam victo & duci redditur, si & prudentia & industria & fortitudo muneribus suis functa est. *7. de benef.* 13.

Debitori parum est pecuniam quæsisse, nisi soluit. Illi enim stat acerbus super caput creditor, qui nullũ diẽ gratis occidere patiatur. *7. de benef.* 14.

Paria & parem rationem facere.

Eodem momento quo obligatus es, si vis, cum quolibet paria fecisti: quoniam qui libẽter beneficium accepit reddidit. *2. de benef.* 31.

Quare quasi cum acerbo fœneratore resignare rationem parem properas? *epist.* 40 *in fin.*

Quæris quomodo amicum cito facturus sis? dicam, si

illud mihi tecum cõuenerit, vt statim tibi soluam quod debeo, & quantum ad hanc epistolam paria faciamus *ep. 19.*

Poteram tecum & hac Mecænatis sententia parem facere rationem *epist 19. circ. fin.*

Amicis, qui profuit nobis, si postea nocuit paria fecit, & nos debitu soluit. *epist. 81.*

Quotidie cum vita paria faciamus *ep. 102.*

Exspectat me, vult mecum pares rationes facere. 9. *controuers. in fin.*

Confessio pro solutione.

Interdum solutio est ipsa confessio. *ep 74.*

Soluens hilarior mutuum accipiente.

Hilarior est, qui soluit, quam qui mutuatur qui se maximo ære alieno exonerat, quam qui accipit & obligatur. *epist. 81.*

Citius soluere.

Qui nimis cito cupit soluere, inuitus debet 4. *de benef.* 40.

In antecessum dare, reponere, accipere.

Bene credi tibi scio, itaque in antecessum A dabo *epist.* 119 [A In antecessum dare est, ante diem soluere, & vt nostri loquuntur) pro mutuo *l. ex conducto. 15 § item 6 ff. locati.* Sic pro mutuo accipere *l. nomen 34. in f. ff. de leg. at. 3. vbi plenius dixi.* Gall. *en aduance.*

Aliis post longam diem repono, aliis in antecessum. 4 *de benef. 32. in fin.*

Occurrerunt mihi egregie dicta, circa eundum fere sensum tria. ex quibus vnum hæc epistola in debitum, duo in *antecessum* accipe *epist.* 7.

Nouæ tabulæ beneficiorum.

Leui ac fabuloso sermone & anilibus argumentis putare nõ debemus, prohiberi posse rem perniciosissimam, beneficiorum nouas tabulas 1 *de benef* 4

Post nouas tabulas soluere.

Sapiens hoc facit, quod qui post *tabulas nouas* soluunt *epistola.* 81

Ad horam & diem debitorem appellare auari exactoris.

Auarus B exactor ad horam & diem creditorem c non appellat. 1. *de benef.* 2 [a lego *debitorem.* [c Neque delicatus debitor, neque onerosus creditor audiendus. *l. 25. in f. ff. de pignoratitia actione.* qui statim cum sacco debitorem adeat *l. 105. ff. de solutionib.* sed quam cum efficacia benignus, cum instantia humanus *l. 33 ff. de vsuris.*

Nomina lenta, non mala.

Quædam lenta sunt *nomina*, non mala. Huiusmodi homines non appellabo, sed commouefaciam, & ad officium, aliud agendo 5. *de benef.* 25.

Exactor, admonitor, solutionis.

Sæpe opus est malis exactore etiam bonis admonitore. 7. *de benef* 54

Qui admonet repetit. 2 *de benef.* 11.

Non exigo beneficium, sed repeto, nec repeto, sed admoneo. 5. *de benef.* 21

Propter acribus exactores repetere prohibemus: non vt nunquam fiat, sed vt parce 7. *de benef.* 54.

Maius aut minus fit, quamuis idem sit tempore, loco, causa. 11. *epistol.* 81.

Solutio beneficij & crediti.

Aliter beneficium, aliter creditum soluitur. 2. *de benef* 34.

Beneficium creditum insolubile. 4. *de benef.* 12.

Solutio quæ fiat ab inuito.

Nemo libenter reddit, quod inuitus debet 6 *de benef* 41.

Nomina lenta sustinendo bona fieri.

Quædam nomina, bona lentus, ac sapiens creditor fecit, qui sustinuit ac mora fouit. 7. *de benefic. vigesimonono in fine.*

Soluendum etiam locupleti.

Debitum etiam locupletibus soluitur. 6. *de benef c.* 50.

Nummus forma publica percussus.

Non A est malus nummus, quem barbarus & ignarus formæ publicæ rejecit 5. *de benef.* 20. [A Vide *Titulum Cod. de veteris numismatis potestate. l. debitorem. 9 ff. de solutionibus.*

Repræsentare pecunias.

Exspectabis ne fœnoris quæstum aut ex merce compendium, aut tabulas beati senis: cum fieri possis statim diues? repræsentat opes sapientia *epist* 17.

De Decoctoribus.

Fœneratorem à foro non fugat decoctor *ep.* 82.

Fœnerator quosdam debitores non appellat, quos scit decoxisse, & in quorum pudorem nihil super est, nisi quod pereat. 2. *de benef.* 19.

Æs alienum meum noui: hoc quidem cum eo creditore contraxi, cui decoquere non possum *de remed. fort.*

Minus turpe est creditori quam spei bonæ decoxisse. 5. *epist.* 36.

Quis decoctori pecuniam credit? 4 *de benef* 6.

LIBER XLVII.

DE FVRTIS. Tit. I.

Si fur deprehensus rem reddiderit, vtrum furti teneatur.

TAm teneris, quàm qui surripuit aliquid, licet deprehensus reddiderit. 4. *contr.* 4.

Ad euitandum furti suspicionem res alienæ possessores edebant authorem.

Ede A inquis authorem? vt scias quàm benigni simus: propositum est aliena laudare *ep. 14 in fin.* [A adi *l. 5 Cod. de furtis.*

Furem signata sollicitant

Multi aperta transeunt, condita & abstrusa rimantur, furem signata sollicitant, vile videtur quicquid patet, aperta effractarius præterit. *epist* 68

Si fur rem mihi surreptam in domo mea posuerit.

Si quis rem cum e villa mea surripuit, in domo mea ponat ille furtum fecit, tametsi ego nihil perdiderim *in sap. non cad* 7.

Furti etiam tenetur rem ei surripiens, qui eius rei administrationem non habet.

Negamus rem stulti a esse, & tamen eum qui rem aliquam stulto surripuerit, furti condemnabimus 2. *de benef.* 35 [a vt eam possit suo arbitrio alienare.

DE INCENDIO, &c. Tit. IX.

Ad incendium omnibus rebus omissis currebant & de summo omnium concursu ad incendium extinguendum.

Nemo A qui ad incendium domus suæ currit, tabulam latrunculariã perspicit, vt sciat quomodo alligatus exeat calculus. *epist* 18 [A Tanta fuit veteribus cura in extinguendo incẽdio: vt M Muluius & Cn. Lollius, L. Sextius triumuiri, quod ad incendium in sacra via ortum extinguendum tardius venerant, à tribuno plebis die dicta ad populum damnati sint & P. Villius, Triumuir nocturnus a P Aquillio Trib. pleb. accusatus populi iudicio concidit, quia vigilias negligentius circumierat 8 *Valer.* 1.

Incendium conclamare solitum.

Sæpe etiam conclamatum in vicinia incendium soluit, & interuentus feræ latronem viatoremq; diducit. 3. *de ira.* 43.

Incendij causa demoliri domum licet.

Necessitas est quæ a ruinis incendia opprimit. 4 *contr.* 4. [a Ita licuit deffendendi mei causa, vicini ędificiũ orto incendio dissipare. *l. 3 § quod ait prætor ff. hoc titulo l. 49 ff. ad. l. Aquil. l. 7 § 4 ff quod metus causa.*

DE INIVRIIS.
Tit. X.

Iniuria & contumeliæ discrimen.

Iniuria natura grauior, contumelia leuior. *in sap non cad. initio* 4.

Iniuria & beneficij discrimen.

Iniuria contraria beneficio 3 *de benef* 22. 4 *de benef* 15.

Iniuriæ vocabulum latissime patet.

Illud cogita iniuriarum latissime patere materiam, illis, per quæ periculum nobis quæsitum est: vt accusatore submisso, aut criminatione falsa aut irritatis in nos potentiorum motibus, quæque alia inter rogatos latrocinia sunt. Est & illa iniuria frequens, si lucrum alicui excussum, &c. *in sap. non cad.* 9.

Inquieti interdum iniurias vocant modica beneficia. 3. *de ira.* 30.

Iniuria vitanda.

Iniuriam facere per se vitanda ac fugienda res est. 4 *de benef.* 15.

Iniuria minor legibus non punita.

Est minor iniuria, -A quam queri magis, quam exequi possimus, quam leges quoque nulla dignam vindicta putauerunt *in sap non cad.* 10. [A Huiusmodi exempla adfert author noster: Ille me hodie nõ admisit, cum alios admitteret: sermonem meum aut superbe auersatus est, aut palã risit: non in medio loco, sed imo collocauit. Huiusmodi autem affectus concitat animi humilitas, contrahentis se ob dictum factumve inhonorificum

Iniuriarum aduersum se nemo agit.

Cecidit sa, iniuriarum cum quo agat non habet. 5. *de benef* 8.

Iniuria seu conuicij verus, vernex maximus, Struthiocamelus.

Chrysippus ait quendam indignatum, quod illum aliquis *vernecem* B *maximum* diceret. In senatu flentem vidimus

vidimus Fidum Corneliom Nasonis generum, cum illum Corbula *Struthiocamelũ* depilatũ dixisset *in sap. non cad* 17. a ne Iuuenal. Saty. 10. prudẽtia mõstrat summos posse viros & magna exempla daturos Veruccum in patria, crassoque sub aere nasci.

Inuitum in hortos deduci, detonderi, cogi conuiuio interesse.

Quidem amissis tribus liberis cum assideret sepulchro à luxurioso adolescẽte in vicinos hortos deductus est & detonsus, coactus cõuiuio interesse, dimissus iniuriarum agit. 4. *contr.* 1.

Os percussum.

Cato cum illi os percussum esset non excanduit, nõ vindicauit, iniuriã non remisit quidem, sed factã negauit, maiore animo non agnouit, quam ignouisset *in sap. non cad* 15

Iniuria non est sine consilio: Nocere & iniuriam facere differunt.

Nulla est iniuria nisi à consilio profecta nocere itaque nobis possunt, vt ferrum aut lapis, iniuriam quidam facere non possunt 2 de *ira.* 26.

Iniuria non ab euentu, sed ab animo æstimanda.

Telum e quo missum sit, non quo peruenerit quæritur, & beneficium ab iniuria distinguit non euentus, sed animus 6 *de benef.* 8 [c iunge l. 15 ff de furt.

Iniuriam facere & excipere.

Potest euenire vt faciat aliquis iniuriam mihi & ego non accipiam &c. *in sap non cad.* 7.

Iniuria vel beneficij memoria.

Iniuriæ altius quam merita descẽdunt. & illa cito defluũt, has tenax memoria custodit 1 *de benef* 1.

In iniuriam vertere.

Noli munus tuum in iniuriam vertere 1. *de benef* 13

Iniuriarum alieno nomine agere.

Si à quolibet alieno cæsus essem, & nollem agere, iniuriarum nemo meo nomine ageret. 9 *contr* 4

Iniuriarum quis mihi tenetur, etiamsi negamus me accepisse

Negamus iniuriam accipere sapientem, tamen qui illum pugno percusserit, iniuriarum damnabitur 2. *de benef.* 35

DE EFFRACTORIBVS. Tit. XVIII.

Aperta *effractarum* præterit *epist.* 68.

LIBER XLVI.

DE ACCVSATIONIBVS. Tit. II.

Accusator, Iudex, deprecator.

QVantũ potes, te ipsum coargue, inquire in te. Accusatoris primum partibus fungere, deinde iudicis, nouissime deprecatoris Aliquando te offende. *ep* 28. *in fin.*

Accusatorum inuidia. Rei fortuna.

Malo loco est, qui habet rei fortunam, accusatoris inuidiam 4 *contr.* 1.

DE CVSTODIA ET EXHIBITIONE reorum. Tit. III.

Ex carcere in ius educebantur rei postulaturi diaria.

Cum introductus esset ex carcere in senatum, vt diarium A acciperet, tũc dixit de fame questus, Nihil onerosum a vobis peto, sed vt me aut mori velitis, aut viuere. Atque illud dixit. Nolite superbe audire hominem calamitosum. sæpe qui misereri potuit, misericordiam rogat. Et cum dixisset Senianus, locupletes in carcere esse: Homo inquit, indẽnatus vt possim viuere parricidas rogo 9 *controuers.* 4. *in f.* A *adde l.* 9. *C. de episcop. audientia. l. ff. de custodia reorum.*

Carceris alimenta quibus liberiora fuerint.

Liberiora sunt alimẽta carceris, sepositos ad capitale supplicium, non tam anguste, qui occisurus est, pascit quanta est animi magnitudo ad id sua sponte descẽdere, quod nec ad extrema quidem decretis timendum? *ep* 18.

AD L. IVLIAM MAIESTATIS. Tit. IIII.

Verba aduersus principem periculosa.

Sub diuo Augusto nondum A hominibus verba sua periculosa erãt, iam molesta 3. *de benef* 27. [A imo tum molesta, itaque lex de famosis libellis Tacit.

Votum aduersus principem: Delatorem sui esse & se deferre: narrare se malam mentem habere.

Ruffus inter cœnam optauerat, ne Cæsar saluus rediret ex ea peregrinatione, quam parabat: Hortatur eum servus vt Cæsarem occupet, atq; ipse se deferat. Vsus consilio descendenti Cæsari occurrit: & cum mala mentem habuisse se pridie iurasset, id vt in se & filios suos recideret, optauit. 3 *de benef.* 27 [a Votum impium sceleris instar Senec.

habitum, ostẽdit inf Titulo ad L. Corneliam de sicariis: & quidem in re publica [c Vide Titulum Cod de his qui se deferunt. [D Tibull 1. *eleg.* 2. *Et mala si qua tibi dixit dementia nostra ignoscas. capite sint precor illa meo* Idem. 2 *eleg.* 5. *Et si iurabit mente fuisse mala* Fuit igitur hæc formula vetus satis faciendi offensæ.

Iniurias & maledicta Timagenis quemadmodum tulerit D Augustus, vide; *de ira.* 23. & quemadmodum Cinnæ primus hosti, deinde insidiatori ac parricidæ dederit 1. *de Clementia* 9

Si quis imaginem Cæsaris in gemma insculptam habens, matellam sumpserit.

Paulus Prætorius in conuiuio quodam imaginem Tiberij Cæsaris habens insculptam, eminente gemma, matellam s sumsit quod factum simul ac Maro ex notis istius temporis vestigatoribus notauit, seruus eius cui nectebantur insidiæ, ei ebrio annulum detraxit: & cum Maro conuiuas testaretur, admotam esse imaginem obscœnis, & iam proscriptionem componeret, ostendit in manu sua seruus annulum 3. *de benef.* 25 [a Eadem adulatione Ateius Capito censuit inter reos recipiendum reum L. Annium equitem quod effigiem principis ad promiscuos vsus vertisset. Tacit 3 Damnatus est item sub Tiberio, qui statuæ Augusti caput dempserat, vt alterius imponeret. Imo res eò processit, vt hæc quoque capitalia essent, circa Augusti simulacrũ seruum cecidisse? vestem mutasse: nummo vel annulo effigiem impressam latrinæ aut lupanari intulisse. *Suet. Tiberio,* c. 58 Quidam sub Antonino Caracalla damnatus est, quod eo loco vrinã fecisset, in quo statuæ & imagines principis essent. *Spartianus* Sub Domitiano mulier interfecta, quod ante statuam principis vestem exuisset. *Xiphilinus Domitiano* Adde quæ dixi ad l famosi – *ult* ff. ad l. *Iuliam maiestatis* Vbi Iurisconsultus scribit, crimen maiestatis exasperari, violatis statuis vel imaginibus principis.

Si quis ebrius vel simplicitate quadam in principem quid dixerit.

Sub Tiberio Cæsare fuit accusandi frequens & pene publica rabies, quæ omni ciuili bello grauior togatam ciuitatem confecit excipiebatur ebriosorum r sermo, simplicitas iocantium, nihil erat tutum 3 *de benef.* 25 [r Quanto melius imperatores? Si ex leuitate, inquiunt, contemnendum, si ex insania, miseratione dignissimum: si ab iniuria, remittendum, *l.* 1. *Cod ad l. Iul. maiest.*

Si legatus falsa mandata attulerit.

Is lædit Pop Rom maiestatem, qui aliquid publico nomine facit, tanquam si legatus falsa mãdata afferet 9. *cont* 2.

Si quis quid in magistratu admiserit, non continuo maiestatis tenetur.

Num quicquid peccauit in magistratum aliquis, magistratum lędit? pota aliquem cum magistratus est, patrem suum occidere, veneno vxorem suam necare, non hac lege coram dicet: sed illic parricidij, hic veneficij. *& post.* Priuatus potest accusari maiestatis, si quid fecerit, quo populi Romani maiestatem lędere: puta amicam habet procõsul, ideo maiestatis damnabis, puta matronam corrupit, dum proconsul est adulterij causam dicet, nõ maiestatis *& post:* Cum adulterium committitur, tanquam ciuis speclat, item cum veneficium, &c. quæ ibi vide 9 *contr.* 2

Sic falsi tenetur, qui falsis litteris, edictis, litteris, rescriptis & rescriptionibus vtitur *l.* 25. *l. vlt. ff. ad. l. Cornel. de falsis. l.* 4. *Cod. eod. titulo Paul* 5 *sent.* 25.

AD LEGEM IVLIAM DE ADVLTERIIS Tit. V.

Adulteria mulierum aperta.

Nunquid iam vllus adulteri pudor est, postquam eo ventum est, vt nulla virum habeat, nisi vt adulterũ irritet Argumentum est deformitatis pudicitia quam inuenies tam miseram, tam sordidam. vt illi satis sit vnum adulterorum par: nisi singulas horas dimisit? Et nõ sufficit dies omnibus, nisi apud alium gestata est, apud alium mansit. Infrunita & antiquata est quæ nesciat matrimonium vocari vnius adulterium 3 *de benef* 16

Adulteria mulierum & virorum frequentissima.

Coniugibus alienis nec clam quidem, sed aperte, ludibrio habitis, suas alij permisere Rusticus inhumanus ac mali moris, & inter matronas abominandæ conditionis est si quis coniugem in cella prostare vetuit, & vulgo admissis inspectoribus vehi vndique perspicuam. si quis nulla se amica fecit insignem, nec alienæ vxori annuum præstat. hunc matronæ humilem & sordidæ libidinis & ancillariolum vocant Hinc decentissimum sponsaliorum genus est adul-

rerum, & in consensu vidui cælibatus nemo vxorem duxit, nisi qui abduxit iam raptam 1. *de benef.* 9.

Eo prolapsi mores iam sunt, vt nemo ad suspicanda adulteria nimium credulus videri possit 2. *contr.* 8.

Adulterum esse, qui cum vxore sua tanquam cum aliena concubuerit.

Potest aliquis nocens fieri, quamuis non nocuerit: si quis A cum vxore tanquam cum aliena concumbat, adulter erit quamuis illa adultera non sit. *in sap. non cad.* 7. [A 7. *Quinctil.* 3. *in pr.*

Adulterum cum adultera simul interficere.

Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dummodo vtrumque corpus interficiat, sine fraude sit 1. *contr.* 4

De adulterio appellata virum quid quod testamento legare possit.

Quidam vxorem alterius appellauit de stupro, adiecit preces: negauit illa, decessit mercator, testamento hæredem omnibus bonis reliquit, & adiecit elogium, pudicam reperi: adit hæreditatem mulier, redit maritus, accusat adulterij ex suspicione. 2. *contr.* 8.

Adulteram vxorem adulter maritus adulterij accusare non potest.

Scis improbum esse, qui ab vxore pudicitiam exigit, [B ipse alienarum corruptor vxorum. Scis, vt illi nil cũ adultero, sic nil tibi esse debere cum pellice, & non facis. *ep.* 96. [B Periniquum est vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipse non exhibeat. *l. si vxor.* 13. §. *iudex.* 3. *ff. ad l. Iul. de adulteriis.*

Pellicem maritum habere vxores ipsas maxime exasperat

In vxorem grauissimum est genus iniuriæ, habere pellicem. *epist.* 96. [C Hinc illa indignatio Iunonis apud Senecam tragœdum. Pellices cœlum tenent. & Imperator l. 8. C. de repudiis: si virum ipsa inuenerit cum impudicis mulieribus, quod maxime etiam castas exasperat, cœtum ineuntem adde *Nouel.* 22 *cap* 15 §. 1.

De raptoris pœna

Rapta raptoris aut mortem aut indotatas nuptias optet. Vna nocte quidã duas rapuit, altera mortem optat, altera nuptias. 1. *contr.* 5.

Raptor, nisi suum & raptæ patrem intra dies 30 exorauerit pereat 2. *contr* 4.

Iniuriosum est rapto viuere: at contra pulcherrimum, mori rapto. *epist.* 71.

De incestu.

Lex: Incesta de A saxo deiciatur. 1. *contr.* 3. [A Hæc pœna postea vetita vt ostendam infra Titulo de pœnis.

De Lupanari & de ritu deducenda meretricis in lupanar.

Deducta es in lupanar, accepisti locum pretium constitutum est, titulus inscriptus est: nescio quid celullam & obscœnum lectulum vocas. *& post* Meretrix vocata es, in communi loco stetisti, superpositus est cellæ tuæ titulus, venientes recepisti. *& post*: Excipitur meretricum oculis, docetur blanditias, & in omnem motum corporis confingitur *& post*: Stetisti puella in lupanari, vt nemo te violaret locus ipse violauit: stetisti cũ meretricibus, stetisti sic ornata, vt populo placere posses, ea veste quam leno dederat: nomẽ tuum pependit in fronte, pretia stupri accepisti & manus capturas tulit *& post*: Lupanar excepit omnes. *& post* Cum in lupanar veneris, iam tibi omnia templa cõclusa sunt: conseruatum oculis inquinatur, inter ebriosorum conuiuiorum iocos iactatur: modo in puerilem, modo in muliebrem habitum composita. 1. *Controuers.* 2. passim.

Leno in rationes suas referebat capturas suarum meretricum.

Vt sciamus illam apud lenonẽ fuisse, domi sunt lenonum rationes, captura conuenit 1. *contr.* 2.

Nudæ mulieres plerunque vendebantur & earum partes inspiciendæ & contrectandæ exhibebantur.

Nuda in littore stetit ad fastidiũ emptoris, omnes partes corporis & inspectæ & contrectatæ sunt. 1. *contr.* 2.

Et quæ in lupanar venisset, templa preclusa

Cum in lupanar veneris, iam tibi omnia templa pręclusa sunt. 1. *contr.* 13.

Meretrice in lupanar deducta, turba concurrebat ad nouam meretricem.

Conuenit omnis libidinosorum turba, & cõcurrit ad meretricem nouam 1 *contr.* 2.

Fornicis fuligo.

Redoles adhuc fuliginem fornicis. 1 *contr* 2.

Lupanaris pudor.

In perditis & ad omne dedecus expositis, tenerrima est oculorum verecundia. *& post.* Est aliqua etiam prostitutis modestia, & illa corpora publico obiecta ludibrio aliquid, quo infelix patientia lateat obtendunt: adeo quodammodo lupanar quoque verecundum est 1. *natur.* 16.

De Lenonibus.

Leno A est cuius prostitutæ sunt. 7. *de benef.* 5. [A adde Nouellam de lenonibus. 14 *l. si lenones.* 12. *Codic. de episcopali audientia.* adde Nouell. 51.

Impura quæ.

Impura est, quæ osculum impuris dedit, quæ cibum cum impuris cœpit. 1. *contr* 2.

Impudici, officiosi.

Aterius cum libertinum reum defenderet, cui obiiciebatur, quod concubinus esset, dixit, Impudicitia in ingenuo crimen est: in seruo, necessitas: in liberto, officium. Ex eo impudici & obscœni aliquando officiosi vocitati sunt 4. *contr. proœm.*

Pudica quæ.

Pudicam non dixero, quæ amatorem vt incenderet repulit, quæ aut legem aut virum timuit, quæ pudicitiam timori præstitit, non sibi 4. *de benef.* 14

Augustus filiam impudicam relegat: Lex de adulteriis ab Augusto lata. Ad Marsyæ statuam in foro publice conueniebant nocturni homines meretrices quæstum facturæ subigitotis adulteris.

D Augustus filiam vltra pudicitiæ maledictum, impudicam relegauit, & flagitia principalis domus in publicum emisit admissos gregatim adulteros, pererratam nocturnis comessationibus ciuitatem, fori in ipsum ac rostra, ex quibus pater legem de adulteriis tulerat, filiæ in stupra placuisse, quotidianum ad Marsyam B concursum: cum ex adultera in quęstuariam versa, ius omnis licẽtię sub ignoto adultero peteret, & non tam vindicanda principi quam tacenda (quia quarũdam rerũ turpitudo etiam ad vindicantem redit) parum potens iræ vindicauerat. Deinde cum interposito tempore in locum iræ subiisset verecundia, gemens quod ista silentio pressisset, quæ tam diu nescierat, donec loqui turpe esset, sæpe exclamauit: Horum mihi nihil accidisset, si aut Agrippa aut Mecœnas, vixisset. Adeo tot habenti millia hominum, duos reparari difficile est. 6. *de ben.* 32. [B Marsyę statua in celeberrimo loco fori Romani, quod ea ętate nocturnis stupris infame. ad id Iulia Augusti filia noctu concurrebat, ac libidinem, ignotis admissariis promiscue explebat. Plinius 21 c. 3 Apud nos exemplum licentię huius (de coronarum vsu loquitur) aliud quam filia D. Augusti, cuius luxuria noctibus coronatũ Marsyam litteræ illius Dei gemunt. His Plinius innuit, Iuliam nota dignam: quę vt luxuriæ suę noctes innotescerent, non dubitauit Marsyam coronare in celeberrima parte vrbis. Ad hanc Marsyæ statuam meretriciam imo & cinædicam, refero illud Iuuen. Sat. 9. initio: quo loco Næuolum quẽdam increpat, nullo fere quæstu cinædis operam præstantem: *Scire velim, inquit, quare toties mihi, Næuole tristis, occurras fronte obducta, ceu Marsya victus.* Porro statua hęc Marsyæ in foro erat, vbi causę agebantur. Hinc Horatius in Arte, obeundus Marsya. Martialis: *Ipse potest fieri Marsya causidicus.*

AD LEGEM IVLIAM DE VI PVBLICA TIT. VI.

Eiicere quid.

Eijci, A est inde expelli, vnde inuitus recedas. *epist.* 55. [A *adde l.* 3 *ff. ad L. Iuliam de vi priuata.*

Alligare & includere aliquem.

Alligauit & clausit B se, de vi non tenetur. 5. *de benef.* 8 [B Sane qui alium alligat & claudit de vi tenetur l. 5. l. 6 l. 8. ff. ad l. Iul. de vi public.

De cœtu & concursu.

Qui cœtum C & concursum fecerit, capitale sit. 1 *controuers.* 8 [C adde *l.* 4 *ff. de vi.*

Lex non D eum punit, propter quem cœtus factus est: sed eum, à quo cœtus factus est 3 *contr* 8 [D adde *l.* 1 § 4 *ff. ad l. Iul maiest. l.* 5 *ff. de vi publ. l.* 4 *ff de vi pri. l.* 4 §. 3 *ff. vi bonor rapt.*

Non E quoties conuenerunt in aliquem locum plures, cœtus & concursus est: sed quoties conuocati quoties parati quasi ad ducem suum concurrerunt: non si vna vicinia coit, aut si transeuntium paucorum numerus affluxit, sed vbi totus aut ex parte magna populus, vbi diuisa est in partes ciuitas. Cœtus multitudinis magnę nomen est, coeuntis ex consensu quodam 3. *contr* 8. [E Vide tamen *l.* 4 §. 3 *ff. vi bonor raptor. l.* 4. *ff. ad l. Iuliam de vi publ.*

De latronibus.

Non minus latro, cuius telum opposita veste elusum est *in sapient. non cader.* 7

voluptates

Voluptates inulsissimas habe latronum more (quos Philistas Ægyptij vocant) in hoc nos amplectuntur, vt strangulent *epist. 52. in fin.*

Latro est etiam, F antequam manus inquinet, quia ad G occidendum iam armatus est, & habet spoliandi atque interficiendi voluntatem. Executur & aperitur opponere nequitia non incipit. 5. *de benef.* 14. [F adde l. 17 *ff. de pœnis.* l. 10 *ff. ad l. Iul. de vi pub.* [G adde l. *qui cum telo* 7. *Cod. ad l. Corneliam de sicariis.* l. 1 *ff. ad l. Cornel. de sicariis.*

De piratis & speculatoribus.

Non est credibile temperasse à libidine piratas, A omni crudelitate efferatos, quibus omne fas nefasque lusus est, simul terras & maria latrocinantes: quibus in alienum impetus per arma est, iam ipsa fronte crudeles, & humano sanguine assuetos, præferentes ante se vincula & catenas, & grauia captis onera 1 *contr.* 2. [A De piratis: *vide l. post liminium.* 19. § 2 *ff. de captiuis & postliminio reuersis.* à piratis capti, liberi permanent.

Timendum est, ne hæc speculatrix, B & piratis omnes occasiones indicet 1. *Controuers.* 6 [B adde l. *omne delictum.* 9 § *exploratores.* 4 *ff. de re militari.*

AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS & veneficiis. Tit VIII.

Veneficium vetitum.

Lex A Cornelia, te appello. Ecce hæres iubet quod B tu vetas. 3. *contr.* 9. [A Intelligit legem Corneliam de sicariis & veneficiis. qui punit venenum, necandi hominis causa facientes, vendentes, habentes. *l. 3. Digest. ad l. Cornel. de sicariis.* [B subaudi venenum dare.

Æger dominus petiit à seruo vt sibi venenum daret, non dedit, cauit testamento, vt ab hæredibus crucifigeretur. 3. *contr.* 9.

Aliquis mihi venenum dedit, sed vim suam remixtū cibo perdidit venenum illud dando sceleri se obligauit, etiamsi non nocuit. *in sap. non cad. in.* 7.

Filio furenti & sua membra lanianti, pater venenum dedit? accusatur malæ tractationis. 3. *contr.* 27.

Venenum nemo obiicit, nisi C datum 3. *contr.* 9. [C subaudi hominis necandi causa. *l. 5. ff. de sicariis.*

De maleficis & mathematicis.

Apud nos in 12 tabulis cauetur, ne D quis alienos fructus excantassit. rudis adhuc antiquitas credebat, & attrahi imbres cantibus, & repelli: quorum nihil posse fieri tam palam est, vt huius rei causa nullius Philosophi schola intranda sit. 4. *nat.* 7. [D De frugum excantatione dixi ad legem 12 Tabularum ex Plinio 28 c 2 Seruio in Eclogam 8. Virgilij: illo versu: Atque satas alio vidi traducere messes. *Augustino 8. de ciuitate* 19. & Tibullo, illo versu: Cantus vicinis fruges traducit ab agris.

Votum impium sceleris vicem sustinuisse.

In quibusdam ciuitatibus impium *votum* E *sceleris vicem* senuit. Demades certe Athenis, eum qui necessaria funeribus venditabat, damnauit: cum probatum ei esset, magnum lucrum optasse, quod contingere illi sine multorum morte non poterat. quæri tamen solet, an merito damnatus sit: fortasse optauit, non vt multis venderet, sed vt care vt paruo sibi constarent quæ vendituras esset. cum constet negotiatio ex empto & vendito, quare votum eius in vnam partem trahis, cum lucrum ex vtraque sit? Præterea omnes, licet, qui in ista negotiatione sunt, damnes (omnes enim idem volunt,) idem intra se optant, magnam hominum partem damnabis. Quod enim non ex alieno incommodo lucrum? Miles bellū optat in gloriam, agricolam annonæ caritas erigit; Eloquentiæ pretium, litium numerus: medicis grauis annus in quæstu est: institores delicatarum mercium, iuuētus corrupta locupletat. Nulla tempestate, nullo igne lædantur tecta, iacebit opera fabrilis; Vnius votum deprehensum est, omnium simile est. An tu Aruntium & Aterium & cæteros qui captandorum testamentorum artem professi sunt, non putas eadem habere quæ designatores & libitinarios vota, &c. 6 *de benef.* 37. *in fin.* & 38. [E sic Claudiam, insontem crimine, votum impium subuertit: Quia cum à ludis domum rediēs turba eliderctur, optauerat vt frater suus, maritimarum virium Romanarum præcipua iactura reuiuisceret, sæpiusque consul factus, infœlici ductu nimis magnam vrbis frequentiam minueret. *Liuius* 19. *Valer.* 8. c 1. *Gellius* 10. c. 6. *Suet. Tiberio.* De voto aduersus principem, dixi *Titulo ad l. Iuliam maiestatis.*

DE LEGE POMPEIA DE PARRICIDIIS. Tit. IX.

Parricidium detestandum.

Audiuimus detestabili parricidio furuum A diem. 1. *con.* Senec.

trou 1. [A furuum accipit pro atro. Inde furtum, à furuo, hoc est, atro, quod noctu fiat. l. 1. ff. de furtis.

De eo qui filium flagellis occidit.

Erixonem equitem Romanum memoria nostra, quia filiū suum flagellis occiderat, populus in foro graphiis confodit 1. *de clem.* 15.

Parricidij reus est, malle mori, quam patrem videre

Reus est parricidij, qui mauult mori, quam patrem videre 7 *contr.* 3.

Parricidij pœna, & apud quos ea non fuerit.

Pater tuus plures intra quinquennium culeo A insuit, quam omnibus seculis insutos accepimus multo minus audebant liberi nefas vltimum admittere, quandiu sine lege crimen fuit: summa enim prudentia altissimi viri C & rerum natura peritissimi, maluerūt velut incredibile scelus & vltra audaciam positum præterire, quam dum vindicant, ostendere posse fieri. Itaque parricidæ cum lege cœperūt & illis facinus pœna monstrauit. Pessimo loco pietas fuit, postquam sæpius culeos vidimus quam cruces 1. *de clem.* 23. [A pœna fuit parricidæ *l. pœna parr. cidij.* 9 *ff. de lege Pompeia de parricidiis.* vbi dixi [C vide 3. *Coniectanearum.* vbi scripsi.

In Parricidio deprehensum à patre relegatum, annuum illi pro more additum.

Tarium qui filium deprehēsum in parricidio exilio damnauit, causa cognita nemo non suspexit: quod contentus exilio, & exilio delegato Massiliæ parricidam continuit, & annua illi præstitit, quanta præstare integro solebat. 1. *de clem.* 15.

De nouercalium priuignos odio.

Nouercæ D nunquam satis priuignus occiditur 8 *contr.* 1. [D Hinc nouercale odium l. *non est enim. ff. de inoffic. testa. Inuenitur sacyra 6. iam iam priuignum occidere fas* est. & illud: Lurida terribiles miscent aconita nouercæ.

AD L. IVLIAM PECVLATVS, ET DE SAcrilegia. Tit. XIII.

Sacrilegia minuta & magna.

Sacrilegia minuta puniuntur, magna in triumphis feruntur. *epist* 88

Sacrilegium quando admissum sit dicendum.

Omnia quidem Deorum sunt, sed non omnia dijs dicata. In his obseruatur sacrilegium, A quæ religio numini adscripsit: Totus mundus, deorum est immortalium templum. & tamen à sacris prōfana discernuntur. Nec omnia licent in angulo (cui nomē fani impositum est) quæ in cōspectu syderum licent. Iniuriam sacrilegus Deo quidem nō potest facere, (quem extra ictum sita diuinitas posuit,) sed tamen punitur: quia tāquam Deo fecit. Opinio illum sua ac nostra obligat pœnæ 7. *de benef.* 7. [A Sacrilegiū accusatori est aliquid rapuisse de sacro: reo vero, est aliquid surripuisse sacri. 7. *Quintilianus* 3.

Sacrilegorum multitudo.

Nihil in rerum natura tam sacrum est, quod sacrilegum non inuenit. 2 *in sap. non cad. minor* 3

Sacrilegos omnes esse Bion modo colligebat, modo neminem de quo vide 7. *de benef* 7.

AD SENATVSCONSVLTVM TVRPILlianum Tit XVI.

De eo qui accusatorem submisit, ac subinde submouit.

Si accusatorem submitteres, A quem deinde submoueres, si aliqua lite illum implicares, quam subinde dirimeres, nemo de tuo scelere dubitaret. 6. *de benef.* 27. [A Incidit in hoc senatusconsultum, qui accusatorem submittit aut instigat, aut qui mandat alicui, & instruit eum ad accusationem capitalem & cæt. l. 1 § *incidit ff ad senatusc. Turpill.*

DE POENIS Tit XIX.

Pœna vel à natura constituta maleficijs omnibus.

Aduersus maleficium omne consensimus; & homicidij, veneficij, parricidij violatarū religionū, alibi atque alibi diuersa pœna est, sed alibique aliqua 3. *de benef.* 6.

Scelera habent leges suas 7. *de benef* 17.

Pœnæ cur infligantur reis.

Nemo prudens punit, quia A peccatum est: sed ne peccetur. Reuocari enim præterita non possunt. futura prohibētur. 1. *de ira.* 16. [A Puniendi peccatis tres causæ νουθεσία, κόλασις (quæ & τιμωρία) παράδειγμα quæ & παράδειγμα 6. *Gell.* 14. Duas tantum Plato posuit in Gorgia κόλασιν καὶ παράδειγμα.

Satius est prodesse malis propter bonos, quam bonis deesse propter malos. 4. *de benef* 28.

Vbi discrimen inter malos bonosque sublatum est, confusio sequitur, & vitiorum eruptio 1. *de clement.* 2.

Punire in alio quæ ipsi faciamus, turpe.

Turpe est sic castigare vitia, vt imiteris 2 *contron* 7.

Inauditum nemo perire debet.

Cur me submoues ante actionem, cum nec proditores inauditi B pereant? 10. *controuers.* 6 [a sic inauditum filium pater occidere non potest. *l.* 2 *ff. ad l. Cornel. de sicarys vbi dixi.*

In puniendo causa, non fortuna spectanda.

Semper nos in malis non fortunam, sed causam spectauimus 9. *contr.* 1.

Non coercet vitia, qui prouocat. 2. *contr* 7.

Impunitatis genus est, iam non habere pœnæ locum. 1. *de clementia.* 22.

De Vltione.

Inhumanum verbum & quidem pro iusto receptum, vltio, & contumelia non differens, nisi ordine, 2. *de ira.* 32.

Vltio duas res præstare solet: aut solatium affert ei qui accipit iniuriam, aut in reliquum securitatem 1. *de clem.* 21.

Damnare libenter, cito, iniquè, nimis frequenter.

Prope est vt libenter damnet, qui cito: prope vt iniquè puniat qui nimis. 1 *de clem.* 14.

Frequens vindicta paucorum odium reprimit, omnium irritat. 1. *de clementia* 8.

Damnaturi Iudicis iuramentum.

Damnaturi iurant, nihil se gratiæ, nihil se precibus dare. 9 *contr.* 2.

Supplicij legitima verba & hæc consequentia

Legitima supplicij verba, summoue lictor *& post* verbera: *& post.* despolia, *& post.* animaduerte. age lege. 9. *contr.* 2.

Interim virgæ promuntur, & victima crudelitatis ante mensam ac Deos C trucidatur. 9. *contron* 2. *& post*: Describit qualiter in foro decolletur, ascēdit prætor tribunal, inspectante prouincia, noxiæ post terga ligantur manus, stat intento ac tristi omnium vultu, fit a præcone silentium adhibentur deinde legitima verba, canitur ex altera parte classicum. 9. *contr.* 2. [c Quorum imagunculæ in mensa poni consuetæ. Arnobius: Sacras faciunt mensas salinorū apposito & simulachris Deorum.

Ne a sobrio quidem victore percussus est. *& post.* Bibe lictor, vt fortius ferias 9. *cont* 2.

Tempus supplicijs ac locus.

Nullum tempus est, quo nocens perire non debeat 9. *contr* 2.

Ne de seruo quidem aut captiuo omni loco aut omni genere, aut per quos libebit, aut cum quibus libebit, supplicium sumi fas est: adhibeturque magistratus ad ea, ob custodiam, non lætitiam. 9 *contr* 2.

Scelus est in conuiuio damnari hominem: quid est occidere ad arbitrium meretricis? 9. *contr* 2.

Humanitas in sententijs sequenda.

Quicquid æquo plus futurum est, in A partem humaniorem præponderet. 1. *de clem.* 2. [A Interpretatione legum pœnę molliendæ potius, quam exasperandæ *l.* 41 *ff. hoc titulo.*

De decem diebus inter damnationem & supplicium.

Credis ne illum decem B medios vsque ad supplicium dies sine sollicitudine vlla exegisse: Ludebat latrunculis, cum centurio agmen periturum trahens, & illum quoque citari iuberet, vocatus numerauit calculos: Vide, inquit, ne post mortem meam mentiaris te vicisse. Tum annuēs centurioni, testis, inquit, eris, vno me antecedere 1. *de tranq.* 14. [a Qui vltimo supplicio dānabantur, statim & ciuitatem & libertatem amittebant qui casus præoccupabat mortem, & nonnunquam longum tempus occupabat: quod accidebat in personis eorum, qui ad bestias dānabantur: sæpe etiam seruari solebant post damnationem, vt ex his in alios quęstio haberetur. Gaius in *l.* 29. *ff. de pœnis.* Postea senatuscōsulto certum tempus adiectum est: cautumque vt pœna damnatorum in decimum diem differretur. Suetonius *Tiberio* 75. *Dion.* 57 An id tempus in tricesimum diem postea extensum est indistincte: ita censet Lipsius, à quo iure dissentio. Lex enim, si vindicari, Cod de pœnis, vt eius contextu liquet: ad damnationes & sentētias imperatorias referenda: nec ad eas tantum, sed quę præter consuetudinem seueriores erant Porro quod de decem diebus hic dicitur, Sidonius Apollinaris in epistolis, tribuit senatusconsulto Tiberiano

Non puniuntur scelera ante effectum.

Omnia scelera & ante effectum operis, quantum culpæ c satis est, perfecta sunt *in sap. non cad.* 5. [c Nec enim ad damnationem & supplicium satis est *l. cogitationis pœnam nemo patitur. hoc titulo,* nisi certis casibus, de quibus interpretes nostri in *l. quisquis. Cod. ad l. Iuliam maiestatis.*

Puniuntur scelera aliquando ante effectum.

Scelera, quamuis citra exitum subsederunt, puniuntur. 4 *contr.* 7.

Facti & facientis circumstantiæ.

Sæpe de facto bene existimamus, de faciente male 3. *de ira* 28.

Quis pœna eius mouebitur qui id commiserit, pro quo nemo misereri misericors potest 4. *de benef.* 37 *in fin.*

Idem delictum in duobus non eodem modo afficitur: si alter per negligētiam admisit, alter curauit vt nocens esset 1. *de ira.* 10.

Pœnæ species, pœnitere.

Maxima est factæ iniuriæ pœna, fecisse: nec quisquam grauius afficitur, quam qui ad supplicium pœnitentiæ traditur. 3. *de ira.* 27.

Correctio, admonitio.

Corrigendus est qui peccat, & admonitione, & vi, & molliter & aspere 1. *de ira* 13.

Nulla maior pœna, nequitiæ est, quam quod sibi ac suis displicet *epist* 42. *in prin.*

Odium.

Hoc frequentissimum ingrati crimen nusquam punitur. Et hoc vbique improbatur neque absoluimus illud. sed cum difficilis esset incertæ rei æstimatio, tātum odio damnauimus, & inter ea reliquimus, quæ ad vindices deos remittimus. 3. *de benef.* 6

De publico odio

An vllum supplicium grauius existimas publico odio? 3. *de benef.* 17.

De crucis supplicio. Cruces non vnius generis fuisse, & quomodo.

Video istic *cruces* non vnius quidem generis, sed aliter ab aliis fabricatas, alij capite conuersos in terram suspēdere, alij per obscœna stipitem egerūt, alij brachia patibulo explicuerunt video fidiculas, video verbera, & membris & singulis articulis, singula dolorum machinamenta. *ad Mart.* 20.

Mecœnas non recusat acutam crucem, dummodo inter hæc mala spiritus prorogetur. *& post*: Suffigas licet, & acutam sessuro crucem subdas, est tanti patibulo pendere destrictum? *& post*: Inuenitur aliquis qui malit inter supplicia tabescere, & perire membratim, & toties per stillicidia amittere animam, quam semel exhalare. Inuenitur qui velit adactus ad illud infelix lignū, iam debilis, iam prauus, & in fœdum scapularum ac pectoris tuber elisus, cui multę moriendi causę etiam citra crucem erant, trahere animam tot tormenta tracturam. *epist.* 102.

Refigere se crucibus conantur, in quas vnusquisque vestrum clauos suos ipse adigit ad supplicium tamen acti stipitibus singuli pendent. *de vit. beat.* 19.

Figunt cutem claui, & quocunque fatigatum corpus reclinauit vulneri incūbit, & in perpetuam vigiliam suspēsa sunt lumina *de prudent* 3.

De Stigmatum inscriptione.

Philippus Pausaniæ mādat improbissimo militi, stigmata A inscriberet, ingratum hospitem testantia. 4. *de benef.* 37. [A in manibus & suris, scribi damnati in metallum possunt, non in facie. *l. si quis in metallum. Cod. de pœnis.*

Castigatio.

Non aliquando castigatio necessaria est? Quidni? sed hęc sincera cum ratione: non enim nocet, sed medetur specie nocendi. 1. *de ira* 5.

De saxo deijci.

De saxo A deiici 1. *controuers.* 3. [A Non potest hodie quis sic damnari. vt de saxo præcipitetur. *l. si diutino* 25. § 1. *ff de pœnis.*

Saxo deiectus, si non perierit, vtrum repeti ad pœnam possit. vide. 1 *contron.* 3.

Verberibus admonere.

Admonere B verberibus. 1. *de clem.* 14. [B sic fustium admonitio dicitur in l. *veluti.* 7 *ff. hoc titulo.*

De Lautumiis.

Rogauit vt in Lautumias transportetur. Ne, inquit, quemquam vestrum decipiat nomen ipsum Lautumię, minime lauta res est 9 *contr.* 4.

Securi trecentos vna die percussit.

Volesus nuper sub Diuo Augusto proconsul Asię, cum trecentos vna die securi percussisset, incedens inter cadauera vultu superbo, quasi magnificum conspiciendumque fecisset, grœce conclamauit, O rem regiam. 2. *de ira.* 5.

ferrum

Ferrum, ignis, cathena, fera, carcer, crux, eculei, vncus, stipes per medium hominem adactus, & per os emergens: Cruribus actis extracta membra. Tunica alimentis ignium illita.

Ingens mali pompa est. Ferrum circa se & ignes habet, & catheuas & turbam ferarum, quam in viscera immittat humana. Cogita hoc loco carcerem & cruces & eculeos & vncum, & adactum per medium hominū, qui per os emergat stipitem & extracta in diuersum actis curribus mēbra, illam tunicam alimentis ignium & illitam & intextam, & quicquid aliud præter hæc commenta sæuitia est *ep. 14.* [B *sulphur, picem & cætera eius generis, intelligit*

Carnifices, flagella, eculei machinamenta singula, singulis articulis instrumenta excarnificandi particulatim hominis

Quid tu mihi gladios & ignes ostendis & turbam carnificum circa te fremeutium? quid tu mihi flagella & eculeos magno paratu explicas? quid tu singulis articulis, singula machinamenta, quibus extorqueantur aptas & mille alia instrumenta excarnificandi particulatim hominis? nempe dolor est, quam podagricus ille contemnit, quem stomachicus ille in ipsis delicijs perfert, quem in puerperio puella perpetitur. Leuis est, si ferre possum: breuis est, si ferre non possum *epist. 24. in f.*

Flamma, eculeus, lamina impressa vulneribus renouandis.

Quicquid vis nunc licet dicas, distillationes & vim continuæ tussis egerentem viscerum partes & febrem præcordia ipsa torrentem, & sitim & artus in diuersum articulis exeuntibus tortos: plus est flamma & eculeus & lamina & vulneribus ipsis intumescentibus, quod illa reuocaret & altius vrgeret impressum: inter hæc tamen aliquis non gemuit, non rogauit, non respondit parum est, risit: & quidem ex animo. *epist. 79.*

Aures & nasum abscindere.

Lysimachus Telesphorum Rhodium, amicum suum detruncatum, cum aures illi nasumque abscidisset, in cauea velut nouum animal aliquod & inusitatum diu pauit, cum oris detruncati mutilatique deformitas humanam faciem perdidisset *3. de ira 17.*

Vnco capi.

Puto æque qui in odoribus iacet, mortuus est, quam qui rapitur vnco. *ep. 83.*

Os inserta spongia damnatis includere.

Nemo certe inuenietur alius qui imperauerit his, in quos animaduerti debebat os inserta spongia includi, ne vocis emittendæ haberent facultatem cui vnquam morituro nō est relictum, quod gemeret? *3. de ira 19*

Differre pœnam.

Crudelitas acerbissima est, quæ trahit pœnam: misericordiæ genus, cito occidere *2 de benef. 5*

Excusationes a pœna & de pœnis temperandis vel minuendis. de pueritia, ætate, sexu, libertate, familiaritate.

Maior est excusatio & iustior, hominem esse, quam puerum. *2. de ira 9.*

Puerum ætas excuset, fœminam sexus, extraneum libertas, domesticum familiaritas *3. de ira. 24.*

Error publicus.

Quidni habeant excusationem, cum publica via errauerint. *2. de ira. 9.*

Multitudo peccantium.

Pudorem rei tollit multitudo peccantium, & desinit esse probri loco commune maledictum. *3. de benef. 16.*

C. Cæsar Pastoris, splendidi equitis Romani filium cum in custodia habuisset, munditijs eius & cultioribus capillis offensus rogāte patre, vt salutem sibi filij cōcederet, quasi de supplicio eius admonitus, ad mortē duci iussit *& post* Dignus fuit cui permitteret à conuiuio ad ossa filij legenda concedere, ne hoc quidem permisit *2 de ira 33.*

Omnes peccare.

Sapientissimi quoque viri multa delinquunt. nemo est tam circumspectus, cuius nō diligentia aliquando sibi ipsi excidat: nemo tam maturus, cuius non grauitatem in aliquod feruidius factum casus impingat: nemo tam timidus offensarum, qui non in illas dum vitat, incidat *3. de ira. 25.*

Venia

Venia, est pœnæ meritæ remissio. *2 de clementia. 7.*

De Carnifice. Carnifex poscens manum.

Magna verba exciduot, cum tortor poscit manum: cum mors propior accedit, cum sonant flagella, gladius micat. *epist. 83.*

Carnifex plura instrumenta doloris exponens.

Plus agit tortor, quo plura instrumenta doloris apposuit Senec.

specie enim vincunt, quibus patientia restituissent. *ep. 14.*

Inter carnifices habitare

Quemadmodum inter tortores habitare nolim, sic ne inter popinas quidem *epist. 52*

Carnifici superstes.

Aliquis carnifici suo superstes fuit *ep 19*

Ex patibulo spectatores conspuere.

Quidam ex patibulo spectatores suos conspuerunt. *de vit beat 19*

DE BONIS DAMNATORVM. Tit XX

Seiano nihil superfuit, quod A carnifex traheret *1 de tranquil. 11.* [A Hoc ad rationem & causam particularem refero de qua lex *6. in pr ff. de bonis damnatorum*

Magnum pietatis argumentum, filio charus pater, etiam post a supplicium *8 contr. 1.* [B Possis hoc referre ad cadauera punitorum, quæ proximi, imo quique petere solent sepulturæ causa, *l. 1 2 3 ff de cadaueribus punitorum.*

Dignus fuit cui permitteret à conuiuio ad ossa filij legenda concedere Ne hoc quidem permisit *2 de ira. 33.*

DE INTERDICTIS ET RELEGATIS. Tit XXII.

De exilio.

Exilium A Metellus fortiter tulit, Rutilius etiam libenter *epist 24* Exul fiam tibi me natum putabo, quo mittar. *ibid.* [A Exilium triplex: est enim interdictio certorū locorum, vel omnium, vel certi loci assignatio, *l. exilium. 5 ff. de interdictis & relegatis.*

Malo, inquit Rutilius, vt patria mea exilio meo erubescat, quam reditum mœreat *6 de benef. 37.*

LIBER XLIX.

DE APPELLATIONIBVS. Tit. I.

Appellare ad populum à rege.

AEque notat Philologus in libro de Repub Ciceronis, prouocationem A ad populum etiam à regibus fuisse. Id ita in pontificalibus libris aliqui putant, & Fenestella *ep 109* [A adde *l. 2 § 2 ff de orig. iur.*

Ad populum victi prouocabant.

Non faciam quod victi solent, vt prouocem ad populum *epist. 118.*

DE IVRE FISCI. Tit XIV.

Res fiscales, quasi propria ac priuata principis.

Cæsar omnia habet: fiscus A eius, priuata tantum, ac sua: & vniuersa in imperio eius sunt. Quid eius, si quid non sit, sine diminutione imperij quæritur nam id quoque quod tanquam alienum iudicatur, aliter illius est *7. de benef. 6.* [A *Vide l 2. §. hoc interdictum ff ne quid in loco publico.*

Fiscus. Fisci accessio

Qualia quisque habet, talis est, fiscus tanti est. quantum habet imo in accessione eius venit quod habet Quis pleno saculo vnum pretium ponit, nisi quod pecuniæ in eum conditæ numerus effecit? *epist 88.*

DE RE A MILITARI. Tit XVI.

[A De militia & re militari, plura vide Titulo Politicon infra

Transire in aliena castra: Transfuga, explorator.

Soleo in aliena castra transire, non tanquam transfuga, B sed tanquam explorator C *epist. 2. in fin.* [B De transfugis adde *l. proditores. 7. ff de re militari* dixi ad *Nouellam Leonis. 67.* [C exploratores qui secreta nunciant hostibus, proditores sunt, & capitis pœnas luunt. *l omne delictum 6. §. exploratores ff. de re militari.*

In procinctu stare.

Honestum, securum & expeditum est, interritum est, in procinctu stat. *epist. 75*

LIBER I

AD MVNICIPALEM, ET DE INcolis Tit I.

NOn A omnes cotis admittit. *epist. 44* [A Municipē facit aut natiuitas, aut manumissio, aut adoptio. *l 1 ff hoc titulo.*

Roma B velut communis patria est. *c. 6. ad Albin.* [B Sic Iurisconsultus: Roma communis nostra patria est. *l 33 ff. hoc titulo*

Puta aliter fieri non posse me magistratum, quam si decem captiuos ciues ex magno captiuorum numero redemero *6. de benef. 15.*

DE IVRE IMMVNITATIS. Tit. VI.

Si princeps ciuitatem dederit omnibus Gallis si immunitatem Hispanis, nihil hoc nomine singuli debebūt quidni debeant? debebunt autem non tanquam proprium beneficium. *6. de benef. 17.*

Miscellæ de immunitatibus.

Vrbibus claris ius integrum libertatemque cum immunitate Rōma reddere solita 5 *de benef. 16. in fin.*

Cæcus publico mille denarios accipiat 3 *contr.* 1.

Audies plerosque dicentes: A quinquagesimo in otium secedam, sexagesimus annus ab officiis me demittet · & quem tandem longioris vitæ prædem accipis? *& post:* Quæ tam stulta mortalitatis obliuio, in sexagesimum annum differre sana consilia? *de breuitate vitæ 4*

DE NVNDINIS Tit XI.

Nundinis lauare soliti.

Toti nundinis tantum lauabantur: brachia & crura quotidie abluebant, quæ scilicet sordes opere collegerant. *epist. 87*

DE POLLICITATIONIBVS. Tit. XII.

Votis solennibus appositi custodes & observatores.

Quid pulchrius est quam viuere optantibus cunctis, & vota A non sub custode nuncupantibus? *de clementia 19.* [A De votis & voti obligatione, & qui voto obligentur, & quousque, & de voto decimarum vide l. si quis rem aliquam vouerit hoc Titulo.

Vota sacerdotibus mandata

Pro B libertate vota facienda sunt, captiuæ mandabitis? Pro pudicitia vota facienda, prostitutę mādabitis? Pro militibus vota facienda sunt, isti mandabitis. 1. *contr.* 2. [B Vota eadem ratione facta pro salute principis. *l. si caluitur. 233 § post Kalendas Ianuarias ff de verborum signifi.*

De votis, vide quædam alia, quæ Tit Theologicon supr. adscripsi.

De votis adde quædam alia, quæ adscripsi Titul ad l. Iul. maiestatis: & ad Titulum de pœnis.

DE EXTRAORDINARIIS COGNItionibus. Tit. XIII.

An liberale C studium istud esse iuuentuti nostræ credimus, quam maiores nostri rectam exercuerunt? hastilia iacere, sudem torquere, equum agitare, arma tractare? Nihil liberos suos docebant, quod discendum esset iacentibus. sed nec hæ, nec illæ docent aluntve virtutem. Quid enim prodest equum regere, & cursum eius fræno temperare, affectibus effrænatissimis abstrahi? Quid prodest multos vincere cestu, ab iracundia vinci? *epist 89* [C Liberalia studia accipimus, quæ Græci ἐγκύκλια appellant. *l. 1. in prin. ff. hoc Titulo.*

Quicquid aut præmij aut honorum nomine datur, in vtramque partem sumi liceat: alioquin desit præmiū esse, cui necessitas iungitur 1 *contr.* 8.

DE PROXENETICIS. Tit. XIIII.

Æs alienum facias oportet, sed nolo per intercessorem mutueris. Nolo *Proxenetæ* A nomen tuum iactent *epist. 120* [A sic proxenetæ nominis faciendi *l. 2 ff. de proxeneticis.*

DE CENSIBVS. Tit. XV.

Capite censeri.

Sapientis animus, si hoc ius quotidianum intuemur, capite censebitur: multum tamen interest, possessio eius animo ac magnitudine æstimetur, A an censu *7. de benef. 8.* [A De forma censuali, & quemadmodum possessionis cuiusque æstimatio in censum refertur? vide *l 4. ff. hoc Titulo.*

Ex censu citari

Non citamur ex censu, a nec exigitur numerus annorum *de remed fort.* [B Ætatem in censendo significari necesse erat: quia quibusdam ætas tribuit, ne tributo onerentur, veluti in Syris a 14. annis masculi, a 12 fœminæ, vsque ad sexagesimum quintum annum tributo capitis obligantur. ætas autem spectabatur censendi tempore. *l. ætatem 3. ff. de censib.*

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE. Tit. XVI.

Alienum æs.

Æs *alienum* habere, dicitur, & A qui aureos debet, & qui eorū forma publica percussum: quale apud Lacedæmonios fuit, quod vsum numeratæ pecunię pręstat. *5. de benef 14. in fin* [A Etiam aureos æs dicimus *l. 159 ff. de Verb. sign.*

Alienum.

Alienum est omne, quicquid optando venit. *epist. 8.*

Beneficium.

Beneficium, est beneuola B actio, tribuens gaudium, capiensque tribuēdo, in id quod facit prona & spōte sua parata. *1 de benef 6.* [B Hæc definitio refertur. 2 *feudorum* 24.

Bona fides.

Nunquam bona fide vitia mansuescunt *epist. 86.*

Boni viri.

Omnes candidatos *bonos viros* dicimus *epist. 3.*

Bona & Commoda.

Alia est commodorum conditio, alia bonorum. *Commodum* est, quod plus vsus habet, quam molestiæ. *Bonum* sincerum esse debet. Non est id bonum, quod plus prodest: sed quod tantum prodest. Propterea commodum & ad animalia pertinet, & ad imperfectos homines, & ad stultos. Itaque potest ei esse incommodum mixtum *epist. 88.*

Debere

Verbum *Debere*, non habet nisi inter duos locum. *5. de benef 8.*

Dominus

Obuios, si nomen non succurrit, dominos salutamus *epist. 3.*

Integer.

Lex integrum ad animum refert, non ad corpus *4. controu. 2*

Messala.

Valerius Coruinus primus Messanam vicit, & primus ex familia Valeriorum, vrbis captæ in se translato nomine, Messana appellatus est: paulatimque vulgo permutante litteras, *Messala* dictus est *de breuit. vitæ 13.*

Meum.

Non ideo quod habeo, meum est, si meum tuum non est. potest enim idem esse meum & tuum. *7. de benef. 5.*

Præstitisse.

Verbum *Præstitisse*, ad alios spectat. *5. de benef 10.*

Reddere.

Reddere, A est rem pro re dare. *6. de benef. 4.* [A adde l. verbo reddendi 94 ff *hoc Titulo.*

Referre.

Referre, est vltro quod debeas, afferre. *ep 81.*

Rogare.

Molestum verbum est, onerosum, & demisso vultu dicendum, Rogo. *2. de benef. 2.*

Tuum.

Non est argumentum, ideo aliquid *tuum* non esse, quia vendere non potes, quia consumere, quia mutare in deterius aut melius non potes: tuum enim est etiam, quod sub lege certa tuum est *7. de benef 12.*

Non est tuum, fortuna quod fecit tuum. *epist. 8.*

DE DIVERSIS REGVLIS IVRIS antiqui. Tit. XVII.

Regula.

Nisi ad regulam prava non corriges. *epist 11. in fin.*

Velle, nolle, non nolle.

Si vis scire an velim, effice vt possim nolle. B *2. de benef. 18.* [B Sic Vlpianus. Eius est, non nolle, qui potest velle. dixit ad *l. 3. Digest. hoc titulo.*

Non ideo minus vult, qui non potest nolle, & ce quę ibidem vide: *6. de benef 21.*

Licita, illicita.

Quędam quæ licent, tempore & loco mutato nō licent. *9. contr. 2.*

Damnum: præmium.

Eius debet esse damnum, cuius est præmium 3 *contr.* 6. Non est iniquum eius rei tibi iniuriam imputari, cuius fructum percepisti.

Dare quod non habeas.

Nemo C potest quod non habet, dare *5. de benef. 12. in fin.* [C Vide *l 54 120 ff de reg. iur.*

Iure & lege factum

Quod iure fit, rectum est: & quod sine iure quoque rationem habeat, recte fit *2 controu. 1.*

Tutus D est qui lege fecit *2. controu. 6.* [D Nullus videtur dolo facere, qui suo iure vtitur. *Gaius in l. nullus. 55. Digest hoc Titulo.*

Necessitas.

Ad quædam nulla debet necessitas compellere. *7. controuers. 2.*

Obligatio.

Nemo in id accipiendo obligatur, quod illi repudiare non licuit. Si vis scire an velim, effice vt possim nolle. 2. *de benef.* 18.

Variare, & consilium mutare.

Non est leuitas à cognito & damnato errore discedere: & ingenue fatendum est, aliud putaui, deceptus sum. Hæc vero peruersæ stultitiæ perseuerantia est, quod semel dixi qualecunque est, fixum ratumque sit. Non est turpe cum re mutare consilium 4. *de benef.* 38.

Verisimilia sequi.

In arduo est veri exploratio. Eà imus, quà ducit verisimilitudo. A Sic serimus, sic nauigamus, sic militamus, sic vxores ducimus, sic liberos tollimus. Cum omnium incertus sit euentus, ad ea accedimus, de quibus bene sperandum esse credimus. Quis enim pollicetur serenti prouentum, nauiganti portum, militanti victoriam, marito pudicam vxorem? sequimur quà similitudo veri, non quà veritas trahit. 4. *de benef. cap.* 33. [A sic in obscuris inspici solet quod verisimilius est, aut quod plerumque fieri solet. *l. in obscuris* 114. *ff. hoc tit.*

Otium.

Difficilius homines à se otium impetrant, quam à lege. *de breuit. vitæ* 20.

Circumscriptio.

Semper circumscriptio per ius ad iniuriam venit 6. *controuers.* 3.

Inuitus.

Non semper licet dicere, Nolo: aliquando beneficium B accipiendum est & inuito 2. *de benef.* 18. [B Inuito tamen beneficium non dari scribit Paulus, *l.* 69. *ff. hoc titulo.*

Nemo libenter dat inuitis. 3 *de benef.* 13.

Opus pulcherrimum, inuitos volentesque seruare. 2. *de benef.* 14.

FINIS IVRIDICORVM.

LOCI COMMVNES SEV LIBRI AVREORVM DE VIRTVTE, & MORIBVS, SEV DE HIS QVÆ AD ETHICA PERTINENT: EX Seneca, authore Dionysio Gothofredo, I. C.

DE PHILOSOPHIA.

De laude Philosophiæ, & ad eam amplectendam cohortatio.

VTINAM, quemadmodum vniuersi mundi facies in conspectum venit, ita Philosophia tota nobis posset occurrere, simillimum vel mundo spectaculum profecto enim omnes mortales in admirationem sui raperet. Sed quia contingere hoc non potest, sic erit à nobis aspicienda, quemadmodum mundi secreta cernuntur *epist.* 60.

Relinquantur illæ artes, quæ propositum habent placendi populo, Philosophia adoretur 7. *epist.* 53.

Philosophiæ definitiones.

Philosophia, sapientiæ amor est, & affectatio *epist.* 90.

Philosophia sacrum quiddam est & venerabile, vt etiam si quid illi simile est, placeat *epist.* 56.

Quid Philosophia, nisi vitæ lex? *epist.* 95.

Philosophia, bonum consilium est. *epist.* 37.

Philosophia, vltimum est instrumentum, & vt ita dicam additamentum. A *epist.* 17. [A Quid ita? cum omnia habueris, tunc & sapientiam habere voles.

Philosophia, inexpugnabilis murus, quem fortuna multis machinis lacessitum non transit *epist.* 83.

Philosophiæ vis ac dignitas.

Nunquam in tantum conualescet nequitia, nunquam sic contra virtutes coniurabitur, vt non Philosophiæ venerabile & sacrum maneat *epist.* 14.

Philosophia omnibus præferenda est artibus rebusque. *epistol.* 19.

Philosophia omnibus lucet.

Philosophia non reijcit quempiam, nec eligit: omnibus lucet *epist.* 44.

Philosophia in faciendo, non in dicendo consistit: & in quibus faciendis consistat.

Facere docet Philosophia, non dicere: & hæc exigit, vt ad legem suam quisque viuat, ne orationi vita dissentiat vt ipsa inter se vita vnius coloris sit *epist.* 20 *in pr.*

Non Philosophiæ verba, sed opera tractanda sunt *epist.* 24

Philosophia non est populare artificium nec ostentationi paratum. non in verbis, sed in rebus est. *epist.* 16.

Philosophia quomodo prosit homini, etiamsi fatum admittatur

Dicet aliquis? Quid mihi prodest Philosophia, si fatum est? quid prodest, si Deus rector est? quid prodest, si casus imperat? Nam & mutari certa non possunt, & nihil præparari potest aduersus incerta, sed aut consilium meum Deus occupauit, decreuitque quid facerem, aut consilio meo nihil fortuna permittit. Quicquid est ex his, Lucili, vel si omnia hæc sunt, philosophandum est, siue nos inexorabili lege fata constringunt, siue arbiter Deus vniuersi cuncta disponit, siue casus res humanas sine ordine iactat, philosophia nos tueri debet. Hæc adhortabitur, vt Deo libenter pareamus, vt fortunæ contumaciter resistamus: hæc docebit, vt Deum sequaris, feras casum *epist.* 16.

Philosophiæ quantum debeamus; Philosophia munus Dei.

Deorum immortalium munus est, quod viuimus: philosophiæ, quod bene viuimus. Itaque tanto plus nos huic, quam dijs, quanto magis bona vita est, quam vita pro certo deberetur, nisi ipsam Dij Philosophiam tribuissent. Nam si hanc quoque bonum vulgare fecissent, prudentes nasceremur *epist.* 91 *in pr.*

Philosophia discitur non nobis innascitur.

Philosophia res non est beneficiaria. A *epist.* 90 [A Id est: non ab alio nobis obuenit aut datur, hanc sibi quisque parare debet.

Oratio Philosophi qualis esse debeat.

Oratio solicita Philosophum non decet. *epist.* 101.

Oratio Philosophi qualis esse debeat, vide *epist.* 40.

Oratio Philosophi qualis esse debeat, multis ostendit. *epistol.* 76.

Philosophia clamores non captat: non in syllabis est: non est philologia.

Quid turpius Philosophia captante clamores? *epist.* 53.

Turpissimum est, verba nos philosophiæ, non opera tractare. *epist.* 24.

Ludum literarium Philosophorum relinquunt, qui rem magnificentissimam ad syllabas vocant. *epist.* 72.

Quæ Philosophia fuit, facta Philologia est. *epist.* 109. [a Sic Epictetus dicere solebat, plerosque illos qui philosophari videntur, philosophos esse eiusmodi ἄνευ τοῦ πράττειν, μέχρι τοῦ λέγειν. factis procul, verbis tenus 17. *Gell.* 19.

Senec.

Philosophia arcana non omnibus prostituenda: & qui eius professores dignissimi sint.

Philosophiæ arcana admissis receptisque in sacra ostenduntur. Præcepta & alia eiusmodi profanis quoque nota sunt *epist.96.*

Damnum fecit Philosophia, postquam prostituta est: sed potest in penetralibus suis ostendi, si modo non institorem, sed antistitem nacta est *epist 53 in fin.*

Philosophiæ diuisio.

Philosophia diuiditur in scientiam & habitum animi. *epist.95.*

Aduersus philosophos nonnulla.

Philosophi credula natio *6 nat.26.*

Philosophi schola nonnullis diuersorium otij. *epistol. 109.*

Habitus antiquus philosophi, supercilia subducere, barbam dimittere, tristem esse ac pallidum asperum, incultum & intonsum caput, negligentior barba: indictum argento odium, cubile humi positum.

In hoc supercilia subduximus, in hoc barbam a demisimus: hoc est quod tristes docemus, & pallidi? *epist.49* [A Gellius 9 c 2. Adijt, inquit, nobis præsentibus, palliatus quispiam, & crinitus, barbaque prope ad pubem vsque porrecta, ac petit æs sibi dari ad panes emendos. Hunc Herodes interrogat, quisnam esset. Atque ille vultu sonituque vocis obiurgatorio, philosophum sese esse dicit: & mirari quoque addit, cur quærendum putasset quod videret. Video, inquit Herodes, barbam & pallium, philosophum nondum video.

Si ludum litterarium intraueris, scies ista quæ ingenti supercilio Philosophi iactant *epist 95*

Asperum, incultum & intonsum caput & negligentiorem barbam, & indictum argento odium, & cubile humi positum, & quicquid aliud ambitionem peruersam sequitur, deuita. Satis ipsum nomen philosophiæ (etiamsi modeste tractetur) inuidiosum est *epist.5.*

Philosophia non est artificium venale.

Nullos peius mereri de omnibus mortalibus iudico, quã qui philosophiam velut aliquod artificium venale a didicerunt. *epist* 109. [a Hoc primum profiteri philosophum oportet, *mercenariam operam spernere l 1.§ 4. ff de extr. cognitionib.* ideo rari sunt qui philosophentur. *l si duas.6.§ 7 ff. de excusat tut.*

Circulatores Philosophiam honestius negligerent, quam venderent. *epist* 29

Philosophiæ auditores qui inepti atque illepidi

Non nouimus quosdam, qui multis apud Philosophiam annis persederint, & ne colorem quidem duxerint? Quidni nouerim! Pertinacissimos quidem & assiduos, quos ego non discipulos Philosophorum, sed inquilinos voco. Quidam veniunt vt audiant, non vt discant: sicut in theatrum voluptatis causa. Magnam hanc auditorum partem videbis, cui Philosophorum schola diuersorium otij sit. Aliqui cum pugillaribus veniunt non vt res excipiant, sed verba. *epist.109*

Decreta & præcepta Philosophiæ quemadmodum differant

Quid interest inter decreta Philosophiæ & præcepta: nisi quod illa generalia præcepta sunt illa specialia. *epist.95.*

Philosophia neglecta

Nemo nostrum in altum descendit, summa tantum decerpimus, & exiguum temporis impendisse philosophiæ satis abundeque occupatis fuit *epist.60.*

Philosophiæ nomen inuidiosum.

Satis ipsum nomen Philosophiæ, (etiamsi modeste tractetur) inuidiosum est. *epist 5*

Philosophiæ vis & vtilitas

Ea philosophiæ vis est, vt non solum studentes, sed etiam conuersantes iuuet *epist.109.*

Philosophiæ seruias oportet, vt tibi contingat vera libertas, non differatur in diem. Qui se illi subiecit & tradidit, statim circumagitur. A hoc enim ipsum Philosophiæ seruire, libertas est *epist. 8* [A Vide 2. *Coniecturarum* vbi hunc locum exposui

Qui apud philosophum fuerunt, traxerint aliquid necesse est, quod prodesset etiam negligentibus. *epist 109.*

Aduoca philosophiam in consilium: succedet tibi, ne ad a calculos sedeas. *epist.17.* [a Id est: ne in ludis & tricolis sis occupatus

A Philosophia neminem paupertas arcet.

Licet ad Philosophiam etiam sine c viatico peruenire *ep.17.* [c Quid ita? vt eã consequamur, diuitijs non est opus.

Philosophia quemadmodum tractanda

Philosophia tranquille modesteque tractanda *epist.14*

DE SAPIENTIA

Sapientiæ vis quam late pateat, & quæ obiecta habeat

Sapientia totius naturæ notitiam, ac suæ tradit, quid sint Dij, qualesque, declarat quid inferi, quid lares & genij. quid in secundam a numinibus formam animæ prouectæ vbi consistant, quid agant, quid possint, quid velint. Hæc eius initiamenta sunt, per quæ non municipale sacrum, sed ingens omnium Deorum templum mundus iste reseratur. cuius vera simulachra, verasque facies cernendas mentibus protulit. nam ad spectacula tam magna hebes est. Ad initia deinde rerum redit, & æternam rationem toti inditam, & vim omnium seminum singula proprie figurantem. Tum de animo cœpit inquirere vnde esset, vbi, quamdiu in quot membra diuisus? Deinde se à corporalibus ad incorporalia transtulit, veritatemque & argumenta eius excussit. Post hæc, quemadmodum discernerentur vitæ ac necis ambigua. In vtraque enim falsa veris immixta sunt. *epist.91.*

Inter sapientiam & sapere quæ differentia sit.

Aliud sapientia, aliud sapere. Puto concedes, duo esse hæc: id quod habetur, & eum qui habet. Habetur sapientia, habet qui sapit. Sapientia est mens perfecta, vel ad summum optimumque perducta ars enim vitæ est. Sapere quid est? non possum dicere mens perfecta, sed id quod contingit perfectam mentem habenti: ita alterum est bonum, alterum quasi habere mentem bonam. Sunt naturæ corporum tanquam hic homo, hic equus. Has deinde sequuntur motus animorum enunciatiui corporum. hi habent proprium quiddam, & a corporibus seductum: tanquam, video Catonem ambulantem, hoc sensus ostendit, animus credit. Corpus est quod video, cui & oculos & animum intendi, Dico deinde Cato ambulat: non corpus quidem est quod nunc loquor, sed enunciatiuum quiddam de corpore, quod alij effatum vocant, alij enunciatum, alij edictum. Sic cum dicimus sapientiam, incorporale quiddam intelligimus cum dicimus sapit, de corpore loquimur. Plurimum autem interest, verum illum dicas, an de illo. *epist* 119.

Sapientiæ & sagacitatis discrimen.

Omnia ista sagacitas, non sapientia inuenit. *epist. 90.*

Sapientia non eripitur, sapientia in stultitiam non reuoluitur 77

Sapientia neglecta.

Ad sapientiam quis accedit? quis dignam iudicat, nisi quam in transitu nouerit? quis Philosophiam aut vllum liberale respicit studium, nisi cum ludi intercalantur, cum aliquis pluuijs interuenerit dies *7 natural 32*

Sapientiæ definitio, & obiecta atque opera.

Magna & spatiosa res est Sapientia. Vacuo illi loco opus est, de diuinis humanisque discendum est, de præteritis, de futuris, de caducis, de æternis, de tempore de quo vno vide quam multa quæruntur. Primum, an per se sit aliquid deinde, an aliquid ante tempus sit. si tempus cum mundo cœpit, an & ante mundum, quia fuerit aliquid, fuerit & tempus. *epist.85*

Sapientia habitus perfectæ mentis est, sapere huius perfectæ mentis *& post* Sapere sapientiæ vsus est, quomodo eloquentiæ eloqui, quomodo oculorum videre. *epistol.118.*

Quid est Sapientia? Idem velle, atque idem nolle. *epistol.20.*

Sapientia altius sedet nec manus edocet, animorum magistra est. *& post* Artificem vides vitæ, alias quidem artes sub dominio habet. Nam cui vita, illi vitæ quoque ornamenta seruiunt. Cæterum ad beatum tendit, illo ducit, illo vias aperit. *epist 91*

Sapientia sola libertas est *epist.17.*

Hæc est sapientia in naturam conuerti, & eo restitui, vnde publicus error nos expulerit *epist 95.*

Nullo modo prodesse tibi possum magis, quam si tibi bonum tuum ostendo si te à mutis animalibus separo, si cum Deo pono, Vis tu, relictis in quibus vinci te necesse est dum aliena interis, ad bonum reuerti tuum? quid hoc est? animus scilicet emendatus ac purus æmulator Dei *epist* 115.

Credamus Sextio monstranti pulcherrimum iter, & clamanti, *Hac itur ad astra* Hac, secundum frugalitatem, hac secundum temperantiam, hac secundum fortitudinem. *epist.74*

De sapientia

De ſapientis & officio & munere circa humanum genus inſtituendum.

Sapiens nihil quicquam aliud eſt, quam humani generis pædagogus *epiſt 90.*

In gratia referenda & amando.

Solus ſapiens ſcit referre gratiam, ſolus ſcit amare, ſolus amicus eſt *epiſt.81*

Circa labores & hanc militiam mundanam, & caſus aduerſos.

Nulla fortuna, nulla res actus ſapientis excluditur: ad vtroſque caſus aptus eſt, bonorum rector eſt, malorum victor. *epiſt 86.*

Sapiens ciuem eſſe ſe vniuerſi, & militem credit, labores velut imperatos ſubit *epiſt.121*

Homo ſapiens pulſari poteſt, capi non poteſt. *epiſt. 75.*

Circa res diuinas & cœleſtes.

Sapientis animus explicari cupit, & reuerti ad illa quoſum fuit *& poſt.* A terrenis demittit ſe ad diuina *& poſt.* Cœlo reficitur. *& poſt.* Quoties poteſt, apertum petit, & in rerum naturæ contemplatione requieſcit. *& poſt.* Adhæret quidem in corpore ſuo, ſed optima ſui parte abeſt. & cogitationes ſuas ad ſublimia intendit *& poſt.* Patitur mortalia, quamuis ſciat ampliora ſupereſſe. Inter dices mihi inſpectionem rerum naturæ, ac toto abductu rediges in partem? Ego non quæram quæ ſint initia vniuerſorum? quis rerum formator? quis omnia in vno merſa ex inerti materia conuoluta diſcreuerit? Non quæram quis ſit artifex huius mũdi, qua ratione tanta magnitudo in legem & ordinem venerit, quis ſparſa collegerit, confuſa diſtinxerit, nimia deformitate latentibus faciem diuiſerit, vnde lux tanta fundatur, ignis, ſit an aliquid igne lucidius, ego iſta non quæram? ego neſciam vnde deſcenderim? ſemel hæc mihi videnda ſint an ſæpe? Neſciam quo hinc ituros ſim? quę ſedes expectet animã ſolutam legibus ſeruitutis humanæ? Vetas me cœlo intereſſe, iubes me viuere capite demiſſo? Maior ſum & ad maiora genitus. *epiſt 66. circa fin.*

Circa fidem & honeſta.

Non eſt fides niſi in ſapiente, apud ſapientem ſunt ipſa honeſta, apud vulgum ſimulacra rerum honeſtarum, & effigies. *epiſt 82.*

Circa animi & actionum arbitrium.

Sapiens animum in poteſtate habet: legem ſibi quam vult, dicit & quam dixit, ſeruat *2. de benef. 18.*

Circa beneficia & offenſas.

Sapiens omnia examinat ſecum, quantum acceperit, à quo, quando, vbi, quemadmodum *epiſt 90.*

Sapienti quidquid datur, de ſuo datur. *7. de benef 4.*

Sapienti dum accipit beneficium, longum gaudium manet ac perenne. non enim illum accipere, ſed acceſſiſſe delectat quod immortale eſt & aſſiduum illa contemnit, quibus læſus eſt: nec obliuiſcitur per negligentiam ſed volens non vertit omnia in peius, nec quærit cui imputet caſum, & peccata hominum ad fortunam potius refert Non calumniatur verba, nec vultus Quicquid accidit, benigne interpretando leuat: nec offenſæ potius quam beneficij meminit. *epiſt 81.*

Circa voluptates.

Sapiens eris, ſi clauſeris aures, quibus ceram parum eſt obdere firmiori ſpiſſamento opus eſt, quam vſum in ſocijs Vlyſſem ferunt. *epiſt 13.*

In conſilio non mutando.

Sapiens non mutat conſilium, omnibus his manentibus, quæ erant cum ſumeret. *4 de benef. 34.*

Circa genera humana leges.

Sapiens ſolus generis humani legibus ſoluitur: omnia illi ſæcula, vt Deo ſeruiunt. *de breuit. vit. 15.*

Circa neceſſitatem.

Nihil inuitus facit ſapiens: neceſſitatem effugit, quia vult quod ipſa coactura eſt *epiſt 55.*

Circa metum, & de eius ſecuritate.

Omnes mortales multos antecedes, non multo te Dij antecedent. *& poſt.* Tantum ſapienti ſua, quantum Deo omnis ætas patet Eſt aliquid, quo ſapiens antecedat Deum? Ille naturæ beneficio non timet, ſuo ſapiens. Ecce res magna, habere imbecillitatem hominis, ſecuritatem Dei. *epiſt. 54 in fin.*

In rebus inueniendis, excogitandis & perficiendis.

Qoid ſapiens inueſtigauerit, quid in lucem protraxerit, quæris? Primum veram naturam, quam non vt cætera animalia oculis ſecutus eſt, tardis ad diuina Deinde vitæ legem, quam ad vniuerſa direxit: nec noſſe tantum, ſed ſe-

Senec.

qui docuit Deos, & accidentia non aliter excipere quam imperata. Vetuit parere opinionibus falſis: & quanti quidque eſſet, vera æſtimatione perpendit Damnauit mixtas pœnitentiæ voluptates, & bona ſemper placitura laudauit, & palam fecit, feliciſſimum eſſe cui felicitate non opus eſt: potentiſſimum eſſe, qui ſe habet in poteſtate Non de ea Philoſophia loquor (id eſt, Epicurea) quæ ciuem extra patriam poſuit, extra mundum Deos, quæ virtutem donauit voluptati: ſed de illa, quæ nullum bonum putat, niſi quod honeſtum, eſt: quæ nec hominis nec fortunæ muneribus deleri poteſt Cuius hoc pretium eſt, non poſſe pretio capi. *epiſt. 91.*

Multa ſapientes faciunt, quia homines ſunt, non quia ſapientes. Puta velociſſimum eſſe ſapientem, curſu omnes anteibit, qua velox eſt, non qua ſapiens. *epiſt. 91.*

Miſcella de ſapientia.

Sapientia eſt, ſemper idem velle atque idem nolle. *epiſt* 20.

Magna & ſpatioſa res eſt ſapientia. *epiſt. 89.*

Sapientia perfectum bonum eſt mentis humanæ. *epiſt. 90.*

Sapientia domina rectrixque eſt *epiſt. 86.*

Sapientia rerum terminos nouit *epiſt 95.*

Artes ſeruiunt vitæ, ſapientia imperat. 86.

Summa ſapientia, bona malaque diſtinguere. *epiſt. 71.*

Sapientia non eripitur, ſapientiam in ſtultitiam non reuoluitur. *epiſt. 77.*

Repreſentat opes ſapientia, quas quicunque fecit ſuperuacuas, dedit *epiſt. 17.*

Sapientia res omnium maxima, in itinere colligitur. *epiſt. 105.*

Malo ſapientia non relinquit locum. 2. *in ſap. non cad. iniur.* 4.

Puto multos potuiſſe ad ſapientiam peruenire, niſi putaſſent ſe perueniſſe *1. de tranq. vita* 1.

Sapiens nocituram potentiam vitat: hoc primum cauens, ne vitare videatur. *epiſt* 14.

Sapiens eſt artifex domandi mala. *epiſt. 86.*

Sapiens diuitiarum naturalium eſt quæſtor acerrimus. *epiſt. 120.*

Omnia quę debet ſapiens, ſine vllius malæ rei miniſterio efficiet, nihilque admiſcebit, cuius modum ſollicitus obſeruet. *2. de ira* 14

Sapienti nihil neceſſe eſt. *epiſt* 9.

Vni ſapienti notum eſt, quanti res quæque taxanda ſit. *epiſt 82.*

Sapienti non nocetur à paupertate, non à dolore, non ab alijs tempeſtatibus vitæ. *epiſt 6.*

Sapientem nunquam pœnitentia ſubit *4 de benef 34.*

Quod dicitur de ſapiente, non exigimus à proficiente. *epiſt. 73.*

Sapientis multum patet vita, non idem illum qui cæteros terminus includit ſolus generis humani legibus ſoluitur, omnia illi ſecula. vt Deo ſeruiunt. *de breuiat. vita.* 15.

De ſectis Philoſophorum varijs & prodigioſis philoſophorum quibuſdam ſententijs.

Audi, quantum mali faciat nimia ſubtilitas, & quam infeſta veritati ſit. *Protagoras* ait, de omni re in vtramque partem diſputari poſſe ex æquo, & de hac ipſa, an omnis res in vtramque partem diſputabilis ſit *Nauſiphanes* ait, ex his quæ videntur eſſe, nihil magis eſſe, quam non eſſe. *Parmenides* ait, ex his quæ videntur, nihil eſſe in vniuerſo. *Zenon Eleates* omnia negocia de negocio deiecit: ait, nihil eſſe. Circa eadem fere *Pyrrhonij* verſantur, & *Megarici*, & *Cretici*, & *Academici*, qui nouam induxerunt ſcientiam nihil ſcire. Hæc omnia in illum ſuperuacuum ſtudiorum liberalium gregem conijce. Illi mihi non profuturam ſcientiam tradunt, hi ſpem omnis ſcientię eripiunt Satius eſt ſuperuacua ſcire, quam nihil. Illi non præferunt lumen, per quod acies dirigatur ad verum: hi oculos mihi effodiunt Si Protagorę credo, nihil in rerum natura eſt, nihil dubium Si Nauſiphani, hoc vnum certum eſt, nihil eſſe certi. Si Parmenidi, Nihil eſt præter vnum. Si Zenoni, ne vnum quidem. *epiſt. 89.*

Diſputare cum *Socrate* licet, dubitare cum *Carneade*, cum *Epicuro* quieſcere, cum *Stoicis* hominibus naturam vincere, cum *Cynicis* exuere, cum rerum natura in conſortium omnis æui pariter incedere. *de breuit. vit. 14.*

Stoicorum ad reliquas ſectas comparatio.

Stoicorum rigida & virilis ſapientia. *ad Alb. 12.* Tantum inter Stoicos (Serene) & cæteros ſapientiam profeſſos

interesse, quantum inter fœminas & mares, non immerito dixerim. altera pars ad obsequendum, altera imperio nata est. Cæteri sapientes, molliter & blande: Stoici, virilem ingressi viam *in sap. non cad. inicur.*

Epicurum sancta præcipere & tristia.

Mea quidem sententia, ista inuitis, hæc nostris popularibus dico: sancta Epicurum & recta præcipere, & si propius accesseritis, tristia *de vit. beat.* 13.

ETHICA, SEV DE MORIBVS.

Diuisio Ethices in tres partes. hoc est, consistit Ethice in suo cuique tribuendo: in impetu ad honesta capiendo. in actionibus honesta perseuerantia

Tripartita Philosophia, cuius pars moralis, in tria rursus diuidi placuit: cuius prima inspectio est suum cuique distribuere & æstimare quanto quidque dignum sit. Secunda est de impetu, qua impetum capimus ordinatum temperatumque ad ea quæ digna esse iudicauimus. Tertia est de actionibus, qua fit vt inter impetum nostrum actionemque conueniat, vt in omnibus istis nobis ipsis consentiamus. *& post.* Tunc vita sibi concors est, vbi actio non destituit impetum *epist.* 90.

De Philosophiæ moralis partibus: hoc est, de ea quæ singulis ac cuique dat propria præcepta: item de ea quæ decreta tradit

Eam partem Philosophiæ, quæ dat propria cuique personæ præcepta, nec in vniuersum componit hominem, sed marito suadet quomodo se gerat aduersus vxorem, patri quomodo educet liberos, domino quomodo seruos regat, quidam solam receperunt, cæteras, quasi extra nostram vtilitatem vagantes, reliquerunt. Sed Ariston Stoicus è contrario hanc partem leuem existimat, & quæ non descendat in pectus vsque. At illam habentem præcepta plurimum ait proficere, ipsaque decreta Philosophiæ constitutionemque esse summi boni, quam qui bene & intellexit & didicit, quid in quaque re faciendum sit, sibi ipsi præcepit. *& post.* Cleanthes vtilem quidem iudicat & hanc partem, sed imbecillem, nisi ab vniuerso fluit, nisi decreta ipsa Philosophiæ & capita cognouit. *epist.* 95 *passim.*

Παραινετικὴν non satis esse ad consummandam sapientiam.

Petis à me, an hæc pars Philosophiæ, quam Græci παραινετικὴν vocant, nos præceptiuam dicimus, satis sit ad consummandam sapientiam? Scio te in bonam partem accepturam, si negauero. *epist.* 96.

Laus Ethices.

In hoc morum studio multa delectant, pauca vincunt 7. *de benef.* 7.

Studium Ethices.

Eligamus non eos qui verba magna celeritate præcipitant, & communes locos voluunt, & in priuato circulantur: sed eos, qui vitam docent. *epist.* 52.

Virtutis diuisio in contemplationem & actionem.

In duas partes virtus diuiditur: in contemplationem veri, & actionem. Contemplationem institutio tradit, actionem admonitio. Virtutem & exercet & ostendit recta actio. *epist.* 95.

De virtutum descriptionibus.

Posidonius ait vtilem esse descriptionem cuiusque virtutis, eamque Etymologiam vocat. Quidam χαρακτηρισμὸν appellant signa cuiusque virtutis & vitij, ac notas reddentem, quibus inter se similia discriminentur. Descriptiones has (& vt publicanorum vtar verbo) εἰκονισμοὺς ex vsu esse confiteor. *epist.* 96

Mores boni sicut placent ac permanent.

Hoc habent inter cætera boni mores, placent sibi & permanent: leuis est malitia, sæpe mutatur non in melius, sed in aliud *epist.* 47.

Morale non semper bonos mores facit

Non quicquid morale est, bonos mores facit *epist* 122.

Mores semper & omni ætate fuisse corruptos.

Maiores nostri questi sunt, nos querimus, posteri nostri querentur, euersos esse mores, regnare nequitiam, in deterius res humanas & in omne nefas labi 1. *de beneficiis* 10.

Nulla ætas vacabit à culpa *epist* 98.

Idem semper de nobis pronunciare debemus, malos esse nos, malos fuisse: inuitus adijciam, & futuros esse 1 *de benef.* 10.

De Regula vitæ habenda.

Nisi ad regulam praua non corriges. *epist.* 11.

Regula non quam formosa, sed quam recta sit, quæritur. *epist.* 77

Vnam semel, ad quam viuas, regulam prende, & ad hanc omnem vitam tuam exæqua. *epist* 20

De officiis.

Potior ac potior eius officij ratio est, quod humano generi, quam quod vni homini debeo. 7 *de benef* 19. *in fin.* [A Affinis est & hæc Massurij Sabini de Officiis sententia: In officijs apud maiores ita obseruatum est, primum Tutelæ, deinde hospiti, deinde clienti, tum cognato, post affini: de qua causa, fœminæ viris potiores sunt habitæ, pupillarisque tutela muliebri prælata 5 *Gell.* 13.

Ex duobus constat officium. Tantundem ab vtroque exigit. Qualis pater esse debeat cum inspexeris, scias non minus operis illic superesse, vt dispicias qualem oporteat esse filium. 2. *de benef* 18.

De eo quod nimium, & quod deficit

Nunquam nimis dicitur, quod nunquam satis discitur. *epist* 27

Vitiosum est vbique, quod nimium est. 1. *de tranq. vitæ* 9.

Nimia, eo quod superfluunt, nocent. sic segetem nimia sternit vbertas: sic rami onere franguntur, sic ad maturitatem non peruenit nimia fœcunditas, ita animis quoque euenit, quos immoderata felicitas rumpit. *epist.* 39.

Vitiosum est vbique quod nimium est. 1. *de tranq.* 9.

Æque peccat quod excedit, quam quod deficit. 2. *de benef.* 16.

De externis.

Externa corpori acquiruntur. Corpus in honorem animi colitur. *& post.* Antipater aliquid se tribuere dicit externis, sed exiguum admodum. Vides autem quale sit, die non esse contentum, nisi aliquis igniculus alluxerit. *epist.* 93.

Pulcherrima quæque multis & aduentitijs comitata sunt dotibus: sed illas trahunt, ipsa præcedunt. 4. *de benef* 13.

Bona externis quemadmodum vtendum, declarat. *epist* 75.

De indifferentibus seu adiaphoris.

Si valetudo indifferens est, & valere indifferens. forma indifferens est & formosum esse indifferens est. si iustitia bonum est, & iustum esse bonum est. si turpitudo malum est, & turpem esse malum est. Tam mehercules, quam si lippitudo malum est, & lippire malum est. Hoc scias, neutrum esse sine altero potest. Quod sapit, sapiens est: quod sapiens est, sapit *epist* 118

Medium atque indifferens vocamus, quod tam malo contingere quam bono potest: tanquam pecunia, forma, nobilitas. *epist.* 118.

DE EXEMPLIS, ET EORVM VSV ET FRVCTV.

Quibus exemplis vita instruenda.

Longum iter est per præcepta, breue & efficax per exempla. Zenonem Cleanthes non expressisset, si eum tantummodo audisset. Vitæ eius interfuit, secreta perspexit: obseruauit illum, an ex formula sua viueret. Plato & Aristoteles & omnis in diuersum itura sapientium turba, plus ex moribus, quam ex verbis Socratis traxit. Metrodorum & Hermacum & Polyænum magnos viros non schola Epicuri, sed contubernium fecit. *epist* 6.

Catonem certius exemplar sapientis viri nobis Deos immortales dedisse, quam Vlyssem & Herculem prioris sæculi. *in sap. non cad.* in. 2.

Mala exempla vitanda.

Nullum nefas sine exemplo *epist.* 75.

Mala exempla in eos redundant, qui faciunt. *epist.* 7.

Inter causas malorum nostrorum est, quod viuimus ad exempla: nec ratione componimur, sed consuetudine abducimur. *epistol.* 124.

Vnum exemplar aut luxuriæ aut auaritiæ multum mali facit. *epistol.* 7.

Felix vulgo, non felix

Breuem tibi formulam dabo, qua te metiaris, qua perfectum esse censeas. Bonum tuum tunc habebis, cum intelliges infelicissimos esse felices *epist.* 125.

Felicitas fel habet.

Doce leue esse vanumque hoc. quod felicitas dicitur, vnam illi syllabam A facillime accedere *epist.* 1. [A quæ autem illa syllaba? Fel.

Infelicitas

Infelicitas assidua, indurat.

Infelicitas assidua vnum habet boni, quod quos sæpe vexat, nouissime indurat *ad Alb* 2.

Infelix, qui semper felix.

Nihil mihi videtur infelicius eo, cui nihil vnquam aliquid euenit aduersi. *de prou* 3.

De misero infelici, & non beato.

Miser est, qui se non beatissimum iudicat, licet imperet mundo. *epist* 9 13 *& c* 15. *de paupertate.*

Si cui sua bona non videntur amplissima, licet totius mundi dominus sit, tamen miser est. *epist.* 9.

Miser quem delectat sui patrimonij liber magnus. 7 *de benef.* 10.

Nemo tantum præsentibus miser est *epist* 5.

Non qui iussus aliquid facit, miser est: sed qui inuitus facit. *epist* 62.

Ne sis miser ante tempus. *epist.* 13.

Nemo potest beate viuere, ne tolerabiliter quidem sine sapientiæ studio. *epist.* 16.

Is beatior est, cui fortuna superuacua est, quam cui parata est *de consol ad Polib.* 28

Non est beatus, esse se qui non putat *epist* 9.

DE FELICITATE ET BEATITVDINE: & ei contraria, infelicitate ac miseria.

Semper felicis conditio.

Semper esse felicem, & sine morsu animi velle transire vitam, ignorare est rerum naturæ alteram partem. *de prouid. diuin.* 4.

Felices qui mali

Quotidie querimur, malos esse felices 2. *de benef.* 28.

Fœlicitas incerta, inquieta.

Nulla certa felicitas est 2. *contron.* 1.

Magnæ fœlicitatis tutela sollicita est. *ad Polybium*, 28.

Res est inquieta felicitas. *epist* 35.

Infœlix virtus.

Nec infelix virtus amittit gloriæ titulum: nec gloriam virtutis interripit fortuita felicitas. 4. *contron.* 7.

Fœlicitatis intemperantia.

Cum omnia quæ excesserint modum, noceant, periculosissima felicitatis intemperantia est. *de prouid diuin.* 4. 8

Mors in fœlicitate.

Est magna felicitas, in ipsa felicitate moriendi. *de consolatione ad Polibium* 29.

Fœlix qui emendat.

Felix qui non actus tantum, sed etiam cogitatus emendat. *epist* 11.

Fœlix sibi & aliis.

Felix est, non qui alijs videtur esse, sed qui sibi. *de remed. fort* 19.

Fœlicis & fœlicioris ratio

Nunquam erit felix, quem torquebit felicior. 3. *de ira* 30.

Fœlix ingenium.

Felix ingenium salutaria in transitu rapit *epist* 96.

Sylla fœlix.

Sylla tam felix? *ad Mart.* 12.

DE VIRTVTE

Nunquam virtus vitio adiuuanda est, se contenta. 1. *de ira* 8 26.

Cum semel animum virtus indurauit, vndique inuulnerabilem præstat *de consol ad Alb.* 13. 216.

Omnis virtutis actio honum est. *epi* 103.

Nunquam virtutis molle documentum est. *de prouid. diuin.* 4.

Virtutis materia tam late patet, quam vita. 4. *de beneficiis.* 19

In optimis quoque antequam erudias, virtutis materia, non virtus est. *epist* 91.

Quicquid facimus, aut militiæ aut virtutis gerimus imperio *epist* 107.

Virtus sola satis est *epist.* 25.

Non est virtus maior, quo longior *epist.* 74.

Virtus omnibus patet 3 *de benef* 18.

Virtutis modus vbique 2 *de benef* 16.

Virtutem materia non mutat *epist* 67.

Non dat natura virtutem. *epist* 91.

Omnis res, quod non habuit decus, virtute adsumit. *epist.* 83.

Non est quod existimes vllam sine labore esse virtutem. *de beata vita* 25.

Nihil est virtute præstantius, nihil pulchrius: & bonum est optabile, quicquid ex huius geritur imperio *epist.* 68

Senec.

Omnibus inter se virtutibus amicitia est. *epist* 110.

Virtutibus vitia confinia sunt, & perditis quoque ac turpibus recti similitudo est. *epist.* 121.

Altum quiddam est virtus, excelsum & regale, inuictum infatigabile. *de beat. vit* 7.

Illa certissima est virtus, quæ se diu multumque circumspexit & texit & ex lento & destinato prouexit 1 *de ira* 11.

Virtus adeo gratiosa, vt insitum sit etiam malis probare meliora 4 *de benef* 17.

Natura gloriosa virtus, & auterte peiores cupit. 3. *de beneficijs* 36.

Sæpe honorata virtus est, etiam vbi eam fefellit exitus. 4 *contron.* 7.

Æque laudabilis est virtus in corpore valido ac libero posita, quam in morbido ac vincto *epist.* 67.

Omnis in modo est virtus, modus certa mensura est. *epist* 67.

Prima hominis pars, est ipsa virtus. *epist.* 93.

Omnis virtus intra se perfecta. 2 *de benef.* 31.

Erigitur virtus, cum tacta est & impulsa. *epist* 95

Virtus in omnium animos lumen suum præmittit 4 *de benef.* 17.

Sola virtus præstat gaudium perpetuum, securum. *epist.* 27.

Virtus malam vitam non admittit. *de beat. vit.* 7.

Marcet sine aduersario virtus. *de prouid. diuin.* 2.

Multum adijcit sibi virtus lacessita *epist.* 13.

Virtus omni loco nascitur *epist.* 67.

Non dedignatur virtus *epist* 51.

Virtus non recipit sordidum amatorem. 4. *de benef* 24.

Quid est Virtus? iudicium verum & immotum *epist.* 73.

Virtus omnia rerum aduersarum onera sustollit, non intuetur, non succumbit: stat recta sub quolibet pondere, leit se niti ferendo. *epist* 73.

Virtus nihil habet in se magnificum, si quicquam habet venale 4. *de ben* 1.

Sola sublimis & excelsa virtus est: nec quidquam magnũ est, nisi quod simul & placidum 1 *de ira.* 16.

Virtus quam affectamus, magnifica. 1. *nat. quæst in præfat.*

Virtus in alias atque alias qualitates conuertitur, ad rerũ quas actura est habitum figurata, quicquid attingit, in similitudinem sui adducit & fingit. *epist* 67.

Virtus & aliorum scientia est, & sui. *epist* 96.

Virtutis primæ partes sunt ducere debet, imperare, summo loco stare. Tu illam iubes signum petere. 4. *de beneficijs* 2.

Pars virtutis disciplina constat, pars exercitatione: & discas oportet, & quod didicisti, agendo confirmes. *epist.* 95

Virtuti nihil non magnum est, quia satis *epist.* 74.

Est virtuti etiam in lectulo locus. *epist.* 79.

Omnia præter virtutem mutant nomen, modo mala fiunt, modo bona. *epist* 96.

Non magis vllam portionem habent incommoda, cum in virtutem inciderint, quam in mare nimbus. *epist* 67.

Quædam virtutes in proelio sunt, quædam cliuum subeunt *de vit beat.* 25.

Pares virtutes pariaque vitia ostendit. *lib.* 9. *epist* 67.

Dolores, molestias, iniurias, virtus magnitudine sua elidit atque opprimit: & quocunque affulsit, ibi quidquid sine illa apparet, extinguitur. *epist.* 67.

Auida est periculi virtus, & quo tendat, non quid passura sit cogitat. *de diuin. prouid.* 4

De Honesto.

Si vis Pythoclea honestum facere, non honoribus adijciendum est, sed cupiditatibus detrahendum *epist.* 21.

Honestum propter nullam aliam causam, quam propter vsum sequimur. 4 *de benef.* 9.

Omne honestum in arduo est, etiam quod vicinum honesto est. 1. *de benef.* 18.

Omne honestum iniussum incoactumque est, sincerum & nullo malo mixtum *epist.* 67.

Omne honestum voluntarium est. *epist* 67.

Honesta placent suapte natura. 4 *de benef* 17.

Nihil honestius, quam gratum esse. 4 *de benef.* 19.

Nunquam vsque eo interclusa sunt omnia, vt nulli actioni honestæ locus sit 1. *de tranquill vitæ* 3.

Nunquam in rerum honestarum certamine superari turpe est. 5. *de benef* 2.

Omnia pro honesto patienda sunt. *epist* 77.

Honestæ rei ac seueræ nunquã molle nomen imponam. *epist.* 68.

Plus operis in eo vt proposita custodias, quam vt honesta proponas. *epist.* 16.

De Bono.

Bona & mala dissentiunt, nec in vnum coeunt. 5. *de benef.* 12.

Præsentia bona nondum tota in solido sunt, potest illa casus aliquis incidere. Futura pendent, & incerta sunt. Quod præterijt, inter tuta sepositum est. 3. *de benef.* 4.

Rerum natura non patitur, vt bona bonis noceant. *libro de diuina prouid.* 2.

Nemo solicito bono fruitur. *epist.* 14.

Multa bona nostra nobis nocent. *epist.* 5.

Quod bonum est, bonos facit. *epist.* 88.

Id bonum curandum, quod vetustate fit melius. *epist.* 15.

Hominis bonum non est in homine; nisi cum in illo ratio perfecta est. *epist.* 125.

Inæstimabile bonum est, suum fieri. *epist.* 76.

Mortale est omne mortalium bonum. *epist.* 99.

Bonum sincerum esse debet, & ab omni parte innoxium. *epist.* 88.

Vnum bonum est, quod beatæ vitæ causa & firmamentum est, sibi fidere. *epist.* 31.

Consummatur hominis bonum, si id adimplent, cui nascitur. *epist.* 41.

Non est bonum, quod incremento malum fit. 1. *de ira* 12.

Veri boni auiditas tuta est. *epist.* 23.

Omnis natura bonum suum, nisi consummata non profert. *epist.* 125.

Boni proprietas & nomen.

Cætera bona nomen quidem habent commune cum veris, proprietas in illis boni non est. *epist.* 75.

Suo bono quæque constare.

Omnia suo bono constant. Quare fortia dorsa iumentis sint quæris: quorum hic vnus est vsus, sarcinam ferre. *epist.* 77.

Summum & vnum bonum.

Summum bonum est, infrangibilis animi rigor. *de vita.* 9.

Summum bonum est, quod honestum est: & quod magis mireris, summum bonum est, quod honestum: cætera falsa & adulterina sunt. *epist.* 72.

Vnum bonum est, quod honestum: quod in hoc positum est, parere dijs, nec excandescere ad subita, nec deplorare sortem suam: sed patienter excipere fatum, & facere imperata. *epist.* 77.

Bona animi, corporis, fortunæ.

Sunt animi bona sunt corporis, sunt fortunæ, *de benef.* 13.

Bona prima, secunda, media.

Bona quædam *prima* existimat, ad quæ ex proposito venit, tanquam victoriam, bonos liberos, patriæ salutem: quædam *secunda*, quæ non apparent, nisi in rebus aduersis, tanquam æquo animo pati morbum magnum, exilium: quædam *media*, quæ nihilo magis secundum naturam sunt, quam contra naturam, tanquam prudenter ambulare, composite sedere, &c. *epist.* 67.

Miscella de bonis & commodis.

Non est bonitas, pessimis esse meliorem. *epist.* 80.

Exorari in perniciem rogantium, sæua bonitas est. 1. *de benef.* 13.

Pars magna bonitatis, est, velle fieri bonum. *epist.* 34.

Commodum est, quod plus vsus habet, quam molestiæ. *epist.* 88.

Commoda sunt in vita & incommoda. *epist.* 93.

DE VIRO BONO.

Magno impendio temporum, magna alienarum aurium molestia laudatio hæc constat: O hominem literatum. Simus hoc titulo rusticiore contenti: O Virum bonum. *ep.* 89. *in fin.*

Ars est, bonum fieri. *epist.* 91.

Scis quem dicam bonum? perfectum, absolutum, quem malum facere nulla vis, nulla necessitas possit. *epi.* 34.

Bono nulla cuiusquam boni inuidia est. *epist.* 66.

Bonorum vnum propositum est, consentire naturæ. *epist.* 67.

Omnes bonus bonus vnus iudicat. *epi.* 103.

Vir bonus tam cito nec fieri potest, nec intelligi. *epi.* 42.

Vir bonus vtrosque calculos sic ponit, vt se ipse circumscribat. *epi.* 81.

Officia sua exequitur vir bonus inconfusus, intrepidus. 1. *de ira.* 12.

Vir bonus, non potest non facere, quod facit. 9. *de ben.* 21.

Aliquis vir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus, vt sic tanquam illo spectante viuamus, & omnia tanquam illo vidente faciamus. *epist.* 11.

Nihil turpius quam aliquam computare, quanti vir bonus sit. 4. *de benef.* 1.

Nihil accedere bono viro mali potest. *de diuin. prou.* 2.

Pro ipsis bonis viris est, vt esse interriti possint, multum inter formidolosa versari: & æquo animo ferre quæ non sunt mala, nisi male sustinenti. *de prouid. diuin.* 4.

Boni viri laborant, impenduntur, volentes quidem: non trahuntur à fortuna, sequuntur illam, & æquo gradu, si scissent, antecessissent. *de prouidentia.* 5.

De optimo.

Inter homines pro summo est optimus. *epist.* 91.

Quicquid optimum *homini* est, id extra humanam potentiam iacet, nec dari, nec eripi potest. *de consol. ad Alb.* 8.

Vir bonus quod honesti se facturum se putauerit, faciet, etiamsi laboriosum erit, damnosum, periculosum: rursus quod turpe effugiet, etiamsi pecuniam affert, voluptatem, potentiam ab honesto nulla re deterrebitur, ad turpia nulla spe inuitabitur. *epist.* 77.

DE VITIO, MALO ET PECCATO.

Nemo sine vitio est. in Catone moderatio, in Cicerone constantia desideratur. 2. *controu.* 5.

Vitiorum fructus est, monstrari & conspici. Quis eam quam nulli ostendet, induet purpuram? Quis posuit secretam in auro dapem? Quis sub alicuius rusticæ arboris protectus vmbra, luxuriæ suç pompam solus explicuit? Nemo oculis suis lautus est: nec paucorum quidem & familiarium, sed apparatum vitiorum suorum pro modo turbç spectantis exponit. *& post.* Ambitio & luxuria scenam desiderant. *epist.* 93.

Redimebat Aterius vitia virtutibus, & plus habebat quod laudares, quam quod ignosceres. 4. *contr. proœm.*

Moriantur ante te vitia. *epist.* 57.

Licet vastum traieceris mare, licet terræque vrbesque recedant, sequentur te quocunque perueneris, vitia. *epist.* 28.

Multorum, quia imbecillia sunt, latent vitia. *epist.* 42.

Facilis in procliuia vitiorum decursus est. 2. *de ira* 1.

Nemo vitia quæ odit, imitatur. *& post.* Non coercet vitia qui prouocat. *& post.* Turpe est castigare vitia, vt imiteris. 2. *contr.* 7.

Vitia non tantum, cum foris peccatur, inuisa sunt: sed cum in se retorquentur. 5. *de benef.* 7.

Vitia nostra, quia amamus, defendimus: & malumus excusare illa, quam excutere. 21. *epist.* 117.

Hoc æque omnium est vt vitia sua excusare malint, quam effugere. 7. *controu. in proœm.*

Omnia in omnibus vitia sunt: sed non omnia in singulis extant. 4. *de benef.* 17.

Omnia vitia contra naturam pugnant. *epist.* 123.

Difficulter residuntur vitia, quæ nobiscum creuerunt. 1. *de ira* 18.

Nunquam bona fide vitia mansuescunt. *epist.* 86.

Melius cum illo agitur, qui vnum vitium integrum habet, quam cum eo, qui leniora quidem, sed nimia. *epist.* 86.

Nullum vitium est sine patrocinio. *epist.* 117.

Non est in rebus vitium, sed in ipso animo. *epist.* 17.

Nullum intra se manet vitium. *epist.* 69.

Vitia a nobis sub virtutum nomine obrepunt. Moderatio vocatur ignauia, pro cauto timidus accipitur. *epi.* 45.

[A Gregorius 1. registri 24 Sæpe se vitia esse virtutes mentiuntur, vt tenacitas, parsimonia: effusio, largitas: crudelitas zelus: iustitiæ remissio, pietas vel·r videri.

Hannibal armis vicit, vitijs victus est. *epist.* 51.

Nulli vitium est, nisi cui virtus potest esse. *epist.* 125.

De peccato.

Initium est salutis, notitia peccati. *epist.* 28. *in f.*

Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis assistat. *epist.* 11.

Qui peccare se nescit, corrigi non vult. *epist.* 28.

De malo & Malitia.

Nullum malum sine effugio est. 6. *nat. quæst.* 1.

Nullum sine auctoramento malum est. *epist.* 70.

Vltimum malorum est, ex viuorum numero exire, antequam moriaris. 1. *de tranq. vitæ* 3.

Malorum vltimum est, mala sua amare, vbi turpia non solum delectant, sed etiam placent. vbi quæ fuerant vitia, mores sunt. *epist.* 39. *in fin.*

Nunquam perniciosa seruant modum. *epist.* 86.

Attalus dicere solebat: *Malitia* ipsam maximam partem veneni sui bibit. *epist.* 81.

Mali nos sumus, mali fuerũt, mali futuri sunt. 1. *de ben.* 10.

Mali tam bonis perniciosi sunt, quam inter se. 2. *in sapiet. non cadere iniuriam* 7.

Mali inter malos viuimus 3 *de ira* 27.

Iniuria in bonos non tentatur, nisi à malis 2. *in sap. non cad. iniur.* 7.

Caue rogo, & diligenter attende, ne cum homine malo loquaris. *epist.* 10

Malus animus omnia in malum vertit. *epist.* 99.

Omnes mali sumus 2 *de ira* 27

DE PROVIDENTIA.

Prudentia munus, dotes, virtutes, bona atque officia sunt,

Admoneri velle.

Interueniat aliquando admonitio, sed verecunda, quæ non poscat, nec in ius vocet 7. *de benef.* 24

Admonitio tædium facit, exprobratio, odium 2. *de ben.* 11

Moneri velle ac posse, secunda virtus est 5. *de benef.* 21.

Duæ res plurimum roboris animo dant, fides veri & fiducia: vtramque admonitio facit *epist.* 93.

Necessarium est admoneri, & habere aliquem aduocatum bonæ mentis, neque tanto fremitu, tumultuque falsorum veram denique audire vocem *epist* 93.

Æstimare personas.

Æstimanda eius persona cui damus 2. *de benef.* 15.

Ante omnia necesse est se ipsum æstimare, quia fere plus nobis videmur posse, quam possumus. 1. *de tranq. vita* 4.

Ætatem disponere

Quam stultum est ætatem disponere, nec crastino quidem dominari. *epist* 101.

Aperta & simplicia amplecti.

Aperta decent, & simplicia bonitatem *epist.* 49.

Cedere vbi opus sit.

Afflicto & magnum vulnus male ferenti, paulisper cedendum est. *epist.* 100.

Cogitare futura.

Cogitandum non quicquid solet, sed quicquid potest fieri *epist.* 92.

Quicquid fieri potest, quasi futurum cogitemus *epist.* 24.

Cogitatio nostra cœli munimenta perrumpit, nec contenta est id quod ostenditur scire. *de beat. vita* 32

Magna pars hominum est, quę nauigatura de tempestate non cogitat 1. *de tranq. vita* 11

Cauere, & decorum seruare

Cauebimus ne munera superuacua mittamus, vt fœminę aut seni arma venatoria, aut studijs ac literis dedito rena. Æque ex contrario circumspiciemus, ne dum grata mittere volumus, suum cuiq; morbum exprobratura mittamus: sicut ebrioso vinum, & valetudinario medicamenta. 1. *de benef.* 11.

Conscientiam bonam educere ac parere.

Conscientia aliud agere non patitur, ac subinde respicere ad se cogit *epist.* 106.

Æquissimo animo ad honestum consilium per mediam infamiam tendam: nemo mihi videtur pluris æstimare virtutem, nemo illis magis esse deuotus, quam qui boni viri famam perdidit, ne conscientiam perderet *& post.* Grati conscientia res inæstimabilis, quæ nisi in animũ diuinum, fortunatumque non peruenit. *epist* 82.

Bona conscientia turbam aduocat, mala etiam in solitudine anxia atque sollicita est. Si honesta sunt, quę facis omnes sciãt: si turpia, quid refert, neminem scire, cum tu scias? O te miserum, si contemnis hunc testem *epist* 43 *in fin.*

Infixa nobis eius rei auersatio est, quam natura damnauit. Ideo nunquam fides latendi fit, etiam latentibus, quia coarguit eos conscientia, & ipsos sibi ostendit. Male de nobis actum erat, (quod multa scelera legem & iudicem effugiunt & scripta supplicia) nisi illa naturalia & grauia de præsentibus soluerent, & in locum patientiæ timor cederet. *epist* 98

Conscientia etiam obruta delectat, concioni ac famæ reclamat, & in se omnia reponit: & cum ingentem ex altera parte turbam contra sententiũ aspexit, non numerat suffragia, sed vna sententia vincit. 4 *de benef* 21.

Conscientia sponsoribus suæ securitatis non potest credere *epist* 94.

Bona conscientia prodire vult & conspici, ipsa nequitia tenebras timet. Potest nocenti contingere vt lateat, latendi fides non potest. Latendi etiamsi facultatem habet, fiduciam non habet. Tuta scelera esse, secura esse non possunt. Prima illa & maxime peccantium est pœna, peccasse. Sceleris in scelere supplicium est. Mala facinora, conscientia flagellantur *epist* 98.

Comparare res inter se inusitatissime.

Quid fœdius quid indignius, quam comparare veneranda contemptis? *epist* 93.

Consuescere ad optima.

Nihil miserum est, quod in naturam consuetudo produxit, *de prouid. diuin* 4.

Facit consuetudinem peccandi, multitudo peccantium. 1 *de clem* 22

Necessarium est, paruo assuescere *epist* 124.

Consilium dare.

Consilium nemo clare dat. *epist* 38.

Magna pars consilij in tempore *& post*: Consilium sub die nasci debet & hoc quoque tardum est nimis: sub manu (quod aiunt) nascatur. *epist.* 72 *in pr.*

Consilium futuri ex præterito venit. *epist* 84.

Innumerabilia accidunt singulis horis, quæ consilium exigunt. *epist.* 6.

Cito facere, ac libenter.

Cito facere, proprium est libenter facientis 2. *de ben* 5.

Dissimulare.

Sæpe satius fuit dissimulare, quam vlcisci. 2. *de ira* 33.

Qui risum euocare lugentibus voluut, facetias aduocant, & ipse primum deinde in illos iocantur *epist* 29.

De veritate & id genus dissimulatione, vide, *Nomenclat. in pa*

Decipi potius quam diffidere.

In quibusdam rebus satius est decipi, quam diffidere. 2. *de ira* 43.

Discere velle ac docere.

Minime probabili more turpe est discere, quod honestum est dicere 2 *contr in proœm.*

Exercitatis res honestas eligere atque amplecti.

Exercitatione opus est quotidiana, & à rebus studium transferendum est ad verba *epist* 40.

Sint exercitationes & faciles & breues, quæ corpus sine mora laxent, & tempori parcant: cuius præcipua ratio habenda est *epist.* 15.

Vsque eo ingenia in scholasticis exercitationibus delicata enutriuntur vt clamorem, silentium, risum, cœlum denique pati nesciant 9. *contron in proœm.*

Stulta est & minime conueniens literato viro, occupatio exercendi lacertos, & dilatandi ceruicem, ac latera firmandi *epist.* 15.

Experiri.

Opus est ad notitiam sui experimento. quid quisque possit, nisi tentando non didicit. *de prou* 4.

Exspectare.

Quicquid exspectandum est diu, lenius accidit. *epist.* 79.

Iuuentus.

Iuuentutis inuenta non obstant, conditio optima est vltimi *epist.* 80.

Ingenio vti.

Nullum magnum ingenium sine mixtura dementiæ fuit. 3. *de tranq. vita* 15.

Male respondent coacta ingenia, reluctante natura irritus labor est 1. *de tranq* 6.

Curiosum nobis natura ingenium dedit, & artis sibi ac pulchritudinis suæ conscia, spectatores nos tantis rerum spectaculis genuit, perditura fructum sui, si tam magna, tam clara, tam subtiliter ducta, tam nitida, & non vno genere formosa, solitudini ostenderet. *de beat vit* 32.

Danda est remissio animis: meliores acrioresque requiti surgent 1 *de tranq. vitæ* 15.

Immortalis est ingenij memoria *de consol. ad Polyb.* 37.

Ingenij lassitudo non minor est, quam corporis: sed occultior. 1. *contronerf.*

Magna ingenia quando plus quam in vno eminuerunt opere? Virgilium illa felicitas ingenij oratione soluta reliquit. Ciceronem eloquentia sua in carminibus suis destituit Orationes Sallustij in honorem historiarum leguntur. Eloquentissimi viri Platonis oratio, quæ pro Socrate scripta est, nec patrono, nec reo digna est 3. *contr.*

Occasiones amplecti.

Calamitas virtutis occasio est *de diu prou.* 4.

Cui difficilis occasio est, is proximam quamque, pro optima arripiat, sit licet inaud ta, sit noua. *epist.* 71.

Non tantum præsentis, sed vigilantis est, *occasionem* obseruare properantem: hanc circumspice, hanc si videris, prende. *epist.* 22.

Opportune omnia facere.

Sæpe hoc non potuere diuitiæ in domum effusæ, quod opportune dati mille denarij *epist* 82.

Ex proposito facere.

Multum potest ad rectum quoque pudici animi propositum. 1. *contr.* 5.

Multum ad rem pertinet, quo proposito ad quam rem accedas. *epist.* 109.

Vita sine proposito vaga est. *epist.* 96.

Quiescendo agere.

Et quiescenti agendum, & agenti quiescendum *epist.* 3. *in fin.*

Personam rebus demere, faciem iisdem reddere suam.

Non hominibus tantum, sed & rebus persona demenda est, & reddenda facies sua. *epist.* 24.

Ratione uti.

Ratio, omnis honesti comes. 4. *de benef.* 10.

Duce ratione per totam vitam eundum est, minima maximaque ex huius consilio gerenda sunt 2. *de benef.* 18.

Non ad prouidendum tantum, sed ad res gerendas satis est per se ipsa ratio 1. *de ira* 16

Ratio rationi par est, sicut rectum recto. *epist.* 67.

Vna est ratio recta, simplexque. *epist.* 67.

Nihil sine ratione faciendum 4. *de benef.* 10.

Recordari.

Iniucunda est pœnitendæ rei recordatio *de breuit. vit.* 10.

Sapere.

Nulli sapere casu obtigit. *epist.* 77.

Seipsum intueque non aliena respicere, æstimare & retractare diligentissime, in se descendere, secedere, recedere, se habere, se respicere, secum esse.

Ante omnia necesse est, seipsum æstimare: quia fere plus nobis videmur posse quam possumus 1. *de tranq.* 4

Nemo aliis risum præbuit, qui ex se cœpit. 2. *in sapient. non cad. iniuriam* 17

Tunc præcipue in te ipse secede, cum esse cogeris in turba *epist.* 25.

Recede in te ipsum, quantum potes: cum his versare, qui te meliorem facturi sunt. Illos admitte, quos tu potes facere meliores *epist.* 7

Generosa res est respicere non ad suas, sed ad naturæ suæ vires. *de beat. vit.* 15.

Nulli ad aliena respicienti, sua placent. 3 *de ira* 30.

Innumerabiles sunt, qui vrbes, qui populos habuere in potestate: paucissimi, qui se 3. *nat. quæst. in præf.*

Multum cum deambulaueris, domum redeundum est *de remed. fort.*

Nemo est, cui non satius sit cum quolibet esse, quam secum *epist.* 55.

Qui se habet, nihil perdidit *epist.* 42.

Multum in se recedendum est. 1. *de tranq. vit.* 15.

Initium est salutis, notitia peccati *epistol.* 18.

Sentire cum bonis, non cum vniuersis.

Sententiam semper vnius sequi, non vitæ est, sed factionis *de vita beata* 30.

Sperare.

Spes incerti boni nomen est *epist.* 10.

Spes est vltimum aduersarum rerum solatium 5. *contr.* 1.

Memoriæ minimum tribuit, quisquis spei plurimum 3. *de benef.* 4.

Spem metus sequitur *epist.* 5.

Tolle spem hominibus, nemo victus retentabit arma. 5. *controu.* 1

Et fera & piscis spe aliqua oblectante decipitur. *epist.* 8.

Desines timere, si sperare desieris *epist.* 5.

Nemo tam humilis est, qui pœnam vel summi hominis sperare non possit. Ad nocendum potentes sumus 1. *de ira* 2.

Nihil habet quod speret, quem senectus ducit ad mortem *epist.* 30.

Omnia homini dum viuit, speranda sunt. *epist.* 71.

O quanta dementia est, spes longas inchoantium. *epist.* 101. Sic Horatius: *Vitæ summa breuis spem nos vetat inchoare longam*

Subtilitas.

In occultis exercitata subtilitas, non erit in aperto deterior 3. *in præfat.*

Vtilissima est dissimulata subtilitas, quæ effectu apparet, & habitu latet 1 *contron.*

Nihil est iniquius his, qui nusquam putant esse subtilitatem, nisi vbi nihil est præter subtilitatem 1 *controuers. in proœm*

Nulla est sine difficultate subtilitas *epist.* 59.

Velle, ac voluntas.

Voluntas ea est, cui non est periculum desinendi vertendique se in contrarium: sicut nemo æque videri debet velle, quam cuius voluntas vsque eo certa est, vt æterna sit. 6. *de benef.* 31.

Magna pars est profectus, velle proficere *epist.* 71.

In totum ☩ nulli velle aut nolle decretum est *epist.* 20. [☩ hoc est, sine mutatione: Nam mox sequitur, Variatur quotidie iudicium & in contrarium vertitur.

Quicquid vult, habere nemo potest: illud potest nolle, quod non habet, rebus oblatis hilaris vti *epist.* 124.

Nesciunt homines quid velint, nisi illo momento, quo volunt *epist.* 20.

Multa videri volumus velle, sed nolumus. *epist.* 96.

Voluntas amicum & inimicum facit *de benef.* 9.

Voluntas non erit recta, nisi habitus animi rectus fuerit. *epist.* 96

Mutatio voluntatis indicat animum natare alibi, atque alibi apparere, prout tulit ventus. *epist.* 35.

Is vult, qui potest statim nolle. Is non videtur velle, in cuius naturam non cadit nolle 6 *de benef.* 21 *in fin.*

Non ideo minus vult, qui non potest nolle *& post* Multum interest vtrum dicas, non potest hoc non facere, quia cogitur: an, Non potest nolle. Nam si necesse est illi facere, non debeo ipsi beneficium, sed cogenti. Si necesse est illi velle, ob hoc quia habet nil melius quod velit, ipse se cogit. Ita quod tanquam coacto non deberem, tanquam cogenti debeo 6. *de benef.* 21.

Clamo mihi ipse: Numera annos tuos, & pudebit eadem velle, quæ volueras puer. *epist.* 57.

Vitare quæ vulgo placent.

Vitanda quæcunque vulgo placent, quæ casus attribuit: ad omne fortuitum bonum suspiciose pauideque subsistendum. *epist.* 8

Tria ex præcepto veteri præstanda sunt vt vitentur; odium, inuidia, contemptus. *epistol.* 14.

Fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam vnum. *epist.* 10.

Subducendus populo est tener animus, & parum tenax recti. *epist.* 7.

PRVDENTIÆ CONTRARIA.

Credulitas.

Plurimum mali credulitas facit. 2. *de ira* 23.

Sua quemque credulitas decipit. *de consol. ad Polyb.* 29.

Demens, qui fidem præstat errori. 4. *de benef.* 36.

Vtrumque vitiũ est, & omnibus credere, & nulli: sed alterum honestius dixerim vitium, alterum tutius. *epi.* 3. *circ. fin.*

Curiositas.

Ne sis curiosus 3. *de ira* 11.

Temerarium vitium auscultatio & publicorum secretorum inquisitio, & multarum rerum scientia, quæ nec tuto narrantur, nec tuto audiuntur. 1. *de tranq.* 12.

Desperatio.

Imperitis fit magna ex desperatione securitas 6. *nat.* 2.

Diffidentia.

In quibusdam rebus satius est decipi, quam diffidere. 2. *de ira* 53

Dementia.

Dementia res est, sanitati contraria. 2. *controu.* 5.

Nemo errat vni sibi, sed demẽtiam spargit in proximos, accipitque inuicem. *epist.* 95.

Errare

Via eunti aliquid extremum est, error immensus est *ep.* 16.

Nulla ætas vacauit à culpa *epist.* 98.

Si volumus æqui omnium rerum esse iudices, hoc primũ nobis persuadeamus, neminem nostrum esse sine culpa 2. *de ira* 57.

Errantes per agros ignorantia viæ, melius est ad rectum iter admouere, quam expellere. 1. *de ira* 14.

Facilitas inconsulta.

Danda lex vitæ, ne sub specie benignitatis inconsulta facilitas placeat. 1. *de benef.* 4.

Falli.

Nemo tam certam in beneficiis habet manum, vt non sæpe fallatur. *epist.* 81.

Fallere multi docuerunt, dum timent falli, & ius peccandi suspicando fecerunt. *epist.* 3

Fugere non fugienda.

Vsitatas & non magno parabiles res fugere, dementiæ est. *epist.* 5.

Imperitia.

Elegãter Demetrius noster solet dicere, eodem loco sibi esse voces imperitorum, quo vẽtre redditos crepitus. Quid enim mea refert, sursum isti, an deorsum sonent? *epist.* 91.

Ignorantia.

Multa sunt quæ esse concedimus, qualia sint ignoramus. 7. *natural. quæstion.* 24.

Ignorantia

Ignoranti quem portum petat, nullus suus ventus est *epist 71.*

Insania, mali est actus. *1 contron. 7.*

Aliquando & insanire iucundum est. *1. de tranquill vitæ 15.*

Opinio.

Opinio est, quæ nos cruciat *ad Martian. 19.*

Exiguum natura desiderat, opinio immensum. *epist 16.*

Nemo quod fuit tanquam in præterito, sed tanquam in perdito ponit. *3. de benef. 3.*

Præparatio manifesta.

Nihil est tam inimicum, quam manifesta præparatio. *7. contr. in proœm.*

Stultitia.

Inter cætera mala hoc quoque habet stultitia, semper incipit viuere. *epist 130.*

Nil stultitia pacatum habet. *epist 60.*

Nihil est inamabilius, quam diligens stultitia. *7. contr 5*

Stultus omnia vitia habet, sed non in omnia natura pronus est *4 de benef. 36.*

Stulti vita ingrata est, trepida est, tota in futurum fertur. *epist 15.*

Stulto nulla re opus est, nulla enim re scit vti, sed omnibus eget *epist 9.*

Tanta *stultitia* mortalium est, vt quæ minima & vilissima sunt, certe reparabilia, imputari sibi, cum periere, patiantur. *epist. 1.*

Stultitia cui nihil constat, nihil diu placet. *epist 53.*

Stultitia est, timore mortis mori *epist 71.*

Stultitia morbus est animi. *7 de benef 17.*

Suspicio.

Magna pars querelas manu fecit, aut falsa suspicando, aut leuia aggrauando. *3. de ira 11.*

Temeritas.

Temeritas est damnare, quod nescias *epist. 91*

Si excusare, aiunt condemnare.

Illa hoc loco in Variorum Calui repetenda sententia est, factum esse ambitum scitis, & hoc vos scire omnes sciunt Scis amicitias sancte colendas esse, sed non facias Scis improbum esse, qui ab vxore pudicitiam exigis, ipse alienarum corruptor vxorum. Scis illi nil cum adultero, scis nil tibi esse debere cum pellice, & non facis. *epist. 93.*

Aliena tractare.

Sua satius est mala, quam aliena tractare *epist. 119.*

Quid stultius, quam in homine aliena laudare? *epist. 41.*

Aiunt, homines plus in alieno negocio videre, quam suo *epist. 110.*

DE TEMPERANTIA.

De Temperantia in genere, & eius officio & quod difficile sit temperare se: voluptates obiectum esse temperantia Remedium ad temperantiam Quæ vitanda. De intemperantiæ incommodis.

Facilius est gentes barbaras, impatientesque alieni arbitrij, regere, quam animum suum continere, & tradere sibi. *5. de benef. 7.*

Temperantia voluptatibus imperat: alias odit atque abigit, alias dispensat, & ad sanum modum redigit, nec vnquam ad illas propter ipsas venit. *epist. 89.*

Nihil æque tibi profuerit ad temperantiam omnium rerum, quam frequens cogitatio breuis æui, & huius incerti. *epist. 115.*

Clamo, Vitate quæ vulgo placent, quæ casus attribuit: ad omne fortuitum bonum suspiciosi pauidique subsistite. *epist 8.*

Quicquid virtute erat partum, intemperantia corruit. *epist. 73.*

De pertinacia ac perseuerantia.

Nihil est quod non expugnet pertinax & intenta ac diligens cura. Robora in rectum, (quamuis flexa) recuruabis: curuatas trabes calor explicat, & aliter natæ in id finguntur, quod vsus noster exigit. Quanto facilius animus accipit firmum, flexibilis & omni humore, obsequentior? Quid enim aliud est animus quam quodammodo se habens spiritus? vides autem tanto spiritum esse faciliorem omni alia materia, quanto tenuior est. *epist 51.*

Bene compositæ mentis esse existimo posse consistere & secum morari *epist 2. in prin.*

Perseueramus in vanis, ne videamur cœpisse sine causa *3. de ira 29.*

De leuitate & inconstantia, mutatione & rerum omnium fuga.

Semper præsentibus infesta leuitas *1 de tranq. 2*

Senec.

Non est leuitas à cognito & damnato errore recedere *4. de benef. 18.*

Consuetudo rebus affert constantiam. *1 de tranquill. 1.*

Ante omnia hoc cura, vt constes tibi. *epist 35.*

Magnum argumentum est firmæ voluntatis, ne mutari quidem posse *6 de benef. 21*

Sapiens consilium non mutat. *4. de benef. 34.*

Nemo mutatum Catonem, toties mutata respub. vidit. *epist. 105.*

Non est turpe cum re mutare consilium *4 de benef 38.*

Turpe est cedere oneri, luctari cum officio, quod semel recepisti. *epist 22.*

Nihil tam mobile, quam fœminarum voluntas, nihil tam vagum. *de remed fort.*

Omnium quidem imperitorum animus, maxime tamen muliebris, in lubrico est *de remed fort.*

Nil non lubricum & fallax, & omni tempestate mobilius. *epist. 100.*

Variatur quotidie iudicium, & in contrarium vertitur. *epist. 26.*

Temperare sermonem cum vita, & se cum alijs.

Concordet sermo cum vita *epist 76*

Tota huius mundi concordia ex discordia constat. *7. nat 27.*

Concordia paruæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur. *epist 95*

Nihil est miserius, quam incertum inter vitam mortemque destitui *3 contr. 5.*

Temperare cupiditates.

Nullum habet cupiditas malum maius, quam quod ingrata est. *epist. 74.*

Finis cupiditatum etiam ad timoris remedia proficit. *epist 5*

Nouis semper cupiditatibus occupati, non quid habeamus, sed quid petamus inspicimus: non in id quod est, sed in id quod appetimus, intenti *3. de benef 3.*

Concupiscunt homines & quæ non possunt *1. de ira 3.*

Mos est mortalibus, ex magnis maiora cupiendi. *3 de benef. 3.*

Acrior est cupiditas ignota cognoscendi, quam nota repetendi *4. contr. proœm.*

Temperare honores, & de vitando nimio Honorum ambitu.

Ambitio non est contenta honoribus annuis. si fieri potest, occupare fastos vult, per omnem orbem titulos disponere. *1. de ira 16.*

Tantus est ambitionis furor, vt nemo tibi post te videatur, si aliquis ante te fuerit *epist 105.*

Nullum habet malum cupiditas maius, quam quod ingrata est. Nemo eorum qui in Rep. versantur, quos vincat, sed à quibus vincatur, aspicit Et illis non tam iucundum est multos post se videre, quam graue aliquem ante se. Habet hoc vitium omnis ambitio, non retrospicit, instabilis est, incipit semper a fine. *epist. 74*

Ambitio non patitur quemquam in ea mensura honorum conquiescere, qua quondam eius fuit impudens votum. *2. de benef 27.*

Non fames nobis ventris nostri magno constat, sed ambitio *epist. 81.*

Relinque ambitum: tumida res est, vana, ventosa, nullum habet terminum: tam sollicita est, ne quem alium ante se videat, quam ne alium post. laborat inuidia, & quidem duplici. vides autem quam miser sit is, cui inuidetur, & qui inuidet. *epist 85.*

Temperare gaudia, lætitiam & voluptates.

Sapiens fruitor lætitia maxima, continua, sua. *epist. 73.*

Temperare linguam à falso, & mendacio, futilitate & garrulitate, & delectari veritate.

Vt quisque contemptissimus, & vt maxime ludibrio est, ita solutissimæ linguæ est. *in sap. non cad. 11.*

Assuesce & dicere verum, & audire *epist 68*

Idem dicebat Socrates, Veritatem & Virtutem. *epist. 71.*

Veritatis vna vis, vna facies est. *epist. 103.*

Etiam sine ratione ipsa veritas ducit. *epist. 95.*

Veris verius nihil est. *2 nat. quæst 34.*

Veritas in omnem partem sui semper eadem est. *epist. 80.*

Patet omnibus veritas, nondum est occupata *epist 33.*

Magis veritas elucet, quo sæpius ad manum venit *2 de ira 29.*

Veritatem A dies aperit. *2. de ira 21.* [A Hinc Veritas temporis filia dicitur, & Naturæ soror, Tertulliano *libro de Anima*

Nunquam in fastigium veritas venit, falsa satiant. epistol.79.

Inuoluta veritas in alto latet. 7. de benef. 1.

Veritatis simplex oratio est epist. 50.

Etiam vbi causa sublata est, mentimur: mentimur & consuetudinis causa epist 46

Tenue est mendacium: perlucet, si diligenter inspexeris. epist 80.

Ficta cito in naturam suam recidunt. 1. de clem 1.

Nunquam falsis constantia est: variantur, & dissident. epist 103.

Iocis temperatis delectamur, immodicis irascimur 8 in sapient non cad inuur. 17.

Si vis eadem semper velle, oportet vera velis epist. 96

Qui rem non tacuerit, non tacebit autorem: sic quod modo secretum erat, tumor est. epist 106

Temperare ab adulatione. Est vero adulatio etiam mendacij species.

Adulatoribus ne latus præbeas, artifices sunt ad captandos superiores, par illis (etiam si bene caueris) non eris. Sed mihi crede (proditione & si non capieris) ipse te trades. Habent hoc in se naturale blanditiæ: etiam cum reijciuntur, placent: etiam exclusæ, nouissime excipiuntur. 3. nat præfat

Adulatio quam similis est amicitiæ: non imitatur tantum illam, sed vincit, ac præterit: apertis ac propitijs aurib. recipitur, & in præcordia ima descendit: & eo ipso gratiosa, quo lædit. veoit ad me pro A amico blandus inimicus. vitia nobis sub virtutum nomine obrepunt. epistol 45. [A Rogatus Diogenes quæ perniciosissime morderet bellua, Ex feris, inquit, obtrectator: ex cicuribus adulator. Laertius libro 6.

Quo apertior est adulatio, quo improbior, quo magis frontem suam perfricuit, hoc citius expugnat. 3. nat. præfat.

Sæpe adulatio, dum blanditur, offendit 2 de ira 28.

Pro sua quemque portione adulatio infatuat epist 90.

Maluerim veris offendere, quam placere adulando. 1. de clem 2.

Assentator comesque patrimoniorum pereuntium populus. 1. de tranquill. 1.

Temperare ab iræ affectu.

Causa iracundiæ, opinio iniuriæ est. 2 de ira 22.

Iram sæpe misericordia retro egit 1 de ira 16.

Muliebre est, furere in ira. 1. de clem 5

Nullum est animal tam horrendum, tamque perniciosum natura, vt non appareat in illo, si ira inuasit, nouæ feritatis accessio. 1 de ira 1.

Nullus affectus est, in quem non ira dominetur. 3. de ira 34.

Ingentis iræ exitus, furor est. epist. 18

Est hoc imprudentiæ, sine fine concupiscere, sine modo irasci. 5. controuers 5.

Nemo irascitur, vbi vitium natura defendit. 1. de ira 10.

Nemo irascendo fit fortior, nisi qui fortis sine ira non fuisset 1. de ira 13.

Magna pars hominum non peccatis irascitur, sed peccantibus. 2 de ira 28.

Iracundiæ comes tristicia 2. de ira 6.

Plus mihi nocitura est ira, quam iniuria 3. de ira 25

Nulla res magis iracũdiam alit, quam luxuria. 2 de ira 26.

Cyrus fluuio iratus 3 de ra 21.

Ira breuis insania. 1. de ira 1.

Ira est concitatio animi, ad vltionem voluntate & iudicio pergentis. 2 de ira 3

Ira cupiditas reponendi doloris. 1. de ira 3.

Immodica ira gignit insaniam epist 18.

Ira in adiutorium virtutis non venit, sed in vicem. 1. de ira 13.

Ira vitanda non moderationis causa, sed sanitatis. epist. 18.

Nullus affectus vindicandi cupidior est, quam ira. 1. de ira 12.

Apparatus iræ reddendus est suus, eculei & fidiculæ, & ergastula & cruces, & circumdati defixis corporibus ignes, & cadauera quoque trahens vncus. varia vinculorum genera, varia pœnarum, lacerationes membrorum inscriptiones frontis, & bestiarum immanium caueæ. 3. de ira 3. in fin.

Aristoteles iram vetat excæcari, calcar ait esse virtutis. 3. de ira 3.

Nunquam tam feliciter in multa discurrenti negotia dies transit, vt non aut ex homine, aut ex re offensa nascatur, quæ animum in iras paret 3. de ira 6

Cur musca parum curiose fugata, nos in rabiem agit? 2. de ira 25

Verus dictum, à lasso rixam quæri 3 de ira 10.

Maximum remedium est iræ mora. 2 de ira 28.

Temperare à crudelitate, sæuitia, insolentia, superbia. & similibus.

Crudelitas, est atrocitas animi in exigendis pœnis *& post.* Feritas vero, cui voluptati sæuitia est, *& post.* Crudelitas est inclinatio animi ad asperiora 2 de clem 4.

Nunquam subsistit lassa crudelitas, immanium ferarum modo: quæ plus quam exigit fames, mordent. epist. 93.

Truces animos misericors natura debilitat 1. contr. 4.

Ad nocendum potentes sumus. 3 de ira 3.

Crescit licentia spiritus, seruitute cõminuitur 2 de ira 21.

Nihil aliud est insolentia, quam species magnitudinis falsæ epist. 38.

Est proprium superbiæ, magno æstimare introitum ac tactum sui liminis: pro honore dare, vt ostio suo propius assideas, vt gradum prior intra domum ponas, in qua deinceps multa sunt ostia, quæ receptos quoque excludunt. 6. de benef. 33.

Temperare ab odio.

Turpe est odisse, quem laudes 3. de ira 29.

Nihil est iniquius, quam aliquem hæredem paterni odij fieri. 2. de ira 14.

Rogantibus pestifera largiri, blandum & affabile odium est 2 de benef. 14.

Non est prudentis, errantes odisse: alioquin ipse sibi odio erit. 1 de ira 14.

Temperare ab inuidia

Inuidere, quærentis & mœsti est 3 de benef. 3.

Nemo potest & inuidere & gratias agere 3. de benef 3.

In laudem vetustorum inuidia non obstat. 7. de benef. 8.

Periculosa res inuidia. 1. contr 8.

Verendum ne in contemptum nos inuidia & timor transferant: ne dum calcari nolumus, videamur posse calcari. epist. 14.

Edax & inimica semper alienis processibus inuidia. ad Polyb. 28.

Nulla re maior inuidia fortunæ fit, quam æquo animo. de consolat. ad Mart. 6.

Tria ex præcepto veteri præstanda sunt, vt euitentur; odium, inuidia, contemtus. epist. 14.

Clementia vtendum aduersus sæuitiam, crudelitatem, & cætera huiusmodi.

Clementia in quamcunque domum veneris, eam felicem tranquillamque præstabit. 1. de clem. 5.

Nullum clementia ex omnibus magis quam regem aut principem decet. 1. de clem. 3.

Mansueta immansuete tractanda sunt 3. de ira 28.

Clementia alieno sanguini tanquam suo parcit: & scit non esse hominis, homine prodige vtendum epist. 89.

Clementia, est temperantia animi in potestate vlciscendi. vel, est lenitas superioris aduersus inferiorem in constituendis pœnis. *& post.* Est inclinatio animi ad lenitatem animi in pœna exigenda vel, est moderatio aliquid ex merita ac debita pœna remittens, quæ se flectit circa id, quod merito constitui posset. 2. de clem. 3.

Temperare à libidine, luxuria, mollitie, delicijs.

Libido transnatat freta, puerorum greges castrat. 2. de ira 26.

Desunt luxuriæ multa, auaritiæ omnia 7. contr 3.

Delicatas res desiderare, luxuriæ est. 1. epist. 5.

Ad salutem omnia parata sunt, & in promptu: delicijs omnia misere ac sollicite comparantur. epist. 120

Pudicitia, argumentum deformitatis. 3. de benef. 16.

Magnus pudicitiæ fructus est, & aduersus omnes illecebras atque omnia delinimenta muliebris ingenij, est veluti solum ac firmamentum in nullã incidisse fabulam. 2. contr. 8.

Effœminat animos amœnitas. epist. 51.

Temperare à sumptibus immodicis; & de frugalitate & parsimonia.

Frugalitas, paupertas voluntaria est. de paupert. 14.

Non potest studium salutare fieri sine frugalitatis cura. epist. 17. 27. de paupert. 13.

Frugalitatem exigit Philosophia, non pœnam: potest autem esse non incompta frugalitas. *& post.* Qui domum intrauerit, nos potius miretur, quam supellectilem nostrã. Magnus ille est, qui fictilibus sic vtitur, quemadmodum argento: nec ille minor est, qui sic argento vtitur, quemadmodum fictilibus epist 3.

Luxurioso frugalitas pœna est, pigro supplicij loco labor est,

est, delicatus miseretur industrij: desidioso studere, torqueri est *epist* 72.

Parsimonia, est scientia vitandi sumtus superuacuos, aut ars rei familiaris moderate vtendi 2. *de benef* 34.

Sera parsimonia in fundo est non enim tantum minimum in imo, sed pessimum remanet. *epist.* 1 *in fin.*

Necessarijs reb. cailia sufficiunt: superuacuis ne regna. c.11. *ad Alb.*

Temperare à vino & ebrietate.

Omne vitium ebrietas & incendit, & detegit. *epist.* 84.

Ebrietas vnius horæ hilarem insaniam, longi temporis tædio pensat *epist* 60.

Non est animus in sua potestate. ebrietate deuinctus. *epist.* 84.

Ebrio secretum sermonem nemo committit *epist* 84.

In vino non ante lingua titubat, quam mens cessit oneri, & inclinata vel prodita est. *epist.* 115

Paruo fames constat, magno fastidium *epist* 17.

Nemo tam vini capax, quin vincatur à dolio. *epist* 84

Zeno sic colligit virum bonum non futurum ebrium: Ebrio secretum sermonem nemo committit, viro autem bono committit. Ergo vir bonus ebrius non erit *epistol.* 84.

Nihil contemnit esuriens. *epist.* 120.

Ebrius habitus, furore non est minor, sed breuior. *epi* 84. vbi multa vide aduersus ebrietatem dicta

Tullius Cimber dicere solebat: Ego quemquam feram, qui vinum ferre non possum? *epist* 84.

Temperare ab auaritia.

Nulla auaricia sine pœna est, quamuis satis sit ipsa pœnarum. *epist.* 116

Muliebrium vitiorum fundamentum auaricia est. Quæ potest non timere opinionem adulterij, potest non timere adulterium. 2. *controuers.* 8.

Non est incitandus animus ad auaritiam, ad querelas, ad discordiam, sua sponte in ista fertur. Quantum possimus, & resistamus, & quærendi occasiones amputemus. 3. *de benef* 24.

Auarus animus nullo satiatur lucro. *epist.* 95.

Tam deest auaro quod habet, quam quod non habet 7. *contro* 3.

Optimus pecuniæ modus est, qui nec in paupertatem cadit, nec procul à paupertate discedit. 1. *de tranq* 8.

Eiusdem animi est auro non vtuet, venerio non viuere. *epist.* 121.

Quamuis, multum possideas, tamen quia aliquis plus habet, tanto tibi videberis deficere, quanto vinceris. *epist.* 105.

Temperare ab impudentia, & de honesta verecundia ac pudore.

Verecundia bonum in A adolescente signum. *epist.* 10. [A Diogenes videns adolescentulum rubore perfusum: Confide ait fili Huiusmodi est virtutis color *Laertius 6. in Diogene. adde Plutarchum libro de honesta verecundia.*

Est quædam proxima innocentiæ verecundia, præbere se legibus 7 *contro.* 8.

In perditis, & ad omne dedecus expositis, tenerrima est oculorum verecundia. *& post.* Est aliqua etiam prostitutis modestia. & illa corpora publico obiecta ludibrio, aliquid quo infelix patientia lateat, obtendunt. adeo quodammodo lupanar quoque verecundum est. 1. *nat.* 16.

Quædam satius est detrimento tacere, quam verecundiæ 1. *cont.* 2.

Plures pudore peccandi, quam bona voluntate prohibitis abstinent. *epist* 74.

De rubore, & qui dicendo erubuerint, vide. *epist.* 11.

Fœlix, qui sic aliquem vereri potest, vt ad memoriam quoque eius se componat atque ordinet *epist.* 11.

De Verecundia honesta, vide. *epist.* 11.

Omnium aliarum artium peccata artificibus pudori sunt, vitæ peccata delectant. Non gaudet nauigio gubernator euerso. Non gaudet ægro medicus elato Non gaudet orator, si patrocinij culpa reus cecidit. At contra omnibus crimen suum voluptati est. Lætatur ille adulterio, lætatur ille circumscriptione furtoque. 16. *epistolar.* 98

Nunquam me in bona re mali pudebit autoris 1. *de tranq.*

Temperare oculos à curiositate & curiosis.

Curiosus spectator excutit singula & quærit 1 *nat. quæst in præf.*

Temperare aures.

Auribus parcendum. 2. *de benef* 11.

Senec.

Temperare cultum ac vitam.

Satius est simplicitate contemni, quam perpetua simulatione torqueri. 1. *de tranq.* 15.

Ornata simplicitas, nihil obdens moribus suis. 1. *de tranq* 15.

De sufficientia, & eo quod satis est: & nihil concupiscendum.

Virtus sola satis est *epist.* 75.

Corpori tantum indulge, quantum bonæ valetudini satis est *epist* 8.

Satis natura homini dedit roboris, si illo vtamur: si vires nostras colligamus, ac totas pro nobis, certe non contra nos concitemus *epist.* 117.

Ad manum est, quod sat est *epist.* 4.

Quod naturæ satis est, homini non est. *epist.* 120.

Qui multum habet, plus cupit quod est argumentum, nondum illum satis habere *epist.* 120.

Non vt diu viuamus curandum est, sed vt satis *epist.* 94.

Nunquam improbæ spei. quod datur, satis est. 2. *de benef* 27

Cupiditatis nihil est satis, naturæ etiam satis est parum: *ad Alb* 11.

Quis sit diuitiarum modus, quæris primus, habere quod necesse est, proximus, quod sat est *epist.* 2 *in fin.*

Parum est luxuriæ, quod naturæ satis est. *de beat vit.* 13.

Iam rusticitatis & miseriæ est, velle quārum sat est *epi.* 90.

Hoc quod necessitati sat est, debet fortuna etiā irata *ep.* 18

Satis Mihi pauci, satis vnus, satis nullus. *& post.* Satis magnum alter alteri theatrum sumus. *epist* 7.

Quantulumcunque est, satis erit, si quicquid deerit, id à nobis petierimus *epist* 120.

Nunquam parum est, quod satis est · nunquam multum est, quod satis non est. *epist* 120

FORTITVDO.

Fortitudo quid, & ad eam exhortatio.

Fortitudo est virtus, pericula iusta contemnens: aut scientia periculorum repellendorum, excipiendorum, prouocandorum 2 *de benef.* 34.

Fortitudo est contemtrix timendorum: terribilia, & sub iugum libertatem nostram mittentia, despicit, prouocat, frangit *epist* 89.

Fortitudinis patientia, & perpessio, & tolerantia, rami sunt. *epist* 68.

Omnium interest scire, quis scit fortissimus. 10 *contr.* 2.

Non quid, sed quemadmodum feras, interest. *de prouid. diuin.* 2.

Omnia fortiter excipienda, quæ nobis mundi necessitas imperat. *epist* 95.

Hoc tene, hoc morde, aduersus non succumbere, lætis non credere, omnem fortunæ licentiam in oculis habere, tanquam quicquid potest facere, factura sit *epist* 79.

Fortis etiam est, qui compressis est manibus vel etiam alligatis 4. *de benef* 21.

Debet semper plus esse virium in actore, quam in ponderе. 1. *de tranquill. vitæ* 5.

Fortitudinis actiones Attentare omnia.

Quibusdam pro effectu est, omnia attentasse, vt efficarent. 7. *de benef.* 14.

Contemnere contemnenda, & pati contemptum.

Contemnere omnia quiuis potest, omnia habere nemo potest *epist* 63.

Leuissimum est contemptus, vt multi in illo remedij causa delituerint *epist* 106

Contemptum periculorum assiduitas periclitandi dabit. *de prouid. diuin.* 4.

Ad contemnendam malorum patientiam, animus patientia peruenit *de prou.* 4

Animum difficile est perducere ad contemtum animæ *epist* 4.

Æquo animo audienda sunt imperitorum conuicia, & ad honesta vadenti contemnendus est iste contemtus. *epistol.* 77.

Vnus est homini vitæ fluctuantis & turbidæ portus, euentura contemnere. *epist.* 10.

Intolerabilis res, poscere nummos & contemnere. 2 *de benef.* 17.

Nemo ab alio contemnitur, nisi à se ante contemptus est. *de consolat ad Albin.* 13.

Constantia.

Vide Titulum de *Temperantia.*

Crastino non niti.

Minus ex crastino pendebis, si hodierno manum inieceris. *epist.* 1.

Ille beatissimus est, & securus sui possessor, qui crastinum sine solicitudine expectat *epist.* 12.

Crastinum si adiecerit Deus, læti accipiamus *ep.* 12.

Diligentia vis.

Diligentia, maximum etiam mediocris ingenij subsidiũ. *3. controuers. in proœm.* 7.

Libero animo esse, seu libertas animi.

Liber animus est rectus, alia subiiciens sibi, se nulli. *epist.* 125.

Magnitudo animi & magnanimum esse.

Non est magnus animus, quem incuruat iniuria 3. *de ira* 5. Magni animi est, magna contemnere, ac mediocria malle, quam nimia *epist.* 39.

Magni animi est, iniurias despicere. 2. *de ira* 32.

Magni animi proprium est, placidum esse tranquillũque & iniurias atque offensiones semper despicere. 1. *de clement.* 5.

Quanti animi res est, solũ nihil petere, nulli supplicare: & dicere: Nihil mihi tecum fortuna, non facio mei tibi copiam, scio apud te Catones repelli, Vatinios fieri, nihil rogo? *epist.* 51.

Nam tam magno animo mors initur, quam repetitur. *de proiud. diuin.* 5.

Magno animo de rebus magnis iudicandum est. *epist.* 72.

Generosi animi & magnifici est, iuuare & prodesse 3. *de benef.* 15.

Decet magnanimitas quemque mortalem: etiam illum, infra quem nihil est 1. *de clement* 5.

Proprium est magnitudinis veræ, non se sentire percussum 3. *de ira* 25

Nullum est argumentum magnitudinis certius, quam nihil posse, quo instigeris, accidere 3 *de ira* 5.

Ad res pulcherrimas ex tenebris & lucem erutas alieno labore deducimur. nullo nobis seculo interdictum est, in omnia admittimur. & si magnitudine animi egredi humanę imbecillitatis angustias libet, multum per quod spatiemur, temporis est *de breu. vit.* 14.

Magnis telis magna potentia feriuntur. *epist.* 83.

Pertinax opera, seu pertinacia.

Vincit malos pertinax bonitas 7 *de benef.* 31.

Nihil est quod non expugnet pertinax opera, & intenta ac diligens cura *epist.* 51.

Ad bonas spes pertinax animus est 7 *de benef* 31.

Adde quæ de pertinacia & perseuerantia dicta sunt. *de Temperantia.*

Securitas inconcussa.

Nullius metus tam gratus est finis, vt non gratior sit solida & inconcussa securitas. 6 *de benef* 97.

Tuta scelera esse, secura non possunt. *epist.* 98.

Tutum aliqua res in mala conscientia præstat, nulla securum *epist.* 106.

Securitatis magna portio est, nihil iniqui facere. *epist.* 106.

Vincere.

Singula vicere iam multi: ignem Mutius, crucem Regulus, venenum Socrates, exilium Rutilius, mortem ferro adactam Cato, & nos vincamus aliquid Fabricius diuitias Imperator reiecit, Censor notauit. Tubero paupertatem & se dignam & capitolio iudicauit, cum fictilibus in publica cœna vsus, ostendit debere his hominem esse contentum quibus Dij etiamnum vterentur. Honores repulit pater Sextius, & latum clauum D Iulio dante non recepit. *Ep. post* Nos quoque ex his aliquid faciamus inter exempla quare decimus? quidquid fieri potuit, potest. *epist* 99.

Nemo ab altero potest vinci, nisi dum ascenditur: dum ad summum perueneris, paria sunt. *epist.* 80.

Forti viro quæ perferenda. Res aduersa.

Demetrij vox magnifica: Nihil videtur mihi infœlicius eo, cui nihil vnquam aliquid euenit aduersi. *de proiud. diuin.* 3 5

Calamitas.

Calamitas, virtutis occasio est. *de proiu. diuin.* 4.

Calamitates terroresque mortalium sub iugum mittere, proprium magni viri est. *de diuin. proiud.* 4.

Dolor.

Laudatur non dolor, sed ille quem nihil coegit dolor. *epist.* 83.

Dolor leuis est, si ferre possum: breuis est, si ferre non possum *epist.* 24.

Nullus dolor longus est, qui magnus est. *epist* 30.

Non vincetur dolor ratione, qui victus est risu *epist* 52.

Verba dolor parum considerat 6 *contr* 6.

Nulla res citius in odium venit, quam dolor *epist.* 64.

Nihil est difficilius, quam magno dolori paria verba reperire. *de consol. ad Polyb.* 22.

Plus dolet quam necesse est, qui ante dolet, quam necesse sit. *epist.* 99

Inuceratus dolor deridetur. Aut enim simulatus, aut stultus est *epist.* 64

Exilium.

Exilium, loci commutatio est *ad Alb.* 6.

Nulla terra exilium est, sed altera patria. *de rem. fort.*

Laudatur non exilium, sed qui hoc non doluit. *epist.* 83.

Rutilij exilium. *epist.* 68.

Animum Scipionis Africani in cœlum ex quo erat, redijsse persuadeo mihi, non quia magnos exercitus duxit, (hos enim & Cambyses furiosus, ac furore fœliciter vsus habuit,) sed ob egregiam eius moderationem pietatemque magis in illo admirabilem, cum reliquit patriam, quam cum defendit Aut Scipio Romæ deesse debebat, aut Roma esse in libertate Nihil (inquit) volo derogare legibus, nihil institutis: æquum inter omnes ciues ius sit, vtere meo beneficio patria Causa tibi libertatis fui, ero & argumentum. Exeo, si quid plus quam tibi expedit, creui Quidni ego admirer hanc magnitudinem animi? in exilium voluntarium secessit En perducta res erat, vt aut libertas Scipioni, aut Scipio libertati faceret iniuriam Neutram erat fas. Itaque dedit locum legibus, & se Linternum recepit, tam suum exilium Respub imputaturus, quam Hannibali. *epist.* 87.

Infœlix est Rutilius quod æquiori animo se passus est patriæ eripi, quam sibi exilium? quod Syllæ dictatori solus aliquid negauit: & reuocatus non tantum retro cessit, sed longius fuit? *de prou.* 3.

Quosdam vnius verbi contumelia, non æquo animo lata in exilium proiecit: & qui leuem iniuriam silentio ferre noluerunt, grauissimis malis obruti sunt indignatique aliquid ex plenissima libertate diminui, seruilem in sese attraxerũt iugum. 1. *de ira* 14.

Indignatur exul aliquid sibi deesse, cum defuerit Scipioni dos, Regulo mercenarius, Menenio funus? *ad Alb.* 12. *in fin.*

O fœlicem clementiam tuam Cæsar, quæ efficit vt quietiorem agant sub te vitam exules, quam nuper sub Caio egere principes. Non trepidant, nec per singulas horas gladium exspectant. *ad Polyb.* 32.

Grauia.

Nihil graue est, quod semel est c. 15 *de remed. fortuit.*

Labor.

Labor bonum non est. Quid ergo bonum est? Laboris contemptio. *epist* 31.

Labor optimos citat *de proiud. diuin* 5.

Reluctante natura irritus labor est. 1. *de tranquill.* 6.

Generosos animos labor nutrit. *epist.* 31.

Non est vir fortis & strenuus, qui laborem fugit. *epist* 22.

Quis vir, modo erectus ad honesta, non est laboris appetens & iusti, & ad officia cum periculo promptus? *de proiud. diuin.* 2.

Partis corporis amissio.

Si quis oculum casus excusserit sapienti, reliquiæ illi suæ satisfacient: & erit diminuto corpore & amputato tam lætus, quam integro fuit. *epist* 9.

Pericula.

Auida est periculi virtus, & quo tendat, non quid passura sit, cogitat: quoniam & quod passura est, gloriæ pars est. *de diuin. prou* 4.

De alijs vide tractatum Senecæ de Remedijs fortuitorum.

Fortitudini contraria Ægritudo.

Ægritudo in sapientem virum non cadit 2. *de clem* 5

Audacia.

Nomenclatori memoriæ loco audacia est, & cuicunque nomen non potest reddere, imponit. 1. *de benef.* 3.

Delicati status.

Id pactum est ab illo mundi conditore, qui nobis viuendi iura descripsit, vt salui essemus, non delicati Ad salutem omnia parata sunt & in promptu. Delitijs omnia misere ac sollicite comparantur. *epist.* 129.

Præsentia nos delicatos facit *epist.* 56.

Desidia.

Sæpe quos labor robustauerat, desidia consumsit. 1 *cont.* 8.

Inexperta formidare.

Mẽtis imbecillę atq; ægrę est, formidare inexperta. *ep* 51.

Magis vigent sæua inexpertos. *de proiud. diuin.* 4.

Latere.

Latere.

Nocens habuit aliquando latendi fortunam, nunquam fiduciam *epist.* 106.

Nulla virtus latet: & latuisse, non ipsius est damnum. *ri. epist.* 80

Potest nocenti contingere vt lateat, latendi fides non potest *epist.* 98

In illa latebra in quam timor nos & lassitudo coniecit, recrudescit interdum ambitio non enim excisa desiit, sed fatigata aut abiecta. *epist.* 57.

Metus.

Tamdiu officiorum mali iudices erimus, quamdiu deprauat spes ac metus, ac incertissimum vitium voluptas. 4. *de benef.* 11.

Multos fortuna liberat pœna, metu neminem *epist.* 98.

Ita natura constituit, vt quod alieno metu magnum est, a suo non vacet. 2 *de ira.* 11.

Furor est metuere salutaria. 4. *de benef* 19.

Metus nullus ingrato. 4 *de benef.* 17.

Libera te primum metu mortis, illa nobis primum iugum imponit: deinde metu paupertatis. *epist* 80.

Lenocinium muneris, antecedens metus 1. *de benef.* 11.

Nulli tam perniciosi, tam irreuocabiles, quam lymphatici metus sunt. *epist.* 13.

Turpissimum Mecœnatis votum, quod & debilitatem non recusat, & deformitatem, & nouissime acerram crucē, dummodo inter hæc mala spiritus prorogetur. *ep.* 102.

Negligentia.

Turpissima est iactura, quæ per negligentiam fit. *ep.* 1. *in f.*

Otium ignauum.

Vacia nulla re alia, quam otio notus consenuit, & ob hoc vnum fœlix habebatur. *& post:* Ille latere sciebat, non viuere. Multum autem interest, vtrum vita tua otiosa sit, an ignaua. Nunquam aliter hanc villam Vacia viuo prætteribam, quam vt dicerem, Vacia hic situs est *& post:* Otiosum hominem seductum vulgus existimat, & securum & se contentum, sibique viuentem: quorum nihil vlli contingere, nisi sapienti potest. Nam qui res, & homines fugit, quem cupiditatum suarum infœlicitas relegauit, qui alios fœliciores videre non potuit, qui velut timidum atque iners animal metu oblituit: ille sibi non viuit, sed quod est turpissimum, ventri, somno, libidini. Non continuo sibi viuit, qui nemini: adeo tamē magna res est constantia, vt habeat autoritatem inertia quoque pertinax. *epist.* 56.

Longe optimum est miscere otium rebus, quotiens actuosa vita impedimētis fortuitis aut ciuitatis conditione prohibetur. 1. *de tranquill.* 3.

Otiū sine litteris mors est, & hominis viui sepultura *ep* 83.

Absconde te in otio: sed & ipsum otium absconde. *epist.* 69. *in pr.*

Optimum est non iactare otium suum. Iactandi autem genus est, nimis latere, & à conspectu hominum secedere. *epist.* 68.

Otium tuum non emineat, sed appareat. *Et paulo ante:* Non suaserim tibi nomē ex otio quærere, quod nec iactare debes nec abscondere. 2. *epist* 19.

Cui non industrio otium pœna est *de prouid. diuin* 2.

Gloriari otio, iners ambitio est 9. *epist* 69.

Soli omnium otiosi sunt, qui sapientiæ vacant: soli viuūt. *de breuitate vitæ.* 14.

Occupatio in re nihili aut aliena.

Nihil minus est hominis occupati, quam viuere. *de breui. vit* 17

Inter omnes conuenit, nullam rem bene exerceri posse ab homine occupato. *de breui. vit.* 5.

Occupatorum animi velut sub iugo sunt, flectere se ac respicere non possunt. *de breui vit.* 10

Omnium occupatorum conditio misera est: eorum tamē miserrima, qui ne suis quidem occupationibus laborāt, ad alienum dormiunt somnum, ad alienum ambulāt gradum, ad alienum comedunt appetitum. Amare & odisse res omnium liberrimas iubentur. *de breui.* 19.

Non dubium est, quin prima quæque optima dies fugiat mortalibus miseris & occupatis: quorum pueriles adhuc animos senectus opprimit, ad quam imparati inermesque veniunt *de breui. vit.* 9. 172.

Facile est occupationes euadere, si occupationum præmia contempseris illa sunt quæ nos morātur & detinent. *ep.* 22

Quæris forte, quos occupatos vocem. *de breu. vit. cap.* 12. *& ib passim.*

Pigritia.

Piger sibi ipsi obstat 14. *epist.* 95.

Sollicitudo.

Maxima quæque bona sollicita sunt, nec vlli fortunę minus bene quam optimæ creditur. *de breui. vit.*

Omnium animos mala aliena ac repentina sollicitant, *ep.* 75.

Minimum est, de quo sollicitissime agitur. *epist.* 94.

Solitudo.

Sumpsi instrumenta mortis, solitudinem & laqueum: alterum apertum morituro, alterum misero 5. *contr.* 1

Non est per se magistra solitudo innocentiæ nec frugalitatem docent rura *epist.* 93.

Omnia nobis mala solitudo persuadet *epist* 25.

Odium turbæ sanabit solitudo: tædium solitudinis, turba. 1. *de tranq. vit* 15.

Quomodo solitudo in odio est: sic cum dulcedine est appetitio societatis. 1 *epist.* 9.

Multum proficeit, qui nunquam erit solus. *epist* 6.

repetere nocentem.

Pusilli hominis & miseri est, repetere mordentem, vt mures & formicæ: ad quas si manum admoueris, ora connectent. 2 *de ira* 34.

Reluctari ei, cui locus non est reluctandum

Nulli tam arctum est iugum, quod non minus lędat ducentem, quam repugnantem. 3. *de ira* 16.

Terror.

Nobis ignorantibus verum, omnia terribilia sunt, vtpote quorum metum raritas auget 6. *nat. quæst.* 3.

Vanis vana terrori sunt. 2. *de ira.* 11.

Timor.

Non est viri, timere sudorem. 4 *epist* 31.

Timoris tormentum memoria reducit: prouidentia anticipat. *epist.* 5.

Nemo tam timidus est, vt malit semper pendere, quam semel cadere. *epist* 22.

Ante omnia memento, demere rebus tumultum, ac videre, quicquid in quaque re sit: scies nihil esse in istis terribile, nisi ipsum timorem *epist* 24.

Laberiani versus. Necesse est multos timeat, quem multi timent 2. *de ira.* 11.

Stultum est timere, quod vitare non possis. *de remed. fort.*

Timeri molestum est tam domi quam foris: tam à seruis, quam à liberis. 8. *epist.* 106.

Periculosius est timeri, quam despici. 2. *de ira* 11.

Tam demens est, qui timet quod non est passurus, quam qui timet: quod non est sensurus. *epist* 30.

Timetur inopia, timentur morbi, timentur quæ per vim potentioris eueniunt. *epist* 14.

Epicuri argumentum, natura nos à scelere abhorrere, quod nulli non etiam inter tuta timor est *epist* 98.

Nihil tam certum est ex his quæ timentur, vt non certius sit & formidata subsidere, & sperata decipere. *epist.* 13.

IVSTITIA.

Honeste viuere.

Omnia honesta opera voluntas inchoat, occasio perficit. 4 *contr.* 7.

Magnum est præsidium, in periculis innocentia 7. *controuers.* 1.

Alterum non lædere.

Nequitia est, vt extrahas, mergere euertere, vt suscites, Non est beneficium, iniuriæ finis 6. *de benef.* 26

Ius suum cuique tribuere: Et de fide seruanda.

Fides sanctissimum humani pectoris bonum est: nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur præmio. *epist* 89.

Nihil fide pretiosius. *ep.* 74.

Duæ res plurimum roboris animo dant: fides veri, & fiducia. *epist.* 95.

Aliqui benefacere.

Liberalitas nō quia liberis debetur, sed quia à libero animo proficiscitur, ita nominata est. *de vit. beat.* 24.

Iniquum est, collapsis manum non porrigere. 1. *contr.* 1.

Paria facere seu reddere id quod debeas.

Paria facere difficile est. 3. *de benef.* 9.

Non ab omnibus accipere.

Non ab A omnibus accipiendum. 2. *de benef.* 18. [A Hinc illud Seueri & Antonini ad magistratus: οὔτε πάντα οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων. *l.* 6 §. 3. *ff. de offic. proconsul.*

Non delicate accipiendum, nec submisse & humiliter 2. *de benef.* 24.

Qui noua accipere non vult, acceptis offenditur. 4. *de benef.* 40.

Quod pudet debere, ne acceperis. 2. *de benef.* 22.

Qui grate beneficium accepit, primam eius pensionem soluit. 2. *de benef.* 22.

Multi sunt tam prauæ naturæ, vt malint perdere qui præstiterunt, quam recepisse superbi & imputatores. 2. *de benef.* 17.

De beneficijs, liberalitate, & similibus.

Beneficium est, quod iudicio datur: non quod furore aut morbo 1. *contr.* 6.

Beneficium est, quod quis dedit, cum illi liceret & non dare. 3. *de benef.* 19.

Beneficium commune vinculum est, & inter se duos alligat 6 *de benef.* 41.

Beneficium nulli legi subiectum est. 6. *de benef.* 6.

Malo loco beneficium est, nisi & excussis manibus esse gratum licet. 2 *de benef.* 31.

Nullum beneficium tam angustum, quod non bonus interpres extendat. 2 *de benef.* 28.

Nullum est tam plenum beneficium, quod non vellicare malignitas possit. *de benef.* 28.

Beneficium nunquam datur, nisi à volente. 5. *de beneficijs* 19.

Non est beneficium, scelere abstinere 7 *contr.* 6.

Non est beneficium, quod in quæstum mittitur. 4. *de benefic.* 14.

Non est beneficium, sed officium, facere quod debeas. 2. *contr* 2.

Non est beneficium, quod ad fortunam spectat 4. *de beneficijs.* 3

Qui nimis de beneficio reddendo cogitat, nimis cogitare alterum de accipiendo putat 6 *de benef* 43.

Turpissima vox in beneficio: Redde 3. *de benef.* 14.

Beneficia in scelus sunt versa 5 *de benef* 15.

Beneficiorum sacratissimum ius, ex quo amicitia oritur. 2. *de benef* 18.

Quid inhumanius, quã cruentos esse beneficiorũ exitus? 3. *de benef.* 10.

Nemo non amat sua beneficia. 4 *de benef* 15

Beneficia quædam magnitudo non patitur incidere quędam minora, sed numero plurima, & temporibus diuersa effluunt 3. *de benef* 5.

Quo quis plura beneficia dedit, beneficentior est. 5 *de benef* 9.

Alacrior pietas est, si ad reddenda beneficia cum vincendi spe venerit. 3. *de benef.* 36

Quisquis tutam agere vitam volet, quantum plurimum potest, viscata beneficia deuitet *epist.* 8

Nunquam deerunt causæ querendi, si beneficia à deteriore parte spectaueris 2. *de benef.* 28.

Nemo habet tam certam in beneficiis manum, vt nõ sępe fallatur *epist.* 82.

Nullum est odium perniciosius, quam beneficij violati pudere 11 *epist* 82.

Qui libenter beneficium accepit, reddidit 2. *de benef.* 11.

Qui beneficium accipit, magis accipit, quo magis eo indiget 3 *de benef* 15

Beneficium dare per se expetendum 4. *de benef.* 15.

Beneficium dare, virtutis est 4. *de benef* 3.

Beneficium qui dat, vult grate excipi. 2. *de benef* 31.

Qui dedit beneficium, taceat: narret, qui accepit. 2. *de benef* 11.

Beneficium ab iniuria distinguit non euentus, sed animus. 6 *de benef* 8

Magni animi est, beneficium perdere & dare. 7 *de beneficijs.* 32

Ad beneficium dandum non adducit cogitatio auara nec sordida: sed humana, liberalis, cupiens dare etiam cum dederit, & augere nouis ac recentibus vetera 4 *de benef.* 14.

Multum interest, vtrum aliquis beneficium nobis det sua causa, an nostra: an sua, & nostra 6 *de benef.* 12.

Non est magni animi, beneficium dare & perdere 7. *de benef.* 32.

Nõ videtur dedisse beneficium, qui malo animo profuit. 2. *de benef.* 18

In beneficio dando nihil magis vitandum, quam superbia 2 *de benef* 11.

Vtrum quis sibi beneficium dare possit. 5 *de benef* 7.

Multum à beneficio distat negotiatio 6 *de benef* 12.

Beneficium non res est, sed actio. 6. *de benef.* 22.

Beneficium est vous in fame panis: & ardentibus siti, & vix spiritum per siccas fauces ducentibus, monstrare fontem 3. *de benef* 8.

Non turpius est inficiari, quam repetere beneficium. 1. *de benef.* 1

Beneficium sero dedit, qui roganti dedit. 2. *de benef* 1.

Beneficium est, quod iudicio datur, non quod morbo. 1. *controuers* 6.

Beneficia non sunt exasperanda, nec quicquam illis triste miscendum 2. *de benef* 6

Non est beneficium, sed officium, facere quod debeas. 2 *contr* 6.

Beneficia malim non recipere, quam non dare. 1. *de benef* 1

Beneficia dare debemus, etiamsi nullum bene positum simus. 1. *de benef* 2.

Male collocata male debentur 1. *de benef.* 1.

Non ab omnibus accipiendum est beneficium, &c 2. *de benef.* 18.

Beneficium nullum est, cuius commodum non & proximos tangat, nonnunquam etiam longius positos. 3. *de benef.* 19

Adeo nos ad beneficia non impellit vtilitas, vt & inutilia tueri ac fouere perseueremus sola beneficij charitate: cui etiam infœliciter dato indulgere, tam naturale, quam liberis prauis 4. *de ben.* 15. *in fin.*

Beneficia in vulgus non effundenda 1 *de benef* 2.

Beneficiorum maxime honesta largitio est. 1. *de benef* 2.

Beneficiorum simplex est ratio. 1. *de benef* 2.

Beneficiis beneficia vincere debemus 1. *de benef* 4.

Beneficium qui non reddit, non magis peccat, quam qui non dat citius. 1. *de benef.* 1.

Beneficia ipsa non fructum ipsorum beneficiorum sequi, magni animi & boni proprium est. 1. *de benef.* 1.

Beneficiorum memoria senescere non debet. 1. *de beneficijs.* 16.

De gratia referenda, & ei contraria ingratitudine.

Grati simus aduersus Deos, grati aduersus homines, grati aduersus eos qui nobis aliquid præstiterunt: grati etiam aduersus eos, qui nostris. 5. *de benef* 17. *in fin.*

Non est referre gratiam, quod volens acceperis, nolenti reddere 4 *de benef.* 40.

Ad reddendam gratiam & virtute opus est, & tempore, & facultate, & aspirante fortuna 3. *de benef.* 2.

Nihil tã laudabile, nihil tam æqualiter in omnium animos receptũ, quã referre bene meritis gratiam. 4. *de ben.* 3.

Gratias agere, gaudentis est. 3. *de ben* 3.

Gratus animus ipsa virtute propositi sui capitur. 4 *de benef* 20.

Gratus futurus, statim dum accepit, de reddendo cogitat 2 *de benef* 25.

Qui meminit, sine impendio gratus est. 3. *de benef.* 2.

Duo genera grati hominis 4. *de benef* 20.

Qui festinat reddere, non habet animum grati hominis sed debitoris. 4. *de benef.* 40.

Nihil grato animo honestius 11. *epist.* 82

Duas res quibus in vita humana nihil pulchrius est, corrumpimus: gratum hominem, & beneficium 3 *de ben.* 7.

Gratum hominem semper beneficium delectat, ingratum semel 3 *de benef* 17.

Propositum optimi viri & ingẽtis animi est, tamdiu ferre ingratum, donec feceris gratum 5 *de benef.* 1.

Omnia facienda sunt, vt quam gratissimi simus 11. *ep.* 82.

Abite è rebus humanis quam gratissimi volumus. 4 *de benef.* 22.

De ingratitudine, & ingratis.

Ingratissimus omnium, qui oblitus est. 3. *de benef.* 1.

Ingratus, qui non reddit 3. *de benef* 1.

Ingratus est, qui dissimulat 3 *de benef.* 1.

Adeo ingratus est, qui oblitus est, vt gratus sit, cui beneficium in mentem venit. 3. *de benef.* 5.

Ingratus est, qui beneficium accepisse se negat quod accepit. 3. *de benef* 1.

Ingratus est, quisquis metu gratus est. 4 *de benef.* 18.

Qui inuitus debet, ingratus est 4 *de benef.* 40.

Ingratus est, qui in referenda gratia secundum datum videt: qui spectat, cum reddit. 4 *de benef.* 20.

De ingratis etiam ingrati queruntur 3 *de benef* 1.

Non expedit notum omnibus fieri, quam multi ingrati sint 3. *de benef* 16.

Non quisquis non reddidit beneficium, ingratus tenetur: animus æstimandus est non reddentis 2 *contr.* 6.

Apparet ingratum esse, qui ne fatetur quidem se accepisse beneficium. 2. *contr* 6

Ingratus est, qui beneficium se accepisse negat, qui dissimulat

mulat, qui non reddit: ingratissimus omnium, qui oblitus est. 3. *de benef.* 1

Ingratus est, qui remotis arbitris agit gratias. 2. *de benef.* 23.

DE REBVS EXTERNIS.

De gloria.

Gloria multorum iudiciis constat, claritas bonorum. *epist.* 103.

Gloria vmbra virtutis est *epist* 80.

Nemo non gloriam vltra verum tulit. *epist* 121.

Nemo gloriari nisi suo, debet *epist.* 41.

Non est gloriosa res, gratum esse: nisi rutum est, ingratum fuisse. 3 *de benef* 7.

Gloria fugientes magis ac magis sequitur 3 *de benef* 1.

Non est gloriosum, quod ac inuito & tergiuersante fit. *epist.* 83.

De fama.

Fama non est vnius sermo, nec infamia vnius mala existimatio *epist* 103.

Male agit, qui famæ, non conscientiæ gratus est. 6 *de benef* 42.

Stultius nihil est, quam famam captare tristitiæ, & lachrymas approbare *epist.* 100.

Nescimus æstimare res, de quibus non cum fama, sed cũ rerum natura deliberandum est *de pauper* 14.

Quomodo fama non est vnius sermo, nec infamia vnius mali existimatio: sic nec claritas, vni bono placuisse. *& post.* Ad gloriam & famam non est satis vnius opinio. *epist.* 103.

De opinione.

Etiam nunc curo opiniones viatorum. *epist.* 88.

Ne dubitaueris bonam vitam, quam opinionem bonam malle *epist.* 114.

De laude & Laudatione.

Aliud est laus, aliud laudatio: hæc & vocem exigit. Itaque nemo dicit laudem funebrem, sed laudationem, cuius officium oratione cõstat. Cum dicimus aliquem laude dignũ, non verba illa benigna hominũ, sed iudicia promittimus. Ergo laus etiam taciti est bene sentientis, ac bonum virum apud se laudantis deinde, vt dixi, ad animum refertur laus, non ad verba, quæ conceptam laudem egerunt, & in notitiam plurium emittunt. Laudat, qui laudãdum esse iudicat. Cum tragicus ille apud nos ait, *magnificum esse laudari à laudato viro*, laude digno ait: & cum æque antiquus poeta ait, *laus alit artes*: non laudationem dicit, quæ corrumpit artes nihil enim & eloquentiam & aliud studium auribus deditũ vitiauit, quam popularis assensio. Fama vtique vocem desiderat, claritas non potest enim citra vocem contingere, contenta iudicio: plena est non tantum inter tacentes, sed etiam inter reclamantes. Quid intersit inter claritatem & gloriam dicam. Gloria multorum iudiciis cõstat, Claritas bonorum. claritas laus est, bono à bonis reddita *epist.* 103.

Laudationum duarum comparatio: O virum literatum: O virum bonum.

Magno impendio temporum, magna alienatum aurium molestia laudatio hæc constat: O hominem litteratum Simus hoc titulo rusticiore contenti, O virum bonum. *epist.* 89.

Quid lætaris, quod ab hominibus ijs laudaris, quos non potes ipse laudare? *epist* 53.

De dignitate.

Confragosa in fastigium dignitatis via est. *epist.* 85.

Nemo dignitati perditæ parcit 1. *de clement* 22.

De Honoribus.

Honores & iniuriæ vulgi, in promiscuo habendæ sunt. 2. *in sap. non cad. iniur.* 19. Vide plura, titulo de Temperantia.

De Potentia

Pulsare superbas potentiorum fores, digerere in literam senes orbos, plurimum in foro posse, inuidiosa potentia ac breuis est, & (si verum æstimes) sordida *epist* 69.

Inimicitiæ potentum graues sunt. *de prouid. diuin* 3.

Sapiens nũquam potentium iras prouocat: imo declinat non aliter, quam in nauigando procellam *epist* 14.

De Amicitia, Amore & inimicitia.

Qui amicus est, amat: qui amat, non vtique amicus est. *epist. trigesimaquarta.*

Quicquid amicus habet, commune est nobis. 7. *de benef. cap. duodecimo.*

In pectore amicus, non in atrio quæritur. 6 *de benef. capite trigesimoquarto.*

Senec.

Errat ille qui amicum in atrio quærit, in conuiuio probat. *epist* 33 & *epist* 19.

Non est quod amicum tantum in foro & in curia quæras: si diligenter attenderis, & domi inuenies. *epist.* 47.

Attali Philosophi dictum: Iucundius est amicum facere, quam habere *epist.* 9.

Voluntas & amicum & inimicum facit. 6. *de benef.* 9

Sine amico visceratio, leonis ac lupi vita est *epist* 19

Sapiens se ipso contentus est: & propter hoc amico non indiget. *epist.* 9

Amici fugiunt, vbi probantur *ep.* 9.

Non sunt amici, qui agmine magno ianuam pulsant, qui in primas & secundas admissiones digeruntur. 6. *de benef.* 3.

Secundum naturam est amicos complecti, & amicorum actu, vt suo proprioque, lætari *ep.* 110.

Nullum habet maius malum occupatus homo, & bonis suis obsessus, quã quod amicos sibi putat, quibus ipse non est quod beneficia sua efficacia iudicat ad cõciliãdos amicos, cum quidam, quo plus debent, magis oderint. *epist.* 19.

Æque offendisse Seianum, quam amasse Asinium Gallũ, periculosum fuit *epist* 56.

Summa amicitia, amicum sibi æquare. 2. *de benef.* 15.

Consortium rerum omniũ inter nos facit amicitia *ep.* 48.

Nihil æque oblectauerit animum, quam amicitia fidelis. 1. *de tranquil. vitæ* 67.

Amicitia semper pr[illegible]: amor etiam aliquando nocet. *epist.* 35.

Detrahit amicitiæ maiestatem suam, qui illam parat ad bonos casus *epist.* 9.

Post amicitiam credendum, ante amicitiam iudicandum. *epist.* 3.

Amicus animo possidendus *epist* 56.

Fert sortem suam quisque vt in cæteris rebus, ita in amicitiis 1. *de benef* 28.

Qui se spectat, si propter hoc ad amicitiam venit, male cogitat quemadmodũ cœpit, sic desinet. Parauit amicum aduersus vincula laturum opem, cum primũ crepuerit catena discedet. Hæ sunt amicitiæ, quas tẽporarias populus appellat. Qui causa vtilitatis assumptus est, tamdiu placebit, quamdiu vtilis fuerit: Circa florentes amicorum turba sedet, circa euersos ingens solitudo est: & inde amici fugiunt, vbi probantur. *& post*: Ista negotiatio est, non amicitia *epist.* 9

Amicitia semper prodest, amor etiam aliquando nocet. *epist.* 35.

Amantum plura oscula, & complexus arctiores non augent amorem, sed exercent. 7 *de benef.* 12. *in fin.*

Quid est gloriosius, quam iram in amicitiam mutare? Quos populus Roman. fideliores habet socios, quam quos habuit pertinacissimos hostes? quod hodie esset imperiũ, nisi salubris prouidẽtia victos permiscuisset victoribus? 2. *de ira* 34.

Multi non amico, sed amicitia caruerunt. *epist.* 6.

Amicitia olim petebatur, nunc præda. *epist.* 19.

Plus semper imbecillo amico debemus. 7. *de benef.* 17.

Amicus, res non domibus tantum, sed seculis rara. quæ non alibi magis deest, quam vbi creditur abundare. 6. *de benef* 33.

Amicus animo possidendus hic autem nunquam abest: quemcunque vult, quotidie videt. *epist* 56.

Sæpe nihil interest inter amicorum munera & hostium vota 2. *de benef.* 15.

Cum amico efferre amicitiam *epist.* 100.

Dicere solent iis, quos validissime diligunt, paratos se partem annorum suorum dare *de breuit vit* 8.

Ne vnum quidem nimis amauit, qui plus quam vnum amare non potuit *epist.* 64.

Conciliari nisi turpi ratione amor turpium non potest. *epist.* 29.

Magnus est amor, qui ex misericordia venit. 8 *contr.* 6.

Nemo hortandus in amorem sui, quem cum nascitur, trahit 4. *de benef* 17.

Socrates amicis audientibus, emissem pallium, si nummos haberem: neminem poposcit, omnes admonuit 7. *de benef* 24.

Quod vinculum amoris esse debebat, seditionis atque odij causa est, idem velle. 3. *de ira.* 34.

Amor res commota, impotens, alteri emancipata, vilis sibi. Siue enim nos respexit, humanitate eius irritamur: siue contemsit, superbia accendimur. Æque amoris facilitas quam difficultas nocet. Facilitate capimur, cum difficultate certamus. *epist.* 117.

Ei qui amorem exuere conatur, euitanda est omnis admonitio dilecti corporis: nihil enim facilius, quam amor recrudescit *epist.* 70.

Animus is est prauo amore flagrantibus, qui amicæ suæ optant exilium, vt desertam fugitantemque comitentur: Optant inopiã, vt magis desideranti donent: Optant morbum, vt assideant, & quidquid inimicus optaret, amantes vouent. Fere idem itaque exitus est odij & amoris insani. 8 *de benef.* 25.

Quæris quomodo amicum cito facturus sit sapiens? Dicam. Hecaton ait, ego tibi monstrabo amatoriũ sine medicamento, sine herba, sine vllius veneficæ carmine: Si vis amari, ama *epist.* 9.

Amare magis vulgare est, & in plures cadit, quam vera amicitia *epist.* 82.

Non potest amor cum timore misceri *epist.* 47.

Non recipit sordidum virtus amatorem: soluto ad illam sinu veniendum est 4. *de benef.* 24.

Inimicus.

Magis ignosco ei, qui volnus inimici, quam qui pũctiunculam concupiscit 3 *de ira* 43.

Mortales esse inimicitiæ debent. 3. *contr.* 2.

De conuersatione & conuictu.

Tam bonorum, quam malorum longa conuersatio amorem inducit. 1. *de tranq. vitæ* 1.

Conuersatio dissimilium bene composita disturbat & renouat affectus: & quicquid imbecillum in animo, nec perduratum est, exulcerat 1 *de tranq. vitæ* 1.

Inimica est multorum conuersatio. *epist.* 7.

Sumuntur A à conuersantibus mores 3 *de ira* 7. A sic Paulus. 1 Corinthior 1 φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί Corrompunt mores bonos commercia mala.

Nemo libenter tristi conuersatur, nedum tristitiæ. *epist.* 100.

Ante circumspiciendum est, cum quibus edas & bibas, quam quid edas & bibas *epist.* 19.

Nulla res magis animos honesta induit, dubios & in prauum inclinantes reuocat ad rectum, quam bonorũ virorum conuersatio. Paulatim enim descẽdit in pectora, & vim præceptorum obtinet, frequenter audiri, aspici frequẽter. Occursus ipse sapientum iuuat. Est & aliquid, quod ex magno viro vel tacẽte proficias. Nec tibi facile dixerim quemadmodum prosit, sicut illud intelligam profuisse. Minuta quædam, vt ait Phædon, animalia cum mordent, non sentiuntur, adeo tenuis illis & valens in periculum vis est, tumor indicat morsum & in ipso tumore nullu vulnus apparet. Idem tibi in conuersatione virorum sapientiũ eueniet: non deprehendes quemadmodum aut quando tibi prosit, profuisse deprehendes. *epist.* 94.

De societate.

Nullius boni, sine socio iucunda possessio est. *epist.* 67

De Comitatu.

Malignus comes, quamuis candido & simplici, rubiginem suam affricuit. *epist.* 7.

Assentator comesque patrimoniorũ pereuntiũ populus. 2 *de tranq.* 1.

Multi illum comitantur. Mel muscæ sequuntur, cadauera lupi, frumenta formicæ. Prædam sequitur ista turba, non hominem *de remed. fort.*

De Diuitiis & opibus.

Is maxime diuitiis fruitur, qui minime diuitiis indiget. *epist.* 14.

Qui eget diuitiis timet pro illis. *epist.* 14

Magnus est ille, qui in diuitiis pauper est: sed securior, qui caret diuitiis *epist.* 20

Nihil refert, vtrum animus æger in diuitiis, an in paupertate ponatur: malum suum illum sequitur *epist.* 17

Multis parasse diuitias, non finis miseriarũ fuit, sed mutatio *epist.* 17.

Infirmi animi est, pati non posse diuitias. *epist.* 5.

Non est quod putes, omnibus diuitias conuenire: nihil est insolentius nouitio diuite 1. *contr.* 1

Breuissima ad diuitias, per contemptum diuitiarum, via est *epist.* 63.

Nemo nascitur diues *de paup.*

Diuitiæ sunt magnę, ad legem naturę composita paupertas *ep.* 4. *& ep.* 23 *& de paup.*

Obiicite Platoni, quod quæsiuerit pecuniam: Aristoteli, quod acceperit. Democrito, quod neglexerit. Epicuro, quod consumserit. *de vit. beat.* 27

Patrimonia, maxima humanarum ærumnarum materia. 2. *de tranq. vit.* 8.

Vicinus diues cupiditatem irritat *epist.* 7.

Multum est non corrũpi diuitiarum contubernio. *epist.* 20 *& de paup.*

Opes auctoramenta sunt seruitutum *epist.* 105.

De diuitiarum falsa laude apud Poetas, vide *epist.* 116.

Diuitiæ apud sapientem virum in seruitute sunt: apud stultum in imperio *de vit. beat.* 26.

In animo, non patrimonio diuitiæ *ep.* 109.

Non ideo diuitiæ tibi nocent, si propter diuitias tibi nocetur *epist.* 88.

Is maxime diuitiis affluit, qui minime diuitiis indiget *de paup.*

Sanus diues est: qui, licet habet diuitias, eas tamen vt egens habet *de paup.*

Si vis Pythoclea diuitem facere, non pecuniæ adiiciendũ, sed cupiditatibus detrahendum est. *epist.* 21.

Maiore tormento pecunia possidetur, quam quæritur. *epist.* 116.

Iniquissimum pecuniam sub gloria egestatis acquirere. 2. *de benef.* 17.

Diuitias pati non posse, infirmi animi est *epist.* 5.

Modus diuitiarũ primus, quod necesse est, habere: proximus, quod sat est. *epist.* 2.

Facilis cuique ad diuitias via, quo die pœnituerit bonę mentis. 1. *nat. præfat.*

Nihil est insolentius nouitio diuite 2 *cont.* 1.

Relinque diuitias, aut periculum possidentium, aut onus. Relinque corporis atque animi voluptates, molliunt & eneruant. Relinque ambitum, tumida res est, vana, vẽtosa. Nullum habet terminũ: tam sollicita est, ne quem ante se videat, quam ne alium post se. Laborat inuidia, & quidem duplici. Vides autem quam miser sit cui inuidetur, & qui inuidet *epist.* 85.

De paupertate.

Si vis vacare animo, vt pauper sis oportet, aut pauperi similis. *epist.* 17. *& paup.*

Etiam in obsessa via pauperi pax est *epist.* 14 *& de paup.*

Non venenum pauperes timent, non hæredem. 2. *controuers.* 1.

Paupertas contenta est, desideriis instantibus satisfacere. *epist.* 17.

Honesta res est, læta paupertas *epist.* 2.

Laudatur non paupertas, sed is quem non submittit, nec curuat *epist.* 83.

Paupertas nulli malum est, nisi repugnanti *epist.* 124.

Quam te paupertas amo, si beneficio tuo innocens sum. 2 *contr.* 1.

Non est quod paupertas nos à philosophia reuocet, nẽ egestas quidem: toleranda est ad hoc properantibus vel fames quam tolerauere quidam in obsidionibus. *epist.* 17.

O paupertatis quam ignorum bonum est. 2 *contr.* 1.

Facilius possum paupertatem laudare, quam ferre 2. *controuers.* 1.

Optimus pecuniæ modus est, qui nec in paupertatem cadit, nec procul à paupertate discedit 1 *de tranq. vitæ.* 8.

Cui cum paupertate bene conuenit, diues est. *epistol.* 4 *& de paupert.*

Non in paupertate vitium est, sed in paupere. *de remed. fort.*

Magnus ille est, qui in diuitiis pauper est *de pauper.*

Post Darium & Indos, pauper est Alexander Macedo. *epist.* 120.

Nemo tam pauper viuit, quam natus est *de pro. diu.* 8.

Non est pauper, cui, quantulumcunque superest, sat est. *epist.* 1.

Non qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est. *epist.* 2. *& de paupir.*

Paupertas nihil aliud, quam parui possessio *epist.* 88.

Paupertas secura est. cum classicum cecinit, scit non se peti: cum aliqua conclamatio est, quomodo exeat, non quid efferat, quærit: aut si nauigandum est, non perstrepũt portus, nec vnius comitatu inquieta sunt littora *epist.* 17.

Paupertas fundamentum & causa imperij Romani *ep.* 18

Sapiens tunc paupertatem præcipue meditatur, cum in mediis diuitiis constitit *de vit. beat.* 26.

Securius diuites erimus, si scierimus quam non sit graue pauperes esse. *epist.* 18.

Demetrius Cynicus hoc pauperior quam cæteri Cynici, quod cũ sibi interdixerit habere interdixit & poscere: negauit satis egere. vides? non virtutis scientiam, sed egestatis professus est *de beat. vit.* 18.

Pauperis est numerare pecus *epist.* 33.

Potest

Potest ipsa paupertas in diuitias se (aduocata frugalitate) conuertere. 1. de tranq. 9

Nudum latro transmittit *epist.* 14.

Quidni ego illud locupletissimum mortalium genus dixerim, in quo pauperem inuenire non posses? *epist.* 91.

Necessarium iudico id, quod tibi scripsi magnos viros sæpe fecisse, aliquos dies interponere, quibus nos imaginaria paupertate exerceamus ad veram: quod eo magis faciendum est, quo delitiis permaduimus *epist.* 20.

De voluptate.

Voluptas bonum pecoris est *epist.* 93.

Ne gaudeat vanis. *& post* Hoc ante omnia fac mi Lucili, disce gaudere *& post*: Mihi crede, res seuera est, verū gaudium. *epist.* 23.

Voluptas tunc, cum maxime delectat, extinguitur. *de beat. vit.* 7.

Nulla voluptas certior, quam quæ iam eripi non potest. 3. *de benef.* 4.

Non iucunda res est aqua & polenta, aut frustū hordeacei panis: sed summa voluptas est, posse etiam capere ex his voluptatem, & ad id se redaxisse, quod eripere nulla fortunæ iniquitas possit *epist.* 18

Est quædam in ipsis malis miserorum voluptas: & omnis aduersa fortuna habet in querelis leuamentum 4. *controuers.* 1.

Voluptatis & Virtutis elegantes antitheses

Quid dissimilia, imo diuersa componitis? Altum quiddam est virtus, excelsum, & regale, inuictum, infatigabile: voluptas, humile, seruile, imbecillum, caducum, cuius statio ac domicilium fornices & popinæ sunt. Virtutem in templo inuenies, in foro, in curia, pro muris stantem puluerulentam, coloratam, callosas habentem manus: voluptatem latitantem sæpius, ac tenebras captantem circa balnea ac sudatoria, ac loca ædilem metuentia mollem, eneruem, mero atque vnguento madentem, pallidam aut fucatam, & medicamentis pollutam *cap* 7. *de vita beata.*

Voluptas quædam est tristis ac seuera.

Est aliqua cognata tristitiæ voluptas. *epist.* 100.

Inter voluptates est, superesse quod speres 3 *de ira.* 31.

Iusta causa lætitię est læsum amicum videre: iustius, fecisse *epist* 2. 2. *de benef.* 22.

De tuo gaude Quid est hoc de tuo? te ipso & optima tui parte *epist* 23.

Illa voluptas est, quæ percipitur ex contēplatione mentis, ab omni labe purę & splendidæ *epist.* 4

Voluptas vitio dissoluit, & omne robur emollit. *epist.* 93.

Iucunda sunt, quæ humana fronte leni placidaque tribuuntur 2 *de benef* 13.

De vera voluptate & vero gaudio, vide *epist.* 60.

Tunc beatum esse te iudica, cum tibi ex te gaudium nascetur. *epist.* 125.

De consolatione.

Vnum est leuamentum malorum ingentium, pati, & necessitatibus suis obsequi 3. *de ira* 16

Maleuoli solatij genus est, turba miserorum. *de consol. ad Marc* 12

Nihil iam acerbum est, in quo non ęquus animus solatiū inueniat 1 *de tranq.* 10.

Maximum solatium est, cogitare id sibi accidisse, quod ante se passi sunt omnes, omnesque passuri, & ideo mihi videtur rerum natura quod grauissimum fecit, commune fecisse, vt crudelitatem fati consolaretur ęqualitas. *de consol. ad Polyb.* 21.

Grande solatium est, cum vniuerso rapi. *de prouid. diuin.* 7.

FINIS ETHICORVM.

LOCI COMMVNES SEV LIBER AVREORVM, DE RE OECONOMICA: EX SENECA, AVTHORE DIONYSIO Gothofredo I. C.

Augere rem familiarem.

AGAMVS bonum patrem familias, faciamus ampliora quę accepimus. *ep.* 65.

Domus ædificatio.

Neminem ad excitandas domos ruina deterruit. 7. *de benef.* 31.

De Marito & vxore, Mariti & vxoris partes.

Sunt aliquæ partes mariti, sed non minores vxoris. Inuicem ista parem desiderant regulam, quæ difficilis est 2. *de benef.* 19.

Mariti officia diuersa, ob personam vxoris diuersam

In matrimonio pręcipias, quomodo viuat cum vxore aliquis, quam virginem duxit: quomodo cum ea, quę alicuius matrimonium experta est quemadmodum cum locuplete quemadmodum cum indotata An non putas aliquid esse discriminis inter sterilem & fœcundam, inter prouectiorem & puellam, inter matrem & nouercam? *epist.* 95.

Amor coniugalis infinitus ac mutuus vxoris causa seipsum amare.

Scias spiritum A vxoris meę in meo verti. Incipio (vt illi consulam) mihi consulere. *& post*: Quoniam ego ab illa non impetro, vt me fortius amet, impetrat illa, vt me diligentius amem. *& post*: Quid iucūdius quam vxori tam carum esse, vt propter hoc tibi carior fias? Potest itaque Paulina mea, non tantum mihi suum timorem imputare, sed etiam meum *ep.* 104. [A Sic Aristoteles interrogatus quid Senec. esset amicus? Vna, inquit, anima in duobus corporibus habitans. *Laertius in Aristotele, lib.* 5.

Adulterio infœlix domus.

Quam infœlix est domus, in qua adulterij argumentum est? 6. *controuers.* 6.

Mulieris mores praui & qui.

Mulier, impudens est animal: & nisi scientia accessit, ac multa eruditio, cupiditatis fere incontinens. 2. *de tranquill.* 14.

Socrates pertulit vxorem, moribus feram, lingua petulātem, liberos indociles, & matri quam patri similiores. *epist.* 105.

Omnium quidem imperitorum animus, maxime tamen muliebris, in lubrico est *de rem fort.*

Vxorem habere, quale bonum sit.

Vxor aduenticium bonum est: non est inter illa, quę semel vnicuique contingunt. *de rem. fort.*

De vxore ducenda, & qua quibusue moribus duci & esse debeat vxor, aurea precepta De maternis vitiis, in auribus, veste, dote, sella, sarcinis, moribus

Due bene institutam, nec maternis inquinatam vitiis: nō cuius auriculis bina patrimonia dependent, non quā margaritę suffocent, cui minus sit in dote quam in veste, quam in patente sella circumlatam per vrbem populus ab omni parte (æque vt maritus) inspexerit: cuius sarcinis domus non sit augusta. Hanc facile ad tuos mores rediges, quam nondum corruperunt publici. *de rem fort.*

Iterum de impud. itia, gemmis, margaritis, diuitiis, imitatione peiorum, prole etiam numerosa cara.

Non te (maximum seculi malum) impudicitia in numerum plurimum adduxit: non gemmæ te, non margaritæ flexerunt: non tibi diuitiæ (velut maximum generis humani bonum) refulserunt. Non te (bene in antiqua & seuera instituta domo) periculosa etiam probis, peiorum detorsit imitatio. Non te fœcunditatis tuæ quasi exprobrantem ætatem puduit *ad Alb.* 16.

Iterum, de lenociniis, coloribus, veste, pudicitia.

Non faciem lenociniis aut coloribus polluisti, nunquã tibi placuit vestis, quæ ad nihil aliud est exigenda, quam vt nudam componeret. Vnicum tibi ornamentum, pulcherrima & nulli obnoxia ætati forma maximum decus est æterna pudicitia. *ad Alb* 16.

Iterum, vt ne vxores tumescentis vteri pudeat, quasi eo deformiores videantur.

Nunquam more aliarum, quibus omnis commendatio ex forma petitur, tumescentem vterum abscondisti, quasi indecens onus, nec intra viscera tua conceptas spes liberorum elisisti *ad Alb* 16.

Diues mulier.

Insolens malum est beata A vxor. 1 *controuers.* 6 [A Id est, diues: nam paulo ante dixit, omnes vxores diuites seruitutem exigere.

Formosa mulier

Non est formosa mulier, cuius crus laudatur aut brachiũ: sed illa, cuius vniuersa facies admirationem singulis partibus dedit *epist.* 33.

Deformis mulier.

Quæ malam faciem habent, sæpius pudicæ sunt: non animus illis deest, sed corruptor a *contr. vers.* 1.

Inaures.

Quare vxor tua locupletis domus censum A auribus gerit? *de vit. beat.* 17. [A Vide multa *in Politicis. vbi plura de inauribus.*

Mors vxoris optimæ.

Quotusquisque vxoris optimæ mortem timet, vt non computet? 5 *de benef.* 17.

De parentibus & liberis: & de amore parentum erga liberos.

Quis tam iniquam censuram inter suos agit, vt filium suum sanum quam ægrum magis diligat, procerumque & excelsum, quam breuem & modicum? Fœtus suos non distinguunt feræ, & se alimentum pariter omnium sternunt. Aues ex æquo partiuntur cibos & *post:* etiam parentum amor magis in eos (quorum miserentur) inclinat *epist.* 67.

Admonitione corrigendi liberi.

Admonitione Pater filium aliquando corrigit, & vxor maritum aliquãdo à se aberrantem reducit, & amicus languentem amici fidem erexit 5 *de benef.* 12 *in fin.*

Filijfamilias nihil proprium habent: ijdem tamen patri dant munus

Omnia patris sunt, quæ in liberorum manu sunt: quis tamen nescit, donare aliquid filium patri? 7 *de benef.* 4

Habere & non habere liberos, non est felicitas aut miseria

Liberos, coniugem atque patrimonium sic habeo, tanquam non vsque semper habiturus: & tanquam non futurus ob hoc miserior si habere desierit. *epist.* 99.

Voluptas summa in liberis.

Prouenerunt satis magni fructus laborum tuorum ea ipsa educatione, nisi forte hi qui catulos auesque & friuola animorũ oblectamenta summa diligentia nutriunt, fruuntur aliqua voluptate ex visu tactuque & blãda adulatione mutorum: liberos nutrientibus non ipsa fructus educatione acquiritur *ad Marc.* 12

Educandi liberi, etiam qui parentes fefellerunt.

Liberi & coniuges spem fefellerunt, tamen & educamus & ducimus. 1 *de benef.* 1.

Beneficium patri datum vtrum datum intelligatur liberis?

Illud fingi non potest, si patri do beneficium, & matri, & auo, & auunculo, & liberis, & affinibus & amicis, & seruis, & patriæ, vbi ergo beneficium incipit stare? Sorites A enim ille inexplicabilis subibit, cui difficile est modũ imponere: quia paulatim irrepit & non desinit serpere. 5. *de bene.* 19. *in fin.* [A De sorite dixi ad l. 88 ff ad. l Falcid.

Amare liberos, indulgere liberis.

Nulla B lex amare parentes, indulgere liberis iubet. 4. *de benef.* 17.

[B Quid ita? Huic vni rei satis natura cauit Vide tamen l. 1. & *Titulum ff. de obsequiis parentibus & patronis præstandis.*

Lacerare parentem durum.

Tam duri quidem & tam scelerati sunt parentes, vt illos auersari & eiurare, ius fasque sit 6. *de benef.* 4.

Mortem liberorum constanter ferre. C

Nec minus admiretur Græcia illum C patrem, qui in ipso sacrificio nunciata filij morte, tibicinem tantum tacere iussit, & coronam capiti detraxit, cætera rite perfecit. *ad Marc.* 12 *in fin.* [C Xenophontem intelligit, de quo Laertius in eius vita Valerius, cap. 10. Stobæus sermon. 106. Ælianus 3 variar.

Educare seuerius suos liberos solent patres, sui soleant seruos vernulas non item

Seueri patres liberos durius educant & *post.* Filiorũ modestia delectantur, vernularum licentia: illos disciplina tristiori continent, horum alunt audaciã *de prouid.* 1.

Degeneres, & liberorum numerum explentes.

Virum ne malles degenerem aliquem, & numerum tantum filij expletorum habuisses *ad Marc.* 12.

Educare liberos suos seuerius solent patres quam matres

Non vides quanto aliter patres, quanto matres indulgeant? Illi excitari iubent liberos ad studia obeũda mature: feriatis quoque diebus non patiuntur esse otiosos, & sudorem illis & interdum lacrymas excutiunt. At matres fouere in sinu, continere in vmbra volunt, nunquam flere, nunquam contristari, nunquam laborare. *de prouid.* 2.

Educari molliter à matribus liberos, noxium.

Non resistet offensis, cui nihil vnquam negatum est: cui lacrymas sollicita semper mater abstersit, cui de pædagogo satisfactum est 2 *de ira.* 21.

Insepulto & occiso filio, matri summa consolatio est, nobilissimi filij matrem nominari

Cornelia, Scipionis filia, Tiberium & Caium Grachos occisos vidit, & insepultos. Consolantibus tamen miseramque dicentibus: Nunquam (inquit) non fœlicem me dicam, quæ Gracchos peperi. *ad Marc.* 16.

Militans filius matri quasi periculo loco est.

Cogita, illos annos perire matribus, & per solitudinem exigi, quibus filios in exercitu habent *ad Marc.* 24.

Educatio liberorum semel cœpta, nunquam deserenda.

Beneficia quæ in liberos patres conferunt non tuta sunt, si in infantia deserantur: aut si non longa pietas munus suum nutriat 2. *de benef.* 11.

Beneficium liberis collatum, ad parentes ipsos vsque pertingit.

Cum filium tuum seruasti, ad genua procumbis, Diis vota soluis, tanquam ipse seruatus illæ voces excunt tibi: Nihil mea interest, an me seruaueris. Duos seruasti, imo me magis 5 *de benef.* 19.

Qui filio beneficium dat, & patri eius dat 5 *de benef.* 18.

Educatio praua liberorum, sucilis ess del et.

Non D admiror, si omnia nos à prima pueritia mala sequuntur. inter execrationes parentum crescimus *epist.* 61.
[D Ad hunc locum integra Satyra 14 Iuuenalis referenda.

Debetur parentibus pietas, & amor.

Parentibus nostris debemus pietatem, etiam si multi non vt gignerent, coierunt. 6 *de benef.* 23.

Parentes suos non amare, impietas est non agnoscere, insania 3 *de benef.* 1.

Debetur plus parenti quam vlli alii.

Nemo dicitur plus debere ignoris, & vltra memoriam positis maioribus, quam patri 3. *de benef.* 29.

Beneficiis certare cum parentibus, imo & eosdem vincere possunt liberi.

Liberi maiora beneficia dare parentibus suis ao possint, quam acceperint, vide. 3. *de benef.* 29 & *seq.*

Vicit Æneas patrem beneficiis. 3. *de benef.* 37.

Scipio seruauit patrem in bello. 3. *de benef.* 31.

Nihil illo adolescente præclarius, qui sibi ipse dicere potest, Patrem meum beneficiis vici 3 *de benef.* 38

Nihil fortunatius eo sene, qui omnibus vbiq; prædicabit à filio suo se beneficiis victum. 3. *de benef.* 38.

Quis non *patri* suo supremum diẽ vt innocens sit, optat? & vt moderatus, expectat? vt pius cogitat? 5 *de bene.* 17.

Ephemeridem parentibus approbabant liberi.

Quotidie sobrius prodis, tanquam ephemeridem patri probaturus *epist.* 124.

Coniunctio summa liberorum & parentum.

Filij bona valetudo, fœlicitas, E patrimonium pertinet ad patrem 5. *de benef.* 19 [E Imo parentes magis terrentur in per-

in persona libertorum, quam in propria *l. 8 ff quod metus causa. § ultimo. Inst. de noxalibus actionib. l. 25 inf. Cod de agricolis.*

Filius ipse beneficij capax est, itaque si ille accipit, ego lætor: contingor, non obligor. *5. de benef. 49.*

Exempla pessima parentum nocent liberis.

Non licet ire recta via, trahunt in prauum parentes, ᴇ trahunt serui. Nemo errat uni sibi, sed dementiam spargit in proximos, accipitque inuicem: & ideo in singulis vitia populorum sunt, quia illa populus dedit. Dum facit quisque peiorem, factus est: discit deteriora, deinde docuit. *epist. 93.* [ᴇ Floridi Schedæ: Qui mali sunt, non fuerunt matris ab aluo mali: sed malos faciunt malorũ contubernia. Vide *Satyram. 14 Iuuenalis.*

Lacedæmonij parentes adhortabantur liberos ad flagella fortiter ferenda.

Nũquid tu inuisos esse Lacedæmoniis liberos suos credis, quorum experiuntur indolem publice verberibus admotis? Ipsi illos patres adhortantur, vt ictus flagellorum ᴀ fortiter perferant, & laceros & semianimes rogant, perseuerent vulnera præbere vulneribus. *de prou. 4* [ᴀ Vide quæ dia *1. 3. coniecturarum.*

De seruis & Dominis & eorum officiis. Tenere seruitute, & eam tenere.

Paucos seruitus, plures seruitutem tenent. *epist 22.*

Seruo corpore animus est liber.

Seruitus in totum hominem non descendit. *3 de ben 20.*

Seruum dominus mercenarius.

Seruus perpetuus mercenarius est *de benef. 22.*

Viuendum cum seruis clementer: in sermone, & cœnam etiam admittendo & consilium

Sic cum inferiore viuas, & quẽadmodum tecum superiorem velis viuere. *& post:* viue cum seruo clementer in sermone quoque, & in sermonem admitte, & in consilium & in conuictum *epist. 47.*

Cognoui familiariter te cum seruis tuis viuere: serui sunt, imo homines, imo contubernales, imo humiles amici, imo conserui, si cogitaueris tantundem in vtrosq; licere fortunę. Itaque rideo istos, qui turpe putant cum seruis suis cœnare, quare? nisi quia superbissima consuetudo cœnãtem dominum stantium seruorum turba circumdedit. *epist. 46.*

Saturnalibus olim serui cum dominis vescebantur: honores in domo gerebant, ius dicebant: Domus pusilla Respublica: Cur patresfamiliæ, domini familiares, serui appellati? Cum quibus seruus & qua fine cœnare dominum possit.

Vide quam omnem inuidiam maiores nostri dominis, omnem contumeliam seruis detraxerint: dominum patrem familiæ appellauerint, seruos (quod etiam in mimis adhuc durat) familiares. ᴀ Instituerunt diem ᴄ festum, non quo solum cum seruis domini vescerentur, sed quod vtique honores illis in domo gerere, ius dicere permiserunt, & domum pusillam rempublicam esse iudicauerũt. Quid ergo? omnes seruos admouebo mensæ meæ? non magis quam omnes liberos. Erras, si existimas, me quosdam (quasi sordidioris operæ) reiecturum, vt puta illum mulionem, & illum bubulcum. Non ministeriis illos æstimabo, sed moribus. sibi quisque dat mores, ministerium casus adsignat. Quidam cœnent tecum, quia digni sunt, quidam vt sint. *epist. 47.* [ᴀ Postea famuli dicti. *Festus in Familia.* [ᴄ De his Saturnalibus adde Macrob 1 Saturnal 11 Dion lib 58

Maiestatis suæ diminutionem putat ad eandem mensam cum seruo suo accedere. *epist. 47.*

Contemnere seruos suos dominus non debet, cum ipse in seruitutem cadere possit.

Cogita, istũ quẽ seruum tuũ vocas, ex iisdem seminibus ortum, eodem frui cœlo, eq; spirare, eque viuere, eq; mori. Tu tam illum ingenuum videre potes, quã ille te seruum. Mariana clade quam multos splendidissime natos, senatorium per militiam auspicantes gradum fortuna depressit? alium ex his pastorem, alium custodem casæ fecit. Contemne nunc eius fortunæ hominem, in quam transire, dum contemnis, potes. *& post.* Nescis qua ætate Hecuba seruire cœperit, qua Crœsus, qua Darij mater, qua Plato, qua Diogenes. *epist. 47.*

Mensa admouere seruos: eosdem ad pileum vocare.

Omnes seruos admouebo ᴀ mensæ meæ *& post:* dicet aliquis, me vocare ad pileum seruos *epist 47.* [ᴀ Videtur innuere Latinos, qui ex seruis liberi fiebant conuiuij adhibitione. Sic dicebant veteres homines, semonas fieri, qui conuiuiis deorum excepti. adde Theop *instit. de libertin.*

Senec.

Tot hostes, quot serui, verum vere à quibusdam dictum sit.

Eiusdem arrogantiæ prouerbium iactatur, totidem ᴀ esse hostes, quot seruos, non habemus illos hostes, sed facimus *epist. 47.* [ᴀ Idem extat apud Festum in Tot hostes, quot serui & Theophilum tit *de his qui sunt sui*

Beneficium & munus domino suo dant etiam nonnunquam serui

Qui negat seruos dare aliquando beneficium, ignarus est iuris humani. *3 de benef. 18.*

Seruus dat ᴄ domino suo munus, *7. de benef. 4.* [ᴄ Dixi ad *l. 5 § 2. Cod. de necess. heredib. ad l. 27 ff. de aliment. l. 4. ff de manumiss. Plinium 8 epist. 16*

Obligant serui omnino quibus ex causis domini solent.

Si seruum tuũ seruauero, tibi imputabo, *& post:* Mei mancipij res est, mihi seruatus: ideo ego pro illo debeo. *3. de benef 18.*

De Menstruo & diario seruorum.

Ille in scena latius incedit, & hæc resupinus dicit, Imperio Argis, &c seruus est, quinque modios ᴏ accipit, & quinque denarios: ille qui superbus atque impotens, & fiducia virium tumidus ait, Hac dextra occides, diurnum accipit in cœnaculo dormit. *epist. 81* [ᴏ Huc pertinet illud Iuuenalis Satyr 14 Seruorum ventres modio castigat iniquo

Vinctis serui vtebantur in agris colendis: familia seruorum bellicosis nationibus maiores.

O miserum quem delectat sui patrimonij liber magnus, & vasta spacia terrarum colẽda per vinctos: & familia bellicosis nationibus maior & ædificia priuata, laxitatem vrbium magnarum vincentia *7. de benef. 10.*

De nimia quorundam dominorum in seruos suos sæuitia.

Diuus Augustus cũ cœnaret apud ᴀ Vedium Pollionem fregerat vnus ex seruis eius crystallinum ad mortem rapi eum Vedius iussit, nec vulgari quidem periturum morte: murænis obijci iubebatur, quas ingens piscina continebat. Euasit è manib puer, confugit ad Cęsaris pedes, nihil aliud petiturus, quam vt aliter periret, nec esca fieret Motus est nouitate crudelitatis Cæsar & illum quidem dimitti, crystallina autem omnia coram se frangi, compleriique piscinam iussit. *3. de ira 40 & 1. de clementia. 18* [ᴀ Idem Plinius. *9 c. 23 & 53. Tertull.*

De seruis nonnulla.

Vide supra libr. um Iuridicorũ, Titulis de his qui sunt sui: de contrahenda emptione: de ædilitio edicto.

De ministeriis seruorum variis.

De lecticariis vide *5. de tranq. 24.*

De vicario. *1. de Tranq 8.*

De ianitoribus, ostiariis, Nomenclatoribus, Monitoribus, & aliis, dixi infra capite de Censoriis quibusdam.

De numero omnium seruorum.

Dixi quędam 3 Coniecturarum de seruorum gregibus, quales delicati ac potentes Romę habuere. Contra, viri frugi, & quidem omniũ Romanorũ integerrimi, paucissimos. M Antonius cõsularis, octo: Marcius Curio, qui de Sabinis, Samnitibus, & Pyrrho triumphauit, duos: vt pauciores habuerit seruos, quam triumphos. M Cato cum proconsul in Hispaniam proficisceretur, tres seruos solos ea vrbe duxit. Apuleius 1 apologia vbi paulo post adiicit, quindecim liberos homines, populum: totidem seruos familiam: totidem vinctos ergastulum facere.

De Nutrice.

Nisi me nutrix aluisset infantem, nihil eorum quę cõsilio ac manu gero, potuissem facere nec in hanc emergere nominis gloriam, quã ciuili ac militari industria merui: nunquid tamen ideo maximis operibus præferes ᴀ nutricis officiũ? *3. de ben. 29. in fin.* [ᴀ Nutrici quantũ deferatur, ex eo potest perspici, quod domino minori viginti annis, inter cæteras iusta causa censita fuerit manumittendi, *Nutricem suam manumittere velle l. 13. ff de manumiss. vindicta § 5. Inst. qui & ex quib. causis manumittere.*

De Alumno.

Alumnum ᴄ suum nemo aliter intuetur, quam vt adolescentiam ᴅ illius suam iudicet *epist. 34* [ᴄ Glossis alumnus θρεπτός, τρόφιμος, θρέπτος, τρόφος, nutricius. Est & alumnus is, quem nos misericordia aut alteri educamus: nonnunquam etiam filij loco. *l. si quis alumnam suam. Cod. de Nuptiis.* [ᴅ Hinc fit, vt suspectum alumni sui ac nutricij tutorem nutrix postulare atq; accusare possit. *l. 1. § 6. ff de excusat tutorum* Hinc votũ illud apud Horatium, *1. ep. 4. Quid voueat dulci nutricula maius alumno, Quam sapere & fari vt possit quæ sentiat, & cui Gratia, fama, valetudo, contingat abunde, Et mundus victus non deficiente crumena?*

f

De Educatore & præceptore.

Apud ingratum, non parentum, qui debet, honor est: non educatoris, non præceptoris 3 *de benef.* 17.

Præceptores, eorumque beneficia intercidunt, quia totam pueritiam relinquimus sic fit, ut in adolescentiam nostram collata pereant, A quia ipsa nunquam retractatur. 3. *de benef.* 3 [A Diogenes illud dicebat, *μή ποτ' εὖ ἔρδειν γέροντας, μηδὲ γυναῖκας μηδὲ παῖδας, μηδὲ κύνα πτῶ; μηδὲ λάλον ναυβάτην*: beneficia non esse conferenda senibus, mulieribus pueris, canibus, & garrulo remigi: nempe quod beneficia in hos collata cito pereant

De libertorum quorundam potentia.

Feliciorem tu Demetrium Pompeianum vocas, quem non puduit locupletiorem esse Pompeio? Numerus illi quotidie seruorum, velut imperatori exercitus, referebatur, cui iamdudum diuitiæ esse debuerant, duo vicarij, & cella laxior. 1. *de tranq.* 8.

Titulum seruis impingebant domini: Manumissi interdum patronis ditiores, patronos ipsos excludebant.

Stare ante limen Calixti dominum suum vidi, & eum qui illi impegerat titulum, qui inter ridicula mancipia produxerat, aliis intrantibus excludi. Retulit illi gratiam seruus: ille in primam decuriam deiectus, in qua vocem præco experitur, & ipse illum inuicem apologauit, B & ipse non iudicauit domo sua dignum. Dominus Calixtum vendidit, sed domino quam multa Calixtus. *epist* 47. B *lege* ablegauit.

De Clientibus.

Seianus patrem tuum clienti suo Satrio secundo congiarium dedit *ad Mart* 22.

Plura vide libro Iuridicorum, *supr. Titulo de postulando.*

FINIS OECONOMICORVM.

LOCI COMMVNES SEV LIBER AVREORVM, DE REGNO ET REPVBLICA, SEV πολιτικῶν EX SENECA, AVTHORE DIONYSIO GOTHOFREDO I. C.

Politia species, Monarchia, Democratia, senatus seu Aristocratia.

INTERDVM singuli timendi, quibos potestas populi & in populum data est Interdum populus est, quem timere debeamus: interdum si ea ciuitatis disciplina est, vt plurima per senatum transigantur, gratiosi timeantur in ea viri. a *epistola* 14

DE PRINCIPE.

Exemplum principatus bene gerendi, Deus ipse eiusque diuina gubernatio.

Optime Deorum exemplum principi constituam, ad quod formetur, vt se talem esse ciuibus, quales sibi Deos velit 1 *de clem.* 2

Exemplar aliud principis ab apibus.

In apibus rex ipse sine aculeo est Exemplar hoc magnis regibus ingens 1 *de clem* 19.

Exemplum aliud, & qua, fere ipsi in preceptor princeps, singulis momentis secum loqui debeat.

Iuuat ita loqui secu: Ego ex omnibus mortalibus placui, electusq; sum, qui in terris Deorum vice fungerer: ego vitę necisq; gentibus arbiter. qualem quisque sortem statumq; habeat in manu mea positum est; quidque mortaliū fortuna datum velit, meo ore pronunciat Ex nostro responso lætitiæ causas, populi, vrbesque concipiunt Nulla pars vsquam nisi volente propitioq; me, floret. Hęc tot milia gladiorum, quæ pax mea comprimit, ad nutum meum stringentur: quas nationes funditus excindi, quas transportari, quibus libertatem dari, quibus eripi, quos reges mancipia fieri, quorumq; capiti regium circundari decus oporteat: quę ruāt vrbes, quę oriātur, mea iurisdictio est In hac tāta facultate rerū nō ita me ad iniqua supplicia compulit, non iuuenilis impetus, non temeritas hominū & contumelia, quę sępe tranquillissimis quoq; pectoribus patientiam extorsit non ipsa ostentandæ per terrores potentię, dira, sed frequens magnis imperiis gloria Conditū, imo constrictū apud me ferrum est, summa parsimonia etiam vilissimi sanguinis Nemo nō, cui alia desint, hominis nomine apud me gratiosus est: seueritatem abditam, clementiam in promptu habeo: sic me custodio, tanquam legibus, quas ex abdito & tenebris in lucem euocaui, rationem redditurus sim. Alterius ætate prima motus sum, alterius vltima Aliū dignitati donaui, alium humilitati. Quoties nullam inueneram misericordię causam, mihi peperci Hodie diis immortalibus, si à me rationem repetāt, annumerare genus humanū paratus sum 1. *de clem.* 1.

Principes Dij visibiles, ac Dei loco in terris.

Non alio animo populus rectorem suum intuetur, quam si Dij A immortales potestatem visendi sui facient. 1. *de clem* 19 [A Hinc illud de magistratibus in Scripturis Dij estis.

Animus Reipublicæ Princeps.

Olim ita se induit Reipublicæ Cæsar, vt diduci alterum nō posset sine vtriusque pernicie, nam vt illi viribus opus est, ita & huic capite & *post*: Animus Reipublicæ tu es, illa corpus tuum 1. *de clement.* 4 & 5.

Vinculum, & spiritus vitalis Reipublicæ Princeps.

Ille est vinculum, per quod Respublica cohæret: ille spiritus vitalis, quem hæc tot millia trahunt: nihil ipsa per se futura nisi onus & præda, si mens illa imperij subtrahatur. 1. *de clem* 4.

Pater patriæ princeps.

Principem appellabimus patrem a patriæ, non adulatione vana adducti. cętera enim cognomina honori data sunt. magnos & felices & augustos diximus, & ambitiosæ maiestati, quicquid potuimus titulorum congessimus, illis hoc tribuētes: patrem quidem patriæ appellamus, vt sciret datam sibi potestatem patriam, quæ est temperatissima liberis consulens, suaque post illos reponens. 1. *de clement.* 14. [a Callistratus. *l.* 19. *ff. de interdictis & relegatis*, Princeps pater patriæ est

Bene Augusto cōuenisse *parentis* nomen fatemur: ob nullam aliam causam, quam quod contumelias quoque suas (quę principibus acerbiores esse solēt, quam iniurię) nulla crudelitate exequebatur: quod probrosis in se dictis arrisit, quod dare illum pœnas apparebat, cum exigeret. 1. *de clemens.* 10.

Obiectum perpetuum boni principis, Bonum publicum ac populi.

In omni quęstione propositum sit nobis bonū publicum. c 7 *de benef.* 16. c Hinc illud Ciceronis 3 *de legibus*: Salus populi suprema lex esto. Bonus princeps post omnes est *Plinius Panegyrico ad Traianum* Hinc illud Modestini: Non puto eum delinquere, qui in dubiis quæstionibus respondeat contra fiscum. *l. non dubito.* 10 *ff. de iure fisci.* sic lex Iulia caducaria vltimum locum fisco tribuit. *l. vnica. Cod. de caducis tollendis in fin*

Confirmatione

Conseruationi ciuium nullum principis ornamentum pulchrius.

Nullum ornamentū principis fastigio dignius pulchriusque, quam illa corona, *ob ciues seruatos.* 1. *de clementia* 26. [D Hæc verba quibusdam coronis addebantur *Ouid Tristium* 1. Porro Scipionis hęc sententia fuit, qua Antoninus Pius sæpius vsus est: Malle se vnum ciuem seruare quā mille hostes occidere *Capitolinus in Anton. Pio.*

Tyranni à Rege discrimen.

Animus noster modo rex est modo *tyrannus.* Rex, cum honesta intuetur, salutem sibi commissi capitis curat, & nihil imperat turpe, nihil sordidum: vbi vero impotens, cupidus, delicatus est, transit in nomen detestabile ac dirum, & fit tyrannus *epist.* 115.

Tyrannus à rege distat factis, non nomine. Nam & Dionysius maior iure meritoq; præferri multis regibus potest, & L. Syllam appellari tyrannum quid prohibet, cui occidendi finem fecit inopia hostium? Descenderit licet è dictatura sua, & se togæ reddiderit, quis tamen vnquam tyrannus tam auide humanum sanguinem bibit, quam ille, qui septem ciuium Romanorum millia contrucidari iussit? Et cū in vicino ad ædem Bellonæ sedem exaudisset cōclamationē tot millium sub gladio gementiū exterrito senatu. Hoc agamus inquit, Patres conscripti, seditiosi pauculi meo iussu occiduntur. Hoc non est mentitus: pauci Syllæ videbantur. 1. *de clem* 12.

Magnum inter regem tyrānumque discrimen est, vterq; licet nō minus armis valletur, sed alter arma quibus in munimentum pacis vtitur: alter vt magno timore magna odia compescat, nec illas ipsas manus quibus se commisit, securas aspicit, contrarius in contraria agitur. Nam vt inuisus sit, quia timetur, timeri vult, quia inuisus est, & illo execrabili versu qui multos dedit præcipites, vtitur, Oderint, dum metuant 1. *de clem* 12.

Græcinum Iulium Cęsar occidit ob hoc vnum, quod melior vir erat, quam esse quenquam Tyranno expediret. 2. *de benef.* 21.

Parentis A loco habere non debemus, qui in ius dandi beneficij iniuria venit. 21. *de benef.* 20 [A Cicero. 3 *Officior.* Nulla nobis societas cum Tyrannis, sed potius summa distractio.

Triginta Tyranni Socratem circumsteterunt, nec potuerunt animum eius infringere. 3. *epist.* 28. *in fin.*

Sub triginta tyrannis quemadmodum Socrates boni ciuis officio functus sit, vide 1. *de tranq.* 5.

Initio principes fuere, qui cæteris meliores ac sapientiores: & de antiqua primorum regum potestate.

Summa fœlicitas erat gentium, in quibus non poterat potentior esse, nisi melior. *epist* 91.

Naturæ est, potioribus deteriora submittere. mutis quidem gregibus aut maxima corpora præsunt, aut vehementissima. Non præcedit armēta degener taurus, sed qui magnitudine ac toris cæteros mares vincit. Elephantorū gregē excelsissimus ducit. Inter homines pro summo, est optimus. Animo itaq; rector eligebatur. Ideoque summa fœlicitas erat gentiū, in quibus nō poterat potētior esse, nisi melior. *& post* Illo seculo (quod aureum perhibetur) penes sapientes fuisse regnum Posidonius indicat. *& post*: officium erat imperare, nō regnum. Nemo, quantū posset, aduersus eos experiebatur, per quos cœperat posse. *& post* Nihil rex maius minari non parentibus poterat, quam vt abirent e regno: sed postquam repentibus vitiis in tyrannidem regna versa sunt, opus cœpit esse legibus. *epist* 90.

Odium ciuium euitare Princeps debet.

Talis illa vox dira a & abominanda, Oderint, dum metuant, Syllano scias seculo scriptam: *de ira ult.* [a Cur dira & abominanda? Quem metuunt, oderūt: Quemquisq; odit, periisse expetit. Malus custos diuturnitatis metus: contra, beneuolentia fidelis, vel ad perpetuitatem. *Cic.* 2 *officio.* [c Citatur hic locus Ennianus à Cicerone oratione pro *Sexto: Philipp.* 1. & 1. *officio.*

Amari à ciuibus.

Vnum est inexpugnabile munimentum, amor ciuium 1. *de clem.* 8. [D Cicero 2. Philippica. *Caritate & beneuolentia ciuium septum esse oportet, non armis.*

Valetudo populi à principe, ceu à capite, est.

A capite bona valetudo, inde omnia vegeta aut erecta, aut languore demissa, pro vt animus horum viget aut marcescit. 2. *de clem.* 2.

Ad gustum populi principatus exigitur.

Principatus suus ad gustum exigitur. 1. *de clem.* 1.

Seoec.

Regnum est & imperium, nolle regnare, sibi imperare: Censuram regnantium agere: regias opes contemnere.

Hoc est regnum, nolle regnare, cum possis. 5. *de benef* 38.

Imperare sibi, maximum imperium est *ep.* 114

Plus quam regnare videtur, cui liceat censuram agere regnantium. *epist.* 109

Maius regno est, regias opes posse contemnere. *epist.* 52.

Regnum est, inter auaros, circumscriptores, latrones, plagiarios vnum, esse cui noceri non possit 1. *de tranq* 8.

Regi ac regere.

Regere non potest, qui regi non potest *ep.* 40.

Nemo regere potest, nisi qui & regi. 2. *de ira* 15.

Legum præses, princeps: & qualem in legibus ferendis eum esse oporteat.

Legum præsidem ciuitatisq; rectorem decet quandiu potest, verbis & his mollibus ingenia curare, vt facienda suadeat, cupiditatēq; honesti & æqui cōciliet animis, faciatq; vitiorū odium, pretiū virtutis. transeat deinde ad tristiorē orationem, qua moneat adhuc & exprobret: nouissime ad pœnas, & has adhuc leues & reuocabiles decurrat: vltima supplicia sceleribus vltimis ponat, vt nemo pereat, nisi quem perire etiam pereuntis intersit 1. *de ira.* 5.

Postquam surrepentibus vitiis in tyrānidem regna versa sūt, opus esse cœpit legibus, quas & ipsas inter initia tulere sapiētes. Solon qui Athenas ęquo iure fundauit, inter septem æui sui sapiētia notus. Lycurgū si eadem ętas tulisset, sacro illi numero accensuisset octauū. Zaleuci leges Charondęq; laudantur. Hi nō in foro, nec in consultorū atriis, sed in Pythagorę sancto illo recessu didicerūt iura, quę florenti tunc Siciliæ, & per Italiam Græciæ ponerent. *ep.* 90.

Licita non omnia sunt principi: & de eius vigiliis, labore, industria, occupatione, ad delicias, otium, vacationem & quietem populi.

Cæsari ipsi, cui omnia licent, multa non licent. omnium domos illius vigilia defendit. omniū otiū, illius labor: omnium delicias, illius industria: omniū vacationē, illius occupatio. Ex quo se Cæsar orbi terrarum dedicauit, sibi eripuit, & syderū modo, quę irrequieta sēper cursus suos explicant, nunquam illi licet nec subsistere, nec quicquam suum facere *ad Polyb.* 26.

Aut regem aut A fatuum nasci oportere. *in ludo.* [A Quid ita? Vt fatuis, ita regibus omnia impune licent.

Innocentia.

Rarissimam laudem, & nulli adhuc principū concessam, B concupisti, innocentiā 1 *de cle.* 1. [B Tanta Neruæ integritatis fiducia fuit, vt sæpe iactauerit, se nihil tale fecisse, quo minus deposito imperio securius priuatā vitā ageret. *Dion. in Nerua:* sic Plotina, vxor Traiani, palatium ascendens ex gradibus ad populum conuersa: Talis hue ingredior, qualem etiam egredi opto, inquit. *Dion. Traian.*

Iurisdictione principis & protectione omnia, quæ in eius principatu sunt, continentur. quædam singulorum sunt ita propria, vt non sint principis.

Iure ciuili omnia regis sunt. 7. *de benef.* 41.

Sub optimo rege omnia rex imperio possidet, singuli dominio. 7. *de clem* 5.

Animus regius: Licentia nulli in regem, regi in omnes.

Regis quisq; intra se animum habet, vt licentiam sibi dari velit in alterum, in se nolit 2. *de ira.* 31.

Sub rege nemo sibi se vindicat.

Non sumus sub rege, sibi quisque se vindicat. *epist.* 33.

Libertatem populi liberi in seruitutem mutare princeps non debet.

Mores liberæ ciuitatis Persica seruitute minime mutādi. *de ben.* 12.

Remisse imperare.

Remissius imperanti, melius paretur. 1. *de clem.* 24.

Humanitas regis, etiam quæ exigua sunt, honestat & auget.

Nihil tā exiguū est, quod nō honeste regis humanitas tribuat 2 *de ben.* 17.

Subditos quosdam esse gaudet bonus princeps: quosdam non gaudet esse, sed patitur.

Deorum sibi animū asserens princeps, alios ex ciuibus, quia vtiles boniq; sunt, libens videat, alios in numerum relinquat: quosdam esse gaudeat, quosdam patiatur. 1. *de cle* 5

Vociferatio & intemperantia verborum regi fugienda.

Regi vociferatio quoque, verborumq; intemperantia non ex maiestate est 1 *de clem.* 7. *in fin.*

Ira principem dedecet

Non decet regem sæua, nec inexorabilis ira. 1. *de clem.* 5.

Regis iræ nihil obstat, eius grauiori sententiæ ipsi quod pereunt, assentiuntur hunc nemo interrogaturus est: imo, si vehementius exarsit, nec deprecaturus quidē. 1. *de cle.* 5.

f ij

Clementia principi & laudi & vtilitati.

Hæc est clementia vera, nunquam ciuilem sanguinem fudisse 1. *de clem.* 11.

Clementia in rege quo rarior, eo mirabilior. 1. *de clem* 5.

Saluum regem in aperto clementia præstabit. Vnum est inexpugnabile munimentũ, amor ciuium. Quid pulchrius est, quam viuere optantibus cunctis, & vota non sub custode nuncupantibus? 1. *de clem.* 19.

Seruare proprium regis.

Occidere contra legem nemo potest, seruare nemo præter principem. 1. *de clem* 5.

Veniam nullius rei petere, multarum dare pulchrum est in fastigio collocatis.

Nihil quicquã pulchrius existimo in fastigio collocatis, quam multarum rerũ veniam dare, nullius petere. *ad Mar.* 4.

Sæua animaduersio principi dedecori est.

Nulli regi gloria est ex sæua animaduersione. quis enim dubitat posse? At cõtra maxima, si vim suã cõtinet. 1. *de cl.* 17.

Punire raro principi expedit, & cur.

Periculosum est ostendere ciuitati, quanto plures mali sint 1. *de clemen.* 27.

In qua ciuitate raro homines puniuntur, in ea consensus fit innocentiæ, & indulgetur velut bono publico, putet se innocentem esse ciuitas, erit 1. *de clem.* 23.

Non minus principi turpia sunt multa supplicia, quam medico multa vulnera. 1 *de clem.* 24.

Ignoscere omnibus & nulli, crudelitas est.

Non tam omnibus A ignoscere crudelitas est, quam nulli. 1. *de clementia* 2. [A Hinc illud Frontonis: Malum est eum imperare, sub quo nemini quidpiam cõcessum sit: sed longe peius, viuere sub eo, sub quo maxime liceat.

Crudelitas principi noxia.

Regia crudelitas auget inimicorum numerum, tollendo. parentes enim liberique eorum, qui ita affecti sunt, & propinqui, & amici in locum singulorum succedunt. 1. *de clement.* 8

Famæ suæ rationem princeps habere debet.

Principes etiam multa debent fario A dare. 1. *de clemen.* 15. [A Cicero 8 Philippica: O Dij immortales, quã magnũ est, personam in Republica tueri principis, quæ non animis debet solum, sed oculis seruire ciuium. Sic Marcus Antoninus Philosophus, famæ suæ curiosissimus fuit, requirẽs ad verum quid quisque de se diceret, emendans quæ bene reprehensa viderentur. *Capitolinus in Marco.*

De Donationibus principum, & quemadmodum eos donare, opesque suas conseruare oporteat.

Amplæ & regiæ opes vbi ad malum dominũ peruenerũt momento dissipantur: quamuis modicæ: si bono custodi traditæ sint, vsu crescunt *de breuit. vit.* 5.

Vrbem cuidam Alexander donabat vesanus, & qui nihil animo, nisi grande concepit. Cum ille cui donabatur, se ipsum mensus, tãti muneris inuidiam refugisset, dicens: Nõ conuenire fortunæ suæ: Non quæro, inquit, quid te accipere deceat, sed quid me dare. Animosa vox videtur, & tamẽ regia cum sit, stultissima est. Nihil enim per se quenquam decet. Refert quid, quando, quare, vbi. Sine quibus facti ratio non constabit, habenda personarum ac dignitatũ proportio, & cũ sit vbique virtutis modus, æque peccat quod excedit, quam quod deficit. Liceat istud sane tibi, & te in tãtum fortuna sustulerit, vt congiaria tua vrbes sint. Est tamen aliquis minor, quam vt in eius sinum condenda sit ciuitas 2. *de benef.* 16.

Multa reges (in bello præsertim) opertis oculis donant non sufficit homo iustus tot armatis cupiditatibus. Non potest quisquam eodem tempore & bonum virum & bonum ducem agere. Quomodo tot millia hominum insatiabilia satiabuntur? 4 *de benef.* 37.

Rex honores dignis dat, congiarium & indignis. Frumentum publicum tam fur & periurus & adulter accipiũt, & sine delectu morum quisquis ciuis est. Cum aliquid est quod tãquam ciui, non tanquam bono datur, ex æquo boni & mali ferunt 4. *de benef.* 28.

Ne Principi quidem satis decorum est, donare ignominiæ a causa. Ab Antigono Cynicus petiit talentum, respondit plus esse quam quod Cynicus petere deberet. repulsus petiit denarium, respõdit minus esse quam quod regem deceret dare. Turpissima est eiusmodi cauillatio. Inuenit quomodo neutrum daret: in denario regem, in talẽto Cynicum respexit: cum posset ei denarium tanquam Cynico dare, & talentum tanquam rex: vt sit aliquid maius quam quod Cynicus accipiat. 2. *de benef.* 8. [a hoc est, ignominia inflicta accipienti.

Tiberius Cæsar rogatus à nepote M. Ælio prætore, vt æri alieno succurreret, edere illum sibi nomina creditorum iussit. Hoc non est donare, sed creditores conuocare. Cum edita essent, scripsit nepoti, iussisse se pecuniam solui. Adiecta cõtumeliosa admonitione effecit, vt nepos nec æs alienum haberet, nec beneficium. Liberauit illum a creditoribus, sibi non obligauit. Aliquid Tiberius secutus est, puto: Noluit plures esse, qui idẽ rogaturi concurrerent. Aliquot postea qui idem rogarent, inuenti sunt, quos omnes iussit reddere æris alieni causas. & ita certas æris summas dedit non est istud liberalitas, censura est 2. *de benef* 8.

De dono accipiendo.

Reges Parthos non potest quisquam salutare sine munere. 2. *epistolarum.* 17

Alexandro Macedoni (cum victor orientis animos supra humana tolleret) Corinthij per legatos gratulati sunt, & ciuitate illum sua donauerunt. Cum risisset Alexander hoc officij genus, vnus ex legatis: Nulli, inquit, ciuitatem vnquam dedimus alij, quam tibi & Herculi. Libens accepit debitũ honorem, & legatos inuitatione aliaque humanitate prosecutus cogitauit, non qui sibi ciuitatem darent, sed cui dedissent. 1. *de benef.* 13.

Breuis est potestas, quæ magna.

Nihil tam ciuile tam vtile est, quam breuem potestatem esse, quæ magna est. 7 *controuers.* 8.

En ne regnis & regibus parata siue ab hoste siue à morte.

Quod regnum est, cui nõ parata sit ruina & proculcatio, & dominus, & carnifex? Nõ magnis ista interuallis diuisa, sed horæ momentũ interest inter solium & aliena genua. 1 *de tranq.* 11.

Rex est: non ad Crœsum te mittam, qui in rogum suum descendit iussus, & extingui vidit, factus non regno tantũ, sed etiam morti suæ superstes. Non ad Iugurtham, quem populus intra annum, quam timuerat spectauit. Ptolemæum Africæ regem, Armeniæ Mithridatem inter Caianas custodias vidimus: alter in exilium missus est, alter vt meliori fide veneretur, optabat 1. *de tranq* 11.

Quicquid longa series multis laboribus, multa dei indulgentia struxit, id vnus dies spargit ac dissipat. Longam moram dedit malis properantibus, qui diem dixit horam, momentumq; tẽporis euertendis imperiis sufficere. *ep.* 92.

Plato ait, Neminem regem non ex seruis oriũdum esse, neminem non seruum ex regibus. *ep.* 44.

Fortuna eas A quoque domos ausa est iniuriæ causa intrare, in quas per templa aditur, & atram laureatis foribus inducere vestem. *ad Polyb.* 35. [A Loquitur autor noster de ędibus principum, in quas per templa aditus erat. tẽplum, inquam, erat in vestibulo palatij scribit Suet. cap. 23. in Caio, Caligulam ædem Castoris & Pollucis in vestibulũ aulæ suę transfigurasse, ibiq, mediũ se adorandũ prębuisse eadẽ superstitione & adulatione factũ, vt & ædes principum in tẽpla verterẽtur. Porro quod laureatas fores appellat easdẽ principis ædes vocat. Sic Martialis 8. Laurigeros penates, pro Cæsaris ædibus sumit. Quo referre possumus id, quod Tert. li. 2. ad vxorẽ & ca. 35 apol de ianuis laureatis scribit.

Imagines imperatoriæ in Cæsarum atrio.

Vides omnes has imagines, quæ impleuere Cæsarum atrium, nulla non harum aliquo suorum incommodo insignis est. *ad Polyb.* 33.

Imperare vel in quieto, facile est.

Tranquillo (vt aiunt) quilibet gubernator est. *ep.* 67.

De seruis contemptissimis.

Magna tum pietas, nil nisi impie facere. *ad Martiam. cap.* 1.

Omne tempus Clodios, non omne Catones fert. *ep.* 98.

Laudare defunctos ministros principes solent, & cur.

Regalis ingenij mos est, in præsentium contumeliam amissa laudare, & his virtutem dare vera dicendi, à quibus iam audiendi periculum non est. 6. *de benef.* 32.

Vir bonus etiam apud principem aduersarium semper verus, imperterritus & insuperabilis.

Multo facilius totam gentem, quam A vnum virum vincere. *ep.* 9. [A Talis illa vox viri boni & sapientis apud Horatium *ep.* 16 *m. p.* & apud Iuuenalem *Satyr.* 8.

Parcere etiam improbandis ciuibus principem conuenit, & cur.

Parcendum est etiam improbandis ciuibus, non aliter quam membris languentibus & si quando misso sanguine opus est, sustinendum est, ne vltra quam necesse sit incidas. 1. *de clem* 5

Dolorem cito vincere, principi decorum est.

Caius Cæsar tam cito dolorem vicit, quam omnia solebat. *ad Martiam, decimoquarto.*

Præsidij

Præsidiis ne egeat princeps, ipse efficiet, & quemadmodum possit.

Princeps suo beneficio tutus, præsidiis non eget. 1. *de clement.* 13.

Illius demum magnitudo stabilis est fundataque, quem omnes tam supra esse, quam pro se sciunt, cuius curam excubare pro se sciunt, cuius curam excubare pro salute singulorum atque vniuersorum quotidie experiuntur: quo procedente, non tanquam malum ac noxium animal è cubili prosilierit, diffugiunt, sed ad clarum ac beneficum sidus aduolant. 1. *de clem.*

Dicteria & conuitia cum suorum tum hostium negligere, remittere, imo arridere, ne sæpe non punire.

Et tam hæc cogitanda sunt exempla, quæ vites, quam illa è contrario quæ sequaris moderata, lenia: quibus nec ad irascendum causa defuit, nec ad vlciscendum potestas. Quid enim facilius fuit Antigono, quam duos manipulares duci iubere, qui excubantes regio tabernaculo faciebant, quod homines & periculosissime & libentissime faciunt, qui de rege suo male existimant? Audierat omnia Antigonus (vt pote cum inter dicentes & audientem paulum interesset) quem illa leuiter commouit. & *Longius*, inquit, *discedite, ne vos rex audiat.* Idem quadam nocte, cum quosdam ex militibus suis exaudisset, omnia mala imprecantes regi, qui ipsos in illud iter, & inextricabile lutum deduxisset, accessit ad eos qui maxime laborabant: & cum ignorantes à quo adiuuarentur, explicuisset: *Nunc*, inquit, *maledicite Antigono, cuius vitio in has miserias incidistis: ei autem bene optate, qui vos ex hac voragine eduxit.* Idem tam miti animo hostium suorum maledicta, quam ciuium tulit. Itaque cum in paruulo quodam castello Græci obsiderentur, & fiducia loci contemnentes hostem, multa in deformitatem Antigoni iocarentur, & nunc staturam humilem, nunc collisum nasum deriderent: *Gaudeo*, inquit, *& aliquid boni spero: in castris meis Silenum habeo.* Cum hos dicaces fame domuisset, captis sic vsus est, vt eos qui militiæ vtiles erant, in cohortes describeret, cæteros præconi subiiceret: id quoque se negauit facturum fuisse, nisi expediret his dominum habere, qui tam malam haberent linguam. 3. *de ira* 22.

C. Cæsar victoria ciuili clementissime vsus est, cum sarcinam deprehendisset epistolarum A ad Pompeium missarum, ab iis qui videbantur aut in aduersis, aut in neutris fuisse partibus, combussit: quamuis moderate soleret irasci, maluit tamen non posse. 2. *de ira* 23. [A Plinius 7 ca. 25 Illa fuit vera & incomparabilis, inuicti animi sublimitas: captis apud Pharsaliam Pompeij Magni scriniis epistolarum, iterumque apud Tapsum Scipionis, concremasse ea optima fide atque non legisse.

Sub D. Augusto nondum B verba hominibus periculosa erant. Rufus, vir ordinis senatorij, inter cœnam optauerat, *ne Cæsar saluus rediret ex ea peregrinatione, quam parabat:* & adiecerat, *idem omnes & tauros & vitulos optare.* fuerunt qui illa diligenter audirent. Vt primum diluxit, seruus (qui cœnanti ad pedes steterat) narrat quæ inter cœnam ebrius dixisset, hortatur eum, vt Cæsarem occupet, atque ipse se deferat. vsus consilio, descendenti Cæsari occurrit: & cum *malam mentem se habuisse pridie iurasset, id vt in se & filios suos recideret optauit:* & Cæsarem vt ignosceret sibi, rediretque in gratiam secum orauit. Cum dixisset Cæsar facere; Nemo, inquit, credet te in gratiam mecum redisse, nisi mihi aliquid donaueris: & impetrauit. Cæsar ait, mea causa operam dabo, ne vnquam tibi irascar. Honeste Cæsar, quod ignouit, quod liberalitatem clementiæ adiecit. Quicunque hoc audierit exemplum, necesse est Cæsarem laudet: sed cum seruum ante laudauerit. Non expectas manumissum, qui hoc fecerat? nec tamen gratis: pecuniam pro libertate eius Cæsar numerauit. 3. *de benef.* 27. [B Subaudi; vt crimen maiestatis contraheret.

De populo, & partibus officiisque populi erga principem: Honores & Titulos honestissimos Principi suo deferre, & qui Tituli, quæve cognomina Principibus affectanda.

Patrem patriæ appellauimus, non adulatione vana adducti. Cætera cognomina honori data sunt. *Magnos* A *& Felices* B *& Augustos* C diximus, & ambitiosæ maiestati, quidquid potuimus titulorum congessimus, illis hoc tribuentes. *Patrem patriæ* appellauimus, vt sciret datam sibi patriam potestatem. 1. *de clem.* 14. [A cognomen Pompeij [B cognomen Syllæ [C cognomen Octauiano delatum à senatu. Suetonius Augusto 58. & 7 sic Amor & humani generis Titus appellatus *Suet. Tito.* 1. Sunt & hæc notatu digna, quæ apud Spartianum: Si pietatem, quid Pio sanctius? si doctrinam, quid Marco prudentius? si innocentiam, quid Vero simplicius? si fortitudinem, quid Bassiano fortius? *Alexander Seuer.*

Seuerus apud Spartianum. Huc quoque referendum, quod à Pollione scribitur: Vespasiani, in gubernando ærario Neruæ grauitas, Traiani virtus: Antonini clementia: Pertinacis & Seueri censura totius vitæ ac seueritas militaris, quæ omnia Victorinæ adfuisse Pollio in Victorinę vita scribit, sed & illud Tertulliani commode potest adiici. Reliquistis, inquit, de sapientia Socratem, de iustitia Aristidem, de militia Themistoclem, de sublimitate Alexandrum, de fœlicitate Polycratem, de eloquentia Demosthenem. Quis ex illis vestris Diis grauior & sapientior Catone? iustior & militarior Scipione? Quis sublimior Pompeio? fœlicior Sylla? copiosior Crasso? eloquentior Tullio? *Tertull.* 11. *Apologetico.*

Principem suum amare vltra priuatas necessitates.

Principes regesque, & quocunque alio nomine sint, status publici tutores, A non est mirum amari vltra priuatas etiam necessitudines. Nam si sanis hominibus publica priuatis potiora sunt, sequitur quoque, vt is carior sit in quem se Respublica conuertit. 1. *de clem.* 4. [A Sic Paulus libro singulari de officio præfecti vigilum: salutem Reipublicæ tueri nulli magis credidit princeps conuenire, nec alium ei sufficere rei, quam Cæsarem. *l.* 3. *ff. de officio præfecti vigilum.*

Loquine dicere apud Regem quomodo oporteat.

Non eodem modo in libera ciuitate dicendam sententiam, quo apud Reges, quibus etiam quæ prosunt, ita tamen vt delectent, suadenda sunt. Et inter reges ipsos, quosdam magis aut minus rerum vsum habere. *Suasoria.* 1.

Precari & vota facere pro principe. Precatio, oratio, seu votum subditorum pro rege suo ac Principe.

Dij Cæsarem Deæque omnes terris commodent, ac faciant, vt quamdiu mortalis erit, nihil ex domo sua mortale esse sentiat. Rectorem Romano imperio filium longa fide approbet, & ante illum consortem patris, quam in successorem accipiat: sera & nepotibus quidem nostris dies nota sit, qua illum gens sua cœlo asserat. Abstine ab hoc manus tuas, Fortuna, nec in isto potentiam (nisi ea parte qua prodes) ostenderis. Patere illum generi humano diu ægro & affecto mederi. Patere quidquid prioris principis furor concussit, in locum suum restituere ac reponere. Sydus hoc quod præcipitato in profundum ac demerso in tenebras orbi refulsit, semper luceat. Hic Germaniam pacet, Britanniam aperiat, & patris triumphos ducat & nouos. *ad Polyb.* 31.

Iuuat similes precationes veterum adiungere. initium autem faciam à Plinij precatione pro Traiano suo principe: Præsides, inquit, custodesque imperij Deos, ego consul pro rebus humanis, ac te præcipue Capitoline Iupiter, precor, vt beneficiis tuis faueas, tantisque muneribus addas perpetuitatem. Audisti quæ malo principi precabamur exaudi, quæ pro dissimillimo optamus. & *post* Quo maiore fiducia iisdem illis votis, quæ ipse pro se nuncupari iubet, oro & obtestor. si bene Rempublicam, si ex vtilitate omnium regit, primum vt nepotibus illum nostris ac pronepotibus serues. Deinde, vt quandoque ei successorem tribuas, quem genuerit, quem formauerit, similemque fecerit adoptato: aut hoc si fato negatur, in consilio sis eligenti, monstresque aliquem quem adoptari in Capitolio deceat. *Plin. in Panegyrico Traiani.* Est & illud apud eundem autorem notatu dignum. Precati, inquit, sumus. Deus, vt te Remque publicam florentem & incolumem ea benignitate seruarent, quam super magnas plurimasque virtutes præcipua sanctitate consequi Deorum honore meruisti. & *post*: Opto Domine, & hunc natalem & plurimos alios quam felicissimos agas æternaque laude florentem virtutis tuæ gloriam & incolumis & fortis aliis super alia operibus augeas. *Plin. lib.* 10 *epist. ad Traian.* Subiiciam & hanc Iulij Firmici pro Constantino: Vos etiam, inquit, fidi comites, Mercuri & Venus Constantinum maximum principem, & eius inuictissimos liberos, Dominos & Cæsares nostros, consensu vestræ moderationis, & Dei summi obsequenti iudicio, perpetuaque eis imperia decernere, facere etiam nostris posteris posterorum nostrorum posteris, infinitis seculorum continuationibus imperare: vt omni malorum acerbitate depulsa, humanum genus quietæ felicitatis munera consequatur. *Iul. Firmicus lib.* 1. *Mathes. cap. vlt.*

Salutare principem suum cum munere.

Reges Parthos non potest quisquam salutare sine munere. *epist.* 17.

Obedire principi etiam iniusto, sæuo, inmani & barbaro.

Rex est? si nocentem punit, cede iustitiæ: si innocentem, cede fortunæ. 2. *ira* 30.

Cum pari contendere, anceps est: cum superiore, furiosum: cum inferiore, sordidum. 2. *de ira.* 34.

Potentiorum iniuriæ hilari vultu, non patienter tantum ferendæ sunt: facient iterum, si se fecisse crediderint. 2. *de ira.* 3.

Non dubito, quin Harpagus quoque tale aliquid regi suo Persarumque suaserit, quo offensus, liberos illi epulandos apposuit, & subinde quæsiit an placeret conditura. Deinde vt satis illum plenum malis suis vidit, afferri capita illorũ iussit, & quomodo esset acceptos, interrogauit. 3. *de ira.* 15

Annus nonus dicebatur primus imperij annus.

Annus nonus seculi *in lado.* dixi in Physicis & Numencla.

De Vxoribus Principum. Vxorum consilia principes interdum vtiliter sequutos fuisse.

Diuus Augustus fuit mitis princeps, si quis illum à principatu suo æstimare incipiat: in communi quidem Repub. gladium mouit, cum hoc ætatis esset, quod tu nunc es, duodeuicesimum egressus annum, iam pugiones in sinu amicorum absconderat, iam insidiis M. Antonij consulis latus petierat, iam fuerat collega proscriptoris: sed cum annum quadragesimum transisset, & in Gallia moraretur, delatum est ad eum indicium, L. Cinnã stolidi ingenij virum insidias ei struere. Dictum est & vbi, & quando, & quemadmodum aggredi vellet. Vnus ex consociis deferebat. Constituit se ab eo vindicare. Consilium amicorum aduocari iussit. Nox illi inquieta erat, cum cogitaret, adolescentem nobilem, hoc detracto integrum, Cn. Pompeij nepotem damnandum. Iam vnum hominem occidere non poterat, cum M. Antonio proscriptionis edictũ inter cœnam dictaret. Gemens subinde voces emittebat varias, & inter se contrarias: *Quid ergo? ego percussorem meum securum ambulare patiar, me sollicito? Ergo non dabit pœnas, qui tot ciuilibus bellis frustra petitum caput, tot naualibus, tot pedestribus prælis incolume, postquam terra marique pax parta est, non occidere constituat, sed immolare?* (Nam sacrificantem placuerat adoriri.) Rursus silẽtio interposito, maiore multo voce sibi quam Cinnæ irascebatur: *Quid viuis, si perire te tam multorum interest? Quis finis erit suppliciorum? Quis sanguinis? Ego sum nobilibus adolescentulis expositum caput, in quod mucrones acuant. Non est tanti vita, si vt ego non peream, iam multa perdenda sunt.* Interpellauit tandem illum Liuia vxor: *Et admittis*, inquit, *muliebre consilium?* a *Fac quod medici solent: qui vbi vsitata remedia non procedunt, tentant contraria. Seueritate nihil adhuc profecisti: Saluidienum Lepidus secutus est, Lepidum Muræna, Murænam Cæpio, Cæpionem Egnatius, vt alios taceam, quos tantum ausos pudet: nunc tenta, quomodo tibi cedat clementia: Ignosce L. Cinnæ, deprehensus est. Iam nocere tibi non potest, prodesse famæ tuæ potest.* Gauisus sibi quod aduocatum inuenerat, vxori quidem gratias egit: renunciari autem extemplo amicis, quos in consilium rogauerat, imperauit, & Cinnam vnum ad se accersit: dimissisque omnibus è cubiculo, cum alteram Cinnæ poni cathedram iussisset: *Hoc*, inquit, *primum à te peto, ne me loquentem interpelles, ne meo sermone medio proclames: dabitur tibi loquendi liberum tempus. Ego te, Cinna, cum in hostium castris inuenissem, non factum tantum mihi inimicum, sed natum seruaui, patrimonium tibi omne concessi. Hodie tam felix & tam diues, vt victo victores inuideant. Sacerdotium tibi petenti, præteritis compluribus, quorum parentes mecum militauerant, dedi. Cum sic de te meruerim, occidere me constituisti.* Cum ad hanc vocem exclamasset, procul hanc ab se abesse dementiam: *Non præstas*, inquit, *fidem Cinna: conuenerat, ne interloquereris. Occidere, inquam, me paras.* adiecit locum, socios, diem, ordinem insidiarũ, cui cõmissum esset ferrum. Et cum defixum videret, nec ex conuentione sed conscientia tacentem: *Quo*, inquit, *hoc animo facis? Vt ipse sis princeps? Male mehercule cum Repub. agitur, si tibi ad imperandum nihil præter me obstat. Domum tueri tuam non potes. Nuper libertini hominis gratia in priuato iudicio superatus es. Adeo nihil facilius potes, quam contra Cæsarem aduocare? Cedo si spes tuas solus impedio? Paulus ne te, & Fabius Maximus, & Cossi, & Seruilij ferẽt, tantũq; agmẽ nobiliũ nõ inania nomina præferentiũ, sed eorum qui imaginibus suis decori sint?* Ne totam eius orationem repetendo magnam partem voluminis occupem, diutius enim quam duabus horis locutũ esse constat, cum hãc pœnam, qua sola erat contentus futurus, extenderet. *Vitam tibi*, inquit, *Cinna, iterum do, prius hosti, nunc insidiatori ac parricidæ. Ex hodierno die inter nos amicitia incipiat. Contendamus vtrum ego meliore fide vitam tibi dederim, an tu debeas?* Post hæc detulit vltro cõsulatum, questus, quod non auderet petere. Amicissimum fidelissimumque habuit, hæres solus fuit illi. Nullis amplius insidiis ab vllo petitus est. 1. *de clem.* 9. [A Non eodem successu Annia Faustina Antoninũ Piũ interpellat. Illa Antoniuũ arguebat, quasi parũ nescio quid suis largiretur: Stulta (inquit Antoninus) postquã ad imperium transiuimus & illud quod habuimus, antea perdidimus. *Capitolinus in Antonino Pio.* [a Sic in constitutione grauissima coniugem suam Theodorã, participem consilij, adsumpsit Iustinianus, nouella, vt iudices sine quoquo suffragio fiãt. 8. c. sic Germani consilia mulierum non aspernabantur *Tacitus de moribus Germanorum.* Sane Romanis consilium muliebre non ita admissum, adeo vt earũ præsentia in sacrificiis quibusdam infausta habita sit, Varro de re rustica, *c.* 83. Mulier (inquit) cum probubus votũ fit, ad eam rem diuinã ne adsit, neue videat quomodo fiat. Heliogabalus matri cenaculum mulierũ permisit, in quo hæ lites matronales decidereutur, qua veste, quo modo, quoue ornatu quamque mulierem incedere oporteret. Quinimo & matrẽ in senatum admisit. Eo occiso, cautum fuit senatusconsulto, ne vnquam mulier senatum ingrederetur. *Lampridius Heliogabalo.* Id cenaculum matronis reddi voluerat Aurelianus, ita vt primæ illic essent, quæ sacerdotia autore senatu meruissent. *Vopiscus in Aureliano.*

DE LIBERIS PRINCIPVM

Liberos suos, filios, filiasque palam ac publice punire, vtrum principi expediat: & quæ sint amicorum principis partes, quoties in familia principis ipsius, liberi principum occurrunt puniendi.

Diuus Augustus filiam intra pudicitiæ maledictum impudicam relegauit; & flagitia principalis domus in publicũ emisit admissos gregatim adulteros, pererratam nocturnis comessationibus ciuitatem, forum ipsum ac rostra, ex quibus pater legẽ de adulteriis tulerat, filiæ in stupra placuisse, quotidianum ad Marsyam concursum cum ex adultera, in quæstuariam versa, ius omnis licentiæ sub ignoto adultero peteret. Hæc non tam vindicanda principi, quam tacẽda (quia quarundam rerum turpitudo etiam ad vindicãtem redit) parũ potens iræ, publicauerat. Deinde, cum interposito tẽpore in locũ iræ subiisset verecundia, gemens, quod non illa silentio pressisset, quæ tamdiu nescierat, donec loqui turpe esset, sæpe exclamauit: *Horum mihi nihil accidisset, si aut Agrippa, aut Mecænas vixisset.* Adeo tot habenti millia hominum, duos reparare difficile est. Cæsæ sunt legiones, & protinus scriptæ. Fracta classis, & intra paucos dies natauit noua. Sæuitũ est in opera publica ignibus, surrexerunt meliora consumptis. Tota vita Agrippæ & Mecœnatis vacauit locus. Quid putem defuisse similes, qui assumerentur an ipsius vitium fuisse, qui maluit queri, quam quærere? Non est quod existimemus, Agrippam & Mecœnatẽ solitos illi vera dicere, qui si vixissent, inter dissimulantes fuissent. Regalis ingenij mos est, in præsentium contumeliam amissa laudare, & his virtutem dare vera dicendi, à quibus iam audiendi periculum non est. 6. *de benef.* 32. [A Sic Phauorinus à commentariorum refert, Aristotelem dicere solitum, ὦ φίλοι οὐδεὶς φίλος: ô amici amicus nemo. *Laertius lib.* 5 *in vita Aristotelis.*

Adoptione desertam liberis domum fulcire.

Augustus, a amissis liberis & nepotibus, exhausta Cęsarum turba, adoptatione c desertam domum fulsit. *ad Mart. or.* 15. a Sic Iulius Cęsar C. Octauiũ in familiam nomenq; adoptauit *Suet. Iulio.* 83 & Claudius Neronem. *Suet. Claudio.* 43. Nerua Traianum *Dion. Nerua.* Traianum inquam, nulla cognatione sibi iunctum (tametsi propinquos & cognatos plurimos habebat) & genere Hispanum, aut Italia oriundum, existimans ac dictitans, in eligendo imperij successore, virtutem hominis, non genus aut patriam spectari oportere. Sic Adrianus Ceionium Commodum verum, hoc est, Ælium Verum adoptat, obque eius adoptionem Circenses edidit, & donatiuũ populo ac militibus expendit. Quem cum minus sanum videret, sæpissime dictitauit, in caducum parietem se inclinasse, ac perdidisse quater milies H.S. quod populo & militibus pro eius adoptione dederat. Eodem vero mortuo, adoptat Antoninũ Pium ea lege, vt sibi ille duos adoptaret, Annium Verum & M. Antoninum. Hi sunt qui postea duo pariter Augusti, primi Rempublicam gubernarunt *Spartianus in Hadrian: Capitolinus in Antonino.* sic Valerianus Aurelianũ adoptat *Vopiscus Aureliano.* c Augustus ipse non ante Tiberiũ adoptauit, quã Germanicum adoptaret, vt protinus adoptione facta, inciperet Germanicus Augusti nepos esse. §. *vltimo, Inst. de adoptionib.*

De Dignitatibus, regia potentia ministris & Consiliariis Principum. Magnæ dignitates, magnæ sunt seruitutes: & qui in illis sunt, serui, & quomodo. De eorum arbitrio imminuto.

Magna seruitus, est magna fortuna. Non licet tibi quidquam arbitrio tuo facere. Audienda sunt tot hominũ millia, tot disponendi libelli, tantus rerum toto ex orbe concurrentium congestus. Vt possit per ordinem suum principis maximi officium geri, quieti animi est. *ad Polyb.* 26.

De intimis

De eorum necessitate, vtilitatibus, voluptatibus, doloribus, alijs occupationibus Principi totos se debere: Principe saluo bonum ministrum (etsi multa ac magna amisit,) nihil amisisse.

Tibi eadem necessitas, quæ Cæsari iniungitur. Non licet tibi ad vtilitates tuas, ad studia tua respicere, Cæsare orbē terrarum possidente, impartiri te nec voluptati, nec dolori, nec vlli rei potes. Totum te Cæsari debes. Adijce nunc, quod cum semper prædices, *cariorem tibi spiritu tuo Cæsarem esse.* Fas tibi non est, saluo Cæsare de fortuna queri. Hoc incolumi, salui tibi sunt tui: nihil perdidisti: non tantum siccos oculos tuos esse, sed etiam lætos oportet. In hoc tibi omnia sunt, hic pro omnibus est *ad Polyb 26.*

De eorundem fletu, somno, secessu rusticano, peregrinatione voluntaria, voluptate in spectaculis, diei dispositione, aliisque multis.

Non licet tibi flere immodice: nec hoc tantum modo nō licet, sed nec somnum quidem extendere in partem diei licet, aut à tumultu rerum in otium rure (gratia quietis) confugere: aut assidua laboriosi officij statione fatigatum corpus voluntaria peregrinatione recreare, aut spectaculorum varietate animum detinere, aut ex tuo arbitrio diem disponere. Multa tibi non licent, quæ humillimis & in angulo iacentibus licent. *ad Polyb. 25. & 26.*

Iterum de eorundem fletu.

Non licet tibi flere, vt multos flentes audire possis: vt periclitantium, & ad misericordiam mitissimi Cæsaris peruenire cupientium lachrymæ prosint, tuæ siccandæ sunt. *ad Polyb. 26.*

De eorundem fide, industria, onere perpetuo.

Cum voles omnium rerum obliuisci, cogita Cæsarem. vide quantam huius in te indulgentiæ fidem, quantam industriam debeas: intelliges non magis tibi incuruari licere, quam illi (si quis modo est fabulis creditus) cuius humeris mundus innititur. *ad Polyb. 26.*

De rationum publicarum ministris, & quam fidem administrationi debeant.

Tu orbis terrarum rationes administras, tam abstinenter, quam alienas: tam diligenter, quam tuas: tam religiose, quam publicas. In officio amorem consequeris, in quo odium vitare difficile est: sed tamen mihi crede, satius est vitæ rationem, quam frumenti publici nosse. *de breuitate vitæ 18* [A Polybium alloquitur, præfectum annonæ.

De superbia ministrorum regiorum.

Regiæ potentiæ ministros delectat superbiæ suæ longum spectaculum, minusque se iudicant posse, nisi diu multumque singulis quod possint, ostendant. Nihil confestim, nihil semel faciunt. Iniuriæ eorum præcipites, lenta beneficia sunt. *2 de benef. 5.*

De his qui à secretis principis: & vtrum ebriosis secretum suum committere princeps tuto possit ac debeat.

Cogita quam multis militibus non semper sobrijs & imperator, & tribunus, & centurio tacenda mandauerint. De illa C. Cæsaris cæde, illius dico, qui superato Pompeio rempublicam tenuit, tam creditum est Tullio Cimbro, quam C. Cassio. Cassius tota vita aquam bibit, Tullius Cimber & nimius erat in vino, & scordalus, in hanc rem locutus est ipse: *Ego*, inquit, *quemquam feram, qui vinum ferre non possum?* Sibi quisque nunc nominet eos, quibus scit & vinum male credi, & sermonem bene. Vnum tamen exemplum, quod occurrit mihi, referam, ne intereat. *Instruenda est enim vita exemplis illustribus.* Non semper confugiamus ad vetera. L. Piso, vrbis custos, ebrius ex quo semel factus fuit, maiorem partem noctis in conuiuio exigebat, vsque in horam sextam fere dormiebat: hoc erat eius matutinum, officium tamen suum (quo tutela vrbis continebatur) diligentissime administrauit. Huic & diuus Augustus dedit secreta mandata, cum illum præponeret Thraciæ, quam perdomuit: & Tiberius proficiscens in Campaniam, cum multa in vrbe & suspecta relinqueret & inuisa, puto quia illi bene cesserat Pisonis ebrietas, postea Cossum fecit vrbis præfectum, virum grauem, moderatum, sed mersum vino, & madentem adeo, vt ex senatu aliquando (in quem è conuiuio venerat) oppressus inexcitabili somno tolleretur. Huic tamen Tiberius multa sua manu scripsit, quæ committenda ne ministris quidem suis iudicabat: nullum Cosso aut priuatum secretum aut publicum elapsum est. *12. epist. 84.*

De vicario summo, aut vicem gerente principis.

Mecœnas, cum absentis Cæsaris partibus congrederetur, signum à discincto petebatur. *epist. 115.*

De Amicis principum, de eorum spe inexplebili, & quæ pericula inde principi sint.

D. Iulium plures amici confecerunt, quam inimici, quorum non expleuerat spes inexplebiles. *3 de ira 30.*

De sæuitia & furore Alexandri in quosdam amicos.

Dabo tibi ex Aristotelis sinu regem Alexandrum, qui Clitum carissimum sibi, & vna educatum, inter epulas transfodit manu sua: parum adulantem, & pigre ex Macedone, ac libero in Persicam seruitutem transeuntem. Nam Lysimachum æque familiarem sibi leoni obiecit. *3. de ira 17.*

Lenitas Augusti in amicos, inimicos eius ferentes.

Multa & D. Augustus digna memoria fecit, dixitque quibus appareat illi iram non imperasse. Timagenes historiarum scriptor, quædam in ipsum, quædam in vxorem eius, & in totam domum eius dixerat, nec perdiderat dicta: magis enim circumfertur, & in ore hominum est temeraria vrbanitas. Sæpe illum Cæsar monuit, vt moderatius lingua vteretur: perseueranti domo sua interdixit. Postea Timagenes in contubernio Pollionis Asinij consenuit, ac tota ciuitate dilectus est. Nullum illi limen præclusa Cæsaris domus abstulit. historias postea quas scripserat, recitauit & combussit, & libros, acta Cæsaris Augusti continentes, in ignem posuit. Inimicitias gessit cum Cæsare Augusto. nemo amicitiam eius extimuit, nemo quasi fulgure ictum refugit. Fuit qui præberet tam alte cadenti sinum. Tulit hoc, vt dixi, Cæsar patienter: ne eo quidem motus, quod laudibus suis rebusque gestis manus attulerat. Nunquam cum hospite inimici sui questus est. hoc duntaxat Pollioni Asinio dixit, θηριοτροφεῖς. Paranti deinde excusationem obstitit: Fruere, inquit, mi Pollio, fruere. Et cum Pollio diceret: Si iubes Cæsar, statim illi domum meam interdicam. Hoc me, inquit, putas facturum, cum ego vos in gratiam reduxerim? fuerat enim aliquando Timageni Pollio iratus: nec vllam habuerat causam desinendi, quam quod Cæsar cœperat. *3. de ira 23.*

Rari principum amici: & qui verum principi, iustaque consilia suggerere audeant.

Exemplum superius attuli, vbi de liberis Principum dixi. Addam tantum illud ex Vopisci Aureliano: Pauci sunt, inquit, principes boni. Vt bene dictum sit a quodam mimico scurra Claudij huius temporibus: In vno anulo bonos principes posse perscribi atque depingi. *& post*: Et quæritur, quæ res malos principes faciat: Iam primum nimia licentia, deinde rerum copia, *amici præterea improbi, satellites detestandi, eunuchi auarissimi, aulici vel stulti vel detestabiles*: & quod negari non potest, rerum publicarum ignorantia, sed ego (inquit idem Vopiscus) à patre meo audiui, Diocletianum principem iam priuatum dixisse, Nihil est difficilius, quam bene imperare. Colligunt se quatuor vel quinque, atque vnum consilium ad decipiendum imperatorem capiunt. Dicunt quid probandum sit. Imperator, qui domi clausus est, vera non nouit: cogitur hoc tantum scire, quod illi loquuntur, facit iudices, quos fieri non oportet: amouet à Republica, quos debet obtinere. Quid multa? vt Diocletianus ipse dicebat, bonus cautus, optimus venditur imperator.

Amici principum ad summam potentiam perducti, potentia sua abutentes: & de Seiano, nimijsque honoribus illi tributis.

Propone illud acerbissimum tibi tempus, quo Seianus patrem tuum clienti suo, Satrio secundo, congiarium dedit. Irascebatur illi (Cremutio Cordo) ob vnum atque alterum liberius dictum, quod tacitus ferre non potuerat, Seianum in ceruices nostras non imponi quidem, sed descendere. Decernebatur illi statua in Pompeij theatro ponenda, quod exustum Cæsar reficiebat. Exclamauit Cordus tunc, vere theatrum perire. Quis enim non rumperetur supra cineres. Cn Pompeij maximi imperatoris consectari pessimum militem? *ad Martiam, 22.*

De aulicis & aula.

Contumacia non facit ad aulam. *1. de tranq 4.*

De PATRIA cuiusque, & de optimo ciue.

Generosus animus humilem non accipit patriam, non Ephesum aut Alexandriam, aut si quod est etiamnum frequentius, oculis lætius vectis solum. Illa patria est, quodcunque superne vniuersa circuitu suo cingit. *epist. 103.*

Non sum vni angulo natus, patria mea totus hic est mundus. *epist. 28*

Patria est, vbicunque bene est *de remed. fort.*

De ruina, morte, & incendio quarundam vrbium: & nonnulla de Lugduno Galliæ.

Vrbes constituit ætas, hora dissoluit: momento fit cinis, diu silua 3. *nat.* 27.

Liberalis noster nunc tristis est nunciato incendio, quo *Lugdunensis colonia* exusta est. & *post*: Lugdunum quod ostendebatur, in Gallia quæritur. & *post*: Nulla tam magna non aliquod habuit ruinæ suæ spatium, in hac vna nox interfuit, & inter maximam vrbem & nullam. *epistol.* 92.

Coloniæ Lugdunensi ab origine sua centesimus annus est, ætas ne homini quidem extrema est. *epist.* 92.

Computa vrbium secula videbis, quam non diu steterint, etiam quæ vetustate gloriantur. *ad Mart.* 20.

Cum penates ignis absumpsit, fundamenta repente adhuc area ponimus, & vrbes haustas sæpius eodem solo condimus. 7 *de benef.* 31.

De ciuitatibus incendio absumptis & captis.

Ciuitates & prouinciæ quæ incendio absumptæ, vide. *epist.* 42.

Hæc captæ maximæ ciuitatis facies, in ea omisso pudoris rectique respectu vires in consilio velut signo ad permiscenda omnia dato, non igni, non ferro abstinetur, soluta legibus scelera sunt 7 *de benef.* 27.

De Imperiorum casu.

Vetera imperia in ipso flore cecidere. 3. *Natural. præfat.*

De migrationibus gentium diuersarum. De Græcis & Macedonibus. Achæis, Atheniensibus, Milesijs: Græcis in Italia, Asiaticis, Tyrijs, Pœnis, Græcis in Gallia: Germanis, in Hispania.

A cœlestibus agedum te ad humana conuerte videbis gentes populosque mutasse sedem. Quid sibi volunt in medijs Barbarorum nationibus Græcæ vrbes? Quid inter Indos Persasque Macedonius sermo? Scythia & totus ille ferarum indomitarumque gentium tractus, ciuitates Achaię Ponticis impositas litoribus ostentat. Non perpetuæ hyemis sæuitia, non hominum ingenia, ad similitudinem cœli sui horrentia, transferentibus domus suas obstiterunt. Atheniensis in Asia turba est. Miletus LXXV. vrbium populum in diuersa effudit. Totum Italiæ latus, quod infero mari alluitur, maior Græcia fuit. Tuscos Asia sibi vendicat. Tyrij Africam incolunt, in Hispania Pœni: Græci se in Galliam immiserunt, in Græciam Galli. Pyrenæus Germanorum A transitus non prohibuit: per inuia, per incognita versauit se humana leuitas. Liberos coniugesque, & graues senio parentes traxerunt. *de consol. ad Alb.* 6. [A Cymbros (vt id obiter adijciam his, quæ in Coniecturis meis libro 1. superius scripsi,) videtur intelligere, quos repetio, vastatis omnibus quæ circa Rhodanum ac Pyreneũ sunt, per saltum in Hispaniam ingressos, ibique multa populatos à Celtiberis fugatos, se bellicosis Teutonis coniunxisse. Liuius 67.

De mutationibus gentium quotidianis.

Assiduus humani generis discursus est. Quotidie aliquid in tam magno orbe mutatur. Noua vrbium fundamenta iaciuntur. Noua gentium nomina, extinctis nominibus prioribus, aut in accessionem validioris conuersis, oriuntur. Omnes autem istę populorum transportationes, quid aliud quam publica exilia sunt? *de consol. ad Alb.* 6.

De Antenore Patauij conditore: de Euandro & Arcadibus in ripa Tiberis: de Diomede & Troianis in Italia.

Quid tam longo te circuitu traho? Quid interest enumerare Antenorem, Patauij conditorem, & Euandrum, in ripa Tiberis regna Arcadum collocantem? Quid Diomedem aliosque ad Troianum bellum victos simul, victoresque per alienas terras dissipauit? Romanum imperium nempe autorem exulem respicit: quem profugum capta patria, exiguas reliquias trahentem, necessitas & victoris metus, longinqua quærentem, in Italiam detulit. Hic deinde populus quot colonias in omnes prouincias misit? vbicunque vicit Romanus, habitat. Ad hanc commutationem locorum libenter nomina dabat: & relictis aris suis trans maria sequebatur colonus senex. Res quidem non desiderat plurium enumerationem: vnum tamen adijciam, quod in oculos se ingerit. Hæc ipsa A insula sæpe iam colonos mutauit. *de consol. ad Alb.* 7. [A Corsicam intelligis,

De Phocensibus Massiliæ conditoribus: de ijsdem in insula Corsica: de Ligurum & Hispanorum & Romanorum transitu in Corsicam. Corsicos Cantabrorum coloniam esse, colligo ex similitudine ritus, tegumentis capitum, eodem genere calceamenti, & verbis quibusdam: Coloniæ duæ Romanorum in Corsica.

Vt antiquiora, quæ vetustas obduxit, transeam, Phocide relicta, Graij (qui nunc Massiliam colunt) prius in hac insula consederunt. Ex qua quid eos fugauerit, incertum est: vtrum cœli grauitas, an præpotentis Italiæ conspectus, an natura importuosi maris. Nam in causa non fuisse feritatem accolarum, eo apparet, quod maxime tunc trucib. & inconditis Galliæ populis se interposuerunt. Transierunt deinde Ligures in eam, transierunt & Hispani: quod ex similitudine ritus apparet. Eadem enim tegumenta capitum: idemque genus calceamenti, quod Cantabris est, & verba quædam. Nam totus sermo conuersatione Græcorum Ligurumque à patrio desciuit. Deductæ deinde sunt duæ ciuium Romanorum coloniæ: altera à Mario, altera à Sylla. Toties huius aridi & spinosi saxi mutatus est populus. Vix denique inuenies vllam terram, quam etiam nunc indigenæ colunt. Permixta omnia & insititia sunt. Alius alij successit *de consol. ad Alb.* 8.

Gentium exterarum quidam mores ac ritus.

Nihil in vno iudicabis notabile aut fœdum, quod genti suæ publicum est 3. *de ira* 27.

De Parthis & Germanis nonnulla.

Si in Parthia natus esset, arcus infans statim tenderet: si in Germania, protinus puer tenerum hastile vibraret: si auorum nostrorum temporibus fuisset, equitare, & hostem cominus percutere, didicisset. Hæc singulis disciplina gentis suæ suadet ac imperat. *epist.* 36.

Vt scias, inquit, iram habere in se generosi aliquid: liberas videbis gentes, quæ iracundissimæ sunt: vt Germanos & Scythis 2 *de ira* 14.

Germanis quid est animosius, quid ad incursum acrius, quid armorum cupidius, quibus innascuntur innutriunturque: quorum vna illis cura est, in alijs negligentibus, quid induratius ad omnem patientiam? vt quibus magna ex parte non tegumenta corporum prouisa sunt, non suffugia aduersus perpetem cæli rigorem. Hos tamen Hispani Gallique & Asiæ Syriæque molles bello viri, antequam legio visatur, cædunt: ob nullam rem aliam importunos, quam ob iracundiam. 1. *de ira* 11.

Omnes considera gentes, in quibus Romana pax desinit. *Germanos* dico & quicquid circa Istrum vagarum gentium occursat, perpetua illos hyems, triste cœlum premit, maligne solum sterile sustentat, imbrem culmo aut fronde defendunt, super durata glacie persultant, in alimentum feras captant. *vt post*: Nulla illis domicilia nullæque sedes sunt, nisi quas lassitudo in diem posuit: vilis & sic quærendus manu victus, horrenda iniquitas cœli, intecta corpora. *de proud.* 4.

Quid capillum ingenti diligentia comis? cum illum vel effuderis more Parthorum, vel Germanorum modo vinxeris: vel, vt Scythæ solent, sparseris. 22. *epist.* 1.

De Æthiopibus & Germanis.

Non est Æthiopis inter suos insignitus color, nec rufus A crinis & coactus in nodum. apud Germanos virumque decet. Nihil in vno iudicabis notabile aut fœdum, quod genti suæ publicum est 3. *de ira* 27. [A Hunc locum videtur expressisse Iuuenalis Satyra 13 *Cærula quis stupuit Germani lumina, flauam Cæsariem, & madido torquentem cornua cirro? Nempe quod hæc illis natura est omnibus vna.*

De Cretensibus.

Mos Cretensium magistratui, barbam capillumue submittere 9 *controuers.* 4.

De Cleonensibus.

Cleonę iudicia reddebant in illos, quibus delegata erat cura prouidendę tempestatis, quod negligentia eorum vineę vapulassent, aut segetes procidissent. 4. *natur.* 7.

Illud incredibile est, Cleonę fuisse prępositos, χαλαζοφύλακας, speculatores futurę grandinis. Hi cum signum dedissent, adesse iam grandinem, quid exspectas vt homines ad penulas discurrerent aut ad storeas? Imo pro se quisque albũ agnum immolabat, alius pullum. Protinus autem illi nubes alio declinabant, cum aliquid gustassent sanguinis. Hoc rides? Accipe quod rides magis. si quis nec agnũ nec pullum habebat (quod sine damno fieri poterat) manus sibi afferebat. Et ne tu auidas aut crudeles existimes nubes, digitum suum bene acuto graphio pungebat, & hoc sanguine litabat. Nec minus grando ab huius agello se auertebat,

auertebat, quam ab illo, in quo maioribus hostijs exorata erat. *4. natural. 7.*

De Carthaginensibus.

Ad Carthaginensium ergo Rempublicam sapiens accedet, in qua assidua seditio, & optimo cuique infesta libertas, summa æqui ac boni vilitas, aduersus hostes inhumana crudelitas, etiam aduersus suos hostilitas? Et hanc fugiet. *de vita beata c. vltim. in fin.*

De Alexandrinis & Atheniensibus.

Quare sororem? Stulte stude. Athenis dimidiam A licet: Alexandriæ totam. *in Ludo* 251. [A Cur dimidium? Ægyptijs Alexandrinis quasque sorores ducere licuit: Spartanis, vterinas: Atheniensibus eas, quæ ex patre. *Philo.*

De Atheniensibus.

Ad Atheniensium Rempublicam sapiens accedet, in qua Socrates damnatus, Aristoteles, ne damnaretur, aufugit? *de vit. beat. c. vlt. in f.*

De Lacedæmonijs.

Vide Locum supra libro Oeconomicum.

Cuique gentis sua decora sunt.

Omnibus sua decora sunt, Athenę eloquentia inclitę sunt, Thebę sacris, Sparta armis *suasoriar* 21.

De ingratitudine Rerumpublicarum & ciuitatum erga optimos ciues.

Ipsa *Respub.* ingrata in optimos ac deuotissimos sibi fuit, nec minus sæpe peccauit, quam in ipsam peccatum est. Camillum in exilium misit, Scipionem dimisit. Exulauit post Catilinam Cicero, diruti eius penates, bona direpta, factum quicquid victor Catilina fecisset. Rutilius innocentiæ pretium tulit in Asia latere. Catoni Pop. Rom. præturam negauit, Consulatum pernegauit. Ingrati publice sumus. *5. de benef* 17.

De Roma. Roma communis patria.

Roma velut a communis patria est. *ad Alb.* 6. [a *l. 33. ff. ad municipalem, l. 19. ff. de interdictis & relegatis* totidem verbis hæc sententia à Iurisconsulto recitatur.

De pomœrio, Syllam vltimum Romanorum pomœrium protulisse: Pomœrium proferri solitum non prouinciali, sed Italico agro adquisito: Extra pomœrium cur mons Auentinus fuerit habitus.

Idem narrabat, Syllam vltimum Romanorum protulisse pomœrium, c quod nunquam prouinciali, sed Italico agro acquisito, mos proferre apud antiquos. Hoc scire magis prodest, quam Auentinum montem extra pomœrium esse, vt ille affirmabat propter alteram ex duabus causis: aut quod plebs eo secessisset, aut quod Remo auspicante, illo loco aues non abduxissent. *de breuitat. vit.* 13. [c *Vide* 13. *Gellij* 14. *dixi* 3. *Coniecturarum.*

De malo ciue.

Nefas est nocere patriæ, ergo sibi quoque. Nam hic pars patriæ est. Sanctæ partes sunt, si vniuersum venerabile est: ergo & homini quam hic in maiori vrbe ciuis est. *2. de ira* 31.

Patriæ manus afferre, & fascibus suis illam premere, potentia ac dignitas est. *5. de benef.* 15.

Non est vobis eo plus opus ciue, cui plus sit, quam vni ciui. *7. de benef* 7 *in fin.*

Sylla patriam durioribus remedijs quam pericula erant, sanauit. *5. de benef* 16.

Sylla proscriptionem commentus est, vt qui ciuem Romanum occidisset, impunitatem & pecuniam tantum, non ciuicam acciperet *5. de benef.* 16.

Pompeius eo redegit Rempub. vt salua esse non posset, nisi beneficio seruitutis. *5. de benef* 16.

Antonius Romam patriam eo redegit, vt quæ Achæis, Rhodijs, & plerisque vrbibus claris, ius integrum libertatemque cum immunitate reddiderat, ipsa, tributum spadonib. penderet *5. de benef 16. in fin.*

Vtrum ab eo qui ciuitatis statum mutauerit, sapiens vitam accipere debeat.

Disputari de M. Bruto solet, an debuerit accipere à Iulio vitam? Mihi (enim vir magnus fuerit in alijs) in hac re videtur vehementer errasse, nec ea institutione Stoica se gessisse, qui aut regis nomen extimuit (cum optimus ciuitatis status sub rege iusto sit,) aut ibi sperauit libertatem futuram, vbi tam magnum præmium erat & imperandi & seruiendi: aut existimauit ciuitatem in priorem formam posse reuocari amissis pristinis moribus, futuramque ibi æqualitatem ciuilis iuris, & statutas suo loco leges, vbi viderat tot millia hominum pugnantia, non an seruirent, sed vbi

Senec.

seruirent. Quanta vero illum aut rerum naturæ aut vrbis suæ tenuit obliuio, qui vno interempto defuturum credidit, alium quidem velle: cum Tarquinius esset inuentus post tot reges ferro ac fulminibus occisos? *2. de beneficijs* 20.

De sapientis Republica & honoribus.

Sapientem non ad omnem rempublicam mittimus, non semper nec sine vllo fine. Præterea cum sapienti rempub. ipso dignam dedimus, id est mundum: non est extra rempub. etiamsi recesserit, imo fortasse relicto vno angulo in maiora atque ampliora transijt: & cœlo impositus intelligit, cum sellam aut tribunal ascenderit, quam humili loco sederit. *epist.* 69.

Vir sincerus ac purus relinquit curiam & forum, & omnem administrationem Reipublicæ, vt ad altiora secedat. *epist.* 74

Interrogo, ad quam Rempubl. sapiens accessurus sit? Ad Atheniensium, in qua Socrates damnatur, Aristoteles ne damnaretur, fugit, in qua opprimit inuidia virtutes? Negabis mihi accessurum in hanc Rempubl. sapientem: Ad Carthaginensium Rempubl. ergo accedet, in qua assidua seditio & optimo cuique infesta libertas est, summa æqui bonique vilitas, aduersus hostes inhumana crudelitas, etiā aduersus suos hostilitas? Et hanc fugiet. Si percensere singulas voluero, nullam inuenero, quæ sapientem aut quam sapiens pati possit quod si non inuenitur illa Respub. quam nobis fingimus, incipit omnibus esse otium necessarium quia quod præferri poterat otio, nusquam est. *de vit. beat.* 32.

De Optimo ciue.

Errare mihi videntur, qui existimant Philosophiæ fideliter deditos contumaces esse ac refractarios, & contemptores magistratuum ac regum, eorū ve per quos publica administrantur, e contrario enim nulli aduersus illos gratiores sunt nullis enim plus præstant, quam quibus frui trāquillo otio licet: itaque ij, quibus ad propositum bene viuendi aditum confert securitas publica, necesse est autorē huius boni vt parentem colant. *epist.* 74.

Professores publicos sapientiæ ciuitati tantum prodesse, quantum oratores, patronos, magistratus, imperatores & legislatores.

Non is solus Reipub. potest, qui candidatos extrahit & tuetur reos, & de pace belloque censet: sed qui iuuentutem exhortatur, qui in tanta bonorum præceptorū inopia virtute instruit animos: qui ad pecuniam luxuriamque cursu mentes prensat ac retrahit, &, si nihil aliud certe moratur, in priuato publicum negotium agit. An ille plus præstat, qui inter peregrinos & ciues, aut vrbanus prætor adeuntibus adsessoris verba pronunciat, quam qui docet quid sit Iustitia, quid pietas, quid sapientia, quid fortitudo, quid mortis contemtus, quid Deorum intellectus, quantum bonum sit bona conscientia? *t. de tranq* 3.

Nos certe sumus qui dicimus & Zenonem & Chrysippū maiora egisse, quam si exercitus duxissent, gessissent honores, leges tulissent: quas non vni ciuitati, sed humano generi tulerunt. *de vit. beat.* 32.

Ad Libertatem patriam hortari optimus ciuis debet.

Cato vocem liberam mittit, & rempub. hortatur, ne pro libertate decidat, honestius in seruitutem casura, A quam itura. *epist.* 96. [A *subeunde* per vim.

Opera ciuis boni nunquam inutilis.

Nunquam inutilis est opera ciuis boni. *s. de tranquill. vit.* 3.

Reditum in patriam clade communi patriæ optare non est ciuis boni.

Ciuium bonorum officium illi seruauerunt, qui reddi suos penates noluerunt clade communi: quia satius est duos vnico malo affici, quam omnes publico. *6. de benef.* 37.

Ciuis boni officium priuatus quisque, etiamsi neque militet, neque magistratu fungatur, recte exequi potest, & quomodo.

Cum delectu inuaniat aliquid quisque, in quo vtilis ciuitati sit. Militare non licet? Honores spectet. Priuato viuendum est? sit orator. Silentium indictum est? Tacita aduocatione ciues iuuet. Periculosum etiam in ingressu forū est? in domibus, spectaculis, in conuiuijs bonum contubernalem, amicum fidelem, temperantem conuiuam agat. Officia ciuis amisit? hominis exerceat. Ideo magno animo nos non vnius vrbis membris clusimus, sed in totius orbis commercium emisimus, patriamque nobis mundum professi sumus, vt liceret virtuti latiorem campum dare. Præ-

clusum tibi tribunal est, & rostris prohiberis aut comitijs? respice post te, quantum latissimarum regionum pateat, quantum populorũ, nunquam tibi ita magna pars obstruetur, vt non maior relinquatur. Sed vide ne totum istud vitium tuum sit. Non vis enim nisi Consul aut Pritanes, aut Ceryx aut Sufes administrare Rempub. Quid si militare nolis, nisi Imperator aut Tribunus? etiamsi alij primam frontem tenebunt, te sors inter gregarios posuit? inde voce, adhortatione, exemplo, animo militat. Præcisis quoque manibus ille in prælio inuenit, quod partibus conferat qui stat tantum, & clamore iuuat. Tale quiddam facies, si à prima re Reipub. parte fortuna submouerit, stes tamen, clamore iuues: si quis fauces oppresserit, stes tamen & silentio iuues. Nunquam est inutilis opera boni ciuis. auditu enim, visu, vultu, nutu, obstinatione tacita, incessuque ipso prodest. *1 de tranquill. 3.*

De studio patriæ & suorum amandorum serio edicendo.

Hoc me doce, quomodo A patriam amem, quomodo vxorem, quomodo patrem, quomodo ad hæc tam honesta vel naufragus nauigem. *ep. 88.* { A An potest cognatio vlla propior esse, quam patria, in qua parentes etiam continentur? *Cicero Philipp. 5.*

Amanda est nobis patria, etiamsi non magna sit.

Vlysses ad Ithacæ suæ saxa sic properat, quemadmodum Agamemnon ad Mycenarum nobiles muros. Nemo enim patriam, quia magna est, amat, sed quia sua. *epist. 67.*

Ad patriam iuuandam confert hanc cuique esse sententiam exploratam & confessam esse, Venientes extrinsecus causas non esse extimescendas.

Si sapiens non contemnit venientes extrinsecus causas, & aliquid timet, cui fortiter eundum erit aduersus tela, & ignes, pro patria, legibus, libertate, cunctantem exibit, & animo recedente. *epist. 86.*

Ad conseruandam Rempublicam templa Deorum nonnunquam denudare licet.

Pro Republica plerunque templa A nudantur, & in vsum stipendij dona conflamus. *4. contron. 4.* [A Confer l. sancimus 21. C. de sacrosanct. Eccles. sic Nerua, vt impendia contraheret, sacrificia non pauca sustulit.

Manus suas patriæ quemque (in cæteris suis membris) debere.

Cætera membra mea sunt, manus publicæ sunt. *1. controuers. 7.*

Deuouere se pro patria.

Decius se pro Repub. deuouit, & in medios hostes mortem petens irruit. alter post hunc paternæ virtutis æmulus conceptis solennibus, ac iam familiaribus verbis in aciem confertissimam incurrit, de hoc sollicitus tantum, vt litaret. *epist. 68.*

Non sine motu vacuum C Pauli currum Pop. Rom. aspexit. Concionatus est tamen Paulus & egit Dijs gratias, quod compos voti factus esset, precatus, vt si quid ob ingentem victoriam inuidiæ dandum esset, id suo potius, quam publico damno luerent. *ad Marc. 13.* [C *subaudi* liberis. Valer. 5. c. 10 Plutarch. in Paul. Æmil. Liu. 45.

Quod Respublica debet, verum singuli debeant.

Si quis patriæ meæ pecuniam credat, non dicam me illius debitorem, nec hoc æs alienum profitebor, aut candidatus, aut reus: ad exsoluendum tamen hoc, portionem meam dabo. *6. de benef. 19.*

De libertate Republica sublata iniuste eos queri, qui eam domo sustulerunt.

Respondisse tibi indignaris, libertumque & vxorem & clientem: deinde idem de republica libertatem sublatam quereris, quam domi sustulisti. *3. de ira 35.*

De simultatibus priuatis & publicis.

Priuatas simultates deponendas interdum putabat: publicas, nunquam. *Suasor. 2. pro Cicerone.*

Vir politicus, & ad ciuilia erectus, secreta studia pati non potest.

Secreta studia pati non potest animus ad ciuilia erectus, agendique cupidus. *1. de tranq. 2.*

De populo, de populari aura & assensione: de publicis moribus. Et vtrum populo sit placendum.

Quo maior est populus cui commiscemur, hoc periculi plus est. *1. epist. 7.*

Nunquam volui populo placere. Nam quæ ego scio, non probat populus: quæ probat populus, ego nescio. Quis hoc, inquis? Tanquam nescias, cui imperem. Epicurus. Sed idem hoc omnes tibi ex omni domo conclamabunt Peripatetici, Academici, Stoici, Cynici. Quis enim placere potest populo, cui placet virtus? Malis artibus popularis fauor quæritur: similem te illis facias oportet. Non probabunt nisi agnouerint. Multo autem ad rem pertinet magis, qualis tibi videaris, quam qualis alijs. Conciliari nisi turpi ratione, turpium amor non potest. *epist. 29.*

Populus nullius rei bonus autor. *epist. 100.*

Assentator comesque patrimoniorum pereuntium populus. *1. de tranquill. 1.*

Philosophia non abhorreat à publicis moribus, nec ita agat, vt quicquid non facit, damnare videatur. Licet sapere sine pompa, sine inuidia. *epist. 104.*

Popularis aura aut inuidia perniciosum optimis telum, inopinantes secum usque disiecit. *epist. 75.*

Genus dicendi aliquando imitatur publicos mores, si disciplina ciuitatis laborauit, & se in delicias dedit, argumentum est luxuriæ publicæ orationis lasciuia: si modo non in vno altero fuit, sed approbata est & recepta. *epist. 115.*

Nihil æque & eloquentiam & omne aliud studium auribus deditum vitiauit, quam popularis assensio. *epist. 103.*

Vulgus quid.

Vulgum tam chlamydatos, quam coronatos A voco. *de vit. beat. 1.* [A *al.* coloratos.

DE MILITARI ET BELLO.

Belli detestatio.

Non A feris inter se bella sunt; nec si forent, eadem hominem decebant, placidum proximumque diuino genus. *2. contro. 1.* [A Horatius libro Epodon. *Neque hic lupis mos est, nec fuit leonibus vnquam, nisi in dispar, feris.*

Bella etiam victi repetunt.

Adeo aduersus experimenta pertinaces sumus, vt bella victi, & naufragi maria repetamus. *1. de ben. 1.*

Exercitus in centurias diuisio.

Describitur in tribus populus, in centurias exercitus. *epist. 90. in pr.*

Ad arma veterani vocati.

Si magnum aliquod bellum incidit, tunc & veterani vocantur ad arma. *1. contro. 8.*

Castrorum primores.

Fortes viri sunt, primoresque castrorum. *epist. 96.*

Signum militare excubaturis Tribunis datum de more.

Caius Chæreæ tribuno A militum signum petenti, modo Veneris, C modo Priapi dabat; aliter atque aliter exprobrans armato mollitiem, hoc ipse perlucidus, crepidatus, armillatus. *in sap. non cad. iniur. 17.* [A adde Suetonium Caligula, 59 & Claudio, c. 42. [C Sic Iouem dat Caius. *Suet. Caligula,* 59. optimam matrem Nero. *Suet. Nerone* 9. Militemus, Pertinax. *Capitolinus Pertinace:* Æquanimitas. Antoninus *Spartianus Antonino.* Laboremus, Seuerus: *Spartianus in Seuero:* ἀφροδίτην νικηφόρον, Cæsar: ἡρακλέα ἀνίκητον, Pompeius dat. *Appianus secundo ciuilium: Brutus* ἀπόλλωνα, *Plutarchus in Bruto.* ἐλευθερίας: *Dion. 47.*

Ciuilium bellorum detestatio atque exsecratio.

Bellorum ciuilium insania omne sanctum ac sacrum profanatur. *1. de benef. 10.*

Quæ externis bellis steterant regna, domesticis D impellente nullo ruunt. *epist. 91.* [D Cicero 13. *Philippica* Nihil hoc ciue, nihil hoc homine teterius, si aut ciuis aut homo habendus est, qui ciuile bellum concupiscit.

De bello ciuili eiusque malis quædam vide. *5. de benef. 15. in fin. & 16.*

Bello ciuili an & quomodo sapienti capescenda sit Resp. vide. *epist. 14.*

In hostili terra securum imperatorem esse oportet.

Maximum est argumentum Imperatoris, armis virisque pollentis, tuta securitas, etiam in hostium terra. *in sap. non cad. iniur. 4.*

Labore aliquo lasciuiens miles compescendus.

Magni Imperatores, cum male parere militem vident, aliquo A labore compescunt, & expeditionibus detinent. Nunquam vacat lasciuire districtis. *epist. 57.* [A sic Palamedes tabulam lusoriam inuenit ad comprimendas otiosi seditiones exercitus. *Mar. Varro apud Seruium.*

Ebriosis militibus tacenda etiam nonnunquam commissa.

Multis militibus non semper sobrijs & Imperator & tribunus & centurio tacenda mandauerunt. *epist. 84.* vbi id probat multis exemplis.

Victo etiam duci laus est, si munere suo functus est.

Imperatori laus est etiam victo & duci, si & prudentia, & industria, & fortitudo muneribus suis functa est. *7. de benef. 25.*

Pacem

Pacem infidam semper æstimat dux, & ad bellum se præparat.

Nunquam imperator ita pacem reddidit, vt non se præparet bello: quod etiamsi non geritur, indictum est. *de vit. beat.* 26.

Corona nauali.

Naualis corona virum inter dona militaria decus 3 *de bene.* 31.

Donare torque, corona murali & ciuica.

Imperator aliquem torquibus, murali & ciuica donat. 2. *de benef.* 5.

Hilaritatem rebus afflictis dux magnus simulat.

Quod duces magni faciunt. rebus afflictis vt hilaritatem de industria simulet, & aduersas res adumbrata lætitia abscondant, ne militum animi, si fractam ducis sui mentem viderint, & ipsi collabantur. Id nunc quoque tibi faciendum est *ad Polyb.* 24.

Exercitus latius pansus, in angustum coarctatus, in cornua curuatus, recta fronte explicatus.

Idem exercitus modo latius panditur, modo in angustum coarctatur, & aut in cornua sinuata media parte curuatur, aut recta fronte explicatur: vis illi (vtcunque ordinatus est) eadem est & voluntas pro iisdem partibus standi, *de vit beat* 4.

In hostili regione versantibus quæ potissimum curanda.

In hostili regione versantibus huc & illuc circumspiciendum est, & ad omnem strepitum circumagenda ceruix *epistol.* 75.

Puluere tantum moto, aut fabula sparsa nonnunquam exercitus in fugam versi, aut castris exuti.

Trepidamus, sic vertimus terga, quemadmodum illi quos puluis motus fusa pecore exuit castris, aut quos aliqua fabula sine autore sparsa conterruit. *epist.* 13.

Cedendi leges.

Aliquando cedendum, sed sensim, relato gradu, & saluis signis, salua militari dignitate, sanctiores tutioresque sunt hostibus suis, qui in fidem cum armis veniunt. 1. *de tranquil.* 3.

In confinibus cur potius pugnandum.

In confinibus hostis arcendus est. non cum intrauit & portis se intulit, modum à captiuis non accipit. 1. *de ira.* 7.

Vincere hostem: Vinci cupiditatibus.

Multi vt vincerent hostem, cupiditate victi sunt. *epistol* 93.

Victi ante victum supplices iacuere.

In conspectu victoris hostis, victi hostes supplices pro more iacebant. 2 *de benef* 12.

Victi ante currum victoris in triumphum acti.

Paulus in triumpho victum ante currum egit Persen. *ad Marciam* 13 [A Erat aliquis qui post currum triumphantis adstabat, triumphanti à tergo hæc verba insusurrans: Respice post te, hominem te memento te *Tertullianus apologet.* ... 3, *Arrianus*, 44. *Epictetus*, a 2. Plinius 28. c 4. carnificem eum fuisse colligas ex Isidori 18. *cap* 2.

Victis, ferculo impositis, victoris exornabant pompam.

In aliquem imponat ferculum exornaturus victoris superbi ac feri pompam *de vit. beat.* 25. [A Ferculo pompæ etiam imponebatur Titulus rerum in bello gestarum. qualem & quidem per breuem Ponticae suo triumpho Cæsar adscripsit *Veni, vidi, vici:* quæ non belli acta, sed celeriter confecti negotij notam exprimebant. *Sueton. In Iul.* 37.

In Triumpho. 120. *elephanti ducti.*

Idem narrabat, Metellum victis in Sicilia Pœnis triumphantem, vnum omnium Romanorum ante currum centum & viginti elephantos captiuos duxisse. *de breuit. vit.* 13.

Manu trunca hostem vincere.

Mutius confecit bellum inermis ac mancus, & vna manu trunca reges duello vicit 2, *ist.* 67 *in fin.*

Delectui militum summa cura habenda.

Castra, quos ad laborem & periculum recipiunt, fastidiose legunt 5. *epi* 44

Nomen in militiam non daret debilis *de vit beat.* 30

Fortior miles ex confragoso venit Segnis est vrbanus & verna nullum laborem recusant manus, quæ ad arma ab aratro transferuntur: in primo deficit puluere ille vnctus & nitidus seuerior loci disciplina firmat ingenium, aptumque magnis conatibus reddit 7. *epist.* 52.

Erubesceret Respublica tam cicatricoso milite vti. 7. *contro.* 8.

Senec.

Sacramenti militaris leges variæ.

Prima militiæ vinculum est religio, & signorum amor. & deserendi nefas: deinde facile cætera exiguntur, mandanturque ad iusiurandum adactis *epist* 96

Militaris sacramenti & gladiatorij eandem esse formulam, ostendit cap de amphitheatro & de gladiatorib.

Imperanda sunt periculosa fortissimis.

In castris periculosa fortissimis imperat dux, lectissimos mittit qui nocturnis hostes aggrediantur insidiis, aut explorent iter, aut præsidium loco deiiciant *de prou.* 4.

Excubatoribus & si nihil in sua quoque iam est, etiamsi hostis nihil tentauerit. Ex acie redeuntibus ac sanguinolentis dici solitum: Macte virtute esto.

Æque fortis esse potest, qui pro vallo segnis excubuit, nullis hostibus castra tentantibus, & qui succisis poplitibus in genua se excepit. *Macte virtute esto*, sanguinolentis & ex acie redeuntibus dicitur. *epist* 66. [A Eadem verba visitata fuisse, discimus ex Liuio 2 4. 7. 10. *Liu.* 23 Silio Italico 4 10. 12. Victores etiam redeuntes ex pugna milites, clamorem faciebant, n litera geminata Festus in Ouantes. Fuit & hæc imperatoribus acclamatio Auguste, Deus te seruet. *l.* 1. *Cod. de veteranis lib.* XI. *Lampridius Diadumeno. Capitolinus in Antonino Pio. Vopiscus in Saturnino & Proculo.*

Non ille solus militat, qui in acie stat, & cornu dextrum læuumque defendit? sed qui portas tuetur, & statione minus periculosa, non otiosa tamen fungitur, vigiliasque seruat, & armamentario præest quæ ministeria, quamuis incruenta, in numerum stipendiorum veniunt. 1. *de tranquil.* 3.

Vulneribus & sanguine suo milites veri gloriantur.

Militares viri gloriantur vulneribus: læti fluentem meliore casu sanguinem ostentant *de diu. prouid.* 4.

Vigilum conditio.

Miles vigilias diuidit, & nox immunis est ab expeditione redeunti. 1 *de tranquill.* 15.

De impedimentis militaribus.

Militatores quotam partem rerum suarum secum habent, cum omnem apparatum castrensis disciplina submoueat *ad Alb.* 12.

Milites in excubiis sunt interim, dum alij securi sunt.

Non est iniquum, fortes viros arma sumere, & in castris pernoctare & pro vallo obligatis stare vulneribus, interim in vrbe securos esse præcisos & professos impudicitiam *de prou.* 5.

Priuilegia militum.

Vtile est Reipub. tot lectem seruari, vt sit qui ostentatur iuuentuti. 1 *contron.* 8.

Exercitationes militares.

Miles in media pace decurrit sine vllo hoste, vallum iacit, & superuacuo labore lassatur, vt sufficere necessario possit Quem in ipsa re trepidare nolueris, ante rem exerceas *epist.* 18 [a Huic loco iungi oportet, quod de exercitatione militum scribit Marcellus libro 1. de re militari, in l. officium. §. 1. & 2. ff. de re militari. & Vegetius 3. capite quatuor.

Tyronis & veterani comparatio.

Tyrones leuiter sauciij vociferantur, & manus medicorum magis quam ferrum horrent? veterani patienter ac sine gemitu, veluti aliena corpora excoriari patiuntur. *ad Alb.* 3.

Gemens miles imperatorem sequens, malus miles est.

Malus miles est, qui Imperatorem gemens sequitur. *epist.* 108.

Deserere partes.

Dices mihi. Quid ais Seneca? *deseris partes?* *de vita beat.* 28.

Fugere inermem, vel armatum.

Minus turpe est à bello inermem reuerti, quam armatum reuerti *Suasor* 2.

Non est honestum fugere etiamsi tutum esset. *Suasor.* 2.

Transfugere, prodere.

Quin tu bene grauiter, si partium piget, transfugis potius, quam prodis? *de vit. beat.* 28.

Arma perdere crimen militis.

Arma à sua perdidit, hunc exulari non poterat, nisi rapuisset aliena 4 *contron.* 4. [A confer l. 3. §. *miles, qui in bello arma amisit. Degest de re militar.*

Excusatio à militia.

Militiæ morbus multos eripuit 6 *de benef.* 9.

Lex; Qui rei fortiter fecerit, militia vacet. 1. *controuers.* 8.

Lex à quinquagesimo anno militem non cogit, à sexagesimo senatorem non citat. *de breu vit.* 20.

Veneno & proditione hostem vincere, iniustum.

Populus Romanus vinci veneno hostem noluit, proditione a noluit 4. *contr.* 7 vbi plura vide. [a Extant eadem litteræ C Fabricij & Q Æmilij, Consulum Romanorum ad Pyrrhum regem: Consules Romani S. D. Pyrrho regi Nos pro tuis iniurijs continuo animo strenue commoti inimiciter tecum bellare studemus, sed communis exempli & fidei ergo visum est, vti te saluum velimus: vt esset quem armis vincere possemus. Ad nos venit Nicias familiaris tuus, qui sibi pretium a nobis peteret, si te clam interfecisset Id nos negauimus velle neue ob eam rem quidquam commodi exspectaret, & simul visum est, vt te certiorem faceremus, ne quid eiusmodi si accidisset, nostro consilio putares factum: & quod nobis non placet, pretio, aut præmio, aut dolis pugnare. Tu nisi caueas, iacebis 3. *Gellius nono.*

Iacentis in acie conditio.

In acie iacens præteritur, cum stante pugnatur. *epistol.* 106.

Vincunt nonnunquam peiores.

Non potest esse peior, qui victus fuerit: melior, qui vicerit *epist* 14.

Exitus pugnantium mors.

Exitus pugnantium mors est *epist* 7.

Victis salus, nullam sperare salutem

Nullus perniciosior hostis est, quam quem audacem angustiæ faciunt: longeque violentius semper ex necessitate, quam ex virtute corrigimur 2. *nat. quæst.* 59.

Legiones, Classes, Custodes...

Custodiantur legionibus terræ, classibus maria, & Cæsarianus portas miles obsideat: Cato qua exeat, habet. *de diuin. prou.* 2.

Hoste ad manum veniente, cæteris ad arma concurrentibus, otiosum sedere crimen est.

Cum hostis instat à tergo, & mouere se iussus est miles, excutit necessitas quicquid pax otiosa collegerat. *Et post.* Demens omnibus merito viderer, si cum saxa in munimentum murorum senes fœminæque congererent, cum iuuentus intra portas armata signum eruptionis exspectaret aut posceret, cum hostilia in portis tela librarent, & ipsum solum suffossionibus & cuniculis tremeret, sederem otiosus, & eiusmodi quæstiunculas ponens *epist* 50.

Vincere amissa manu hostem.

Rarius est hostem amissa manu vicisse, quam armata. *epist.* 67.

Primipilarius: Caligula.

Non impune cessit primipilario, quod *Caligulam* dixerat, sic enim in castris natus & alumnus legionum vocari solebat: Nullo nomine militibus familiarior vnquam factus, sed iam Caligulam conuicium & probrum iudicabat *in sap. non cad. iniur.* 17.

Fides hosti seruanda

Calamitosissimum omnium dices Regulum, fidei pœnas etiam hostibus seruatæ pendentem: atqui nemo hoc dicere, ne ea mollissimis quidem ausus est *ep.* 73.

Gladius bonus.

Gladium bonum dices, non cui deauratus est baltheus, nec cuius vagina gemmis distinguitur: sed cui est ad secandum subtilis acies & mucro omne munimentum rupturus. *epist.* 77.

Hastilia detorta corrigere.

Quædam hastilia detorta, vt corrigamus, adurimus: & adactis cuneis non vt frangamus, sed vt explicemus, elidimus. 1. *de ira* 5

Tuba milites equosque excitans.

Militaris viri in media pace togati iã antes tuba suscitat, equosque castrenses erigit crepitus armorum. 2. *de ira*, 2.

Ad palum exercere.

Exerceamur ad palum A *ep.* 18. [A de militari palo adi. *Veget* 2. c. 11. *Lucianum in Demonacte*

Necessitas in bello excusat, fœtaque ex illicitis licita

Necessitas magnum humanæ imbecillitatis patrocinium est. Hæc excusat Saguntinos, quamuis non ceciderint patres, sed occiderint: Hæc excusat Romanos, quos ad seruilem delectum Cannensis ruina compulit, quæ quidquid coegit, defendit 9. *contr* 4.

In imperatoribus suis Romanos multa tulisse.

Multa populus Romanus in suis imperatoribus tulit. In Gurgite luxuriam: in Manlio impotentiã (qui non nocuit & filium & victorem occidere) in Sylla crudelitatem, in L. Lucullo, auaritiam 9. *controu* 2.

Macte virtute esto quibus diceretur.

Macte virtute esto, sanguinolentis & ex acie redeuntibus dicitur. *epist.* 67.

DE PACE

Pacem sapiens magistratui suo cuius eam adscribit.

Indiuidua bona pax & libertas, tam omnium tota, quam singulorum sunt Cogitat itaque sapiens, per quem sibi horum vsus fructus contingat per quem non ad arma illum, nec ad seruandas vigilias, nec ad tuenda mœnia, & multiplex belli tributum, publica necessitas vocet, agitque gubernatori suo gratias *Et post*: Confitebitur, multum se debere, cuius administratione ac prudentia contingit illi pingue otium & arbitrium sui temporis, & inturbata publicis occupationibus quies. *O Melibœe Deus nobis hæc otia fecit, Namque erit ille mihi semper Deus.* & post: *Ille meas errare boues vt cernis, & ipsum Ludere quæ vellem calamo permisit agresti. epist* 74.

Pax animi vnde & quomodo paranda

Pacem demus animo, quam dabit præceptorum salutarium assidua meditatio, actusque rerum boni & intenta mens ad vnius honesti cupiditatem. 3 *de ira* 42.

In media pace bella exspectanda.

Bellum in medio pace consurgit, & auxilia securitatis in metum transeunt: ex amico inimicus, hostis ex socio. *& post*: Inuadit temperatissimos morbus, validissimos phthisis, innocentissimos pœna, secretissimos tumultus. *epist.* 92.

Pax nunquam lacessita, & multo reparata sanguine.

Non dubium quin felicior pax sit nunquam lacessita, quam multo reparata sanguine. *epist.* 67

Pacis beneficium ad quos maxime perueniat, & qui potissimum pacis beneficio obligentur.

Pacis beneficium ad omnes pertinens, altius ad eos peruenit, qui illa bene vtũtur Multi sunt ex ijs togatis, quibus pax operosior bello est an idem existimas pro pace debere eos, qui illam ebrietati aut libidini impendunt, aut alijs vitijs, quæ vel bello rumpenda sunt? *epist.* 74.

Pax inter bonos.

Bonis inter se pax est 2. *in sap. non cad. iniur.* 7.

Pax ad omnes pertinet.

Pace etiam homicidæ fruuntur. 4. *de benef* 28.

Pacis gloria est, iram in amicitiam eamque fidam ac verum, vertere

Quid est gloriosius, quam iram amicitia mutare? Quis P Romanus fideliores habet socios, quã quos habuit pertinacissimos hostes? Quod hodie esset imperiũ, nisi salubris prouidentia victos permiscuisset victoribus? 2. *de ira* 34.

DE NOBILITATE.

Nobiles ex sordidis, sordidos ex nobilibus esse & fuisse. Nobilem non facit imaginum numerus, sed animus.

A primo mundi ortu vsque ad hoc tempus perduxit nos ex splendidis sordidisque alternata series Non facit nobilem atrium plenum fumosis imaginibus Animus facit nobilem, cui ex quacunque conditione licet surgere. *ep* 44.

Sic quid aliud est in Philosophia boni, hoc est, quod stemma non inspicit. Omnes si ad primam originem reuocentur, à Dijs sunt. bona mens omnibus patet, omnes ad hoc sumus nobiles *epist.* 44 *in pr.*

Nobilis & noti differentia

Qui imagines in atrio exponunt, & nomina familiæ suæ longo ordine ac multis stemmatum illigata flexuris in parte prima ædium collocant, noti magis quam nobiles sunt. 3. *de benef* 28.

Nobiles maiorum sola virtute plerumque industrijs & bene meritis preferri.

In Petendis honoribus quosdam A turpissimos nobilitas industrijs prætulit. 4. *de benef.* 30. [A Hoc loco adfert exempla Ciceronis iunioris, Cinnæ, C Pompeij, Fabij Persici, & in fin hac similitudine vtitur Vt loca sordida repercussu solis illustrantur, ita inertes maiorum suorum luce resplendent. Idem multis exemplis probat *cap.* 31. & 32.

Nobiliores qui censendi

Nemo altero nobilior, nisi cui rectius ingenium & artibus bonis aptius 3 *de benef.* 28.

Nobilis ex casa & humili corpusculo exire potest.

Potest ex casa vir magnus exire, potest & ex deformi humilique corpusculo formosus animus ac magnus. *epistol* 67.

Nobilitas Socratis, Platonis, Iphicratis & Agrippæ, qua fuerit.

Patritius Socrates non fuit *epist.* 44.

Platonem

Platonem non accepit nobilem philosophia, sed fecit. *epist.* 44

Iphicrates, cui mater barbara & Thressa objiciebatur respondit & deorum matrem Idæam esse. 2 *in sap. non cad. iniur.* 18.

Erat Agrippa inter eos, qui non nati sunt nobiles, sed facti. 2 *contro.* 5.

Dignitas crescens & incipiens.

Facilius crescit dignitas, quam incipit. *epist.* 102.

DE EQVITIBVS

Eques Romanus nomen ex ambitione natum.

Animus tam in equitem Romanum, tam in libertinum, quam in seruum potest cadere. Quid est eques Romanus, aut libertinus, aut seruus? nomina ex ambitione, aut iniuria nata. *epist.* 31.

In quatuordecim gradibus theatri locus fuit equitibus.

Eques Romanus es, & ad hunc ordinem tua te perduxit industria. At mehercules multis quatuordecim gradus sunt clausi. *epist.* 44

In equestribus locum habuere equites, & quomodo.

Equestria omnium equitum Romanorum sunt. *& post*: Habeo in equestribus locum non vt vendam, non vt locem, non vt habitem, in hoc tantum, vt spectem. Præterea non mentiar, si dicam me habere in equestri locum: sed cum in theatrum veni, si plena sunt equestria & iure habeo locum illic, quia sedere est mihi liberum: & non habeo, quia ab his, cum quibus ius mihi loci commune est, occupatus est. 7. *de benef.* 12.

Census equestris.

Quid est cœna flagitiosius, equestrem censum consumente? *epist.* 95.

De legatis, & eorum parrhesia à bonis principibus tolerata.

Demochares ad Philippum, parrhesiastes ob nimiam & procacem linguam appellatus, inter alios Atheniensium legatos venerat. Audita benigne legatione Philippus, *Dicite*, inquit, *mihi, facere quid possim, quod sit Atheniensibus gratum*. Excepit Demochares, *Te*, inquit, *suspendere*. Indignatio circumstantium ad tam inhumanum responsum exorta est, quos Philippus conticescere iussit, & Thersiten illum saluum incolumemque dimittere. *At vos cæteri legati*, inquit, *nunciate Atheniensibus, multo superbiores esse qui ista dicunt, quam qui impune dicta audiunt*. 3. de ira 23.

Munera per legatos exteris principibus mitti solita, & quæ maxima censita.

Corinthij per legatos gratulati sunt Alexandro Macedoni, & ciuitate illum sua donauerunt. Cum risisset Alexander hoc officij genus, vnus ex legatis, *Nulli*, inquit, *ciuitatem dedimus alij, quam tibi & Herculi*. Libens accepit delatum honorem, & legatos humanitate prosecutus, cogitauit non qui ciuitatem darent, sed cui dedissent. 1. *de beneficiis* 13.

POLITICA ET CENSORIA QVÆDAM.

Censura publica lex generalis.

Multa donanda ingenijs puto, sed donanda vitia, non portenta. 10 *contro.* 1.

De orbitate eiusque apud Romanos gratia.

In ciuitate nostra plus gratiæ orbitas A confert, quam eripit: adeoque senectutem solitudo, quæ solebat destruere, ad potentiam ducit, vt quidam odia filiorum simulent, & liberos non seruent. (nam videtur legendum, *non ferunt*) & orbitatem manu faciant. *ad Mart.* 19. [A Ammianus 14. Vile est, inquit, quidquid extra pomœrium nascitur præter orbos & cœlibes. Nec dici potest qua obsequiorum diuersitate coluntur homines sine liberis Romæ. Porro præcipuos Romanorum nullos aut dissimiles liberos reliquisse, refert Spartianus in Seuero. Romulus, inquit, nihil liberorum reliquit: nihil Numa Pompilius. Quid Camillus, num sui similes liberos habuit? Quid Scipio? Quid Catones? qui magni fuerunt. Iam vero quid de Homero, Demosthene, Virgilio, Crispo & Terentio, Plauto cæterisque alijs loquar? Quid de Cæsare? Quid de Tullio? cui soli melius fuerat liberos non habere? Quid de Augusto? qui ne adoptiuum bonum filium habuit, cum illi eligendi potestas fuisset ex omnibus. Falsus est etiam Traianus in suo municipe ac nepote deligendo. *Et post*: Quid Mario felicius fuisset, si Commodum non reliquisset hæredem? Quid Seuero, Septimio si Bassianum non genuisset?

Cogita nunc sapienti an diues aliquis regnum orbæ senectutis exercens, facere iniuriam possit. *in sap. non cad. iniur.* 2. c. 3.

De paupertate, & egentes Romæ in sublicio ponte stipem petere solitos.

In sublicium pontem A me transfer, & inter egentes abige: non ideo tamen me despiciam, quod in illorum numerum consideo, qui manum ad stipem porrigunt. *de vit. beat.* 25 [A Iuuenalis Satyra 14. Inuitatus ab hoc aliquis de ponte negabit, id est, nolet eius esse conuiua: eius, inquam, id est, hominis ita sordidi.

De Mendicitate affectata, & dominis quibusdam seruos debilitantibus mendicandi gratia.

Quidam expositos & debilitatos mendicare cogebat, ac mercedem exigebat ab eis. *& post*: Huic cæci innitentes baculis, huic brachia circumteruntur, huic conuulsi pedum articuli sunt, & torti tali, huic elisa crura. Illius inuiolatis pedibus cruribusque fœmina contundit, alter in quemque sæuiens ossifragus iste, alterius brachia amputat, alterius neruos, alium distorquet, alium delumbat, alterius diminutas scapulas in deforme tuber extundit, & risum in crudelitate captat. *& post*: Tot membra franguntur, vt vnum ventrem impleant. *& post*: Cur tu tam exiguum refers? Tibi captura quotidiana non respondet. *& post*: Pro- ximus, inquit, dic hic plurimum retulit, faciendus est huic similis alter. hic satis retulit, fiat & alius miser. Ite nunc, inquit, & alimenta mihi quærite. Tu, inquit, qui oculos non habes, per oculos rogato. Tu, inquit, qui manus perdidisti, per manus rogato. Tu per illa membra, quæ trahis debilia, per ea quisque quæ non habeat, ambiat. *& post*: An hoc facto læsa sit Respublica? *& post*: Qui occidit vnum, non Reipub. læsæ tenetur, sed cædis. Potuerunt, inquit, duces fieri? potuerunt etiam sacrilegi esse, & homicidæ. crudelem rem facit lanista, nec damnatur Reipubl. læsæ: & leno qui cogit inuitos pati stuprum, nec lædit Rempubl. *& post*: Expositi in nullo numero sunt, serui sunt. *& post*: Respubl. læditur, cum in aliqua sua parte læditur. hæc nulla Reipub. pars est. Non in censu illos inuenies, non in testamentis. *& post*: Adeo hæc res non nocuit Reipub. vt possit videri etiam profuisse pauciores erunt qui exponant filios. *& post*: Principes viri contra naturam diuitias exercent, castratorum A greges habent, exoletos suos, vt ad longiorem patientiam impudicitiæ idonei sint, amputant: his nemo succurrit delicatis & formosis debilibus. 10 *contr.* 4. [A Mangones pueros castrabant, quo pluris venderent. Martialis: *Non puer auari sectus arte mangonis*. Iurisconsultus in *l.* 27. *ff. ad l. Aquiliam*: Si quis puerum castrauerit, & pretiosiorem fecerit. Ita in seruis summum pretium eunuchi. *l.* 2. *Cod. de communis seruo manum.* His adde Quintilianum. 5. c. 12. Illud obseruandum, Domitiani edicto mares castrari prohibitos. *Sueton. Domitiano*, 7. *Dion. Philostratus: facit l.* 4. *l.* 6. *Digest. ad l. Cornel. de sicariis.*

De fatuis, eosque delicatos nonnullis inter delicias cæteras domesticas habuisse.

Harpasten vxoris meæ fatuam scis hæreditarium onus in domo mea remansisse: ipse enim auersissimus ab istis prodigijs sum. si quando fatuo delectari volo, non est longe quærendus, me video. hæc fatua subito desijt videre. Incredibilem tibi narro rem, sed veram, nescit esse se cæcam, subinde pædagogum suum rogat, vt migret: ait domum tenebrosam esse. Hoc quod in illa ridemus, omnibus nobis accidere liqueat tibi. nemo se auarum esse intelligit, nemo cupidum: cæci tamen ducem quærunt, nos sine duce erramus. *epist.* 51.

De otiosis, & eorum vanis occupationibus pictura elegans.

Circumcidenda est concursatio, qualis est magnæ parti hominum. domos & theatra & fora pererrantium. Alienis se negotijs offerunt semper aliquid agentibus similes. Horum si aliquem de domo exeuntem interrogaueris, Quo tu? quid cogitas? Respondebit tibi: Non mehercule scio, sed aliquos videbo, aliquid agam. sine proposito vagantur, quærentes negotia: nec quæ destinauerunt, agunt, sed in quæ incurrunt. Inconsultus illis vanusque cursus est, qualis formicis per arbusta repentibus, quæ in summum cacumen, deinde in imum inanes aguntur. His plerique similem vitam agunt, quorum non immerito quis inquietem inertiam dixerit. Quorundam quasi ad incendium currentium misereberis: vsque eo impellunt obuios, & se aliosque præcipitant: cum interim cucurrerint, aut salutaturi aliquem non resalutaturum, aut funus ignoti hominis prosecuturi, aut iudicium sæpe litigantis, aut sponsalia sæpe nubentis, & lecticam assectati, quibusdam locis & ipsi tulerint. deinde domum cum superuacua redeuntes lassitudine, iurant, nescisse se ipsos quare exierint, vbi fuerint, postero die erraturi

per eadē illa vestigia. Omnis itaque labor aliquo referatur, aliquo respiciat. Non industria inquietos, sed insanos falsæ rerum imagines agitāt. Nam ne illi quidem sine aliqua spe mouentur, prouitat illos alicuius rei species, cuius vanitatem capta mens non coarguit. Eodem modo vnumquemque ex his, qui ad augendum turbam exeunt, inanes & leues causæ per vrbem circunducunt, nihilque habentem in quo laboret, lux orta expellit: & cum multorum frustra liminibus illisus nomenclator persalutauit, à multis exclusus neminem ex omnibus difficilius domi, quam se conuenit. Ex hoc malo dependet illud teterrimum vitium, auscultatio, & publicorum secretorumque inquisitio, & multarum rerum scientia, quæ nec tuto audiuntur. Hoc secutum puto democritum ita cœpisse? Qui tranquille volet viuere, nec priuatim agat multa, nec publice. ad superuacua scilicet referens. *de tranquillitate vitæ 12.13.*

De causis corruptæ orationis, & quemadmodum oratio sequatur, & testetur mores publicos. Item de corrupta oratione in verbis, compositione & sententijs.

Quare quibusdam temporibus prouenerit corrupti generis oratio quæris, & quo modo in quædam vitia inclinatio ingeniorum facta sit, vt aliquando inflata explicatio vigeret, aliquando infracta & in morem cantici deducta, quare alias sensus audaces, & fidem egressi placuerint, alias abruptæ sententiæ & suspiciosæ, in quibus plus intelligendum est, quam audiendum: quare ætas aliqua fuerit, quæ translationis iure vteretur inuerecunde? Hoc quod audire vulgo soles, quod apud Græcos in prouerbium cessit, Talis hominibus fuit oratio, qualis vita: quemadmodum vniuscuiusque actio dicentis similis est, sic genus dicendi aliquando imitatur publicos mores. Si disciplina ciuitatis laborauit, & se in delicias dedit, argumentum est luxuriæ publicæ, orationis lasciuia, si modo non in vno aut in altero fuit, sed approbata est & recepta. Non potest alius esse ingenio, alius animo color, si ille sanus est, si compositus, grauis, temperans, ingenium quoque siccum ac sobrium: illo vitiato, hoc quoque afflatur. *& post*: Quomodo Mecœnas vixerit, notius est, quam vt narrari nunc debeat. Quid ergo, non oratio eius æque soluta est, quam ipse discinctus? *& post*: Vbicunque videris orationem corruptam placere, ibi mores quoque à recto desciuisse non erit dubium. *& post*: Multi ex alieno seculo petunt verba, duodecim tabulas loquuntur. Gracchus illis, & Crassus, & Curio nimis culti & recentes sunt: quidam contra, dum nihil nisi tritum & vsitatum volunt, in sordes incidunt. *& post*: Ad compositionem transeamus. Quidam præfractam & asperam probant, disturbant de industria: si quid placidius effluxerit, nolunt sine salebra esse iuncturam. virilem putant & fortem, quæ aurem inæqualitate percutiat. Quorundam non est compositio, modulatio est, adeo blanditur. Quid de illa loquar, in qua verba differuntur & diu expectata vix ad clausulas redduntur? *& post*: Nec id tantum, sed & in genere sententiarum vitium est, si aut pusillæ sunt & pueriles, aut improbe & plus ausæ, quam pudore saluo licet, si floridæ sunt, & nimis dulces, si in vanum exeunt, & sine affectu nihil amplius quam sonant. *epist. 115.*

Cuiuscunque orationem videris solicitam & politam, scito animum quoque non minus esse pusillis occupatum. Oratio cultus animi est. Si circumtonsa est & fucata & manu facta, ostendit illum quoque non esse sincerum, & habere aliquid fracti. Non est ornamentum virile concinnitas. *epist. 1·6. in prin.*

Mulieres litteris nimium indulgere non expedire.

Vtinam virorum optimus pater meus, nimis maiorum consuetudine deditus, voluisset te sapientum præceptis erudiri potius quam imitari. Non parandum tibi contra fortunam esset auxilium, sed proferendum. Propter B istas quæ litteris non ad sapientiam vtuntur, sed ad luxuriam construunt, minus est indulgere studijs passus: beneficio tamen rapacis ingenij, plus quam pro tempore hausisti. Tanta sunt disciplinarum omnium fundamenta. *ad Albinam 16* [B De his Iuuenalis Satyra 6. *Quædam parua quidem, sed non toleranda maritis. Nam quid rancidius, quam quod se non putat vlla Formosam, nisi quæ de Tusca Græcula facta est, De Sulmonensi mera Cecropis omnia Græce, Cum sit turpe magis nostris nescire Latine. Hoc sermone pauent, hoc iram, gaudia, curas, Hac cuncta effundunt animi secreta.* & post: *Donentur tamen ista puellis, Tune etiam quam sextus & octogesimus annus Pulsat, adhuc Græce, non est hic sermo pudicus In vetula, quoties lascinum interuenit illud Ζωὴ καὶ ψυχή.* & post: *Non habeat matrona tibi quæ iuncta recumbit. Dicendi genus aut curtum sermone rotato Torqueat enthymema, nec historias sciat omnes: Sed quædam ex libris & non intelligat oh. Hanc ergo quæ repetit volutque Palæmonis artem Seruata semper lege & ratione loquendi, Ignotosque mihi tenet antiquaria versus. Nec curanda viris opicæ castiget amicæ Verba, solœcismum liceat fecisse marito.*

DE OSCVLIS.

De osculo liberorum & amicæ.

Aliter homines amicam, aliter liberos osculantur: tamen in hoc quoque amplexu sancto, tam moderato, satis apparet affectus. *epist. 76.*

De osculo candidatorum.

Quid nuper Fabium Persicum (cuius osculum A etiam impediret viri vota B boni) sacerdotem non in Collegio fecit, nisi Verrucosi & Allobrogici? *4. de benef. 30.* [A Oscula quotidiana fuerant apud Romanos, quæ tamen edicto prohibuerat Tiberius *Suet. c. 34.* [B Loquitur hoc loco de votis, quæ candidatis, quos bonos viros appellare consueuerant, fiebant de quo idem Seneca *epist. 3.*

De manus osculo.

Hoc loco acclamabit mihi tota manus delicatorum, nihil hac re humilius, nihil turpius: post ego eosdem deprehendam alienorum seruorum osculantes manum. A *ep. 47.* [A Sic Caligula Cherœæ agenti gratias osculandam manum offert, sed formatam commotamq; in obscœnum modum. *Suet. Caligula 56.* Et Domitianus Cœnidi, concubinæ patris, osculum (vt assueuerat) offerenti manum præbuit. *Suet. Domitiano 12.* Et Plinius 11. c. 45. Dextra osculis auersa appetitur, in fide porrigitur. Idem 28. c. 2. In adorando dextram ad osculum porrigimus.

De pedum osculo.

Cæsar B Pompeio Penno absoluto, & agenti gratias, porrexit osculandum sinistrum pedem. Qui excusant eum, negant id insolentiæ causa factum: aiunt socculum auratum, imo aureum margaritis distinctum ostendere eum voluisse. & ita est *2. de benef. 12.* [B *al.* Caius Cæsar.

DE CONVIVIIS.

De statu ciuitatis Epicurei inter conuiuia & cantus.

Epicurus laudabat statum quietę ciuitatis, inter conuiuia cantusque vitam exigentis. *epist. 88.*

Famem, sitim & ventrem desiderantem tantum impleri, paucis contentum esse.

Paruo fames constat, magno fastidium. *de paupert. 3.*

Facile est pascere paucos ventres, & bene institutos, & nihil aliud desiderantes quam impleri. *epistol. 17. de paupert. 13.*

Cibus famem domet, potio sitim. *de tranq. 9.*

Venter præcepta non audit, poscit, appellat. Non est tamen molestus creditor, paruo dimittitur, si modo das illi quod potes, non quod debes. *epistol. 21. in fin.* Hunc locum ita legendum & emendandum censeo: vide Coniectutarum, *lib. 2.*

De lacte.

Quisquis exit in lucem, iussus est lacte & panno A esse contentus. Ab his initijs nos regna non capiunt. *epist. 20. in fin.* [A *forte* pane.

De pane & aqua.

Panem B & aquam natura desiderat, nemo ad hæc pauper est. *epist. 25.* [B Iuuenalis satyra 13. *Viuite contenti casulis & collibus istis, O pueri Marsus dicebat & Hernicus olim Vestinusque senex, panem quæramus aratro. Qui satis est mensis.*

De radicibus & herbis.

Infelix est Fabricius, quod rus suum quantum à Repub. vacauit, colit: quod bellum tam cum Pyrrho, quam cum diuitijs gerit: quod ad focum cœnat illas ipsas C radices & herbas, quas in agro triumphalis senex euulsit! *de prou. 3.* [C Sic de Curio Iuuenalis Satyra 11. *Curius paruo quæ legerat horto, ipse focis breuibus ponebat olusculæ: quæ nunc Squalidus in magna fastidit compede fossor.*

De frondium tenerrimis cacuminibus arborum.

Sustinebant famem, primo tenerrima frondium & cacumina arborum, tum coria igne mollita, & quicquid necessitas cibum fecerat. *3. de ira 20.*

Scias cacumina A arborum explementum esse ventris. *epist. 111.* [A Ea dicuntur ἀκρόδρυα seu extremitates arborum, in l. qui venenum, 136 § 1 ff de Verb sign.

Polenta & aqua.

Habeamus aquam, habeamus polentam, Ioui ipsi de fœlicitate controuersiam faciamus. *epist. 111.*

Rapa feruentia vorare cum Romulo.

Sitque e Republica, esse aliquem qui cum Romulo A possit feruentia rapa vorare. *in ludo.* [B Martialis 13. *Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa. Quæ damus in cœlo Romulus esse solet.*

solet. si ita creditum fuit ab antiquis, non modo volucre suos Deos pasci nectare & ambrosia, sed etiam vilibus cibis.

Rustici post prandium aut cœnam soliti potare.

Post c prandium aut cœnam bibere, vulgare est: hoc patres familias rustici faciunt, & vel voluptatis ignari *epistol.* 117. [c *Horatius 2. Sermonum 5. Tum pensilis vua secundas. Et nux ornabat mensas, cum duplice ficu. Post hoc ludus erat culpa potare magistra.*

De siti.

Egregie Horatius, D negat ad sitim pertinere quo poculo aqua aut quam eleganti ministretur. Nam si pertinere ad te iudicas quam crinitus puer, & quam perlucidum tibi poculum porrigat, non sitis. *epist.* 120. [D Horatius 1. *Sermonum satyra 2. Num tibi cum fauces vrit sitis aurea quaeris Pocula? num esuriens fastidis omnia praeter Pauonem rhombumque?*

Cœna magni & facilis pretij.

C. Cæsar centies Sestertio cœnauit vno die. *c.* 9. *ad Alb.*

Non toto asse pasci *epist.* 18.

Sagmatorum natura.

Languent per inertiam sagi nata, nec labore tantum, sed mole & ipso sui onera deficiunt. *c.* 2. *de prouidentia diuina.*

Culina fœdissimum patrimonij exitium.

Fœdissimum s patrimoniorum exitium culina 1 *de bene* 10. [s Sic Diogenes ventrem appellabat vitæ charibdim, *Laertius 6 in Diogene.*

Ebrietatis pudor.

Qui vinum male ferunt, & ebrietatis suæ temeritatem ac petulantiam metuunt, mandant suis vt è conuiuio auferantur. 3. *de ira* 13.

Conuiuia nimia funeris instar.

Non conuiuantur, sed iusta sibi faciunt mortui certe interdiu parentantur *epist* 123.

De pane siligineo & plebeio.

Malum panem, inquit: expecta, bonus fiet: etiam illum tenerum & siligineum fames reddet *epist.* 124.

Verum hic panis sibi plebeius an siligineus, ad naturam nihil pertinet. Illa ventrem delectari non vult, sed impleri. *epist.* 120.

De hordeaceo pane.

Non iucunda res est aqua & polenta, aut frustum hordeacei panis: sed summa voluptas est, posse capere ex his voluptatem *epist* 18.

Conuiuas quales eligere debeamus.

Ante circumspiciendum est cum quibus edas & bibas, quam quid edas & bibas: alioquin habebit conuiuas, quos ea turba salutantium nomenclator digesserit *epistolar* 19. *in fin.*

Athenodorus ait, ne ad cœnam quidem eius se iturum, qui sibi nihil pro hoc debiturus sit. 1 *de tranq* 6.

Venter bene moratus.

Magna pars libertatis est bene moratus venter, & contumeliæ patiens *epist.* 124

De Vino: idque calentibus ingenijs & pueris subtrahendum.

Vinum calentibus ingenijs subtrahendum, quod pueris Plato negandum putat, & ignem vetat igne excitari. 2 *de ira* 21.

Amphoram exsiccare, & fecem exsorbere.

Ille vltra modum deditus vino est, qui amphoram exsiccat, & fecem quoque exsorbet. *epist.* 59.

Ebrietas nonnunquam concedenda, & cur.

Nonnunquam & vsque ad ebrietatem veniendum, non vt mergat nos, sed vt deprimat curas. 1. *de tranq* 15.

Cato a vino laxabat animum, curis publicis fatigatum. 1. *de tranq.* 15. [a Narratur & prisci Catonis sæpe mero caluisse virtus *Horat*

Potationem extremam delectare: & cur delectet.

Deditos *vino potatio* extrema delectat, illa quę mergit, quę ebrietati summam manum imponit *epist.* 18.

Vini vetustas ex Consulibus apud veteres notata.

Aspice vinaria nostra (sic enim legendum, non veterana,) & plena multorum a sæculorum vindemijs horrea: vnum putas videri ventrem cui tot consulum regionumque vina condantur? *epist.* 115. *in fin.* [a Iuuenal. Satyra 5. *Ipse Capillato diffusum consule potat, Calcatamque tenet bellis socialibus vuam, Cardiaco nunquam cyathum missurus amico. Cras bibet Albanis aliquid de montibus, aut de Setinis, cuius patriam titulumque senectus Deleuit multa veteris fuligine testæ: Quale coronati Thrasea Heluidiusque bibebant Brutorum & Cassi natalibus.* Horat. 1. *epist.* 5. Vina bibes iterum Tauro diffusa.

Cur apud te vinum ætate tua vetustius bibitur? *de vita beata* 17.

Animalibus abstinuisse Pythagoram.

Cur animalibus abstinuerit Pythagoras, A vide *epist.* 109. [A Iuuenalis Satyr. 15. *Quid diceret ergo, Vel quo non fugeret, si nunc hæc monstra videret Pythagoras, cunctis animalibus abstinuit qui, Tanquam homine, & ventri indulsit non omne legumen?*

A balneo mulso & alica vsos fuisse veteres.

Quæro quid sit, dicitur mulsum & alicam poposcisse, à balneo exijsse. *epist* 123.

Rectus apparatus, apri miliarij, linguæ phœnicopterorum.

Non magnam rem facis, quod viuere sine recto apparatu a potes, quod non desideras miliarios apros, nec linguas phœnicopterorum, & alia portenta luxuriæ *epist.* 111. [a Rectus apparatus recta cœna, de qua Suetonius Augusto, & Domitiano.

Cœna censum equestrem consument.

Quid est cœna sumtuosa flagitiosius? & equestrem censum consumente? *epist* 96.

Cœna dialis.

Hæc qualiscunque cœna, diali iucundior erit. *epist.* 124.

Cœna adiecialis.

Toties tamen *sestertio* adiecialis cœnæ frugalissimis viris constiterunt *epist* 96.

Hospitalis mensa.

Sacra res est mensa hospitalis *de benef* 38.

De niue & glacie: vtque eam delicati diluere, & arrodere consueuerint. De coquis cum opsonijs focos transferentibus. De aquæ pretijs & aquarum institoribus: officina reponendæ niuis: niuatis potionibus restinguere ardentes boletos: Niuem sorbere, esse, in frusta conscindere. De aquis multa niue clusis.

Perpetietur hic famem, & æstiuæ expeditionis sitim, qui puero male diluenti *niuem* irascitur? 2 *de ira* 25.

Niuem rodunt, solatium stomachi æstuantis *epist* 96.

O infœlicem ægrum, quia non vino niuem diluit, quia non rigorem potionis suæ, quam capaci scypho miscuit, renouat fracta insuper glacie: quia non ostrea illi lucrina in ipsa mensa aperiunt, quia non circa cœnationem eius tumultus coquorum est, ipsos cum opsonijs focos transferentium hoc enim iam luxuria commenta est, ne quis intepescat cibus, ne quid palato iam calloso parum ferueat, cœnam culina sequitur. O infelicem ægrum, non iacebit in conspectu aper vt vilis caro à mensa relegatus, nec in repositorio eius pectora auium (totas enim videre fastidium est) congesta ponentur *epist* 79.

Non contenti vina diffundere veterana, & per sapores disponere, inuenimus quomodo stiparemus niuem, vt ea æstatem euinceret, & contra anni feruorem defenderetur loci frigore. Quid hac diligentia consecuti sumus? nempe vt gratuitam mercemur aquam. Nobis dolet, quod spiritum quod solem emere non possumus 4 *natural.* 13.

Viscera, istorum vitijs torpentia nihil sentiunt, nisi frigore illa vehementiore percusseris. Inde est inquam, quod nec niue contenti sunt, sed glaciem (velut certior illi ex solido rigor sit) ac sæpe repetitis aquis diluunt: quæ non è summo tollitur, sed vt vim maiorem habeat, & pertinacius frigus ex abdito effoditur. Itaque ne vnum quidem eius est pretium: sed habet institores aqua, & annonā proh pudor variam. Vnguentarios Lacedæmonij vrbe expulere, & propere cedere finibus suis iusserunt, quia oleum disperderent. Quid illi fecissent, si vidissent reponendæ niuis officinas, & tot iumenta deportandæ aquæ deseruientia, cuius colorem saporemque paleis, quibus custodiunt, inquinant? At dij boni, quam facile est extinguere sitim sanam? Sed quid sentire possunt emortuæ fauces, & occallatę cibis ardentibus? Quemadmodum nihil illis satis frigidum, sic nihil satis calidum est: sed ardentes boletos, & raptim condimento suo mersatos, demittunt pene fumantes, quos deinde restinguant niuatis potionibus. Videbis, inquam, quosdam graciles & palliolo focalique circumdatos, pallentes & ægros non sorbere tantum niuem, sed etiam esse, & frusta eius in scyphos suos deijcere, ne inter ipsam bibendi moram tepescant. Sitim istam esse putas? Febris est, & quidem eo acrior, quod non tactu venarum, nec in cutem effuso calore deprehenditur: sed cor ipsum excoquit luxuria, inuictum malum & ex molli fluidoque durum atque patiens. 4 *nat.* 13

Sitio, vtrum hæc aqua sit ex lacu proximo excepta an ea quam multa niue clusam vt rigore refrigeretur alieno, ad naturam nihil pertinet *epist* 120.

Quid tu illam æstiuam niuem, non putas callum iecinoribus obducere? *epist. 96.*

De his quæ prima poni in mensa solent, & quæ cœnam cludere solent.

Ad cœnas lautitia transfertur, & illic commendatio ex nouitate & soliti ordinis commutatione captatur, vt ea quæ cludere cœnam solent, prima ponantur, vt quæ aduenientibus dabantur, & exeuntibus dantur. *epist. 115.*

De Æsopi patina.

Memini fuisse quondam Æsopi a nobilem patinam, in quam quicquid apud lautos solet diem ducere, properans in damnum suum popina congesserat, veneriæ, spondylique & ostrea eatenus circumcisa qua eduntur, interuenientibus distinguebantur echinis, totti distracti sine vllis ossibus mulli constrauerunt. piget esse singula, coguntur in vnum sapores. In cœna fit quod fieri debet saturo ventre. *epist. 96.* [a De Æsopi patina adde Tertullianum lib. de pallio. Plin li. 10 ca. 50. li 9. ca. 35. li. 35. cap. 12. Valerium 9. ca 1. § a Horatium 2. Satyr. 3.

De ostreis.

Quid *ostrea* inertissimam carnem cœno saginatam? nihil ne existimas limosæ grauitatis inferre? *epist. 96.*

De boletis.

Quid tu illos *boletos* voluptarium venenum nihil occulti operis iudicas facere, etiamsi præsentanei non fuerunt. *epist. 96.*

De garo.

Quid illud Sociorum a garum pretiosam mullorum c piscium saniem non credis vrere salsa tabe præcordia? *epist. 96.* [a Plinius 9. c 17. M. Apitius, inquit, ad omne luxus ingenium mirus, in Sociorum garo. (nam ea quoque res cognomen inuenit) necari mullos præcellens putauit, atque iecore eorum alecem prouocare excogitauit. [c De mullo pisce vide quædam alia lib. 1. de *historia Animalium.*

De piscium nutriendorum nimia cura: De oculis guloso, De piscibus in garo natantibus.

In cubili natant pisces, & sub ipsa mensa capitur, qui statim transferatur in mensam: parum videtur recens mullus, nisi qui in conuiuæ manu moritur vitreis ollis inclusi offeruntur & obseruatur morientium color, quem in multas mutationes mors luctante spiritu vertit. Et sunt qui fabulas putant, piscem viuere posse sub terra, & effodi, non capi? quam incredibile illis viderentur, si audirent natare in garo piscem, nec cœnæ causa occisum esse super cœnam, cum multum in delitijs fuit, & oculos antequam gulam pauit *3. naturalium 17.*

At nunc audimus, Nihil est moriente formosius. Da mihi in manus vas vitreum, in quo mullus exultet, in quo trepidet. Vbi multum diuque laudatus est, ex illo perlucido extrahitur, tum vt quisque peritior est, monstrat. *Et post.* Non sunt ad popinam dentibus & ventre & ore contenti, oculis quoque gulosi sunt. *3. nat. 18.*

De purulentis.

Quid illa purulenta, & quæ tantum non ab ipso igne in nos transferuntur, iudicas sine noxa in ipsis visceribus extingui? *epist. 96.*

De reliquiarum inter circunstantes diuisione.

Cœna peracta reliquiæ circumstantibus diuiduntur *ep. 78.*

Coquus dentium opera fungi quod.

Expecto vt manducata ponantur. quantulo autem hoc minus est, testas excerpere, atque ossa & dentium opera *coquum* fungi? *epist. 96.*

De structoribus, & auium in mensa scindendarum, & in frusta excutiendarum peritis.

Alius a pretiosas aues scindit per pectus & clunes, certis ductibus circumferens eruditam manum frusta excutit. infœlix qui huic vni rei viuit, vt altilia decenter secet: nisi quod miserior est, nisi quod hoc voluptatis causa docet, quam qui necessitatis discit. *epist 47.* [a de hoc genere hominum ita Iuuenalis Saty. 5. *Structorem interea, ne qua indignatio desit, Saltantem spectas & chironomonta volanti Cultello, donec peregat dictata magistri Omnia: nec minimo sane discrimine refert, Quo gestu lepores & quo gallina secetur.* Idem Satyr. 11. conuiuium suum commendans frugale, Sed nec structor, *inquit*, erit, cui cedere debeat omnis Pergula discipulus Tripheri doctoris, apud quem Sumine cum magno lepus & aper atque pygargus, Et Scythicæ volucres & phœnicopterus ingens, Et Getulus oryx, hebeti lautissima ferro Cæditur & tota sonat vlmea cœna Suburra. Nec frustum capreæ subducere, nec latus Afiæ Nouit auis. Loquitur autem de Triphero qui docebat artem structoriam in saburra, & secandi gestus cultro & ligneis ferculis repræsentabat.

Quanta arte scindantur aues in frusta non enormia. *de breu. vit 12.*

De honorato conuiuij loco, & regis mensa.

Minus honorato loco positus irasci cœpisti conuiuatori, vocatori ipsi qui tibi præferebatur. Demens, quid interest quam lecti premas partem? Honestiorem te aut turpiorem potest facere puluinum? *3. de ira 37.*

Non accipit contumeliam, si in conuiuio regis a recumbere infra mensam, vescique cum seruis ignominiosa officia sortitis iubebitur *in sap. non cad. 15.* [a De rege & modipetatore conuiuij hoc intellige. Varro rerum humanarum 20. In conuiuijs qui sunt instituti putandi modipetatores magistri. Nonius c. 2. *in Modiperatores.*

De his qui conuiuia in noctem differre soliti, & ob eam rem [illegible] dicti.

Turpis qui alto sole semisomnis iacet, cuius vigilia medio die incipit, & adhuc multis ante lucanum est. Sunt qui officia lucis noctisque peruertunt, nec ante diducunt oculos, hesterna graues crapula, quam appetere nox cœpit. *& post:* Talis horum contraria non regio, sed vita est. Sunt equidem in eadem vrbe *Antipodes*, c qui vt M. Cato ait, nec orientem vnquam solem viderunt, nec occidentem. His tu existimes scire quemadmodum viuendum sit, qui nesciunt quando? *epist. 123. in proœm.* [c Glossis [illegible] aduersipedes.

Seruus cœnanti domino ad pedes stans.

Seruus qui cœnanti ad pedes a steterat, narrat quæ inter cœnam ebrius dixisset. *3. de benef. 27.* [a Martial. 12. *epigr.* 88 Dum negligentem ducit ad pedes vernam & 3. *epigr. vit* Omnia cum retro pueris opsonia tradas, Cur non mensa tibi ponitur à pedibus?

De vestibus in in luxu atque profusione. De vestimentis virilibus & viris conuenientibus.

Et in vestimentis vir a fortis apparet *epistol. 79* [a Hinc fit vt virili veste legata, ea tantummodo debeantur, quæ ad vsum virilem saluo pudore attinent. Paul. 3. Sent. 6. §. 80.

Non ornamentum virile, concinnitas. *epist. 116.*

Stola.

Frons ipsa dat locum fabulæ, & ad malam spem irritat. Hoc tale est, quale vir fortis stola a indutus. *de vita beata, decimo tertio.* [a Hinc Tatianus oratione [illegible] vocat [illegible], id est, viro indignam.

Aliqua vestis sapienti ac probo viro magis conuenit, quam alia: nullum colorem ille odit, sed aliquem putat parum aptum esse frugalitatem professo. *epist. 52.*

Soluta & perlucida vestis.

Quare tres Gratiæ soluta c & perlucida veste? *1. de benef. 3* [c sic Horatius 1. odar 30. Gratias solutis zonis pingit & ode 24. & 2 *Saty.* 2. Nudam gratiam vocat, à pellucente veste.

Munda vestis.

Mundæ vestis electio appetenda est homini natura enim homo mundum & elegans animal est. Itaque non est bonū per se munda vestis, sed mundæ vestis electio: quia non in re bonum est, sed in electione: quia actiones nostræ honestæ sunt, non ipsa quæ aguntur *epist. 93.*

Spissæ vestes, phrygianæ vel phryxianæ.

Inueniam alium patriam apud quem præcingantur & spissis aut phrygianis o prouideant. *1. de benef. 3.* [o al. phrixianis quæ Phryxei velleris crispos & eminentes villos imitantur, vt 8 Plin 47.

Arcula vestes æstimare.

Quis vnquam vestimenta æstimauit arcula? nec bonum nec malum vagina gladium facit *epist. 93.*

Vestis ex arcula prolata: ponderibus & tormentis splendere cogentibus expressa: domestica, & vilis.

Placet vestis non ex arcula prolata, non ponderibus aut tormentis splendere cogentibus expressa: sed domestica & vilis. *1 de tranq. 1.*

Pellibus ferarum, corticibus arborum, auium plumis, tergis vulpium ac murium tegi.

Frigus intolerabile est corpori nudo. Quid ergo? nunquid non *pelles ferarum* & aliorum animalium à frigore satis abundeque defendere queunt? Non corticibus arborum pleræque gentes tegunt corpora? Non auiū plumę in vsum vestis conferuntur? Non hodieque magna Scytharum pars tergis vulpium induitur, ac murium, quæ tactu mollia ac impenetrabilia ventis sunt? *epist. 90.*

Sacculum

Sacculum mutare.

Sacculum mutare, nimis habes. *epist. 17. in fin.*

Toga splendens, fordescens, munditia faciles, squallorem appetere.

Non splendeat toga, nec sordeat quidem *&* *post*: Hoc contra naturam est, torquere corpus suum & faciles odisse munditias, & squallorem appetere, & cibis non tantum vilibus vti, sed tetris & horridis. *epist. 5.*

Serica vestes.

Video sericas vestes (si vestes vocandæ sunt, in quibus nihil est, quo defendi corpus aut denique pudor possit: quibus sumtis, mulier parum liquido, nudam se esse iurauit,) hæ ingenti summa ab ignotis etiam ad commercium gentibus accersuntur, vt matronæ nostræ ne adulteris quidem plus sui in cubiculo, quam in publico ostendant. *7. de bene. 9.*

Prætexta posita togam sumebant, & in forum deducebantur.

Tenes memoria quantum senseris gaudium, cum prætexta posita sumsisti virilem togam, & in forum deductus es: maius capesce, cum puerilem animum deposueris, & te in virum philosophia transcripserit. *epist. 4. in pr.*

Togam saturnalibus exuebant, & in tumultu & triste tempore.

Togam saturnalibus exuebant mense Decembri *& post*. Quod fieri nisi in tumultu & tristiori tempore ciuitatis non solebat voluptatis causa ac festorum dierum vestem mutabimus. *epist. 18.*

De stragulo & opertorio.

Ex duabus penulis altera *stragulum*, altera *opertorium* facta est. *epist. 88.*

De pædagogij apparatu delicato.

Præstringit animum apparatus pædagogij, & diligentius quam iam intra priuatum larem vestita, & auro culta mancipia, & agmen seruorum nitentium. *1. de tranq. 1.*

Pallio caput velare exclusis vtrinque auribus, vt in mimo diuites fugitiui solent.

Mecœnatem hunc esse scias, qui in tribunali, in rostris, in omni publico cœtu sic apparuerit, vt pallio A velaret caput, exclusis vtrinque auribus, non aliter quam in mimo diuites fugitiui solent. *epist. 115.* [A Cur hic notatur Mecœnas à Seneca? an quod Romanus ipse Mecœnas, græca veste, hoc est, pallio vteretur: nec tantum pallio, sed & eo caput velaret, cum essent alij nudo capite (si modo vel neque in sacris essent, vel in ludis, vel saturnalibus diebus vel in peregrinatione, vel in militia, vel liberti, vel ægri, vel senes vel conuiuæ his enim petaso, causa vel pileo vsi licuit.) an quod ita caput pallio velaret vt excluderes vtrinque aures · quo more fugitiui in mimis repræsentari solent? sane (præter superiores causas) Romæ sani ac valido corpore pileo aut petaso non vtebantur. Atenim Sulla post tot victorias Dictator viri Pompeio assurgebat de sella, eidem caput aperiebat, teste Sallustio. Quin & Seneca noster inter cæteros honores (quos tribui solitos magistratibus scribit) hoc adijcit: Si consulem, inquit, videro, aut Prætorem, omnia quibus honos haberi solet, faciam: equo desiliam, *caput aperiam. epist. 65.* vt hinc colligas, pileatos fuisse, cum nisi pileati fuerint, caput aperire non potuerint. En dicemur Romanos lacinia togæ aut veste intecta capiti teasse & honoris causa eam detraxisse honoratis occurrentibus: vt Plutarchus refert in Causis & in Gracchis, vbi de S. Scipione Nasica?

Lacernæ coloris improbi.

Lacernas coloris improbi sumunt, & pellucentem togam. *20. epist. 115.*

Vestis philosophi quæ.

Asperum, in cultum & intonsum caput, & negligentior barba, & indictum argento odium, & cubile humi positum. *epist. 5.*

Vestis indicatura qua.

Si peruersa induenda magistratui vestis, & cætera *1. de ira 16.* Dixi in Iuridicis sup. *Iunio de officio Prætorum.*

Solutis tunicis per vrbem incedere.

Hoc tibi occurrer, hunc esse qui solutis A tunicis in vrbe semper incesserit *epist. 115.* [A Horatius *1. satyr. 2.* Malthinus tunicis demissis ambulat.

De socculo aurato & aureo margaritis distincto.

C. Cæsar dedis vitam Pompeio Pœno agenti gratias offerendum porreait sinistrum pedem. Qui excusant eum, negant id insolentiæ causa factum. Aiunt socculum B auratum, imo aureum distinctis margaritis ostēdere voluisse. Parum fœde furioseque insolens fuerat, qui de capite consularis viri socceatus audiebat, nisi in os senatoris impegisset Senec.

pigros e suus. *2. de benef. 12.* [B Soccus non modo Græcum calciamentum, sed etiam muliebre. Hinc illud Suetonij in Vitellio A tertij, inquit, à Messalina, vt sibi pedes præberet excalceandos, detractumque socculum dextrum inter togam tunicamque gestauit. [C Alij legunt, *pictos soccos.* Est qui pigros, interpretatur *pedes lentos.*

De armillis argenteis.

M. Cato cum laudaret Curium & Coruncanum, & seculum illud, in quo censorium crimen erat paucæ D argenti armillæ, possidebat ipse quadragies sestertium. *de vit. beat. 21.* [D Sic Fabricius Luscinius Cornelium Rufinum duobus consulatibus & dictatura speciosissime functum, in ordine senatorio non retinuit, quod decem pondo vasa argentea comparasset. *Valer. in*

De Anulis. Anulis in omni articulo.

Exornamus anulis digitos: in omni articulo gemma disponitur. *7. de nat. 31.*

Anulis obsignabant epistolas.

Finem epistolæ faciam, si illi signum impressero *epist. 13.*

Iam imprimebam epistolę signum: resoluēda est, vt cum solemni ad te munusculo veniat. *epist. 22.*

Anulis obsignabant pacta & non ina.

Vtinā pacta cōuentaque non impressis signis custodirentur *& post*: Anulis nostris plus quā animis creditur. In quid isti viri ornati adhibiti sunt? in quid imprimūt signa? *epi. 15.*

De inauribus & prodigioso inauium pretio.

Duo non cuius auriculis vtrinq; bina patrimonia dependent: non quam margaritæ sufficient *de remed. fort.*

Video vniones non singulos singulis auribus cōparatus. iam enim exercitatæ aures oneri ferendo sunt: iunguntur inter se, & insuper alij binis supponuntur. Non satis muliebris insania viros subiecat, nisi bina ac terna patrimonia auribus singulis pependissent. *7. de benef. 9.*

Quare vxor tua locupletis domus censum auribus A gerit? *de vita beat. 17.* [A *Iuuenalis Satyra 6.* Nil non permittit mulier sibi: turpe putat nil, cum virides collo gemmas circumdedit, & cum auribus extensos magnos commisit elenchos. Plinius *13. in Proœmio*: Mirari, inquit, subit, vnionem, in rubri maris profundo: smaragdum, in ima tellure quæri. Ad hoc excogitata sunt aurium vulnera: nimirum, quoniam parum erat collo crinibusque gestari, nisi infoderentur etiam corpori.

De habitu ægrotantium.

Videbis quosdam graciles & palliolo B focalique circumdatos pallentes & ægros. *4. Naturalium 13.* [B Palliolum in morbo vestis. Suet. Clodio 2. Ob hanc eandem valetudinem & gladiatorio munere (quod simul cum fratre memoriæ patris edebat) palliolatus nouo more præsedit. Quintilianus *11.* e vltimo Palliolum, sicut fascias quibus crura vestiuntur, & focalia, & aurium ligamenta sola excusare potest valetudo.

Verum expediat cultu seruos à liberis distingui.

Indicta est aliquando à senatu sententia, vt seruos à liberis cultus distingueret: deinde apparuit, quantum periculum immineret, si serui nostri nos numerare cœpissent. *1. de clem. 24.*

Viros cum fœminis vestem commutasse.

Non videntur tibi contra naturam viuere, qui commutant cum fœminis vestem *epist. 123.*

De ministris domesticis muliebrem in modum ornatis.

Alius vini minister in muliebrem modum ornatus cum ætate luctatur, non potest effugere pueritiam, sed retrahitur: iamque militaris habitus glaber retrictis pilis, aut penitus euulsis tota nocte peruigilat, quam inter ebrietatem domini ac libidinem diuidit: & in cubiculo vir & in conuiuio puella est. *epist. 47.*

De fuco & incessu: Item viros, colores non modo matronarum, sed meretricum, fuco facto, sibi adsumsisse: incessum more mulierum suspendisse: in omnibus digitis atque articulis annulos & gemmas disposuisse.

Nondum satis robur omne proiecimus, adhuc quicquid est boni moris extinguimus, leuitate & politura corporum muliebres munditias antecessimus, colores meretricios matronis quidem non induendos viris sumimus: tenero & molli incessu suspendimus gradum, non ambulamus, sed repimus. Exornamus anulis digitos, in omni articulo gemma disponitur, quotidie comminiscimur per quę virilitati fiat iniuria, vt traducatur, quia non potest exui. *7. nat. 31.*

Omnium pædagogia *oblita* A *facie* vehuntur, ne sol, ne frigus teneram cutem lædat. Turpe est neminem esse in comitatu puerorum, cuius sana facies medicamentum non desideret. *epist. 124.* [A inter cætera collyridas quasdam &

sputorum vmbilicos addebant mulieres. *Tertull. de cultu fæminarum.* quod spurum Martialis: offam & panem, Iuuenalis Satyra. 6. panem madidum Suetonius in Ottone, appellat.

De mensis.

Mensa a non e varietate macularum conspicua, nec per multas elegantium dominorum successiones ciuitati nota: sed in vsum posita, quæ nullius conuiuæ oculos nec voluptate moretur, nec accendat inuidia. 1. *de tranq.* 1. [e De mensis, & quæ in his laudentur & vituperentur, vide Plin cap 13.15 & 16. [c *Iuuenal. Satyra.* 11. Illa domi natas, nostraque ea arbore mensas Tempora viderunt: hoc lignũ stabat in vsus, Annosam si forte nucem deiecerat Eurus. At nunc diuitibus cœnandi nulla voluptas, Nil rhombus, nil dama sapit: putere videntur. Vnguenta atque rosæ latos nisi sustinet orbas, Grande ebur & magno sublimis pardus hiatu, Dentibus ex illis quos mittit porta Sienes.

Video istic *mensas* & æstimatum lignum senatoris censu, eo pretiosus, quo illud in plures nodos infœlicitas torsit. *7. de benef.* 9

De Testudinibus, sericis vestibus, & aliis.

De sumtu & luxuria Romanorum in testudinib faciendis, mensis, poculis crystallinis & murrhinis, sericis vestibus, vide *7. de benef* 9

De Corinthijs vasis.

Illum tu otiosum vocas, qui *Corinthia* paucorum furore pretiosa anxia subtilitate concinnat, & maiorem diei partem in æruginosis lamellis consumit? *de breuitate vitæ.* 12.

Corinthia vasa. 1. *de tranq.* 9.

De crystallinis poculis.

Video istic *crystallina*, quorum accendit fragilitas pretium. omnium enim rerum voluptas apud imperitos ipso, quod eos fugare debet, periculo crescit. Video *murrhina pocula*. parum scilicet luxuria magno fuerit, nisi quod vomant capacibus inter se gemmis propinarent 7. *de benef.* 9

De draconibus & miliarijs, vide Nomenclatorem infra, vbi diai.

De Lectulis ligneis, hædinis pellibus, & fictili supellectile Tuberonis ac nonnullis alijs de supellectile fictili Tuberonis.

Proderit narrare nobis Tuberonis ligneos lectulos, cum in publicum sternerentur, hædinasque pro stragulis pelles, & ante ipsius Iouis cellam, proposita conuiuijs vasa fictilia Quid aliud? paupertatem in Capitolio consecrare Vt nullum aliud eius factum habeam, quo illum Catonibus inseram, hoc parum credimus? Censura fuit illa, non cœna & post: Illa die populus Romanus multorum supellectilem spectauit, vnius miratus est. Omnium illorum aurum argentumque fractum est, & in milites conflatum. At omnibus seculis Tuberonis fictilia durabunt. *epist 96 in fin.*

Magnus ille est qui fictilibus sic vtitur, quemadmodum argento: nec ille minor est, qui sic argento vtitur, quemadmodum fictilibus. *epist* 5.

De speculorum inter matronas & delicatos abusu, & eorum immani pretio: ac nonnullis alijs de speculis.

Rerum natura facultatem nobis dedit nosmetipsos vidẽdi Fons cuique perlucidus aut leue saxum imaginem reddit Nuper me in littore vidi, Cum placidum ventis staret mare. Qualem fuisse cultum putas ad hoc speculum se cernentium? Ætas illa simplicior & fortuitis contenta, nondum in vitium beneficium detorquebat, nec inuentum naturę in libidinem luxumque rapiebat Primo faciem suam cuique casus ostendit? deinde cum insitus sui mortalibus amor dulcem aspectum formæ suæ faceret, sæpe ea despexere, in quibus prius effigies suas viderant Postquam deterior populus ipsas subit terras, effossurus obruenda, ferrum primo in vsu fuit: & id homines impune eruerent, si solum eruissent. Tunc demum alia terræ mala, quorum leuitas aliud agentibus speciem suam obtulit, quam hic in populo, ille in ære ad alios vsus comparato vidit: & mox proprio huic ministerio præparatus est orbes, nondum argenti nitor, sed fragilis vilisque materia, tunc quoque cum antiqui illi viri incondite viuerẽt, satis nitidi, si squallorem opere collectum aduerso flumine eluerẽt, cura comere capillum fuit, ac prominentem barbam depectere: & in hac re quisque sibi, alterique operam dabat inuicem. Coniugum quidem manu crinis ille, quem effundere olim mos viris fuit, attrectabatur: sed illum sibi sine vllo artifice formosi quatiebant, non aliter quam iubam generosa animalia. Posteà rerum iam potiente luxuria, specula totis paria corporibus auro argentoque cælata sunt. denique gemmis adornata: & pluris vnum ex his fœminæ constitit, quam antiquarũ dos fuit, illa quæ publice dabatur Imperatorum pauperum liberis. An tu existimas ex auro nitidũ habuisse Scipionis filias speculum. cum illis dos fuisset æs graue? O paupertas felix, quæ tanto titulo locum fecit. Non fecisset illis senatus dotem, si habuissent. At quisquis ille fuit, cui soceri loco Senatus fuit, intellexit se accepisse, quam fas nõ esset reddere Iam libertinorum virgunculis in vnum speculum non sufficit illa dos, quam dedit Populus Romanus filiæ Scipionis. Processit enim molestius, paulatim opibus ipsis inuitata luxuria, & incrementum ingens vitia acceperunt. Adeoque omnia indiscreta sunt peruersissimis artibus, vt quicquid mundus muliebris vocabatur, sarcinæ viriles sint: minus dico, etiam militares. Iam speculum ornatus causa adhibitum (nulli non vitio ministratio) necessarium factum est 1. *nat. quæst.* 17.

Quibusdam iratis A profuit aspexisse speculum. 2. *de ira.* 36. [A Apuleius 1. apologia pro seipso respondens his Pudentis obiectionibus, *Habet speculum philosophus. Possidet speculum philosophus*, obiter notat, nulli crimen esse imaginem suam nosse Socratem discipulis suis suasisse, vt crebro se in speculo contemplarentur, ne dignitatem corporis malis moribus dedecorarent: Demosthenem semper ante speculum, quasi ante magistrum, causas meditatum & pronunciandi congruentiam à speculo didicisse.

De speculorum impudico vsu, vide, 1. *natur.* 16.

Nihil tam cito redditur, quam à speculo imago. 1 *nat.* 49.

De Coma, barba, & capillo, & nimio delicatorum in coma curanda studio.

Quid illos otiosos vocas, quibus apud a *tonsorem* multæ horæ transmittuntur, dum decerpitur, si quid proxima nocte succreuit, dum de singulis capillis in consilium itur, dum aut disiecta coma restituitur, aut deficiens hinc atque illinc in frontem compellitur. Quomodo irascuntur, si tonsor paulo negligentior fuit tanquam virum tonderet? quomodo excandescunt, si quid ex iuba sua decisum est? si quid extra ordinem iacuit, nisi omnia sua in annulos suos reciderunt Quis est istorum, qui non malit Rempublicam turbari, quam comam? qui non solicitior sit de capitis sui decore, quam de salute? qui non comptior esse malit, quam honestior? Hos tu otiosos vocas, inter pectinem speculumque occupatos? *de breuit. vit.* 12. [B Proprias præstigias formæ & hic virilis sexus sibi agnoscit. barbam acrius cædere, interuellere, circumdare capillum, disponere, etiam colorare canitiem, primam quamque subducere totius corporis lanuginem, pigmento quoque muliebri distinguere, cæterа pulueris cuiusdam asperitudine leuigare, tum speculum omni occasione consulere, anxie inspicere. *Tertullianus de cultu fœminarum*

Quid excolis formam? cum omnia feceris, à multis animalib. decore vinceris. Quid capillum ingenti diligentia comis? cum illum vel effuderis more Parthorum, vel Germanorum modo vinxeris, vel vt Scythę solent, sparseris: in quolibet equo densior iactabitur iuba, horrebit in leonum ceruice formosior. *epist.* 125.

Criniti fuere lautiores ministri.

Si pertinere ad te iudicas, quam crinitus A puer, & quam pellucidum tibi poculum porrigat, non sitis. *epistolar.* 120. [A *Martialis* 12. *epigrammat.* 49 Crinitæ { Lene } pædagogæ turbæ. Tales pueri cirrati. Persius Satyra 1. Tet cirratorum centum dictata fuisse, Pro nihilo pendas?

Crinis Germanorum rufus, & in nodum coactus.

Non est rufus crinis & coactus in nodum apud Germanos inter suos insignitos. 3. *de ira* 27.

De Barba. Barba de capsula tersa.

Nosti complures iuuenes barba & coma nitidos, discapsulatos A *epist.* 116. { A *al* de capsula tortos.

Barbam submittere.

Mos est Cretensium magistratui barbam capillumque submittere 9. *controu* 4.

Barbam negligentius philosophi demittebant & alel ant.

Intonsum caput & negligentiorem barbam & quidquid aliud ambitionem peruersa via sequitur, deuita. Satis ipsum nomen philosophiæ (etiamsi modeste tractetur) inuidiosum est *epist.* 5.

In hoc barbam demisimus? 6. *epist.* 49.

De supercilio

Si ludum litterarium intrauetis, scies, ista quæ ingenti supercilio Philosophi iactant, in puerili esse præscripto *epist* 93.

Hæc

Hæc disputamus attractis superciliis, fronte rugosa *epistol.* 114.

Caluo pilos vellere.

Bion eleganter ait, non minus molestũ esse caluis, quam comatis pilos velli. 1 *de tranq* 8.

De ædificiis: *De naturali, & prima ædium forma.*

Opus est tamẽ calorem solis æstiui vmbra crassiore propellere. Quid ergo? Non vetustas multa abdidit loca, quæ vel iniuria temporis vel alio quolibet casu excauata, in specus recesserunt? Quid ergo? Non quã libet virgeam cratem texuerunt manu & vili obleuerũt luto, deinde stipula, aliisque syluestribus operuere fastigium, & pluuiis per deuexa labentibus transiere securi? Quid ergo? Non in defosso latent Syrticæ gentes, quibus propter nimios solis ardores nullũ tegumentũ repellendis caloribus satis solidum est, nisi ipsa arens humus? *epist* 91.

Domus munimentum sit aduersus infesta corpori. hanc vtrum cespes erexerit, an varius lapis gentis alienæ, nihil interest. scito te hominem tam bene culmo quam auro tegi. *epist* 8.

Mihi crede, fœlix illud seculum ante architectonas fuit, ista nata sunt iam nascente luxuria, in quadratum tigna decidere, & serro per designata currente, certa manu trabem scindere. nam primi cuneis scindebant fissile lignum. Non enim tecta cœnationum, epulas receptura parabantur, nec in hunc vsum pinus aut abies deferebatur longo vehiculorum ordine, vicis intrementibus, vt ex illa lacunaria auro grauia penderent. furcæ vtrinq; suspẽsæ fulciebant casam, spissatis ramalibus, ac fronde congesta, & in procliue disposita decursus imbribus, quamuis magnis, erat. sub his tectis habitauere, sed securi. Culmus liberos texit. Sub marmore atque auro seruitus habitat *epist.* 90.

De ædificandi nimio studio.

Neminem ad excitandas domus ruina deterruit, & cum penates ignis absumsit, fundamẽta repente adhuc area ponimus: & vrbes haustas sæpius eodem solo condimus. adeo ad bonas spes pertinax animus est. 7. *de benef.* 31.

De ædificandi arte vtili.

Exiguæ sæpe areæ in multos vsus describentis arte patuere: & quamuis angustum pedem, dispositio fecit habitaculum. 1. *de tranq* 10.

Fornicationis in ædificiis quis inuentor, & de fornicis vsu.

Democritus, inquit, inuenisse dicitur fornicem, vt lapidũ curuatura paulatim inclinatorum medio saxo alligaretur. Hoc dicam falsum esse. necesse est enim ante Democritum & portas & pontes fuisse, quarum fere summa curuantur. *epist.* 91.

Vnus lapis fecit fornicem, ille qui latera inclinata cuneauit, & interuentu suo vincit. *epist.* 119.

Plurimum interesse ædificium in glarea, an in humo fluida & molli ponas.

Puta duo ædificia excitata esse, ambo paria, æque excelsa atq; magnifica: alterum putam A aream accepit, illic protinus opus creuit, alterius fundamenta lapsa hunda in mollem ac fluidam demissa humum: multumq; laboris ea haustum est, dum peruenitur ad solidum *epist.* 53. [A lego *alterum glaream* accepit: quippe glarea magis opponitur fluidæ, molli & demissæ humo, quam pura area. Nam & alioquin constat, ad vias sternendas terrenam glaream veteres inijcere solitos. l. 1 § 2 *ff. de via publica.*

De testudine ædium.

Video elaboratam scrupulosa distinctione testudinem, & fœdissimorum pigerrimorumq; animalium testas ingẽtibus pretiis erutas, in quibus ipsa illa quæ placet varietas, subditis medicamentis in similitudinem veri coloratur 7. *de benef.* 9.

De laquearibus versatilibus.

Hodie vtrum tandem sapientiorem putas, qui versatilia B cœnationum laquearia ita coagmentat, vt subinde alia facies atq; alia succedat: & toties tecta, quoties fercula mutentur? *epist.* 90. [B Suetonius Nerone 31. Cœnationes eius laqueatæ tabulis versatilibus, eburneis, vt flores: & fistulis, vt vnguenta desuper spargerentur.

De Speculariorum vsu, & quando inuenta specularia.

Nostra demum prodisse memoria scimus speculariorum vsum, perlucente testa clarum transmittentium lumen. *epist.* 95.

Cœnationem velis ac specularibus munire. 4 *nat.* 13.

De Cisternarum capacitatibus.

Vidi cisternam in villa Scipionis ædificiis ac viridibus subditam, quæ sufficere in vsum vel exercitus posset. *ep* 87.

De libramento.

Modo exclusit totius aspectum si tecto libramento A inter solem terrasq; successit 5. *de benef.* 5. [A id est, ad perpendiculum inter vtrunque interposita fuit id metaphoricos dixit.

Domus recta.

Desit sane varietas marmorum, & concisura aquarum à cuniculis interfluentium, & pauperis cella, & quidquid aliud luxuria non contenta decore simplici miscet, quod dici solet, domus recta B est. *epist.* 101. [B id est, nullo luxu corrupta sic à Cicerone in Bruto cõmentarij Cæsaris dicuntur recti & venusti omni orationis ornatu, tanquam veste, detracto.

De balneo Scipionis Africani, à delicatorum balneis differente.

In ipsa Scipionis Africani villa balneolum vidi angustum tenebricosum, ex consuetudine antiqua. Non videbatur maioribus nostris calidum, nisi obscurum. magna ergo me voluptas subit cõtemplantem mores Scipionis ac nostros. In hoc angulo ille Carthaginis horror, cui Roma debet quod tantum semel capta est, abluebat corpus laboribus rusticis fessum, exercebat enim opere se terrãque, vt mos fuit priscis, subigebat sub hoc ille tecto tam sordido stetit, hoc illum pauimentum tam vile sustinuit. At nunc quis est, qui sic lauari sustineat? pauper sibi videtur, ac sordidus, nisi parietes magnis ac pretiosis orbib[us] refulserint, nisi Alexãdrina marmora Numidicis crustis distincta sint, nisi illis vndique operosa & in picturæ modum variata circumlitio prætexatur, nisi vitro conditur camera, nisi Thasius lapis (quondam rarum in aliquo spectaculum templo) piscinas nostras circundederit, in quas corpora exinanita submittimus: nisi aquam argentea epistomia effuderint, & adhuc plebeias fistulas loquor. Quid cum ad balnea libertinorum peruenero quantum statuarum, quantum columnarum est nihil sustinentium, sed in ornamentum positarum impẽsæ causa? quantum aquarum per gradus fragore labẽtium? eo deliciarum peruenimus, vt nisi gemmas calcare nolimus. In hoc balneo Scipionis minimæ sunt rimæ magis quam fenestræ, muro lapideo excisæ, vt sine iniuria munimenti lumen admitterẽt. At nunc blattaria vocant balnea, si qua non ita aptata sunt, vt totius diei solẽ fenestris amplissimis recipiant, nisi & lauantur simul & colorantur, nisi ex solio agros & maria prospiciunt. Itaq; quæ concursum & admirationem habuerant, cum dedicarentur, hæc in antiquorum numerum reiiciuntur, cum aliquid noui luxuria commenta est, quo ipsa se subrueret. At olim & pauca erãt balnea, nec vllo cultu exornata. Cur enim ornaretur res quadrataria, & in vsum non oblectamẽta reperta? non suffundebatur aqua, nec recens semper velut ex calido fõte currebat: nec referre credebant, in quam pellucida sordes deponerent. Sed, Dij boni, quam iuuabat illa balnea intrare obscura & gregali tectorio inducta, quæ scires Catonem tibi Ædilem aut Fabium Maximum, aut ex Corneliis aliquem manu sua temperasse. nam hoc quoque nobilissimi ædiles fungebantur officio intrandi ea loca, quæ populum receptabant, exigendique munditias & vtilem ac salubrem temperaturam: non hanc quæ nuper inuenta est similis incendio, adeo quidem vt conuictum in aliquo scelere seruũ viuum lauare oporteat. Nihil mihi videtur iam interesse, ardeat balneum an caleat. quantæ nunc aliqui rusticitatis damnant Scipionẽ, quod non in suum caldarium latis specularibus diem admiserat, quod non in multa luce decoquebatur, & spectabat, vt in balneo concoqueret? O hominem calamitosum, nescit viuere: non pacata aqua lauabatur, sed sæpe turbida, & cum plueret vehementius, pene lutulenta. nec multum eius intererat, an sic lauaretur. Veniebat enim vt sudorem illuc ablueret, non vt vnguentum. Quas nunc quorundam futuras voces credis? non inuidemus Scipioni: vere in exilio vixit, qui sic lauabatur: imo si scias, non quotidie lauabatur: nam, vt aiũt qui priscos mores vrbis tradiderunt, brachia & crura quotidie abluebant, qui scilicet sordes opere collegerant: cæterum toti nũdinis lauabantur. Hoc loco dicet aliquis, liquet immundissimos fuisse. Quid putas illos oluisse? militiam, laborem, virum. postquã munda balnea inuenta sunt, spurciores sunt. Descripturus infamem & nimijs notabilem delitijs Horatius Flaccus quid ait? Pastillus Rufillus olet dat es nũc Ru-

fillum, perinde esse ac si hircum oleret, & Gorgonij loco esset quem idem Horatius Rufillo opposuit parum est sumere vnguentum, ni bis die terq; renouetur, ne euanescat in corpore. Quid quod odore tanquam suo gloriatur? 13. ep. 87 [c al. epitoma vide Conectur. 2.

De balneorum suspensura.

Suspensuræ o balneorum nuper inuentæ. *epist.* 91 [o C. Sergius Orata pensilia balnea, seu pensiles balineas primus facere instituit, quæ impēsa leuibus initiis cœpta ad suspēsa calidæ aquæ tantum non æquora penetrauit *Valer.* 9 *ca.* 1 *Plin.* 9 *cap* 54 *Macr.* 3 *Satur* 15.

De sudatoriis.

Quid mihi cum istis cadentibus stagnis? quid cum sudatorijs? in quæ siccus vapor corpora exhausturus includitur. *epist.* 52.

Villæ imperatorum cur in summis iugis montium.

C Marius, Cn Pompeius & Cæsar, extruxerunt quidem villas in regione Baiana: sed illas imposuerunt summis iugis montium videbatur hoc magis militare, ex edito speculari longe lateq; subiecta. aspice quam positionem elegerunt, quibus ædificia excitauerunt locis, & qualia: scias non villas esse, sed castra *epist* 52.

De Vigilario.

Quid interest vtrum supra aliquem vigiliarium tuat, an mons aut turris? *epist* 58 quidam tamen hic legunt, vigilarium.

Rimæ ac fenestræ discrimen.

Rima magis quam fenestræ *epist.* 87.

De Labyrintho.

Hoc euenit in Labyrintho properantibus, ipsa illos velocitas implicat. *epist* 44 *in fin.*

De machinis & ædificiis nonnulla.

Barbari plerunq; inclusi & ignari machinarum, segnes laborem obsidentium spectant: nec quo illa pertingant, quæ ex longinquo instruuntur, intelligunt *de vit beat.* 26

In putri ædificio omnis iunctura dilabitur, & dum alia excinditur, alia discinditur *epist.* 30.

Balistæ & scorpiones tela cum sono expellunt. 2. *natural* 16.

De pomariis & piscinis in summis turribus: de ergastulorum laxitate & capacitate ingenti: & villicorum imperio.

Non viuunt contra naturam, qui pomaria in summis turribus serunt, quorum syluæ in tectis domorum ac fastigiis nutant, inde ortis radicibus, quo improbe cacumina egissent? *epist* 51.

Alunt in summis culminibus mentita nemora, & nauigabilium piscinarum freta. Arata quondam populis rura, singulorum nunc ergastulorum sunt. Latiusque nunc villici, quam reges quondam imperant. Maria submouentur proiectis molibus 5. *contr.* 5.

De thermis in mare iactis.

Non viuūt cōtra naturam, qui fundamenta thermarum in mare iaciunt, & delicate natare ipsi sibi videntur, vbi calentia stagna fluctu ac tempestate feriantur? *epist.* 123.

Villæ ad lacus, ad flumina, ad aquarum calentium venas, ad littoris sinus curuata, in ipso mari.

Vobis dico, quousque nullus erit lacus, cui non villarum vestrarum fastigia immineant? nullū flumen cui non ripas ædificia vestra prætexant? Vbicunque scatebunt aquarum calentium venæ, ibi noua diuersoria luxuriæ excitabuntur. Vbicunque in aliquem sinum littus curuabitur, vos protinus fundamenta iacietis, nec cōtenti solo, nisi quod manu feceritis maria agetis introrsus: Omnibus licet locis tecta vestra splendeant, alicubi imposita montibus, in vastum terrarum, marisque prospectum alicubi ex plano in altitudinem montium educta, cum multa ædificaueritis, cum ingentia: tamen & singula corpora estis & paruula. Quid prosunt multa cubicula? in vno iacetis. Non est vestrum, vbicunque non estis *epistolarum.* 90.

Romuli casa Romæ. Capitolium fastigiatis tectis auro puro præfulgens.

Nudi stetere colles. Inter hæc tam effusa mœnia nihil est Romuli A casa nobilius Fastigiatis supra tectis auro puro præfulgens perlucet Capitoliū Potes obiurgare Romanos, quod cum humilitatem suam obscurare possint, ostendunt. sed hæc non putant magna, nisi apparuerit ex paruis surrexisse 1. *contr.* 6 [A ita lego & emendo pro humili. Emendationi fauet hic Vitruuij locus 2 c 1 In Capitolio, inquit, commonefacere potest & significare mores vetustatis Romuli casa, in arce sacrorum stramentis tecta Confirmat & id quoque Virgilius 8. Æneidos: Romuleoque recens horrebat regia culmo & Ouidius Fast. 3 Quæ fuerit nostri si quæris regia nati, Aspice de canna straminibusque domum.

De Euripis.

Virum sapientiorem putas, qui Euripos subito aquarum impetu implet aut siccat? *epist.* 92.

De Statuis & imaginibus Statuæ in theatris.

Decernebatur Seiano statua in Pompeij theatro ponenda, quod exustum Cæsar reficiebat. Exclamauit Cordus tunc, Vere theatrum perire. Quis enim non rumperetur, supra cineres Cn Pompeij constitui Seianum, & in monumentis maximi Imperatoris consecrari perfidum militem? *ad Mart.* 22.

De Colosso

Colossus a magnitudinem suam seruat etiamsi steterit in puteo *epistol* 77 [a Colossus Solis apud Rhodios fuit altitudine 70. cubitorum, hoc est pedum 105. *Festus.* cuius pollicem pauci potuerunt amplecti: digiti maiores quam pleræque statuæ, *Plinius cap.* 7.

De imaginibus amicorum absentium.

Imagines nobis amicorum absentium iucundæ sunt, quæ memoriam renouant & desiderium absentiæ falso atque inani solatio leuant *epist* 40.

Quidni ego magnorum virorum imagines habeam incitamenta animi *epist* 65.

De Vehiculis & mulis saginatis, vnius coloris.

Vehiculum in quod impositus sum, rusticum est, mulæ viuere se ambulando testantur mulio excalceatus non propter æstatem vix à me obtineo vt hoc vehiculum velim videri meum. *& post:* Quid ad rem pertinent mulæ saginatæ, vnius A omnes coloris? quid ista vehicula cælata? instrati auro alipedes, pictique tapetis, Aurea pectoribus demissa monilia pendent, Tecti auro, fuluum mandūt sub dentibus aurum. Ista nec dominum meliorem possunt facere nec mulam. *ep.* 88 [A Mulis paribus in vehiculis vti soliti Africanus 6 Quæstionum. *in l. cum eosdem.* 34. *ff de aedilitio edicto.* Facit ad hunc locum tit Cod lib. 11. nulli licere in frænis & equestribus sellis & in baltheis, margaritas & smaragdos & hyacinthos aptare.

De gestatione

A gestatione cū maxime venio non minus fatigatus, quam si tantum ambulassem quantum sedi. Labor est enim diu ferri, ac nescio an eo maior quia contra naturam est, quæ pedes dedit, vt per nos ambularemus. debilitatem nobis induxere deliciæ, & quod diu noluimus, posse desiimus. *epist* 56.

De sella & lectica.

Nec illos quidem inter otiosos numerauetis, qui *sella* se & a *lectica* huc & illuc ferunt, & ad gestationum suarum, quasi deserere illas non liceat, horas occurrunt *& post:* Audio quendam ex delicatis, cum ex balneo inter manus elatus & in sella positus esset, iam sedeo? Hūc tu ignorantem an sedeat, putas scire an viuat, an videat, an otiosus sit? *de breu vitæ* 12 [a sella à lectica separatur, vt & *l. Item legato* 49 *Digest de legat.* 3 In lectica resupini, in sella sedentes ferebantur.

Lectica formosis imposita coloribus. c *epist.* 111. c al. *calonibus*, id est, gerulis vnde Lipsius 1. *Elect.* 19. & aliis etiam ex locis colligit. iumenta nūquam ad lecticam pertinuisse: quod tamē lib 2 Conectur. in huius loci explicatione videor quodammodo confirmasse ex *l. item legato.* 49. *ff. de legat.* 3. nisi si in illa lege, burdones referendi sint non ad lecticam, non ad sellam, sed ad vehicula. & alioqui hodie mulis in lectica vtuntur.

Idem de istis omnibus dicas, quos supra capita hominum supraq; turbam delicatos *lectica* suspendit. *epist.* 81 [o Lecticarij lectica sibi in collo collocata, iacentem ad supinum, & nō sedentem, ferebant: Vnde succolare Suetonio. *Ouid.* 1 *de arte.* ferebant autem serui vt plurimum sex vnde Hexaphoros & octophoros. *Suet. Caligula. cap.* 43. *Mart. Apuleius* 2 *apolog.* Hinc lecticarij qui & geruli, de quibus infra dicemus, vt plurimum serui. Rarenter autem lecticam viri vsurparunt, nisi in supinis delicijs aut morbo.

Lecticarij, laxa sella.

Quosdam dementia tenet, vt contumeliam sibi fieri posse putent à muliere Quid refert quantum habeat quot lecticarios, quam oneratas aures, quam laxam sellam? 2 *de tranq.* 14.

Velum in lectica

Prominentem ex lectica caput præcisum. *& post:* Ea *Aufidio Basso*: Cicero paulum remoto velo postquam armatos vidit. *Suasor.* 2 *pro Cicer.*

De officiis

De officiis & per officia diuersa occupatis: De salutatione meritoria.

Noo est quod me occupatos solos putes dicere, quoa officia domibus suis euocant, vt alienis foribus illidantur *a.12. de breuit. vit.*

Isti cum omnium *limina* quotidie perambulauerint nec vllas apertas fores prætererierint, cum per diuersas domos meritoriam salutationem circumtulerint, quotum quęque ea tã immẽsa & variis cupiditatibus districta vrbe potuerũt videre? Quam multi illos cum diu torserint simulata festinatione occurrent, quam multi perfertum clientibus atriũ vitabunt, & per obscuros ædium aditus profugient, quasi non inhumanius sit decipere quam excludere, quam multi hesterna crapula semisomnes & graues, illis miseris somnũ suum rumpentes, vt alienum exspectent, via labiis alleuatis insusurratum milies nomen oscitatione superbissima reddent. *de vit. breuit.* 14.

De Ianitoribus ædium

Vix quenquam inuenies qui possit aperto ostio viuere. Ianitores conscientia nostra non superbia opposuit. *epistolat.* 43.

De admissionibus primis & secundis: Pro honore dari solitum, vt ostio propius quis assideret: vt gradum prior intra domum poneret: De ostiis ad eam rem variis: De amicis primis & secundis Salutatio disposita. Salutandi causa alij intrabant, alij illabebantur Aue verbũ publicum & promissuũ Aue ignotis salutantibus suo ordine emittebatur.

Non sunt isti amici, qui animo magno ianuam pulsant, qui in primas & *secundas admissiones* digeruntur, consuetudo ista vetus est regibus, regesque simulantibus, populum amicorum describere, est proprium superbiæ magno æstimare introitum ac tectum sui liminis, pro honore dare, vt ostio suo propius assideas, vt gradum prior intra domum ponas, in qua deinceps multa sunt ostia, quæ receptos quoque excludunt. Apud nos primus omnium Gracchus & mox Liuius Drusus instituerunt segregare turbam suam, & alios in secretum recipere, alios cum vniuersis habuerunt itaque isti amicos primos, habuerunt & secundos nunquam veros. Amicum vocas cuius disponitur salutatio? an potest eius tibi placere fides, qui per fores maligne apertas non intrat, sed illabitur? huic ne peruenire vsque ad distringendam libertatem licet? cuius vulgare & publicum verbum, & promiscuum ignotis *Aue* non nisi suo ordine emittitur? *6. de benef.* 33. & 34 De salutandi ratione & particula Aue scripsi ad l. 11. C de accus.

Ostiario (tanquam acri cani) sapiens aliquem salutaturus potentiorem, minutam quid obijcere scit, ac solet: salutatorium publicum exercere: Salutatorium venale: Ostiarij cum virga: Ostiarij virgam (si molestus nimium erat) quidam salutatores frangebant.

Sapiens non accedit ad fores, quas durus ianitor obsidet? ille vero si res necessaria vocabit, experitur & illum, quisquis erit, tanquam canem acrem obiecto cibo leniet, nec indignabitur aliquid impendere vt limen transeat, cogitãs & in pontibus quibusdam pro trãsitu dari Itaque illi quoque (quisquis erit qui salutatorium publicũ exerceat) donabit scit emere venalia. Ille pusilli animi est, qui sibi placet quod ostiario libere respondit, & virgam eius fregit, quod ad dominum accessit, & petiit thronum *in sapientem non cadere, decimoquarto.*

Ostiario irasci. Cathenarium canis: Ostium carceris durissimum.

Iratum vidisti amicum tuum ostiario causidici alicuius, aut vidisti quod intrãtem submoueat, & ipse pro illo iratus extremo mancipio fuisti: irasceris ergo cathenario cani? & hic cum multum latrauit, obiecto cibo mansuescit Recede longius & ride Nunc iste aliquem se putat, quod custodit litigantium turba limen obsessum. Nunc ille qui intrã iacet, fœlix fortunatusque est, & beati hominis atque potentis iudicat iudicium, A difficilem ianuam. nescit durissimum esse ostium carceris. 3 *de ira* 37. [A legn, *indicium*, id est, argumentum, signum, notam.

Ianitores salutatores digerebant, idque non gratuito plerunque.

Sapientis domus nullis obseruatur ianitoribus, turbam venali fastidio digerentibus. *in sap non cad.* 15.

Salutantium rixæ in liminibus ædium frequentes.

Intueris illas potentiũ domos, illa tumultuosa rixa *salutantium* limina? multum habent contumeliarum vt intrent, plus cum intrauerint. præteri istos gradus diuitum & magno aggestu suspensa vestibula. B *epist.* 85. [B Vestibula inde quibusdam dicta, quod in his locis ad salutandos dominos domorum, quicunque venissent, stare solerent, cum introeundi daretur copia: atque ob hanc cognitionem & quasi stabulationem, primos ingressus domorum vestibula nominatos, Nonius t. in Vestibula. Glossis περιπύλαιον vestibulum.

Senec.

Nomenclatores persalutati.

Multorum frustra liminibus illisus nomenclatores persalutauit, à multis exclusus. *1. de tranq.* 12.

Hostiarij difficultas: Nomenclatoris superbia, Cubicularij supercilium.

Contumeliam vocant hostiarij difficultatem, nomenclatoris superbiam, cubicularij supercilium. *in sap non cad.* 14.

Nomenclatoris vetule mendacium in reddendis nominibus familiare.

Nomenclatori memoriæ loco audacia est, & cuicunque nomen non potest reddere, imponit. *1. de benef.* 3.

Vetulus *nomenclator* nomina non reddit, sed imponit. *epist.* 27.

Monitor.

Non desiderant manifesta monitores. *epist* 95.

Mercator, mango.

Mercator A vrbibus prodest, medicus ægris, mango venalibus 4 *de benef.* 13 [A Sic Plautus in Trinummo Scena, Quo illic homo? mercaturam à mangonio separat: Mercaturam inquit, an venales habuit.

De mangonibus plura vide Titulis de contrahenda emptione, & de ædilitio edicto.

De Peregrinationibus.

Magis quis veneris, quam quo, interest: & ideo nulli loco addicere debemus animum *epist* 28.

In peregrinationibus vitam agentibus hoc euenit, vt multa hospitia habeant, nullas amicitias. *epist* 2.

Omnes iam sic peregrinantur, vt illos Numidarum præcurrat equitatus, vt agmen cursorum antecedat Turpe est nullos, qui occurrentes via deijciant, qui honestum omen venire, magno puluere ostendant. *epist.* 124.

Peregrinationes & locorum mutationes nihil ad sapientiam per se facere multis probat. *epist* 105.

Qui quo destinauit, peruenire vult, vnam sequatur viam non per multas vagetur. *epist.* 45.

Qui tardius exierunt, velocitate pensant moram. *3. nat. præfat.*

De artibus manuariis & aliis eiusmodi.

Omnes istæ artes quibus aut excitatur ciuitas aut strepit corporis negotium gerunt cui omnia olim tãquam seruo prestabantur, nunc tanquam domino parantur Itaq; hinc textorum hinc fabrorum officinæ sunt. hinc odores coquentium, hinc molles corporis motus docentium, mollesque cantus & infractos. *epist.* 91.

Artifex.

Artifex est etiam cui ad exercendam artem instrumenta non suppetunt. *de benef.* 21.

Nulli non partium suarum agilitas est Artifex instrumẽta sua tractat ex facili, &c *epist* 122.

Magni *artificis* est clausisse totum in exiguo. *ep.* 54.

Artifices ex alicuius rei superioris intentione, quę oculos defatigat, si malignum & non præclarum lumen habent, in publicum prodeunt, & in aliqua regione ad populi otium dedicata oculos libera luce delectant. *epist* 66.

Mercator.

Mercator vrbibus prodest, medicus ægris, mango venalibus. Sed omnes isti, quia ad alienum cõmodum pro suo veniunt, non obligant eos quibus prosunt. 4. *de beneficiis.* 13.

Pictor.

Mercurius vna stat: non quia beneficia ratio commendat vel oratio, sed quia pictori ita visum est 1 *de benef.* 3.

Pictor colores quos ad reddendam similitudinem multos variosque ante se posuit, celerrime denotat, & inter ceram A opusque facili vultu manuque commeat. *ep.* 122. [A Ceris pingere solebant. Varro 3. de re rustica 17 Nam vt Pausias & cæteri pictores eiusdem generis loculatas magnas habent arculas, vbi discolores sunt ceræ. Marianus. 7. Institutionum Pictoris instrumento legato, ceræ, colores, similiaque cedunt. *l.* 17 *ff. instructo.*

Fullo.

Videmus cum fistula aliquo loco rupta est, aquam per tenue foramen elidi, quæ sparsa contra solem oblique positum, faciem arcus repræsentat. Idem videbis accidere, si quando volueris obseruare *fullonem*, cum os aqua impleuit,

& vestimenta tendiculis diducta leuiter aspergit, apparet varios edi colores, in illo aeris aspersu, quales in arcu fulgere solent. *1. nat. 3.*

Tinctor

Lana quosdam colores semul ducit, quosdam semel macerata & recocta non bibit *epist 73.*

Sunt colores qui ea interuallo vim suam ostendunt *purpuram* Tyriam quo melior est, eo oportet vt altius teneas, vt fulgorem suum ostendat *1. natur. 5.*

Purpura eodem consilio non in vnum modum cait. interest quantum macerata sit, crassius medicamentū an aquatiua traxerit, sæpius mersa sit an excocta, an semel tincta. *3. nat. 3.*

Vnguentarius.

In omnem vitam vnguento abstinemus quem [a oblinemus, odor in corpore est *epist* 109 [a *al* quoniam optimus odor in corpore nullus est.

Vnguentarios Lacedæmonij expulerunt, & propere cedere finibus suis iusserunt, quia oleum disperderent. *4. natur. 13.*

Pastillos olere *epist* 87.

Aristippus aliquando delectatus vnguento, male, inquit, istis effœminatis eueniat, qui rem tam bellam effœminauerunt. *7. de benef. 25.*

Qui in vnguentaria e taberna resederunt, & paulo diutius morati sunt, odorem secum loci ferunt *epist. 109.* [c Vnguentarios Iliacis temporibus non fuisse notat Plinius 13. *cap.* 1. Vbi etiam addit, Persarum verisimiliter inuentum esse. Alexandrum in apparatu regis Darij, inter cætera scrinium vnguentorum cepisse

Viator.

In peregrinationibus comprehensus aliquis limes, & interrogati accolæ non patiuntur errare *3 de vit. beat.*

Equorum domandorum magister.

Equum non crebris verberibus exterret domandi peritus magister. fiet enim formidolosus & contumax, nisi eum tactu blandiente permulseris *1. de clem. 16.*

Venator.

Venator qui instituit catulos vestigia sequi, quique iam exercitatis vtitur ad excitandas & persequendas feras, non crebro illis minatus. *1 de clem. 16.*

Piscator.

Vt hanc dicas, Non cum retibus aliquem, aut cum hamis, a sed cum dolabra ire piscatum *3 nat. 16* [a ab hamis, Hamitrahones Festo : Hamiotæ Nonio. piscatores dicuntur.

De Pistrino, & quæ pistrini inueniendi fuerit occasio.

Non contentus his artibus in *pistrinum* sapientem mittit. narrat enim quemadmodum naturam imitatus, panem cœpit facere. Receptas, inquit, in os fruges, concurrens inter se duritia dētium frangit, & quicquid excidit ad eosdem dentes lingua refertur, tunc vero saliuæ miscetur, vt facilius per fauces lubricas transeat. cum peruenit in ventrem aqualiculi feruore cōcoquitur, tunc demum corpori accedit. Hoc aliquis secutus exemplar, lapidem asperum aspero imposuit ad similitudinem dētium, quorū pars immobilis motum alterius expectat, deinde vtriusq; attritu grana franguntur, & sæpius regerūtur, donec ad minutiam frequenter trita redigantur tunc farinam aqua sparsit & assidua tractatione perdomuit, finxitq; panem, quem primo cinis calidus & ferueas testa percoxit, deinde furni paulatim reperti, quorum feruor seruiret arbitrio. *epistolar. 91.*

Libarius, Botularius, Crustularius, Popinarum institores.

Iam Libarij a varias exclamationes, & *botularium*, & crustularium, & omnes popinarum institores mercem sua quadam & insignita modulatione vendentes. *epist. 57* [a Libarius, qui liba vendit

Opsonator.

Adice opsonatores quibus dominici palati notitia subtilis est, qui sciunt cuius rei illum sapor excitet, cuius delectet aspectus, cuius nouitate nauseabundus erigi possit, quid iam ipsa satietate fastidiat, quid illo die esuriat *epistolar. 47.*

Ministratores mensæ

Transeo ministratores, per quos signo dato ad inferendam cœnam discurritur. Dij boni quantum hominum vnus venter exercet? *epist 96.*

Trossuli & cursores.

Idem faciam quod trossuli & iuuenes *epist. 77* Nonius trossuli dicti sunt torossuli, Varro sesqui Vlisse nunc emūt trossuli nardo nitidi vulgo, attico talento equum.

In theatrum senex ibo & in circum deferar, & nullum par sine me depugnabit, ad Philosophum ire erubescam? *epist 77.*

O quam cuperem illi nunc occurrere aliquem ex his trossulis in via diuitibus, cursores & Numidas, & multum ante se pulueris agentem *epist. 88.*

Omnes iam sic peregrinantur, vt illos Numidarum præcurrat equitatus, vt agmen cursorum a antecedat. *ep. 127.* [a Suetonius Nerone 30 de itinere Neronis, Armillata & Phalerata cum Mazacum turba & cursorum. Sūt autem Mazaces Africæ populi Claudianus in Panegyrico, pandus probreit missile Mazax.

Serrarius.

Pono & *serrarium* vicinum *epist. 57.*

Quid ais? Philosophia docuit habere *clauem & seram*, & quicquid aliud erat, auaritiæ signum dare. *epist. 90.*

Pausarius.

Iam me sic ad omnia ista duraui, vt audire vel *pausarium* possim, voce acerbissima remigibus modos dantem. *epistol. 57.*

De Textrino & quæ textrini inueniendi fuerit occasio. De Textrinum arte : De telis ex quibus vestis nihil celatura conficitur.

Describit Posidonius, quemadmodum alia torqueantur fila, alia ex molli solutoq; ducantur deinde quemadmodum *tela* suspensis ponderibus rectum stamen extēdat, quemadmodum subtegmen insertum, quod duritiem vtrinq; comprimentis tramæ remolliat, separata coire cogatur & iungi *Textricam* quoque artem a sapientibus dixit inuentam, oblitus postea repertum hoc subtilius genus, *in quo Tela iugo iuncta est, stamen secernit arundo, Inseritur medium radiis subtegmen acutis, Quod lato feriunt insecti pectine dentes.* Quid si contigisset illi videre has nostri temporis telas in quibus vestis nihil celatura conficitur, in qua non dico nullum corpori auxilium, sed nullum pudori est? *epist 91.*

Gerulus siue lecticarius.

Quo tandem ab istis gerulis raperis, cubile istud tuum circumferētibus? Quo te penulati isti in militum quidem non vulgarem cultum subornati? Quo inquam te isti efferunt? ad ostium alicuius ostiarij, ad hortos alicuius, ne ordinarium quidem habentis officium. *3. de benef* 18

Gerulis cum anhelitu & clamore properantibus datur via. *3 nat 18.*

Vitrarius.

Cuperem Posidonio aliquem *vitrarium* ostendere, qui spiritu vitrum in habitus plures format, qui vix diligenti manu effingerentur. Hæc inuenta sunt postquam sapientem inuenire desiuimus *epist. 91.*

De Sutrino.

Non multum absuit quin *sutrinum* quoque inuentum à sapientibus diceret. *epist. 91.*

Figulus, & qui inuenerit figuli rotam.

Anacharsis, inquit, inuenit rotam figuli, cuius circuitu vasa formantur. Deinde, quia apud Homerum inuenitur figuli rota, mauult videri versus falsos esse quam fabulam. Ego nec Anacharsin huius rei fuisse autorem contendo, & si fuit sapiens quidem hoc inuenit, sed non tanquam sapiens *epist. 98.*

Marmorarius faber.

Philosophia monstrat posse nos habitare sine *marmorario* fabro. *epist. 90.*

Eborarius.

Excidit vobis eundem Democritum inuenisse quemadmodum ebur molliretur. a *ep. 91.* [a al *poliretur* Glossis ἐλεφαντουργὸς, *Aeborarius & Eburarius.*

De calculi in smaragdum conuersione: De lapidibus coctilibus.

Excidit uobis eundem Democritum inuenisse, quemadmodum decoctus calculus in *smaragdum* conuerteretur, qua hodieque coctura inuenti lapides coctiles colorantur. *ep 91.*

Cinerarius.

Quidam se à *cinerario* impulsos moleste ferunt in *sap non cad* 13

Calator.

Cælator oculos diu intentos ac fatigatos remittit atque auocat, &, vt dici solet, pascit *ep. 59.*

Cum

Aliptes.

Cum in *alipten* & hac plebeia vnctione contentum incidi *ep.57.in pr.* quamquam illo loco quidam legunt, Cũ in aliquem incitem & hac plebeia functione incidi. De alipte vide Iuuenalem.

Tibicen Phrygius.

Quidam ad magnificas voces non aliter concitantur, quam solent Phrygij a tibicinis sono, semiuiri & ea imperio furentes *ep.* 109 [a De tibia Phrygia hoc reperi in Varronis fragmentis: dextera vnum babuisse foramen, sinistra, duo: quorum vnum acutum sonum baber: alterum, grauem.

Pithaules

Hoc ingenti studio quis *pithaules* c bonus iudicatur habet tibiceo quoq; Græcus concentum *epist.77.* [c Pithaules est, qui tibias inflat Varro Triodite περὶ αὐτῶν : Priusquam in orchestra Pithaules inflet tibias, domi suæ ramices rumpit. Nonius. 2. *Ramices.* Puthaules est qui tibias inflat.

Scordalus.

Adiice nunc scordalum. o *ep 57.in pr.* [o Quidam interpretantur eum qui sordes è balneo defert, alij scordulũ legunt, alij scordysium id est, ingrati odoris: alij scordalum quasi scordallum, qui olet allium, quomodo & scordalus dicitur *ep 83* Petronius: Ego autem nactus occasionem vindictæ Eumolpum excludo, reditaque scordalo vice sine æmulo scilicet & cella vtor & nocte.

Alipilus.

Præter istos quorum si nihil aliud tectæ voces sunt, *alipilum* cogita, tenuem & stridulam vocem quo sit notabilior subinde exprimentem, nec vnquam tacentem nisi dum vellit alas, & alium pro se clamare cogit. *ep.57.*

Pilicrepus.

Si pilicrepus A superuenerit & numerare cœperit pilos, actum est. *epist 57. in pr* [A à quibusdã legitur pellicrepus Est vero pilicrepus qui pilos auellit. Nonnullis dicitur is etiam, qui pilas facit qui Græcis σφαιριστής, σφαιρισμός Glossis pilatius. Potest enim colligi, pila lusitare solitos veteres ante balneum, vel dum balnea, hypocausta & sudationes calescerent Martialis 14. epigr. 163 Redde pilam, sonat æs thermarum: ludere pergis? Virgine vis sola lotus abire domum. Papinius lib. 1 siluarum in balneum Etrusci: Quid nunc strata solo referam tabulata crepantes Auditura pilas, vbi languidus ignis inerrat Ædibus, & tenuem voluunt hypocausta vaporem?

Leno.

Tam alieni corporis leno male audit quam sui Reprehenditur assentator & aliena subsequens verba pratus ad falsa laudator non minus placens sibi & se suspiciens, & vt ita dicam, assentator sui. *5 de benef 7.*

Meretrix.

Meretrix ita inter multos se diuidit, vt nemo non aliquod signum familiaris animi ferat *1. de benef. 14.*

DE RE NAVTICA, SEV NAVALI.

Ludunt nauigia

Mare momento euertitur, eodem die vbi luserunt A nauigia sorbentur *ep. 4 in pr.* [A Ludere nauis dicitur quæ huc & illuc amandatur. hinc lusoriæ naues apud Vegetium. 4 *cap* 23.

Mare quos hauserat, eadem vi, qua sorbebat, eiecit incolumes. *epist.30.*

Non immerito nautis terra timetur *epist 54.*

In sicco, in portu in freto esse

Nondum in sicco, iam in portu sunt *epist 73.*

In *freto* viximus, moriamur in portu. *epist.19.*

Portus clementissimus : venti segnes: pertinax. flatus.

Clementissimus *portus* est aliquando petendus, nunquam recusandus, in quem si quis in primos annos delatus est, non magis queri debet, quam qui nauigauit. Alium enim, vt scis, venti segnes ludunt ac detinent, & tranquillitatis lentissimo tædio lassant, alium pertinax flatus celerrime perfert *epist. 71.*

Tertium genus est eorum qui sapientiæ *alludunt*, quam non quidem *attigerunt*, in conspectu tamen, & vt ita dicam, sub ictu habent, ij non concutiuntur, ne defluunt quidem, nondum in sicco, iam in portu sunt. *epist. 73.*

Nunquid ille, cuius nauigiũ multam, vndiq; laxatis compagibus, aquam trahit, nautis, ipsiq; nauigio irascitur? Occurrit potius & aliam excludit vndam, deinde aliã egerit, manifesta foramina præcludit, latentibus & ex occulto sentinam ducentibus labore continuo resistit, nec ideo intermittit, quasi A quantum exhaustum est subnascitur. *2. de ira. 10.* [A Vide Erasmum 1. Centur. 33. adagio, influit quod exhauritur. cæcus fluctus quid, dicit in Nomenclatore.

Non ferro incubui nec in mare aperto ore desilui, ne viderer pro fide tantum mori posse. *4. natural. in proæmio* [u id Græcia est πρὸς κῦμα χανεῖν ad aquam hiare, vt celerius aqua strangulentur.

Origo nauigiorum & exemplum à piscibus natantibus petitum.

Hominis non sapientis inuenta sunt, nauigia, quibus amnes, quibusque maria transimus aptatis ad excipiendum ventorum impetum velis & additis à tergo gubernaculis quæ huc atque illuc cursum nauigij torqueant, & exemplum a piscibus tractum est qui cauda reguntur, & leui illam in vtrumque momento velocitatem suam flectunt. *epistol 91.*

Nauis bona quæ dicatur.

Nauis bona dicitur non quæ pretiosis coloribus picta est, nec cui argentum aut aureum rostrum, nec cuius tutela ebore cœlata est, nec quæ fiscis ac opibus regiis pressa est, sed stabilis & firma & iuncturis aquam claudentibus spissa ad ferendum incursum maris, solida, gubernaculo parens, velox & consentiens vento *epist. 77.*

Naues ceratæ [illegible]ıtæ, lusoriæ, cubiculatæ.

Cui triremes & ceratas non mitterem lusorias & cubiculatas, & alia ludibria regum in mari lasciuientium mittam? *7. de benef 20.*

De nauium oneribus.

In naui onera immota minus vrgent: inæqualiter enim voluta, citius in eam partem in quam incubuere demergunt *epist.28.*

Nauis sentinam trahens.

In naue quæ sentinam trahit, vni rimæ aut alteri obsistitur: vbi plurimis locis laxari cœpit, succurri non potest nauigio dehiscenti *epist. 30.*

Naues tabellariæ. Alexandrinæ & earum Puteolis expectatio: Supparum intendere, & quid supparum.

Subito nobis hodie Alexandrinæ *naues* apparuerunt, quæ præmitti solent & nuntiare secuturæ classis aduentum, tabellarias vocant, gratus illarum Campaniæ aspectus est, omnis in pilis Puteolorum turba cõsistit, & ex ipso genere velorum Alexandrinas, quamuis in magna turba nauium, intelligit, solis enim supparum licet intendere, quod in alto omnes habent naues. nulla enim res æque adiuuat cursum, quam summa pars veli, illic maxime nauis vrgetur Itaque quoties ventus increbuit, maiorque est quam expedit, antenna submittitur minus habet virium flatus ex humili cum intrauere Capreas & promontorium, cæteræ velo iubentur esse contentæ. supparum Alexandrinarum nauium insigne est. *epist 78.*

Gubernaculum nauis.

Inter duos quibus par scientia regendi gubernaculum est, meliorem non diceris, cui maius speciosiusque nauigium est *epist.78.*

Ad gubernaculum & per ancipitia fluctuantium dirigit cursum. *epist. 16.*

Vela contrahere Terram legere.

Contrahe *vela*, terram lege *epist.19.*

Tremor tranquilli maris vel lacus.

Est quidam tremor etiam *tranquilli maris* aut lacus, qui ex tempestate requieuit. *1. de tranq. 2. in fin.*

Tempestas inclinatio maris.

Nondum erat tempestas, sed iam inclinatio maris, ac subinde crebrior fluctus cœpi gubernatorẽ rogare, vt me in aliquo littore exponeret, aiebat ille aspera & esse importuosa, nec quicquam se æque in tempestate timere quam terram. *& post:* cuius viciniam attigi, non expecto, vt quicquam ex præceptis Virgilij fiat, obuertant pelago proras, aut anchora de prora iaciatur, sed memor artificij mei veteris, frigidæ cultor, mitto me in mare, quomodo psichrolutam decet gausapatus. *epist 54.*

Quid enim illum putas multum *nauigasse*, quem sæua tempestas à portu exceptum huc & illuc tulit, ac viribus ventorum ex diuerso furentium per eadem vestigia in orbem egit? non ille multum nauigauit, sed multum iactatus est *de breu. vit 8.*

Tempestate & nausea vexari.

Stomachus non effugit cum tempestate nauseam. *ep. 54.*

Non tempestate vexor sed nausea. *1. de tranq. 1. in fin.*

Senec.

De Naufragio.

Post naufragium maria tentantur *epist* 81.

Nemo cum sarcinis enatat. *epist* 22.

Primus *nauali prælio* Duillius vicit *de breuit vit.* 13

Naufragio quidam consecuti sunt, ne in piratarum manus peruenirent *6. de benef.* 9.

Neptuno plus debere iudicat ex iis, qui eadem tranquillitate vsi sunt, qui plura & pretiosiora illo mari vexit, & animosius à mercatore quam à vectore soluitur votum, & ex ipsis mercatoribus effusius gratus est, qui odores ac purpuras, & auro pensanda portabat, quam qui vilissima quæque & saburræ loco futura, congesserat *epist* 74.

Nauem in portu mergis. 2 *contr.* 67.

Perit aliqua nauis in portu *epist.* 14.

De Gubernatore nauis nonnulla.

Quidam Stoici dicunt deteriorem fieri gubernatorem tempestate ac procella, quia non possit id quod voluit, efficere, nec tenere cursum suum. Deteriorem illum in arte sua non fieri, in opere fieri. *& post*: Gubernatori propositũ est vtique nauem in portum perducere. *& post*: Ego aliter respondendum iudico, nec artem gubernatoris deteriorẽ nulla tempestate fieri, nec ipsam administrationem artis: Gubernator tibi non felicitatem promisit, sed vtilem operam & nauis regendæ scientiam. Hæc eo magis apparet, quo illi magis aliqua fortuna in[illegible] obstitit. Qui hoc potuit dicere, Neptune nunquam hanc nauem nisi rectam? arti satisfecit tempestas non opus gubernatoris impedit, sed successum. Quid ergo inquis, non nocet gubernatori ea res, quæ illum tenere portum vetat? quæ conatus eius irritos efficit? quæ aut detinet aut exarmat? non tanquam gubernatori, sed tanquam nauiganti nocet, alioquin gubernatoris artem adeo non impedit vt ostendat tranquillo enim, vt aiunt, gubernator est nauigio ista obsunt non rectori qua rector est. Duas personas habet gubernator, alteram comunem cum omnibus: qui eandem conscenderunt nauem qua ipse quoque vector est: alteram propriam qua gubernator est. Tempestas tanquam vectori nocet, non tanquam gubernatori. Deinde gubernatoris ars alienum bonum est, ad eos quos vehit pertinet, quomodo ars medici ad eos quos curat Sapientia commune bonum est, & eorum cum quibus viuit & proprium ipsius. itaque gubernatori fortasse nocetur cuius ministerium alij promissum tempestate impeditur, Sapienti non nocetur à tempestatibus vitæ *epist.* 86.

Qui hoc potuit dicere, Neptune A nunquam hanc nauem, nisi rectam *epist* 86 [A Extat hic versus: apud Aristidem Εὖ ἴσθι Ποσειδῶν ὅτι ὀρθὴν τὴν ναῦν καταδύσω.

Gubernator etiam est qui in sicco est quia consummatæ scientiæ nihil deest, etiam si quid obstat quo minus se vtatur. 4. *de benef* 21.

Magnus gubernator & scisso nauigat velo & si exarmatur, tamen reliquias nauigij aptat ad cursum *ep.* 20.

Turpis est nauigij rector cui gubernacula fluctus eripuit. quem fluctuantia vela deseruit, qui permisit tempestati nauem, at ille vel in naufragio laudandus est quẽ obruit mare clauum tenentem & obnoxium *ad Mart* 6 malo tamen legere, ita innoxium

Gubernatorem in tempestate, in acie militem intelligas *de prou.* 4

Non magis mihi quisquam potest talis prodesse præceptor, quam *gubernator* in tempestate nauseabundus Tenendum est rapiente fluctu gubernaculum: Luctandum cum ipso mari: Eripienda sunt vento vela. Quid me potest adiuuare rector nauigij attonitus & vomitans, non est loquendum, sed gubernandum. *epist* 109.

Gubernatorem facit ille qui præcipit, sic moue gubernaculum, sic vela submitte, sic secundo vento vtere, sic aduerso resiste, sic dubium communemque tibi vindica. *epist.* 96.

Gubernatoris artem tranquillum mare & obsequens vẽtus non ostendit, aduersi aliquid incurrat, oportet, quod animum probet *ad Martiam* 6.

De Indica nauigatione ex Hispania & Nilo in Indiam.

Quantum est quod ab vltimis littoribus Hispaniæ vsque ad Indos iacet? paucissimorum dierum spatium, si nauem suus ventus impleuit. 1 *natur. proœm.*

Per Nilum iter ad commercia *Indici* maris est 4 *nat.* 2

DE RE RVSTICA.

De Agricola & optimo agricolæ officio.

Mos fuit priscis A exercere opere se, *terramque* ipsam subigere. *epist* 87 [A Plinius 18 *cap* 3. Quæ causa inquit, tantæ vbertatis erat? Ipsorũ tunc manibus Imperatorum colebantur agri, vt fas est credere terra gaudente vomere laureato triumphali aratore, siue illi eadem cura semina tractabant, qua bella, eademque diligentia arua disponebant qua castra: siue honestis manibus omnia lætius proueniunt, quoniam & curiosius fiunt. Serentem inuenerũt dati honores Serranum, vnde cognomen. Aranti quatuor sua iugera in Vaticano (quæ prata. Quintia appellantur) Cincinnato viator attulit dictaturam. *& post*: At nunc eadẽ illa vincti pedes, damnatæ manus, inscripti vultus exercent. *& post*: Et nos miramur ergastulorum non eadem emolumenta esse quæ fuerunt Imperatorum?

Terra ipsa fertilior erat illaborata, & in vsus populorum non diripientium larga *epist* 91.

Agricolam arbor ad fructum perducta delectat. *ibid. epist.* 34.

Nunc quoque plurima cultores agrorum nouitia inueniunt, per quæ fertilitas augeatur *epist.* 91.

Ad agrum colendum ex æquo & bono nemo venit, nec ad vllam rem cuius extra ipsam fructus est 4. *de beneficiis* 14.

Agricola euersis arboribus, quas aut ventus radicitus euulsit, aut contortus repentino impetu turbo perfregit, sobolem ex illis residuã fouit, & amissarum semina statim plantasque disponit, & momento (nam vt in damna, ita ad incrementa rapidum veloxque tempus est) adolescunt amissis lætiora *ad Mart* 16.

Agricolæ non tantum rectas proccrasque arbores colũt, sed illis quoque quas aliqua deprauauit causa, adminicula quibus regantur applicant, alias circumcidunt ne proceritatem ramis premant; quasdam infirmatas vitio loci nutriũt, quibusdam aliena vmbra laborantibus cœlum aperiunt. a *de clem* 7.

Perdet Agricola quod sparsit, si labores suos destituit in semine, multa cura sata producuntur ad segetem, nihil inde fructuum peruenit, quod non à primo vsque ad extremũ æqualis cultura persequitur. a. *de benef.* 11.

De arboribus.

Præcisæ arbores plurimis ramis repullulant, & multa satorum genera, vt densiora surgant, reciduntur. 1. *de clemen.* 8.

In villa Scipionis didici ab Ægialo diligentissimo patrefamilias is enim nunc huius agri possessor est, didici, quãuis vetus *arbustum* posse transferri, &c *ep.* 88

Non est admirationi vna *arbor* vbi in eãdem altitudinem tota sylua surrexit. *ep.* 33.

Non est arbor solida nec fortis, nisi frequens ventus incursat Ipsa enim vexatione cõstringitur & radices certius figit. fragiles sunt quæ in aprica valle creuerunt. *de prou.* 4.

Oliuetum.

De *oliueto* duobus modis disposito vide *ep.* 87.

Laurus hedera.

Laurus, hæderæ & alia nota pastoribus idonea eliciendis ignibus. 2. *naturalium.* 22.

Carica.

De prandio nihil detrahi potuit, paratum fuit non magis hora, nusquam sine *caricis*, nusquam sine pugillaribus illæ si panem habeo, pro pulmentario sunt si non, pro pane. Quotidie mihi annum nouum faciunt *ep.* 88

Ficus marisca.

Senecio cupiebat grandia dicere, seruos nolebat nisi grãdes, & argentea vasa nisi grandia. Eo peruenit insania eius vt calceos quoque maiores sumeret, & ficus non esset nisi mariscas *Suasoria* 2.

Poma gregalia. suauiter aspera, fugientia

Poma gregalia, etiam post paucos dies itura in fastidium delectant, si prouenere maturius. 1 *de benef.*

Poma quædam sunt suauiter aspera *ep.* 64.

Gratissima sunt poma cum fugiunt. *ep.* 12.

De Plantis.

Non conualescit planta, quæ sæpius transfertur. *ep* 2.

De vite.

Vitem laudamus si fructu palmites onerat si ipsa ad terram pondere eorũ quæ tulit, adminicula deducit nunquis huic illam præferet vitem cui aureæ vuæ aurea folia dependent? propria virtus est in vite fertilitas *ep* 41.

Illud etiam vidi *vitem* ex arbusto suo annosam transferri huius capillamenta quoque si fieri potest colligenda sunt, deinde liberalius sternenda vitis, vt etiam ex corpore radicescat & vidi non tantum mense Februario positas, sed & iam Martio exacto tenent & complexæ sunt dulces vlmos. *epistolarum.* 87.

Noe

Non quælibet insitionem vitis patitur. si vetus & exesa est, si infirma gracilisque, aut non recipiet surculum, aut non alet, nec applicabit sibi, nec in qualitatem eius naturamque transibit itaque solemus supra terram præcidere, vt si non responderit, tentari possit secunda, fortuna, & iterum repetita, infra terram inseratur *epist.* 113.

De Vino & musto

Musto dolia ipsa rumpuntur, & omne quod in imo iacet, in summam partem vis caloris eiectat. *epist.* 84.

Vinum fit bonum, quod recens durum & asperum visum est, contra non patitur ætatem quod in dolio placuit. *epist.* 36.

In *vino* nimis veteri ipsa nos amaritudo delectat. *epist.* 64.

De seminibus.

Semina in corporibus humanis diuina dispersa sunt, quæ si bonus cultor excipit, similia origini prodeunt & paria his ea quibus orta sunt si malus, non aliter quam humus sterilis & palustris necat, ac deinde creat purgamenta pro frugibus *epist.* 74.

Seminis modo præcepta spargenda sunt. quod quamuis sit exiguum, cum occupauit idoneum locum vires suas explicat, & ex minimo in maximos actus diffunditur. Idem facit ratio, non late patet, si aspicias, in opere crescit. *& post*: eadem est præceptorum conditio quæ seminum *epist.* 38.

De herbis, tritico, segete, cicuta.

Est alij quod bonum tritici, hoc nondum est in herba lactente, nec cum folliculo se exerit spica mollis, sed cum frumentum æstas & debita maturitas coxit *epist.* 125.

Seges.

Illa herba quæ in segetem frugemque ventura est, aliam constitutionem habet tenera & vix eminens sulco: aliam cum conualuit, & molli quidem culmo, sed qui ferat onus suum, constitit, aliam, cum flauescit & ad aream A spectat, & spica eius induruit *epist.* 118. [A fruges maturatas intelligit, quod flauæ segetes demessæ ad aream terendi gratia deportari soleant.

Et post malam segetem serendum est. sæpe quicquid perierat infelicis soli sterilitate, vnius anni restituit vbertas. *epist* 82.

Cicuta magnum Socratem fecit. *epist.* 13.

De Pastore & grege.

Pastor ex fœtu gregis sui capit voluptatem. *epist* 34.

De supellectile rustica.

Argentum graue rustici patris sine vllo opere & nomine artificis. 1. *de tranq.* 1.

DE LVDIS.

Spectaculorum detestatio in genere.

Nihil A est tam damnosum bonis moribus quam in aliquo spectaculo desidere. *epist* 7 [A Isidorus 18 cap 59 Nihil esse debet Christiano cum Circensi insania, cum impudicitia theatri cum amphitheatri crudelitate, cum atrocitate arenæ, cum luxuria ludi

De ludorum intercalatione.

Quis philosophiam aut vllum liberale respicit studium, nisi cum ludi intercalantur? *de natur* 38

DE LVDO GYMNICO.

De saltatione & Tripudiatione muliebri, molli, & honesta.

Scipio triumphale illud & militare corpus mouit ad numeros, non molliter se infringens (vt nunc mos est etiam incessu ipso vltra muliebrem mollitiem fluentibus) sed vt illi antiqui viri solebant, inter ludos ac festa tempora, virilem in modum tripudiare: non facturi detrimētum, etiamsi ab hostibus suis spectarentur. 1. *de tranq.* 15.

Chorus consertis manibus in se redeuntium.

Comitatus virtutum consertarum & inter se cohærentium *epist* 91.

Quid ille consertis manibus in A se redeuntium chorus? Quare sorores? & quare manibus implexis? 1. *de ben* 3. [A Sic ab Horat. 3. *od.* 21 Gratiæ finguntur semper inter se cōiunctæ ibi, segnesque nodum soluere Gratiæ, sic corripere in nodum Virgil. 8 *Æneid* Stringere nodum, Ambrosius *libro* de velandis virginibus vsurpauit pro, coniunctis manibus teneri.

Dixerunt non omnes simul, tanquam in chorum manu ducente Grammatico, sed singuli ex his: Hic meus est dies. *Suasor.* 1.

DE CVRSV.

Carceribus includi: dato signo prosilire.

In certamen cursus compositi & carceribus inclusi, operire debent suum tempus, ad quod velut dato signo prosiliant. 2. *de ben* 25.

Hieran facere raro cursoribus euenit.

Quod raro cursoribus euenit Hieran A fecimus *ep.* 84. [A subaudi δρόμον, id est, sacrum cursum, sic medici ἱερὰν νόσον, sic nautæ sacram anchoram.

De Iactu.

Qui iaculari discit, destinatum locum captat, manum firmat ad dirigenda quæ mittit Cum hanc vim ex disciplina & exercitatione percepit, quocunque vult illa vtitur, discit enim nō hoc aut illud ferire, sed quodcunq; voluerit *ep.* 95.

Scire debet quid petat ille qui sagittam vult mittere, & moderari manu telum errant consilia nostra, quia non habent quo dirigantur *epist* 71.

Sagittarius non aliquādo ferire debet, sed aliquando deerrare *epist.* 29.

Exerceamur ad palum. *epist.* 18

De Virtute.

Alij didicerunt vix humanis tollenda viribus onera portare 2 *de ira* 13.

DE LVCTATIONE ET ATHLETIS.

Athletarum dura exercitatio.

Athletæ A in vilissima sui parte occupati, ictus doloresque patiuntur, vt vires excedentis exhauriant, nec cum ira suadet feriunt, sed cum occasio. Pyrrhum maximum præceptorem certaminis gymnici solitū aiunt his quos exercebat præcipere, ne irascerentur. Ira enim perturbat artem 2 *de ira.* 14 [A Huc refer has iuris quæstiones: quid iudicari oporteat, si quis in colluctatione vel in pancratio, vel dum pugiles se exercent, alius alium occiderit. *l. qua actione* 7. § 4 *ff. ad l. Aquil.* An Athletæ, Thymelici, Xystici, agitatores, qui aquam equis spargunt, designatores seu βραβευταὶ artem ludicram faciant. *l.* 4 *ff. de his qui notantur infamia.*

Athletas videmus quibus virium cura est, cum fortissimis quibusque confligere, & exigere ab his per quos certamini præparantur, vt toties contra ipsos viribus vtantur. cædi vexarique patiuntur, & si non inueniunt singulos pares, pluribus simul obiiciuntur *de prouid.* 2.

Athleta non potest magnos spiritus ad certamen afferre, qui nunquam suggillatus est illa qui fudit sanguinē suum, cuius dentes non crepuerunt sub pugno Ille qui supplātatus aduersarium toto tulit corpore, nec proiecit animum proiectus, qui quoties cecidit contumacior surrexit, cum magna spe descendit ad pugnam 2. *de ben* 13 *in prin.*

Athletæ quantum plagarum ore, quantum toto corpore excipiunt? ferunt tamen omne tormentum gloriæ cupiditate nec tantum quia pugnant ista patiuntur, sed vt pugnent, exercitatio ipsa tormentum est *epist.* 79.

Quidam sole & exercitatione & cura corporis diem educunt, athletisq; vtilissimum est lacertos suos roborq; cui se vindicauerunt, maiore tēporis parte nutrire. 1. *de ira* 3 *in pr.*

Pancratio aut cestu exercere suos Lacedæmonij non patiebantur.

Lacedæmonij vetant suos Pancratio B aut cestu c aut decernere, vbi inferiorem ostendit victi confessio. Cursor metam prior cōtingit velocitate illum non animo antecessit. Luctator ter abiectus perdidit palmam, cū inuictos Lacedęmonij ciues suos magno æstimarent ab his certaminibus remouerunt, in quibus victorem facit non ipse iudex, sed vox cedentis & tradere iubentis. 5 *de benef.* 3. [B Plutarchus refert Lycurgū ea certaminum genera sustulisse, ἐν οἷς χεῖρ ἀνατείνεται in quibus manus ad feriēdum leuatur, merito: huiusmodi enim exercitia frāgunt & debilitāt potius quam fouent corpora Ita videtur Propertius 3. eleg. 14. hallucinatus Spartanorum palæstram sic describere Et patitur duro vulnera pācratio: Nunc ligat ad cestum gaudētia Martia loris. [c de his Manilius 5 ille, inquit, cito motu rigidos eludere cestus, Nunc exire leuis missos, nunc mittere palmis, Mobilibusque citos ictus glomerare lacertis exire dixit, pro eludere, & se extricare.

De sphyromachia.

Hodierno die non tantum meo beneficio mihi vaco, sed spectaculi, quod omnes molestos ad sphyromachiam A inuocauit *& post*: Ecce ingens clamor ex stadio perfertur, & me non excutit mihi, Cogito mecum quam multi corpora exerceant, quam ingenia pauci, quantus ad spectaculum non fidele & lusorium fiat concursus, quanta sit circa artes bonas solitudo, quam imbecilli animo sint, quorū lacertos humerosq; miramur Illud maxime reuolno mecū si corpus perduci exercitatione ad hanc patientiam potest, qua & pugnus pariter & calces non vnius hominis ferat,

Sanac. h

qua solem ardentissimũ in feruentissimo puluere sustineat aliquis,& sanguine suo madens diem ducat, quãto facilius animas corroborari possit, vt fortunæ ictus inuictus excipiat, vt proiectus,vt conculcatos exsurgat? His multo ci-bo, multa potione opus est, multo oleo, multa denique opera tibi continget virtus sine apparata sine impensa *ep.* 81. [A Hoc loco nonnulli sphæromachiam legunt, non sphyromachiam Ex superioribus tamen apparet sphyromachiam,esse pugnotam partes & calcium pugnam.

Magnus luctator qui habendus sit.

Magnus luctator est, non qui omnes numeros nexasque perdidicit,quorũ vsus sub aduersario rarus est,sed qui in vno se aut altero bene & diligenter exercuit, & eorum occasiones intentus spectãt. nec enim refert quam multa sciat, si scit quantum victoriæ satis est. 7. *de beneficiis prima.*

Olee vtebantur athleta.

Pessimæ notæ mancipia sunt, homines a inter *oleum & vinum* occupati,quibus ad votum dies est actus. si bene sudauerunt,si in locum eius quod defluxit, multum potionis alterius ieiuno gutture iniecerunt Bibere & sudare vita cardiaci est. *ep.* 15. [a innuit athletas eos ve qui occupantur in exercendis lacertis.

Sudorem olei vnctione discutere 1.*contr.*

Ceroma.

Totum athleratum fatum mihi illo die perpetiendum fuit A ceromate nos Aphe excepit. 7.*epist.* 58.*in pr.*

Illum tu otiosum vocas,qui in ceromate, (Nam, proh facinus, ne Romanis quidem vitiis laboramus) spectator puerorum exercentium sedet *de brev vit. in pr.*

De certaminibus sacris.

In certaminibus e sacris plerique vicere, cædentium manus obstinata patientia fatigando. *in sap. non cad iniur.* 9. [c Qui certaminibus sacris deseruiebant, ignominiosi non erant. *l.* 4 *ff. de his qui notantur infamia* Commodis præmiorum (quæ propter coronas sacras præstantur) condemnato placuit interdici,& eam pecuniam iure pignoris, in causam iudicati capi. *l. commodis.* 40 *ff. de re iudicata*, spes præmiorum quæ pro coronis athletis persistanda sunt neque generaliter neque specialiter pignorari pacto priuato posse *l.* 5. *Cod quæ res pignor.* Vacationem tribus athletis si probantur per omnem ætatem certasse, & coronati non minus tribus coronis certaminis sacri *l. vnic. Cod. de athletis.*

DE CIRCO.

Quam nunc in circo cretam a vocamus,(al metam) calcem antiqui dicebant. *epist* 109 [A Glossæ c. de spectaculis. Creta λευκὴ Cicero i Tusculana: Nunc video calcem. Lucretius : Tu mihi supremæ præscripta ad candida calcis sic dicta forte, quod curriculi finis creta aut calce notaretur.

Non sustineo vos morari, scio quam sit odiosa res Circensibus pompa 1.*controuers.*

Super circense tomentum per suturas veteris lintei effluens incubabo. *de vit. beat.* 25.

Manifestior notari solet agitatorum a lætitia, cum septimo spatio palmæ appropinquãt *epist* 30. [a Hi vt & Athletæ Thymelici,& Xystici,& qui aquam equis sparguot, artem ludicram non faciunt. *l.* 4 *ff de his qui notantur infamia.* Glossis agitatores ἡνίοχοι.

DE THEATRO.

De tribus theatris Romæ.

In hac ciuitate tribus in hoc tempore theatris vix postulantur, in hac consumitur, quicquid terris omnibus aratur. 1.*de clement* 6.

De theatro Pompeij.

Decernebatur statua Seiano in Pompeij theatro ponenda, quod exustum Cæsar reficiebat Exclamauit Cordus, tum vere theatrum perire. Quis ergo non rumperetur supra cineres Cn Pompeij constitui Seianum, & in monumentis maximi Imperatoris consecrari pessimum militem *ad Mart.* 22.

De scenicis & mimicis.

Artifices scenici qui a imitantur affectus, qui metum & trepidationem exprimunt, qui tristitiam repræsentant, hoc iudicio imitantur verecundiam deiiciant enim vultũ, verba submittunt, figunt interdum oculos & deprimunt, ruborem sibi exprimere non possunt. *epist* 11. [A adde Nouellam de Consulibus.

Mirari solemus scenæ a peritos quod in omnem significationum & affectuum parata est illorum manus, & verborum felicitatem gestus assequitur. *epist.* 121 [a *al* saltationis peritos Porro scenam Labeo definit quæ ludorum faciendorum causa quolibet loco, vbi quis consistit, mouetur que, spectaculum sui præbiturus, posita sit in publico priuatoue vel in vico. *l.* 1. §. *vltim ff.* de his qui notantur infamia.

De Publio nonnulla, eoque comicis & tragicis comparato: Verba ad summam caueam spectantia, cothurno & siparia fortiora.

Publius tragicis comicisq; vehementior ingenijs quoties mimicas ineptias, & verba ad summam caueam spectantia reliquit ? inter multa alia cothurno non tantum siparia fortiora, & hoc ait, Cuiuis potest accidere, quod cuiquam potest. *t. de tranq* 11.

Fabula Pantomimi ab aliis composita.

Memini auditorem Latronis Abronem Sylonem, patrem huius Sylonis qui fabulas Pantomimis scripsit. *Suasor.* 2.

De Togatis, Comœdiis, Tragœdiis.

Sapientia est, quam Græci σοφίαν vocant Quod & togatæ tibi antique probabunt & inscriptus monumento Dossenni Titulus, Hospes resiste & sophiam Dosseni lege. *epistol* 90.

Non attingam tragicos aut togatas nostras, habent enim aliquid seueritatis, & sunt inter Comœdias & Tragœdias mediæ Quantum disertissimorum versuum inter mimos iacet ? quam multa publij non excalceatis, sed cothurnatis dicenda sunt? *epist* 8

De Pantomimis & arte saltandi in Theatro, & Ornamentis Pantomimicis.

Non est necesse fabro de fabrica quærere quod eius initium non magis quam Pantomimo de arte saltandi. Omnes istæ artes se sciunt *epist* 96.

Pantomimica a ornamenta *epist* 29. [A Pantomimus quid, explicat Cassiodorus Variorum ad Albinum & Albienum Hanc, inquit, partem musicæ disciplinæ, mutam nominauere maiores scilicet quæ ore clauso manibus loquitur, & quibusdam gesticulationibus facit intelligi, quod via narrãte lingua aut scripturæ textu possit agnosci Claudianus: Qui gestu manibusque loquax Primus omniũ qui Romæ in scenam prodiit, pantomimus est Pylades ab Augusto ex Asia euocatus *Suet.* Latianus, Zosimus l 3 gestus, saturus apud Manulium *lib.* 5.

Scenæ apparatus commatitius, qua die ad dominos referebantur.

Alieni commodatique apparatus sunt : collatitiis & ad dominum redituris instrumentis scena adornatur. alia ex his primo die, alia secundo referentur, pauca vsque ad finem perseuerabunt. *ad Mart.* 10.

Ad impensam ludorum amici pecuniam conferebant.

Græcinus Iulius cum ab amicis conferentibus ad impensam ludorũ pecuniam acciperet, magnam pecuniam a Fabio Persico & Rebilo, homine eiusdem infamiæ, non accepit a *de benef* 21.

Sceptrum & chlamys scenicis nonnullis: elatum & cothurnatum incedere: excalceari: ad staturam suam redire.

Nemo ex illis quos purpuratos vides felix est, non magis quam ea illis quibus sceptrum & chlamydem in scena fabulæ assignant, cum præsente populo elati incesserunt & cothurnati simul exierunt, excalceantur & ad staturam suam redeunt. *epist* 77.

Personati

Quod videt accidere pueris, hoc quoque nobis maiusculis pueris euenit. illi quos amant quibus assueuerunt, cum quibus ludunt, si personatos vident, expauescunt Non hominibus tantum, sed & rebus persona demenda est & reddenda facies sua. *epist* 24.

Mimus vita humana: partes agendas assignare.

Nullo exemplo efficacius exprimitur hic humanæ vitæ mimus, qui nobis partes has quas male agamus assignat *epist* 81.

Fabula & vita comparatio: fabulam bene agere.

Quomodo fabula, sic vita, non quamdiu, sed quam bene acta sit refert *epist.* 78.

Meretrices nudatas producebant in scenam.

Hoc iudicium Claudianum inter Ciceronem Catonemque cõmissum est, Catonem inquam illum quo sedẽte negatur populus permisisse sibi postulare *florales iocos* nudãdarum a meretricum, si credis spectasse tũc seuerius homines, quam iudicasse *epist* 98 [A Tertullianus libro de spectaculis cap. 10. Ipsa etiam prostibula, publicæ libidinis hostiæ in

scena

scena proferuntur, &c. Isidor. 18. Idem theatrum, idem & prostibulum: eo quod post ludos exactos meretrices ibi prosternerentur dixi nonnulla ad Nonellam. 105 c. 1.

Missilium accendorum & captandorum elegans pictura.

Qui aliquid virtute melius putat, ad hæc quæ à fortuna sparguntur, sinum expandit, sollicitus *missilia* eius exspectat, hanc imaginem animo tuo propona, ludos facere fortunam, & in hunc mortaliū cœtum honores, diuitias gratiam, excutere, quorum alia inter diripientiū manus scissa sunt, alia impia societate diuisa, alia magno detrimēto eorum, in quos deuenerant prehensa aa quibusdam alia agentibus ceciderunt quædam, quia nimis captabantur, amissa, & dū auide rapiuntur expulsa sunt nulli vero etiam cui rapina fœliciter cessit, gaudium rapti durauit in posterum itaque prudētissimus quisque cum primum induci videt munuscula, à *theatro* fugit & scit magno parua constare. nemo manum conserit cum recedente, nemo exeuntem ferit, circa primum rixa est, idem in iis euenit, quæ fortuna desuper iactat æstuamus miseri, distringimur, multas habere cupimus manus, modo in illam respicimus nimis tarde uobis mitti videntur, quæ cupiditates nostras irritant, ad paucos peruentura. exspectata omnibus Ire obuiam cadentibus cupimus, gaudemus siquid inuasimus, inuadendi vana spes delusit ? vilem prædam magno aliquo incommodo luimus aut inde fallimur. secedamus itaque ab istis ludis & demus raptoribus locum, illi spectent bona ista pendentia, & ipsi magis pendeant. *epist.* 74.

De equestribus, sedibus equitum & attit. gradibus.

Equestria A omnium equitum Romanorum sunt illic tamen locus meus fuit proprius quem occupaui. hoc sicut cessi, quamuis illi communi recesserim, tamen aliquid dedisse videor. Quædam quorundam sunt sub certa cōditione. Habeo in equestribus locum non vt vendam, non vt locem, non vt habitem, in hoc tantum vt spectem. Præterea non mentiar si dicam me habere in equestri locum, sed cum in theatrum veni, si & non plena sunt equestria & iure habeo locū illic, quia sedere mihi est libitū, & non habera, quia ab iis, cū quibus mihi loci ius cōmune est, occupatus est *& post*: Equestria mihi non licet vendere, & tamen cōmunia mihi cum cæteris equitibus sunt. 7. *de benef.* 12. [A Equestria equitum subsellia. sic popularia, loca populi vel plebis. *Suet. Domitiano.* 4 *Caligula. Tertul.*

Communia & vniuersitatis equestria. *ibid.*

Beneficium vocas dedisse potentis populi ciuitatem, & in attit. gradus, & defendisse capitis reum. 3. *de benef.* 9. [u Ordo in spectaculis sedendi Romæ varius fuit sub regibus pudore quidē populi magis quam lege vlla in circo (nullū enim tū theatrū) locus senatoribus & equalibus adsignatus fuit. Post, anno vrbis 557 cautum, vt senatus à populo secretos spectaret, annitente Scipione etiam maiore, cuius facti post pœnituisse legimus Nam populus indigne tulit, patrum ambitione ad id se cogi, quod sponte antea præstabat. Plane Sullæ tēporibus promiscue in theatris spectasse vna cum fœminis, testis Plutarchus, *in Sulla.* Post, anno vrbis 588 Roscia lege eques à plebe distinctus, & attit. gradus adsignati, equitibus sic tamen vt qui in ordine equestri decoxissent, remotiore loco sederent. *Cicero* [*Philipp.* 2. *Plutarchus in Cicerone*: 7. *Pim.* 30. quam duritiam Augustus postea remisit equitibus qui non vitio suo decoxissent, sed bellorum ciuilium miseris Et hos gradus equestria vocarunt. Quin & senatoribus quoties quid spectandum publice proponeretur, primus subselliorum ordo, decreto patrum assignatus. *Suet. Augusto* 44 locus autem is orchestra, plurium graduum, puta quatuor aut quinque: quorum digniores habiti, qui podio & arenæ proximi. Nam & primi senatorum in podio spectabant, & consules & magistratus cum omni pompa lictorum suorum ac via totum *Tacit* 16. *Annalium.* Quin principi in Podio quoq; suggestus ac cubiculum suum. *Suet. Iulio & Nerone* 12. *Plinius ad Traianum.* Eodem podio sedere quoque Vestales, *testis Prudentius.* Tertius locus præter orchestram & equestria, locus fuit plebi suus, *Popularia.* Cauea nimirum media & summa. *Suet. Claudio* 25. & in his rursus ordo aliquis statutus. *Suet. Augu. c.* 44. Militem secreuit à populo: maritis à plebe proprios ordines adsignauit: prætextatis cuneum suum, & proximum pædagogis: sanxitq; ne quis pullatorum media cauea sederet Fœminis ne gladiatores quidem (quos spectari promiscue solēne erat) nisi ex loco superiore spectare cōcessit.

De sedentibus in Theatro.

Plurimis in circo aut theatro desidentibus, iam funesta domus est, & annunciatum malum. *de vit. beat.* 28

Senec

Populus interdum non tulit impias actorum & scenicorum voces; & impetu facto actores ipsos eiicere voluit.

Nec apud Tragicos desunt qui lucro innocentiam, salutem, opinionem bonam mutent.

Sine me vocari pessimum simul vt diues vocer.
An diues sit, omnes quærimus: an bonus, nemo.
Non quare & vnde: quid habeas, tantum rogant.
Vbique tanti quisque, quantum habuit fuit.
Quid habere nobis turpe sit quæris? nihil.
Aut diues opto viuere, aut pauper mori.
Bene moritur quisquis moritur, dum lucrum facit.
Pecunia A ingens generis humani bonum,
Cui non voluptas matris, aut blanda potest
Par esse prolis, non sacer meritis parens.
Tam dulce si quid Veneris in vultu micat,
Merito illa amores cœlitum atque hominum mouet.

Cum hi nouissimi versus in Tragœdia Euripidis pronūciati essent, totus populus ad eiiciendum & actorē & carmen consurrexit vno impetu donec Euripides ipse in medium prosiluit, petens vt spectarent viderentque quem admirator auri exitum faceret. Dabat in illa fabula pœnas Bellerophontes, quas in sua quisque dat. Nulla enim auaritia sine pœna est *epist.* 116. [A Græci versus hi exstant apud Athenæum li. 4. Deipnosophistōn ὦ χρυσὲ δέξιωμα κάλλιστον βροτοῖς ὡς οὔτε μήτηρ ἡδονὰς τοιὰς δ' ἔχει, οὐ παῖδες ἀνθρώποις, οὐ φίλος πατήρ, οἵας σὺ χ' οἱ σὲ δώμασιν κεκτημένοι εἰ δ' ἡ Κύπρις τοιοῦτον ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ, οὐ θαῦμ' ἔρωτας μυρίους αὐτὴν τρέφειν.

Fauete & plaudite.

Vnam rem adhuc adiiciam, fauete ac plaudite. 4. *natural.* 8.

DE AMPHITHEATRO ET GLADIAtoribus.

Detestatio spectaculi gladiatorum & amphitheatri.

Homo A sacra res, homo iam per lusum & iocum occiditur, & quem erudiri ad inferenda accipiendaq; vulnera nefas erat, is iam nudus, inermisq; producitur, satisq; *spectaculi* in homine mors est. *epist* 96. [A His de causis merito Constantinus noster cruenta hæc spectacula & gladiatores edicto sustulit. *l. vnica. Cod. de gladiatoribus tollendis.*

Non alia quam in ludo gladiatorio vita est, cum iisdem viuentium pugnātiumque Ferarum iste conuentus est, nisi quod illæ inter se placidæ sunt, morsuque similium abstinent, hi mutua laceratione satiantur. 2. *de ira.* 8.

De edictis ludorum ac munerum.

Nemo qui obstetricem parturienti filiæ solicitus accersit edictum & ludorum ordinem perlegit. *epist* 118.

De edicto die ludorum.

Omne tempus illis graue est tam mehercules, quā quando dies muneris gladiatorij edictus est, aut cum alicuius alterius vel spectaculi vel voluptatis exspectatur constitutum, transilire medios dies volunt. *de breu. vit.* 16.

Munera gladiatoria plures dies occupabant: & de paribus nouis gladiatorum per omnes dies dispensatis.

Nunquid feliciorem eum iudicas qui summo die muneris, quam eum qui medio occiditur? *epist.* 94

Quod *munerarij* solent facere ad exspectationem populi detinendam, noua paria per omnes dies dispensant, vt sit quod populum delectet, & reuocet 4. *contr. in proœmio.*

De Matutino spectaculo. Matutino spectaculo bestiæ ipsæ initio inter se committebantur: postea ipsis bestiis homines.

Vides e solemus intrat matutina arenæ spectacula, tauri & vrsi pugnam inter se colligatorum, quos cum alter alterum vexauit, suus confector spectat. 3. *de ira.* 43.

Bestiarij matutino spectaculo producti: In arena locum ac secretum sibi exonerando corpori in id bestiarijs profecti, sine custode, licuit. Ibidem spongia adhærebat ad emundanda obscœna.

Nuper in ludo bestiariorum A vnus è Germanis cum ad matutina spectacula pararetur, secessit ad exonerandum corpus, nullum aliud illi dabatur sine custode secretum Ibi lignum id, quod ad emundanda obscœna adhærēte spongia positum est, totum in gulam farsit, & præclusis faucibus spiritum elisit. *epist* 71. [A Bestiarios vocat eos, qui cum bestiis pugnabant: siue bestiis pugnaturi obiiciebantur iudicis sententia, siue dominorum sæuitia, siue mercede cōducti, siue virtutis ostendendæ gratia *l.* 1. §. 6 *ff de postulando.* Græci θηριομάχους appellant.

Cum adueheretur nuper inter custodias quidā ad matutinum spectaculum missus, tanquam somno premeure nutaret, caput vsque eo demisit, donec radiis insereret, & tādiu se in sedili suo tenuit, donec ceruicem circumactu rotæ frangeret. eodem vehiculo quo ad pœnam ferebatur pœnam effugit. *epist.* 71.

De Meridiano spectaculo. Eiusdem detestatio: Lusus & sales in eo interpositi, & cur à matutino vt differat: Eiusdem furor & lanienа: Edictis à muneratiis cum omni suo apparatu promissum: De paribus gladiatorum ordinariis & postulatitiis: Ferro & igne res vtrobi gesta à pene nudis: Spectatores exhortabantur pugnantes ad mutuam lanienam quemadmodum & ijsdem indignabantur, si lentius aut timidius pugnarent Intermisso spectaculo, iugulabant eos, qui penitus non fuerant occisi.

Nihil tam damnosum bonis moribus, quam in aliquo spectaculo desidere tunc enim per voluptatem facilius vitia surrepunt, quid me existimas dicere? auarior redeo, ambitiosior, luxuriosior? imo vero crudelior, & inhumanior, quamuis A inter homines fui Casu in *meridianum* a *spectaculum* incidi, lusus e spectans & sales, & aliquid laxamēti, quo hominum oculi ab humano cruore acquiescant, contra est. Quidquid antepugnatum est, misericordia fuit. nunc omissis nugis mera homicidia sunt, nihil habent quo tegantur ad ictum totis corporibus expositi, nunquam o in frustra manum mittunt Hoc pleriq; ordinariis paribus u & postulatitiis præferunt, quid ni præferant? non f galea, nō scuto repellitur ferrum. Quo munimenta? Quo artes? omnia ista mortes meræ sunt. Mane leonibus c & vrsis homines, meridie spectatoribus h suis obiiciūtur Interfectores interfecturis iubentur obiici, & victorem in aliam detinent cædem. Exitus pugnantium mors est ferro & igne i res geritur hæc fiunt, dum vacat arena. Sed latrocinium k fecit aliquis? quid ergo meruit? vt suspendatur. Occidit hominē? quia occidit, ille meruit vt hoc pateretur. Tu quid meruisti miser vt hoc spectes? *Occide, vre, verbera: Quare tam timide incurrit in ferrum? quare parum audacter occidet? quare parum libenter moritur?* plagis aguntur in vulnera, & mutuos ictus nudis & obuiis pectoribus excipiunt. Intermissum est spectaculum? interim iugulantur homines, ne nihil agatur. *epist.* 7. [A ita emendo nisi malis ita, quia inter homines, non fui [a quod, pro meridianum Augustino 8. *Cōfessionum.* His meridianis spectaculis Claudiū vehementissime delectatum refert Suetonius Claudiano c. 34. & Dion. c Inter meridianas crudelitates lusus quidam miscebātur. Tertullianus c. 12. *apologetici.* Risimus inter ludicras meridianorum crudelitates Mercurium mortuos cauterio excitātem vt verisimile sit hos lusus ipsas gladiatorum pugnas subsequutos fuisse. [o *V s Quintil.* 14. & 9. *ca.* 1. *Apuleium* 4. [z Parium alia ordinaria, alia postulatica. Hęc autē erant, quæ populus postulauerat à Cæsare suo ludo. Suetonius Caligula c 30. Cum Tetrinius latro postularetur, & qui postularent Tetrinos esse ait, Idem Claudio c 21. Palumbum postulantibus, promisit se daturum. Idem Domitiano c 4. Populo potestatem fecit bina paria è suo ludo postulandi, [f Meridiani sine galea, sine scuto *vt hic* nihil habebāt quo tegerentur, ad ictum totis corporibus expositi, nunquam frustra manum mittebant, vt paulo ante dictum est. Itaque meridiani non veri gladiatores, sed lanij potius mera, inquam, laniena meridianorum fuit, non legitima pugna. [c Mane seu matutino spectaculo bestiarij producebantur, vt supra ostensum est. Quod & sequentia confirmant. Martialis 6 epig 66. Dat maiora nouus prælia mane dies & 10. epigr. 25. In matutina nuper spectatus arena: & Xeniis c. 96 Matutinorum non vltima præda ferarum Sæuus Orya. [A legendum puto, *confectoribus.* [s Cur dixit igne rem geri? iurabant gladiatores inter cetera, vri, vt mox dicetur. [c Latrones, grassatores & similes bestiis obiici solitos hinc colligas.

De Lanista.

Lanista A familiam suam summa cura exercet atque ornat quia aliter sibi prodesse nō potest 6 *de benef.* 12. [A Lanista, Tbusca lingua, carnifex appellatur. Isidorus 10 hic autem pro eo qui laniandis gladiatoribus præest, vt & Donato.

Munera editoribus gladiatorum amici mittebant, vt arma gladiatoria: venationem edituris, arma venatoria.

Nemo tam stultus est, vt monendus sit, ne cui gladiatoria aut venatoria arma iam munere edito mittat, & vestimenta æstiua bruma, hyberna solstitio. 1. *de benef.* 12.

Arenarij nonnunquam ex nobilissimis domibus luxuria sua facti.

Aspice illos iuuenes, quos ex u nobilissimis domib. in arenam luxuria protexit. *ep.* 100. [u Nero, munere (quod in Amphitheatro ligneo in regione Martij campi intra anni spatium fabricato dedit) exhibuit ad ferrum quadringentos senatores, sexcentosque equites Romanos, & quosdam fortunæ atque existimationis integræ ex iisdem ordinibus confectoresqua ferarum, & varia arenæ ministeria *Suet.* Nerone. 12.

De locis & gradibus Amphitheatri senatus, equitibus & populo ad spectandum adsignatis: de summa cauea.

Publius quoties e verba ad summam D caueam spectantia reliquit? inter multa alia cothurno non tantum sipario fortiora; & hoc ait, cuius potest accidere quod cuiquam potest. *de tranq.* 11. [e Id est, quoties omissis vilibus, & quæ ad gustum plebis, selecta, & digna senatu dixit. [o Sūma cauea innuit imā & mediam fuisse. Ima seu arenæ proxima, orchestra: senatorio ordini tributa Post orchestram XIIII. gradus seu equestria locus ac sedes equitum a media cauea ad summam, popularium seu tertij ordinis gradus. Propertius Colla caue inflectas ad summum obliqua theatrum.

De sacramento seu auctoramento veræ ac iustæ militiæ: seu militum item gladiatorum: & quemadmodum iurauerint: in hæc tria Necem, verbera, vstionem.

Quod maximum vinculum est ad bonam mētem promisisti *virum bonum*, sacramento ligatus es, deridebit si quis tibi dixerit, mollem esse militiam & facilem. nolo te decipi. Eadem honestissimi A huius & illius turpissimi autoramēti verba sunt, n *Vri, vinciri,* c *ferroque necari.* ab illis qui manus arenæ locant & edunt ac bibunt, quæ per sanguinem reddant, cauetur vt ista vel inuiti patiantur à te vt volens libensque patiaris. illis licet arma summittere, misericordiam populi tentare. Tu neque submittes, nec vitam rogabis, recto tibi inuitoque moriendum est, *ep.* 37. [A id est, militiæ iustæ atque ordinariæ [n Iurabant in hęc tria gladiatores, Vri, vinciri (vel vt infra est, verberari, cædi, vulnerari) ferro necari seu occidi si pugnando cecidissent, necem: si timidius aut pugnassent aut fugissent, ignem aut verbera patiebantur. *Horatius* 2. *Satyr.* 7. *l. Vlti*ma. § *Mastigophori ff. de muneribus.* [c aut quod tantundem verberari, cædi, vulnerari, vt infra legemus Petronius Satyrico: Iurauimus vri, vinciri, verberari Tibullus Torquere dixit. 1. elegia quarta Vre, feri, torque. Hunc in finem constituti mastigophori, seu flagriferi, & lorarij *d.* §. *mastigophoro.*

Fides nullo extrampitur præmio Vre inquit, cæde, occide, non prodam, sed cum magis secreta quæret dolor, hoc illa altius condam. *epist.* 89.

Quid miraris, si vri, vulnerari, occidi iuuat, aliquando etiam liber. *epist.* 73.

De Cautionibus gladiatorum ac veluti moribus quibusdam inter gladiatores obseruatis. In arena consilium capere.

Vetus prouerbium est, gladiatorem in arena capere consilium. aliquid aduersarij vultus, aliquid manus mota, aliquid ipsa inclinatio corporis intuentem monet *ep.* a [*su pr.*

De raritate munerum queri & ea optare.

Ego Mirmillonem sub C. Cæsare de raritate munerum audiui querentem. Quam bella, inquit, ætas perit? *de pro.* 4.

Cum inferiore non componi.

Pudet congredi cum homine vinci parato Ignominiam indicat gladiator cū n inferiore componi, & scit eum sine gloria vinci, qui sine periculo vincitur. *de provid.* 3. [n Editoris, imo ipsius gladiatoris cura ac votum erat, vt pares cum paribus confligerent sic Lucanus 3. veluti fatalis arenæ Muneribus, non ita vetus concurrere cogit, Productos odere pares.

De signo pugnæ, Signum pugnæ accipere: Ventilare, in ventum iactare brachia, lusoria telo vti.

Quam stultum est cum signum a pugnæ acceperis, ventilare remoue ista lusoria arma, decretoriis opus est. *ep.* 118 [s signum commissionis & veræ pugnæ tubis dabant Virgil Plin. a ep. Statius in syluis: Hinc Iuuenali, Floralis tuba, quæ in commissione, floralium. Apuleius 10. tuba terminalis ludorum.

Aliud est pugnare, aliud ventilare. [A Hoc ita semper arbitratum est, scholam quasi ludum esse, forum arenam. 3. *contr.* [A Ventilare est in prælusione ipsa, parmas, clypeos, hastas & gladios in altum iacere, & recipere cum venustate. *Mart* 9,

Soluera

Soluere ista quid aliud est, quam manum exerere & iuuentum iactare brachia? 7. *natural.* 13.

Illos vero altissimus error iste non tenuit, vt putarent Iouem modo leuioribus fulminibus *& lusorius* telis vti 2. *nat.*

Percussus gladiator.

Ars ei constat qui per *ornamenta* percussus est. *epist.* 14. Ornamenta cum dicit, arma intellige, & quidem gladiatorum, quorum arma ornamenta. quod etiam probatur ex loco Senecæ 4. *nat.* 1.

In statu & gradu gladiator.

Omnes sciunt quomodo te in isto gesseris vulnere, verum ne statim percussus arma submiseris *an in statu* A *& gradu* steteris *ad Polyb* 25. [a In statu & gradu stare, est ea compositione esse, vt occidas vel occumbas cōsistere membris dixit author poematii ad Pisonem Huic contrarium est apud Laberium, de statu dimouere: apud Ciceronem in Bruto, de statu deiicere: apud Gellium, statum aduersarij conturbare.

Quæris quid inter duos intersit? quod inter gladiatores fortissimos, quorū alter premit vulnus & constat in gradu alter respiciens ad clamantem populum, significat nihil esse, & intercedi a non patitur *in sap non cad.* 16 [a Populus nonnunquam intercedebat pro victis lætisque.

Arma submittens ac proiiciens gladiator.

Gladiatoribus licet arma submittere, misericordiam populi tentare: tu neque submittes arma, nec vitam rogabis. recto tibi inuictoque moriendum est. *epist.* 37.

In rerum molestarum certamine superari turpe est, dummodo arma non proiicias, & victus quoque velis vincere. 5. *de benef.* 2.

Quid ergo istum aduersariū mihi assumam? statim arma submittet. *de proud* 3.

Pares gladiatores censebantur, si vnus multis vulneribus confossus alter leuiter saucius.

Solet fieri vt etiam cum alter multis vulneribus cōfussus est, alter leuiter quidem saucius, pares exisse dicantur: quamuis alter videatur inferior 3 *de benef.* 3.

Victoris gladiatoris conditio dura, & cur.

In gladiatoribus dura conditio victoris est, cum moriente pugnantis. Nullum magis aduersarium timemus, quam qui vincere non potest, occidere potest. Concitatissima rabies est in desperatione. forte vltima in furorem animus impellitur. 4. *de Clem.*

Ferulis noui autorati vapulabant

Proximo munere inter nouos autoratos A ferulis vapulare placet *in ludo*. [A Autorati, qui mercede operam suam locabāt ad ludum gladiatorum Horat. 2 *Satyr* 7 vnde auctoramentum, præmium auctorati. *Patercul.* 2. & inde quoduis ac cuiusuis. *Cic* 1 *offic.*

Victus gladiator iugulum victori præstabat, & errantem gladium sibi attemperabat.

Gladiator tota pugna timidissimus iugulum aduersario præstat, & errantem gladium sibi attemperat. *epist* 30.

Gladiatores inuisos a habemus, si omni modo vitam impetrari cupiunt: fauemus si contemptum eius præ se ferunt. 1. *de tranq.* 11. [a Cicero. 3. *Philippica*: Quod gladiatores nobiles faciunt, vt honeste decumbant, faciamus.

Eo magis cōfodieris & reuulneraberis, quia nescis præbere iugulum. Morieris expeditius, quia ferrum non subducta ceruice nec manibus opposita, sed animose recipis. 1. *de tranq.* 11.

Spectator populus hortabatur ipsos gladiatores vultu ac gestu ad mutuas cædes: ac pro suo quisque studio in gladiatores, inter se sponsiones faciebant, & rixas mouebant

Quid meruisti miser vt hoc spectes? Occide, vre, verbera. Quare tam timide incurrit in ferrum? quare parum audacter occidit? quare parum libenter moritur? *epist* 7.

Quid? gladiatoribus quare populus irascitur, & tam inique, vt iniuriam putet, quod non libenter pereunt? Contemni se iudicat & vultu, gestu, ardore de spectatore in aduersarium vertitur. 1 *de ira.* 2.

Non spectacula meunt, ex quibus materia c criminis ac periculi quæritur. *& post*: Quem è ludo in carcerem ire iuuat? 1 *de clem* 26 [c Pro cuiusque spectatoris studio in gladiatorem rixæ fuerunt, sponsiones, & cædes. *Suet. Tito.* 8. *Domitiano* 10. *Plinius panegyrico Traiani* 1 *Epictetus* 3. *Dissertationum*: *Quod.* 5. *de arte* sic Parmularij dicebantur, qui Thracum armaturæ & parmæ fauebant, & scutotiani.

De Spoliario.

Nunquid aliquem tam cupidum esse putas vitæ, vt iugulari in Spuliario, quam in arena malit? *epist.* 94.

Videant largum in foro sanguinem, & supra Seruilianum lacum. id enim proscriptionis Syllanæ spoliarium A est. *de prouidentia diuina* 3 [Spoliarium, locus non in amphitheatro, sed iuxta, in quē recipiebantur & vnco rapiebātur ex arena mortui aut grauiter in arena læsi. Lampridius *in Commodo*: Gladiatoris cadauer vnco trahatur gladiatoris cadauer in spuliario ponatur. Sextus Aurelius Victor Domitiano: Senatus gladiatorum more funus ferri, radendumque nomen decreuit.

De palma victoris.

In certaminibus ad spectaculum editis meliorem palma declarat, quanquam in illis quoque sæpe deteriorem prætulit casus 5. *de benef.* 2.

De hoplomachis & Thracibus.

Quidam cum hoplomachis, quidam cum Thracibus optime pugnant Et quidam sic cum scena componi cupiunt, quomodo alter est. 3 *contr.*

Te longiorem Fido Annæo iurabo & Appollonio Pycta: quamuis staturam habeas Theusi Threcis incompositi 4. *natural præf.*

De Naumachia.

Ea eodem tibi munere plura exempla promisi. Secundo naumachiæ a spectaculo, vnus ex barbaris lanceam, quam in aduersarios acceperat, totam iugulo suo immersit. *& post*: quanto hoc speciosius spectaculum fuit, quam occidere. *ep.* 71. [a Naumachiam Nero exhibuit, marina aqua innatantibus belluis. *Suet. Nerone c.* 12.

De Venatione ferarum.

Lucius Sylla in circo primus leones solutos dedit, cum alioqui alligati darentur, ad conficiendos eos missis à Rege Bocho iaculatoribus *& post*: Num & Pompeium in circo primum elephantorum duodeuiginti pugnam edidisse, commissis more prælij noxiis hominibus ad vllam rem bonam pertinet? *de breuit. vit.* 13.

Leonem in Amphitheatro spectauimus, qui vnū è bestiariis agnitum, cum quondam eius fuisset minister, protexit ab impetu bestiarum 2. *de benef.* 9.

Certi sunt *domitores ferarum*, qui sæuissima animalia, & ad occursum expauefacientia hominem, cogunt pati iugum, nec asperitatem excussisse contenti, vsque in contubernium mitigant. Leonibus magister manum insertat, osculatur Tigrim suus custos. Elephātē minimus Æthiops iubet subsidare in genua & ambulare per funem. *epistola* 86.

Si feras lineis & pinnis conclusas contines, & easdem à tergo eques telis incessat, tentabunt fugam per ipsa quæ fugerunt. 1. *de clem* 12.

Nobis interdum voluptati est, si adolescens constantis animi, irruentem feram venabulo excepit, si leonis incursum interritus pertulit: tantoque spectaculum id gratius, quanto id honestius fecit *de proud. cap.* 2.

De Cantoribus in commissione gladiatorum adhibitis: De ordine canentium: De cauea æneatoribus cincta. De pulpito, omni tibiarum, omni tibiarum genere & organorum consonante.

In comessationibus nostris plus cantorum est, quam in theatris olim spectatorum fuit Cum omnes vias impleuit ordo canentium, c & cauea æneatoribus cincta est, & ex pulpito omne tibiarum genus organorumque consonuit, fit concentus ex dissonis *epist.* 85 [c Est qui in hoc loco legat commissionibus, non comessationibus, hoc totum referens ad commissiones ludorum.

De aqua sparsione ex fundamentis mediæ arenæ.

Aqua sine spiritu quēadmodum posset intendi, nunquid dubitas quin sparsio illa, quæ ex fundamentis mediæ arenę crescens in summam altitudinem amphitheatri peruenit, cum intensione aquæ fiat? 2 *nat.* 9.

De croco in immensam altitudinem fistulis in arena expresso.

Vtrum tandem sapientiorem putas qui inuenit, quomodo in immensam altitudinem crocum latentibus fistulis exprimat, qui euripos subito aquarum impetu implet? *epist.* 90.

De Pegmatis.

Ludicræ artes sunt quæ ad voluptatem oculorum atque aurium tendunt His annumeres licet machinatores, qui *pegmata* A per se surgentia excogitant, & tabulata tacite in sublime crescētia, & alias ex inopinato voluptarea, aut dehiscentibus, quæ cohærebāt, aut his quę distabāt sua sponte coeuntibus, aut his quæ eminebāt paulatim in se residētibus. His imperitorum feriuntur oculi, omnia subita (quia causas non nouere) mirantium. *epistol.* 89 [A Pegmata

sunt machinationes per se surgentes ex inopinato, cũ quæ cohærent, dehiscunt: quæ distant, coëunt: quæ eminent, paulatim in se resident. Huiusmodi pegmata etiã in arena fuisse ostendit Suetonius Caio 26. Gladiatorio munere, reducti interdum flagrantissimo sole velis emitti quẽquam vetabat: remotoque apparatu ordinario tabidis feris vilissimos senioque cõfectos gladiatores: *pegmatis* quoque patresfamilias notos & insignes aliquos debilitate corporis subiiciebat. Idem Claudio 34. Bestiariis meridianisq; adeo delectabatur, vt etiam prima luce ad spectaculum descenderet, & meridie (dimisso ad prandium populo persederet: præterque destinatos) etiam leui subitaque de causa, quosdam committeret de fabrorum quoque ac ministrorum atque id genus numero, si αὐτόματον vel *pegma* vel quid tale aliud parum cessisset. Idem confirmat Strabo lib. 6. vbi refert quendam Selurum Siculum latronem (Ætnæ filiũ nominatum) in foro per ludos gladiatorios a pegmate (tanquam ex Ætna) compagibus solutis, in caueas ferarum cecidisse, & à feris discerptum: adde Ioseph 7. de bello Iu.

MISCELLA DE LVDIS.

De alea.

Proh pudor imperij principis Romani lugentis sororem *alea* solatium fuit *ad Polyb.* 36.

De fritillo & tesseris.

Æacus iubet illum alea ludere pertuso fritillo. A Et iam cœperat fugiẽtes semper tesseras quærere, & nihil proficere. Nam quoties missurus erat resonante fritillo, Vtraque subducto fugiebat tessera fundo, *&c. in ludo.* [A Fritillo tesseris lusisse hic locus argumento esse potest. An idem fritillum & pyrgus seu turricula (in qua gradus quidem excogitati aduersus aleæ peritos, vt in eos offendentes boli seu ictus, incertiores essent, quos dabant vel reuocabant, Ausonius in commemorat pro se Burdigal) dubitatum? *Suidas.* Ex Isidori 18. *cap.* 60 *& sequentibus* illud obseruamus. Tabulis pyrgo (ita enim iunctim lego) lusisse calculis, tesserisque. Calculos leues ac rotundos fuisse: Tesseras, quadras ex omnibus partibus (quod exiliendo discurrerent, lepusculos & tela nonnulli vocabant) Vtraque tessera lusisse hic locus indicio est. Quidam tribus tesseris lusitasse scribunt per tabulam ternis descriptã lineis. Tesserarum iactus, vnio, binio, trinio, quatrio, quinio, senio, vt hinc constet, tesseras, sex latera habuisse. Horum iactuum appellatio postea mutata est: ac vnionem, canem, trionem, suppum, quatrionem, planum vocarunt. senio, felix iactus fuit; canis, damnosus. hæc de tesseris. Calculos rotundos fuisse superius dixi, quorum alij ordine, alij vage: alij nullo modo mouebantur. Illi, ordinarij, isti vagi: hi inciti dicebantur. Quid tali? In talis seu taxillis, quatuor latera, in tesseris seu cubis, sex. Martialis: Non sum talorum numero par tessera. De talis seu astragalis loquitur Iurisconsultus *in l. aut facta.* 16. § *euentus. Digest. de pœnis.* quibus lusisse pueros hic Plutarchi locus, de fortuna Alexandri ostẽdit: τοῖς μὲ παιδίοις ἀστραγάλοις, τοῖς δ' ἀνδράσιν ὅρκοις ἐξαπατᾶν.

De basilico, & cane, & vtriusque iactu.

Non est quod me solos putes dicere occupatos qui cum basilicum A immiserint, canem excidunt. *de breuit. vitæ* 12. [A Hunc locum mihi videor optima coniectura restituisse ac explicasse; Coniectaneorum. quem vide.

De Latrunculorum seu calculorum lusu.

Latrunculis *ludimus*, in superuacuis subtilitas teritur. 18. *epistola.* 107.

Latrunculis ludebat *& post* Vocatus numerauit calculos. *& post*: annuens centurioni, testis, inquit, eris vno me antecedere. Lusisse tu Canium illa tabula putas? illusit 1. *de tranquill.* 14.

Nemo B qui ad incendium domus suæ currit, *tabulam* latrunculariam perspicit, vt sciat quomodo alligatus exeat calculus. C *epist* 118. [B Simile illud Adagium est: Musica in luctu importuna narratio est [C Calculorũ à tesseris discrimen superius attuli, cum de alea & tesseris dicerem: nimirum calculos rotundos esse ac leues, tesseras quadras. Calculos à quibusdam etiã vocari lepusculos & tela. Horum alios esse ordinarios, vagos, & incitos, qui vel ordine vel vaga, vel nullo modo mouerentur. Ex vitro fuisse apparet illo Ouidij loco: Siue latrocinij sub imagine calculus ibit, Fac pereat vitreo miles ab hoste tuus. Quin etiam ex versu constare videtur, calculos in duas partes discretos & ex altera milites, altera hostes fuisse. Quod & illo Martialis confirmatur: Insidiosorũ si ludis bella latronũ, Gemmeus iste tibi miles & hostis erit. Hoc genere lusus Mutiũ Scæuolam delectatum legimus: & Pompeium tertio triumpho alueum transtulisse cum calculis tesserisque ex duabus gemmis, latum tres pedes, longum pedes quatuor.

De Pila lusu.

Æqualitatẽ hãc accipe, quã vides in pila lusoria 4. *nat* 21.

In orbe & pila nihil est imum, nihil summum, nihil extremum, nihil primum. quia motu ordo mutatur, & quæ sequebantur præcedunt, & quæ occidebant oriuntur omnia quomodocunque ierint in idem reuertuntur. 5. *de benef* 8.

Pilam cadere non est dubium aut mittentis studio aut accipientis tũc cursum suũ seruat, vbi inter manus vtriusque apte ab vtroque iacta & accepta iactatur. Necesse est autem lusor bonus aliter illam collusori lõgo, aliter breui mittat. Si cum exercitato & docto negotium est, audacius pilam mittemus, vtcunque enim venerit, manus illa expedita & agilis repercutiet: si cum tyrone & indocto, non tam rigide nec tam excusse, sed languidius & in ipsam eius dirigentes manum remisse occurremus. 2. *de ben.* 19.

In lusu est aliquid pilam A scite ac diligenter accipere. sed non dicitur bonus lusor nisi qui apte & expedite remisit quam acceperat. 2. *de benef.* 32 [A De pilæ lusu in gratiam iuris studiosorum has quæstiones, quæ nostro iure occurrunt subiiciam. Cum pila quidam luderent, vehementius quis pila percussa in tonsoris manum eam deiecit, & sic serui quem tonsor radebat) gula præcisa est, adiecto cultello: *l. item Mela* 11 *ff ad l. Aquil.* Ii, cum plures pila luderent, quidam ex his seruulum, cum pilam percipere conatur, impulit: seruus cecidit & crus fregit. *l. si ex plagis.* §. *vltimo ff ad l. Aquiliam*

Quid si me remittere manu A pilam iubeas? stultum est dare quod accipere non possis 7. *de benef.* 18. [A simile adagium, Claudi more tenere pilam.

De Vrinatoribus.

Didicerũt alij in e immẽsam altitudinẽ mergi, ac sine vlla respirandi vice perpeti maria 5. *de ira.* 13. [C Hos Firmicus in paraphrasi sphæræ barbaricæ oreiscopularios vocat, hoc est, orei scopulos qui maris latentes scopulos, explorant.

De eo qui exsurgit in planta, & summis ambulat digitis.

Philosophus non exsurgit D in plantas, nec in summis ambulat digitis, eorum more qui mendaciũ staturã adiuuant, longioresq; quã sunt, videri volũt. contentus est magnitudine. *epist.* 111. [D Iuuenalis satyra 19. parui sortita est lateris spaciũ, grauiorque videtur Virgine Pygmæa nullis adiuta cothurnis, & leuis erecta cõsurgit ad oscula planta.

De præstigiatoribus, & eorum acetabulis, & calculis.

Sic ista sine noxa decipiunt, quomodo *præstigiatorum* A acetabula & calculi in quib. me fallacia ipsa delectat *ep* 45. [A Præstigium dicitur Mercurius inuenisse. Dictum est autem quod præstringat aciem oculorum. 8. *Isid.* 9.

De funambulis.

Didicerũt alij tenuissimis & aduersis funibus A currere. *& post*: Quid magnificũ cõsequitur ille, qui meditatus est per intentissimos funes ire? *de ira* 13. [A Iuuenal Satyra. 14. An magis oblectãt animum iactata petauro Corpora, quique solent rectum descendere funem?

Elephãtem minimus Æthiopus iubet subsidere in genua, & ambulare per funem. C *ep* 86 *inf.* [C Suet Nerone 11. Notissimus eques Romanus, elephanto supersedens per catadromum decucurrit quo loco vt & *l. penultim ff.* de act empti Catadromus non decursionis stadium est, vt quidam volunt sed funis è superiore loco extensus, per quem eques Romanus elephanto insidens decurrit sic Suetonius Galba c 6 Commissione, inquit, ludorũ floralium nouum spectaculi genus elephantos funambulos dedit. Plinius. 8. c. 3. de elephante, Aduersis funibus subit, sed egreditur magis vtique pronis.

De Petauristis.

Oblitus petauri A quo humana iactantur *ep* 99 [A *al.* fati *al.* peccati male. Festus Petauristas dictos a Petauro primum cẽset Lucilij autoritate. Sicut, inquit, mechanici cum alto exsuluere petauro. Idem post ex Ælio Stilone petauristas dictos notat, quod ij ἀέρος ἢ ἀέρα πέτωνται, id est, in aere volent. Nonio c. 1 Petauristæ dicuntur, qui saltibus vel schemis leuioribus mouentur, ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι. Sunt & Petauristę qui in rota vel machina traiiciebãt se desperata audacia Martialis: Quam rota transmissio toties impacta petauro. Vnde Aristophanes ἐν Δαιδάλῳ, apud Grammaticos dixit Petauristã, (quoties se in rota machina verteret) posse supremã dicere vitę suæ. His ad vicini qui (vt Claudianus ait) more auium sese eiaculantur in auras, corporaq; ędificãt celeri crescentia nexu, quorũ cõpositam puer augmẽ-

tatus

tarus in arcē Emicet, & vinctus planta vel cruribus hęrens Pēdula libraro figatvestigia saltu HosFirmicus, quud saltu corpora iaculentur, cybalmatoses: & παρὰ τὸ πέτευρ petaurinarios: quorum etiam meminit Salmanus 6. de vero indicio & prouidentia Dei. Par audacia fuit illis, qui distento sago se in sublime iaculari patiebantur, qua lascinia delectatum & vsum in plerosque Othonem refert Suetonius cap. 2. quamque pœna dignam notat Vlpianus apud Rufinum cap. 4. collationis legum Mosaicarum: Huius lasciuiæ meminit Martialis illo versu: Ibis ab excusso missus in astra sago.

De lusu Socratis cum pueris.

Cum pueris Socrates ludere non erubescebat. 1. *de tranquill.* 15.

Lusoribus propositum est, fallere.

Malignis lusoribus propositum est collusorem traducere, cum damno scilicet ipsius lusus, qui non potest, nisi consentitur, extendi. 2. *de benef.* 17.

FINIS POLITICORVM.

LOCI COMMVNES SEV LIBER AVREORVM, DE ARTIBVS, QVAS LIBERALES VOCANT, VT GRAMMATICA, RHETORICA, ORAtoria, Declamatoribus, Historia, Poëtice, Dialectica, Sophistice, &c. ex Seneca, authore Dionysio Gothofredo I.C.

ARTES LIBERALES.

De scientia, eruditione, & eruditis.

QVID est bonum? rerum *scientia.* Quid malum? rerum imperitia. *epist.* 31.

Vnus dies hominum eruditorum plus patet, quam imperiti longissima ætas. *epistola* 79.

De Arte & his quæ in artem redacta.

Quædam in artem nondum redacta sunt: quædam ne redigi quidem possunt, ob nimium remotam conuersationem. 2. *nat. quæst.* 32.

Omnis ars imitatio est naturæ. *epist.* 66.

Non fuit tam amica natura, vt, cum omnibus alijs animalibus facilem actum vitæ daret, homo solus non posset sine tot artibus viuere. *epist.* 91.

De Magistris puerorum discentium: & quod patienter ferre debeant offensationes discipulorum.

Magistri puerorum discentium debent patienter ferre offensationes memoriæ labentis, quæ subiecto vno aut altero verbo ad contextum reddendæ orationis sedari solet 5. *de ben. vlt. in fine.*

Scholæ & fori comparatio.

Semper arbitratum est, Scholam quasi ludum esse, forum harenam 3. *contr. in proœm.* 75.

De auditorum numero exiguo.

Bene ille, quisquis fuit (ambigitur enim de auctore) cum quæreretur ab illo, quo tanta diligentia artis spectaret ad paucissimos peruenturæ, Satis sunt (inquit) mihi pauci, satis est vnus, satis est nullus. Egregie hoc tertium Epicurus, cum vni ex consortibus studiorum suorum scriberet Hæc, inquit, ego non multis, sed tibi: satis enim magnum alter alteri theatrum sumus. *epist.* 7.

Clamores auditorum captare.

Quanta dementia eius est, quem clamores imperitorum hilarem ex auditorio dimittunt? & *post*: intersit aliquid inter clamorem theatri & scholæ *epist.* 53.

Audituro dicendum.

Nulli nisi audituro dicendum *epist.* 29. *in pr.*

De præceptis & quæ, quibusque præcepta dari oporteat.

Præcepta dare scienti superuacuum est nescienti, parum. *epist.* 95.

Nihil proficient præcepta, quamdiu menti error obfusus est: si ille discutitur, apparebit quid cuique debeatur officio. *epist.* 95.

Nihil proderit dare præcepta, nisi prius amoueris obstantia præceptis. *epist.* 96.

Proficientium seu discipulorum tres classes esse & quæ illæ sint

Proficientes in tres classes, vt quibusdam placet, diuidit Senec. tus. Primi sunt. qui sapientiam nondum habent, sed iam in vicinia eius constiterunt Omnes iam affectus & vitia posuerunt: quæ erant complectenda, didicerunt, sed illis adhuc inexperta fiducia, bonum suum nondum in vsu habent Iam quidem in illa, quæ fugerunt, decidere non possunt, sed hoc illis deesse nondum liquet, scire se nesciunt Iam contigit illis bono suo frui nondum confidere. Iam effugerunt morbos, animi affectus nondum, & adhuc in lubrico stans, & *post*. Secundum genus est eorum, qui & maxima animi mala, & affectus deposuerunt, sed ita, vt non sit illis securitatis suæ certa possessio. possunt enim in idem relabi Tertium illud genus extra multa & magna vitia est, sed non extra omnia Effugit auaritiam, sed iram adhuc sentit. Iam non sollicitatur libidine, sed habet etiamnum ambitionem. Iam non concupiscit, sed adhuc timet, & in ipso metu ad quædam satis firmus est, quibusdam credit, mortem contemnit, dolorem reformidat Bene nobiscum agetur, si in hunc admittimur numerum. Magna felicitate naturæ, magnaque & assidua intentione studij secundus occupatur gradus. sed nec hic quidem contemnendus est color tertius. *epist* 75.

Quibus discendum & an mulieri.

Vtinam virorum optimus pater meus, nimis maiorum consuetudini deditus, voluisset te sapientum præceptis eruditi potius, quam imbui. Non parandum tibi nunc contra fortunam esset auxilium, sed proferendum. Propter istas quæ literis non ad sapientiam vtuntur, sed ad luxuriam instituuntur, minus est indulgere studijs passus, beneficio tamen rapacis ingenij plus quam pro tempore hausisti. Iacta sunt omnium disciplinarum fundamenta. Nunc ad illas reuertere, tutam te prçstabunt illç, consolabuntur illç, delectabunt illæ, si bona fide animum tuum intrauerint. *ad Alb.* 16.

Quo proposito discendum

Idem & docenti & discenti debet esse propositum: vt ille prodesse velit, hic proficere *ep.* 109.

Gaudeo *aliquid discere vt* doceam. nec me vna res delectabit, licet eximia sit & salutaris, quam mihi vni sciturus sum: si cum hac exceptione detur sapientia, vt illam inclusam teneam, nec enunciem, reijciam. Nullius boni sine socio iucunda possessio est *ep.* 6.

Quamdiu discendum.

Semper discendum est *ep.* 25,

Perseuerandum est, & assiduo studio robur addendum, donec bona mens sit, quod bona voluntas est *ep.* 16.

Etiam seni discendum *ep.* 77.

Tam diu discendum est, quamdiu nescias: &, si prouerbio credimus, quamdiu viuas *epist* 77.

Nolunt discere, qui nunquam didicerunt. 3. *de ira.* 36.

Quamaxime ætate discendum.

Omnibus annis studere honestum est: at non ita omnibus instituí. Turpis & ridicula res est, elementarius senex. Iuueni parandum, seni vtendum. *epist.* 36.

Facile est teneros adhuc animos componere. 2. *de ira,* 18.

Educatio maximam diligentiam, plurimumque profuturam desiderat 2. *de ira* 18.

Qua anni parte studia inchoanda.

Ille ego qui anno nouo, (quemadmodum legere, scribere, dicere aliquid) sic auspicabar in virum desilire *epist.* 84. Hoc ea loco dicimus, veteres Calend. Ianuarijs artes delibasse.

Quo loco discendum.

Seuerior loci disciplina firmat ingenium, aptumque magis conatibus reddit. *epist.* 51.

Quomodo discendum: Tacendo se audiendo, legendo, docendo: & de libris quibus apposita nota sunt à doctore aliquo: & de lectione ordinaria, seu eorum qui Breuiaria & summaria composuerunt.

Apud Pythagoram discipulis quinque annis tacendum erat *epist* 53.

Mittam ipsos tibi libros. &, ne multum operæ impendas (dum passim profutura sectaris) imponam notas, vt ad ipsa protinus, quæ probo & miror, accedas *epist* 6.

Plus profectura est oratio ordinata, quam hæc, quę nunc vulgo breuiarium dicitur (olim cum Latine loqueremur, summarium vocabatur) illa res discenti magis necessaria est, hæc scienti, illa docet, hæc admonet. *epistol.* 39. *in pr.*

Homines, dum docent, discunt. *epist* 7.

Quæ non discenda, & de rerum curiosarum, humilium, inutilium, infinitarum, vaga, incerta, & nimis plus assidua, lectione vitanda.

Curiosa studia vitanda, & quæ illa sint *V. c.* 13. *de breuitate vitæ.*

Neminem excelsi ingenij virum humilia delectant & sordida: magnarum rerum species ad se vocat & extollit. *epistol.* 39.

Non multum nocet transisse, quæ nec licet scire nec prodest 7 *de benef* 1.

Stude, non vt plus scias, sed vt melius. *epistola* 90. *in fin.*

Paucis opus est ad mentem bonam literis, sed literarum intemperantia laboramus: non vitæ, sed Scholæ discimus. *epist.* 107.

Plus prodest, si pauca præcepta sapientiæ teneas, sed illa in promptu tibi & in vsu sint, quam si multa quidem didiceris, sed illa non habeas ad manum. 7 *de benef.* 1.

Cum legere non possis, quantum habueris, sat est habere, quantum legas *epist.* 2.

Aliquid intersit inter te & librum, quousque disces? *epist* 33.

Non semper imminendum libro aut pugillaribus. dandum aliquod interuallum animo. *epist.* 15.

Non refert quam multos, sed quam bonos habeas libros. *epist* 45.

Alit lectio ingenium, & studio fatigatum, non sine studio tamen, reficit. *epist.* 85.

Videndum ne lectio multorum autorum, & omnis generis voluminum habeat aliquid vagum & instabile. *epist* 2.

Negat Cicero, si duplicetur sibi ætas, habiturum se tempus, quo legat Lyricos, eodem modo Dialecticos *epistola* 50.

Distrahit animum librorum multitudo. *epist.* 2.

Onerat discentem turba, non instruit. 1. *de tranq.* 9.

De Bibliothecis & librorum multitudine à nonnullis in bibliothecas suas relata. Indices librorum (quos in bibliothecis suis habebant) fastebant. 40000. librorum arserunt in Alexandrina bibliotheca. Fronte & Titulis librorum sibi placere: loculamenta librorum, tecto tenus extructa: In balnearijs & thermis libri quoque repositi ad fastum.

Quo mihi innumerabiles libros & bibliothecas, quarum dominus vix tota vita sua indices perlegit? Onerat discentem turba, non instruit: multoque satius est, paucis te autoribus tradere, quam errare per multos. Quadraginta millia librorum Alexandriæ arserunt, pulcherrimum regiæ opulentiæ monimentum: alius laudauerit, sicut Liuius, qui elegantię regum curæque egregium id opus ait fuisse Non fuit elegantia illud aut cura, sed studiosa luxuria: imo, ne studiosa quidem, quoniam nō in studium, sed in spectaculum comparauerāt: sicut plerisque ignaris etiam seruilium litterarum, libri non studiorum instrumenta, sed cœnationum ornamenta sunt. Paretur itaque librorum quantum satis sit, nihil in apparatum Honestius, inquis, in hos impensas, quam in Corinthia pictasque tabulas effuderim? Vitiosum est vbique quod nimium est. Quid habes cur ignoscas homini armaria e citro atque ebore captanti, quam opera conquirenti aut ignotorum auctorum, aut improbatorum, & inter tot millia librorū oscitanti, cui voluminum suorum frontes maxime placent: titulique? Apud desidiosissimos ergo videbis quicquid orationum historiarumque est, & tecto tenus extructa loculamenta. Iam enim inter balnearia & thermas bibliotheca quoque, vt necessarium domus ornamentum expolitur. Ignoscerem plane, si è studiorum nimia cupidine oriretur. Nunc ista exquisita, & cum imaginibus suis descripta sacrorum opera ingeniorum, in speciem & cultum parietum comparantur. 1. *de tranq.* 9.

Quæ legendo maxime discenda: & de vario legentium in colligendis optimis studio.

Illud admoneo, lectionem ad propositum beatæ vitæ trahendam, non vt verba prisca aut ficta captemus, & translationes improbas figurasque dicendi. *epist* 109.

Non est quod mireris ex eadem materia suis quemque studijs apta colligere In eodem prato bos herbam quærit, canis leporem, ciconia lacertum. *epist.* 109.

De virtute discenda.

Nemo est casu bonus, discenda virtus est *epist* 124.

De artium generibus, & quæ vulgares, ludicra, pueriles, liberales.

Quatuor ait esse Posidonius *artium* genera. Sunt vulgares & sordidæ, sunt ludicræ, sunt pueriles, sunt liberales. *Vulgares* opificum, quæ manu constant, & ad instruendam vitam occupatæ sunt, in quibus nulla decoris, nulla honesti simulatio est. *Ludicræ* sunt, quæ ad voluptatem oculorum atque aurium tendunt. His annumeres licet machinatores, qui pegmata per se surgentia excogitant, & tabulata tacite in sublime crescentia, & alias ex inopinato voluptates, aut dehiscentibus quæ cohærebant, aut his, quæ distabant sua sponte coeuntibus, aut his quæ eminebant, paulatim in se residētibus. His imperitorum feriūtur oculi, omnia subita, quia causas non nouere, mirantium. *Pueriles* sunt, & aliquid habentes liberalibus simile, hæ artes quas ἐγκυκλίας, id est circulares Græci, (legitur al. ἐλευθερίας) nostri liberales vocant Solæ autem Liberales sunt, imo (vt dicam verius) liberæ, quibus curæ virtus est. *epist.* 89. vbi probat, liberales quæ vulgo dicuntur artes, puta, Geometriam, Astrologiam, imo, & Mathematicas artes, non esse partes philosophiæ, sed vna re consummari animum, scientia bonorum ac malorum immutabili, quæ soli Philosophię competat. Ibidem etiam probat liberales illas vulgo artes nihil conferre virtuti, cum possit sine illis veniri ad sapientiam Item, artes illas liberales delectare, sed tantum ex illis retinendum, quantum sit necessarium.

De liberalibus Studijs.

Liberalia studia dicta sunt, quia homine libero digna. Cæterum vnum studium vere liberale est, quod liberum facit, hoc est, sapientia, cætera pusilla & puerilia sunt Horum professores turpissimos omnium ac flagitiosissimos cernis? Non discere debemus ista, sed didicisse. Virum bonum non faciunt, ne promittunt quidem, nec huius rei scientiam affectant *epist.* 88.

Liberalia studia sunt non illa, quibus perfundi satis est, sed hæc, quibus tingendus est animus. *epist.* 36.

De imitatione, & imitandorum authorum cum in dicendo, tum scribendo legibus.

Non est vnus, quamuis præcipuus sit, imitandus 1. *controuers* 2.

Quæcunque ex diuersa lectione congessimus, debemus separare Melius enim distincta seruantur deinde adhibita ingenij nostri cura & facultate in vnum saporem varia illa libamenta confundere, vt, etiam si apparuerit vnde sumtum sit, aliud tamen esse quam vnde sumtum est, appareat. quod in corpore nostro videmus, sine vlla opera nostra facere naturam *epist* 85.

De imitatione, & quemadmodum quisque dicendo vel scribendo, imitari autores, quos legerit, debeat, puta eorum orationes, argumentationes, sententias, multis & quidem exacte proponitur *epist* 85.

GRAM-

GRAMMATICA.

Grammaticus versatur circa sermonem historias, carmina. De vanis, puerilibus, & stolidis Grammaticorum quæstionibus.

GRammaticus circa curam sermonis versatur: & si latius euagari vult, circa historias. Iam, vt longissime fines suos proferat, circa carmina. Quid horum ad virtutem viam sternit? Syllabarum enarratio, & verborum diligentia & fabularum memoria & versuum lex ac modificatio: Quid ex his metum demit? cupiditatem eruit? libidinem frenat? *& post*: Nisi forte tibi Homerum Philosophum fuisse persuadent, cum his ipsis, quibus colligunt, negent. Nam modo Stoicum illum faciunt, virtutem solam probantem, & voluptates refugientem, & ab honesto, ne immortalitatis quidem precio recedentem: modo Epicureum, laudantem statum quietæ ciuitatis, & inter conuiuia cantusque vitam exigentis: modo Peripateticum bonorum tria genera inducentem: modo Academicum, incerta omnia dicentem. Apparet nihil horum esse in illo, quia omnia sunt. Ista enim inter se dissident. Demus illis Homerum Philosophum fuisse: nempe sapiens factus est, antequam carmina vlla cognosceret. Ergo illa discamus, quæ Homerum fecere sapientem. Hoc quidem me quærere, vtrum maior ætate fuerit Homerus an Hesiodus, non magis ad rem pertinet, quam scire, an maior Hecuba fuerit quam Helena. Quid annos Patrocli & Achillis inquirere, ad rem existimas pertinere? Quid quæris, Vlysses vbi errauit potius, quam efficias, ne nos semper erremus? Non vacat audire, vtrum inter Italiam & Siciliam iactatus sit, an extra notum nobis orbem. Neque enim potuit in tam angusto error esse tam longus. Tempestates animi nos quotidie iactant, & nequitia in omnia Vlyssis mala impellit: non deest forma, quæ sollicitet oculos, non hostis. Hinc monstra effera, & humano cruore gaudentia: hinc insidiosa blandimenta aurium: hinc naufragia, & tot varietates malorum. Hoc me doce, quomodo patriam amem, quomodo vxorem, quomodo patrem, quomodo ad hæc tam honesta vel naufragus nauigem. Quid inquiris an Penelope impudica fuerit? an verba seculo suo dederit? an Vlyssem illum esse quem videbat, antequam sciret, suspicata sit? Doce me quid sit pudicitia, & quantum in ea bonum, in corpore, an in animo posita sit. *& post*: Quid? quod ista liberalium artium consectatio molestos, verbosos, intempestiuos, sibi placentes facit, & ideo non discentes necessaria, quia superuacua didicerunt. Quatuor millia librorum Didymus Grammaticus scripsit miser, si tam multa superuacua legisset. In his libris de patria Homeri quæritur: in his de Æneæ matre vera: in his libidinosior Anacreon, an ebriosior vixerit: in his an Sappho publica fuerit: & alia, quæ erant dediscenda si scires. I nunc & longam esse vitam nega. Sed ad nostros quoque cum perueneris, ostendam multa securibus recidenda. Magno impendio temporum, magna alienarum aurium molestia laudatio hæc constat, ô hominem literatum! simus hoc titulo rusticiore contenti, ô virum bonum. Itane est? annales euoluam omnium gentium, & quis prima carmina scripserit, quæram? quantum temporis intersit inter Orphea & Homerum, cum fastos non habeam, computabo? & Aristarchi notas, quibus aliena carmina compunxit, recognoscam? & ætatem in syllabis conteram? Itane in Geometriæ puluere hærebo? Adeo mihi præceptum salutare excidit? *Tempori parce.* Hæc sciam, & quid si ignorem? Appion Grammaticus, qui sub C. Cæsare tota circumlatus est Græcia, & in nomen Homeri ab omnibus ciuitatibus adoptatus, aiebat, Homerum vtraque materia consummata, & Odyssea & Iliade, principium adiecisse operi suo, quo bellum Troianum complexus est. Huius rei argumentum afferebat, quod duas literas in primo versu posuisset ex industria, librorum suorum numerum continentes. Talia sciat oportet, qui multa vult scire. *epist. 89.*

De prima literatura & Elementis puerorum.

Prima literatura, per quam pueris elementa traduntur, non docet liberales artes, sed mox percipiendis locum parat. Liberales vero artes non perducunt animum ad virtutem, sed expediunt. *epist. 89.*

De lingua Latina, eiusque inopia.

Quædam, etiam si vera non sint, propter similitudinem eodem vocabulo comprehensa sunt. Sic pyxidem a & argenteam & auream dicimus. Sic illiteratum non ex toto rudem, sed ad literas altiores non perductum. Sic qui male vestitum & pannosum vidit, nudum se vidisse dicit. Beneficia ista non sunt, habent tamen beneficij speciem. Quomodo ista sunt tanquam beneficia, sic & ille tanquam ingratus est, non ingratus. *5. de benef. 13.* [a Quod dicit de pyxide argentea & aurea, rationem quandam habes. Pyxis enim proprie denominata, quod è buxo fit. & tamen dicitur pyxis aurea & argentea.

Magis damnabis angustias Romanas, si scieris vnam syllabam esse, quam mutare non possim. quæ hæc sit, quæris? τὸ ὄν. Duri tibi videor ingenij in medio positam posse sic transferri, vt dicam quod est *epist. 59.* vbi ostendit 6. modis τὸ ὂν à Platone dici.

Verborum nobis latinorum paupertatem esse ostendit Seneca *epist. 59.*

De pingendarum & scribendarum litterarum ratione litteras alijs alias superimponere.

Si quis scriptis nostris alios superimponat versus, priores literas non tollit, sed abscondit. *6. de beneficijs 6. in fine.*

Pueri ad præscriptum discunt, digiti illorum tenentur, & aliena manu per literarum simulacra a ducuntur. deinde imitari iubentur proposita, & ad illa reformare chirographum. *epist 95.* [a De Literis hoc vnum obiter monendum, veteres græcas pene easdem fuisse, quæ nunc sunt Latinæ. *7. Plin. 58.*

De sermonis antiqui affectatione.

Multi ex alieno seculo petunt verba duodecim a tabulas loquuntur. Gracchus illis, & Crassus, & Curio nimis culti & recentes sunt: ad Appium vsque & Coruncanum redeunt. *epist. 115* [a Sic Ammianus, lib 30. Hi vt altius videantur iura callere, Trebatium loquuntur, & Cesellium, & Alphenum, & Auruncorum Sicanorumque iam diu leges ignotas, cum Euandri matre abhinc seculis obrutas multis.

Libri colorum.

Otho Iunius libros colorum edidit *1. contron. 3.*

Schemata inuenta. Quomodo & quibus vtendum. De Translationibus, hyperbole, cacozelia, ætiologia.

Schemata negabat pudoris causa inuenta, sed subsidij *1. controu.*

Translationibus verborum, imaginibus & parabolis quemadmodum vtendum, & an solis Poetis vtendum. *vide epist 60.*

In hoc omnis hyperbole excedit, vt ad verum mendacio veniat. *& post*: Nunquam tantum sperat hyperbola, quantum audet, sed incredibilia affirmat, vt ad credibilia perueniat *7. de benef. 23.*

Dixit sententiam cacozeliæ genere humillimo. *Suasoria vltima.*

Posidonius his adijcit causarum inquisitionem, quam cur *ætiologiam* dicere non audeamus, cum Grammatici custodes Latini sermonis suo iure ita appellent, non video. *epistol. 96.*

De solœcismo.

Grammaticus non erubescit solœcismum, si sciens facit, erubescit, si nesciens. *epist. 96.*

Vindicatur à solœcismo Cornelij Seueri versus.

Cornelius Seuerus epulantes milites inducit, & ait: stratique per herbam, Hic meus est, dixere, dies. *& post*: Illud Porcellus Grammaticus arguebat in hoc versu, quasi solœcismum: quod cum complures induxisset, diceret, Hic meus est dies: non, dies hic est noster in sententia optima accusabat id, quod erat optimum. Muta enim, vt noster sit, peribit omnis versus elegantia, in quo hoc est decentissimum, quod ex causa sermo trahitur. Nam quasi prouerbij loco ait, Hic dies meus est & cum ad sensum retuleris, ne Grammaticorum quidem calumnia, ab omnibus magnis ingenijs submouenda, habebit locum. Dixerunt enim non omnes simul, tanquam in chorum manu ducente Grammatico, sed singuli ex his: Hic meus est dies. *Suasoria 2.*

De componendi & scribendi ratione, & cur scribendum.

Posterorum negotium ago, illis aliqua, quæ possunt prodesse, conscribo. Salutares admonitiones, velut medicamentorum vtilium compositiones, literis mando, esse illas efficaces in meis vlceribus expertus, quæ, etiamsi persanata non sunt, serpere desierunt. rectum iter, quod sero cognoui & lassus errando, alijs monstro *epist. 8.*

Vbi etiam scribere possis

Quædam sunt, quæ possis & incedendo scribere: quædam lectum, & otium, & secretum desiderant. *epistola 71*

Quem in finem, & quomodo scribendum.

Non in præconium aliquid simplici stylo scribe 1. *de tranq.* 1.

Scribe, vt dum scripseris, legas: omnia ad mores, & ad sedandam rabiem affectuum referens. *epistolarum* 90. *in fin.*

Quibus scribendum.

Non multis, sed paucis scribendum. *epist.* 7.

Quæ scribenda.

Turpe est aliud loqui, aliud sentire. Quãto turpius aliud scribere, aliud sentire? *epist* 24.

Quomodo scribendum

Scripta sua torquere, & de singulis verbis in cõsilium venire, 2. *contro*.

Quantum scribendum.

Quadragiota millia librorum Aleaandriæ arserunt, pulcherrimum regiæ opulentiæ monimentum 5. *de tranquill. vit* 9.

Didymus Grammaticus quatuor millia librorũ scripsit. *epist.* 89.

Quorumcunque stylus est velox, tardior memoria est. 5. *cont. in proœm.* 4.

De Epistolis: De literis amicorum, & earum voluptate, ac commercio

Literæ imagininibus amicorum absentium iucondiores suut, quę vera amici absentis vestigia afferant *epist.* 40.

Epistolarum commercium frequentare. *epist* 38.

Epistolis scriptisque doctorum hominum notio ei, redduntur etiam viri magni.

Si gloria tangeris, notiorem te epistolæ meæ facient, quam omnia ista, quæ colis, & propter quæ coleris. Quis Idomenea nosset, nisi Epicurus illum suis literis indidisset? Omnes illos megistanas, & satrapas, & regem ipsum, ex quo Idomenei titulus petebatur, obliuio alta suppressit. Nomen Attici perire Ciceronis epistolæ non sinunt: nihil illi profuisset gener Agrippa, & Tiberius progener, & Drusus Cæsar pronepos. Inter tam magna nomina taceretur, nisi Cicero illum applicuisset. *& post*: Habeo apud posteros gratiam, possum meeum duratura nomina educere. Virgilius duobus memoriam æternam promisit & præstat. *Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt, Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo. epist.* 21.

Epistolæ modus is fuisse videtur, vt ne ea sinistram manum legentis impleat

Sed ne *epistolæ* modum eacedam quæ non debet sinistram manum legentis implere, in aliam diem hãc litem differam *epist.* 45.

Epistolas longas odimus.

Vereri debeo, ne tam longas epistolas peius, quam mortem, oderis. *epist.* 10.

Et quomodo finem vitæ imponere poterit, qui epistolæ non potest? Vale ergo, quod libentius quam mortis oras, lectutus es *epist.* 60.

Epistolæ initium veteres inchoabant ab his verbis: si vales, &c.

Mos antiqois fuit vsque ad meam seruatus ætatem, primis epistolæ verbis adijcere *si vales, bene est, ego valeo.* recte & nos dicimus, si philosophatis, bene est, valere enim hoc demum est. *epist.* 15. *in pr.*

RHETORICA ET ORATORIA.

Magna, & varia res est eloquensia, nec adhuc vlli sic se indulsit, vt tota contingeret. Satis felix est, qui in aliquam eius partem receptus est Ego tamen & propriam causam videor posse reddere, assueui non auditorem spectare, sed iudicem, assueui non mihi respondere, sed aduersario Non minus deuito superuacua dicere, quam contraria 3 *contr. in pr.*

Nocet eloquentia, si non rerum cupiditatem facit, sed sui. *epist.* 53.

Magna debere esse eloquentia, quæ inuitis placet Cum ingenia fauor hominum ostendat, fauor alas, quantam vim esse oportet, quæ inter obstantia erumpat 10. *controuers. in proœm.*

Forensis eloquentia. & quæcunque alia populum mouet, aduersarium habent. *epist.* 14.

Pars eloquentiæ, eloquentiam abscondere. 10 *contro. in proœm.*

Mecœnas ingeniosus vir fuit, magnum eaemplum Romanæ eloquentiæ daturus, nisi illum eneruasset felicitas, imo, castrasset. *epist.* 19.

Incredibile est quam facile etiam magnos viros dulcedo orationis abducat à vero. *epist.* 90.

Oratio etiam timidissimis audax *epist* 26.

Oratio cultus animi est Si circumtuosa est, & fucata, & manu facta, ostendit illum quoque non esse sincerum, &c. *epist* 116.

Quemadmodum sapienti viro incessus modestior conuenit, ita oratio pressa, non audax *epist* 40.

Viro captare flosculos turpe est, & fulcire se notissimis & paucissimis vocibus. & memoria stare. *epist.* 33.

Oratio perturbata & immissa non potest reprimi. *epistol.* 40

Orator est vir bonus, dicendi peritus 1. *controuers. in proœm.* 2.

Etiam damnato reo oratori constat eloquentiæ officium, si omni arte visus est 7. *de benef.* 15.

Quid ergo? à clamore protinus & à summa contentione vox tua incipiet? vsque adeo naturale est, paulatim incitari, vt litigantes quoque à sermone incipiant, ad vociferationem transeant nemo statim Quiritium fidem implorat. *epist* 15.

Tardiloquum te esse iubeo *epist* 40.

Cum res animum occupauere, verba ambiunt 7. *contr. in proœm.*

Magnificentior sermo tuus etiam in grabato videbitur & in panno *epist.* 20.

Declamatoria, & de Declamatoribus.

Nulli Commentarij maximorum Declamatorum extant: aut (quod peius est) falsi 1. *contr.*

Ante Ciceronem quæ declamabantur, theses vocabantur Controuersias non dicimus, Cicero causas vocabat. Scholastica controuersia multo recentior est, sicut ipsa declamatio 5 *contr.* 3.

Scholastici.

Memini hominem inter scholasticos sanum: inter sanos scholasticum. A 1. *contr.* 7. { A Scholastici, Rhetores, & declamatores: apud Synesium tamen & Hesychium, actores causarum.

Quoties aliquem audierat ex his declamatoribus, quos scholastici callidos vocans, statim dicebat, *Plena deo. Suasoria.* 3.

HISTORICA.

Non magna molitione detrahenda est authoritas Ephori historicus est 7 *nat* 16.

Quod historici faciunt, ipse faciam Illi cum multa mentiti sunt ad arbitrium suum, vnam aliquam rem nolunt spondere: sed adijciunt: *Penes authores fides erit.* 4. *natural.* 3

Multa videri volumus velle, quæ nolumus. *Recitator* historiam ingentem attulit, minutissime scriptam, arctissime plicatam: & magna parte perlecta, Desinam, inquit, si vultis. Acclamatur, recita recita, ab his qui illum obmutescere ilico cupiunt. Sæpe aliud volumus, aliud optamus. *epistol.* 96.

Digressiones historicorum in vitas magnorum virorum.

Quoties magni alicuius mors ab historicis narrata est, toties fere totius consummatio vitæ & quasi funebris laudatio redditur hoc semel atque iterũ à Thucydide factum. Idem in paucissimis personis vsurpatum à Sallustio. Liuius benignius omnibus magnis viris præstitit. Sequentes historici multo id effusius fecerunt, Ciceroni hoc (vt Græco verbo vtar) ἐπιτάφιον Liuius reddidit. *Suasoria pro Cicerone.*

POETICA.

Frustra poeticas fores compos sui pepulit 1. *de tranq. vit.* 15

Carmina Poëtarum affectibus nostris pacem subdunt, quibus diuitiæ velut vnicum vitæ decus ornamentumque laudantur. Nihil illis melius nec dare videntur Dij immortales posse, nec habere. *& post*: Nec apud tragicos desunt, qui lucro innocentiam, salutem, opinionem bonam mutent, siue me vocant pessimum, simul vt diues voces, *&c. epist.* 116.

Quam multi Poëtæ dicunt, quæ à philosophis aut dicenda, aut dicta sunt? non attingam tragicos aut togatas nostras Habent enim hæ quoque aliquid seueritatis, & sunt inter tragœdias & comœdias mediæ Quantum disertissimorum versuum inter mimos iacet? quam multa Publij, non excalceatis, sed cothurnatis dicenda sunt? *epistola* 8

Quemadmodum nomenclatori memoriæ loco audacia est, & quicunque nomen non potest reddere, imponit, ita

Poetæ

Poëtæ non putant ad rem pertinere, verum dicere, sed aut necessitate coacti, aut decore corrupti, id quemque vocari iubent quod facit ad versum. Nec illis fraudi est, si aliquid in sensum detulerunt. *1 de benef.3.*

Ineptiæ Poetis relinquantur, quibus aures oblectare propositum est, & dulcem fabulam nectere, *&c. 1 de benefic. 4.*

Inter sextam & septimam erat. Nimis rustice A acquiescunt omnes poëtæ, non contenti ortus & occasus describere, vt etiam medium diem inquietent. *in ludo* [A id est, Poëtæ nimij sunt in consectandis temporum descriptionibus: puta ortus, occasus, meridiei.

Poëta inæqualis: Poëtæ Cordubenses pingue quiddam sonantes ac peregrinum.

Sextilius Ena inæqualis poeta, & pene quibusdam locis talis, quales esse Cicero Cordubenses poetas ait, pingue quiddam sonantes atque peregrinum. *Suasoria pro Cicerone.*

DIALECTICA ET SOPHISTICA.

Dialecticæ subiectum oratio inter respondentem & interrogantem diffusa: Dialectica diuiditur in verba & significationes, seu in res & vocabula.

Rationalem partem Philosophiæ sic diuidimus, Omnis oratio aut continua est, aut inter respondentem & interrogantem diffusa. Hanc διαλεκτικὴν, illam ῥητορικὴν placuit vocari, hæc verba curat, & sensus & ordinem. Dialectica in duas partes diuiditur, in verba & significationes; id est, in res quæ dicuntur, & vocabula, quibus dicuntur. *epist. 90.*

DE PROCATEGORIIS.

De Genere & Specie.

Primum *genus* est, ex quo cæteræ species suspensæ sunt, à quo nascitur omnis diuisio, quo vniuersa comprehensa sunt. Inuenietur autem, si cœperimus singula retro legere. Sic enim perducemur ad primum. Homo species est, vt Aristoteles ait, equus species est, canis species. Ergo commune aliquod quærendum est his omnibus vinculum, quod illa complectatur, & sub se habeat. Hoc quod est? animal. Ergo genus esse cœpit omnium horum, quæ modo retuli, hominis, equi, canis, animal. Sed sunt quædam, quæ animam habent, nec sunt animalia. placet enim satis & arbustis animam inesse, itaque & viuere illa, & mori dicimus. Ergo animantia superiorem tenebunt locum, quia & animalia in hac forma sunt & sata. Quædam anima carent, vt saxa. Itaque aliquid erit animantibus antiquius, scilicet corpus. Hoc sic diuidam, vt dicam corpora omnia aut animata esse, aut inanimata. Etiamnunc est aliquid superius, quam corpus. Dicimus enim quædam corporalia esse, quædam incorporalia. Quid ergo erit, ex quo hæc diducantur? illud, cui nomen modo parū proprium imposuimus, Quod est. Sic enim in species secabitur, vt dicamus, Quod est, aut corporale est aut incorporale. Hoc ergo genus est primum & antiquissimum, &, vt ita dicam, generale. Cætera genera quidem sunt, sed specialia, tanquam homo genus est, Habet enim in se nationum species, Græcos, Romanos Parthos: colorum, albos, nigros, flauos; habet singulos, Catonem, Ciceronem, Lucretium. Itaque quia multa continet, in genus cadit: quia sub alio est, in speciem. Illud genus quod est generale, supra se nihil habet. Initium rerum est, omnia sub illo sunt. Stoici volunt superponere huic etiam aliud genus, magis principale, de quo statim dicam, si prius illud genus, de quo locutus sum, merito primum poni docuero, cum sit rerum omnium capax. Quod est, in has species diuido, vt sint corporalia aut incorporalia. Nihil tertium est. Corpus quomodo diuido? vt dicam, aut animantia sunt aut inanimata. rursus animantia quemadmodum diuido? vt dicam, quædam animum habent, quædam tantum animam: aut sic, quædam impetum habent, incedunt, transeunt, quædam solo affixa radicibus aluntur & crescunt. Rursus animalia in quas species seco? aut mortalia sunt aut immortalia. Primum genus Stoicis quibusdam aliud videtur, sed quare videatur subijciam. In rerum natura quædam sunt, quædam non sunt. Et hæc autem quæ non sunt, rerum natura complectitur, qualia sunt quæ animo succurrant, tanquam Centauri, Gigantes, & quicquid aliud falsa cogitatione formatum, habere aliquam imaginem cœpit, quamuis non habeat substantiam. *epistol. 59.*

De indiuiduo.

Singula animalia singulas debent habere substantias. Ista omnia vnum animum habent. Itaque singula esse possunt, multa esse non possunt. Ego & animal sum & homo, non tamen duos esse dices. Quare? Quia A separari esse non debent. Ita dico, *alter ab altero* debet esse diductus, vt duo non sint. Quidquid in vnum multiplex est, sub vnam cadit naturam, B itaque vnum est. Et animus meus animal est, & ego animal sum, duo tamen non sumus. Quare? quia animus mei pars est. Tunc aliquid per se numerabitur, cum per se stabit. vbi vero alterius membrum erit, non poterit videri aliud. Quare? dicam: Quia C quod aliud est suum oportet esse, & proprium & totum, & inter se absolutum. *epist 114.* [A Locum corruptum ita resarcio, & duas negationes restituendas puto. [B id est, *sub vnum indiuiduum vnum indiuiduum facit, licet ex diuersis naturis multiplex sit.* [C Hæc quidem probat Seneca vt per se posita, sed non quomodo sophistice nonnulli inducebant, id omne quod fieret ab animali animal esse, alioqui virtutes & vitia omnia fore animalia.

De Differentia & proprio.

Ratio perfecta proprium hominis bonum est, cætera illi cum animalibus satisque communia sunt. *Valet?* & Leones. *Formosus est?* & pauones. *Velox est?* & equi. Non dico, in his omnibus vincitur. Non quæro quid se maximum habeat, sed quid suum. *Corpus habet?* & arbores. Habet *impetum & motum voluntarium?* & bestiæ, & vermes. Habet vocem? sed quanto clariorem canes, acutiorem aquilæ, grauiorem tauri, dulciorem mobilioremque luscinia? Quid in homine proprium? *Ratio. epist 77.*

Idem confirmat, *epist. 41.* Dixi supra in Theologicis *c. de homine.*

DE CATEGORIIS.

De substantia & varijs eorum, quæ sunt, acceptionibus.

Quæcunque sunt in 6. modis Plato partitur. Primum illud quod est, nec visu, nec tactu, nec vllo sensuum comprehenditur. Cogitabile est, quod generaliter est tanquam homo generalis sub oculos non venit, sed specialis venit, vt Cicero & Cato. Animal non videtur, sed cogitatur. videtur autem species eius, equus & canis. Secundum ex ijs quæ sunt, Plato ponit quod eminet & exsuperat omnia, vt Poetam, communiter dicitur. Omnibus enim versus facientibus hoc nomen est, sed iam apud Græcos in vnius notam cessit. Homerum intelligas cum audieris Poetam. Quid ergo hoc est? Deus scilicet maior & potentior cunctis. Tertium genus est eorum quæ propriæ sunt. Innumerabilia hæc sunt, sed extra nostrum posita conspectum. Quæ sint interrogas? propriæ Plato Ideas vocat, ex quibus omnia, quæ fiunt, & ad quas cuncta formantur. Hæ immortales, inuiolabiles sunt. Quid sit Idea, id est, quid Platoni esse videatur, audi. Idea est eorum, quæ naturaliter fiunt, exemplar æternum. Adijciam definitioni interpretationem, quo tibi res apertior fiat. Volo imaginem tuam facere, exemplar picturæ te habeo, ex quo capit aliquem habitum mens nostra, quem operi suo imponat. Ita illa quæ me docet & instruit facies, à qua petitur imitatio, idea est. Talia ergo exemplaria infinita habet natura rerum, hominum, piscium, arborum, ad quæ quodcunque fieri ab illa debet, exprimitur. Quartum locum habet εἶδος. Quid sit hoc εἶδος, attendas oportet, & Platoni imputes, non mihi hanc difficultatem. Nulla est autem sine difficultate subtilitas. Paulo ante pictoris imagine vtebar. Ille cum reddere Virgilium coloribus vellet, ipsum intuebatur. Idea erat Virgilij facies, futuri operis exemplar. ex hac quod artifex trahit, & operi suo imposuit: εἶδος est. Quid intersit, quæris? alterum exemplar est, alterum forma ab exemplari sumta & operi imposita. Alteram artifex imitatur, alteram facit. Habet aliquam faciem statua, hæc est εἶδος, habet aliquam faciem exemplar ipsum, quod intuens opifex, statuam figurauit, hæc idea est. Etiamnunc aliam desideras distinctionem? εἶδος in opere est, idea extra opus: nec tantum extra opus est, sed ante opus. Quintum genus est eorum, quæ communiter sunt. Hæc incipiunt ad nos pertinere. Sic sunt omnia homines, pecora, res. Sextum genus est eorum, quæ quasi sunt, tanquam inane, tanquam tempus. *epist 59.*

De Quantitate & qualitate.

Vitam beatam in optimo statu ponit qualitas sua, non magnitudo. Itaque in æquo est longa, & breuis, & diffusa, & angustior, & in multa loca multasque partes distributa & in vnum coacta. Qui illam numero æstimat, & mensura, & partibus, id illi, quod habet eximium eripit. Quid autem est in vita beata eximium? Quod plena est, finis. *epist. 86.*

De potentia.

Quibus potentia non est in peiorem transeundi statum, nec interpellandi quidem optimum *epist.* 95

De habitu.

Quidam ita distinxerunt, vt dicerent, temperans & prudens positione quidem mentis & habitu tranquillus est, euentu non est. nam quantum ad habitum mentis suæ, non perturbatur, nec contristatur, nec timet, sed multæ extrinsecus causæ incidunt, quæ illi perturbationem afferunt. Tale est quod volunt dicere, iracundum quidem illum non esse, irasci tamen aliquando: & timidum quidem non esse, timere tamen aliquando: id est, vitio timoris carere, affectu non carere. *epist* 86.

Philosophia, inquit, diuiditur in scientiam & habitum animi. Nam illam qui didicit, & facienda ac vitanda percepit, nondum sapiens est, nisi in ea, quæ didicit, animus eius transfiguratus est. Tertia pars ista percipiendi ex vtroque est, & ex decretis & ex habitu. Itaque superuacua est, ad implendam virtutem, cum duo illa sufficiant. Isto ergo modo & consolatio superuacua est. Nam hæc quoque ex vtroque est: & exhortatio & suasio, & ipsa argumentatio. Nam & hæc ab habitu animi compositi validique proficiscitur. Sed quamuis ista ex habitu animi veniant, optimus animi habitus & ex his est & ex illis. *epist* 95.

Sapientia habitus est perfectæ mentis *epist* 118

Iustitia habitus animi, quædam & vis. *& post*: Idem animus Iustitiæ habitum induit, & fortitudinis & temperantiæ. *epist.* 114.

De actionibus.

Actiones animi animalia esse nego aliuquin & omnia verba erunt animalia, & omnes versus *epist.* 114 Vbi sophistis quibusdam respondet dicentibus, Iustitiam & virtutes omnes, animalia esse, hac nimirum ratione, quod virtutes habitus essent animi, animus autem ipse esset animal.

De Relatis.

De his vide. 5. *de benef.* 10

DE INTERPRETATIONE ET Enunciationibus

Peripateticis placet nihil interesse inter sapientiam & sapere, cum in vtro libet eorum & alterum sit. Nunquid enim quemquam existimat sapere, nisi qui sapientiam habet? Nunquid quemquam qui sapit, non putas habere sapientiam? Dialectici veteres ista distinguunt, ab illis diuisio vsque ad Stoicos venit. Qualis sit hæc dicam. Aliud est ager, aliud est agrum habere. Quidni? Cum habere agrum ad habentem, non ad agrum pertineat. Sic aliud est sapientia, aliud sapere. Puto concedes duo esse hæc, id quod habetur, & eum qui habet. Habetur sapientia, habet, qui sapit, sapientia est mens perfecta vel ad summum optimumque perducta. Ars enim vitæ est. Sapere quid est? Non possum dicere mens perfecta, sed id quod contingit perfectam mentem habenti. Ita alterum est, mens bona: alterum quasi habere mentem bonam. Sunt, inquit, naturæ corporum: tanquam hic homo, hic equus. has deinde sequuntur *motus animorum enunciatiui* corporum. Hi habent proprium quiddam & à corporibus seductum tanquam, video Catonem ambulantem, hoc sensus ostendit, animus credit. Corpus est quod video, cui & oculos & animum intendi. Dico deinde, Cato ambulat: non corpus quidem est, quod nunc loquor, sed *enunciatiuum quiddam* de corpore, quod alij *effatum* vocant, alij *enunciatum*, alij *edictum*. Sic cum dicimus sapientiam, incorporale quiddam intelligimus. Cum dicimus, Sapit: de corpore loquimur. Plurimum A autem interest, vtrum illud dicas, an de illo. *epist.* 118 [A Nonnulla ad hunc locum pertinentia, vide etiam epistola. Nec enim fas mihi fuit, cætera omnia persequi quæ numerosiora, gustum tantum dare volui.

TOPICA QVÆDAM.

Definitio alia per positionem, alia per detractionem & orbationem.

Paupertas non per positionem, sed per detractionem dicitur, vel (vt antiqui dixerunt) per orbationem: Græci dicunt κατ' στέρησιν: non quod habeat dicitur, sed quod non habeat. *Et post*: Paupertas est, non quæ pauca possidet, sed quæ multa non possidet. Ita ab eo non dicitur quod habet, sed ab eo, quod ei deest. Facilius quod volo, exprimerem, si latinum verbum esset, quo ἀνυπαρξία significatur. *& post*: Ego non video, quid aliud sit paupertas, quam parui possessio. *epist.* 88.

De toto & partibus.

Facilius per partes in cognitionem totius adducimur. *epist.* 90.

De Diuisione

Faciam ergo quod exigis, & philosophiam in partes, non in frusta diuidam. Diuidi enim illam, non concidi vtile est. Nam comprehendere quemadmodum maxima, ita minima, difficile est. Describitur in tribus, populus, in centurias, exercitus. Quidquid in maius creuit, facilius agnoscitur, si discessit in partes, quas (vt dixi) innumerabiles esse, & paruas, non oportet. Idem enim vitij habet nimia quod nulla diuisio *epist* 90.

De Coniugatis.

Si tormenta mala sunt, torqueri malum est. *& post* Sapere sapientiæ vsus est, quomodo eloquentiæ loqui, quomodo oculorum videre. sapientia A à qua sapere (qui vsus est sapientiæ, expetenda. Sapere igitur expetendum. *& post*: Cui dubium esse potest, quin, si æstus malum est, & æstuare malum sit? si algor malum est, malum sit algere? si vita bonum est, & viuere bonum sit? *epist.* 118. [A Ita emendare licet cum in vulgatis sit, Ergo sapere sapientiæ visus est.

DE ELENCHIS.

Quid vocentur latine sophismata, quæsisti à me. Cicero cauillationes vocat. *epist.* 111.

Sophismata sine noxa nos decipiunt, quemadmodum præstigiatorum acetabula & calculi, in quib. nos fallacia ipsa delectat. *epist.* 46.

Non redigo ad legem *dialecticam*, & ad illos artificij veternosissimi nodos. totum genus istud exturbandum iudico quo circumscribi se, qui interrogatur, existimat, & ad confessionem perductus aliud respondet, aliud putat. Pro veritate simplicius agendum est, contra metum fortius. Hæc ipsa, quæ voluuntur ab illis, soluere malim, & expendere, vt persuadeam, non vt imponam *& post*: Quem mortalium circumscriptiones nostræ fortiorem facere, quem erectiorem possunt? Frangunt animum, qui nunquam minus contrahendus est, & in minuta ac spinosa cogendus, quam cum aliquid grande componitur. *Et post*: Verba mihi captiosa componit, & interrogatiunculas nectis *& post*: Acuta sunt ista quæ dicis, nihil est acutius arista. Quædam inutilia & inefficacia ipsa subtilitas reddit. *epist* 83

Cauillatoribus istis abunde respondebimus. Sed non debuit hoc nobis esse propositum arguta disserere, & philosophiam in has angustias ex sua maiestate detrahere. Quanto satius est, ire aperta via & recta, quam sibi ipsi flexus disponere, quos cum magna molestia debeat relegere? Neque enim quicquam aliud istæ disputationes sunt, quam inter se perite captantium lusus. *epist* 102.

Tu mihi verba distorques, & syllabas digeris. Scilicet, nisi interrogationes vaferrimas struxero, & conclusione falsa a vero nascens mendacium astruxero, non potero à fugiendis petenda secernere. *epist.* 48. *in fin.*

Quid te torques & maceras in ea quæstione, quam subtilius est contempsisse quam soluere? *epist* 50.

Dialecticorum cauillationes & sophismata veræ Philosophiæ contraria ostendit. *epist.* 49.

De Ceratino seu Cornuto.

Dialecticorum sophismata ridenda ostendit *epist.* 50 vbi inter cætera quæstiunculas hasce ponit. Quod non perdidisti, habes. Cornua autem non perdidisti. Cornua ergo habes, quemadmodum & epist. super 49 in init. hoc sophisma ponit, Mus syllaba est. Mus autem caseum rodit. Syllaba ergo caseum rodit.

De Pseudomeno.

Quid me detines in eo quem tu ipse ψευδόμενον A appellas? de quo tantum librorum compositum est. *epist.* 45. [A adde *l. qui quadringenta.* 88 *ff. ad L. Falcidiam.*

LOCI COMMVNES SEV LIBER AVREORVM, DE REBVS PHYSICIS, MEDICIS, MATHEMATICIS, ET DE Historia animalium, ex Seneca, authore D. Gothofredo I. C.

PHYSICA.

PHYSICES DIVISIO.

NATVRALIS pars Philosophiæ in dno feinditur, in corporalia & incorporalia. Corporum locus in hos gradus diuiditur, in ea quæ faciunt, & quæ ex his gignuntur. Gignuntur autem elementa. Ipse elementi locus, vt quidam putant, simplex est. vt quidã, in materiam & causam omnia mouentem & elementa diuiditur. *epist.* 90.

De Principiis.

Principia totius operis dimidium occupare dicuntur. *epist.* 34.

Sine primis maxima esse non possunt. 3 *de bene* 34

Initium omnium rerum sapiens, non exitum, spectat. *epist.* 14.

Initia in potestate nostra sunt, de euentu fortuna iudicat. *epist.* 14.

Principiis occupationum obstandum. melius non incipient, quam desinent. *epist.* 73.

De Materia.

Sæpe bona materia cessat sine *artifice. epist* 47.

Desiderat omnis natura materiam, sicut ars omnis quæ manu constat. 2. *natur. quæst* 3.

De Natura.

Multas retum natura mortis vias aperuit, & multis itineribus fata decurrunt: & hæc est conditio misettima humani generis, quod nascimur vno modo, multis morimur. 7. *contr* 1.

In aperto nos natura custodit. *epist.* 71.

Nulli nos vitio *natura* conciliat. *epist.* 95

Nihil præter cibum *natura* desiderat *epist.* 110.

Dociles *natura* nos edidit, & rationem dedit imperfectam, sed quæ perfici posset. *epist* 50

Nihil homini *natura*, quod necessarium faciebat, fecit operosum. *de consol. ad Alb* 11.

Quamdiu non sumus, *natura* nos regit: &, in quemcũque vult, casum nos mittit 1. *contr.* 6.

Non idem omnib. mortalibus natura tribuit ingenium. 7 *contr* 1.

Sine consilio fit, quicquid natura præcipit *epist.* 122.

Nihil difficile est naturæ, vtique vbi in finem sui properat. 3. *nat quæst.* 27.

Naturæ se sapiens accommodat. *epist* 17.

Nemo naturæ sanus irascitur. 2. *de ira* 10.

Naturam mutare difficile est. 2. *de ira* 21.

Si ad naturam viuas, nunquam eris pauper: si ad opinionem, nunquam eris diues *epist.* 16.

Quod naturale est, non decrescit mora. *de consolat. ad Mart.* 8.

Vsque adeo naturale est, paulatim incitari, vt litigantes quoque à clamore incipiant, ad vociferationem transeant. *epist.* 15.

Naturalia desideria finita sunt, ex falsa opinione nascentia, vbi desinant, non habent: nullus enim terminus falso est. *epist.* 16.

Parabile est, quod natura desiderat, & expositum. *epistol* 4.

Naturale est, magis noua, quam magna mitati. 7. *natural.* 1.

Natura quicquid composuit, & quicquid resoluit, componit iterum. *epist.* 30.

Id in quoque *optimum* est, cui nascitur, quo censetur. *epist* 77.

Nulli contingit impune nasci *de cons. ad Mart.* 15.

Nemo nascitur diues *epist.* 20.

Paucis natus est qui populum ætatis suæ cogitat. *epistol* 80

Natura iubet augere laudanda. *epist.* 121.

Tota rerum natura vmbra est, aut inanis, aut fallax. *epist* 89.

Natura semina nobis scientiæ dedit, scientiam non dedit. *epist.* 121.

A naturali lege nemo tãtum desciuit & hominem exuit. vt animi causa malus sit 4. *de benef.* 17.

De Causis.

Triplex *causa* est. Dicunt (vt scis) Stoici nostri, duo esse in rerum natura, ex quibus omnia fiant, causam & materiam. Materia iacet iners, res ad omnia parata, cessatura, si nemo moueat. Causa autem, id est, ratio, materiam format, & quocunque vult versat: ex illa varia opera producit. Esse debet ergo vnde aliquod fiat, denique à quo fiat. hoc causa est, illud materia. Omnis ars imitatio est naturæ Itaque quod de vniuerso dicebam, ad hæc transfer, quæ ab homine facienda sunt. Statua & materiam habuit, quæ pateretur artificium, & artificem qui materiæ daret faciem. Ergo in statua materia æs fuit, causa artifex. Eadem conditio rerum omnium est. Ex eo constant, quod fit & ex eo quod facit. Stoicis placet vnam causam esse, id quod facit. [A Causam Aristoteles putat tribus modis dici. Prima, inquit, causa est ipsa materia, sine qua nihil potest effici. Secunda, opifex. Tertia, forma, quæ vnicuique operi imponitur, tanquam statuæ. Nam hanc Aristoteles *εἶδος* vocat. Quarta quoque his accedit, propositum totius operis. quid sit hoc aperiam. Æs prima statuæ causa est. nunquam enim facta esset, nisi fuisset id, ex quo fingeretur duceretúrue. Secunda causa artifex est non potuisset enim æs illud in habitum statuæ formari, nisi accessissent peritæ manus. Tertia causa est forma, neque enim statua ista *δορυφόρος* aut *διαδούμενος* vocaretur, nisi esset hæc illi impressa facies. Quarta causa est faciendo *propositum* nam nisi hoc fuisset, facta non esset. Quid est propositum? quod inuitauit artificem, quod ille secutus fecit. Vel pecunia est hoc, si venditurus fabricauit: vel gloria, si laborauit in nomen: vel religio, si donum templo parauit. Ergo & hæc causa est propter quam fit. An non putas inter causas facti operis numerandum, quo remoto factum non esset? His quintam Plato adijcit exemplar, quam ipse *Ideam* vocat. hoc est enim, ad quod respiciens artifex, id quod destinabat, efficit. Nihil autem ad rem pertinet, vtrum foris habeat exemplar, ad quod referat oculos, an intus quod sibi ipse concepit & composuit. Hæc exemplaria rerum omnium Deus intra se habet, numerosque vniuersorum, quæ agenda sunt, & modos mente complexus est. plenus his figuris est, quas Plato ideas appellat immortales, immutabiles, infatigabiles. Itaque homines quidem pereunt, ipsa autem humanitas, ad quam homo effingitur, permanet & hominibus laborantibus, intereuntibus illa nihil patitur. Quinque ergo causæ sunt. vt Plato dicit: id ex quo, id à quo, id in quo

id ad quid, id propter quid: nouissime id, quod ex his est. tanquam in statua (quia de hac loqui cœpimus) id ex quo, æs est. id à quo, artifex est. id in quo, forma est, quæ aptatur illi. id ad quod, exemplar est, quod imitatur is, qui facit id propter quod, facientis propositum est. id quod ex istis est, ipsa statua est. Hæc omnia mundus quoque (vt ait Plato) habet. Faciens hic Deus est. ex quo fit, hæc materia est, forma hæc est habitus, & ordo mundi, quem videmus, exēplar scilicet, ad quod Deus hanc magnitudinem operis pulcherrimi fecit. Propositum, propter quod fecit. Quæris quid sit propositum Deo? Bonitas. ita certe Plato ait. quæ Deo faciendi mundum causa fuit. Bonus est. Bonum fecit. bono nulla cuiusquam boni inuidia est. Fecit itaque quam optimum potuit. Fer ergo iudex sententiam & pronuncia, quis tibi veri simillimum videatur dicere, non quis verum dicat. id enim tam supra nos est, quam ipsa veritas. Hæc, quæ ab Aristotele & Platone ponitur, turba causarum aut nimium multa, aut nimium pauca cōprehendit. nam si quocunque remoto quid effici non potest, id causam iudicant esse faciendi, pauca dixerunt. Ponant inter causas tempus. nihil enim sine tempore potest fieri. Ponant locum. nam si non fuerit, vbi fiat aliquid, ne fiet quidem. Ponant motum: nihil enim sine hoc nec fit, nec perit. nulla sine motu ars, nulla mutatio est. Sed nos primam ac generalem causam quærimus. hæc simplex esse debet. nam & materia simplex est. Quærimus, quid sit causa? Ratio faciens, id est, Deus. Ita enim quæ nunc retuli, non sunt multæ & singulæ causæ, sed ex vna pendent, ex ea quæ facit. Formam dicis causam esse, hanc imponit artifex operi: pars causæ est, non causa. Exemplar quoque non est causa, sed instrumentum causæ necessarium. Sic necessarium est exemplar artifici. quomodo scalprum, quomodo lima. sine his procedere ars non potest: non partes tamen hæ artis, aut causæ sunt. Propositum artificis, propter quod ad faciendum aliquid accedit, causa est: vt sit causa, non est efficiens causa, sed superueniens. Hæ autem innumerabiles sunt. nos de causa quærimus generali. illud vero non pro solita ipsis subtilitate dixerunt, totum mundum & consummatum opus causam esse. multum enim interest inter opus & causam operis. Aut fer sententiam, aut (quod facilius in huiusmodi rebus est) nega tibi liquere, & nos reuerti iube. *epist.* 66

Posidonius ait, Diuitias esse causas malorum, non quia ipsæ faciant, aliquid, sed quia facturos irritant. Alia enim est causa efficiens, quæ protinus necesse est noceat, alia præcedens. hanc præcedentem causam diuitiæ habent. *& post*: Essent malum, si per se nocerent, si (vt dixi) haberent efficientem causam. Nunc præcedentem habent, & quidem non irritantem tantùm animos, sed attrahentem. Speciem enim boni ostendunt verisimilem, ac plerisque credibilem. Habet virtus quoque præcedentem causam ad inuidiam. multis enim propter sapientiam, multis propter iustitiam inuidetur. Sed nec ex se hanc causam habet nec verisimilem. Contra enim verisimilior illa species hominum animis obijcitur a virtute, quæ illos in amorem & admirationem vocet. *epist.* 88.

Semina omnium rerum causa sunt. 3. *de benef.* 29.

Non effectus, sed efficientia timor spectat *epist.* 58.

De fortuna fortuitis, casu, incertis, insolitis, ol scuris

Nulli fortuna tam dedita est, vt multa tentanti vbique respondeat 3 *de ira* 6.

Semper expectari fortuna mauult, quam regi. Alicubi offenditur importuna segetum maturitas, alicubi seram magno fœnore moram redemit. 5. *contr.* 6.

Non minus sæpe fortuna in nos incurrit, quam nos in illam. *epist.* 37.

Habet etiam mala *fortuna* leuitatem *epist.* 13.

Raro sapienti interuenit fortuna. 2 *in sap non cad, iniur* 15.

In mores fortuna ius non habet *epi* 36.

Quod non dedit fortuna non eripit *epist* 60.

Neminem eo fortuna prouexit, vt non tantum illi minaretur, quantum promiserit. *epist.* 4.

Nullus tantus est, quem non fortuna indigere etiam infimis cogat. 3. *de benef.* 21.

Magnam fortunam magnus animus decet. 1. *de clement.* 5.

Sæpe inter fortunam maximam & vltimam nihil interest. 6 *de benef* 33.

Imprudentium fiducia est, fortunam sibi spondere. 4 *de benef* 35.

Nullus contra fortunam inexpugnabilis murus est. *epist.* 75.

Fortuita, & sine ratione vaga, diuinationem non recipiūt. 2. *nat quæst.* 32.

Prouexit fortuna quos destituit. Quid referam Marium sexto cōsulatu Carthagine mendicantē, septimo imperātem? 1 *contr.* 1.

Potest fortunam cauere qui potest ferre *epi.* 99.

Sæpe maiori fortunæ locum facit iniuria *epi.* 91.

Audentes fortuna iuuat. *epi* 95

In mores fortuna ius non habet *epi.* 16.

Quasi ista inter se contraria sint bona fortuna & mens bona. Ita melius in malis sapimus, secunda rectū auferūt. *epi* 95.

Ludit de suis fortuna muneribus, & quæ dedit, aufert, & quæ abstulit, reddit: nec vnquam tutius est eam experiri, quam cum locum iniuriæ non habet 5 *contr.* 1.

Omne, quod fortuito euenit *instabile* est. *de breuit* 17.

Quicquid insolitum est, etiam in turba notabile est. 4 *contr in proœ* 82.

Omnia quæ ventura sunt, in incerto iacent *de breuit. vit* 9.

Multa venientis æui populus, ignota nobis, sciet. 7. *nat. quæst* 3.

O quam multorum egregia opera in obscuro iacent. *de consolat. ad Alb.* 17.

De finali causa.

Nullius rei finis est, sed in orbem nexa sunt omnia. fugiunt ac sequuntur diem nox premit, dies noctē: æstas in autumnum desinit, autumno hyems instat, quæ vere compescitur *epi.* 24.

Finem omnium rerum specta, & superuacua detrites. *epistol* 120.

His admouenda manus est, quorum *finem* aut facere aut sperare possis 1. *de tranq.* 5.

De Necessitate & fato.

Quamdiu me nihil vrget, quamdiu fortuna nihil cogit, petam potius benef. ium quam repetam. Sed si de salute liberorum agitur, si in periculum vxor deducitur, si patriæ salus ac libertas mittit me etiam eo, quo ire nollē, imperabo pudori meo, & testabor, omnia me fecisse, ne deesset mihi auxilium hominis ingrati. [Ita enim hunc locum emendo,] Nouissime recipiendi beneficii necessitas repetendi verecundiam vincet. 5. *de bene.* 21

Necessitas magnum humanæ imbecilitatis patrocinium est 9 *contr.* 4.

Egere necessitatis est. *epist.* 9.

In necessitate viuere, necessitas nulla est *epi.* 12.

Repugnanti, & non volēti necessitas est, in volente necessitas non est. qui imperia libens excipit partem acerbissimam seruitutis effugit, facere quod nolit *epi.* 62.

Simplici cura constant necessaria: in delitijs laboratur. *epist* 90.

Stat quidem terminus nobis, vbi illum inexorabilis fatorum necessitas fixit. Sed nemo scit nostrum, quam prope versetur terminus *epist.* 102.

Certa & ordinata non pugnant. 2. *nat quæst.* 13.

De infinito, & eius affinibus, & contrarijs.

Contrariis rerum æternitas constat. *epi.* 108.

Nullius rei finis est, sed in orbem nexa sunt omnia, fugiunt ac sequuntur diem nox premit. dies noctem. æstas in autumnum desinit, autumno hyems instat, quæ vere cōpescitur, omnia transeunt vt reuertantur, nihil noui video, nihil noui facio. *epi.* 24.

Nulli fere & magna bona, & diuturna contingunt. *de consolat. ad Martiam.* 12.

Nihil perpetuum, pauca diuturna sunt *de consolat. ad Polybi* 20.

Optima vltimi conditio est *epi* 80

Nullum magnum malum, quod extremum est *epi.* 4

Quicquid inter vicina eminet, magnū est illic, vbi eminet. *epist* 43.

Naturale est, magis noua quam magna admirari. 7. *nat. quæst.* 1.

Ad noua omnes concurrunt, ad noua conueniunt 4. *contr. proœm.*

D.

Non tantum corpori, sed etiam moribus *locum* eligere debemus *epist* 51.

Loca seria sanctaque eligere oportet. Effœminat animos amænitas. Amæna sine dubio aliquid ad corrumpendū vigorem potest regio. *& post.* Seuerior loci disciplina firmat ingenium, aptumque magnis conatibus reddit. *epist.* 51.

Non multum ad tranquillitatem locus confert, animus est,

est, qui commendat. Vidi ego in villa hilari & amæna mæstos, vidi in media solitudine occupatis similes. *epist* 56.

Loca grauia etiam firmissimam valetudinem tentant. *epist*. 28.

Peregrinationes quemadmodum conferant, *vide epistol* 28.

Nusquam est, qui vbique est *epist* 2.

De Inani & vacuo.

Nihil vsquam inane est. 3 *nat* 16.

Sæpe *inania* apposita plenis humorem in se attrahunt. 3 *nat*. 15.

Ex multis *inanibus* nihil impleri potest *epist*. 88.

Inane 2 *nat quæst*. 9.

Imperiti in Epicureum illud *chaos* decidunt: inane sine termino est *epist*. 73.

De Tempore.

Quædam tempora eripiuntur nobis, quædam subducuntur, quædam effluunt *epist*. 1.

Angustissimum habes dies gyrum. *epist*. 12.

Nox exibet molestiam, non tollit, & sollicitudines mutat. *epist*. 57.

Non habet, quod dies perdidit *epist*. 12

Clepsydra non extremum stillicidium exhaurit, sed quicquid ante defluxit. *epist* 24.

De seculo aureo, & rudi, & fortunatis temporibus vide *epist*. 108.

Quam multi indigni luce sunt? & tamen dies oritur 1. *de benef* 1.

Sceleratis sol oritur, & piratis maria patent 4. *de beneficijs* 28

Præsens tempus breuissimum est, adeo quidem, vt quibusdam nullum videatur. in cursu enim semper est *de breuit. vitæ* 10.

Non exiguum temporis habemus, sed multum perdimus *de breu. vitæ*.

Temporis partes. *epist* 89.

Omnis dies, omnis hora, quam nihil simus, ostendit. *epist*. 102.

De tempore vno die quam multa quærantur. Primum, an per se sit aliquid, deinde, an aliquid ante tempus sit, si tempus cum mundo cœpit, an & ante mundum, quia fuerit aliquid, fuerit & tempus *epist* 89.

Summum bonum non est in *tempore*. & post. Mora non fit beatior vita, sed longior 5 *de benef* 17.

Nemo æstimat *tempus*. Vtuntur illo laxius, quasi gratuito. *de breu. vitæ* 8.

Finem dolendi etiam qui consilio non fecerat, tempore inuenit *epist*. 64

Omnia aliena sunt tempus tantum nostrum est *& post*: Hoc vnum est, quod ne gratus quidem potest reddere. *epist*. 1.

Tempus aut aufertur, aut surripitur, aut excidit *& post*: Quædam tempora eripiuntur, quædam subducuntur, quædam effluunt *& post*: Magna vitæ pars elabitur male agentibus, maxima, nihil agentibus, tota, aliud agentibus. *epist*. 1.

Tempore quædam magna fiunt, non summa Beneficium est donata possessio, cuius fertilitas laxare possit annonam Beneficium est vnus in fame panis 3 *de benef* 8.

Momenta minima calumniamur. 1 *de benef*. 1.

Momentis quædam grata & ingrata sunt 2 *de benef* 12.

Punctum est, quod viuimus, & adhuc puncto minus. *epist* 60.

Pedonem Albinouanum narrantem audiuimus, habitasse se supra domum Spurij. Is erat ex hac turba lucifugarum. Audio, inquit, *circa horam tertiam* noctis flagellorum sonos. quæro quid faciat. Dicitur rationes accipere Audio circa *horam sextam* noctis clamorem concitatum. Quæro quid sit Dicitur vocem exercere: Quæro circa *octauam horam* noctis, quis sit ille sonus rotarum, velle gestari dicitur. Circa lucem discurritur, pueri vocantur, cellarij, coqui tumultuantur Quæro quid sit, dicitur mulsum & alicam poposcisse, à balneo exisse. Excedebat, inquit, cœna eius diem? minime Valde enim frugaliter viuebat, nihil consumebat nisi noctem. Itaque crebro dicentibus illum quibusdam auarum & sordidum; vos, inquit, illum & lychnobium dicetis *epist* 123.

De Horologiis.

Facilius inter philosophos, quam inter horologia A conueniet *in ludo* 247. [A Quando primum horologia Romæ V. 7. *Plin*. 60.

Nox terrorem adfert.

Multa per noctem habita terrori dies vertit in risum *ep* 105.

Natales magnorum virorum celebrare.

Quidni magnorum virorum natales celebrem? *epist*. 65.

Ater dies.

Prorsum est enim à me, ne quis mihi ater dies esset *de vit beat* 25.

Ver, hyems.

Ver sæpe in hyemem reuoluitur *& post*: Nondum me cōmisto frigido veri, adhuc vigor est eius in frigore. *epist* 68.

Septimus quisque annus.

Septimus quisque annus ætatem imprimit. 7 *de benef* 2.

Nouus annus.

Quid actum sit in cœlo ante diem tertium Idus Octobris Asinio Marcello, Acilio Auiola Coss anno A nouo, initio seculi felicissimi, volo memoriæ tradere, *in ludo*, 547. [A Nouum annum appellabant, primum annum alicuius imperatoris. Eodem sensu apud Gellium 18 c 1 nouum annum possis accipere Ambulabamus, inquit, in littore, cum iam aduesperasceret ætate anni noui.

Tempus veritatem aperit.

Veritatem a dies aperit a *de ira* 22. [B Sic Tertullianus c. 7. apologetici: Tempus omnis reuelat Horatius: Quidquid sub terra est, in apricum proferet ætas, Defodiet condetque nitentia.

De Motu.

Non vides quam diuersus sit ascendentium habitus & descendentium? Qui per pronum eunt, resupinant corpora, qui in arduum, incumbunt. Nam si descendas, pondus suum in priorem partem dare, si ascendas retro abducere, contumacia, Lucili, consentire est. *epist* 124

DE COELO.

De vniuerso & mundo.

De vniuerso 2. *nat. quæst* 1.

Omnia, quæ in notitiam nostram cadere possunt, mundus complectitur. 2 *nat quæst*. 3.

Corporum genera

Quid est quod præcidere velim? *Quædam continua esse corpora*, vt hominem: quædam cōposita, vt nauem, domum, omnia denique, quorum diuersæ partes iunctura in vnum sunt coactæ: quædam ex distantibus, quorum adhuc membra separata sunt, tanquam exercitus, populus, senatus. Illi enim per quos ista corpora efficiuntur, iure aut officio cohærent, natura diducti hic singuli sunt. Quid est quod etiā nunc præcidere velim? Nullum bonum putamus esse, quod ex distantibus constat Vno enim spiritu vnum bonum contineri ac regi debet, vnum esse vnius boni principale *epist*. 103. Ad hanc corporum diuisionem omnino accedit *lex in rem* 23. § *item*. § 5 *ff de rei vendic. l verum natur. ff. de vsurpationibus*. & quod ab Imperatore & Theophilo dicitur § 18. *&* 19 *Instit. de legatis*.

Quæcunque videmus ac tangimus Plato in illis non numerat, quæ esse proprie putat Fluunt enim & assidua diminutione atque adiectione sunt Nemo nostrum idem est in senectute, qui fuit iuuenis. Nemo est mane, qui fuit pridie. Corpora nostra rapiuntur fluminum more. quicquid vides, currit cum tempore. Nihil ex his, quę videmus, manet Ego ipse dum loquor mutari ista, mutatus sum. Hoc est, quod ait Heraclitus: In idem flumen bis descendimus, & non descendimus Manet enim idem fluminis nomen, aqua transmissa est Hoc in amne manifestius est, quā in homine. Sed nos quoque non minus velox cursus prætereuehit *epist*. 59. *& post*: Mundus quoque, æterna res & inuicta, mutatur, nec idem manet: Quamuis enim omnia in se habeat, quæ habuit, aliter habet, quam habuit: ordinem mutat.

Corporum quædam sunt composita, eaque constant aut nexu, aut aceruatione: vt puta funis, frumentum, nauis: quædam non sunt composita, vt arbos, lapis 2. *nat*. 2.

Continuatio est partium inter se non intermissa coniunctio, & duorum inter se coniunctorum corporum cōtactus. Vnitas est sine commissura continuatio 2 *nat* 2.

Habet vnitatem, quicquid alicuius rei natura pars est. Nihil enim nascitur sine vnitate. 2. *nat quæst* 4.

Habiliora sunt corpora pusilla, quæ in arma sua contrahi possunt, quam quæ superfunduntur, & vndique magnitudo sua vulneribus obiecit. 1. *de tranq* 8.

De cœli circulis.

Cœlum diuiditur in circulos quinque 5 *nat quæst*. 56.

Horizon 5 *natural* 16.

Animum debes mutare, non cœlum *epist*. 28.

Vltra cœlum an sit aliquid

Illud scrutor, quod vltra mundum iacet, vtrumne profunda vastitas sit, an & hoc ipsum terminis suis claudatur: qualis sit habitus exclusis, informia & confusa sint an in

Cum adueheretur nuper inter custodias quidā ad matutinum spectaculum missus, tanquam somno premente nutaret, caput vsque eo demisit, donec radiis insereret, & tādiu se in sedili suo tenuit, donec ceruicem circumactu rotæ frangeret. eodem vehiculo quo ad pœnam ferebatur pœnam effugit. *epist. 71.*

De Meridiano spectaculo. Eiusdem detestatio: Lusus & sales in eo interpositi, & cur à matutino vt differat: Eiusdem furor & laniena: Edictu à munerario cum omni suo apparatu promissum: De paribus gladiatorum ordinarijs & postulatitijs: Ferro & igne res nobis gesta à pene nudis: Spectatores exhortabantur pugnantes ad mutuam lanienam quemadmodum & idem indignabantur, si lentius aut timidius pugnarent. Intermisso spectaculo, iugulabant eos, qui penitus non fuerant occisi.

Nihil tam damnosum bonis moribus, quam in aliquo spectaculo desidere tunc enim per voluptatem facilius vitia surrepunt, quid me existimas dicere? auarior redeo, ambitiosior, luxuriosior? imo vero crudelior, & inhumanior, quàmuis A inter homines fui. Casu in *meridianum* a *spectaculum* incidi, lusus e spectaus & sales, & aliquid laxamētu, quo hominum oculi ab humano cruore acquiescant, contra est. Quidquid ante pugnatum est, misericordia fuit. nunc omissis nugis mera homicidia sunt, nihil habaut quo tegantur ad ictum totis corporibus expositi, nunquam n iu frustra manum mittunt Hoc plerique ordinariis paribus a & postulatitiis præferunt, quid ni præferant? non F galea, nō scuto repellitur ferrum. Quo munimenta? Quo artes? omnia ista mortes meræ sunt. Mane leonibus G & vrsis homines, meridie spectatoribus H suis obiiciūtur Interfectores interfecturis iubentur obiici, & victorem in aliam detinent cædem. Exitus pugnantium mors est ferro & igne s res geritur hæc fiunt, dum vacat arena. Sed latrocinium a fecit aliquis? quid ergo meruit? vt suspendatur. Occidit hominē? quia occidit, ille meruit vt hoc pateretur. Tu quid meruisti miser vt hoc spectes? *Occide, vre, verbera: Quare tam timide incurrit in ferrum? quare parum audacter occides? quare parum libenter moritur?* plagis aguntur in vulnera, & mutuos ictus nudis & obuiis pectoribus excipiunt Intermissum est spectaculum? interim iugulantur homines, ne nihil agatur. *epist. 7.* [A ita emendo nisi malis ita, quia inter homines, non fui [B quod, pro meridianum Augustino 8. *Cōfessionum.* His meridianis spectaculis Claudiū vehementissime delectatum refert Suetonius Claudiano c 34. & Dion. c Inter meridianas crudelitates lusus quidam miscebātur. Tertullianus c. 12. *apologetici.* Risimus inter ludicras meridianorum crudelitates Mercurium mortuos cauterio excitātem vt verisimile sit hos lusus ipsas gladiatorum pugnas subsequutos fuisse. [D *V. §. Quintil. 14. & 9. ca. 1. Apuleium 4.* [E Parium alia ordinaria, alia postulatica. Hæc autē erant, quæ populus postulaueerat à Cæsare suo ludo. Suetonius Caligula c 30. Cum Tetrinius latro postularetur, & qui postularent Tetrinos esse ait, Idem Claudio c 21. Palumbum postulantibus, promisit se daturum. Idem Domitiano c 4. Populo potestatem fecit bina paria è suo ludo postulandi, [F Meridiani sine galea, sine scuto *vt hic* nihil habebāt quo tegerentur, ad ictum totis corporibus expositi, nunquam frustra manum mittebant, vt paulo ante dictum est. Itaque meridiani non veri gladiatores, sed lanij potius mera, inquam, laniena meridianorum fuit, non legitima pugna. [G Mane seu matutino spectaculo bestiarij producebantur, vt supra ostensum est. Quod & sequentia confirmant. Martialis 6 epig 66. Dat maiora nouus prælia mane dies & 10. epigr. 25. In matutina nuper spectatus arena: & Xeniis c. 96 Matutinorum non vltima præda ferarum Sæuus Oryx. [A legendum puto, *confectoribus.* [B Cur dixit igne rem geri? iurabant gladiatores inter cetera, vri, vt mox dicetur. [C Latrones, grassatores & similes bestiis obiici solitos hinc colligas.

De Lanista.

Lanista A familiam suam summa cura exercet atque ornat quia aliter sibi prodesse nō potest. *6. de benef.* 12. [A Lanista, Tusca lingua, carnifex appellatur. Isidorus 10. hic autem pro eo qui laniandis gladiatoribus præest, vt & Donato.

Munera editoribus gladiatorum amici mittebant, vt arma gladiatoria: venationem edituris, arma venatoria.

Nemo tam stultus est, vt monendus sit, ne cui gladiatores aut venatoria arma iam munere edito mittat, & vestimenta æstiua bruma, hyberna solstitio. *1. de benef.* 12.

Arenarij nonnunquam ex nobilissimis domibus luxuria sua facti.

Aspice illos iuuenes, quos ex a nobilissimis domib. in arenam luxuria proiecit. *ep.* 100. [A Nero, munere (quod in Amphitheatro ligneo in regione Martij campi intra anni spatium fabricato dedit) exhibuit ad ferrum quadringentos senatores, sexcentosque equites Romanos, & quosdam fortunæ atque existimationis integræ ex iisdem ordinibus confectoresque ferarum, & variæ arenæ ministeria *Suet* Nerone. 12.

De locis & gradibus Amphitheatri senatui, equitibus & populo ad spectandum adsignatis: de summa cauea.

Publius quoties e verba ad summam n caueam spectantia reliquit? inter multa alia cothurnos non tantum siparis fortiora: & hoc ait, cuius potest accidere quod cuiquam potest. *de tranq.* 11 [C Id est, quoties omissis vilibus, & quæ ad gustum plebis, selecta, & digna senatu dixit. [B Sūma cauea minuit imā & mediam fuisse. Ima seu arenæ proxima, orchestra: senatorio ordini tributa Post orchestram XIIII gradus seu equestria locus ac sedes equitum a media cauea ad summam, popularium seu tertij ordinis gradus. Propertius Colla caue inflectas ad summum obliqua theatrum

De sacramento seu auctoramento vera ac iustæ militiæ: seu militum item gladiatorum: & quemadmodum iurauerint: in hæc tria: Necem, verbera, vstionem.

Quod maximum vinculum est ad bonam mētem promisisti *virum bonum*, sacramento ligatus es, deridebit si quis tibi dixerit, mollem esse militiam & facilem, nolo te decipi. Eadem honestissimi A huius & illius turpissimi autoramēti verba sunt, B *Vri, vinciri*, C *ferroque necari.* ab illis qui manus arenæ locant & edunt ac bibunt, quæ per sanguinem reddant, cauetur vt ista vel inuiti patiantur. à te vt volens libensque patiaris. illis licet arma summittere, misericordiam populi tentare. Tu neque submittes, nec vitam rogabis, recto tibi inuitoque moriendum est. *ep.* 37. [A id est, militiæ iustæ atque ordinariæ. [B Iurabant in hęc tria gladiatores, Vri, vincire (vel vt infra est, verberari, cædi, vulnerari) ferro necari seu occidi si pugnando excidissent, necem: si timidius aut pugnassent aut fugissent, ignem aut verbera patiebantur. *Horatium 2. Satyr. 7. l. Vltima. § Mastigophori ff. de muneribus.* [C aut quod tantundem verberari, cædi, vulnerari, vt infra legemus Petronius Satyrico: Iurauimus vri, vinciri, verberari. Tibullus Torquere dixit. 1. elegia quarta Vre, feri, torque. Hunc in finem constituti mastigophori, seu flagriferi, & lorarij *d. §. mastigophoro.*

Fides nullo corrumpitur præmio Vre inquit, cæde, occide, non prodam, sed eum magis secreta quæret dolor, hoc illa altius condam. *epist.* 89.

Quid miraris, si vri, vulnerari, occidi iuuat, aliquando etiam libet. *epist.* 73.

De Cautionibus gladiatorum ac veluti moribus quibusdam inter gladiatores obseruatis. In arena consilium capere.

Vetus prouerbium est, gladiatorem in arena capere consilium. aliquid aduersarij vultus, aliquid manus mota, aliquid ipsa inclinatio corporis intuentem monet *ep.* 2 [*in pr.*

De raritate munerum queri & ea optare.

Ego Mirmillonem sub C. Cæsare de raritate munerum audiui querentem. Quam bella, inquit, ætas perit? *de pro.* 4

Cum inferiore non componi.

Pudet congredi cum homine vinci parato Ignominiam iudicat gladiator cū n inferiore componi, & scit eum sine gloria vinci, qui sine periculo vincitur. *de promd.* 3. [D Editoris, imo ipsius gladiatoris cura ac votum erat, vt pares cum paribus confligerent sic Lucanus 3. veluti fatalis arenæ Muneribus, non ita vetus concurrere cogit, Productos odere pares.

De signo pugnæ, Signum pugnæ accipere: Ventilare, in ventum iactare brachia, lusoriis telis vti.

Quam stultum est cum signum a pugnæ acceperis, ventilare remoue ista lusoria arma, decreto nisopus est. *ep.* 118 [A signum commissionis & veræ pugnæ tubis dabant Virgil Plin 2. ep Statius in syluis: Hinc Iuuenali, Floralis tuba, quæ in commissione, floralium. Apuleius 10. tuba terminalis ludorum.

Aliud est pugnare, aliud ventilare. [A Hoc ita semper arbitratum est, scholam quasi ludum esse, forum arenam. 3. *contr.* [A Ventilare est in prælusione ipsa, parmas, clypeos, hastas & gladios in altum iacere, & recipere cum venustate. *Mart* 9.

Suluere

Soluere ista quid aliud est, quam manum exerere & in ventum iactare brachia? *7. natural. 13.*

Illos vero altissimus error iste non tenuit, vt putarent Iouem modo leuioribus fulminibus *& lusorijs* telis vti *2. nat.*

Percussus gladiator.

Ars ei constat qui per *ornamenta* percussus est. *epist. 14.* Ornamenta cum dicit, arma intellige, & quidem gladiatorum, quorum arma ornamenta. quod etiam probatur ex loco Senecæ *4. nat. 1.*

In statu & gradu gladiator.

Omnes sciunt quomodo te in isto gesseris vulnere, vtrumne statim percussus arma submiseris *an in statu* A *& gradu* steteris *ad Polyb. 25.* [A In statu & gradu stare, est ea compositione esse, vt occidas vel occumbas cõsistere membris dixit author poemati ad Pisonem. Huic contrarium est apud Laberium, de statu dimouere: apud Ciceronem in Bruto, de statu deiicere: apud Gellium, statum aduersarij conturbare.

Quæris quid inter duos intersit? quod inter gladiatores fortissimos, quorũ alter premit vulnus & constat in gradu alter respiciens ad clamantem populum, significat nihil esse, & intercedi B non patitur *in sap. non cad. 16* [B Populus nonnunquam intercedebat pro victis læsisque.

Arma submittens ac proiiciens gladiator.

Gladiatoribus licet arma submittere, misericordiam populi tentare: tu neque submittes arma, nec vitam rogabis. recto tibi inuictoque moriendum est. *epist. 37.*

In rerum molestarum certamine superari turpe est, dummodo arma non proiicias, & victus quoque velis vincere. *5. de benef. 2.*

Quid ergo istum aduersariũ mihi assumam? statim arma submittet. *de provid. 3.*

Pares gladiatores censebantur, si vnus multis vulneribus confossus alter leuiter saucius.

Solet fieri vt etiam cum alter multis vulneribus cõfossus est, alter leuiter quidem saucius, pares exisse dicantur: quamuis alter videatur inferior *5 de benef. 3.*

Victoris gladiatoris conditio dura, & cur.

In gladiatoribus dura conditio victoris est, cum morientes pugnaueris. Nullum magis aduersarium timemus, quam qui vincere non potest, occidere potest. Concitatissima rabies est in desperatione. sorte vltima in furorem animus impellitur. *4 de Clem.*

Ferulis noui autorati vapulabant.

Proximo munere inter nouos autoratos A ferulis vapulare placet *in ludo.* [A Autorati, qui mercede operam suam locabãt ad ludum gladiatorum Horat. 2. *Satyr. 7* vnde anctoramentum, præmium auctorati. *Patercul. 2.* & inde quodnis ac cuiusuis. *Cic. 1. offic.*

Victus gladiator iugulum victori præstabat, & errantem gladium sibi attemperabat.

Gladiator tota pugna timidissimus iugulum aduersario præstat, & errantem gladium sibi attemperat. *epist. 30.*

Gladiatores inuisos B habemus, si omni modo vitam impetrari cupiunt: fauemus si contemptum eius præ se ferunt. *1. de tranq. 11.* [B Cicero. 3. *Philippica:* Quod gladiatores nobiles faciunt, vt honeste decumbant, faciamus.

Eo magis cõfodieris & reuulneraberis, quia nescis præbere iugulum. Morieris expeditius, quia ferrum non subducta ceruice nec manibus opposita, sed animose recipis. *1. de tranq. 11.*

Spectator populus hortabatur ipsos gladiatores vultu ac gestu ad mutuas cædes: ac pro suo quisque studio in gladiatores, inter se sponsiones faciebant, & rixas mouebant.

Quid metuisti miser vt hoc spectes? Occide, vre, verbera. Quare tam timide incurrit in ferrum? quare parum audacter occidit? quare parum libenter moritur? *epist. 7.*

Quid? gladiatoribus quare populus irascitur, & tam inique, vt iniuriam putet, quod non libenter pereunt? Contẽni se iudicat & vultu, gestu, ardore de spectatore in aduersarium vertitur. *1. de ira. 2.*

Non spectacula nouit, ex quibus materia C criminis ac periculi quæritur. *& post:* Quem è ludo in carcerem itē inuat? *1. de clem. 26.* [C Pro cuiusque spectatoris studio in gladiatorem rixæ fuerunt, sponsiones, & cædes. *Suet. Tito. 8. Domitiano 10. Plinius panegyrico Traiani 1. Epictetus 3. Dissertationum: Ouid. 1. de arte.* sic Parmularij dicebantur, qui Thracum armaturæ & parmæ fauebant, & scutariani.

De Spoliario.

Nunquid aliquem tam cupidum esse putas vitæ, vt iugulari in Spoliario, quam in arena malit? *epist. 94.*

Videant largum in foro sanguinem, & supra Seruilianum lacum. id enim proscriptionis Syllanæ spoliarium A est. *de prouidentia diuina 3.* [Spoliarium, locus non in amphitheatro, sed iuxta, in quẽ recipiebantur & vnco rapiebãtur ex arena mortui aut grauiter in arena læsi. Lampridius *in Commodo:* Gladiatoris cadauer vnco trahatur gladiatoris cadauer in spoliario ponatur. Sextus Aurelius Victor Domitiano: Senatus gladiatorum more funus ferri, radendumque nomen decreuit.

De palma victoris.

In certaminibus ad spectaculum editis meliorem palma declarat, quanquam in illis quoque sæpe deteriorem prætulit casus *5. de benef. 2.*

De hoplomachis & Thracibus.

Quidam cum hoplomachis, quidam cum Thracibus optime pugnant. Et quidam sic cum scena componi cupiunt, quomodo alteri est. *3. contr.*

Te longiorem Fido Annæo iurabo & Appollonio Pycta: quamuis staturam habeas Thetisi Threcis incompositi. *4. natural. præf.*

De Naumachia.

Ex eodem tibi munere plura exempla promisi. Secundo naumachiæ a spectaculo, vnus ex barbaris lanceam, quam in aduersarios acceperas, totam iugulo suo immersit. *& post:* Quanto hoc speciosius spectaculum fuit, quam occidere. *ep. 71.* [a Naumachiam Nero exhibuit, marina aqua innatantibus belluis *Suet. Nerone c. 12.*

De Venatione ferarum.

Lucius Sylla in circo primus leones solutos dedit, cum alioqui alligati darentur, ad conficiendos eos missis à Rege Boccho iaculatoribus. *& post.* Num & Pompeium in circo primum elephantorum duodeuiginti pugnam edidisse, commissis more prælij noxijs hominibus ad vllam rem bonam pertinet? *de breuit. vit. 13.*

Leonem in Amphitheatro spectauimus, qui vnũ è bestiarijs agnitum, cum quondam eius fuisset minister, protexit ab impetu bestiarum *2. de benef. 9.*

Certi sunt *domitores ferarum*, qui sæuissima animalia, & ad occursum expauefacientia hominem, cogunt pati iugum, nec asperitatem excussisse contenti, vsque in contubernium mitigant. Leonibus magister manum insertat, osculatur Tigrim suus custos. Elephãtẽ minimus Æthiops iubet subsidere in genua & ambulare per funem. *epistola 86.*

Si feras lineis & pinnis conclusas contines, & easdem à tergo eques telis incessas, tentabunt fugam per ipsa quæ fugerunt. *1. de clem. 12.*

Nobis interdum voluptati est, si adolescens constantia animi, irruentem feram venabulo excepit, si leonis incursum interritus pertulit: tantoque spectaculum id gratius, quanto id honestius fecit *de prouid. cap. 2.*

De Cantoribus in commissione gladiatorum adhibitis: De ordine canentium: De cauea æneatoribus cincta. De pulpito, omni tibiarum, omni tibiarum genere & organorum consonante.

In comessationibus nostris plus cantorum est, quam in theatris olim spectatorum fuit. Cum omnes vias impleuit ordo canentium, C & cauea æneatoribus cincta est, & ex pulpito omne tibiarum genus organorumque consonuit, fit concentus ex dissonis. *epist. 85.* [C Est qui in hoc loco legat commissionibus, non comessationibus, hoc totum referens ad commissiones ludorum.

De aquæ sparsione ex fundamentis mediæ arenæ.

Aqua sine spiritu quẽadmodum posset intendi, nunquid dubitas quin sparsio illa, quæ ex fundamentis mediæ arenæ crescens in summam altitudinem amphitheatri peruenit, cum intensione aquæ fiat? *2. nat. 9.*

De croco in immensam altitudinem fistulis in arena exprimi solito.

Vtrum tandem sapientiorem putas qui inuenit, quomodo in immensam altitudinem crocum latentibus fistulis exprimat, qui euripos subito aquarum impetu implet? *epist. 90.*

De Pegmatis.

Ludicræ artes sunt quæ ad voluptatem oculorum atque aurium tendunt. His annumeres licet machinatores, qui *pegmata* A per se surgentia excogitant, & tabulata tacite in sublime crescẽtia, & alias ex inopinato voluptates, aut deo hiscentibus, quæ cohærebãt, aut his quę distabãt sua sponte coëuntibus, aut his quæ eminebãt paulatim in se residẽtibus. His imperitorum feriuntur oculi, omnia subita (quia causas non nouere) mirantium. *epistol. 89.* [A Pegmata

Senec. h iij

funt machinationes per fe furgentes ex inopinato, cũ quæ cohæreut, dehifeunt: quæ diftant, coeuns: quæ emineut, paulatim in fe refidenr Huiufmodi pegmata etiã in arena fuiffa oftendit Suetonius Caio 56. Gladiatorio munere, reductis interdum flagrautiffimo fola velis amitti quẽquam vetabat: tamotoque apparatu ordinario fabidis feris vilisfimos fenioque cõfectos gladiatores: pegmatis quoque petrasfamilias notos & infignes aliqua debilitate corporis fubiiciebat. Idem Claudio 34 Beftiariis maridianisq; adeo delectabatur, vt etiam prima luce ed fpectaculum defcenderet, & meridie (dimiffo ad prandium populo perfedetat: prætetqua deftinatos) etiam leui fubitaque da caufa, quosdam committeret de fabrorum quoque ec miniftrorum atque id genus numero, fi αὐτόματον vel *pegma* vel quid rale aliud parum ceffiffet Idem confirmat Strabo lib 6, vbi refert quandam Salurum Siculum latronem (Ætnæ filiũ nominatum) in foro per ludos gladietorios a pegmate (tanquam ex Ætne) compagibus folutis, in caueas ferarum cecidiffe, & à feris difcerptum: adde Iofeph 7. de bello Ia.

MISCELLA DE LVDIS.

De alea

Proh pudor imperij principis Romani lugentis fororem *alea* folatium fuit *ad Polyb.* 36.

De fritillo & tefferis.

Æacus iubet illum alea ludere pertufo fritillo. A Et iam cœperat fugiẽtes femper refferas quærare, & nihil proficere Nam quoties mifiurus erat refonante fritillo, Vrtaque fubducto fugiabat teffera fundo, *&c. in ludo.* [A Fritillo tefferis lufiffe hic locus argumento effe poteft An idem Fritillum & pyrgus fea turricula (in qua gradus quidem excogitati aduerfus aleæ paftros, vt in eos offendentes boli fau iactus, incertiores affent, quos dabant vel reuocabant, Aufonius in commemorat pro fa Burdigal) dubitatum? *Suidas.* Ex Ifidori 18. *cap.* 60 *& fequentibus* illud obferuamus Tabula pyrygo (ita enim iunctim lego) lufiffe calculis, tefferifque Calculos leues ac rotundus fuiffe: Tefferas, quadras ea omnibus partibus (quod cailiendo difcurrerent, lepufculos & tala nonnulli vocabant) Vtrequa taffere lufiffe hic locus indicio eft. Quidem tribus teffatis lufitaffe fcribunt per tabulam ternis defcriptã lineis. Tefferarum iactus, vnio, binio, trinio, quatrio, quinio, fenio. vt hinc conftet, tefferas, fea latera habuiffe Horum iactuum appellatio poftea mutata eft: ac vnionem, canem; trionem, fuppum; quatrionem, planum vocarunt. fenio, felia iactus fuit; canis, damnofus. hæc de tefferis. Calculos rotundos fuiffe fuparius dixi, quorum alij ordina, alij vage: alij nullo modo mouebantur. Illi, ordinarij, ifti vagi: hi inciti dicebantur Quid tali? In tali feu taxillis, quatuor latera, in teffaris feu cubis, fex Martialis: Non fum talorum numero par teffera De talis feu aftragalis loquitur Iurifconfultus *in l. aut facta.* 16. § *euentus Digeft. de pœnn.* quibus lufiffe pueros hic Plutarchi locus, de fortuna Alexandri oftẽdit: τοῖς μὲ παισὶ ἀστραγάλοις, τοῖς δὲ ἀνδράσιν ὅρκοις ἐξαπατῶν.

De bafilico, & cane, & vtriufque iactu.

Non eft quod me folos putes dicere occupatos qui cum bafilicum A immifarint, canam eiciunt. *de breuit. vitæ* 15. [A Hunc locum mihi videor optima coniectura reftituiffe ac applicaffe; Conięcturatam. quem vide.

De Latrunculorum feu calculorum lufu.

Latrunculis *ludimus*, in fuperuacuis fubtilitas teritur. 18. *epiftola*.107.

Latrunculis ludebat *& poft* Vocatus numerauit calculos. *& poft*: annuens centurioni, teftis, inquit, eris vno me antecedere. Lufiffe tu Cannium illa tabula putas? illufit 1. *de tranquill.* 14.

Nemo a qui ad incendium domus fuæ currit, *tabulam* latrunculariam perfpicit, vt fcies quomodo elligatus exeat calculus. c *epift* 118. [a Simile illud Adagium eft: Mufica in luctu importuna narratio eft [c Calculorũ è tefferis difcrimen fuperius attuli, cum de alea & tefferis dicerem: nimirum calculos rotundos effe ac leues, tefferas quadras. Calculos à quibufdam etiã vocari lepufculos & tale. Horum alios effe ordinarios, vagos, & incitos, qui vel ordine val vaga, vel nullo modo mouerentur. Ex virtu fuiffe apparet illo Ouidij loco: Sitae latrocinij fub imagine calculus ibis, Fac pereat vitreo miles ab hofte tuus Quin etiam ex verfu conftare videtur, calculos in duas partes difcretos & ex alteramilites, altere hofles fuiffe Quod & illo Martialis confirmatur: Infidioforũ fi ludis bella latronũ, Gemmeus ifte tibi miles & hoftis erit. Hoc genere lufus Mariã Serenolam delectatum legimus & Pompeium tertio triumpho alueum tranftuliffe cum calculis tefferifque ex duabus gemmis, latum tres pedes, longum pedes quatuor.

De Pilæ lufu.

Æqualitatẽ hãc accipe, quã vides in pila luforia 4. *nat* 11.

In orbe & pila nihil eft imum, nihil fummum, nihil extremum, nihil primum. quia motu ordo mutatur, & quæ fequebantur præcedunt, & quæ occidebant oriuntur omnia quomodocunque iacint in idem reuertuntur. 5. *de benef* 8.

Pilam cadere non eft dubium aut mittentis ftudio aut accipientis ità curfum fuũ feruat, vbi inter manus vtriufque apte ab vtroque iacta & accepta iactatur. Neceffe eft autem lufor bonus aliter illam collufori lõgo, aliter breui mittat Si cum exercitato & docto negotium eft, audacius pilam mittemus, vtcunque enim venerit, manus illa expedita & agilis repercutiet: fi cum tyrone & indocto, non tam rigide nec tam excuffe, fed languidius & in ipfam eius dirigentes manum remiffe occurremus. 2. *de ben.* 19.

In lufu eft aliquid pilam A fcire ac diligenter accipere. fed non dicitur bonus lufor nifi qui apte & expedite remifit quam acceperat. 2. *de benef.* 32] A De pilæ lufu in gratiam iuris ftudioforum has quæftiones, quæ noftro iure occurrunt fubiiciam. Cum pila quidam luderent, vehementius quis pila percuffa in tonforis manum eam deiecit, & fic ferui (quem tonfor radebat) gula præcifa eft, adiecto cultello: *Idem Mela* 11 *ff ad l. Aquil.* li, cum plures pilæ luderent, quidam ex his feruulum, cum pilam percipere conatur, impulit: feruus cecidit & crus fregit. *l. fi explagu.* §. *vltimo ff ad l. Aquiliam*

Quid fi me remittere manu a pilam iubeas? ftultum eft dare quod excipere non poffis 7. *de benef.* 18. [a fimile adagium, Claudi more tenere pilam.

De Vrinatoribus.

Didicerũt alij in e immẽfam altitudinẽ mergi, ac fine vlla refpirandi vice perpeti maria. 2. *de ira.* 13. [c Hos Firmicus in periphrafi fphæræ barbaricæ orcifcopularios vocat, hoc eft, orci fcopulos, qui metis latentes fcopulos, explorant.

De eo qui exfurgit in planta, & fummis ambulat digitis.

Philofophus non exfurgit D in plantas, nec in fummis ambulat digitis, eorum more qui mendaciã ftaturã adiuuant, longioresq; quã funt, videri volũt. contentus eft magnitudine. *epift.*111. [D Iuuenalis fatyra 19. parui fortita eft lateris fpaciũ, grauiorque videtur Virgina Pygmæa nullis adiuta cothurnis, & leuis erecta cõfurgit ad ofcule planta.

De præftigiatoribus, & eorum acetabulis, & calculis.

Sic ifta fine noxa decipiunt, quomodo *præftigiatorum* A acetabula & calculi in quib. me fallacia ipfa delectat *ep* 45. [A Præftigium dicitur Mercurius inueniffe. Dictum eft autem quod præftringat aciem oculorum. 8. *Ifid.* 9.

De funambulis.

Didicerũt alij tenuiffimis & aduerfis funibus a currere. *& poft*: Quid magnificũ cõfequitur ille, qui meditatus eft per intentiffimos funes ita? *de ira.* 13. [a Iuuenal Satyra. 14 An magis oblectãt animum iactata petauro Corpora, quique folent rectum defcendere funem?

Elephãtem minimus Æthiopus iubet fubfidere in genua, & ambulare per funem. c *ep* 86 *in f.* [c Suet Nerona 11. Notiffimus eques Romanus, elephanto fuperfedens per catadromum decucurrit quo locum & *l. penultim ff.* de act empti Catadromus non decurfionis ftadium eft, vt quidam volunt fed funis è fuperiore loco extenfus, per quem eques Romanus elephanto infidens decurrit fic Suetonius Galba c 6 Commiffione, inquit, ludorũ floralium nouum fpectaculi genus elephantos funambulos dedit. Plinius. 8. c. 3. de elephante, Aduerfis funibus fubit, fed egreditur magis vtique pronis.

De Petauriftis.

Oblitus petauri A quo humana iactantur *ep* 99 [A *al.* fatiat peccati male. Feftus Petauriftas dictos e Petauro primum eẽfet Lucilij autoritate Sicut, inquit, mechanici cum alto exilui e petauro Idem poft ex Ælio Stilone petauriftas dictos notat, quod ij πρὸς τὸ ἀέρα πέτονται, id eft, in aëre volens. Nonio c 1 Petauriftæ dicuntur, qui faltibus vel fchœnis leuioribus mouentur, ἀπὸ τοῦ πετάσθαι. Sunt & Petauriftę qui in rota vel machine traiiciebãt fe defperata audacia Martialis: Quam rota tranfmiffo toties impacta petauro Vnde Ariftophanes ἐν δαιταλεῦσι, apud Grammaticos dixit Petauriftã, (quotias fe in rota machina vertat) poffe fupremã dicere vitę fuæ Hi sad vicem, qui (vt Claudianus ait) mota euium fefe eiaculantur in auras, corporaq; ędificãt celeri crefcentia nexu, quorũ cõpofitam puer augmentetus

tatus in arcē Emicet, & vinctus planta vel cruribus hętens Pēdula librato figut vestigia saltu HosFitmicus, quod saltu cotpota iaculentut, ephalmatores: & πας̀ τὸ πέτασ petautinatios: quorum etiam meminit Salmanus 6. de vero iudicio & prouidentia Dei. Par audueia fuit illis, qui distento sago se in sublime iaculari patiebuntur, qua lascivia delectatum & vsum in plerosque Otbonem refert Suetonius cap. 2. quamque pœna dignam notat Vlpianus apud Rufinum cap. 1. collationis legum Mosaicarum: Huius lusciniæ meminit Martialis illo versu: Ibis ab excusso missus in astru sago.

De lusu Socratis cum pueris.

Cum pueris Socrates ludere non erubescebat. 5. *de tranquill.* 15.

Lusoribus propositum est, fallere.

Malignis lusoribus propositum est collusorem traducere, cum damno scilicet ipsius lusus, qui non potest, nisi coonsentitur, extendi. 2. *de benef.* 17.

FINIS POLITICORVM.

LOCI COMMVNES SEV LIBER

AVREORVM, DE ARTIBVS, QVAS LIBERALES VOCANT, VT GRAMMATICA, RHETORICA, ORAtoria, Declamatoribus, Historia, Poëtice, Dialectica, Sophistice, &c. ex Seneca, authore Dionysio Gothofredo I. C.

ARTES LIBERALES.

De scientia, eruditione, & eruditio.

QVID est bonum? rerum *scientia.* Quid malum? rerum imperitia. *epist.* 31

Vnus dies hominum eruditorum plus patet, quam imperiti longissima ætas. *epistola* 79.

De Arte & his quæ in artem redacta

Quædam in artem nondum redacta sunt: quædam ne redigi quidem possunt, ob nimium remotam counet satiooem. 2. *nat. quæst.* 32.

Omnis ars imitatio est naturæ *epist.* 66.

Non fuit tam amica natura, vt, cum omnibus alijs animalibus facilem actum vitæ daret, homo solus non posset sine tot artibus viuere. *epist.* 91.

De Magistris puerorum discentium: & quod patienter ferre debeant offensationes discipulorum.

Magistri puerorum discentium debent patienter ferre offensationes memoriæ labentis, quæ subiecto vno aut altero verbo ad conteatum reddendæ orationis seduci solet 5. *de ben. vlt. in fine.*

Scholæ & fori comparatio.

Semper arbitratum est, Scholam quasi ludum esse, forum harenam 3. *contr. in proœm.* 75.

De auditorum munere exiguo.

Bene ille, quisquis fuit (ambigitur enim de auctore) cum quæreretur ab illo, quo tantu diligentia artis spectaret ad paucissimos peruenturæ, Satis sunt (inquit) mihi pauci, satis est vnus, satis est nullus. Egregie hoc tertium Epicurus, cum vni ea consortibus studiorum suorum scriberet Hæc, inquit, ego non multis, sed tibi: satis enim magnum alter alteri theatrum sumus *epist.* 7.

Clamores auditorum captare.

Quanta dementia eius est, quem clamores imperitorum hilarem ex auditorio dimittunt? *& post:* interfit aliquid inter clamorem theatri & scholæ *epist* 53.

Audituro dicendum.

Nulli nisi audituro dicendum *epist.* 29. *in pr.*

De præceptis & quæ, quibusque præcepta dari oporteat.

Præcepta dare scienti supervacuum est nescienti, parum. *epist.* 95.

Nihil proficient præcepta, quamdiu menti error obfusus est: si ille discutitur, apparebit quid cuique debeatur officio *epist.* 95.

Nihil proderit dare præcepta, nisi prius amouerit obstantia præceptis. *epist.* 96.

Proficientium seu discipulorum tres classes esse & quæ illæ sint

Proficientes in tres classes, vt quibusdam placet, diuidit Senec. tur. Primi sunt, qui sapientiam nondum habent, sed iam in vicinia eius cōstiterunt Omnes iam affectus & vitia posuerunt: quæ erant complectenda, dicicerunt, sed illis adhuc inexperta fiducia, bonum suum nondum in vsu habent Iam quidem in illa, quæ fugerunt, decidere non possunt, sed hoc illis deesse nondum liquet, scire se nesciunt. Iam contigit illis bono suo frui nondum confidere. Iam effugerunt morbos, animi affectus nondum, & adhuc in lubrico stant. *& post.* Secundum genus est eorum, qui & maxima animi mala, & affectus deposuerunt, sed ita, vt non sit illis securitatis suæ certa possessio. possunt enim in idem relabi Tertium illud genus extra multa & magna vitia est, sed non extra omnia Effugit auaritiam, sed iram adhuc sentit. Iam non sollicitatur libidine, sed habet etiamnum ambitionem Iam non concupiscit, sed adhuc timet, & in ipso metu ad quædam satis firmus est, quibusdam credit, mortem contemnit, dolorem reformidat Bene nobiscum agetur, si in hunc admittimur numerum. Magna felicitate naturæ, magnaque & assidua intentione studij secundus occupatur gradus sed nec hic quidem contemnendus est color tertius. *epist* 75.

Quibus discendum & an mulieri.

Vtinam virorum optimus pater meus, omnis maiorum consuetudini deditus, voluisset te sapientum præceptis erudiri potius, quam imbui. Non parandum tibi nunc contra fortunam esset auxilium, sed proferendum. Propter istas quæ literis non ad sapientiam vtuntur, sed ad luxuriam instituuntur, minus est indulgere studijs passus, beneficio tamen rapacis ingenij plus quam pro tempore hausisti. Iacta sunt omnium disciplinarum fundamenta. Nunc ad illas reuertere, tutam te præstabunt illæ, consolabuntur illæ, delectabunt illæ, si bona fide animum tuum intrauerint. *ad Alb.* 16.

Quo proposito discendum

Idem & docenti & discenti debet esse propositum: vt ille prodesse velit, hic proficere *ep.* 109.

Gaudeo *aliquid discere* vt doceam nec me vna res delectabit, licet eximia sit & salutaris, quam mihi vni sciturus sum: si cum hac exceptione detur sapientia, vt illam inclusam teneam, nec enunciem, reiiciam. Nullius boni sine socio iucunda possessio est *ep.* 6.

Quandiu discendum.

Semper discendum est *ep.* 25.

Perseuerandum est, & assiduo studio robur addendum, donec bona mens sit, quod bona voluntas est *ep.* 16.

Etiam seni discendum *ep.* 77.

Tum diu discendum est, quamdiu nescias: &, si prouerbio credimus, quamdiu viuas *epist* 77.

Nolunt discere, qui nunquam didicerunt. 3. *de ira.* 36.

Quamaxime ætate discendum.

Omnibus annis studere honestum est: at non ita omnibus institui. Turpis & ridicula res est, elementarius senex. Iuueni parandum, seni vtendum *epist.* 36.

Facile est teneros adhuc animos componere. 2. *de ira,* 18.

Educatio maximam diligentiam, plurimumque profuturam desiderat 2 *de ira* 18.

Qua anni parte studia inchoanda.

Ille ego qui anno nono, (quemadmodum legere, scribere, dicere aliquid) sic auspicabar in virum desiliire. *epist.* 84. Hoc ex loco dicimus, veteres Calend. Ianuarijs artes delibasse.

Quo loco discendum.

Seuerior loci disciplina firmat ingenium, aptumque magis conatibus reddit. *epist.* 52.

Quomodo discendum: Tacendo se audiendo, legendo, docendo: & de libris quibus apposita nota sunt à doctore aliquo: & de lectione ordinaria, seu eorum qui Breuiaria & summaria composuerunt.

Apud Pythagoram discipulis quinque annis tacendum erat *epist* 53.

Mittam ipsos tibi libros. &, ne multum operæ impendas (dum passim profutura sectaris) imponam notas, vt ad ipsa protinus, quæ probo & miror, accedas *epist* 6.

Plus profectura est oratio ordinaria, quam hæc, quę nunc vulgo breuiarium dicitur (olim cum Latine loqueremur, summarium vocabatur) illa res discenti magis necessaria est, hæc scienti, illa docet, hæc admonet. *epistol.* 39. *in pr.*

Homines, dum docent, discunt. *epist* 7.

Quæ non discenda, & de rerum curiosarum, humilium, inutilium, infinitarum, vaga, incerta, & nimia plus assidua, lectione vitanda

Curiosa studia vitanda, & quæ illa sint *V. c.* 13. *de breuitate vitæ.*

Neminem excelsi ingenij virum humilia delectant & sordida: magnarum rerum species ad se vocat & extollit. *epistol.* 39.

Non multum nocet transisse, quæ nec licet scire nec prodest 7 *de benef.* 1.

Stude, non vt plus scias, sed vt melius. *epistola* 90. *in fin.*

Paucis opus est ad mentem bonam literis, sed literarum intemperantia laboramus: non vitæ, sed Scholæ discimus. *epist.* 107.

Plus prodest, si pauca præcepta sapientiæ teneas, sed illa in promptu tibi & in vsu sint, quam si multa quidem didiceris, sed illa non habeas ad manum. 7 *de benef.* 1.

Cum legere non possis, quantum habueris, sat est habere, quantum legas *epist.* 2.

Aliquid interfit inter te & librum, quousque disces? *epist* 33.

Non semper imminendum libro aut pugillaribus. dandum aliquod interuallum animo. *epist.* 15.

Non refert quam multos, sed quam bonos habeas libros. *epist* 45.

Alit lectio ingenium, & studio fatigatum, non sine studio tamen, reficit. *epist.* 85.

Videndum ne lectio multorum autorum, & omnis generis voluminum habeat aliquid vagum & instabile. *epist* 2.

Negat Cicero, si duplicetur sibi ætas, habiturum se tempus, quo legat Lyricos, eodem modo Dialecticos *epistola* 50.

Distrahit animum librorum multitudo *epist.* 2.

Onerat discentem turba non instruit. 1. *de tranq.* 9.

De Bibliothecis & librorum multitudine à nonnullis in bibliothecas suas relata. Indices librorum (quos in bibliothecis suis habebant) fastidiebant. 40000. librorum arserunt in Alexandrina bibliotheca. Fronte & Titulis librorum sibi placere: loculamenta librorum, tecto tenus extructa: In balnearijs & thermis libri quoque repositi ad fastum.

Quo mihi innumerabiles libros & bibliothecas, quarum dominus vix tota vita sua indices perlegit? Onerat discentem turba, non instruit: multoque satius est, paucis te autoribus tradere, quam errare per multos. Quadraginta millia librorum Alexandriæ arserunt, pulcherrimum regiæ opulentiæ monimentum: alius laudauerit, sicut Liuius, qui elegantię regum curæque egregium id opus ait fuisse Non fuit elegantia illud aut cura, sed studiosa luxuria: imo, ne studiosa quidem, quoniam nō in studium, sed in spectaculum comparauerāt: sicut plerisque ignaris etiam seruilium litterarum, libri non studiorum instrumenta, sed cœnationum ornamenta sunt. Paretur itaque librorum quantum satis sit, nihil in apparatum. Honestius, inquis, in hos impensas, quam in Corinthia pictasque tabulas effuderim! Vitiosum est vbique quod nimium est. Quid habes cur ignoscas homini armaria e citro atque ebore captanti, quam opera conquirenti aut ignotorum auctorum, aut improbatorum, & inter tot millia librorū oscitanti, cui voluminum suorum frontes maxime placent: titulique? Apud desidiosissimos ergo videbis quicquid orationum historiarumque est, & tecto tenus extructa loculamenta. Iam enim inter balnearia & thermas bibliotheca quoque, vt necessarium domus ornamentum expolitur. Ignoscerem plane, si è studiorum nimia cupidine oriretur. Nunc ista exquisita, & cum imaginibus suis descripta sacrorum opera ingeniorum, in speciem & cultum parietum comparantur. 1. *de tranq.* 9.

Quæ legendo maxime discenda: & de vario legentium in colligendis optimis studio.

Illud admoneo, lectionem ad propositum beatæ vitæ trahendam, non vt verba prisca aut ficta captemus, & translationes improbas figurasque dicendi. *epist* 109.

Non est quod mireris ex eadem materia suis quemque studijs apta colligere. In eodem prato bos herbam quærit, canis leporem, ciconia lacertum. *epist.* 109.

De virtute discenda.

Nemo est casu bonus, discenda virtus est *epist* 124.

De artium generibus, & quæ vulgares, ludicræ, pueriles, liberales.

Quatuor ait esse Posidonius *artium* genera. Sunt vulgares & sordidæ, sunt ludicræ, sunt pueriles, sunt liberales. *Vulgares* opificum, quæ manu constant, & ad instruendam vitam occupatæ sunt, in quibus nulla decoris, nulla honesti simulatio est. *Ludicræ* sunt, quæ ad voluptatem oculorum atque aurium tendunt. His annumeres licet machinatores, qui pegmata per se surgentia excogitant, & tabulata tacite in sublime crescentia, & alias ex inopinato voluptates, aut dehiscentibus quæ cohærebant, aut his, quæ distabant sua sponte coeuntibus, aut his quæ eminebant, paulatim in se residētibus. His imperitorum feriūtur oculi, omnia subita, quia causas non nouere, mirantium. *Pueriles* sunt, & aliquid habentes liberalibus simile, hæ artes quas ἐγκυκλίας, id est circulares Græci, [legitur al. ἐλευθερίας] nostri liberales vocant. Solæ autem Liberales sunt, imo (vt dicam verius) liberæ, quibus curæ virtus est. *epist.* 89. vbi probat, liberales quæ vulgo dicuntur artes, puta, Geometriam, Astrologiam, imo, & Mathematicas artes, non esse partes philosophiæ, sed vna re consummari animum, scientia bonorum ac malorum immutabili, quæ soli Philosophię competat. Ibidem etiam probat liberales illas vulgo artes nihil conferre virtuti, cum possit sine illis veniri ad sapientiam. Item, artes illas liberales delectare, sed tantum ex illis retinendum, quantum sit necessarium.

De liberalibus studijs.

Liberalia studia dicta sunt, quia homine libero digna. Cæterum vnum studium vere liberale est, quod liberum facit, hoc est, sapientia, cætera pusilla & puerilia sunt. Horum professores turpissimos omnium ac flagitiosissimos cernis? Non discere debemus ista, sed didicisse. Virum bonum non faciunt, ne promittunt quidem, nec huius rei scientiam affectant *epist* 88.

Liberalia studia sunt non illa, quibus perfundi satis est, sed hæc, quibus tingendus est animus. *epist.* 36.

De imitatione, & imitandorum authorum cum in dicendo, tum scribendo legibus.

Non est vnus, quamuis præcipuus sit, imitandus 1. *controuers.* 2.

Quæcunque ex diuersa lectione congessimus, debemus separare. Melius enim distincta seruantur. deinde adhibita ingenij nostri cura & facultate in vnum saporem varia illa libamenta confundere, vt, etiam si apparuerit vnde sumtum sit, aliud tamen esse quam vnde sumtum est, appareat. quod in corpore nostro videmus, sine vlla opera nostra facere naturam *epist* 85.

De imitatione, & quemadmodum quisque dicendo vel scribendo, imitari autores, quos legerit, debeat, puta eorum orationes, argumentationes, sententias, multis & quidem exacte proponitur. *epist* 85.

GRAM-

GRAMMATICA.

Grammaticus versatur circa sermonem historias, carmina. De vanis, puerilibus, & stolidis Grammaticorum quæstionibus.

GRammaticus circa curam sermonis versatur: & si latius euagari vult, circa historias. Iam, vt longissime fines suos proferat, circa carmina. Quid horum ad virtutem viam sternit? Syllabarum enarratio, & verborum diligentia & fabularum memoria & versuum lex ac modificatio: Quid ex his metum demit? cupiditatem eruit? libidinem frenat? *& post*: Nisi forte tibi Homerum Philosophum fuisse persuadent, cum his ipsis, quibus colligunt, negent. Nam modo Stoicum illum faciunt, virtutem solam probantem, & voluptates refugientem, & ab honesto, ne immortalitatis quidem precio recedentem: modo Epicureum, laudantem statum quietæ ciuitatis, & inter conuiuia cantusque vitam exigentis: modo Peripateticum bonorum tria genera inducentem: modo Academicum, incerta omnia dicentem. Apparet nihil horum esse in illo, quia omnia sunt. Ista enim inter se dissident Demus illis Homerum Philosophum fuisse: nempe sapiens factus est, antequam carmina vlla cognosceret. Ergo illa discamus, quæ Homerum fecere sapientem Hoc quidem me quærere, vtrum maior ætate fuerit Homerus an Hesiodus, non magis ad rem pertinet, quam scire, an maior Hecuba fuerit quam Helena Quid annos Patrocli & Achillis inquirere, ad rem existimas pertinere? Quid quæris, Vlysses vbi errauit potius, quam efficias, ne nos semper erremus? Non vacat audire, vtrum inter Italiam & Siciliam iactatus sit, an extra notum nobis orbem. Neque enim potuit in tam angusto error esse tam longus. Tempestates animi nos quotidie iactant, & nequitia in omnia Vlyssis mala impellit: non deest forma, quæ sollicitet oculos, non hostis. Hinc monstra effera, & humano cruore gaudentia: hinc insidiosa blandimenta aurium: hinc naufragia, & tot varietates malorum. Hoc me doce, quomodo patriam amem, quomodo vxorem, quomodo patrem, quomodo ad hæc tam honesta vel naufragus nauigem Quid inquiris an Penelope impudica fuerit? an verba seculo suo dederit? an Vlyssem illum esse quem videbat, antequam sciret, suspicata sit? Doce me quid sit pudicitia, & quantum in ea bonum, in corpore, an in animo posita sit. *Et post*: Quid? quod ista liberalium artium consectatio molestos, verbosos, intempestiuos, sibi placentes facit, & ideo non discentes necessaria, quia superuacua didicerunt Quatuor millia librorum Didymus Grammaticus scripsit miser, si tam multa superuacua legisset In his libris de patria Homeri quæritur: in his de Æneæ matre vera: in his libidinosior Anacreon, an ebriosior vixerit: in his an Sappho publica fuerit: & alia, quæ erant dediscenda si scires. I nunc & longam esse vitam nega Sed ad nostros quoque cum perueneris, ostendam multa secu-sibus recidenda. Magno impendio temporum, magna alienarum aurium molestia laudatio hæc constat, ô hominem literatum! simus hoc titulo rusticiores contenti, ô virum bonum Itane est? annales euoluam omnium gentium, & quis prima carmina scripserit, quæram? quantum temporis intersit inter Orphea & Homerum, cum fastos non habeam, computabo? & Aristarchi notas, quibus aliena carmina compunxit, recognoscam? & ætatem in syllabis conteram? Itane in Geometriæ puluere hærebo? Adeo mihi præceptum salutare excidit? *Tempori parce*. Hæc sciam, & quidsi ignorem? Appion Grammaticus, qui sub C. Cæsare tota circumlatus est Græcia, & in nomen Homeri ab omnibus ciuitatibus adoptatus, aiebat, Homerum vtraque materia consummata, & Odyssea & Iliada, principium adiecisse operi suo, quo bellum Troianum complexus est. Huius rei argumentum afferebat, quod duas literas in primo versu posuisset ex industria, librorum suorum numerum continentes. Talia sciat oportet, qui multa vult scire. *epist. 89.*

De prima literatura & Elementis puerorum.

Prima literatura, per quam pueris elementa traduntur, non docet liberales artes, sed mox percipiendis locum parat. Liberales vero artes non perducunt animum ad virtutem, sed expediunt. *epist. 89.*

De lingua Latina, eiusque inopia.

Quædam, etiam si vera non sint, propter similitudinem eodem vocabulo comprehensa sunt. Sic pyxidem A & argenteam & auream dicimus. Sic illiteratum non ex toto rudem, sed ad literas altiores non perductum. Sic qui male vestitum & pannosum vidit, nudum se vidisse dicit. Beneficia ista non sunt, habens tamen beneficij speciem. Quomodo ista sunt tanquam beneficia, sic & ille tanquam ingratus est, non ingratus: *5. de benef. 13.* [A Quod dicit de pyxide argentea & aurea, rationem quandam habet. Pyxis enim proprie denominata, quod è buxo fit. & tamen dicitur pyxis aurea & argentea.

Magis damnabis angustias Romanas, si scieris vnam syllabam esse, quam mutare non possim quæ hæc sit, quæris? τὸ ὄν. Duri tibi videor ingenij in medio positam posse sic trãsferri, vt dicã quod est *epist. 59.* vbi ostẽdit 6. modis τὸ ὂν à Platone dici.

Verborum nobis latinorum paupertatem esse ostendit Seneca *epist. 59.*

De pingendarum & scribendarum litterarum ratione litteras alijs alias superimponere.

Si quis scriptis nostris alios superimponat versus, priores literas non tollit, sed abscondit. *6. de beneficijs 6. in fine.*

Pueri ad præscriptum discunt, digiti illorum tenentur, & aliena manu per literarum simulacra A ducuntur. deinde imitari iubentur proposita, & ad illa reformare chirographum. *epist. 95.* [A De Literis hoc vnum obiter monendum, veteres græcas pene easdem fuisse, quæ nunc sunt Latinæ. *7. Plin. 58.*

De sermonis antiqui affectatione.

Multi ex alieno seculo petunt verba. duodecim a tabulas loquuntur. Gracchus illis, & Crassus, & Curio nimis culti & recentes sunt: ad Appium vsque & Coruncanum redeunt. *epist. 115* [a Sic Ammianus, lib 30. Hi vt altius videantur iura callere; Trebatium loquuntur, & Cesellium, & Alphenum, & Auruncorum Sicanorumque iam dio leges ignotas, cum Euandri matre abhinc seculis obrutas multis.

Libri colorum.

Otho Iunius libros colorum edidit *2 controu. 3.*

Schemata nuenta. Quomodo & quibus vtendum De Translationibus, hyperbole, cacozelia, etiologia.

Schemata negabat pudoris causa inuenta, sed subsidij *1. controu.*

Translationibus verborum, imaginibus & parabolis quemadmodum vtendum, & an solis Poetis vtendum? *vide epist. 60.*

In hoc omnis hyperbole excedit, vt ad verum mendacio veniat. *& post*: Nunquam tantum sperat hyperbola, quantum audet, sed incredibilia affirmat, vt ad credibilia perueniat *7. de benef. 23.*

Dixit sententiam cacozeliæ genera humillimo. *Suasoria vltima.*

Posidonius bis adijcit causarum inquisitionem, quam cur *ætiologiam* dicere non audeamus, cum Grammatici custodes Latini sermonis suo iure ita appellent, non video, *epistol. 96.*

De solœcismo.

Grammaticus non erubescit solœcismum, si sciens facit, erubescit, si nesciens. *epist. 96.*

Vindicatur à solœcismo Cornelij Seueri versus.

Cornelius Seuerus epulanteis milites inducit, & ait: stratique per herbam, Hic meus est, dixere, dies. *Et post*: Illud Porcellus Grammaticus arguebat in hoc versu, quasi solœcismum: quod cum complures induxisset, diceret, Hic meus est dies: non, dies hic est noster in sententia optima accusabat id, quod erat optimum. Muta enim, vt noster sit, peribit omnis versus elegantia, in quo hoc est decentissimum, quod ex causa sermo trahitur Nam quasi prouerbij loco ait, Hic dies meus est & cum ad sensum retuleris, ex Grammaticorum quidem calumnia, ab omnibus magnis ingenijs submouenda, habebit locum. Dixerunt enim non omnes simul, tanquam in chorum manu ducente Grammatico, sed singuli ex his: Hic meus est dies. *Suasoria 2.*

De componendi & scribendi ratione, & cur scribendum.

Posterorum negotium ago, illis aliqua, quæ possunt prodesse, conscribo. Salutares admonitiones, velut medicamentorum vtilium compositiones, literis mando, esse illas efficaces in meis vlceribus expertus, quæ, etiamsi persanata non sunt, serpere desierunt. rectum iter, quod sero cognoui & lassus errando, alijs monstro *epist. 8.*

Vbi etiam scribere possis

Quædam sunt, quæ possis & incedendo scribere: quædam lectum, & otium, & secretum desiderant. *epistola 72*

Quem in finem, & quomodo scribendum.

Non in præconium aliquid simplici stylo scribe 1. *de tranq.* 1.

Scribe, vt dum scripseris, legas: omnia ad mores, & ad sedandam rabiem affectuum referens. *epistolarum* 90. *in fin.*

Quibus scribendum.

Non multis, sed paucis scribendum. *epist.* 7.

Quæ scribenda.

Turpe est aliud loqui, aliud sentire. Quãto turpius aliud scribere, aliud sentire? *epist.* 24.

Quomodo scribendum

Scripta sua torquere, & de singulis verbis in cõsilium venire. 1. *contron.*

Quantum scribendum.

Quadraginta millia librorum Alexandriæ arserunt, pulcherrimum regiæ opulentiæ monimentum 1. *de tranquill. vit.* 9.

Didymus Grammaticus quatuor millia librorũ scripsit. *epist.* 89.

Quorumcunque stylus est velox, tardior memoria est. 1. *contr. in proœm.* 4.

De Epistolis: De literis amicorum, & earum voluptate, ac commercio

Literæ imagininibus amicorum absentium iucundiores sunt, quę vera amici absentis vestigia afferant *epist.* 40.

Epistolarum commercium frequentare. *epist* 38.

Epistolis scriptisque doctorum hominum notiores, redduntur etiam viri magni.

Si gloria tangeris, notiorem te epistolæ meæ facient, quam omnia ista, quæ colis, & propter quæ coleris. Quis Idomenea nosset, nisi Epicurus illum suis literis incidisset? Omnes illos megistanas, & satrapas, & regem ipsum, ex quo Idomenei titulus petebatur, obliuio alta suppressit. Nomen Attici perire Ciceronis epistolæ non sinunt: nihil illi profuisset gener Agrippa, & Tiberius progener, & Drusus Cæsar pronepos. Inter tam magna nomina taceretur, nisi Cicero illum applicuisset. & *post*: Habeo apud posteros gratiam, possum mecum duratura nomina educere. Virgilius duobus memoriam æternam promisit & præstat. *Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt, Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo. epist.* 21.

Epistolæ modus is fuisse videtur, vt ne eæ sinistram manum legentis impleat.

Sed ne *epistolæ* modum excedam, quæ non debet sinistram manum legentis implere, in aliam diem hãc litem differam *epist.* 45.

Epistolas longas odimus.

Vereri debeo, ne tam longas epistolas peius, quam mortem, oderis. *epist.* 30.

Et quomodo finem vitæ imponere poterit, qui epistolæ non potest? Vale ergo, quod libentius quam mortis oras, lectusus es *epist.* 60.

Epistolas autem veteres inchoabant ab his verbis: si vales, &c.

Mos antiquis fuit vsque ad meam seruatus ætatem, primis epistolæ verbis adijcere: *si vales, bene est, ego valeo.* recte & nos dicimus, si philosophari, bene est, valere enim hoc demum est. *epist.* 15. *in pr.*

RHETORICA ET ORATORIA.

Magna, & varia res est eloquentia, nec adhuc vlli sic se indulsit, vt tota contingeret. Satis felix est, qui in aliquam eius partem receptus est. Ego tamen & propriam causam videor posse reddere, assueui non auditorem spectare, sed iudicem, assueui non mihi respondere, sed aduersario. Non minus deuito superuacua dicere, quam contraria. 3 *contr. in pr.*

Nocet eloquentia, si non rerum cupiditatem facit, sed sui. *epist.* 53.

Magna debet esse eloquentia, quæ inuitis placet. Cum ingenia fauor hominum ostendat, fauor alat, quantam vim esse oportet, quæ inter obstantia erumpat 10. *controuers. in proœm.*

Forensis eloquentia, & quæcunque alia populum mouet, aduersarium habent. *epist.* 14.

Pars eloquentiæ, eloquentiam abscondere. 10 *contro. in proœm.*

Mecœnas ingeniosus vir fuit, magnum exemplum Romanæ eloquentiæ daturus, nisi illum eneruasset felicitas, imò, castrasset *epist.* 19.

Incredibile est, quam facile etiam magnos viros dulcedo orationis abducat à vero. *epist.* 90.

Oratio etiam timidissimis audax *epist.* 16.

Oratio cultus animi est. Si circumtonsa est, & fucata, & manu facta, ostendis illum quoque non esse sincerum, &c. *epist.* 116.

Quemadmodum sapienti viro incessus modestior conuenit, ita oratio pressa, non audax *epist* 40.

Viro captare flosculos turpe est, & fulcire se notissimis & paucissimis vocibus, & memoria stare. *epist.* 33.

Oratio perturbata & immissa non potest reprimi. *epistol.* 40

Orator est vir bonus, dicendi peritus 1. *controuers. in proœm.* 2.

Etiam damnato reo oratori constat eloquentiæ officium, si omni arte vsus est 7. *de benef.* 13.

Quid ergo? à clamore protinus & à summa contentione vox tua incipiet? vsque adeo naturale est, paulatim incitari, vt litigantes quoque à sermone incipiant, ad vociferationem transeant. nemo statim Quiritium fidem implorat. *epist* 15.

Tardiloquum te esse iubeo *epist* 40.

Cum res animum occupauere, verba ambiunt 7. *contr. in proœm.*

Magnificentior sermo tuus etiam in grabato videbitur & in panno *epist.* 20.

Declamatoria, & de Declamatoribus.

Nulli Commentarij maximorum Declamatorum extant, aut (quod peius est) falsi. 1. *contr.*

Ante Ciceronem quæ declamabantur, theses vocabantur. Controuersias non dicimus, Cicero causas vocabat. Scholastica controuersia multo recentior est, sicut ipsa declamatio 1 *contr.* 3.

Scholastici.

Memini hominem inter scholasticos sanum: inter sanos scholasticum. A 1. *contr.* 7. [A Scholastici, Rhetores, & declamatores: apud Synesium tamen & Hesychium, actores causarum.

Quoties aliquem audierat ex his declamatoribus, quos scholastici callidos vocant, statim dicebat, Plena deo. *Suasoria.* 3.

HISTORICA.

Non magna molitione detrahenda est authoritas Ephori historicus est 7 *nat* 16.

Quod historici faciunt, ipse faciam Illi cum multa mentiti sunt ad arbitrium suum, vnam aliquam rem nolunt respondere: sed adijciunt: *Penes authores fides erit.* 4. *natural.* 3

Multa videri volumus velle, quæ nolumus. *Recitator* historiam ingentem attulit, minutissime scriptam, arctissime plicatam: & magna parte perlecta, Desinam, inquit, si vultis. Acclamatur, recita recita, ab his qui illum obmutescere illico cupiunt. Sæpe aliud volumus, aliud optamus. *epistol.* 96.

Digressiones historicorum in vitas magnorum virorum.

Quoties magni alicuius mors ab historicis narrata est, toties fere totius consummatio vitæ & quasi funebris laudatio redditur hoc semel atque iterũ à Thucydide factum. Idem in paucissimis personis vsurpatum à Salustio. Liuius benignius omnibus magnis viris præstitit. Sequentes historici multo id effusius fecerunt. Ciceroni hoc (vt Græco verbo vtar) ἐπιτάφιον Liuius reddidit. *Suasoria pro Cicerone.*

POETÍCA.

Frustra poeticas fores compos sui pepulit 1. *de tranq. vit.* 15

Carmina Poëtarum affectibus nostris pacem subdunt, quibus diuitiæ velut vnicum vitæ decus ornamentumque laudantur. Nihil illis melius nec dare videntur Dij immortales posse, nec habere. & *post*. Nec apud tragicos desunt, qui lucro innocentiam, salutem, opinionem bonam mutens, sine me vocari pessimum, simul vt diues vocer, &c. *epist.* 116.

Quam multi Poëtæ dicunt, quæ à philosophis aut dicenda, aut dicta sunt? non attingam tragicos aut togatas nostras. Habent enim hæ quoque aliquid seueritatis, & sunt inter tragœdias & comœdias mediæ. Quantum disertissimorum versuum inter mimos iacet? quam multa Publij, non excalceatis, sed cothurnatis dicenda sunt? *epistola* 8

Quemadmodum nomenclatori memoriæ loco audacia est, & cuicunque nomen non potest reddere, imponit, ita

Poetæ

Poëtæ non putant ad rem pertinere, verum dicere, sed aut necessitate coacti, aut decore corrupti, id quemque vocari iubent quod facit ad versum. Nec illis fraudi est, si aliquid in sensum detulerunt. 1 *de benef.* 3.

Ineptiæ Poetis relinquantur, quibus aures oblectare propositum est, & dulcem fabulam nectere, *&c.* 1 *de benefic.* 4.

Inter sextam & septimam erat. Nimis rustice A acquiescunt veteri poetæ, non contenti ortus & occasus describere, vt etiam medium diem inquietent. *in ludo* [A id est, Poëtæ nimij sunt in consectandis temporum descriptionibus: puta ortus, occasus, meridiei.

Poeta inæqualis: Poetæ Cordubenses pingue quiddam sonantes ac peregrinum.

Sextilius Ena inæqualis poeta, & pene quibusdam locis talis, quales esse Cicero Cordubenses poetas ait, pingue quiddam sonantes atque peregrinum. *Suasoria pro Cicero.*

DIALECTICA ET SOPHISTICA.

Dialecticæ subiectum oratio inter respondentem & interrogantem diffusa: Dialectica diuiditur in verba & significationes, seu in res & vocabula.

Rationalem partem Philosophiæ sic diuidimus, Omnis oratio aut continua est, aut inter respondentem & interrogantem diffusa. Hanc διαλεκτικήν, illam ῥητορικήν placuit vocari, hæc verba curat, & sensus & ordinem. Dialectica in duas partes diuiditur, in verba & significationes; id est, in res quæ dicuntur, & vocabula, quibus dicuntur. *epist.* 90.

DE PROCATEGORIIS.

De Genere & Specie.

Primum *genus* est, ex quo cæteræ species suspensæ sunt, à quo nascitur omnis diuisio, quo vniuersa cōprehensa sunt. Inuenietur autem, si cœperimus singula retro legere sic enim perducemur ad primum. Homo species est, vt Aristoteles ait, equus species est, canis species. Ergo commune aliquod quærendum est his omnibus vinculum, quod illa complectatur, & sub se habeat. Hoc quod est? animal. Ergo genus esse cœpit omnium horum, quæ modo retuli, hominis, equi, canis, animal. Sed sunt quædam, quæ animam habent, nec sunt animalia. placet enim satis & arbustis animam inesse, itaque & viuere illa, & mori dicimus. Ergo animantia superiorem tenebunt locum, quia & animalia in hac forma sunt & sata. Quædam anima carent, vt saxa. Itaque aliquid erit animantibus antiquius, scilicet corpus. Hoc sic diuidam, vt dicam corpora omnia aut animata esse, aut inanimata. Etiam nunc est aliquid superius, quam corpus. Dicimus enim quędam corporalia esse, quædam incorporalia. Quid ergo erit, ex quo hæc diducantur? illud, cui nomen modo parū proprium imposuimus, Quod est. Sic enim in species secabitur, vt dicamus, Quod est, aut corporale est aut incorporale. Hoc ergo genus est primum & antiquissimum, &, vt ita dicam, generale. Cætera genera quidem sunt, sed specialia, tanquam homo genus est, Habet enim in se nationum species, Græcos, Romanos Parthos: colorum, albos, nigros, flauos: habet singulos, Catonem, Ciceronem, Lucretium. Itaque quia multa continet, in genus cadit: quia sub alio est, in speciem. Illud genus quod est generale, supra se nihil habet. Initium rerum est, omnia sub illo sunt. Stoici volunt superponere huic etiam aliud genus, magis principale, de quo statim dicam, si prius illud genus, de quo locutus sum, merito primum poni docuero, cum sit rerum omnium capax. Quod est, in has species diuido, vt sint corporalia aut incorporalia. Nihil tertium est. Corpus quomodo diuido? vt dicam, aut animantia sunt aut inanimata. rursus animantia quemadmodum diuido? vt dicam, quędam animum habent, quædam tantum animam. aut sic, quædam impetum habent, incedunt, transeunt, quædam solo affixa radicibus aluntur & crescunt. Rursus animalia in quas species seco? aut mortalia sunt aut immortalia. Primum genus Stoicis quibusdam aliud videtur, sed quare videatur subijciam. In rerum natura quædam sunt, quædam non sunt. Et hæc autem quę non sunt, rerum natura complectitur, qualia sunt quæ animō succurrunt, tanquam Centauri, Gigantes, & quicquid aliud falsa cogitatione formatum, habere aliquam imaginem cœpit, quamuis non habeat substantiam. *epistol.* 59.

De indiuiduo.

Singula animalia singulas debent habere substantias. Ista omnia vnum animum habent. Itaque singula esse possunt, multa esse non possunt. Ego & animal sum & homo, non tamen duos esse dices. Quare? Quia A separari esse non debent. Ita dico, *alter ab altero* debet esse diductus, vt duo non sint. Quidquid in vnum multiplex est, sub vnam cadit naturam, B itaque vnum est. Et animus meus animal est, & ego animal sum, duo tamen non sumus. Quare? quia animus mei pars est. Tunc aliquid per se numerabitur, cum per se stabit. vbi vero alterius membrum erit, non poterit videri aliud. Quare? dicam: Quia C quod aliud est suum oportet esse, & proprium & totum, & inter se absolutum. *epist* 114. [A Locum corruptum ita resarcio, & duas negationes restituendas puto. [B id est, *sub vnum indiuiduum vnum indiuiduum facit, licet ex diuersis naturis multiplex sit.* [C Hæc quidem probat Seneca vt per se posita, sed non quomodo sophistice nonnulli inducebant, id omne quod fieret ab animali animal esse, alioqui virtutes & vitia omnia fore animalia.

De Differentia & proprio.

Ratio perfecta proprium hominis bonum est, cætera illi cum animalibus satisque communia sunt. *Valet?* & Leones. *Formosus est?* & pauones. *Velox est?* & equi. Non dico, in his omnibus vincetur. Non quæro quid se maximum habeat, sed quid suum. *Corpus habet?* & arbores. Habet *impetum & motum voluntarium?* & bestiæ, & vermes. Habet vocem? sed quanto clariorem canes, acutiorem aquilę, grauiorem tauri, dulciorem mobilioremque lusciniæ? Quid in homine proprium? *Ratio. epist* 77.

Idem confirmat, *epist.* 41. Dixi supra in Theologicis. *c. de homine.*

DE CATEGORIIS.

De substantia & varijs eorum, quæ sunt, acceptionibus.

Quæcunque sunt in 6. modis Plato partitur. Primum illud quod est, nec visu, nec tactu, nec vllo sensuum comprehenditur. Cogitabile est, quod generaliter est tanquam homo generalis sub oculos non venit, sed specialis venit, vt Cicero & Cato. Animal non videtur, sed cogitatur. videtur autem species eius, equus & canis. Secundum ex ijs quæ sunt, Plato ponit quod eminet & exuperat omnia, vt Poëta, communiter dicitur. Omnibus enim versos facientibus hoc nomen est, sed iam apud Græcos in vnius notam cessit. Homerum intelligas cum audieris Poetam. Quid ergo hoc est? Deus scilicet maior & potentior cunctis. Tertium genus est eorum, quæ propriæ sunt. Innumerabilia hæc sunt, sed extra nostrum posita conspectum. Quæ sint interrogas? propriæ Plato Ideas vocat, ex quibus omnia, quæ fiunt, & ad quas cuncta formantur. Hæ immortales, inuiolabiles sunt. Quid sit Idea, id est, quid Platoni esse videatur, audi. Idea est eorum, quæ naturaliter fiunt, exemplar æternum. Adijciam definitioni interpretationem, quo tibi res apertior fiat. Volo imaginem tuam facere, exemplar picturæ te habeo, ex quo capit aliquem habitum mens nostra, quem operi suo imponat. Ita illa quę me docet & instituit facies, à qua petitur imitatio, idea est. Talia ergo exemplaria infinita habet natura rerum, hominum, piscium, arborum, ad quæ quodcunque fieri ab illa debet, exprimitur. Quartum locum habet εἶδος. Quid sit hoc εἶδος, attendas, oportet, & Platoni imputes, non mihi hanc difficultatem. Nulla est autem sine difficultate subtilitas. Paulo ante pictoris imagine vtebar. Ille cum reddere Virgilium coloribus vellet, ipsum intuebatur. Idea erat Virgilij facies, futuri operis exemplar. ex hac quod artifex trahit, & operi suo imposuit: εἶδος est. Quid intersit, quæris? alterum exemplar est, alterum forma ab exemplari sumta & operi imposita. Alteram artifex imitatur, alteram facit. Habet aliquam faciem statua, hæc est εἶδος, habet aliquam faciem exemplar ipsum, quod intuens opifex, statuam figurauit, hæc idea est. Etiamnum aliam desideras distinctionem? εἶδος in opere est, idea extra opus: nec tantum extra opus est, sed ante opus. Quintum genus est eorum, quæ communiter sunt. Hæc incipiunt ad nos pertinere. Sic sunt omnia homines, pecora, res. Sextum genus est eorum, quæ quasi sunt, tanquam inane, tanquam tempus. *epist* 59.

De Quantitate & qualitate.

Vitam beatam in optimo statu ponit qualitas sua, non magnitudo. Itaque in æquo est longa, & breuis, & diffusa, & angustior, & in multa loca multasque partes distributa & in vnum coacta. Qui illam numero æstimat, & mensura, & partibus, id illi, quod habet eximium eripit. Quid autem est in vita beata eximium? Quod plena est, finis. *epist.* 86.

De potentia.

Quibus potentia non est in peiorem transeundi statum, nec interpellandi quidem optimum *epist.* 93

De habitu.

Quidam ita distinxerunt, vt dicerent, temperans & prudens positione quidem mentis & habitu tranquillus est, euentu non est. nam quantum ad habitum mentis suæ, non perturbatur, nec contristatur, nec timet, sed multæ extrinsecus causæ incidunt, quę illi perturbationem afferant. Tale est quod volunt dicere, iracundum quidem illum non esse, irasci tamen aliquando: & timidum quidem non esse, timere tamen aliquando: id est, vitio timoris carere, affectu non carere. *epist* 86.

Philosophia, inquit, diuiditur in scientiam & habitum animi. Nam illam qui didicit, & facienda ac vitanda percepit, nondum sapiens est, nisi in ea, quæ didicit, animus eius transfiguratus est. Tertia pars ista præcipienda ex vtroque est, & ex decretis & ex habitu. Itaque superuacua est, ad implendam virtutem, cum duo illa sufficiant. Isto ergo modo & consolatio superuacua est. Nam hæc quoque ex vtroque est: & exhortatio & suasio, & ipsa argumentatio. Nam & hæc ab habitu animi compositi validique proficiscentur. Sed quamuis ista ex habitu animi veniant, optimus animi habitus & ex his est & ex illis. *epist* 95.

Sapientia habitus est perfectæ mentis *epist* 118

Iustitia habitus animi, quædam & vit *& post*: Idem animus Iustitiæ habitum induit, & fortitudinis & temperantiæ. *epist.* 114.

De actionibus.

Actiones animi animalia esse nego alioquin & omnia verba erunt animalia, & omnes versus *epist* 114 Vbi sophistis quibusdam respondet dicentibus, Iustitiam & virtutes omnes, animalia esse, hac nimirum ratione, quod virtutes habitus essent animi, animus autem ipse esset animal.

De Relatis.

De his vide. *ς. de benef.* 10

DE INTERPRETATIONE ET Enunciationibus

Peripateticis placet nihil interesse inter sapientiam & sapere, cum in vtro libet eorum & alterum sit. Nunquid enim quemquam existimas sapere, nisi qui sapientiam habet? Nunquid quemquam qui sapit, non putas habere sapientiam? Dialectici veteres ista distinguunt, ab illis diuisio vsque ad Stoicos venit. Qualis sit hæc dicam. Aliud est ager, aliud est agrum habere. Quidni? Cum habere agrum ad habentem, non ad agrum pertineat. Sic aliud est sapientia, aliud sapere. Puto concedes duo esse hæc, id quod habetur, & eum qui habet. Habetur sapientia, habet, qui sapit, sapientia est mens perfecta vel ad summum optimumque perducta. Ars enim vitæ est. Sapere quid est? Non possum dicere mens perfecta, sed id quod contingit perfectam mentem habenti. Ita alterum est, mens bona: alterum quasi habere mentem bonam. Sunt, inquit, naturæ corporum: tanquam hic homo, hic equus. has deinde sequuntur *motus animorum enunciatiui* corporum. Hi habent proprium quiddam & à corporibus seductum tanquam, video Catonem ambulantem, hoc sensus ostendit, animus credit. Corpus est quod video, cui & oculos & animum intendi. Dico deinde, Cato ambulat: non corpus quidem est, quod nunc loquor, sed *enunciatiuum quiddam* de corpore, quod alij *effatum* vocant, alij *enunciatum*, alij *edictum*. Sic cum dicimus sapientiam, incorporale quiddam intelligimus. Cum dicimus, Sapit: de corpore loquimur. Plurimum A autem interest, vtrum illud dicas, an de illo. *epist.* 118 {A Nonnulla ad hunc locum pertinentia, vide etiam epistola. Nec enim fas mihi fuit, cætera omnia persequi quæ numerosiora, gustum tantum dare volui.

TOPICA QVÆDAM.

Definitio alia per positionem, alia per detractionem & orbationem.

Paupertas non per positionem, sed per detractionem dicitur, vel (vt antiqui dixerunt) per orbationem: Græci dicunt κατ' στέρησιν: non quod habeat dicitur, sed quod non habeat. *& post*: Paupertas est, non quæ pauca possidet, sed quæ multa non possidet. Ita ab eo non dicitur quod habet, sed ab eo, quod ei deest. Facilius quod volo, exprimerem, si latinum verbum esset, quo ἀνυπαρξία significatur. *& post*: Ego non video, quid aliud sit paupertas, quam parui possessio. *epist.* 88.

De toto & partibus.

Facilius per partes in cognitionem totius adducimur. *epist.* 90.

De Diuisione.

Faciam ergo quod exigis, & philosophiam in partes, non in frusta diuidam. Diuidi enim illam, non concidi vtile est. Nam comprehendere quemadmodum maxima, ita minima, difficile est. Describitur in tribus, populus, in centurias, exercitus. Quidquid in maius creuit, facilius agnoscitur, si discessit in partes, quas (vt dixi) innumerabiles esse, & paruas, non oportet. Idem enim vitij habet nimia quod nulla diuisio *epist* 90.

De Coniugatis.

Si tormenta mala sunt, torqueri malum est. *& post* Sapere sapientiæ vsus est, quomodo eloquentiæ loqui, quomodo oculorum videre. sapientia A à qua sapere (qui vsus est sapientiæ, expetenda. Sapere igitur expetendum. *& post* Cui dubium esse potest, quin, si æstus malum est, & æstuare malum sit? si algor malum est, malum sit algere? si vita bonum est, & viuere bonum sit? *epist.* 118. {A Ita emendate licet eum in vulgatis sit, Ergo sapere sapientiæ vsus est.

DE ELENCHIS

Quid vocentur latine sophismata, quæsisti à me. Cicero cauillationes vocat. *epist.* 111.

Sophismata sine noxa nos decipiunt, quemadmodum præstigiatorum acetabula & calculi, in quib. nos fallacia ipsa delectat *epist.* 46.

Non redigo ad legem *dialecticam*, & ad illos artificij veterosissimi nodos. totum genus istud exturbandum iudico quo circumscribi se, qui interrogatur, existimat, & ad confessionem perductus aliud respondet, aliud putat. Pro veritate simplicius agendum est, contra metum fortius. Hæc ipsa, quæ voluuntur ab illis, soluere malim, & expendere, vt persuadeam, non vt imponam. *& post*: Quem mortalium circumscriptiones nostræ fortiorem facere, quem erectiorem possunt? Franguntur animum, qui nunquam minus contrahendus est, & in minuta ac spinosa cogendus, quam cum aliquid grande componitur. *Et post*: Verba mihi captiosa componis, & interrogatiunculas nectis *& post*: Acuta sunt ista quæ dicis, nihil est acutius arista. Quædam inutilia & inefficacia ipsa subtilitas reddit. *epist* 83

Cauillatoribus istis abunde respondebimus. Sed non debuit hoc nobis esse propositum arguta disserere, & philosophiam in has angustias ex sua maiestate detrahere. Quanto satius est, ire aperta via & recta, quam sibi ipsi flexus disponere, quos cum magna molestia debeas relegere? Neque enim quicquam aliud istę disputationes sunt, quam inter se petite captantium lusus. *epist* 102.

Tu mihi verba distorques, & syllabas digeris. Scilicet, nisi interrogationes vaferrimas struxero, & conclusione falsa a vero nascens mendacium astruxero, non potero à fugiendis petenda secernere *epist.* 48 *in fin.*

Quid te torques & maceras in ea quæstione, quam subtilius est contempsisse quam soluere? *epist* 50.

Dialecticorum cauillationes & sophismata veræ Philosophiæ contraria ostendit. *epist.* 49.

De Ceratino seu Cornuto.

Dialecticorum sophismata ridenda ostendit *epist.* 50 vbi inter cætera quæstiunculas hasce ponit. Quod non perdidisti, habes. Cornua autem non perdidisti. Cornua ergo habes, quemadmodum & epist. super 49 in init. hoc sophisma ponit, Mus syllaba est. Mus autem caseum rodit. Syllaba ergo caseum rodit.

De Pseudomeno.

Quid me detineas in eo quem tu ipse ψευδόμενον A appellas? de quo tantum librorum compositum est. *epist.* 45. {A adde *l. qui quadringenta.* 88 *ff. ad L. Falcidiam.*

LOCI

LOCI COMMVNES SEV LIBER AVREORVM, DE REBVS PHYSICIS, MEDICIS, MATHEMATICIS, ET DE Historia animalium, ex Seneca, authore D. Gothofredo I.C.

PHYSICA.

PHYSICES DIVISIO.

NATVRALIS pars Philosophiæ in duo scinditur, in corporalia & incorporalia. Corporum locus in hos gradus diuiditur, in ea quæ faciunt, & quæ ex his gignuntur. Gignuntur autem elementa. Ipse elementi locus, vt quidam putant, simplex est. vt quidā, in materiam & causam omnia mouentem & elementa diuiditur. *epist.* 90.

De Principiis.

Principia totius operis dimidium occupare dicuntur. *epist.* 34.

Sine primis maxima esse non possunt. 3 *de bene* 34

Initium omnium rerum sapiens, non exitum, spectat. *epist.* 14.

Initia in potestate nostra sunt, de euentu fortuna iudicat. *epist.* 14.

Principiis occupationum obstandum. melius non incipient, quam desinent *epist.* 71.

De Materia.

Sæpe bona materia cessat sine *artifice. epist* 47.

Desiderat omnis natura materiam, sicut ars omnis quæ manu constat. 2. *natur. quæst* 3.

De Natura.

Multas rerum natura mortis vias aperuit, & multis itineribus fata decurrunt: & hæc est conditio miserrima humani generis, quod nascimur vno modo, multis morimur. 7. *contr* 1.

In aperto nos natura custodit. *epist.* 71.

Nulli nos vitio *natura* conciliat. *epist.* 95

Nihil præter cibum *natura* desiderat *epist.* 110.

Dociles *natura* nos edidit, & rationem dedit imperfectam, sed quæ perfici posset. *epist* 50

Nihil homini *natura*, quod necessarium faciebat, fecit operosum. *de consol ad Alb* 11.

Quamdiu non sumus, *natura* nos regit: &, in quemcūque vult, casum nos mittit. 1. *contr.* 6.

Non idem omnib. mortalibus natura tribuit ingenium. 7 *contr* 1.

Sine consilio fit, quicquid natura præcipit *epist.* 122.

Nihil difficile est naturæ, vtique vbi in finem sui properat. 3. *nat quæst.* 27.

Naturæ se sapiens accommodat *epist* 17.

Nemo naturæ sanus irascitur. 2. *de ira* 10.

Naturam mutare difficile est. 2. *de ira* 21.

Si ad naturam viuas, nunquam eris pauper: si ad opinionem, nunquam eris diues *epist* 16.

Quod naturale est, non decrescit mora. *de consolat. ad Mart.* 8.

Vsque adeo naturale est, paulatim incitari, vt litigantes quoque à clamore incipiant, ad vociferationem transeant. *epist.* 15.

Naturalia desideria finita sunt, ex falsa opinione nascentia, vbi desinant, non habent: nullus enim terminus falso est. *epist.* 16.

Parabile est, quod natura desiderat, & expositum. *epistol* 4.

Naturale est, magis noua, quam magna mirari. 7 *natural* 1.

Senec.

Natura quicquid composuit, & quicquid resoluit, componit iterum. *epist.* 30.

Id in quoque *optimum* est, cui nascitur, quo censetur. *epist.* 77

Nulli contingit impune nasci *de cons ad Mart.* 15.

Nemo nascitur diues *epist.* 20.

Paucis natus est qui populum ætatis suæ cogitat. *epistol.* 80

Natura iubet augere laudanda. *epist.* 121.

Tota rerum natura vmbra est, aut inanis, aut fallax. *epist* 89.

Natura semina nobis scientiæ dedit, scientiam non dedit. *epist.* 121.

A naturali lege nemo tātum desciuit & hominem exuit. vt animi causa malus sit 4. *de benef.* 17.

De Causis.

Triplex *causa* est. Dicunt (vt scis) Stoici nostri, duo esse in rerum natura, ex quibus omnia fiant, causam & materiam. Materia iacet iners, res ad omnia parata, cessatura, si nemo moueat. Causa autem, id est, ratio, materiam format, & quocunque vult versat: ex illa varia opera producit. Esse debet ergo vnde aliquod fiat, deinde à quo fiat. hoc causa est, illud materia. Omnis ars imitatio est naturæ Itaque quod de vniuerso dicebam, ad hæc transfer, quæ ab homine facienda sunt. Statua & materiam habuit, quæ pateretur artificium, & artificem qui materiæ daret faciem. Ergo in statua materia æs fuit, causa artifex. Eadem conditio rerum omnium est. Ex eo constant, quod fit & ex eo quod facit. Stoicis placet vnam causam esse, id quod facit [A Causam Aristoteles putat tribus modis dici. Prima, inquit, causa est ipsa materia, sine qua nihil potest effici. Secunda, opifex. Tertia, forma, quæ vnicuique operi imponitur, tanquam statuæ. Nam hanc Aristoteles εἶδος vocat. Quarta quoque his accedit, propositum totius operis. quid in hoc aperiam. Æs prima statuæ causa est. nunquam enim facta esset, nisi fuisset id, ex quo fingeretur duceretur ue. Secunda causa artifex est non potuisset enim æs illud in habitum statuæ formari, nisi accessissent peritæ manus. Tertia causa est forma, neque enim statua ista δορυφόρος aut διαδούμενος vocaretur, nisi esset hæc illi impressa facies. Quarta causa est faciendo *propositum* nam nisi hoc fuisset, facta non esset. Quid est propositum? quod inuitauit artificem, quod ille secutus fecit. Vel, pecunia est hoc, si vendituros fabricauit: vel gloria, si laborauit in nomen: vel religio, si donum templo parauit. Ergo & hæc causa est propter quam fit. An non putas inter causas facti operis numerandum, quo remoto factum non esset? His quintam Plato adijcit exemplar, quam ipse *Ideam* vocat. hoc est enim, ad quod respiciens artifex, id quod destinabat, efficit. Nihil autem ad rem pertinet, vtrum foris habeat exemplar, ad quod referat oculos, an intus quod sibi ipse concepit & composuit. Hæc exemplaria rerum omnium Deus intra se habet, numerosque vniuersorum, quæ agenda sunt, & modos mente complexus est. plenus his figuris est, quas Plato ideas appellat immortales, immutabiles, infatigabiles. Itaque homines quidem pereunt, ipsa autem humanitas, ad quam homo effingitur, permanet & hominibus laborantibus, intereuntibus illa nihil patitur. Quinque ergo causæ sunt. vt Plato dicit: id ex quo, id à quo, id in quo

i

id ad quid, id propter quid: nouissime id, quod ex his est. tanquam in statua (quia de hac loqui cœpimus) id ex quo, æs est. id a quo, artifex est. id in quo, forma est, quæ aptatur illi. id ad quod, exemplar est, quod imitatur is, qui facit. id propter quod, facientis propositum est id quod ex istis est, ipsa statua est. Hæc omnia mundus quoque (vt ait Plato) habet. Faciens hic Deus est. ex quo fit, hæc materia est, forma hæc est habitus, & ordo mundi, quem videmus, exẽplar scilicet, ad quod Deus hanc magnitudinem operis pulcherrimi fecit. Propositum propter quod fecit. Quæris quid sit propositum Deo? Bonitas. ita certe Plato ait. quæ Deo faciendi mundum causa fuit. Bonus est. Bonum fecit. bono nulla cuiusquam boni inuidia est. Fecit itaque quam optimum potuit. Fer ergo iudex sententiam & pronuncia, quis tibi veri simillimum videatur dicere, non quis verum dicat. id enim tam supra nos est, quam ipsa veritas. Hæc, quæ ab Aristotele & Platone ponitur, turba causarum aut nimium multa, aut nimium pauca cõprehendit. nam si quocunque remoto quid effici non potest, id causam iudicant esse faciendi, pauca dixerunt. Ponant inter causas tempus. nihil enim sine tempore potest fieri. Ponant locum. nam si non fuerit, vbi fiat aliquid, ne fiet quidem. Ponant motum: nihil enim sine hoc nec fit, nec perit. nulla sine motu ars, nulla mutatio est. Sed nos primam ac generalem causam quærimus hæc simplex esse debet. nam & materia simplex est. Quærimus, quid sit causa? Ratio faciens, id est, Deus. Ita enim quæ nunc retuli, non sunt multæ & singulæ causæ, sed ex vna pendent, ex ea quæ facit. Formam dicis causam esse, hanc imponit artifex operi: pars causæ est, non causa. Exemplar quoque non est causa, sed instrumentum causæ necessarium. Sic necessarium est exemplar artifici. quomodo scalprum, quomodo lima sine his procedere ars non potest: non partes tamen hæ artis, aut causæ sunt. Propositum artificis, propter quod ad faciendum aliquid accedit, causa est: vt sit causa, non est efficiens causa, sed superueniens. Hæ autem innumerabiles sunt. nos de causa quærimus generali. illud vero non pro solita ipsis subtilitate dixerunt, totum mundum & consummatum opus causam esse. multum enim interest inter opus & causam operis. Aut fer sententiam, aut (quod facilius in huiusmodi rebus est) nega tibi liquere, & nos reuerti iube. *epist.* 66

Posidonius ait, Diuitias esse causas malorum, non quia ipsæ faciant, aliquid, sed quia facturos irritant. Alia enim est causa efficiens, quæ protinus necesse est noceat, alia præcedens. hanc præcedentem causam diuitiæ habent. *& post*: Essent malum, si per se nocerent, si (vt dixi) haberent efficientem causam. Nunc præcedentem habent, & quidem non irritantem tantùm animos, sed attrahentem. Speciem enim boni ostendunt verisimilem, ac plerisque credibilem. Habet virtus quoque præcedentem causam ad inuidiam. multis enim propter sapientiam, multis propter iustitiam inuidetur. Sed nec ex se hanc causam habet nec verisimilem. Contra enim verisimilior illa species hominum animis objicitur a virtute, quæ illos in amorem & admirationem vocet. *epist.* 88.

Semina omnium rerum causa sunt 3 *de benef.* 59.

Non effectus, sed efficientia timor spectat *epist.* 58.

De fortuna fortuitis, casu, incertis, insolitis, et senctis.

Nulli fortuna tam dedita est, vt multa tentanti vbique respondeat 3 *de ira* 6.

Semper expectari fortuna maluit, quam regi. Alibi offenditur improuisa segetum maturitas, alibi serain magno fænore motam redemit 1. *contr* 6.

Non minus sæpe fortuna in nos incurrit, quam nos in illam. *epist.* 37.

Habet etiam mala *fortuna* leuitatem *epist.* 13.

Raro sapienti interuenit fortuna. 8 *in sap non cad, iniur* 15.

In mores fortuna ius non habet *ep.* 36.

Quod non dedit fortuna non eripit *epist.* 60.

Neminem eo fortuna prouexit, vt non tantum illi minaretur, quantum promiserat. *epist.* 4

Nullus tantus est, quem non fortuna indigere etiam infimis cogat. 3. *de benef* 12.

Magnam fortunam magnus animus decet. 1. *de clement.* 5.

Sæpe inter fortunam maximam & vltimam nihil interest. 6 *de benef* 33.

Imprudentium fiducia est, fortunam sibi spondere. 4 *de benef* 35.

Nullus contra fortunam inexpugnabilis murus est. *epist.* 75.

Fortuita, & sine ratione vaga, diuinationem non recipiũt. 2. *nat quæst.* 31.

Prouexit fortuna quos destituit. Quid referam Marium sexto cõsulatu Carthagine mendicantẽ, septimo imperãtem? 1 *contr* 1.

Potest fortunam cauere qui potest ferre *ep.* 99.

Sæpe maiori fortunæ locum facit iniuria *ep.* 92.

Audentes fortuna iuuat. *ep.* 95

In mores fortuna ius non habet *ep.* 36.

Quasi ista inter se contraria sint bona fortuna & mens bona. Ita melius in malis sapimus, secunda rectũ auferũt. *ep.* 95.

Ludit de suis fortuna muneribus, & quæ dedit, aufert, & quæ abstulit, reddit: nec vnquam tutius est eam experiri, quam cum locum iniuriæ non habet 5. *contr.* 1.

Omne, quod fortuito euenit *instabile* est *de breuit.* 17.

Quicquid insolitum est, etiam in turba notabile est. 4. *contr in proœ* 82.

Omnia quæ ventura sunt, in incerto iacent *de breuit. vit.* 9.

Multa venientis æui populus, ignota nobis, sciet. 7. *nat. quæst* 3.

O quam multorum egregia opera in obscuro iacent. *de consolat. ad Alb.* 17.

De finali causa.

Nullius rei finis est, sed in orbem nexa sunt omnia. fugiunt ac sequuntur diem nox premit, dies noctẽ: æstas in autumnum desinit, autumno hyems instat, quæ vere compescitur *ep.* 24.

Finem omnium rerum specta, & superuacua detrites. *epistol* 110.

His admouenda manus est, quorum *finem* aut facere aut sperare possis 1. *de tranq.* 5.

De Necessitate & fato.

Quamdiu me nihil vrget, quamdiu fortuna nihil cogit, petam potius bene, [illegible] num quam rapetam. Sed si de salute liberorum agitur, si in periculum vxor deducitur, si patriæ salus ac libertas mittit me etiam eo, quo ire nollẽ, imperabo pudori meo, & testabor, omnia me fecisse, ne deesset mihi auxilium hominis ingrati [Ita enim hunc locum emendo,] Nouissime recipiendi beneficii necessitas repetendi verecundiam vincet. 5. *de bene.* 21

Necessitas magnum humanæ imbecilitatis patrocinium est 9 *contr.* 4.

Egere necessitatis est. *epist.* 9.

In necessitate viuere, necessitas nulla est *epi.* 12.

Repugnanti, & non volẽti necessitas est, in volente necessitas non est, qui imperia libens excipit partem acerbissimam seruitutis effugit, facere quod nolit *ep.* 61.

Simplici cura constant necessaria: in delitijs laboratur. *epist* 90.

Stat quidem terminus nobis, vbi illum inexorabilis fatorum necessitas fixit. Sed nemo scit nostrum, quam prope versetur terminus *epist.* 102.

Certa & ordinata non pugnant. 2. *nat quæst.* 13.

De Infinito, & eius affinibus, & contrariis.

Contrariis rerum æternitas constat. *ep.* 108

Nullius rei finis est, sed in orbem nexa sunt omnia, fugiunt ac sequuntur diem nox premit, dies noctem æstas in autumnum desinit, autumno hyems instat, quæ vere cõpescitur, omnia transeunt vt reuertantur, nihil noui video, nihil noui facio. *ep.* 24.

Nulli fere & magna bona, & diuturna contingunt. *de consolat. ad Martiam.* 12.

Nihil perpetuum, pauca diuturna sunt *de consolat. ad Polyb* 30.

Optima vltimi conditio est *ep.* 80

Nullum magnum malum, quod extremum est *ep.* 4.

Quicquid inter vicina eminet, magnũ est illic, vbi eminet. *epist* 43.

Naturale est, magis noua quam magna admirari. 7. *nat. quæst* 1.

Ad noua omnes concurunt, ad noua conueniunt 4. *contr. proœm.*

D.

Non tantum corpori, sed etiam moribus *locum* eligere debemus *epist* 52.

Loca seria sanctaque eligere oportet. Effœminat animos amænitas. Amæna sine dubio aliquid ad corrumpendũ vigorem potest regio *& post*. Seuerior loci disciplina firmat ingenium, aptumque magnis conatibus reddit. *epist.* 52.

Non multum ad tranquillitatem locus confert, animus est,

est, qui commendat. Vidi ego in villa hilari & amæna mæstos, vidi in media solitudine occupatis similes. *epist* 56.

Loca grauia etiam firmissimam valetudinem teoraot. *epist*.28.

Peregrinationes quemadmodum conferant, *vide epistol* 28.

Nusquam est, qui vbique est *epist* 2.

De Inani & vacuo

Nihil vsquam inaue est. 3 *nat* 16.

Sæpe *inania* apposita plenis humorem io se attrahunt. 3 *nat*. 15.

Ex multis *inanibus* nihil impleri potest *epist*.88.

Inaue 2 *nat. quæst* 9.

Imperiti in Epicureum illud *chaos* deciduut: inane sine termino est *epist*.73.

De Tempore.

Quædam tempora eripiuntuen obis, quędam subducuntur, quædam effluunt *epist*.1.

Augustissimum haber dies gyrum. *epist*. 12.

Nox exibet molestiam, noo tollit, & sollicitudines mutas. *epist*.57.

Noa habet, quod dies perdidit *epist*.12

Clepsydra non extremum stillicidium exhaurit, sed quicquid ante defluxit. *epist* 24.

De seculo aureo, & rudi, & fortunatis temporibus vide *epist*.208.

Quam molti indigni luce suot? & tamen dies oritur 1. *de benef* 1.

Sceleratis sol oritur, & piratis maria patent 4. *de beneficus* 28.

Præsens tempus breuissimum est, adeo quidem, vt quibusdam nullum videatur. in cursu enim semper est *de breui. vita* 10.

Non exiguum temporis habemus, sed multum perdimus. *de breu. vita* 1.

Tempori parce. *epist* 89.

Omnis dies, omois hora, quam oihil simus, ostendit. *epist*.102.

De tempore vno die quam molta quærantur. Primum, no per se sit aliquid, deinde, an aliquid ante tempus sit, si tempus cum mundo cœpit, an & ante mundum. quia fuerit aliquid, fuerit & tempus *epist* 89.

Summum bonum non est in *tempore*. & post. Mora non fit beatior vita, sed lungior 5. *de benef* 17.

Nemo æstimat *tempus*. Vruntur illo laxius, quasi gratuito. *de breu. vita* 8.

Fioem dolendi etiam qui consilio nou fecerat, tempore inuenit *epist*.64.

Omnia aliena sunt tempus tantum nostrum est *& post*: Hoc voum est, quod oe gratus quidem potest reddere. *epist*.1.

Tempus aut aufferrur, aut surripitur, aot excidit *& post*: Quædam tempora eripiuntur, quædam subducuntur, quædam effluunt *& post*: Magna vitæ pars elabitur male agentibus, maxima, nihil agentibus, tota, aliud agentibus. *epist*.1.

Tempore quædam magna fiunt, non summa Beneficium est donata possessio, cuius fertilitas laxare possit aooonam Beneficium est vnus in fame panis 3 *de benef*.8.

Momenta minima calumniamur. 1 *de benef*. 1.

Momentis quædam grata & ingrata sunt 1 *de benef*. 12.

Punctum est, quod viuimus, & adhuc puncto mious *epist* 60.

Pedonem Albinouanum narrantem audiaimus, habitasse se supra domum Spanij Is erat ex hac turba lucifugarum. Audio, inquit, *circa horam tertiam* noctis flagellorum sooos. quæro quid faciat. Dicitur rationes accipere Audio circa *horam sextam* noctis clamorem conciratum. Quæro quid sit Dicitur vocem exercere: Quæro circa *octauam horam* noctis, quis sit ille sonus rotarum, velle gestari dicitur. Circa lucem discurritur, pueri vocantur, cellarij, coqui tumultuantur Quæro quid sit, dicitur mulsum & alicam poposcisse, à balneo exisse. Excedebat, ioquit, cœna eius diem? minime Valde enim frugaliter viuebat, nihil consomebat nisi noctem. Itaqoe crebro dicentibus illom quibusdam auarum & sordidum; vos, inquit, illum & lychnobium dicetis *epist* 123.

De Horologiis.

Facilius inter philosophos, quam inter horologia A conueniet *in ludo* 2.7. [A Quando primum horologia Romæ V.7. *Plin*.60.

Nox terrorem adfert.

Multa per noctē habita terrori dies vertit io risum *ep* 105.

Natales magnorum virorum celebrare.

Quidni magnorum virorum natales celebrem? *epist*.65.

Ater dies.

Prouisum est enim à me, ne quis mihi ater dies esset *de vit. beat* 25.

Ver, hyems.

Ver sæpe in hyemem reuoluitur *& post*: Nondum me cōmitto frigido veri, adhuc vigor est eius in frigore. *epist* 68.

Septimus quisque annus.

Septimus quisque annus ætatem imprimit. 7. *de benef* 2.

Nouus annus.

Quid actum sit in cœlo ante diem tertium Idus Octobris Asinio Marcello, Acilio Auiola Coss. anno A nouo, initio seculi felicissimi, volo memoriæ tradere, *in ludo*, 147. [A Nouum annum appellabant, primum annum alicuius imperatoris Eodem sensu apud Gellium 18 c 1 nouum annum possis accipere Ambulabaoms, inquit, in littore, cum iam aduesperasceret ætate anni noui.

Tempus veritatem aperit.

Veritatem B dies aperit a *de ira* 22. [B Sic Tertullianus c. 7. apologetici: Tempus omnis reuelat Horatius: Quidquid sub terra est, in apricum proferet ætas, Defodiet conditque ontentia.

De Motu

Non vides quam diuersus sit ascendentium habitus & descendentium? Qui per pronum eunt, resupinant corpora, qui in arduum, incumbunt. Nam si descendas, pondus suum in priorem partem dare, si ascendas retro abducere, contumacio, Lucili, consentire est. *epist* 124

DE COELO.

De vniuerso & mundo.

De vniuerso 2. *nat. quæst* 1.

Omnia, quæ in notitiam oostram cadere possunt, mundus complectitur. 2. *nat. quæst*. 3.

Corporum genera

Quid est quod præcidere velim? *Quædam continua esse corpora*, vt hominem: quædam cōposita, vt nauem, domum, omnia deoique, quorum diuersæ partes iunctura in vnum sunt coactæ: quædam ex distantibus, quorum adhuc membra separata sunt, tanquam exercitus, populus, senatus. Illi enim per quos ista corpora efficiuntur, iure aut officio cohærent, natura diducti hic singuli sunt. Quid est quod etiā nunc præcidere velim? Nullum bonum putamus esse, quod ex distantibus constat Vno enim spiritu vnum bonum contineri ac regi debet, vnum esse vnius boni principale *epist*. 104. Ad hanc corporum diuisionem omnino accedit *lex in rem* 23. § *item*. § 5 *ff. de rei vindic. l rerum mixtur. ff. de vsurpationibus*. & quod ab Imperatore & Theophilo dicitur § 18. & 19 *Instit. de legatis*.

Quæcunque videmus ac tangimus Plato in illis non numerat, quæ esse proprie putat Fluunt enim & assidua diminutione atque adiectione sunt Nemo nostrum idem est in senectute, qui fuit iuuenis. Nemo est mane, qui fuit pridie. Corpora nostra rapiuntur fluminum more. quicquid vides, currit cum tempore. Nihil ex his, quę videmus, manet Ego ipse dum loquor mutari ista, mutatus sum. Hoc est, quod ait Heraclitus: In idem flumen bis descendimus, & non descendimus Manet enim idem fluminis nomen, aqua transmissa est Hoc in amne manifestius est, quā in homine. Sed nos quoque non minus velox cursus præteruehit *epist*. 59. *& post*: Mundus quoque, æterna res & inuicta, mutatur, nec idem manet: Quamuis enim omnia io se habeat, quæ habuit, aliter habet, quam habuit: ordinem mutat.

Corporum quædam sunt composita, eaque constant aut nexu, aut aceruatione: vt puta funis, frumentum, nauis: quædam non sunt composita, vt arbor, lapis 2. *nat* 2.

Continuatio est partium inter se non intermissa coniunctio, & duorum inter se coniunctorum corporum cōtactus. Vnitas est sine commissura continuatio 2 *nat* 2.

Habet vnitatem, quicquid alicuius rei natura pars est. Nihil enim nascitur sine vnitate. 2. *nat quæst* 4.

Habiliora sunt corpora pusilla, quæ in arma sua contrahi possunt, quam quæ superfunduntur, & vndique magnitudo sua vulneribus obiecit. 1. *de tranq*. 8.

De cœli circulis.

Cœlum diuiditur in circulos quinque 5 *nat quæst*. 16.

Horizon 5 *natural* 16.

Animum debes mutare, non cœlum *epist*.28.

Vltra cœlum an sit aliquid

Illud scrutor, quod vltra mundum iacet, vtrumne profunda vastitas sit, an & hoc ipsum terminis suis claudatur: qualis sit habitus exclusis, informia & confusa sint an in

Senec. I ij

omnem partem tantundem laci obtinentia: an & illa in aliquem cultum descripta sint *de vita beata*, 32.

Vltra summum non est locus *epist.* 74.

Nihil extra totum non magis, quam vltra finem. *de vit. beat* 9.

Talis est sapientis animus, qualis mundi status super Lunam semper illic serenum est. *epist* 60.

De sideribus & Planetis.

Tardi sunt siderum incessus, si compares toti, contra citatissimi, si cogites quanta spatia nunquam intermissa velocitate circumeant *epist.* 93.

Stellas Saturni grauis est. 7. *nat. quæst* 29.

Saturnus 7. *nat. quæst* 12.

Mars. 7. *nat quæst* 12.

Qui in solem venit, licet non in hoc venerit, colorabitur *epist.* 109.

Sol spectatorem, nisi cum deficit, non habet. 7. *natur. quæst* 1.

Minuta lumina claritas solis obscurat. *epist.* 67.

De mundi & solis officio vide 4. *de benef* 13.

Solem sapientes viri, pedalem esse contenderunt. 1 *nat.* 3.

Sol. 6 *de benef* 10

Defectus Solis & Lunæ inuicem obstant. *epist.* 93.

Luna 6 *de benef* 50

Nemo obseruat lunam, nisi laborantem. 7. *nat quæst.* 1.

De Eclipsi solis.

Non est ista solis defectio, sed duorum siderum coitus, cum Luna humiliore currens via infra ipsum solem, orbem suum posuit, & illum obiectu sui abscondit, quæ modo partes eius exiguas, si in trãscursu strinxit, obducit, modo plus tegit, si maiorem partem sui obiecit, modo exclusit totius aspectum, si recto libramento inter solem terrasque media successit. 5. *de benef.* 6.

De Elementis.

Hæc nempe sunt elementa, quibus hic mundus administratur: Aqua, terra, spiritus. Omnia ista tam causa viuendi sunt, quam viæ mortis. 21.

Hoc interest inter decreta philosophiæ & præcepta, quod inter elementa & membra Hæc ex illis dependent, illa & horum causæ sunt & omnium. *epist.* 96.

De igne.

Ignis qui valentem materiam occupauit, aqua, & interdum ruina extinguendus est. Ille, qui alimentis deficitur, sua sponte subsidit *epist.* 30.

Animalia quæ sam igne generantur. 5. *nat.* 6.

Ignis extus mundi est, humor primordium 3. *nat.* 13.

Sine adiutorio ignis nihil calidum est, nihil sine aere frigidum *epist* 31.

De Aëre.

Mundi pars est aer, & quidem necessaria. 2. *natural. quæst* 4.

Aër verbere, aut ictu, non læditur, nec scinditur quidem, sed circa id, cui cessit, refunditur. *epist* 58.

Aër sui parte maxima varius, & inconstans, & mutabilis est Circa terram plurimum agit, plurimum patitur, exagitat & exagitatur 2 *nat. quæst.* 11.

Natura aeris frigida est 5. *nat. quæst.* 10.

Aër continuus terræ 5 *nat. qu.* 6

Aër, si in atomos diuiditur, largus est. 5. *nat* 6.

De Aqua

Vinculum terrarum oceanus *ad Mart* 18

De aquis 3. *nat. quæst* 1.

Aqua sine spiritu. 2. *quæst nat.* 9

De Terra.

Terram puncti loco ponimus. *ad Mart.* 20.

Terra & pars est mundi, & materia 2 *nat. q* 5.

DE GENERATIONE ET Corruptione.

Sterile est frigidum, calor gignit 2. *nat* 10.

Nulla res consummata est, dum incipit. 6. *nat. q.* 5.

Nihil deficit, quod in se redit 3 *nat.* 10

Non potest crescere, quod plenum est *epist.* 65.

Aliud alio modo fragile est. rerum exitus *variantur. de consolation. ad Polyb.* 50.

Nulla res magna non aliquod habuit ruinæ suæ spatium. *epist.* 92.

Qualitatis veræ tenor permanet, falsa non durant. *epistol* 121.

Non *nascitur* ex malo bonum, non magis quam ficus ex olea. ad semen nata respondent. bona degenerare non possunt *epist.* 88.

Moreris? quo transit orbis, ego transibo. *de rem. fort.*

Multa seculis futuris, cum memoria nostri exoleuerit, reseruantur 7. *nat quæst.* 31

Omnia vetustate labuntur: nec quicquam totum à senectute est. 6. *nat quæst.* 11.

Summum adiectionem non recipit; (quid enim supra summum erit?) supra se gradum non habet *epist.* 86.

Decrescere summum bonum non potest. *& post*: Incrementum maximo non est *epist.* 67.

METEOROLOGICA.

De Igneis meteoris.

De igneis meteoris, de capra, de hœdo, & quid trabes, globi, faces, ardores, clypei, diurnæ faces ac stellæ, vide. 1 *nat.* 1.

De halone & corona, hoc est, fulgore qui sydera circumuectit, vide 1 *natur.* 2.

De arcu & eius causis & speculis, vide 1. *nat.* 3.

De Virgis, vide 1 *nat* 9.

De imaginibus solis quæ Græce *παρήλια*, vide 1. *nat* 11.

De Cœli recessu, pithiis & chasmate & eorum coloribus, vide 1 *nat quæst.* 14.

De fulgoribus, quid sint, & vnde: de fulgoribus in præcepsruentibus, certo loco permanentibus: apparentibus in nube, & supra nubes: moram patientibus, non patientibus, Astropoplectis, cometis, pogonijs, lampadibus, cyparissijs, trabibus, pithijs, cœlo ardente & speculis, vide 1. *nat* 15.

De Aëris Meteoris.

De vniuerso quæstiones pertinere aut ad cælestia, aut sublimia, aut terrena 5. *nat.* 1.

De aere continuo & commisso. 2. *nat.* 2.

De materia mundi. 1 *nat* 3.

De partibus mundi & aere. 2. *nat* 4.

De terra 1. *nat* 5.

De aere iterum 2. *nat.* 6.

De inani, & inane aeri nullum inesse 2. *nat* 7.

De spiritu eiusque vi & intentione. 5 *nat* 8.

De lumine, & calore, & regione aëris triplici terrena, superna, media. 2. *nat.* 10.

Aer circa terrena cur maxime agitetur. 2. *nat.* 11.

De his quæ in aere fiunt, de tonitru, fulgure & fulgurationibus 2. *nat.* 12.

De fulguratione, & fulminatione, sententiæ quædam confutatæ 2. *nat* 13.

De fulgure & fulmine sententia Senecæ, Anaximenis, Anaximandri, Anaxandri, Diogenis Apolloniatis. 2. *natural* 16.

Fulmen & fulgurationem ignem esse 2 *nat.* 21.

Ignem reddi nubibus percussis vel attritis 2. *nat* 22.

Fulmen, cum ignis sit, cur terram & inferiora petat. 2. *natur.* 24.

Ignem quomodo nubes gignant, cum sint humidæ, imo, vdæ. 2. *nat.* 25.

De tonitru 2. *nat* 27.

De fulminis mirandis operibus. 2. *nat.* 31.

De fulminum portentis. 5 *nat* 32.

De fulminum arte, & ex ea diuinationibus, &, an fatum fulmine mutari possit: de fulminum generibus, an vnum sit, an multiplex, de fulmine consiliario, autoritatis, status, monitorio: terebrante, dissipante, vrente seu fuscante, decolorante, colorante: de manubijs & fulminum missione sententiæ Hetruscorum & Philosophorum, dissentientes. verum fulmina a Ioue mittantur: de fulminibus perpetuis, finitis, prorogatiuis, priuatis, publicis De fulgurum varijs nominibus ex Cecina: cui, quædam sunt postulatoria, monitoria, fallacia, dentanea, peremtalia, attestata, atteritanea, obruta, regalia, inferna, hospitalia, auxiliaria. Ex Attali sententia fulminum quædam significare id, quod ad nos pertineat, eaque læta (hæc mansura significant, aut caduca) aduersa (hæc portendunt mala ineuitabilia, vel quæ possunt minui, vel prolongari) aut mixta, hoc est, nec aduersa nec læta. sed quę ex malo in bonum, aut ex bono in malum verti possint Quædam significare id, quod ad nos non perueniat Quædam significare id, cuius intellectus ad nos non perueniat. De his, inquam, tractatur à capite. 2 *nat* 33 vsque ad finem capitis 51 De vi fulminum vrente, terebrante, frangente, dissipante, rumpente, scindente, pertundente, stridente, gelante, fundente. 2 *nat.* 52.

Vinum fulmine gelatum, cum ad priorem habitum redit, aut exanimat, aut dementes, facit. 2. *nat.* 53.

De tonitru & fulmine sententia Posidonij 2. *nat* 54 Heracliti. 56 Senecæ 57. 58.

Fulmina non esse timenda 2 *nat.* 59.

De

De aquis, meteoris, & de grandine, gelu nine, glacie

De aquis, & quomodo fiant, & earum generatione, est. 3.*nat* 1.

De aquaram causis perpetuis ex terra agitur à. 3 *nat. cap* 4 *vsque ad* 12.

De aquis opinio Taletis & Ægyptiorum 3.*nat*.13.

De aquarum venis 3.*nat*.15.

Fontes quidam cur senis horis pleni, senis sicci. de speluncas subterraneis & piscibus subterraneis. 3 *nat*. 16.

De aquarum sapore vario, & quæ saporis eius sint causæ: de aquis medicatis per sulphur, nitrum & bitumen transeuntibus, de aquis pestiferis. 3 *nat*. 20.

De Oceano & eius antiquitate. 3.*nat*.22.

De aquis cœlestibus & terrenis, ijsque, vel in summa humo natantibus, aut abditis. 3.*nat*. 23.

De aquis calidis & feruentibus. 3.*nat* 24.

De aquis mortiferis & morbosis, neque saporem neque odorem habentibus. 3 *nat*. 25

De aquis, quæ æstate augentur: & de Nilo. 3.*de nat* 26.

De diluuij fatalis causis 3 *nat*. 27.

De Nili incremento, eiusque casu & cataractis 4 *nat* 1.

De grandine, & quomodo fiat 4.*nat*.3.

Cur ningat hyeme, non grandinet, sed peracto tantum vere. 4.*nat*.4.

De gelu Scythico: & cur plus algeant, qui duram niuem calcant, quam qui tenerem. 4.*nat* 5

De grandinis futuræ speculatoribus, & sacrificijs ad grandinem auertendam. 4.*nat*.6.

Niuem, & cur fiat in ea parte aeris, quæ prope terram sit: & de aëris natura prope terras & in montium cacuminib. 4.*nat* 8.

Niuem & glaciem Romæ à delicatis vino refrigerando emtam. 4 *nat*. 13.

De Ventis.

De ventis, & vtrum ventus recte definiatur, cum dicitur esse aer fluens in vnam partem, an vero sufficiat dici, ventum esse fluentem aerem 5.*nat* 1.

Vtrum ventus generetur, quod multa corpuscula sint angusta & inania, vt sensit Democritus. 5. *nat* 2. an vero generetur natura emittente spiritum, hoc est, ea aquarum & terrarum operationibus. 5 *nat*. 4. an ex sola aere vim naturalem se mouendi habente: & de differentia aeris & venti 5 *nat* 5.

Venti antelucani vnde fiant. 5 *nat*. 7.

Venti ἐγκολπίας & quare vere & æstate validiores sint hi venti. 5.*nat*.8.

Etesiæ quando fiant, & cur Etesiæ venti à nautis somniculosi & delicati appellentur 5.*nat* 10.

De ecnephis, & qui sint illi venti. 5.*nat*.12.

De turbine, qui in fluminib euenire solet, & de altero, qui igneus, quem Græci πρηστῆρα appellant Item ventos ab alijs ventis generari, & de differentia venti & spiritus. 5.*nat* 13.

De ventis, qui specubus eijciuntur, &c vide 5. *nat*. 15.

De ventorum quaternio numero. De Euro ab ortu: Zephyro, ab occidante: Borea, à septentrione: Austro, à meridie De ventorum duodenario numero, & de subsolano ab oriente æqainoctiali. De Vulturno, ab oriente hyberno, seu Euro De Cæcia, ab oriente solstitiali, Fauonio seu Zephyro, ab occidente æquinoctiali, Cauro, ab occidente solstitiali, Africo (qui & Lyhs) ab occidente hyberno, de Aquilone, Septentrione, & Thracia à latere Septentrionali, de Euronoto, Noto (qui & Auster) & Libonoto à Meridie. Cur duodecim venti, & de cœli in 12. circulos diuisione. 5.*nat*. 16.

De ventis quorundam locorũ proprijs, de Atabulo Apuliæ: Iapyge, Calabriç, Scirone, Athenarum, Caręgide, Pamphyliæ, Circio, Galliæ & cæterarum regionum. 5.*nat*.17.

Ventos cur fecerit, aut voluerit esse, Deus seu prouidentia diuina. 5 *nat. quæst* 18.

De Terræ motibus.

De terræ motibus Philosophica, Ethica & Theologica consideratio 6.*nat*.1.

Terræ motus causas nosse, hanc vtilitatem nobis parere, vt naturam cognoscamus. 6.*nat*. 4.

De causis terræ motus opiniones variæ 6 *nat* 5. & vtrum causa terræ motus sit in aquis, vt Thales censuit 6.*nat*.9. In igni, vt Anaxagoras putauit. 6.*nat*. 9. In ipsa terra, vt Anaximenes opinatus est. 6. *nat*. 10. In spiritu, vt post Aristotelem Theophrastus, post Aristonem & alios Archelaus & alij sensere 6.*nat*.12.*ad*.18.

Senec.

An in aëre terra incluso, vt Metrodorus Chius tradidit 16. *nat*. 19 An partim in spiritu, partim in aqua, partim in vtroque, vt Democritus putauit 6 *nat*.20

De generibus terræ motus, hoc est, de successione (ea fit quoties terra quatitur & mouetur sursum & deorsum) inclinatione (ea fit, quoties terra in latera nutat nauigij more & tremore (hic fit, quoties terra neque succutitur, neque inclinat, sed vibratur.) 6. *natural quæst* 21.

De motu quatiente seu successione opinio Asclepiodoti. 6.*natur quæst*.22 Callisthenis 6.*nat*.23.

De Campano terræ motu, & de singularibus eius, & quod in illo sexcentæ oues exanimatæ fuerint spiritu pestifero. 6.*natural*. 27. quod in eodem terræ motu statua diuisa 6. *natur* 29. quod in eodem terræ motu in quodam balneo tessellæ (quibus solum erat stratum) aliæ ab alijs separatæ, & iterum commissæ & quod aqua in commissuras recepta, pauimento recedente, eoque compresso ebullierit & elisa fuerit. Item, quod molles materiæ mollius & crebrius tremuerint, quam duræ 6.*nat*.31

Formidandos terræ motus sapienti non esse. 6.*nat*.32.

De Cometis.

De cometis, horum contemplatione, & miraculis est, *septimo nat. cap*. 1.

Vtrum cometæ eiusdem sint conditionis, cuius superiora. Item, vtrum ortus & occasus cometarum certi sint. 7. *nat* 2.

Opiniones de cometis variæ 7.*nat*.3.

Faces & trabes non exprimi turbine, aduersus Epigenem 7.*natur*.4

Cometas ex vento non fieri, aduersus eundem Epigenem. 7 *nat. quæst*.6

Cometas non vna tantum cœli parte conspici, sed tam in ortu, quam in occasu: frequentissime tamen circa Septentrionem Item, formam cometarum non vnam esse. 7. *nat*.11.

Cometas ex stellarum errantium & mobilium concursu non fieri, aduersus Artemidorum: &, quod plures non sint errantes stellæ, quam quæ errantes à nobis & planetæ dicuntur: denique, non fieri ex stellarum coeuntium concursu 7.*nat*.12.

Cometas in duas stellas non dissolui, aduersus Ephorum historicum 7.*nat*.16.

Nullos cometas erraticos esse, aduersus Apollonium Myndium 7 *nat quæ* 17

Stoicorum principi Zenoni placere, Cometa esse radios stellarum inter se commissos & repercussos Stoicis quibusdam alijs placere Cometas esse sydera, quæ suos habeant cursus, suisque temporibus oriantur: alijs item placere, syderis nomen cometæ imponendum non esse, quod cometes exigui temporis mora dissipetur: alijs item placere, cometas sicut faces, & tubas, trabesque, & alia ostenta cœli denso aere creari 7.*nat* 19.

Senecæ sententia Cometes non est subitaneus ignis, sed inter æterna opera naturæ, sydus ordinarium, non falsa syderum facies. 7 *nat. quæst*. 22.

Miscella de Meteorologicis, & alijs, quam Naturalium, Senecæ libris.

Alia digna miratu, siue per ordinem subeunt, siue subditis causis mota prosiliunt, vt nocturni ignium tractus, & sine vllo ictu sonituque fulgores cœli satiscentis, columnæque ac trabes, & varia simulachra flammarum *epist* 93.

Ad ictum *fulminis* subito etiam vicina tremuerunt. Illic quisquis ab igne propior stetit, percusso similis obstupuit. *epist* 75.

Fulmini etiam, cum latissime percussit ac fallit, per exiguum foramen est reditus. *epist* 58.

Flamma non potest opprimi Nam circa id diffugit, quo vrgetur *epist* 58

Procella in ipsa sereni fiducia solet emergere. *epist*.76.

De Ætna monte eiusque ignibus *vide epist* 80.

Quid refert an aqua decurreas intercipiatur atque abeat, si fons, ex quo fluxerat, saluus est? *epist*.76.

Grando incussa tectis, sine vllo habitatoris incommodo crepitat, ac soluitur. *epist*.45.

De Ventis.

Sordidæ nubes fere aut in aquam, aut in ventum resoluuntur *epist* 54. *in prin*.

Qui à terra venti surgunt, & fluminibus, paludibusque excepti, sine pertinacia vehementes sunt. 1. *de ira* 16.

De Terræ motibus.

Quoties Asiæ? quoties Achaiæ vrbes vno tremore ceciderunt? quot oppida in Syria? quot in Macedonia deuorata

sunt? Cyprum quoties vastauit hæc clades? Quoties in se Paphus corruit? Frequenter nobis nuntiati sunt totarum vrbium interitus *& post*: Non vides quemadmodum in Achaia clarissimarum vrbium iam fundamenta consumpta sint, nec quicquam extet, ex quo appareat illas saltem fuisse? *epist.* 91.

De Metallis.

Aurum & argentum, & propter ista nunquam pacem agens ferrum, quasi male nobis committerentur, natura abscondit: nos in lucem, propter quę pugnaremus extulimus. nos & causas periculorum nostrorum, & instrumenta, disiecto terrarum pondere eruimus nos fortunæ mala nostra tradimus, nec erubescimus summa apud nos haberi, quæ fuerant ima terrarum. Vis scire quam fallax oculos tuos deceperit fulgor? Nihil est istis, quamdiu immersa & inuoluta cœno suo iacent, fœdius, nihil obscurius quidni? quando per longissimorum cuniculorum tenebras extrahuntur, nihil est illis, dum fiunt & à fece sua separantur, informius. denique ipsos opifices intuere, per quorum manus sterile terræ genus & informe perpurgatur Videbis quanta fuligine oblinantur. Atqui ista magis inquinant animos, quam corpora: & in possessore eorum, quam in artifice plus est sordium *epist* 93.

Leuium *metallorum* fructus in summo est Illa opulentissima sunt, quorum in alto latet vena, assidue plenius responsura fodienti. *epist.* 21

In hoc quoque dissentio, sapientes fuisse, qui ferri *metalla*, & æris inuenerunt, cum incendio syluarum adusta tellus in summo venas iacentes liquefacta fudisset. *epist.* 90.

DE ANIMA.

De sensibus & de visu: & de optica nonnulla.

Oculorum velocior est sensus, & multum aures antecedit 1. *natural quæst.* 12 *in fin*

Sine matura *luce* nihil splendidum est, nisi atrum, nisi quod tenebras habet aut in se, aliquid traxit obscuri. *epist.* 31

Homines amplius *oculis* quam auribus credunt. *epist.* 6.

Color igneus est à sole, cœruleus à nube 1 *nat* 4

Non est Æthiopis inter suos insignitus color. 3. *de ira.* 27.

Nihil illo carcere. [loquitur de Crypta Neapolitana] longius, nihil illis faucibus obscurius, quæ nobis præstant, non vt per *tenebras* videamus, sed vt ipsas *epist* 58

Quæ ad oculos non reuocantur, sed extra conuersationem, vt superuacua iacuerunt, sordes ipsa colligunt vetustate. 4. *de benef* 2.

Latitudo porticus ex *remoto spectantibus*, non seruat portionem suam, sed vltima in angustias coeunt, & columnarum nouissima interualla iunguntur 7 *de benef* 1

Pleraque ex longinquo speculantibus abscisa & connexa videri soleot, cum aciem longinquitas fallat. *in sap. non cad. in* 1.

Hoc magnis euenit montibus, vt eorum proceritas minus appareat longe intuentibus: cum accesseris tunc manifestum fit, quod in arduo summa sint *epist.* 115.

Remus integer in tenui aqua fracti speciem reddit Poma per vitrum aspicientibus multo maiora sunt Columnarum interualla porticus longiores iungunt 1 *nat.* 1.

Omnia per aquam videntibus longe sunt maiora Literæ quamuis minutæ & obscuræ per vitream pilam aqua plenam maiores clarioresque cernuntur Poma formosiora, quam sint videntur, si innatant vitro Sydera ampliora per nubem aspicienti cernuntur, quia acies nostra in humido labitur, nec apprehendere quod vult, fideliter potest. Quod manifestum, fiet si poculum ad impleueris aqua, & in id conieceris annulum. Nam cum in ipso fundo iaceat annulus, facies eius in summo aquæ redditur Quicquid videtur per humorem, longe amplius vero est. 1. *nat* 6.

Speciosa & magna visentibus, cum ad pondus reuocata sunt, falluut. *epist* 67.

Rectissima, cum in aquam demissa sunt, speciem curui præfractique visentibus reddunt Non tantum quid videas, sed quemadmodum, refert *epist.* 71

De Auditu & voce

Vox nihil aliud, quam ictus aër. 2 *nat. quæst.* 29.

Spiritus noster clariorem sonum reddit, cum illum tuba per longi canalis angustias tractum patentiori nouissime exitu effundit *epist.* 109.

Raro hæc coeuut, vt eadem vox & dulcis sit & solida. 3. *controu. proœm.*

Crepitus illisæ manus humeris. prout plana peruenit aut concaua, ita sonum mutat *e. ist* 59.

Vocaliora sunt vacua, quam plena, intenta, quam remissa. Ita tympanum & cymbala sonant 2 *nat* 29.

Vox est quidem, sed non explanabilis 1. *de ira* 3.

Habet homo vocem? Sed quanto clariorem canes, acutiorem aquilę, grauiorem tauri, dulciorem mobilioremque luscinıæ. *epist* 77.

Vt vidit vocem nullius terrestris animalis, sed (qualia marinis belluis esse solet) raucam & implicatam, putauit sibi decimum tertium laborem venisse. *in lude.*

DE SENSV, ET IIS, QVÆ SENSV percipiuntur.

Sensum hominis nulla cauit virtus *epist.* 86.

De Memoria.

Aliud est meminisse, aliud scire, Meminisse est, rem commissam memoria custodire, at contra scire, est, & sua facere quemque nec ab exemplari pendere, & toties ad magistrum respicere. *epist* 33.

Memoriam in me floruisse, vt non tantum ad vsum sufficeret, sed in miraculum vsque procederet, non nego Nam duo millia nominum recitata, quo ordine dicta erant, referebam, & ab iis, qui ad audiendum præceptorem nostrum conuenerant, singulos versus à singulis, datos, cum plures quam ducenti efficerentur, ab vltimo incipiens vsque ad primum recitabam, nec ad complectenda tantum quæ vellem, velox mihi erat memoria, sed etiam ad continenda quæ acceperat 1. *controu.*

Clausio Sabino memoria tam mala erat, vt illi modo nomen Vlyssis excideret, modo Achillis, modo Priami: quos tam bene nouerat, quam pædagogos nostros nouimus. Nemo vetulus nomenclator, qui nomina non reddit, sed imponit, tam perperam tribus, quam ille Troianos & Achiuos persalutabat Nihilominus eruditus volebat videri. Hanc itaque compendiariam excogitauit Magna summa emit seruos, vnum, qui Homerum teneret: alterum qui Hesiodum Nouem præterea Lyricis singulos assignauit Magno emisse illum, non est, quod mireris Non inuenerat? faciendos locauit, postquam hęc familia illi comparata est, cœpit conuiuas suos inquietare. Habebat ad pedes hos, a quibus subinde peteret versus, quos referret, sæpe in medio verbo excidebat Suasit illi Satellius Quadratus, stultorum diuitum arrosor, &, quod sequitur, arrisor: &, quod duobus his adiunctum est, derisor, vt Grammaticos haberet, analectas a Cum dixisset Sabinus, centenis millibus sibi constare singulos seruos, Minoris, inquit, totidem scrinia emisses. Ille tamen in ea opinione erat, vt putaret se scire, quod quisquam in domo sua sciret. *epist.* 27 [a Analectæ, sunt ne doctissimi, qui omnia ad manum habebant? an leguli, qui minuta quæque ex autoribus colligebant? an vero qui verba excidentia domino inter mensam excipiebant?

Quorumcunque stilus est velox, tardior memoria est. 1. *contr* 1.

Non sine *ratione* sacra est magnarum virtutum memoria. 4. *de benef.* 30.

Nihil magis præstandum est, quam vt memoria nobis meritorum hæreat, quæ subinde refricanda est? quia nec referre potest gratiam, nisi qui meminit. 1. *de benef* 24.

Quicquid frequens cogitatio exercet ac renouat, memoriæ nunquam subducitur, quæ nihil perdit, nisi ad quod non sæpe respexit 3. *de benef* 2.

Iniuriarum remedium *est obliuio. epist.* 91.

De somno.

Et obscuri crescebant a cornua c somni *in lude* [a Id est, crescebat nox: quo tempore longiore sopore detinemur. [c Somnum solitum erat pingi cum cornu, *teste Seruio 6. Æneidos*: Valerius Flaccus 8. *Argonauticon*: Somne omnipotens, te Colchis ab omni Orbe voco, inque vnum iubeo, nunc ire draconem, Quæ freta sæpe tuo domui, quę nubila cornu. Somno poetæ lasciuia quadam poetica tribuebant cornu plenum medicato stygij fluuij liquore. De eodem cornu Papinius 10. Thebaidos: manus hæc fusos à tempore læuo Sustentat crines, hæc cornu oblita remisit & paulo post ipse Seneca: Iamque suum victrix augebat Cynthia lychnum Longioribus noctibus opus est lychno maiore

Non est grauior foris, quam domi somnus. *de remed. fort* 16.

Turpis, qui alto sole semisomnis iacet, cuius vigilia medio die incipit. *epist.* 123

Qui leuiter dormit, & species secundum quietem capit

aliquando

aliquando dormire se dormiens cogitat. Grauis *somnus* etiam somnia extinguit, animumque altius mergit, quam vt vlio intellectu sinat *epist.* 54.

Molestus est iucundum somnum videnti, qui excitat. Aufert enim voluptatem etiamsi falsam, affectum tamen verum habentem. *epist.* 105.

De somnus.

Somnium narrate vigilantis est & vitia sua confiteri sanitatis indicium est. *epist* 54.

Dormieotium *insomnia* tam turbulenta sunt, quam dies. *epist* 57.

De senectute & morte.

Nemo nostrum idem est in senectute, qui fuit iuuenis. *epist.* 59.

In idem flumen bis descendimus, & non descendimus. *epist* 59.

Aiebat, tam *immaturo* magnum ingenium non esse vitale 1 *contr.* 1.

De vita.

Dixi in Theologicis: & in Nomenclatore in verbo, *Vitalis.*

LOCI COMMVNES SEV LIBER AVREORVM, DE RE MEDICA EX SENECA, AVTHORE D. GOTHOFREDO I. C.

Ars longa, vita breuis.

ILLA maaimi A Medicorum exclamatio est, *Vitam* A breuem esse, lōgam artem. *de breuitate vitæ cap* 1. [A Hippocratem intelligit, quem & *epist.* 96 vocat maximum medicorum, & huius scientiæ conditorem Paulus lib. 19. ad edictum in l 12 ff de statu hominum, eundem vocat doctissimum virum, eiusque authoritate pronunciat, nasci perfectum partum mense septimo, aut, quod tantundem, centesimo octogesimo die. *l.* 3 § 12. *ff. de sun.* [A Aphorismus est primus Hippocratis.

De Medicinæ initiis.

Medicina quondam e paucorum fuit sciensia herbarum. quibus sisteretur fluens sanguis, vulnera coirent paulatim. Deinde in hanc peruenit tam multiplicē varietatem Nec est mirum, tūc illam minus negotij habuisse, firmis adhuc solidisque corporibus, & facili cibo, nec per artem, voluptatemque corrupto Qui postquam cœpit, non ad tollendam, sed ad irritandam famē quæri, & inuentæ sunt mille conditurae, quibus auiditas excitaretur Inde pallor & neruorum vino madentium tremor, & miserabilior ex cruditatibus, o quam ex fame macies Inde incerti labentium pedes & semper qualis in ipsa ebrietate, titubatio. Inde in totam cutem humor admissus, distentusque venter, dum male assuescit plus capere, quam poterat. Inde suffusio luridæ bilis, & decolor vultus, tabesque in se putrescentium, & retorti digiti articulis obrigescentibus, neruorum sine sensu iacentium torpor, aut palpitatio corporum sine intermissione vibrantium Quid capitis vertigines dicam? quid oculorum auriumque tormenta? & cerebri æstuantis verminationes, & omnia, per quæ exoneramur, internis vlceribus affecta? *& post*: Immunes erant ab istis malis, qui nondum se deliciis soluerant, qui sibi imperabant, sibi ministrabant, corpora opere ac vero labore durabant, aut cursu defatigati, aut venatu, aut tellure versata: excipiebat illos cibus, qui nisi esurientibus placere non poterat Itaque nihil opus erat tam magna medicorum supellectile, nec tot ferramentis a atque pyxidibus, simplex erat ex simplici causa valetudo. Multos morbos multa fercula fecerunt *& post*: Maximus ille medicorum, & huius scientiæ conditor, F fœminis nec capillos defluere dixit, nec pedes laborare Atqui hæ iam & capillis destituuntur, & pedibus ægræ sunt. non mutata fœminarum natura, sed vita est. Nam cum virorum licentiam æquauerint, corporum quoque virilium vitia æquauerunt. Non minus peruigilant, non minus potant, & oleo, & mero viros prouocant Æque inuitis ingesta visceribus per os reddunt, & vinum omne vomitu remitiunt, æque niuem rodunt, solatium stomachi æstuantis. Libidine vero nec maribus quidem cedunt pati natæ. Quid ergo mirandum est, maximum medicorum ac naturę peritissimum in mendacio deprehendi, cum tot fœminæ podagricæ caluæque sint? Beneficium sexus suis vitiis perdiderunt, & quia fœminam exuerunt, damnatæ sunt morbis virilibus Et antiqui medici nesciebāt dare scyphum sæpius & vino fulcire venas cadentes Nesciebāt. sanguinem emittere, & diutinam ægrotationem balneo sudoribusque laxare: nesciebant crurum vincula, brachiorumque latentem vim, & in medio sedentem, ad extrema reuocare Non erat necesse circumspicere multa auxiliorum genera, cum essent periculorum paucissima *ep ist.* 96 [c Sane anno vrbis 535 primum è Medicis Romam venit ex Peloponneso Archagatus Lysaniæ filius, qui a sæuitia secandi, vrendique vulnerarius & carnifex dictus 9 *Plinius* 1. Illud impendio ibidem placet, quod M Cato filium dehortatus a Græcorum Medicina, profitetur cōmentarium sibi esse, quo medeatur filio, & seruis, & familiaribus, qui locus argumento est, viros illos magnos sibi suisque medicinam fecisse. [o puto legendum: ex ferculis, quam ex fame macies [a instrumento medici legato continentur collyria, emplastra, & cætera eius generis. *l* 18. §. 10 *ff. de instructo* [F Hippocratem intelligit: alioquin Æsculapius medicinarum demonstrator *Tertull cap.* 23. *apologetico aduersus gentes.*

De Medicina decretis: De secta Hippocratis, Asclepiadis Themisonis

Artes pleræque, imo, ex omnibus liberalissimæ, habent decreta sua, non tantum præcepta, sicut medicina. Itaque alia est Hippocratis secta alia Asclepiadis, alia Themisonis. A *ep.* 96 [A His adde sectam Antonij Musæ sub Augusto: Vectij Valentis sub Claudio: Thessali sub Nerone & CrinęM issiliensis, qui ex Ephemeride Mathematica cibos dabat, & horas obseruabat Charmidis, qui frigida hibernis algoribus lauari permittebat adde Clinicen & Empiricen 29 *Plin.* 1 Adde & Veterinariam & iumentorum medicinam à Chirone Græco inuentam, qui inde pingitur dimidia parte homo, dimidia equus. 4. *Isid.* 9.

De officio medici: sanare.

Non sani esse tantum volumus, sed sanare 3. *de nat* 39.

Sanandus quil usque presto esse

Medicina & sceleratis opem ministrat Compositiones remediorum salutarium nemo suppressit, ne sanarentur indigni. 4 *de benef* 28.

Omnia fa. ere, vt sanet.

Medicus, si omnia fecit, vt sanaret, peregit partes suas. 7 *de benef* 13.

Non desperare de curatione.

Mali medici est desperate, ne curet. 1 *declam.* 17.

Intelligere ægri statum, neque eum dissimulare

Medicus, si deficere ægrum non intelligis, quantum ad artem, magis peccat, quam si se intelligere dissimulat. *epist.* 96.

In rem præsentem venire, vt sanet.

Quædam non nisi à præsente monstrantur. Non potest medicus per epistolas cibi aut balnei tempus eligere. Vena tangenda est. *epist.* 22.

Tempus iustum sanando sumere.

Quid horum raptim fieri potest? Quis medicus ægrotos in transitu curat? *epist.* 40

Occidentis famam vitare.

Non minus principi turpia sunt multa supplicia, quam medico multa a funera. 1. *de clement.* 24. [a Hoc nomine Themison male audit apud Poëtã Iuuenalem Satyra 10. Promptius expediã quot amauerit Hippia mœchos. Quot Themiso ægros autumno occiderit vno. Quot Basilius socios, quot circumscripserit Hirrus Pupillos.

Non morbos ipsos irritare, vt maiore gloria sanasse videatur.

Grauissima infamia est *medici*, opus a quærere medici. Multi quos auxerant morbos & irritauerãt, vt maiore gloria sanarent, non potuerunt discutere, aut cum magna miserorum vexatione vicerunt. 6. *de benef.* 36. [a Id est, morbum ipsum irritare, vt maiore gloria sanasse videatur. Tertullianus aduersus Marcionem. Quid de tali medico iudicabis, qui nutriat morbum, mora præsidij, & periculum extendat dilatione remedij, quo pretiosius & famosius curet? Quid si medicus per aduersa medicamenta, inferendo periculum rerum amittendorum, ægrotum compulit, vt ei possessiones suas contra bonam fidem æger venderet. Et inciuile factum coërcendum, & res ægro restituenda. *l.* 3. *ff de extr. cognit.*

Etiam obscœna ipsa corporis contrectare, vt sanet.

Hunc affectum aduersus ægros suos medicus habet. horum nec obscœna (si medio egent) contrectare, nec reliquias & effusa intueri dedignantur, nec per furorē sæuientium excipere a conuitia. *in sap. non cad.* 15. [a Tertullianus, in Scorpiaco aduersus Gnosticos. Horrorem operis (loquitur de medicinæ sæuitia, de scalpello, de cauterio & sinapis incendiis) fructus excusat. Vlulans denique æger, & gemens, & mugiens inter manus medici, postmodum easdem mercede cumulabit, & artifices optimas prædicabit, & sæuas iam negabit.

Adice lacerationes medicorum ossa viuis legentium, & totas in viscera manus mittentium, & non simplici dolore pudenda curantium. *ad Mart.* 11.

Veram morbi originem ab ægro exquirere.

Quare non verum, a vt medico, fatear? 1. *de tranq.* 1. [a Et merito: nec enim medicus recte sanare potest, nisi vim & qualitatem morbi cognouerit. Per contrarium medicus, si prudentem ægrum, nec timidum habeat, verum illi dicere debet: si timidum ac stultum, ægri necessarijs. *Galenus Commentario* 2 *in* 6. *de popularibus morbis.*

Non multa loqui, sed sanare.

Non e quærit æger *medicum* eloquentem, sed sanantem. Sed si ita competit, vt idem ille, qui sanare potest, compte de his, quæ facienda sunt, disserat, boni consulet: non tamen erit, quare gratuletur sibi, quod inciderit in medicum etiam disertum. hoc enim tale est, quale si peritus gubernator etiam formosus est. Quid aures meas scalpis? quid oblectas? aliud agitur: vrendus, secandus, abstinendus sum. Ad hæc adhibitus es, curare debes morbum veterem, grauem, publicum. Tantum negotij habes, quantum in pestilentia medicus. *epist.* 75. [c Medicus ad ægrum non venit vt concionetur, sed vt sanet.

Nunquid ægrum laudat *medicus* secando? *Tacete. D sanete & præbete vos curationi* etiamsi clamaueris, non aliter audiam quam si ad tactum vitiorum vestrorum gemiscatis. *epist.* 53. [D emendauit huunc locum lib. 1. Coniectutarum.

Quidni feliciorem putem Mutiũ, qui sic tractauit ignem, quasi illam manum *tractatori* a præstitisset? *epist.* 67 *in fin.* [a Tractatores videntur fuisse, qui manu membra tractabant, & leuiter fricabant. Martial. li. 3 epigr. 40. Percurrit agili corpus arte tractatrix.

De partibus corporis humani, De Venis & arterijs.

Placet natura regi terrã, & quidem ad corporum nostrorum exemplar, in quibus & venæ sunt & arteriæ. Illæ sanguinis, hæ spiritus receptacula. In terra quoque alia sunt itinera, per quæ aqua, alia, per quæ spiritus currit: adeoque illam ad similitudinem corporum humanorum natura formauit, vt maiores quoque nostri aquarum appellauerint venas. 3. *natural.* 15.

De ossibus, neruis, articulis, decore, colore.

In corpore nostro ossa, nerui, & articuli firmamenta totius, & alia minime speciosa visu prius ordinantur, deinde hæc, ex quibus omnis in faciem aspectumque decor est; post hæc omnia, qui maxime oculos rapit, color, vltimus perfecto iam corpore effunditur. 2. *de ira.* 1.

De sanguine & humoribus, cerebro, medullis, musculis, saliuis, lachrymis, & lubrico articulorum.

In nobis non tantum sanguis est, sed multa genera humorum, alij necessarij, alij corrupti, ac paulo pinguiores: in capite, cerebrũ, in ossibus, medullæ, musculi saliuæque, & lachrymæ, & quiddam additum articulis, per quod citius flectantur ex lubrico. 3. *nat.* 15.

De secundis infantium.

Non magis ad se iudicat ea pertinere, quam secundas ad editum infantem. *epist.* 93.

De sanitate & bona valetudine. Eam à medico reddi, non præstari.

Corpori ad tempus bona valetudo est, quam medicus, etiam si reddidit, non præstat. *epist.* 73.

Sanitatis & bonæ valetudinis definitio non vera.

Quid si sanum voces, leuiter febricitantem? non est bona valetudo, mediocritas morbi. *epist.* 86.

Bonæ valetudinis & virium differentia.

Non video quare sibi placeat, quod robustior est valetudinario. Multum interest inter vires & bonam valetudinem. 1. *nat. q. præfat.* 1.

Origo valetudinis.

A capite bona valetudo. 5. *declam.* 2.

Inconcussæ, & vt eductæ valetudinis discrimen.

Felicior est inconcussa valetudo, quam ex grauibus morbis, & extrema minitantibus, in tutum vi quadam & patientia educta. *epist.* 67.

Hoc interest inter sanum, & ex morbo graui, ac diutino emergentem. Illi sanitatis loco est leuior accessio: hic nisi attendit, subinde grauatur & in eadem reuoluitur. *epist.* 33.

Non tantum velocitas perit poplitibus incisis, sed debilitas pro illa subit. Bona valetudo vitiata in malam transfertur. acies oculorum extincta cæcitate nos afficit. *epist.* 76

DE SIGNIS MORBORVM.

In corporibus futuri *languoris signa* præcurrunt. Quædam enim segnitia neruis inest, & sine labore vllo lassitudo & oscitatio, & horror membra percurrens. *epist.* 75.

Hic quidem ait nos eandem *crisin* habere, quia vtrique dentes cadant. *epist.* 84.

Ægros scimus neruos esse, vbi inuitis nobis mouentur. Seneca, aut infirmi corporis, est, qui cum ambulare vult, currit. 2. *de ira.* 15.

Qui comitiali vitio solent corripi, iam aduentare valetudinem intelligunt, si calor summa deseruit, & incertum lumen neruorumque trepidatio est, si memoria sublabitur, caputque versatur. Solitis itaque remedijs incipientem causam occupant, & odore gustuque quicquid est, quod alienat animos, repellitur, aut fomẽtis contra frigus rigoremque pugnatur, aut, si parum medicina profecit, vitauerunt turbam, & sine teste ceciderunt. Proderit morbum suum nosse, & vires eius, antequam spatiantur, opprimere. 3. *de ira* 10.

Fastidientis stomachi est multa degustare. *epist.* 2.

DE CAVSIS MORBORVM, ET ALIIS nonnullis, quæ morbos adiuuant.

Ægris sana miscere.

Initium morbi est, ægris a sana miscere. 1. *de tranq. vitæ* 7. [a puta, pestilentia loca ingredi.

Morbum suum nosse.

Causa multis moriendi fuit, morbum suum nosse. *de breu. vit.* 18.

Intemperantia.

Nullam a habet spem salutis æger, quem ad intemperantiam medicus hortatur. *epist.* 124. [a Sic Valerius 9. c. 1 Nullum finitur vitium ibi, vbi oritur.

Stomachus vitiatus & bilem colligens.

Stomachus morbo vitiatus, & colligens bilem, quoscunque accepit cibos mutat, & omne alimentum in causam doloris trahit. 5. *de ben.* 12.

Ciborum copia.

Copia ciborum subtilitas animi impeditur. *epist.* 15.

Alimenta stomacho innatantia.

Alimenta quæ accipimus quandiu in sua qualitate perdurant, & solida innatãt stomacho, onera sunt. at cum ex eo, quod erant, mutata sunt, tunc demum in bilem, & in sanguinem transeunt. *epist.* 85.

Alimenta,

Alimenta, vt sumpta, ita statim electa.

Non prodest cibus, nec corpori accedit, qui statim sumptus emittitur. *epist.* 2.

Epulæ, ebrietates, libidines.

Epulæ cruditatem afferunt, ebrietates, neruorum torporem tremoremque, libidines, pedum, manuum, articulorum omnium deprauationes. *epist* 24.

Humor vitiosus.

Corporibus, cupia vitiosi humoris intecosis, morbus non est incrementum, sed pestilens abundantia. 1. *de ira.* 6.

Suspicio morbi reditus.

Qui ex longa & graui valetudine expliciti, motiunculis leuibusque interim offensis perstinguntur, & cum reliquias effugerint, suspicionibus tamen inquietantur, medicisque iam sani manum porrigunt, & omnem calorem corporis sui calumniantur. 1 *de tranq.* 2.

Metus, dolor, intermissæ voluptates.

Tria in omni morbo grauia sunt, metus mortis, dolor corporis, intermissio voluptatum *epist.* 79.

Minima accessio.

Quamuis leuia initia morborum serpunt, & ægra corpora minima interdum mergit accessio. *epist* 86.

DE MORBORVM GENERIBVS.

Morborum animi & affectuum differentia.

Quid inter morbos animi intersit & affectus, sæpe iam dixi. Nunc quoque te admonebo. Morbi sunt inueterata vitia & dura ? vt auaritia, vt ambitio nimia postquam hæc animum implicuerunt, & perpetua esse mala eius cœperūt. Vt breuiter finiam, morbus est iudiciū in prauo pertinax, tanquam valde expetenda sint, quæ leuiter expetenda sunt: vel, si mauis, ita finiamus Morbus animi est, nimis imminere leuiter petendis, vel ex toto non petendis, aut in magno pretio habere in aliquo habēda, vel in nullo. Affectus sunt motus animi improbabiles, subiti & concitati, qui frequentes, neglectique fecere morbum. sicut distillatio vna, nec adhuc in morem adducta tussim facit, assidua & vetus phthisin. Itaque qui plurimum profecere, extra morbos sunt affectos tamen adhuc sentiunt. *epist.* 76.

Vitia mentis humanæ inueterata & dura morbos vocamus. *epist* 86.

De febrium differentia, de leui motiuncula, & vera febri.

Leuis saltem motiuncula decipit, sed cum creuerit, & vera A febris exarserit, etiam duro, & *perpessitio* confessionem exprimit. Pedes dolent, articuli punctiunculas sentiunt, adhuc dissimulamus, & aut talum extorsisse nos dicimus, aut in exercitatione aliqua laborasse. Dubio & incipienti morbo quæritur nomen, qui, vt talaria cæperit intendere, & vtrosque dextros pedes fecerit, necesse est podagram fateri. Contra euenit in his morbis quibus afficiuntur animi quo quis peius se habet, minus sentit. *epist* 54. [A Plus est vera febris, quam vetus Nam & autores nostri Vlpianus ad edictum ædilium curulium in l 1 §. 8. ff. de ædilitio edi: Iulianus 5. Digestorum in l 60. ff. de redhibitoria, veterem quidem quartanam opponūt leuissimæ febriculæ, veterem tamē quartanam talem esse posse, vt iam sperni possit: denique vt in ea ægrotus omnibus rebus suis superesse soleat.

Dolores maximi & acutissimi cur consistant in macerrimis corporis partibus, puta neruis & articulis, vt podagra, chiragra dolore vertebrarum, neruorum, dentium, oculorum. De dolore in stuporem verso.

Maximi dolores consistunt in macerrimis corporis partibus, neruis articulisque, & quicquid aliud exile est. Acerrime sæuit, cum in arcto vitia conceperit. Sed cito eæ partes obstupescunt, & ipso dolore sensum doloris amittunt. siue, quia spiritus naturali prohibitus cursu, & mutatus in peius, vim suam, qua viget admonetque nos, perdit; siue, quia corruptus humor, cum desiit habere quo confluat, ipse se elidit, & his, quæ nimis impleuit, excutit sensum, sic podagra, A & chiragra, & omnis vertebrarum dolor, neruorumque interquiescit, cum illa, quæ torquebat, hebetauit. Omnium istorum prima irritatio vexat, impetus mora extinguitur, & finis dolendi est, obtorpuisse Dentium, oculorum, aurium B dolor ob hoc ipsum acutissimus est, quod inter angusta corporis nascitur: nō minus mehercule quam capitis ipsius. si incitatior est, in citius in alienationem stuporemque conuertitur. Hoc itaque solatium vasti doloris est, quod necesse est, desinas illum sentire, si nimis senseris. *epist* 79. [A Podagræ & chiragræ discrimen lepido illo suo versu Martialis delineauit: Litigat & podagra Diodorus (Flacce) laborat, Sed nil patrono porrigit, hæc chiragra est [B Hinc auricularius, pro medico qui aurium dolores curat, in l 1 § 3. *ff. de extr. cognit* & auricularis dolor in *l.* 4 *in fin ff. de ædilitio edicto.*

Senec.

De longa distillatione & febriculis inde sequentibus.

Febriculæ longas distillationes, & in consuetudinem adductas, sequuntur. *epist* 79.

De morbis ad horam & certum tempus recurrentibus.

Quartana ad horam venit, podagra ad tempus respondet, purgatio, si nihil obest statum diem seruat præsto est ad mensem suum partus 3. *natural.* 16.

De febribus torrentibus.

Præcordiorum *suppurationes*, & febres viscera ipsa torrentes *epist* 14.

De Hydropisi.

Nullus sufficit humor ad satiandum eum, cuius desiderium non ex inopia, sed ex æstu ardentium viscerum oritur, non enim sitis illa est, sed morbus. *ad Alb.* 11.

De peste.

Solet post magnos terrarum motus pestilentia fieri Nec id mirum: Multa enim mortifera in alto latent: & aer ipse, qui vel terrarū culpa, vel pigritia, & æterna nocte torpescit, grauis haurientibus est, vel corruptus internorum ignium vitio, cum est a longo situ emissus, purum hunc liquidumque maculat ac polluit, insuetumque ducentibus spiritum affert noua genera morborum Quid quod aquæ inutiles pestilentesque in abdito latent? vt, quas nunquam vsus exerceat, nunquam aura liberior verberet *& post*: Aer quoque, qui mixtus est illis, quique inter illas paludes iacet, cum emersit, late vitium suum spargit, & haurientes necat, *& post*: Multa terras habere mortifera vel ex hoc intellige, quod tot venena nascuntur non manu sparsa, sed sponte: solo scilicet habente vt boni, ita mali semina. *Et post*: Nec prius pestilentia desinit, quam spiritū illum grauem exercuit laxitas cœli, ventorumque iactatio 6 *nat* 27.

Aduersus pestilentiam nihil prodest firmitas corporis, & diligens valetudinis cura, promiscue enim imbecilla robustaque inuadit. 3. *de ira* 5.

In pestilentia cauendum est, ne corruptis iam corporibus, & morbo flagrantibus assideamus, quia pericula trahemus, afflatuque ipso laborabimus. Initium morbi est ægris sana miscere 1 *de tranq.* 7.

Tantum negotij habet, quantum in pestilentia medicus. *epist* 73.

De insania.

Non omnes stultos curamus elleboro 2 *de ben* 35.

Nemo præceptis curat insaniam *epist* 95.

Si bilis nigra curanda est, & ipsa furoris causa remouenda *epist.* 95.

Quemadmodum apud *insanos* sola præcepta non prosunt: sic curationem adiuuant & denunciatio & castigatio insanos coercuit De illis sanis nunc loquor, quibus mens mota est non erepta *epist* 95.

Inter *insaniam* publicam & hanc, quæ à medicis traditur, nihil interest, nisi quod hæc morbo laborat, illa opinionibus falsis altera causas furoris traxit ex valetudine, altera animi mala valetudo est Si quis furioso præcepta det, quomodo loqui debeat quomodo procedere, quomodo in publico se gerere, quomodo in priuato, erit ipso, quem monebit, insanior *Si bilis nigra* curanda est, & ipsa furoris causa remouenda Idem in hoc animi furore faciendum est ipse discuti debet *epist.* 95.

Insaniæ species omnia grandia cupere.

Senecio fuit ingenij confusi ac turbulenti, qui cupiebat grandia A dicere, adeo vt nouissime huius rei morbo teneretur, & rideretur. Nam & seruos nolebat habere nisi grandes, & argentea vasa non nisi grandia. Credatis mihi velim non iocanti, eo peruenit insania eius, vt calceos quoque maiores sumeret, ficus non esset nisi mariscas. Concubinam ingentis staturæ habebat, omnia probabat grādia, Et impositum est cognomentum. & vocari cœpit Senecio Grandio. *Suasor.* 2 [A Aristophanes Ranis appellat verba grandia ἱππολόφα in ruptum morem alta, & ἱππόβαμονα, ita sublimia, tanquam equis vecta. Callimachus Grammaticus apud Athenæum 3 Dipnosophist librum magnum magno malo comparat Mirum itaque longiores Demosthenis, Ciceronis longissimos versus Aristophanis Archilocho grauiores haberi.

De ophthalmia, & suffusionibus, & morbis oculorum.

Si quid obstat *oculo* & impedit visum, debet remoueri. Huic non opus est præceptis ad viuendum, sed remedio quo purgetur acies, & officientem sibi moram effugiat. *& post:* Deinde cuius curata est suffusio, is non protinus, cum visum recepit, alijs quoque potest reddere. *& post:* Oculos quoque ægros medicus non tantum curat, sed etiam monet. non est, inquit, quod protinus imbecillam aciem committas improbo lumini: à tenebris primo ad vmbrosa procede; deinde plus aude, & paulatim claram lucem pati assuesce, non est, quod post cibum studeas, non est, quod plenis oculis ac tumentibus imperes. Afflatum & vim frigoris, in oculos incurrentis, caue. Aliaque eiusmodi, quæ non minus, quam medicamenta proficiunt, Adijcit remedijs medicina consilium. *epist.* 95.

Puta relicta nobis medicamenta, quibus sanarentur oculi. Non opus est mihi alia quærere, sed hæc tantum morbis & temporibus aptanda sunt. Hoc asperitas oculorum conleuatur, hoc palpebrarum crassitudo tenuatur, hoc vis subita & humor auertitur, hoc acuitur visus. *epist.* 65

Oculos maior & perfecta suffusio excæcat, modica turbat. *epist.* 26.

Difficiles faciunt oculos diutini morbi, etiam ad minimam radij solis offensionem. *epist.* 84

Visus oculorum quibusdam medicamentis acui solet & repurgari. *epist.* 116

De Vlceribus & papulis.

Vlcera quædam nocituras manus appetunt, & tactu gaudent, & fœdam corporum scabiem delectat, quicquid exasperat. 2 *de tranq.* 2.

Papulas A obseruatis alienas, obsiti plurimis vlceribus *de vita beata* 27. [A Adagium in cæcos aliorum reprehensores simile est illud in Tragœdia: ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι βρύων Alijs medetur, ipse plenus vlcerum. Porro papulæ sunt asperdines cutis, quibus ea rubet, & leuiter roditur, authore Cornelio Celso ex eo genere, quos Græci ἰόνθους ἐξανθήματα vocant.

Vlcera ad leuem tactum, deinde etiam ad suspicionem tactus condolescunt. 3 *de ira.* 10.

De cicatrice.

Coijt velut in cicatricem. 3 *nat.* 15.

De faucibus concisis & fleumis.

Nemo alijs risum præbuit, qui ea se cœpit. Vatinium hominem natum & ad risum & ad odium, scurram fuisse venustum & dicacem memoriæ proditum est. In pedes suos ipse plurima dicebat, & in fauces concisas: sic inimicorum, quos plures habebat quam morbos & in primis Ciceronis, vrbanitatem effugit. 2. *in sapientem non cadere iniuriam.* 17.

De suspirio.

Vni *morbo* quasi assignatus sum: quem, quare Græco nomine appellem, nescio. Satis enim apte suspirium B dici potest. Breuis autem valde & procellæ similis impetus est, intra horá fere desinit. Quis enim diu expirat? Omnia corporis aut incommoda, aut pericula per me transierũt. Nullum mihi videtur molestius. Quid ni? Aliud enim, quicquid est, ægrotare est, hoc, est animam agere. Itaque medici hanc meditationem mortis vocant. Facit aliquando spiritus ille, quod sæpe conatus est. *& post:* Paulatim suspirium illud quod esse iam anhelitus cœperat, interualla maiora fecit, & retardatum est ac remansit. Nec adhuc, quamuis desierit, ex natura fluit spiritus. Sentio hæsitationem quandam, & eius moram, Quomodo volet, dummodo non ex animo, suspiret. *epist.* 55. [B Ad hoc suspirium conferre buglossam & basilicam Apuleius scribit libro de virtutibus herbarum cap. 41 & 128

De cardiaco.

Bibere & sudare, vita cardiaci est. *epist.* 15.

De Varicum excisione

Ille, qui dum varices exsecandas præberet, legere librum perseuerauit. *epist.* 79

De animi deliquio.

Fortes quidam, & paratissimi fundere suum sanguinem, alienum videre non possunt. Quidam ad vulneris noui, quidam ad veteris & purulenti tractationem inspectionẽque succidunt, & linquuntur animo: alij gladium facilius recipiunt, quam vident. Non est hic timor, sed naturalis affectio, inexpugnabilis rationi. *epist.* 58.

Mel amarum quibusdam videri.

Sunt quidam, quibus, morbi vitio, mel amarum videatur. *epist.* 110.

De Vomice morbo

Fabianus Maximus nobilissimus vir fuit, qui primus foro Romano hunc comitium morbum, quo nunc laborat, intulit. 2. *contr.* 5.

De Lymphaticis.

Iurer bella exercere lymphaticis; nec vsquam plura exempla vaticinantium inuenies, quam vbi formido mentes religione mixta percussit. 6. *nat.* 28 *in fin.*

De Comitiali morbo

Vide supra caput de signis morborum.

De papulis, næuis, verrucis.

Papulas obseruatis alienas, obsiti plurimis vlceribus. Hoc tale est, quale, si is pulcherrimorum corporum næuos aut verrucas derideat, quem scabies depascatur. *de vit. beat. cap.* 27.

DE REMEDIIS.

Remedia adhibiturum medicum ægri accersimus, non declamaturum.

Non quærit æger medicum eloquentem A sed sanantem. *epist.* 76. [A Et alioqui Hippocrates libro de præceptionibus medici cum garrulitate affirmationem, fallacem esse, & ad errorem procliuem, tradit.

Remedia tandiu adhibenda quamdiu vitia sunt.

Remedia in ante vultis, quam vitia desinere *epist.* 90. [a Digna obseruatione est medicinæ à Platone facta diuisio. Vult enim quinque species esse medicinæ: quarum quæ prima φαρμακευτικὴ, potione: secunda χειρουργικὴ secando vel vrendo: tertia διαιτητικὴ commoda victus ratione morbos curat: Quarta διαγνωστικὴ quæ in cognoscẽdis ipsis morbis versatur: Quinta βοηθητικὴ, dolores continuo sedat. *Laertius.* 3. *in Platonis vita.*

Remedijs pondus adferet, curari à quo velis.

Nihil magis ægris prodest, quam ab eo curari, à quo volunt 4. *contr.* 3.

Remedia non immorantia

Remedia non prosunt, nisi immorentur. *epist.* 40.

Immatura medicina.

In morbis nihil est magis periculosum, vel perniciosum, quam immatura medicina. *ad Alb.* 1.

Opportunus cibus.

In ægris opportunitas cibi salutaris est. 2. *de ben* 2.

Crebra mutatio remediorum.

Nihil æque sanitatem impedit, quam remediorum crebra mutatio. *epist.* 2.

Non venit vulnus ad cicatricem, in quo crebra medicamenta tentantur. *epist.* 2.

Remediorum quædam delectant protinus: alia post sanitatem.

Non est acerba medicina, quæ protinus delectat dum sanat. aliorum remediorum post sanitatem voluptas est. Philosophia pariter & salutaris & dulcis est. 6. *epistola.* 51. *in fin.*

Curationis ac remedij operantis indicium.

Tunc incipit medicina proficere, vbi in corpore alienato dolore tactus expressit. *epist.* 90.

Leuiores orientibus, & à sanguine recentibus: vehementiores inueteratis morbis, & in malum vlcus versis adhibendæ medicinæ.

Leuiore medicina est oriens adhuc restinguẽda mali vis: vehementius contra inueterata pugnandum est. Nam vulnerum quoque sanitas facilis est, dum à sanguine recentia sunt, tum & vruntur & in altũ reuocantur, & digitos scrutantium recipiunt. vbi corrupta in malum vlcus se verterunt, difficilius curantur. *ad Mart.* 1. *in fin.*

Solatia honesta, Studia, Amici, Ambulatio, Exercitatio Otium, Lectio. Nauigatio, Concussio, Cibus, Vinum.

Hæc ipsa, quibus acquiescebam, medicinæ vim habuerunt. In remedium cedunt honesta solatia, & quicquid animũ erexit etiam corpori prodest. Studia mihi nostra saluti fuerunt. Philosophiæ acceptũ fero, quod surrexi, quod cõualui. Illi vitá debeo, & nihil illi minus debeo. Multũ mihi ad bonam valetudinem cõtulerunt amici, quorum adhortationibus, vigilijs, sermonibus alleuabar. Nihil æque ægrũ reficit atque adiuuat, quam amicorum affectus. nihil æque exspectationem mortis ac metum surripit. *& post:* Medicus tibi quãtum ambules, quantum exerceatis mõstrabit. Ne indulgeas otio, ad quod vergit iners valetudo, vt legas clarius & spiritum, cuius iter & receptaculum laborat, exerceas, vt nauiges, & viscera molli exercitatione concutias:

quibus

quibus cibis vtaris, vinum quando vitium causa aduoces, quando intermittas, ne irritet & exasperet tussim *epistola.* 79.

Medendi gradus & ordo.

Medicus primo in leuibus vitiis tentat, non multum ex quotidiana consuetudine inflectere? & cibis, potionibus, exercitationibus ordinem ponere, ac valetudinem tantum, mutata vitæ dispositione firmare. Proximum est, modus proficiat. Si modus & ordo non proficit, subducit aliqua & circumcidit. Si ne adhuc quidem respondet, interdicit cibis & abstinentia corpus exonerat. Si frustra molliora cesserũt ferit venam, membrisque, si adhærentia nocent, & morbum diffundũt manus affert. nec vlla dura videtur curatio, cuius est salutaris effectus. 1. *de ira.* 5.

Frigida negata & ferrum.

Frigida ægris negamus & lugentibus ac sibi iratis ferrum vt amentibus quidquid contra se vsurus ardor petit. 2 *de benef.* 14.

Aqua tempestiue data.

Aqua tempestiue data remedij locum obtinet. 1 *de beneficiis.* 2.

Frigida aspergi.

Animo relictos stupentesque frigida spargimus, vt in sensum suum redeant. 4. *natur.* 13.

Fortuita sanantia: in flumen cecidisse frigore magno flagellis quartanam discuteri: metus repentinus.

Multos fortuita sanant, nec ideo remedia sunt. Et in flumẽ alicui cecidisse frigore magno causa sanitatis fuit, quomodo quorumdam flagellis quartana discussa est, & metus repentinus animum in alienam curam auertendo suspectas horas fefellit, nec ideo quicquam borũ etiamsi saluti fuit, salutare est 6. *de ben.* 8.

Tuber quidam tyranni gladio diuisit, qui ad eum occidẽdum venerat. Non ideo illi tyrãnus gratias egit, quod rem, quum medicorum manus formidauerant, nocendo sanauit 2. *de benef.* 19.

Ignorante ægro nonnulla sunt curanda.

Quædam ignorantibus curanda sunt. Causa multis moriendi fuit, morbum suum nosse. *de breuit. vit.* 18.

Hoc si via recta consequi non potero, decipere vos conor, veluti salutarem pueris daturus potionem absinthiati poculi. *Suasor. pro Cicerone.*

Medicum, aiunt, cum regis filiam curare deberet, nec sine ferro posset, dum tumentem mammam leuiter fouet, scalpellum spongia tectum induxisse. Repugnasset puella remedio palam admoto. Eadem, quia non spectauit, dolorem tulit. 3 *de ira.* 37.

Virentia: colores terti.

Confusis oculis prosunt virentia, & quibusdam coloribus infirma acies acquiescit, quorum splendore præstringitur 3 *de ira* 9.

Febres ipsæ: Venenum, pestifera.

Febres quædam genera valetudinis leuant. nec ideo non ea toto illis caruisse melius est. Abominandum remedij genus est, sanitatem debere morbo. *& post*: Aliquando venenum ex inopinato profuit, non ideo salutare iudicandum est. Sæpe enim saluti fuere pestifera 1 *de ira.* 12.

Venenum aliquando profuit. non ideo numeratur inter salubria. 2 *de ben* 18.

Chirurgia.

Remedij causa quibusdam raduntur ossa, læduntur & extrahuntur venæ, & quædam amputantur mẽbra, quæ sine totius pernicie corporis hærere non poterant. *de prou* 3.

Remissio.

Grauiter affectis, sanitatis loco, est bona remissio. *epist.* 29.

Accessio leuior.

Hoc interest inter cõsummatæ sapientię virum & alium procedentis, quod inter sanum & ex graui morbo ac diutino emergentem, cui sanitatis loco est leuior accessio. *epist.* 73.

Contraria contrariis curari.

De hoc vide consolationem *ad Alb.* 1.

Contraria vsitatis deficientibus tentanda esse, vide 1 *de clem* 9

Grauiora morbis remedia.

Quædam remedia grauiora ipsis periculis sunt. 6. *contron* 7.

Transferri è lecto vno in alium.

Nihil differt, vtrum ægrum in ligneo lecto, an in aureo colloces. Quocũque illum transtuleris, morbum suum secum transferet. *epist.* 17.

Remedia quæ monstranda, quæ inculcanda.

Quibusdam remedia monstranda, quibusdam inculcanda sunt *epist.* 27. *in fin*

Remedia vi ac seruitute adhibita.

Adolescentibus ac iam potentibus sui, si remedia metu aut intemperantia reiiciunt, vis adhibetur ac seruitus. *de benef.* 24.

Mutatione rerum vti.

Proprie ægri est, nihil diu pati, & mutationibus, vt remediis, vti. 1. *de tranq.* 2.

Mutare loca.

Medicina ægro, non regio, quærenda est. *epist.* 105.

Vomitum, cibum frequens, ieiunium, balneo abstinere, Causariæ partes, vno loco iacere. De Collectione & Vomica.

Nota quisque habet corporis sui vitia. Itaque alius vomitu leuat stomachum, alius frequenti cibo fulcit, alius interposito ieiunio corpus exhaurit & purgat. Hi, quorum pedes dolor repetit, aut vino, aut balneo abstinent, in cætera negligentes. Huic (a quo sæpe infestantur) occurrunt. Sic in animo nostro sunt quasi causariæ partes, quibus adhibenda curatio est. Quid in ocio facio? vlcus meum curo. si ostenderem tibi pedem turgidum, liuidam manum aut contracti cruris aridos neruos, permitteres mihi vno loco iacere, & fouere morbum meum. Maius malum est hoc, quod non possum tibi ostendere. In pectore tuo collectio & vomica est *ep* 68.

Iram vitare.

Iræ ingentis crebrius furor est, Ideo ita vitanda est, non moderationis causa, sed sanitatis. *epist.* 18.

Contra intemperantiam stare: multa inuitum facere cogi ac pati.

Ne desperaueris, etiam diutinos ægros posse sanari, si contra intemperantiam steteris, si multa inuitos & facere coegeris & pati. *epist.* 25.

Ad somnum medicamenta, & de opio & elleboro.

Si illud argumentaberis, sapientem multo vino inebriari & retinere rectum tenorem etiamsi temulentus sit, posse, licet etiam colligere, nec veneno potato moriturum, nec opio sumpto dormiturum, nec elleboro accepto, quicquid in visceribus hærebit, eiecturum. *epist* 84.

Hortatorem insaniæ relinquere.

Magna pars sanitatis est, hortatores insaniæ reliquisse, & ex isto cœtu inuicem noxio procul abegisse. *epist* 95.

Remedia eadem non omnibus æque partibus corporis adhibenda.

Quædam remedia aliis partibus corporis salutaria, velut fœda & indecora, adhiberi aliis nequeunt: & , quod alibi prodesset sine damno verecundiæ, id fit inhonestum loco vulneris. *ep.* 100.

Ad somnum medicamentum.

Mutthedius pro cætero stupore suo dixit medicamentum se parasse ad somnum: quia assiduæ sollicitudines vigiliarum sibi facerent consuetudinem. 7 *contr.* 3.

Detractione curare.

Semper ad sanitatem procliuius est, quod potest detractione curari. 9 *contr* 2

Secare, Vrere, Vinculis coercere.

Beneficia multa tristem frontem & asperam habent, quẽadmodum secare & vrere vt sanes, & vinculis coercere. 5. *de benef.* 20.

Sanguinem emittere, venam percutere, scalpello venam aperire.

Vt dolorem capitis leuares, sanguinem sæpe emisisti. ad extenuandum corpus vena percutitur. *epist.* 71.

Scalpello vena percutitur. *epist.* 71.

Concutere & iactare corpus.

Mihi necessarium erat concutere corpus, vt, siue bilis insederat faucibus, discuteretur, siue ipse ex aliqua causa spiritus densior erat, extenuaret illum iactatio, quam profuisse mihi sensi. *epist.* 56.

Amicorum præsentia.

Nihil æque, ægrum reficit atque adiuuat, quam amicorum aspectus: nihil æque expectationem mortis ac metum surripit. *epist.* 79

Quibusdam ægris gratulatio fit, cum se ipsos ægros esse senserunt. *epist.* 6

Lassitudinem corporis cauere: Cibo bilem temperare.

Cauere debemus lassitudinem a corporis. Consumit

enim quicquid in nobis mite ac placidum est, & acria concitat. Igitur quibus stomachus suspectus est, processuri ad res agendas maioris negotij, bilem cibo temperent, quam maxime mouet fatigatio: siue, quia calorem in media compellit, & nocet sanguini, cursumque eius, venis laborantibus, sistit, siue, quia corpus attenuatum & infirmum incumbit animo. Certe, ob eandem causam iracundiores sunt valetudine aut ætate fessi. 3. *de ira*. 9. [A Inter præcepta curationum hæc quinque Cicero 16. epistolarum 18. Tironi suo repetit. Valetudo quid postulet, non ignoras. *πέψιν, ἀκοπίαν, περίπατον σύμμετρον, τρῖψιν* (al. *τέρψιν*) *εὐλυσίαν κοιλίας*, id est, concoctionem, lassitudinis vitationem, ambulationem moderatam, frictionem, alui facilitatem. Addam & hæc præcepta ex eodem. 2. *officiorum* Valetudo, inquit, sustentatur notitia sui corporis & obseruatione earum rerum, quæ prodesse aut obesse soleant, & continentia in victu omni atque cultu, corporis tuendi causa, & prætermittendis voluptatibus. postremo arte eorum, quorum ad scientiam hæc pertinent. Sed & illud non omittendum, quod *secundo ad Atticum* 23. est Recreandæ, inquit, voculæ causa necesse est mihi ambulare. hæc dictaui ambulans. *Hæc Cicero.*

Vetus dictum est, à lasso rixam quæri æque autem & ab esuriente, & à sitiente, & ab omni homine quem aliqua res vrit. 3. *de ira*. 10. [a Plinius 12. cap 24. In lassitudine ad iram proniores sumus, vt & in siti.

Extrema remedia adhibere.

In ipsa desperatione extrema remedia tentanda *epist.* 29.

Temerariis remediis graues morbi curantur, quibus vti non auderet in nouerca. 4. *contr.* 5.

Extrema morbi contemnere.

Tolerabilis est morbi patientia, si contempseris id, quod extremum minatur. *epist.* 79.

Morbi imprecatio.

Quingenti denarij sunt, illud (quod dici solet) in A morbo consumat. 4. *de benef.* 39. [A id est hac pecunia non sanus fruatur, verba esse videntur hominum male precantium illis, quibus de suo aliquid erogant.

Cicatrix post vulnus manet.

Cum vulnus sanatum est, etiam cicatrix manet. 1. *de ira*. 16.

De Venenis, de Radicibus venenorum.

Venena à radicibus statim pestifera sunt. 4. *de clamat in fin.*

De serpentum & vermium venenis.

Serpentum venena à cubili repentium nocent, innoxij dentes sunt, cum illos frequens morsus exhausit. 1. *de ira*. 16.

Malorum serpentium & aliorum animalium, quibus mortifera vis inest, cum fulmine icta sunt, venenum omne consumitur. Vnde, inquit, scis? In venenatis corporibus vermis non nascitur. Fulmine icta, intra paucos dies verminant. 2. *natur.* 31.

Venenum aliquando prodest.

Aliquando venenum ex inopinato profuit. 1. *de ira*. 12. & 2. *de ben*. 18.

Venenum priuatis vtrum habere liceat.

Habuit malum medicamentũ Mithridates. Quis enim alius debeat habere quam parricida? Habuit, inquam, Demosthenes venenum, & viuit. 7. *contr.* 3.

De Pyxidibus medicorum & earum titulis, & in iis remedijs & venenis.

Plerique philosophorum tales sunt, vt sint diserti in conuicium suum, quos non aliter intueri decet, quam medicos, quorum a tituli remedia habent; pyxides, venena. [a Adagium inde natum: Aliud in titulo, aliud in pyxide.

Nihil opus erat tam magna medicorum supellectile, nec tot ferramentis ac pyxidibus: vbi simplex erat ea simplici causa valetudo. *epist.* 96.

De salarijs medicorum.

Quare medico & præceptori plus quiddam debeo, nec aduersus illos mercede defungor: Quia ex medico ac præceptore in amicum transeunt, & nos non arte, quam vendunt, obligant, sed benigna & familiari voluntate. Itaque medico, qui nihil amplius quam manum tangit, & me inter eos quos perambulat, ponit, sine vllo affectu facienda vitandaue præcipiens nihil amplius debeo: quia me non tanquam amicum vidit, sed tanquam imperatorem & *post*: Quare istis debemus multum? non quia pluris est quod vendiderunt quam emimus, sed quia nobis ipsis aliquid præstiterunt. Ille plus impendit quam medico necesse est. Pro me, non pro fama artis extimuit. Non fuit contentus remedia monstrare, sed admouit. Interea sollicitus assedit, ad suspecta tempora occurrit. Nullum ministerium oneri illi, nullum fastidio fuit. Gemitus meos non securus audiuit. In turba multorum inuocantium ego illi potissima curatio fui. Tantum aliis vacauit, quantum mea valetudo permiserat. Huic ego non tanquam medico, sed tanquam amico obligatus sum. 6. *de benef.* 16.

Medico si maius gratia referri non potest. Solet enim & medicus vitam dare. Nec nautæ, qui naufragum sustulit. 3. *de benef.* 35.

Grauis annus medicis in quæstu.

Miles bellum optat in gloriam. Agricolam annonæ caritas erigit. Eloquentiæ excipiat pretium litium numerus: Medicis grauis annus in quæstu est: Institores delicatarum mercium, iuuentus corrupta locupletat: Nullo igne, nulla tempestate lædantur tecta? Iacebit opera fabrilis. 6. *de beneficiis*, 38.

DE MATHEMATICIS SCIENTIIS & artibus.

Mathematici raro verum dicunt.

PAret Mathematicos A aliquando verum dicere. *in ludo* 247. [A Sed hic Mathematicum sumit, pro absente Mathematicis artibus.

Mathematica superficiaria.

Mathematica (vt ita dicã) superficiaria est, in alieno ædificat, aliena accipit principia, quorum beneficio ad vlteriora perueniat: si per se iret ad verum, si totius mundi naturam posset comprehẽdere, dicerem multum collaturam mentibus nostris, quæ tractatu cœlestium crescunt, trahuntque aliud ex alto. *epist.* 89.

De Arithmetica.

Numerare docet me *Arithmetica*, & auaritiæ commodare digitos potius doceat, nihil ad rem pertinere istas computationes, non esse feliciorem, cuius patrimonium tabularios lasset, imo, quam superuacua possideat, qui infelicissimus futurus est, si, quantum habeat, per se computare cogatur. *epist.* 89.

Vnus numerus fit ea singulis, cum minores summas & dissidentes computatio vna comprehendit. *epist.* 85.

Plato annum vnum atque octogesimum impleuit, sine vlla deductione. Ideo Magi, qui forte Athenis erant, immolauerunt defuncto, amplioris fuisse sortis quam humanæ, rati. Quia consummasset perfectissimum numerum, quem nouem nouies multiplicata componerent. *epist.* 59.

De Geometria.

Metiri me Geometres docet latifundia: potius doceat, quomodo metiar, quantum homini sit satis. *ep.* 89. [Quid mihi prodest scire agellum in partes diuidere, si nescio cũ fratre diuidere? Quid prodest colligere subtiliter pedes A iugeri, & comprehendere, etiamsi quid decempedam effugit, si tristem me facit vicinus potens & aliquid ex meo abradens? Doces me, quomodo nihil perdam ex finibus meis: at ego discere volo, quomodo totos hilaris amittam. Paterno agro, inquit, & auito expellor. Quid? Ante auum tuum quis istum agrum tenuit? Cuius, non dico hominis sed populi fuerit, expedire potes? Non dominus isto, sed colonus intrasti. Cuius colonus es? Si bene tecum agitur, hæredis. Negant Iurisconsulti quicquam vsucapi, quod publicum est. Publicum est hoc, quod tenes, & quidem generis humani. O egregiam artem! Scis rotunda metiri, in quadratum redigis quamcumque acceperis formam: interualla siderum dicis: nihil est quod in mensuram tuam non cadat. Si artifex es, metire hominis animum: dic, quam magnus sit, dic, quam pusillus sit. Scis quæ recta sit linea: quid tibi prodest, si quid in vita rectum sit, ignoras? *epist.* 89. & *post*: Cum ventum est ad naturales quæstiones, *Geometriæ* testimonio statur. Ergo eius, quam adiuuat, pars est: Multa adiuuant nos, nec ideo partes nostræ sunt, imo, si partes essent, non adiuuarent. Cibus adiutorium corporis, nec tamen pars est. Aliquid nobis præstat Geometriæ ministerium. Sic philosophiæ necessaria est quomodo ipsi faber, sed nec geometriæ pars est, nec illa philosophiæ. Præterea vtraque fines suos habet. Sapiens enim causas naturalium & quærit & nouit, quorum numeros mensurasque geometres persequitur & supputat. Qua ratione constent cœlestia, quæ illis sit vis, quæ natura, sapiens scit: cursus, & recursus, & obseruationes, per quas descendunt & alleuantur, ac speciem interdum stantium præbent, cum cœlestibus stare non liceat, colligit mathematicus. Quæ causa in speculo imagines exprimat, scit sapiens. Illud tibi geometer

metet potest dicere, quantum abesse debeat corpus ab imagine, & qualis forma speculi, quales imagines reddat. Magnum esse solem Philosophus probabit: quantus sit mathematicus, qui vsu quodam & exercitatione procedit: sed vt procedat, impetranda illi quædam principia sunt. Non est autem ars sui iuris, cui precarium fundamentum est. Philosophia nil ab alio petit, totum opus a solo excitat. Mathematice (vt ita dicam) superficiaria est, in alieno ædificat, aliena accipit principia, quorum beneficio ad vlteriora perueniat. Si per se iret ad verum, si totius mundi naturam posset comprehendere, dicerem multum collaturam mentibus nostris, quæ tractatu cælestium crescunt, trahuntque aliud ex alto. *epist* 89. [A Geometriæ partes Gellius refert. 16 cap 18 ὀπτικὴν quæ ad oculos. κανονικὴν, quæ ad aures. Prior ad speculorum varietatem pertinet & visiones: Posterior ad longitudines ac altitudines vocis. Longior mensura ῥυθμὸς: altior μέλος, vtraque spatiis interuallis linearum & ratione numerorum constat. Huius sub partem rursus constituit μετρικὸν per quam syllabarum longarum, breuium & mediocrium iuncturas & modos congruentes in principiis geometriæ aurium mensura examinat.

Alexander Rex Macedonum discere Geometriam infelix cœperat, sciturus quam pusilla terra esset, ex qua minimum occupauerat. Ita dico infelix ob hoc, quod intelligere debebat, falsum se gerere cognomen. Quis enim esse magnus in pusillo potest. *epist* 92

Intercidit scientia, nisi contineretur Geometriam dico & sublimium cursum, & si qua alia propter subtilitatem lubrica sunt. 3. *de benef.* 5

DE MVSICA.

Ad *musicam* transeo: doces me, quomodo inter se acutæ ac graues voces consonent: quomodo neruorum disparem reddentium sonum fiat concordia. Fac potius quomodo animus secum meus consonet, nec consilia mea discrepent. Monstras mihi qui sint modi flebiles: monstra potius quomodo inter aduersa non emittam flebilem vocem. *epist* 89

In *musica* est aliquod bonum, tanquam tibi aut organum aliquod, aptatum ad vsus canendi, nihil tamen horum facit musicum, & tamen in arte musica, quod bonum est, facit musicum. Bonum id dicimus, non quod instruit musicum, sed quod facit. Tu ad supellectilem artis, non ad artem venis. Bonum in arte musica duobus modis dicitur, altero, quo effectus musici adiuuatur, altero, quo ars ad effectum pertinet. Instrumenta tibiæ, & organa & chordæ ad artem ipsam non pertinent. Est enim artifex etiam sine istis, vti forsitan non potest arte. *epist.* 88.

Pythagoras perturbationes animi lyra componebat. 3. *de ira.* 9.

Multorum vocibus chorus constat. Vnus tamen ex omnibus sonus redditur. aliqua acuta est, aliqua grauis, aliqua media. Accedunt viris fœminæ, interponuntur tibiæ, singulorum illic latent voces, omnium apparent. In commissationibus nostris plus cantorum est, quam in theatris olim spectatorum fuit, cum omnes vias ordo canentium impleuit, & cauea æneatoribus cincta est, & ex pulpito omne tibiarum genus organorumque consonuit, fit concentus ex dissonis. *epist.* 85.

Quid illi, qui in componendis, audiendis, discendis canticis operati sunt, dum vocem, cuius rectum cursum natura & optimum, & simplicissimum fecit, inflexu modulationis ineptissime torquent, quorum digiti aliquod inter se carmen metientes semper sonant, quorum cum ad res serias, etiam sæpe tristes adhibiti sunt, exauditur tacita modulatio? *de breu. vit. c.* 12.

Canendi non minus peritus est, cuius vocem exaudiri fremitus obstrepentium non sinit. 4. *de benef.* 21.

Illi melius ... longiorique præluditur. *epist* 103.

Alexandrum aiunt Xenophanto canente manum ad arma misisse. 2. *de ira* 2. *in fin.*

De Tympano.

Nulli corpus tuum impudicitiæ vacat, sed in manu tympanum est. c. *de vit. beat.*

De sistro.

Cum sistrum aliquis concutiens ex imperio mentitur, c. 27. *de vit. beat.*

Calamo cantare.

Qui non calamo tantum cantare, & agreste, & inconditum carmé, aliquam tamen oblectationem modulari docuit. 4. *de benef* 6. [A sic apud Maronem Tityrus calamo Senec.

canit, & vt pastor, & quod Titiros Hesychio teste, est calamus & mystenus tibia calamina, quæ & auena. Maro Eclog. 1 Syluestrem tenui musam meditaris auena Martialis 8. *epig.* 1 Dum tua multorum vincat auena tubam

DE ASTROLOGIA ET ASTRONOMICIS.

Venio nunc ad illum, qui cælestium notitia gloriatur. Frigida Saturni quo sese stella recipiat, Quos ignis cæli Cyllenius erret in orbes. Hoc scire quid proderit? vt sollicitus sim, cum Saturnus & Mars ex contrario stabunt, aut cum Mercurius vespertinum faciet occasum vidente Saturno. Potius hoc discam, vbicunque sunt ista, propitia esse, non posse mutari. Agit illa cōtinuus ordo fatorum, & inexorabilis cursus. Per statas vices remeant. Effectus rerum omnium aut mouent aut notant. Sed, siue, quicquid euenit, faciunt, quid ineuitabilis rei noticia proficiet? siue significant, quid refert prouidere, quod effugere non possis? Scias ista, nescias, fient. Si vero solem ad rapidum stellasque sequentes Ordine respicias, nunquam te crastina fallet Hora, nec insidiis noctis capiere serenæ. Satis abundeque prouisum est, vt ab insidiis tutus essem. Nunquid me crastina non fallet hora? fallit enim quod nescienti euenit. Ego, quid futurum sit, nescio: quid fieri possit, scio. Ex hoc nihil deprecabor, totum expecto. Si quid mittitur, boni consulo. Fallit me hora si parcit. sed ne sic quidem fallit. Nam, quemadmodum scio omnia accidere posse, sic scio & non vtique casura. Vtique secunda expecto, malis paratus sum, in illo feras me necesse est, non ad præscriptum euntem. *epist.* 89.

De Chaldæis.

Quinque stellarum potestates Chaldæorum obseruatio excepit 2 *nat quæst* 32

De Genethliacis.

Natalium periti, id est, genethliaci. A 2. *nat* 32. [A de Genethliacis vide Gellium. 14. *cap* 1.

Licet nescire, cur pariter natis facta diuersa sint, maximisque rerum spatiis distent, quorum inter ortus minimum interest. 7. *de ben.* 1.

Quis est, qui futurorum scientiam sibi vindicet? nouæ oportet sortis sit, qui iubente Deo enatur: non eodem contignatus sit vtero, quo imprudētes nascimur: quandam imaginem Dei præferat, qui iusta cal... Dei *& post*: Qui in media (vt prædicant) fatorum miseræ pignora, natales iniquos, & prima omnium meliorum annorum habent initia, quo ierint motu sidera, in quas discurrerint partes: cōtra ne Deus steterit an placidus affulserit sol: an plenam lucem, an initia surgentis acceperint: an abdiderit in noctem obscuram caput Luna: Saturnus nascentem.

De sortibus.

Si in sortem nomina nostra coniici iussissem, & tuum nomen inter redimēdos exisset, aliquid deberes mihi sed exiguum *& post* Quod nomen meum exit, sorti debeo, quod exire potuit, tibi. 6. *de benef.* 14.

De Portentis.

Portenti loco habetur hiatus terræ, & de cauernis maris ignium eruptio. 7. *de benef.* 30.

De Tuscis & Hetruscis.

De Etruscis, & fulminum scientia, cuius Etrusci maximi professores, quibus inquam summa persequendorum fulminum est scientia, vide. 2 *natural.* 32.

De Prædictionibus.

Cuius rei ordo est, etiam prædictio est 2, *natural* 32.

De Auspiciis & ominibus.

Cur aquilæ hic honos datus est, vt magnarum rerum faceret auspicia? aut coruo, aut paucissimis auibus, & cæterarum sine præsagio vox est? 2. *nat.* 32.

Occurrunt nuptiis omnia dira, sacris publicis tristia auspicia, feriatis maxime, ac solennibus, & hilaritati dicatis diebus, & semianimes isti greges vberrant in. *contr.* 4.

De maleficiis & incantationibus frugum.

Dixi in iuridiciis supra, Titulo De sicariis.

De Magis

Hoc scis puto Platoni diligentiæ suæ beneficio contigisse, quod natali suo decessit & annum vnum atque octogesimum impleuit sine vlla deductione. Ideo magi, qui forte Athenis erant, immolauerunt defuncto, ampliorís fuisse sortis quam humanæ, rati: quia consummasset perfectissimum numerum, quem nouem nouies multiplicata componunt. *epist.* 59.

An ad bella Mars militem, an negociosum in quæstus Mercurius exceperit, an blanda annuerit nascenti Venus: an ex humili in sublime Iupiter tulerit. Existimant tot circa vnum caput tumultuantes deos? Futura nunciant? Ple-

risque dixere victuros, & nihil metuentes oppressit dies. Aliis dedere finem propinquum, at illi superfuere. Egentes inutilis animæ, felices nascentibus spopondere annos: at fortuna in omnem properauit usuriam *& post* Vtcumque ista pro ingenio finguntur, non ex scientiæ vi. *Suasoriarum.4*

De diuinis & eorum habitu ac gestu.

Cum sistrum aliquis concutiens ex imperio mentitur, cum aliquis secandi lacertos suos artifex brachia atque humeros suspensa manu cruentat, cum aliqua genibus per viam repens vlulat, laurumque linteatus senex & medio lucernam die præferens, conclamat iratum aliquem deorum concurritis & auditis, & diuinum esse eum affirmatis. *vit. beat. 27*

DE HISTORIA ANIMALIVM.

Animalium diuisio

OMnia animalia aut rationalia sunt, vt homines: aut irrationalia, vt pecora *epist.*114

Animalia aut mortalia sunt, aut immortalia *epist.* 59.

De animalibus in genere, & in quibus vincatur homo à brutis

Quidam professi sapientiam queruntur, quod non magnitudine corporis æquemus elephantes, velocitate, ceruos, leuitate, aues impetu, tauros, quod solidior sit cutis belluis, decentior damis, densior vrsis, mollior fibris, quod sagacitate narium nos canes vincant, quod acie luminum, aquilæ, spatio ætatis, corui, multa animalia nandi felicitate 2. *de benef.* 29

De solertia officio & amore naturali animalium.

Omnibus constitutionis suæ sensus est *& post:* Omnes constitutioni conciliantur, in qua sunt. Etiam infans sine dentibus est. *& post:* Cura sui animalibus inest cunctis, nec inseritur, sed innascitur *epist* 122.

Tenera quoque animalia è materno vtero vel quoquo modo effusa, quid sit infestum ipsis, protinus norunt, & mortifera deuitant: vmbram quoque transuolantium reformidant, obnoxia auibus rapto viuentibus. Nullum animal ad vitam prodit sine metu mortis. *& post:* Esse illis intellectum ex eo apparet, quod nihil amplius, si intellexerint, faciant. Quid est quare pauonem, quare anserem, gallina non refugiat: cum tanto minorem, & ne notum quidem sibi accipitrem? Quare pulli felem timeant, canem non timeant? Apparet illis inesse scientiam nocituri, non experimento collectam. Nam antequam possint experiri, cauent. Deinde, ne hoc casu existimes fieri nec metuunt alia, quam debent, nec vnquam obliuiscuntur. Huius tutelæ & diligentiæ æqualis est illis à pernicioso fuga. Præterea non fiunt timidiora viuendo. Ex quo quidem apparet, non vsu illa ad hoc peruenire; sed naturali timore salutis suæ. Tardum est & varium quod vsus docet. Quicquid natura tradit, & æquale est omnibus, & statim. Si tamen exigis, dicam, quomodo omne animal perniciosa intelligere conetur. Sentit se carne constare. Itaque sentit, quid sit, quo secari caro, quo vri, quo obteri possit, quæque sunt animalia armata ad nocendum, horum speciem trahit inimicam & hostilem. Inter se ista coniuncta sunt. Simul enim conciliatur saluti suæ quidque, & quæ iuuat, illa petit, læsura reformidat. Naturales à contrariis aspernationes sunt, sine vlla cogitatione, sine consilio fit, quicquid natura præcipit. Non vides, quanta subtilitas sit apibus ad fingenda domicilia? Quanta diuidui laboris obeundi concordia? Non vides quam nulli mortalium imitabilis sit araneæ textura? Nascitur ars ista, non discitur *& post.* Simul incipiunt & discere & viuere, nec est mirum cum eo nasci illa, sine quo frustra nascerentur *epist.* 121.

Animalia quædam, ne inueniri possint, cubilia sua confundunt. *epist* 68

Officia etiam feræ sentiunt. Nec vllum tam immansuetum animal est, quod non cura mitiget, & in amorem sui vertat. Leonum ora à magistris impune tractantur. Elephantorum feritatem vsque in seruile obsequium demeretur cibus.1. *de benef* 2.

Multorum animalium concitata sunt desideria, & tamen breuia. Vaccarum vno die alteroue mugitus auditur, nec diutius equarum vagus ille amensque discursus est. Feræ cum vestigia catulorum consectatæ suos, & syluas peruagatæ, cum sæpe ad cubilia expilatæ redierint, rabiem intra exiguum tempus extingunt. Aues cum stridore magno inanes nidos circumfremunt, intra momentum tamen quietæ volatus suos repetunt, nec vlli animali longum fœtus sui desiderium est, nisi homini, qui adest dolori suo. *ad Mart* 7.

Animalia quædam tergi durioris inuersa tam diu se torquent, & pedes exerunt, & obliquant, donec ad locum reponantur *epist* 122.

De morsu venenato quorundam animalium

Minuta quædam, vt ait Phædon, animalia cum mordent, non sentiuntur, adeo tenuis illis & fallens in periculum vis est, tumor indicat morsum, & in ipso tumore nullum vulnus apparet. *epist* 95.

Animalia quædam inter ignes innoxia

Animalia quædam per medios ignes sine noxa corporum transeunt. *epist.*90

De Quadrupedibus, & Feris

Feræ, inter nos educatæ, cum in syluas eruperunt, aliquid mansuetudinis pristinæ retinent, tantumque à placidissimis absunt, quantum à veris feris, & nunquam humanam manum passis. 7 *de ben.*19.

Feræ pericula quæ vident, fugiunt: cum effugere, securæ sunt. Nos & venturo torquemur *epist* 5

Acerrimas feras vmbra, vox, & odor insolitus exagitat. *& post:* Maximos ferarum greges linea pennis distincta conterret, & ad insidias agit *& post:* metuitur à feris rebus pinna 2. *de ira* 11.

Elephas.

Elephantes porcina vox terret. 2. *de ira.*11.

Elephantorum feritatem vsque in obsequium demeretur cibus 1. *de ben.* 2.

Tantus paucissimorum iugerum pascuis impletur: Vna sylua Elephantis pluribus sufficit. homo & terra pascitur & mari. *epist.*60.

Non magnitudine corporum æquamus elephantes. 2. *de benef* 29.

Aspice elephantorum iugo colla submissa, taurorum pueris pariter ac fœminis persultantibus terga impune calcata. 2. *de ira* 31.

Primus Curius Dentatus in triompho duxit elephantos. Item Metellus victis in Sicilia Pœnis triumphans, vnus omnium Romanorum centum & viginti captiuos elephantos duxit. c. 13. *de breuit. vit.*

Tigris, Leo, vrsus.

Tigres leonesque nunquam feritatem exuunt aliquando submittunt, & cum minime exspectaueris, exasperatur toruitas mitigata. *epist.* 86.

Primus L. Sylla in circo leones solutos dedit, cum alioqui alligati darentur, ad conficiendos eos missis à rege Boccho iaculatoribus. c. 13 *de breuit. vit.*

Cuniculi motus, rotarumque versata facies leonem redigit in caueam 2. *de ira.* 11.

Iracundia Leonem adiuuat 2. *de ira.* 16.

Alexander Lysimachum familiarem sibi leoni obiecit. 3. *de ira* 17.

Leoni pauida sunt ad leuissimos strepitus pectora 2. *de ira.*11

Leonem in amphitheatro spectauimus, qui vnum ex bestiariis agnitum, cum quondam eius fuisset magister, protexit ab impetu bestiarum 2 *de benef.*19.

Alter Leo aurata iuba mittitur dum contrectatur, & ad patientiam recipiendi ornamenta cogitur fatigatus, alter incultus & integri spiritus *epist* 41.

Subula leonem excipias. *epist.* 83.

Vrsos leonesque mappa proritat 3 *de ira* 30.

Leonum ora impune à magistris tractantur. 1. *de beneficiis.*2.

Cantherium, caballum, mannum, asturco, tolutarium.

Marcus Cato Censorius (quem tam Romano populo hercule profuit nasci quam Scipionem: alter enim cum hostibus nostris bellum gessit, alter cum moribus) cantherio vehebatur, & hippoperis quidem impositis, vt secum vtilia portaret *epist* 8

O quantum erat seculi decus, imperatorem triumphalem, censorium, & (quod super omnia hæc est) Catonem, vno caballo esse contentum, & ne toto quidem partem enim sarcinæ ab vtroque latere dependentes occupabant. Ita non omnibus obesis mannis, & asturconibus, & tolutariis præferes vnum illum equum, ab ipso Catone defrictum? *epist* 88.

Equus.

Non faciunt equum meliorem aurei freni *epist.*41

Iumenta.

Quam libet viam iumenta patiuntur, quorum durata in aspero vngula est. In molli palustrique pascuo nata cito subteruntur *epist.* 52.

Taurus

Taurus, & vermis atque ingentes suis mortalibus

Tauri.

Corpora opima taurorum exiguo concidunt vulnere, & magnarum virium animalia humanæ manus ictus impulit. Tenui ferro commissura ceruicis abrumpitur, & cum articulus ille qui caput collumque committit, incisus est, tanta illa moles corruit *de pro. 8.*

De tauro.

Taurum color rubicundus a excitat 3. *de ira.* 30. [a Hinc panno rubro fugare armentum § *interdum Inst. de oblig. ex delicto: l. 50. in prin. ff. de furtis.*

De Veruece.

Chrysippus quendam indignatum ait, quod illum aliquis veruecem marinum dixerat. *cap. 17. in sapientem non cadere iniuriam.*

De cane.

In canu sagacitas prima est, si inuestigare debet feras, cursus, si consequi, audacia, si mordere & inuadere. *epi.* 77.

Canis missa a domino frusta panis aut carnis aperto ore captat. Quicquid excepit, protinus integrum deuorat, & semper ad spem futuri hiat *epist.* 73.

Quibusdam canibus sic innatum est, vt non pro feritate, sed pro consuetudine latrant. *de remed fort.*

De Muribus.

Vanisti huc, vbi mures ferrum rodunt. *in lude*

Quia Romæ mures molas a lingunt, hic nobis curua corrigit *in ludo.* [a Hinc mures apud Homerum in Batrachamyomachia sunt λειχομύλας.

De lepusculi velocitate.

Cum tu ad velocitatem parlaueris, par lepusculo non eris *epist. vlt.*

De Vulpe & muribus syluestribus.

Non hodie magna pars Scytharum tergis vulpium induitur, ac murium: c quæ tactu mollia atque impenetrabilia ventis sunt? *epist.* 91. [c Murium appellatione non tantum intelligit domesticos mures, sed & eos, quos pelles commendabiles faciunt, quo in genere sunt martes & hermalini, & mustelæ, facit interea ad hunc locum Iustinus libro 2. de Scythis loquens: Lanæ vsus ac vestium ignotus, & quanquam continuis frigoribus vrantur, pellibus tamen ferinis aut murinis vestiuntur.

De Damis.

Solidior est cutis belluis, decentior damis, densior vrsis, mollior fibris 2. *de benef* 29.

De Ceruis.

Da his vide. 2 *de ben. 29. & 2 de ira.* 16.

De Fele.

Quare pulli felem timent, canem non timent? *epist.* 122.

De Formicis.

Pusilli hominis est repetere mordentem, vt mures & formicæ, ad quas si manum admoueris, ora conuertent. 2. *de ira.* 34.

Cum te in illa vere magna sustuleris, quoties videbis exercitus sub ractis ire vexillis, & quasi magnum aliquid agatur, equitem modo ultiora explorantem, modo a lateribus affusum, libet dicere: It nigrum campis agmen Formicarum iste discursus est, in angusto laborantium. Quid illis & nobis interest, nisi exigui mensura corpusculi? *nat. proœm.*

Sine proposito vagantur, quærentes negotia, nec quæ destinauerunt, agunt, sed in quæ occurrunt. Inconsultus illis vanusque cursus est, qualis formicis per arbusta repentibus, quæ in summum cacumen, deinde in imum inanes aguntur. *1. de tranq.* 12.

DE PISCIBVS.

De Murænis.

Cum cœnaret apud Vedium a Pollionem, fregerat vnus ex seruis eius crystallinum. Ad mortem rapi eum Vedius iussit, nec vulgari quidem periturum morte murænis obiici iubebatur, quas ingens piscina continebat. Quis non hoc illum putaret luxuriæ causa facere? Sæuitia erat. Euasit e manibus puer, & confugit ad Cæsaris pedes: nihil aliud petiturus quam vt aliter periret, nec esca fieret. Motus est nouitate crudelitatis Cæsar: & illum quidem dimitti & cristallina omnia coram se frangi iussit, complerique piscinam. 3 *de ira* 40 a adde 9. *Plin* 23. *Tertull. de pallio, in fin*

Quis non Vedium Pollionem peius oderat, quam serui sui? quod murænas sanguine humano saginabat & eos, qui se aliquid offenderant, in viuarium, quid aliud quam serpentibus obiici iubebat? O hominem mille mortibus dignum, siue deuorandos seruos obiiciebat murænis, quas esurus erat, siue in hoc tantum alebat, vt sic aleret. 1. *de clement* 18.

De mullo pisce quatuor pondo & selibra, eiusque immani pretio.

Mullum ingentis formæ (quare autem non pondus adiicio, & aliorum gulam irrito? quatuor pondo & ad selibram fuisse aiebant) Tiberius Cæsar missum sibi, cum in macellum deferri & venire iussisset, Amici, inquit, omnia me fallunt, nisi istum mullum aut Apitius emerit, aut P. Octauius. Vltra spem illi coniectura processit. Licitati sunt: Vicit Octauius, & ingentem inter suos consecutus est gloriam, cum quinque sestertiis emisset a piscem quem Cæsar vendiderat, ne Apitius quidem emerat. *epist.* [a V. quæ sup. *scrip. ad l. 1. de contrah. emptione.*

De mulli piscis in vitro morientis variis coloribus.

Quotidie elegantius aliquid excogitat furor, vsitata contemnens. Illa audiebamus, Nihil esse melius saxatili mullo. At nunc audimus, nihil a est moriente formosius. Da mihi in manus vas vitreum, in quo exultet, in quo trepidet. Vbi multum diuque laudatus est, ex illo perlucido viuario extrahitur. Tunc, vt quisque peritior est, monstrat. Vide quomodo exarserit rubor, omni acrior minio. Vide quas per latera venas agat. Ecce, sanguineum putes ventrem: quam lucidum quiddam ceruleumque sub ipso tempore effulsit! Iam porrigitur & pallet, & in vnum colorem componitur. 3. *natur* 18 [a Plinius 9 c 17. Mullum expirantem versicolori quadam & numerosa varietate spectari proceres gulæ narrant, rubentium squamarum multiplici mutatione pallescentem, vtique si vitro spectetur inclusus

De mullo pisce in Sociorum garo necati solito vide apud authorem nostrum. *epist.* 96

De mullis, in ipsa vel conuiuantium mensa manu capi solitis a gulosis & delicatis, vide eundem authorem nostrum. 3. *nat* 17.

Marina bellua.

Vna, qualis marinis belluis esse solet, rauca & implicata *in lude.*

DE AMPHIBIIS ET INSECTIS.

De Testudine.

Nullum tormentum sentit supinata testudo. Inquieta est tamen desiderio naturalis status, nec ante desinit niti quatere se, quam in pedes constitit. *epist.* 122.

De verme.

Quid otiosius est verme? *epist* 82.

Habent impetum & motum voluntarium bestiæ & vermes *epist.* 77.

De anguillis.

Anguillæ grauia sunt cibus ob ignauiam. 3. *nat.* 19.

De fibris

Mollior est cutis fibris a quam homini. 2 *de ben.* 29. [a hi castores etiam dicuntur, de quibus vide 8. *Plin.* 30. & 32.

De ostreis echinis & spondylis

Quid illa ostrea, inertissimam carnem, cœno saginatam, nihil existimas limosæ grauitatis inferre? *& pop:* Nihil interest ostrea echinis: spondyli perturbant mullis concocti, qua ponantur? *epist.* 96.

DE AVIBVS.

De auium metu.

Aues etiam inanis tinnitus sonus territat. *epist.* 75.

De visco & auibus.

Aues viscum, dum trepidantes excutiunt, plumis omnibus illinunt. 3. *de ira.* 16

Aues quæ conuiuiis comparantur, vt immotæ facile pinguescant, in obscuro continentur. Ita sine vlla exercitatione iacentibus tumor pigrum corpus inuadit, & per superbam vmbram iners sagina succrescit. *epist.* 123.

De nocturnis auibus.

Tam infausti homines, quam nocturnæ aues sunt *epist.* 123.

De struthiocamelo.

In senatu flautem vidimus Fidum Cornelium, Nasonis generum, cum illum Corbula Struthiocamelum depilatum dixisset. *cap. 17 in sap. non cad. iniur.*

De Phœnice.

Vir bonus, primæ, non secundæ, notæ, fortasse tanquam Phœnix semel anno quingentesimo a nascitur. nec est mirum ex interuallo magna generari. Mediocria & in turba nascentia sæpe fortuna producit: eximia vero ipsa raritate commendat. *epist* 42 *in pro* [a Imo millesimo Plinius 29. c. 1. Ex cinere nidoque phœnicis produnt medicinas. ceu vero id certum esset, atque non fabulosum. Irridere est, vitæ

Seuec.

remedia post millesimum annum reditura mõstrare Idem 10.cap.2 annos tribuit 660. de qua que plura ibidem vide. Quod ad ætates animalium attinet, idem 7 cap 48. refert cornici nouem tribui nostras ætates: quadruplum eius ceruis id triplicatum coruis: & reliqua fabulosius in phœnice & Nymphis.

De Pauonibus.

Pauonum ceruix variis coloribus, quoties ea aliquo deflectitur nitet 1.natural 5.

De Columbis.

Colorem columbarum ceruix & sumit & ponit, vtcunque deflectitur 1.natural 7.

Columbam fuga adiuuat. 2 de ira.16.

De Luscinia.

Homo habet vocem? sed quanto dulciorem mobiliorem que lusciniæ? epist.77.

De Aquila: de eius visu, voce, auspiciis.

Luminum acie aquilæ nos vincunt.2.de benef 29.

Homo vocem habet? sed quanto acutiorem aquilæ? epist 77

Cur aquilæ hic honor datus est, vt magnarum rerum faceret auspicia? 2.natural 32.

De Coruo.

Spatio ætatis corui nos vincunt 2 de ben 29

Cur coruo aut paucissimis auibus magnarum rerum auspicia faciendi honor datus est, & cæterarum sine præsagio vox est? 2.nat.32.

De Vulture.

Amico ægro aliquis assidet? probamus. At hoc si hæreditatis causa facit, vultur est, cadauer expectat epist. 96.

De Accipitre.

Accipitrem impetus adiuuat. 2 de ira 16.

Quid est, quare pauonem, quare anserem gallina non refugiat? quum tanto minorem & ne notum quidem sibi accipitrem? apparet illis esse scientiam nociturі. epist. 122.

De Phœnicoptero.

Non desideras linguas phœnicopterorum, & alia portenta luxuriæ epist. 111. [& Iuuen Sat.12. Et Sythica volucres & phœnicopterus ingens.

De insectis. De aranea textura.

Non vides quam nulli mortalium imitabilis araneæ textura? quanti operis fila disponere, alia in rectum missa firmamenti loco, alia in orbem currentia ex denso rara. quæ minora animalia in quorum perniciem illa tenduntur, velut retibus implicata teneant? Nascitur ars ista non discitur Itaque nullum est animal altero doctius. Videbis aranearum pares telas, par in fauis angulorum omnium foramen Incertum est, & inæquale, quicquid ars tradit. Ex æquo venit, quod natura distribuit epist. 122.

De Apibus & experientia earum in mellificio

Apes flores ad mel faciendum idoneos carpunt Deinde, quicquid attulere, disponunt, ac per fauos digerunt, & (vt Virgilius noster ait) liquentia mella Stipant, & dulci distendunt nectare cellas. De illis non satis constat, vtrum succum ex floribus ducant, qui protinus mel sint, an, quæ collegerunt, in hunc saporem mixtura quadam & proprietate spiritus sui mutent. Quibusdam enim placet, non faciendi mellis scientiam esse illis, sed colligendi Aiunt inueniri, apud Indos mel in arundinum foliis, quod aut ros illius cœli, aut ipsius arundinis humor dulcis & pinguior gignat. In nostris quoque herbis vim eandem, sed minus manifestam, & notabilem poni, quam persequatur & contrahat animal huic rei genitum. Quidam existimant, conditura & dispositione in hanc qualitatem verti, quæ ex tenerrimis virentium florentiumque decerpserint, non sine quodam (vt ita dicam) fermento, quo in vnum diuersa coalescunt epist 85

De Serpentibus.

Serpens etiam pestifera tractatur, dum riget frigore Non desunt illi tunc venena, sed torpent epist.42.

Serpentem illum in Africa sæuum & Romanis legionibus bello ipso terribiliorem frustra sagittis fundisque petierunt, cum ingens magnitudo pro vastitate corporis solida ferrum, & quidquid humanæ torserant manus, reiiceret, molaribus demum fracta saxis est e. pist.85. in fin.

Venenum, quod serpentes in alienam perniciem proferunt, sine sua continent epist.82.

De Viperis & natricibus

Vipera, & natrices, & si qua morsu aut ictu nocent 2a de ira. 31.

De venenis serpentum.

Serpentum venena a cubili repentium nocent. Innoxij dentes sunt, cum illos frequẽs morsus exhausit. 2 de ira.16.

De Dracone.

Aspice repentes inter pocula sinusque innoxio lapsu dracones 2 de ira. 31.

De Aspide.

Ad vmbram aspis exurgit 3 de ira.30.

Acerrimas feras vmbra exagitat. 2. de ira.31.

De Chamæleonte.

Chamæleontis & cæterorum huiusmodi animalium color, aut ex ipsis mutatur, cum ira vel cupidine accensa cutem suam variant humore diffuso? aut positione lucis, quam, prout rectam vel obliquam receperint, ita colorantur. 1 natural 5

Miscella de animalibus quibusdam.

Ignis qui omnia consumit, quædam etiam creat: & quod videri non potest simile veri, sed tamen verum est, animalia igne generantur. 5 nat 6.

Animal & non videtur, sed cogitatur videtur autem species eius, Canis & equus. epist. 56 [& sic homo generalis sub oculos non venit, sed specialis venit, vt Cicero & Cato ep 56.

De Centauris & Gigantibus.

Hæc autem quæ non sunt, rerum natura complectitur, quæ animo succurrunt, tanquam Centauri, Gigantes, & quidquid aliud falsa cogitatione formatũ habere aliquam imaginem cœpit, quamuis non habeat substantiam. ep.56.

De Hydra & Chimera.

Talem faciem animi nobis proponimus qualis est Hydræ multa habentis capita, quorum vnumquemque per se pugnet, per se noceat Atqui nullum ex istis capitibus animal est, sed animalis caput. Cęterum ipsa vnum animal est. Nemo in Chimera Leonem esse animal dixit aut draconem. Hæ partes erant eius, partes eius non sunt animalia. ep.114.

De Cerbero.

Peruenit Claudius ad ianuam Ditis, vbi iacebat Cerberus, vel vt ait Horatius, bellua centiceps, sese mouens villosque horrendos excutiens, pusillum subperturbatur, vt illum vidit eaocm nigrum (nam albam canem in delitiis habere consueuerat) villosum: sane quem nou velis tibi in tenebris occurrere. in ludo.

Descriptus est carcer inferorum, & perpetua nocte oppressa regio, in qua ingens ianitor orci ossa super recubans antro semesa cruento. Æternum latrans exanguea territat vmbras. epist. 83.

De Scylla

Mixtum portẽtuosumque, & ex diuersis animalium congruentibus membris animal est Scylla Nam, vt ait Virgilius noster in Scylla, Prima hominis facies & pulchro pectore virgo Pube tenus, postrema immani corpore pistrix, Delphinum caudas vtero commissa luporum Huic tamen Scyllę fera animalia iuncta sunt, horrenda, velocia. epist 93.

LOCI COMMVNES SEV LIBER AVREORVM, DE SIMILIBVS EX Seneca, authore D. G. I. C.

E iure Diuino sumpta.

Qvemadmodum religio deos colit, superstitio violat: ita clementiam mansuetudinemque omnes boni præstabunt, misericordiam autem vitabunt. *2. de clem. 5.*

Quemadmodum Dij immortales regum inermes tegunt, & illis rerum suarum ex edito, tranquilloque tutela est: ita hic officia sua, quamuis latissime pateant, sine tumultu obit *7. de benef. 3.*

Vt dij immortales, nullam didicere virtutem, cum omni editi, & pars naturæ eorum est, esse bonos: ita quidam ex hominibus egregiam sortiti indolem, in ea quæ tradi solent, perueniunt sine longo magisterio, & honesta complexi sunt, cum primum audierunt *epist. 96.*

Sicut nec in victimis quidem, licet optimæ sint, auroque præfulgeant, deorum est honos, sed pia ac recta voluntate venerantium: ita boni etiam farre ac fictili religiosi sunt. mali rursus, non effugiunt impietatem, quamuis aras sanguine multo cruentauerint *1. de benef. 6.*

Vt cælestia humanas manus effugiunt, & ab his, qui templa diruunt, aut simulacra conflant, nihil diuinitati nocetur: ita quicquid fit in sapientiam proterue, petulanter, superbe, frustra tentatur *2. in sap. non cad. iniur. 3.*

Sicut sanctiora sacrorum tantum initiati sciunt, ita in philosophia, arcana illa admissis receptisque in sacra ostenduntur. *ep. 96*

Quemadmodum Neptuno plus debere se iudicat ex his, qui eadem tranquillitate vsi sunt, qui plura & pretiosiora illo mari vexit, & animosius a mercatore, quam a vectore soluitur votum, & ex his mercatoribus effusius gratus est, qui odores, ac purpuras, & auro pensanda portabat, quam qui vilissima quæque & saburræ loco futura congesserat. sic huius pacis beneficium ad omnes pertinens altius ad eos peruenit, qui illa bene vtuntur *epist. 74.*

E iure ciuile.

Quomodo non semper beneficium recipiendum est, sic non vtique reddendum *6. de benef. 40.*

Vt qui, quod dedit, imputat, gratiam destruit: ita qui, quantum det, ostendit, munus suum non commendat, sed exprobrat. *1. de benef. 15.*

Quemadmodum stultus est, qui equum empturus non ipsum inspicit, sed stratum eius ac frenos: sic stultissimus est, qui hominem aut ex veste, aut ex conditione, quæ vestis modo nobis circumdata est, æstimat. *epist. 47.*

Quemadmodum ille beneficium dat, vbi plus præstat quam quod operis locauit: sic seruus, vt beneuolentia erga dominum fortunæ suæ modum transit, & altius aliquid ausus, quod etiam felicius nato decori esset, & spem domini antecessit, beneficium est intra domum inuentum *3. de benef. 22.*

Quemadmodum reus sententijs paribus absoluitur, & semper quicquid dubium est, humanitas inclinat in melius. sic animus sapientis, vbi paria maleficijs merita sunt, desinet quidem debere, sed non desinet velle debere, & hoc facit, quod, qui tabulas nouas soluunt *epist. 82.*

Quemadmodum acerbissima crudelitas est, quæ trahit pœnam, & misericordiæ genus est, cito occidere, quia tormentum vltimum finem sui secum affert, quod antecedit tempus, maxima venturi supplicij pars est: ita maior est muneris gratia, quo minus diu pependit. Est enim bonarum etiam rerum solicita expectatio. Et cum plurima beneficia remedium alicuius rei afferant, qui aut diutius torqueri patitur, quem protinus potest liberare, aut gaudere beneficio suo tardius, manus affert *2. de benef. 5.*

Quemadmodum pulcherrimum opus est, etiam inuitos, nolentesque seruare: ita rogantibus pestifera largiri, blandum & affabile odium est *2. de benef. 14.*

E re militari.

a Quemadmodum primum militiæ vinculum est religio, & signorum amor, & deserendi nefas: tunc deinde facile cætera exiguntur, mandanturque ad iusiurandum adactis: ita in his, quos velis ad beatam vitam perducere, prima fundamenta iacienda sunt, & insinuanda virtus. Huius quadam superstitione teneantur, hanc ament, cum hac viuere velint, sine hac nolint. *ep. 96.*

Quemadmodum tyrones, leuiter saucij, tamen vociferantur, & manus medicorum magis quam ferrum horrent, at veterani, quamuis confossi, patienter ac sine gemitu, velut aliena corpora exorniari patiuntur: ita tu nunc debes te fortiter præbere curationi. *de consol. ad Albin. 3.*

Illa maxima est ex omni mortalium populorum turba, miserorum, quam exspectatio mortis exagitat vndique impendens. Nihil enim est, vnde non subeat. Itaque vt in hostili regione versantibus, huc & illuc circumspiciendum est, & ad omnem strepitum circumagenda ceruix. nisi hic timor e pectore eiectus est, palpitantibus præcordijs viuitur. *ep. 75.*

Multis ad philosophandum obstitere diuitiæ, paupertas expedita est, secura est. Cum classicum cecinit, scit non se peti. Cum aliqua conclamatio est, quomodo exeat, non quid efferat, quærit. *epist. 17.*

Quemadmodum idem exercitus modo latius panditur, modo in angustum coarctatur, &, aut in cornua, sinuata media parte, curuatur, aut recta fronte explicatur: vis illi, vtcunque ordinatus est, eadem est, & voluptas pro eisdem partibus standi: ita definitio summi boni alias diffundi potest & porrigi, alias colligi, & in se cogi. *de beata vita 4.*

Quemadmodum periculosior est hostis fugientibus: sic omne fortuitum incommodum magis instat cedenti & auerso *epist. 79*

Quod duces magni faciunt rebus afflictis, vt hilaritatem de industria simulent, & aduersas res adumbrata lætitia abscondant, ne militum animi, si fractam ducis sui mentem viderint, & ipsi collabantur: id nunc tibi quoque faciendum est. *de cons. ad Polyb. 24.*

Quod in strage hominum magna euenit, cum ipse se populus premit, nemo ita cadit, vt non alium in se attrahat: primi exitio sequentibus sunt: hoc in omni vita accidere videas licet, nemo sibi tantum errat, sed alieni erroris causa & auctor est. *de beat. vit. 1.*

Quemadmodum quædam hastilia detorta, vt corrigamus, adurimus, & adactis cuneis, non vt frangamus, sed vt explicemus, elidimus: sic ingenia vitio praua, dolore corporis animique corrigimus. *1. de ira 5.*

Vt tela a duro resiliunt, cum dolore cædentis solida feriuntur: ita nulla magnum animum iniuria ad sensum sui adducit, fragilior eo quod petit *3. de ira 5.*

Sicut in telis eadem vis ferri est: sed in infinitum interest, vtrum excussa lacerto torqueantur, an remissa manu effluant. Gladius idem & stringit, & transforat: quam presso articulo venerit, refert. Idem est, quod datur: sed interest, quomodo detur *2. de benef. 6.*

Vt intentam manum deijcere aliquis casus potest, & emissa tela declinare, ita iniurias qualescunque potest aliqua res depellere, & in medio intercipere, vt nec factæ sint, nec acceptæ *2. in sap. non cad. iniur. 7.*

Quemadmodum eadem catena & custodem & militem copulat, sic ista, quæ tam dissimilia sunt, pariter incedunt *ep. 5.*

E re medica.

Sicut medicinæ apud ægros vsus, etiam apud sanos honor est: ita clementiam, quamuis pœna digni inuocent, etiam innocentes colunt. *1. de clem. 2.*

Quemadmodum nouem mensibus nos tenet maternus vterus, & præparat non sibi, sed illi loco, in quem videmur emitti, iam idonei spiritum trahere, & in aperto durare: sic per hoc spatium, quod ab infantia patet in senectutem, in alium naturæ sumimur partum. Alia origo nos expectat, alius rerum status. *epist. 103.*

Quemadmodum difficiles faciunt oculos diutini morbi etiam ad animum radij solis offensionem: ita ebrietates continuæ efferant animos. *epist. 84*

Affectus, sunt motus animi improbabiles, subiti & concitati, qui frequentes neglectique fecere morbum: sicut distillatio vna nec adhuc in morem adducta, tussim facit, assidua & vetus phthisin *epist. 76.*

Quemadmodum stomachus morbo vitiatus, & colligens bilem, quoscunque accepit cibos mutat, & omne alimentum in causam doloris trahit, ita animus cæcus quicquid illi commiseris, id onus suum, & perniciem, & occasionem miseriæ facit *5. de ben. 12.*

Vt vlcera quædam nocituras manus appetunt, & tactu gaudent, & fœdam corporum scabiem delectat quicquid exasperat: non aliter dixerim his mentibus, in quas cupiditates, velut mala vlcera erumpunt, voluptati esse laborem vexationemque. 1. *de tranq. vitæ* 2.

Vt vlcera ad leuem tactum, deinde etiam ad suspicionem tactus condolescunt: ita animus affectus minimis offenditur, adeo vt quosdam salutatio, epistola, oratio, & interrogatio, ad litem euocent. 3. *de ira* 10.

Quemadmodum quartana ad horam venit, quemadmodum podagra ad tempus respondet, quemadmodum purgatio, si nihil obstitit, statum diem seruat, quemadmodum præsto est ad mensem suum partus: sic aquæ interualla habent, quibus se retrahant, & quibus reddant. 3. *nat. quæst.* 16.

Vt in pestilentia cauendum est, ne corruptis iam corporibus, & morbo flagrantibus, assideamus, quia pericula trahemus, afflatuque ipso laborabimus: ita in amicorum legendis ingeniis dabimus operam, vt quam minime inquinatos assumamus. 1. *de tranq. vitæ* 7.

Quemadmodum aduersus pestilentiam nihil prodest firmitas corporis, & diligens valetudinis cura, promiscue enim imbecilla robustaque inuadit: ita ab ira tam inquietis moribus periculũ est, quam cõpositis & remissis, quibus eo turpior ac periculosior est, quo plus in illis mutat. 3. *de ira* 5.

Vt loca grauia etiam firmissimam valetudinem tentant, ita bonæ quoque menti, nec dum adhuc perfectæ, & conualescenti, sunt aliqua parum salubria. *epist.* 28.

Quemadmodum in corporibus futuri languoris signa præcurrunt, quædam enim segnitia neruis inest, & sine labore vllo lassitudo, & oscitatio, & horror membra percurrens: sic infirmus animus multo ante, quam opprimatur, malis quatitur. *epist.* 75.

Quemadmodum visus oculorum quibusdam medicamentis acui solet & repurgari: sic & nos, si aciem animi liberare impedimentis voluerimus, poterimus perspicere virtutem, etiam obrutam corpore, etiam paupertate opposita, & humilitate, & infamia obiacentibus. *epist.* 116.

Medicus primo in leuibus vitijs tentat non multum ex quotidiana consuetudine inflectere, & cibis, potionibus, exercitationibus ordinem ponere, ac valetudinem tantum mutata vitæ dispositione firmare: proximum est, vt modus proficiat: si modus & ordo non proficit, subducit aliqua, & circumcidit: si ne adhuc quidem respondet, interdicit cibis, & abstinentia corpus exonerat, si frustra molliora cesserãt, ferit venam: membrisque, si adhærentia nocent, & morbum diffundunt, manus affert: nec vlla dura videtur curatio, cuius est salutaris effectus: Ita legum præsidem, ciuitatisque rectorem docet, quamdiu potest verbis, & his mollibus, ingenia curare, vt facienda suadeat cupiditatemque honesti & æqui conciliet animis, faciatque vitiorum odium precium virtutis: transeat deinde ad tristiorem orationem, qua moneat adhuc & exprobret: nouissime ad pœnas, & has adhuc leues, & reuocabiles decurrat; vltima supplicia sceleribus vltimis ponat, vt nemo pereat, nisi quem perire, etiam pereuntis intersit. 1. *de ira* 5.

Vt salutaria, quæ citra gustum tactumque odore proficiunt: ita virtus vtilitatem etiam ex longinquo & latens fundit, siue potitur & fruitur suo iure, siue precarios habet accessus, cogiturque vela contrahere, siue otiosa mutaque est, & angusto circumscripta, siue adaperta, in quocunque habitu est, prodest. 1. *de tranq. vitæ* 3.

Quemadmodum corpora nostra ad egestum venter exhaurit, quemadmodum eunt in sudorem vires: ita tellus liquefiet, & alijs causis quiescentibus intra se, quo mergatur, inueniet. 3. *nat. quæst.* 21.

Quemadmodum in ægris opportunitas cibi salutaris est, & aqua tempestiue data remedij locum obtinuit: ita quamuis leue & vulgare beneficium sit, si præsto fuerit, si proximam quãque horam non perdidit, multum sibi adijcit, gratiamq; pretiosi, sed lenti & diu cogitati muneris vincit. 2. *de ben.* 2.

Quemadmodum nihil refert, vtrum ægrum in lecto ligneo aut in aureo colloces, quocunque illum transtuleris, morbum suum secum transfert: sic nihil refert, vtrum æger animus in diuitijs vel in paupertate sit: malum suum illum sequitur. *de pauper.* 14.

Ex Ethicis.

Quemadmodum omnis scientia atque ars aliquid debet habere manifestum, sensu comprehensum, ex quo oriatur & crescat: sic beata vita fundamentum & initium a manifestis ducit & eo quod sub sensum cadit. *epist.* 125.

Quemadmodum quæ in vsu sunt, & manum quotidie tractumque patiuntur, nunquam periculum situs adeunt: illa quæ ad oculos non reuocantur, sed extra conuersationem, vt superuacua, iacuerunt, sordes ipsa colligunt vetustate: ita, quicquid frequens cogitatio exercet ac renouat, memoriæ nunquam subducitur, quæ nihil perdit, nisi ad quod non sæpe respexit. 3. *de benef.* 2.

Quemadmodum virtutes retentæ exire non possunt, facilisque earum tutela est: ita initium ad illas eundi arduum, quia hoc primum imbecillæ mentis atque ægræ est, formidare inexperta. Itaque cogẽda est mens, vt incipiat. *epist.* 51.

Quemadmodum summum adiectionem non recipit, (quid enim supra summum erit?) ita ne beata quidem vita, quæ sine summo bono non est. *epist.* 86.

Vt plerique, quæ fieri posse non crederes, cognouisse satis est: sic istos qui verba exacuerunt, abunde est semel audisse. *epist.* 40.

Quemadmodum, quædam res semel præceptæ hærent, quædam vt scias, non est satis didicisse (intercidit enim eorum scientia nisi continuetur: Geometriam dico & sublimium cursum, & si qua alia propter subtilitatem lubrica sunt) ita beneficia quædam magnitudo non patitur excidere, quædam minora, sed numero plurima, & temporibus diuersa, effluunt. 3. *de benef.* 5.

Quemadmodum sapiens non placet sibi, si illum mendicus coluerit, nec contumeliam iudicabit, si illi homo plebis vltimæ salutanti mutuam salutationem non reddidit: sic nec se suspiciet quidem, si illum multi diuites suspexerint. Scit enim illos nihil a mendicis differre, imo miseriores esse. 2. *in resp. nemo ad mat.* 13.

Quemadmodum sapienti viro incessus modestior conuenit, ita oratio pressa, non audax. *epist.* 40.

Quemadmodum te & in dubijs, & in aduersis, & in lætis sapienter geris, & dubia prudenter tractas, aduersa fortiter, læta moderate: ita in omnia vtilẽ te amico exhibere potes, aduersa eius si nec deserueris, nec optaueris. 6. *de benef.* 35.

Quemadmodum ex duobus sapientibus qui senior decessit, non est beatior eo, cuius intra pauciores annos terminata virtus est: sic Deus non vincit sapientem felicitate, etiamsi vincit ætate. *epist.* 74.

Quomodo fama non est vnius sermo, nec infamia vnius mala existimatio: sic nec claritas, vni bono placuisse. *ep.* 103.

Vt gloria fugientes magis ac magis sequitur: ita fructus beneficiorum gratius respondet illis, per quos etiam esse ingratis licet. 5. *de benef.* 6.

Sicut amplæ & regiæ opes, vbi ad malum dominum peruenerunt, momento dissipantur: quamuis modicæ si bono custodi traditæ sunt, vsu crescunt: ita ætas nostra bene disponenti multum patet. *de breu. vitæ* 1.

Quemadmodum qui optat diuitias alieni in hoc, vt illarum partem ipse ferat, quamuis pro illo videatur optare, sibi prospicit: sic qui optat amico aliquam necessitatem, quam adiutorio suo fideque discutiat, quod est ingrati, se illi præfert, & tanti æstimat illum miserum esse, vt ipse gratus sit, & ob hoc ipsum ingratus est. 6. *de benef.* 35.

Quemadmodum nemo in amorem sui cohortandus est, quem cum nascitur, trahit, ita ne ad hoc quidem, vt honesta per se petat: placent suapte natura. 4. *de benef.* 17.

Quemadmodum ei, qui amorem exuere conatur, euitanda est omnis admonitio dilecti corporis, nihil enim facilius, quam amor recrudescit: ita, qui deponere vult desideria rerum omnium, quarum cupiditate flagrauit, & oculos & aures ab his quæ reliquit auertat. *epist.* 70.

Quomodo homini pusillo solatiũ in malis fuit, etiam magnorum virorum nutabere fortunam, & æquiore animo filiũ in angulo flevit, qui vidit acerba funera etiam ex regia duci: sic animo æquiore feret ab aliquo lædi, ab aliquo contemni, cuicunque venit in mentem nullam esse tantam potentiam, in quam non incurrat iniuria. 2. *de ira* 25.

Quemadmodum non est magni animi, qui de alieno liberalis est, sed ille, qui, quod alteri donat, sibi detrahit: ita clementem vocabo, non in alieno dolore facilem, sed eum, qui, cum suis stimulis exagitetur non prosilit. 1. *de clem.* 20.

Quemadmodum curandum, vt in eos potissimum beneficia conferamus, qui grate responsuri erunt: ita quędã, etiam si de illis male sperabimus, faciemus, tribuemusque nõ solũ, si iudicabimus ingratos fore, sed si sciemus fuisse tanquam si filios alieni restituere potero magno periculo liberatos, sine vllo meo incommodo, non dubitabo. 1. *de benef.* 10.

Quemadmodum præceptores suos veneratur ac suspicit, quorum beneficio illic in vijs erat: sic & hic, sub quorum tutela positus exercet artes bonas. *epist.* 74.

Quemadmodum omnia vitia penitus insident, nisi dum surgunt oppressa sint: ita quoque tristia & misera & in se sæuientia,

sæuientia, ipsa nouissime acerbitate pascuntur, & fit infelicis animi prava voluptas dolor *de consol. ad Marc.* 2.

Quemadmodum scelera etiamsi non sint deprehensa cum fierent, solicitudo non cum ipsis abijt: ita improbatum voluptatum etiam post ipsas pœnitentia est *epist.* 17.

Quemadmodum delictorum iam euanuit pudor, postquā res latius euagata est: ita ingratos plures efficies & auctiores, si numerare se cœperint. 3. *de benef.* 16.

Quoniam qui se deteriorem facit, non sibi tantummodo nocet, sed etiam omnibus ijs, quibus melior illis prodesse potuisset: sic si quis bene de se meretur, hoc ipso alijs prodest, quod illis profuturum parat. *de beat. vit.* 30.

Omnes istos oblectamenta fallacia & breuia decipiunt, sicut ebrietas, quæ vnius horæ hilarem insaniam, longi temporis tædio pensat: sicut plausus & acclamationis secundæ fauor, qui magna sollicitudine & partus est, & expiandus. *epist.* 60.

Quemadmodum delicatas res desiderare luxuriæ est: ita visitatas & non magno parabiles, fugere, dementiæ est *ep.* 5.

Quemadmodum ex turpi honestum non nascitur: ita ne ex malo quidem bonum, nam idem est honestum & bonū. *epist.* 88.

Ex Politicis.

Sic omnia sapientis esse dico, vt nihilominus proprium quisque in rebus suis dominium habeat: quemadmodum sub optimo rege, omnia rex imperio possidet, singuli dominio 7. *de benef.* 5.

Quemadmodum illi seruauerunt bonorum ciuium officium, qui reddi sibi penates suos noluerunt clade communi, quia satius erat duos vno malo affici, quam omnes publico: ita non seruat grati hominis affectum, qui bene de se merentem difficultatibus vult opprimi, quas ipse submoueat, qui, etiamsi bene cogitat, male precatur 6. *de benef.* 37.

Ex œconomicis.

Quemadmodū domini crudeles tota ciuitate cōmonstrantur, inuisique & detestabiles sunt: ita regum & iniuria latius patet, & infamia, atque odium seculis traditur. 1. *de clem.* 18.

Ex artibus varijs.

Quemadmodum artifices ex alicuius rei subtilioris intentione, quæ oculos defatigat, si malignum & non præclarum lumen habent, in publicum prodeunt, & in aliqua regione ad populi otium dedicata oculos libera luce delectant, sic animus in hoc tristi & obscuro domicilio elusus, quoties potest, apertum petit, & in rerum naturæ contemplatione requiescit. *epist.* 66.

Quemadmodum qui audierunt symphoniam, ferunt secum in auribus modulationem illam ac dulcedinem cantus, quæ cogitationes impedit, nec ad seria patitur intendi: sic adulatorum, & praua laudantium sermo diutius hæret, quam auditur, nec facile est, animo dulcem sonum excutere, prosequitur & durat: & ex interuallo. Igitur claudendæ sunt aures malis vocibus, & quidem primis *epist.* 114.

Quemadmodum qui iaculari discit, destinatum locum captat, & manum format, ad dirigenda quæ mittit. Cum hanc vim ex disciplina & exercitatione percepit, quocunque vult, illa vtitur. Didicit enim non hoc aut illud ferire, sed quodcunque voluerit: sic qui se ad totam vitam instruxit, non desiderat particulatim admoneri, doctus in totum, non quomodo cum vxore aut cum filio viueret, sed quomodo bene viueret. In hoc est, & quomodo cum vxore ac liberis viuat. *epist.* 94.

Sicut in lusu est aliud, pilam scite ac diligenter excipere, sed non dicitur bonus lusor, nisi qui apte & expedite remisit, quam acceperat. Ita qui accepit beneficium, licet animo benignissimo acceperit, nondum consummauit officium suum. Restat enim pars reddendi 2. *de benef.* 32.

Quemadmodum magnus luctator est, non qui omnes numeros neruosque perdidicit, quorum vsus sub aduersario rarus est, sed qui in vno se aut altero bene & diligenter exercuit, & eorum occasiones intentus spectat (nec enim refert quam multa sciat, si scit quantum victoriæ satis est.) Ita plus prodest, si pauca præcepta sapientiæ teneas, sed illa in promptu habeas, quam si multa quidem didiceris, sed illa ad manum non habeas. 7 *de benef.* 1.

Quemadmodum, qui bestiarum cubicula indagat, & laqueo captare feras magno æstimat, & magnos canibus circumdare saltus, vt illarum vestigia premat, potiora deserit, multisque officijs renunciat, ita qui sectatur voluptatem, omnia postponit, & primam libertatem negligit, ac pro ventre dependit, nec voluptates sibi emit, sed se voluptatibus vendit *de beat. vit.* 14.

Quemadmodum nomenclatori memoriæ loco audacia est, &, cuicunque nomen non potest reddere, imponit: ita poetæ non putant ad rem pertinere, verum dicere, sed aut necessitate coacti, aut decore corrupti, id quenque vocari iubent, quod belle facit ad versum. 1. *de benef.* 3.

Quemadmodum, qui pedibus suis poterit iter conficere, ascendere tamen vehiculum mallet: sic pauper, si poterit esse diues, volet, & habebit vtique opes, sed tanquā leues & auolaturas, nec vlli alij, nec sibi graues esse patietur. *de be. vi.* 23.

Quemadmodum per procliue currentium, non vbi visum est, gradus sistitur, sed incitato corporis pōdere se rapit, ac longius, quā voluit, effertur: sic ista dicendi celeritas nec in sua potestate est, nec satis decora philosophiæ: quæ ponere debet verba, non proijcere, & pedetentim procedere *ep.* 40.

Circumcidenda est concursatio, qualis est magnæ parti hominum, domos, & theatra, & fora pererrantium. Alienis negotijs se offerunt, semper aliquid agentibus similes, sine proposito vagantur, quærentes negotia, nec quæ destinauerunt, agunt, sed in quæ incurrerunt. Inconsultus vanusque illis cursus est, qualis formicis per arbusta repentibus, quæ in summum cacumen, deinde in imum inanes aguntur. His plerique similem vitam agunt, quorum non immerito quis inquietam inertiam dixerit 1. *de tranq. vit.* 12.

Quemadmodum per frequentia vrbis loca properanti in multos incursitandum est, & alicubi labi necesse est, alicubi retineri, alicubi respergi: ita in hoc vitæ actu dissipato & vago multa impedimenta, multæ querelæ incidunt 3 *de ira* 6.

Quemadmodum, quos aut sermo, aut lectio, aut aliqua interior cogitatio iter facientes decipit, peruenisse ante sciunt, quam appropinquasse: ita hoc iter vitæ assiduum & citatissimū, quod dormientes vigilantesque eodem gradu facimus, occupatis non apparet, nisi in fine. *de breu. vit.* 9.

Quemadmodum meretrix ita inter multos se diuidit, vt nemo non aliquod signum familiaris animi ferat: ita, qui beneficia sua amabilia vult esse, excogitet, quomodo & multi obligentur, & tamen singuli habeant aliquid quo se cæteris præferant 1 *de benef.* 14.

Quemadmodum inter tortores habitare nolim: sic nec inter popinas quidem *epist.* 52.

Ex Physicis.

Quemadmodum natura quosdā procliuius in irā facit: ita multæ incidūt causæ, quæ idē possint quod natura 2 *de ira* 20.

Quemadmodum omnis natura bonum suum, nisi consummata, non profert: ita hominis bonum non est in homine, nisi cum in illo ratio perfecta est *epist.* 125.

Talis est sapientis animus, qualis mundi status, super lunam. Semper illic serenum est. *epist.* 60.

Quemadmodum serenitas cœli non recipit maiorem adhuc claritatem, in sincerissimum nitorem repurgata, sic hominis corpus animumque curantis, & bonum suum ex vtroque nectentis, perfectus est status, & summum voti sui inuenit, si nec æstus animo est nec dolor corpori. *epist.* 67.

Vt quidam sole, & exercitatione, & cura corporis diem educunt, athletisque vtilissimum est, lacertos suos roburque, cui se vendicauerunt, maiore temporis parte nutrire: ita nobis, animum ad rerum ciuilium certamen parantibus, in opere esse longe pulcherrimum est. 1. *de tranq. vit.* 3.

Quemadmodum radij solis contingunt quidē terrā, sed ibi sunt vnde mittuntur: sic animus magnus & sacer, & in hoc demissus, vt propius quidem diuina nossemus, conuersatur quidem nobiscum sed hæret origini suæ. Illinc pendet, illuc spectat ac nititur: nostris tanquam melior interest. *epist.* 41.

Quemadmodum sine mixtura lucis nihil splendidum est, nihil atrum, nisi quod tenebras habet, aut aliquid in se traxit obscuri: quemadmodum sine adiutorio ignis nihil calidum est, nihil sine aëre frigidum: ita honesti & turpia virtutis & maliciæ societas efficit. *epist.* 31.

Quemadmodum minuta lumina claritas solis obscurat: sic dolores, molestias, iniurias, virtus magnitudine sua elidit atque opprimit, & quocunque affulsit, ibi quicquid sine illa apparet, extinguitur: nec magis vllam portionem habent incommoda, cum in virtutem inciderint, quam in mari nimbus. *epist.* 67.

Sic ira metuitur, quomodo vmbra ab infantibus, à feris rubens pinna 2 *de ira* 11.

Vt ignis, diuersis locis ortus, cito miscet incendium, flammis coire properantibus: sic momento redundantia maria se committent. 3 *nat. quæst.* 21.

Quemadmodum flamma non potest opprimi (nam circa id diffugit, quo vrgetur) quemadmodum aër verbere aut ictu non læditur, nec scinditur quidem, sed circa id cui cessit refunditur: sic animus, qui ex tenuissimo constat deprehendi non potest, nec intra corpus affligi: sed beneficio

fobulitatis suæ per ipsa, quibus premitur, erumpit *epist.* 58.

Quemadmodum flamma surgit in rectum, iacere ac deprimi non potest, non magis, quam quiescere: ita noster animus in motu est, eo nobilior & actuosior quo vehementior fuerit. *epist.* 39.

Vt fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu: sic animaduersiones magnarum potestatum terrent latius quam nocent, non sine causa 1. *de clem.* 8.

Quomodo fulminis, etiam cum latissime percussit ac fulsit, per exiguum foramen est reditus: sic animo, qui adhuc tenuior est igne, per omne corpus fugata est. *epist.* 58

Nam cætera eius tela (quibus genus humanum debellatur) grandiore motu diffulrant, quæ incussa tectis, sine vllo habitatoris incommodo crepitat ac soluitur. *epist.* 45.

Quemadmodum tempestatis & pluuiæ ante ipsas notæ veniunt: ita iræ, amoris omniumque istarum procellarum, animos vexantium, sunt quædam prænuncia 3. *de ira* 10

Quemadmodum tot amnes, tantum superne deiectorum imbrium, tanta medicatorum vis fontium non mutant saporem maris, neque remittunt quidem: ita aduersarum impetus rerum viri fortis non vertit animū, manet in statu, & quicquid euenit, in suum colorem trahit. *de prou. diuin.* 2.

Magno animo de rebus magnis iudicandum est, alioqui videbitur, illarum vitium esse, quod nostrum est: Sic quædam rectissima, cum in aquam demissa sunt, speciem curui præfractique visentibus reddunt. Non tantum quid videas, sed quemadmodum, refert. *epist* 72

Quemadmodum, si in aquam feruens massa descendit, cum multo murmure extinguitur: ita spiritus incidens nobis tonitrua edit, & deinde cum luctatur, per obstantia & interscisa vadens, ipsa ignem fuga accendit. 2. *nat. quæst.* 17.

Quemadmodum rapidorum aqua torrentium in se non recurrit, nec moratur quidem, quia priorem superueniens præcipitat: sic ordinem fati æterna series regit, cuius hæc prima lex, stare decreto 2 *nat. quæst.* 35.

Itaque non est quod tibi isti persuadeant, eum esse felicem, qui à multis obsidetur: sic ad illum quemadmodum ad lacum concurritur, quem exhauriunt & turbant. *epist.* 38.

Quemadmodum corpus in procliui retineri debet, in ardua impelli: ita quædam virtutes in procliui sunt, quædam cliuum subeunt *de vita beata* 25.

Vt in præceps datis corporibus nullum sui arbitrium est, nec desistere morariue deiecta potuerunt, sed consilium omne & pœnitentiam irreuocabilis præcipitatio abscidit, & non licet eo non peruenire, quo non ire licuisset: ita animus, si in iram, amorem, aliosque se proiecit affectus, non permittitur reprimere impetum, rapiat illum oportet, & ad imum agat suum pondus, etiam vitiorum natura procliuis. 1 *de ira* 7.

Quemadmodum totum corpus animo deseruit, & cum hoc tanto maius, tantoque speciosius sit, ille in occulto maneat tenuis, & in qua sede latitet, incertus tamen, manus, pedes, oculi, negotium illi gerunt, illum hæc cutis munit, illius iussu iacemus, aut inquieti discurrimus, cum ille imperauit, siue auarus dominus est, mare lucri causa scrutamur, siue ambitiosus, iam dudum dexteram flammis obiecimus, aut voluntarie subsiluimus: sic hæc immensa multitudo, vnius animæ circundata, illius spiritu regitur, illius ratione flectitur, pressura se ac fractura viribus suis, nisi consilio sustineretur 1. *declam.* 3.

Quemadmodum non vtique melior est longior vita, sic peior vtique mors longior. *epist.* 78.

Vt feras cum labore periculoque venamur, & captarum quoque illarum sollicita possessio est, sæpe enim laniant dominos: ita habentes magnas voluptates, in magnum malum euasere, captæque cepere *de beat. vita* 14

Minuta quædam animalia cum mordent, non sentiuntur, adeo tenuis illis & fallens in periculum vis est, tumor indicat morsum, & in ipso tumore nullum vulnus apparet. Idem tibi in conuersatione virorum sapientum eueniet: non deprehendes, quemadmodum aut quando tibi prosit, profuisse deprehendes *epist* 95.

Quemadmodum aues etiam inanis fundæ sonus terrirat: ita nos non ad ictum tantum exagitamur, sed ad crepitum. *epist* 75.

Vidisti aliquando canem, missa à domino frusta panis aut carnis aperto ore captantem? quicquid excepit protinus integrum deuorat, & semper ad spem futuri hiat. Idem euenit nobis: quicquid expectantibus fortuna proiecit, id sine illa voluptate dimittimus, statim ad rapinam alterius erecti & attenti. *epist.* 72.

Multorum, quia imbecilla sunt, latent vitia. non minus ausura cum illis vires suæ placuerint, quam illa, quæ iam felicitas aperuit, instrumenta illis explicandæ nequitiæ desunt: sic tuto serpens etiam pestifera tractatur dum riget frigore. Non desunt tunc illi venena, sed torpent. *epist.* 42

E re rustica, architectura, & aliis.

Sicuti in aruo, quod segeti proscissum est, aliqui flores internascuntur, non tamen huic herbulæ, quamuis delectet oculos, tantum operis insumptum est: aliud fuit serenti propositum, hoc superuenit: sic voluptas non est merces, nec causa virtutis, sed accessio. *de beat. vita* 9

Vt fertilibus agris non est imperandum: cito enim exhauriet illos nunquam intermissa fœcunditas: ita animorū impetus assiduus labor franget 1. *de tranq. vita* 15.

Magni animi est, magna contemnere, ac mediocria malle, quam nimia. Illa enim vtilia, vitaliaque sunt: at hæc eo, quod superfluunt, nocent: sic segetem nimia sternit vbertas: sic rami onere franguntur: sic ad maturitatem non peruenit nimia fœcunditas *epist* 39.

Quemadmodum folia virere per se non possunt, ramum desiderant, cui inhæreant, ex quo trahant succum: sic præcepta, si sola sunt, marcent, infigi volunt sectæ. *epistol.* 96.

Quemadmodum frondium iactura facilis est, quia renascuntur: sic istorum quos amas, quosque oblectamenta vitæ putas esse damnum, quia reparantur, etiamsi non renascuntur *epist* 105.

Quemadmodum cœna peracta reliquiæ circumstantibus diuiduntur: sic peracta vita aliquid porrigit his, qui totius vitæ ministri fuissent. *epist.* 78.

Quemadmodum ex amphora primum quod est sincerissimum effluit, grauissimum quodque turbidumque subsidit: sic in ætate nostra quod est optimum, primum est. Id exhauriri in aliis potius patimur, vt nobis fecem reseruemus. *epist.* 109.

Sic amicorum defunctorum memoria iucunda est, quomodo in vino nimis veteri ipsa nos amaritudo delectat, quomodo poma quædam sunt suauiter aspera: cum vero interuenerit spacium, omne quod angebat extinguitur, & pura ad nos voluptas venit. *epist.* 64.

Quomodo in vino non ante lingua titubat, quam mens cessit oneri, & inclinata vel prodita est: ita ista oratio, quid aliud quam ebrietas? *epist.* 115.

Quomodo quorundam lapidum inexpugnabilis ferro duricia est, nec secari adamas, aut cædi vel teri potest, sed incurrentia vltro retundit: quemadmodum quædam non possunt igne consumi, sed flamma circumfusa, rigorem suum habitumque conseruant: quemadmodum proiecti in altum scopuli mare frangunt, nec ipsi vlla sæuitiæ vestigia tot verberati procellis ostentant: ita sapientis animus solidus est, & id roboris collegit, vt tam tutus sit ab iniuria, quam illa, quæ retuli 2. *in sap. non cad. iniur.* 3.

Societas nostra lapidum fornicationi simillima est, quæ casura nisi inuicem obstarent, hoc ipso sustinetur. *epist.* 96.

Quemadmodū lana quosdā colores semel ducit, quosdam, nisi sæpius macerata & recocta, non perbibit: sic alias disciplinas ingenia cum accepere, protinus præstant: hæc nisi alte descendit, & diu sedit, animum non colorauit, sed infecit, nihil ex his quæ promiserat, præstat *epistol.* 72.

Quemadmodum nauim eligam nauigaturus, & domum, habitaturus, ita mortem vtique, qua sum exiturus e vita meliorem. *epist* 71.

Vadis huc & illuc, vt excutiat insidēs pōdus, quod ipsa iactatione incommodius fit, sicut in naui onera immota minus vrgent, inæqualiter conuoluta citius eam partē, in quam incubuere, demergunt. *epist.* 28.

Quemadmodum in naue, quæ sentinam trahit, vni rimæ aut alteri obsistitur: vbi plurimis locis laxari cœpit & cedere, succurri non potest nauigio dehiscenti: ita in senili corpore aliquatenus imbecillitas sustineri & fulciri potest; vbi tanquam in putri ædificio omnis iunctura dilabitur, &, dū alia excipitur, alia discinditur, circumspiciendum est quomodo exeas. *epist.* 30.

Quemadmodum clepsydra non extremum stillicidium exhaurit, sed quicquid ante defluxit: sic vltima hora, qua esse desinimus, non sola mortem facit, sed sola consummat. *epist.* 24

FINIS SIMILIVM.

M. ANNÆI

SENECAE

RHETORIS

Suasoriæ, Controuersiæ, Declamationumque Excerpta:

Ad veterum MS. Codd. fidem emendata: & Græca, quæ priores Editiones desiderabant, suis locis restituta.

Cum vberioribus NOTIS & CONIECTVRIS

NIC. FABRI
ANDR. SCHOTTI
I. GRVTERI
FR. IVRETI
I. LIPSII
IO. PETREII
FER. PINCIANI
I. OPSOPOEI.

Adiectus Libellus *Andreæ Schotti De claris apud Senecam Rhetoribus*, quem ipse recognouit, Notasque suas priùs editas auxit.



PARISIIS,
Excudebat PETRVS CHEVALIER, in monte Diui Hilarij.

M. DC. XIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

NICOLAI FABRI I. C.

AD M. ANNÆI SENECÆ

RHETORIS LIBROS PRÆFATIO.

DOCTORVM *suffragio receptum est, hos Declamationum siue Controuersiarum libros esse Senecæ Rhetoris, Lucij Annei Senecæ philosophi patris. Argumenta quibus suam sententiam fulciunt, vir magni iudicij, rarissimæque eruditionis & doctrinæ, Iustus Lipsius Electorum primo vulgauit: à quo elegantissime scripta peti, quàm aliena huc transferre, vel inuertere malui. Nec recens ac primum nostra ætate nata opinio. Raphaël enim Volaterranus sui operis decimonono,* Marcus, *inquit,* Annæus Seneca philosophi pater Cordubensis & equestris ordinis, ac eruditissimus fuit: vt cui declamationes quæ filij dicuntur esse, nonnulli referant. *Tantum quæ dubitanter protulit, nos constanter asseueremus. De hoc autem Senecæ patre apud antiquos altum silentium. Filius apud Cornelium Tacitum se equestri, ac prouinciali loco ortum profitetur: de quo tamen non est dubium, quin sub Caio & initio imperij Claudij, cum primum Gallio, & Seneca filius innotescere cœperunt, plura dixerit, quæ cum horum temporum historia interciderunt. Neque enim verisimile est exactæ diligentiæ scriptorem, quod in cæteris alicuius nominis executus est, clarorum hominum, prioréfque partes in Republica habentium genus, patriam, parentes, vitæ rationem progressúmque omisisse. Quin et libro decimo sexto Melæ exitium traditurus, quibus Gallio & Seneca parentibus natum dicere satis habuit. Quintilianus in egregia illa auctorum censura vnius tantum Senecæ Philosophi meminit. Itemque Statius Lucani genethliaco dum claros Cordubenses recenset. Nisi fortasse quod à Martiali scriptum est,* Ex nouissima editione Parisiensi, Anni M. D. C. II.

> Duosque Senecas, vnicumque Lucanum
> Facunda loquitur Corduba:

de patre et filio quis intelligere velit. Nam quod alibi scribit,

> Atria Pisonum starent cum stemmate toto,
> Et docti Senecæ ter numeranda domus:

ad Gallionem, Senecam, & Melam, eodem tempore opibus & dignitate florentes, Pisonique familiares, quod ijs etiam exitio fuit, quosque Martialis vna coluit, referendum iudico. Quæ tamen ex Volaterrano retuli, vndecunque illa mutuatus fuerit, pro certis & compertis habeo. Prænominis fidem faciunt Marcus blandissimus ille puer Senecæ philosophi, & Marcus Lucanus Melæ filij in aui honorem ita vocati. Naturali enim quodam impellente affectu, vel sua, vel patrum prænomina liberis antiquos imponere solitos obseruatum est. Quo magis miror

Senec.

diligentissimos viros, qui fastos digesserunt, Lucium Senecam philosophum, Lucij filium ex Dione & Tacito dixisse. Ac vereor ne hac in re auctoritatibus deficiantur. Patriam vero Cordubam liberi & nepotes Cordubenses probant. Illa est enim colonia intra quam se detentum fuisse bellis ciuilibus dicit in præfatione huius operis. Quam primam in Hispaniam deductã ᾤκησαν δ' ἐξ ἀρχῆς, *inquit Strabo,* Ῥωμαίων τε καὶ τῶν ἐπιχωρίων ἐπίλεκτοι ἄνδρες. *Unde etiam fortasse Patriciæ nomen ei inditum. Nam ita ipsam cognominari Plinius capite primo libri tertij naturalis historiæ, memoriæ prodidit, & in quibusdam nummis Augusti à tergo inscriptum est* COL. PATRICIA, *eiusque ciues in lapidibus antiquis Patricienses appellantur. Ordinis vero equestris fuisse præter Tacitum ipse de se scribit præfatione secunda. Ille enim est ordo quo contentum esse Melam filium iubet: & fuit. Adderem ducta vxore Heluia, ex qua tres liberos susceperit, sub Augusto Romam venisse, familiaremque ibi Portio Latroni, Cassio Seuero, Claudio Turrino, Montano, cæterisque illius fœcundissimi elegantium ingeniorum sæculi luminibus vixisse, & alia id genus, quæ ex his libris & consolatione filij ad Heluiam elici possunt: nisi mihi propositum esset, hos potius emendare, quàm transcribere. Quanti autem fuerit acuminis & quàm acris iudicij, satis superque hoc scriptum indicat, in quo plus centum auctorum tam Græcorum quàm Latinorum qui Augusti sæculum illustrarunt, acute in declamando inuenta & dicta congesserat, congesta inter se contulerat, & de singulis seuerissime iudicando, diuina illa ingenia velut in tabula depicta ad posteritatem transmiserat. Sed nescio quo fato non solum eorum scripta genio illo qui libris vitam & diuturnitatem parit, defecta fuerunt: de tot enim egregijs viris vix vnius Ouidij monumenta ad nos vsque perdurarunt: verum etiam noster auctor, per quem Musæ tantorum ingeniorum memoriæ & gloriæ prouidisse videbantur, eodem pœne fato functus est. Nam ex decem Controuersiarum libris quos vulgarat, quinque vix supersunt: ijque adeo mutili & corrupti, vt fragmentorum potius congeriei, quàm alicuius integri corporis speciem referant. Græca enim omnia quę notabilem operis partem efficiebant, penitus interciderunt. Latina vero manca, confusa, perturbata, & vbique tam male habita sunt, vt si ipse auctor rediret, sua esse eiuraret. Nec vnde tanta iactura facile resarciri possit video, nisi Deus aliquis, velut ex machina, alicui feliciori sidere nato integrius exemplar obtulerit. Nobis enim tam felicibus esse hucusque non contigit, vt vllum nancisceremur. Nec temere inueniri posse credimus, præter illud Vaticanum, ex quo primum hi libri reparatę salutis quadringentesimo & nonagesimo, deinde quingentesimo tertio post millesimum anno Venetijs editi sunt: vnde etiam ceterę editiones quęcumque in Germania, Gallia, & alibi quibusdam ab ingenio mutatis & interpolatis multis etiam in deterius promanarunt. Nisi fortasse verum est, quod aiunt in Hispania quoddam delitescere, ex quo P. Chiaconius magnę eruditionis Hispanus aliquot locis horum librorum Gręca suffecit, quę nobis à doctiss. Vialartio Roma adlata & liberaliter communicata suis locis inseruimus. Nec tamen fraudanda est sua laude Romana editio recens, in qua multa pręcipue Controuersiarum primo emendata & correcta, aliquot locis etiam Suasoriarum ex illo Vaticano codice Gręca restituta sunt, quę qui primis emissionibus horum librorum prefuerunt, rara tunc eius linguę cognitione, omiserant. Quam tamen nemini dubium est tersiorem multo & ornatiorem futuram fuisse, si numen illud inuidum magnis & egregijs conatibus intercedere solitum, doctiss. & elegantiss. Mureto tantum vitę concessisset, quantum eximię diuini eius ingenij dotes*

dotes meruerant, saltem quantum perfectioni ac consummationi recensionis horum librorum susceptæ satis fuisset. Quid autem nos hac editione præstiterimus, ex aliarum collatione quisque perspiciet. Tantum lectorem admonitum velimus, quicquid in textu horum librorum mutatum est, ex duabus illis antiquis editionibus, & epitomate huius operis, quod hactenus L. Senecæ Declamationum nomine adscriptum est, diligenter ad m. sc. exemplaria, & maxime ad antiquissimū & emendatissimum P. Pithoei, ex quo ille pridem. Quinctiliani & Calpurnij declamationes vulgauit, correcto, bona fide expressum esse. Coniecturas nullas admisimus, ne pro germanis supposititia & dubia pro veris obtrudere videremur. Quæ occurrerunt (quid enim hac in re prohibet sibi indulgere quod non veritatis detrimento fiat?) in annotationes reiecimus, vt vel his frui, si modo quædam sint tam fausto Apolline natæ, vt quis inde fructus elici possit, vel sine receptæ lectionis dispendio reijci & ablegari, pro vt animo libitum erit: queant. Porro controuersiarum libros inscripsimus, tum quia videtur ita eos denominasse auctor Præfatione I. tum etiam suadente ratione. Nam cum duo sint declamationum genera diuersis operibus ab hoc auctore tractata: vt alteri Suasoriarum, ita etiam huic Controuersiarum nomen indidisse par est. Variatum tamen in hac inscriptione prioribus sæculis fuisse certum est. Io Salisberiensis sui Polycrat. lib. VIII. *decem Rhetorum libros vocat: quomodo etiam optimus ille Pithoei codex epitomen inscribit*, Senecæ decem Rhetorum, *& quæ sequuntur in eodem*, ex Calpurnio excerpta decem Rhetorum minorum, *quasi quæ præcedant sint maiorum: ceteri declamationum. At declamationes non sunt: sed tantum ex declamationibus selecta. Præterea declamationis nomen Suasorias complectitur. hîc controuersiæ tantum sunt. Alter ille titulus decem Rhetorum, ad Græcorum potius formam, qui decem præcipuos Rhetores celebrant, quàm ad veritatem operis fictus est. Veterès editiones modo Controuersiarum libros, modo Controuersiarum sententias, diuisiones, & colores vocant. Sunt etiam antiqua quædam excerpta, in quibus Causarum nomine citentur: quomodo initio sui controuersias dictas constat. Præponunt etiam antiquæ editiones Suasorias Controuersiarum libris. in hoc tamen potius naturæ ordinem secutæ, (prius enim in ijs puer exercebatur) quàm temporis quo editæ sunt. Patet enim ex controuersia quarta libri secundi. Suasorias vltimo loco ab auctore compositas atque emissas fuisse, quas ideo postponere, receptumque ordinem in recentioribus editionibus sequi maluimus. Cetera quæ ad horum librorum intelligentiam in vniuersum spectant, suis locis prosequemur.*

CLARISSIMO
DOCTISSIMOQ. VIRO
IVSTO LIPSIO I.C.
ET HISTORICO REGIO,
AND. SCHOTTVS ANTVERP.
de Societ. IESV. S. D.

QVÆSITVM vt olim, doctiſſime LIPSI, de cauſſis degenerantis Eloquentiæ, ſiue à Corn. Tacito, quem legi & intelligi docuiſti, ſeu potius à M. Fabio, ſic & anquirere pace mihi liceat tua ? quis enim Te citius nodum expedierit ? quidnam cauſæ ſit, cur, cum Eloquentia, eiuſque ſocia atque adminiſtra DECLAMANDI ratio à Græcis primum culta, & à Romanis excepta fuerit, quæ duæ gentes extra ſe omnes vt Barbaras faſtidirent : inde tamen ad Hiſpanos, mox ad Gallos hic potiſſimum Declamandi vſus, atque etiam Poëtica veluti in coloniam commigrarit? An quia vt rerum & ingeniorum periodi quædam tempeſtiuitatem habent ſuam, ſic & loci mutatione viciſſitudinem expetiuntur? Quemadmodum enim gentium ex aliis in alias ſedes migrationes legimus, ſic & diſciplinæ, artéſque bonæ huc illuc veluti turbine delatæ viguerunt. An quia luxurians Romæ Eloquentia longius ſe diffudit ? Quomodo arbor altas agens radices, ramis opaca, longas mittit vmbras, aut torrens alueo egreſſus proxima quæque vti Ægyptum Nilus, irrigat, An denique quia ad ſummum perducta dicendi vi, flagranteque iam Mariano, ac Pompeiano bellis inteſtinis Italia, iuſtitium fuit, tacuit Eloquentia, quæ vt pacis alumna in proximas terras demigrauit ? Gorgias Leontinus apud Græcos, ponere iubebat, de quo quis audire vellet, & contrarias in partes differendo quo libitum eſſet animos audientium rapiebat. Hunc ſecuta longo poſt interuallo magna Sophiſtarum copia, quos Philoſtratus, Eunapius, & Heſychius Illuſtris celebrant, exſtantque hodie Lucianus, Libanius, Dion Chryſoſtomus, Maximus Tyrius, Ariſtides, Himerius, alij: præceptiones

vero Declamitandi tradidere progymnasmatis, seu primis apud Rhetorem exercitationibus Aphthonius, Theon, & ex Hermogene Priscianus. Romani vero deuictis Græcis, vt armis superiores belli gloriam, sic & disciplinarum laudem Oratoriæ potissimum, & Poëtica quamuis serius ereptum ierunt, acceptaque ab illis fecere meliora. Vnus omnium instar M. Tullius & iuuenis exercebatur assidue ad Eloquentiam, & grandis natu vsum reuocauit. Cumque sit, teste Fabio, Declamatio, quæ Græcis μελέτη est, forensium actionum meditatio, & iudiciorum consiliorumque imago, hoc est, Controuersiarum, ac Suasoriarum tractatio, quibus tanquam pugnæ simulacris quibusdam ad verum discrimen, aciemque iustam assuescimus; oppressa iam ciuilibus armis Rep. hanc Cicero animi auersionem adhibendo, in literasque se, ac Bibliothecam abdendo, & Philosophiam Latinè loquentem fecit, & silentibus ac mutis in foro causis publicis, declamitauit identidem coram Cassio, & Dolabella, vt ad P. Volumnium Eutrapelum scribit: Latine quidem etiam senior, Hircio, & Pansa Coss. quos discipulos, & grandes prætextatos vocabat. Immo ad Præturā vsque Græce declamitauit, vt auctor est Tranquillus, & ipse adeo ad M. Titinium: *Continebar*, inquit, *doctissimorum hominum auctoritate, qui existimabant Græcis exercitationibus ali melius ingenia posse.* Et in Bruto, qui de claris est Oratoribus: *Commentabar*, ait *declamitans sæpe cum M. Pisone, & cum Q. Pompeio, aut cum aliquo quotidie: idque faciebam multum etiam Latine, sed Græce sæpius, vel, quod Græca oratio plura ornamenta suppeditans, consuetudinem similiter Latine dicendi adferebat: vel quod à Græcis summis doctoribus nisi Græce dicerem, neque corrigi possem, neque doceri.* Cn. quoque Pompeium historici tradiderunt sub ipsum ciuile bellum, quo facilius C. Curioni promptissimo iuueni caussam Cæsaris defendenti contradiceret, repetisse Declamandi consuetudinem. In ipsum autem Ciceronem sedecim amplius dies M. Antonius III. Vir R. P. C. quod v. Philippica tradit, in Tiburtino Scipionis assidue declamitauit. Augustus item Cæsar, eorum æqualis ne Mutinensi quidem bello Declamandi vsum omisit, vt idem refert Tranquillus. Ciceronem autem vt tempore, sic & facundia, longo sed proximus interuallo excipit M. ANNÆVS SENECA Rhetor, quem ad te, Lipsi, Notis illustratum adfero. Se enim Ciceronem in illo atriolo, in quo duos grandes prætextatos ait secum declamare solitos, declamitantem audire potuisse testatur, nisi illum natale solum Corduba Patricia Colonia ciuilium Italiæ bellorum caussa continuisset. Viguit itaque etiam inter Iberos bene-dicendi vis, qua & Annæa potissimum familia in Baetica inclaruit, parens, inquam, hic M. Annæus cum liberis ex Elbia coniuge, L. Annæo Seneca Philosopho Stoico, eodemque Tragico Poëta (vt Delrio nostro placet) Annæo Nouato, qui & Iunius Gallio putatur, & Ann. Mela. Nepos quoque ex hoc Mela Ann. Lucanus Poëta grandiloquus fuit. Adhæc L. Annæus seu Florus seu Seneca historiæ Romanæ libris quatuor declamator corpori humano Remp. Rom. comparauit. Declamator item Hispanus M. Porcius Latro, aliique plurimi, quorum Elogia & hic Suetonij exemplo collegimus, & vno quasi fasce colligauimus. Petrum quoque domo Cæsar augusta, in Celtiberia, citerioris Hispaniæ prouincia, circa annum Christi, CCCLX.

vt

vt Rhetorem celebratum video à B. Hieronymo in Eusebiani Chronici additamentis. Quid quæris? patrum memoria Valentini duo gentis Edetanorum, Ludouicus Viues, & Laurentius Palmyrenus Declamationes reliquerunt: hic quidem Senecæ Suasorijs respondentes: ille vero Sullanas, quibus L. Cornelium Sullam, vt se Dictatura abdicare, ac priuatus degere, sine tyrannidis inuidia velit, hortatur. Tertius denique in Carpetanis Ioan. Petreius Toletanus, Poëta, & Rhetor Complutensis: qui has ipsas Senecæ declamationes post Ferd. Pintianum interpolauit. Nam & Poëticam aureo illo sæculo tractasse Hispanos in vulgus notum, cum Cordubenses Poëtæ, licet pingue quiddam & crassum sonantes, grande tamen carmen pangebant. In Gallia deinde Ausonium Burdigala extulit: extulit & multos ab illo, & B. Hieronymo laudatos bene-dicendi Professores, vt & reliqua Gallia complures, qui post C. Plinium Panegyricis floruerunt. In his Latinus Pacatus Drepanius & Nazarius, qui & ipse Eunomiam filiam patri eloquentia parem habuit. Nam L. Plotius Gallus, iam inde à L. Crassi temporibus Latinè dicendi Romæ præceptor: vt, Augusto rerum potito, Votienus Montanus Narbonensis, post à Tiberio in Baleares insulas relegatus: quo etiam imperante Domitium Afrum Oratorem Nemausus & Clodium Quirinalem Rhetorẽ Arelas vrbi dedit. Caligulæ imperio Trogi Pompei pater è Vocontiis claruit. Neronis quoque tyrannide L. Tatius siue Vrsulus, siue Surculus Tholosas Rhetoricam Romæ docuit, eadémque tempestate Iulius Florus patruus Iulij Secundi, eius, quem à facundia M. Fabius mirè prędicat. Huius quoque ęqualis M. Aper naturæ vi atque ingenio excellens. Nec silentio prętereundi Aquitani, Paterius, atque Delfidius acerrimus orator à Marcellino laudatus, Alcimus Nitiobrix, Tiberius Victor, Alethéúsque Burdigalensis. Taceo & à Sidonio Apollinari Aruernos ęquales, clarósque dicendi arte collaudatos. Adeo in exteris regionibus aureo, ac post etiam sequiore sęculo Eloquentia, licet corrupta nonnihil ętatis vitio, viguit. Sed ad SENECAM nostrum reuertor: ad quem cum fieret concursus, ac Thesin propositã declamitando tum Gręci, tum Latini versarent, omnium, vt erat excellenti memoria, Sophistarum, qui in eius ætatem inciderant, dicta velut in thesauro condidit, ad posterósque litterarum monumentis transmisit. Et vero nullum antiquę Eloquentię opus magis referebat integrum inuiolatumque restare, atque hos Declamationum Senecę libros. Verum quę ob acumina accuratissime edi oportebat, seu maiorum incuria, siue temporum iniuria vsque eo deprauata in manus nostras peruenerunt, vt pauci admodum hos libros attingere, in manus sumere, nedum legendo conterere sint ausi: deterriti, credo, infinitis prope cum mendarum monstris, tum lacunis, quibus libri illi cetera diserti & acuti, deformes hiabant. Disertos dixi, quod cum à Cicerone discesseris, nihil illis eruditius, aut elegantius: acutos vero, quod Gręcorum natio hic declamitans subtiliter inuentis ceteros, atque excogitatis argutiis superet. Olim certe Desiderius, & Pintianus Gręce peritissimi è veteribus codicibus, quibus Senecam edolare aggressi sunt, Gręcorũ dictorum nec volam nec vestigium eruere se potuisse ingenue fatentur. Nostri quoque quatuor Codices longe antiquissimi calamo in membranis exarati, adeo Gręcè inepte à librariis scripti erant, vt iutate liqueat ne legere qui-

Senec.

dem, nedum intelligere, ſæculi fortaſſe vitio, ſcribas illos nouiſſe. Ductus tantum litterarum vtcunque ſecuti, non aſſecuti? Longobardicos potius characteres exhibent. Quid ergo? Hariolus itaque fui interdum, & Delium natatorem ad hiatus explendos, vel Oedipum potius, qui ænigmata diſſolueret, adhibui. Sortem denique SENECÆ miſeratus, conquiſiui, fruſtra tamen: vetera exemplaria: quod filij Philoſophi Stoici ſcriptis libris plenæ ſint omnes omnium Bibliothecæ, contra vero nullus Rhetoris codex antiquus inueſtiganti offerretur? tandem Toleti Carpetanorum, cum in eum ſermonem incidiſſemus, Ant. Couarruuias, Didaci frater, excellenti vir & Antiquitatis, & iuris ciuilis doctrina veruſtum mihi codicem vtendum tradidit longe optimum: ex quo eruta Græca nonnulla cum P. Ciaconio homine doctiſſimo communicarat, quæ & in Nic. Fabri I. C. clariſſimi manus, Roma ab amico miſſa, peruenerunt. Mox Tarraconem ad omnis doctrinæ principem Ant. Auguſtinum Archiepiſcopum litteris euocatus me contuli, eiuſque in contubernio ſic hæſi, vt ioca, ſeria, Bibliothecam, atque adeo menſam communem eſſe vellet, vt nunquam niſi doctiorem à ſe dimiſerit, eumque merito parentis loco, dum vixit, vt & funebri laudatione teſtatum reliqui, duxerim. Hic alterum, ſed Epitomes, ſeu Excerptorum vetus exemplar nactus, & maius otium. Notas paullo vberiores conſcripſi, quod M. Ant. Muretum elegantiſſimi virum ingenij hos libros minime attigiſſe, immatura nimirum morte præreptum, animaduertiſſem: neque enim vltimis in terris verſanti mihi in mentem venire potuit, ac ne per tranſennam quidem cognoſcere licuit alios in Gallia, Germaniaque, Annotationes moliri qui tantum abeſt vt luminibus noſtris obſtruxerint, ab edendoque deterruerint, quod præfiſcine apud te liceat, vt crebris etiam literis, quo mea foras darem, ac pæne, conuicio quodam efflagitarint. Quo in numero & doctiſſimus Faber: qui ſcriptis manu exemplaribus deſtitutus, primis dumtaxat editionibus inſtructus, εὐστοχίᾳ tamen ſumma plurima vulnera ſanauit. Comparaui itaque SENECAM denuo, non vno Couarruuiano contentus exemplari, quod Græca ſufficere non poſſet omnia cum tribus vetuſtiſſimis codicibus. Romæ quidem degens, cum Vaticano Pontificæ Bibliothecæ vno de multis optimo, & venerandæ antiquitatis & cum Auguſtodunenſi, quem codicem antiquum quidem illum, ſed notæ non optimæ, Iac. Dalechampius Medicus miſerat: denique Brugenſis hominis eruditiſſimi beneficio quartum nactus, accurate inuicem commiſi, & Græcis Rhetorum dictis lacunas omnes, hiatuſque quoad eius fieri à me potuit, expleui, conſultis etiam interdum doctiſſimis amicis. Dehinc laborem noſtrum in Galliam miſeram Lugdunum Seguſianorum. exortoque iam florentiſſimo in regno fœderato bello Rothomagum partus abripitur, indeque in patriam tandem maritimo itinere delatus, vt belli flammam, ſic naufragium vix euaſit. Poſt in Germania lumbifragium metuens, propius factum eſt nihil, quam vt domuitionem parans in plagiarij manus incideret apud Noricos, aut funditus periret. Tandem aliquando, te hortante maxime, LIPSI, exire patiar nominis tui auſpicio, quæ ſedecim annis, & quod excurrit, perpetuo preſſerā, diutius ſane quam vel Panegyricum Iſocrates, aut Cinna Smyram domo aſſerua-

asseruarunt. Quodque mihi, & interiorum harum litterarum & auctor verbo, atque Epistolis? δᾳδοῦχος vero exemplo existeris, & coniecturas quasdam nostris addendas perhumaniter suppeditaris cum eos libros attingere te nolle affirmares, profecto iusta caussa visa est in tuo nomine hæc euulgandi: cum & Martinus Delrius Collega meus, multæ homo lectionis suas in Senecam Tragicum δωτιεράς φροντίδας, tibi inscribendas existimarit: Tu denique L. Annæum Senecam, Stoicum Philosophum egregie ornandum susceperis: vsque à capite Stoicæ familiæ dogmata cum Physica, tum Ethica arcessens hæc quidem ex Epicteto, eiusque interpretibus Arriano, ac Simplicio, Plutarcho item aduersus Coloten, Musonio apud Stobæum, Ciceronis Paradoxis: illa vero ex Cleomedis Meteorologicis, vtraque autem ex Seneca ipso, & Epitomæ viceè Diogenis Laërtij Zenone reuocans. Quo fiet, vt Gallia nostra, pro dolor,

Belgica, ciuili nimium quassata tumultu,

Senecas duos illustrare tubas inter & tympana conata esse videatur: Tu, Belgij ocellus filium, Stoicum Philosophum, Martinus Delrius eundem Tragicum; nos denique parentem Rhetorem, fatali quadam συμπαθείᾳ, & cum pari, tum dispari vtriusque casu. Illi senectus oculorum aciem retuderat, aurium sensum hebetarat, memoriamque fidam nimium quantum antea afflixerat, ipse quoque nuper ab oculis æger laborare cœpi siue ætatis malæ id vitium est, siue lectio assidua luminis aciem hebetauit: Sic contra audio bene, memoriaque in primis viget. Testabuntur id fortasse *Vitæ comparatæ Aristotelis ac Demosthenis* nuper auspiciis M. Velseri V. CL. communis amici euulgatæ. Quamobrem te etiam atque etiam rogo obtestorque, LIPSI, vt has nostras vigilias æqui boni pro vetere nostra necessitudine facias quia amicorum me vetetrimum appellare iucunde soles, sinasque hanc

Inter victrices ederam tibi serpere lauros.

Equidem meas lucubrationes, quales eæ cumque sunt, libentius docto viro consecro dedicoque, quam τηλαυγεῖ προσώπῳ vt Pindari Dithyrambico verbo vtar, quod hic lauder quidem, præterea nihil; ille vero vt intelligere, sic & de ingenijs existimare, calumniasque refellere & velit, & possit. Vale. Antuerpiæ. CIↃ IↃ CIII.

I. LIPSIVS ANDREÆ SCHOTTO V. REV. S. D.

TRISTIS *legi de oculorum inualitudine: etsi nolim, Hercules, te eâ re tristem. Quàm ab honesta caussa contraxisti! Studia, & perpetuo discendi docendique cupiditas vitium & tabem hanc attulerunt: vt nec meminisse eius poßis, nisi optimi vna in remp. litterariam animi operaque. Lacæna illa ad filium ex vulnere claudicantem*: Macte, gradum non pones sine memoria virtutis; *Idem in te. Oculi cum negabunt, merita succurrent delinquentiæ eius caussa. Illud te serio hortor, imo & rogo, vti, dum Sol nondum plenè occidit, ea, quæ scriniis tuis affecta habes, perficias, & emittas in publicam lucem & bonum. Scio pluscula tibi esse. certe de* SENECA *patre cur omittas aut tardes? Vtile illud ad eloquentiam scriptum est, & quod in vno velut corpore præfert tot membra veterum Oratorum. tuus autem in eo labor vetus, & mihi notus visusque olim & laudatus. Quin multa etiam addideris, nec ambigo. quando enim tu cessas? Itaque nostrâ & iuuentutis caußâ hæc ede: tum & tuâ, quia gloria te manet, audacter me spondente. Etsi vitæ & votorum tuorum modestia non eo adspirat: sed tamen si hanc negligis, nos vide. Vide & Belgicam, in quâ cum vno iam aut altero hoc agis; & abit à nobis, mi Pater, in temporum malitiâ aut ferociâ, melior illa omnis mitiorque musa. Clausula est, ne claude hæc tua:*

Parcentes ego dexteras
Odi, sparge rosas:

quæ suauiter nos, & posteros recreent ac delectent. Vale, Louanij, VII. *Kal. Mart.*

ANDR. SCHOTTVS.

ANDR. SCHOTTVS CANDIDO LECTORI S.

DE AVCTORE, ET DECLAMANDI RATIONE.

MAGNVM ingenium M. ANNEI SENECÆ Rhetoris [illegible]matumque iudicium; maxime vero excellens Memoria fuit: quæ ex Stoicorum sententia, rerum est præteritarum, ; comprehensarumque perceptio: cuius excolendæ gratia Pythagorei, quid quoque die audiissent, vidissent, legissent, vesperi commemorare solebant: qua omnem scientiam Plato (quam recordationem esse definiebat, tabulæ, corporis mole oblireratæ, mentem comparans) contineri existimabat. Hæc fida custos, thesaurusq; rerum omnium, cùm Philosophiæ, & Iurisprudentiæ, cuius propria ea esse creditur; tum vero maxime Oratoriæ est necessaria: quod inuentis, excogitatisque rebus, & ordine collocatis, verbis denique electis; omnia, etiam præclara, sine memoria sint peritura. Eam vero memoriam fuisse suam Seneca prædicat, quæ non ad vsum modo sufficeret, sed in miraculum vsq; procederet: nec tantum ad complectenda, quæ vellet, velox esset, sed ad continenda etiam, quæ acceperat, fidissima. Equidem dum Annales veteres euoluo, Cyri memoriam quamilitum omnium nomina tenebat, celebratam memini, Cineæ quoque Pyrrhi regis legati, qui S.P.Q.R. absque nomenclatore suo quemque nomine appellabat: Simonidis, qui primus Memoriæ, qua plurimum valebat, artem protulit: Themistoclis, qui nihil vnquam audiuit, quod non memoriæ penitus insederit: Hortensij denique qui ea, quæ secum commentatus esset, sine scripto, verbis iisdem reddebat: tamen haud scio, an cuiusquam tam excellens Memoria, quam cum SENECÆ nostri componere aut possim aut debeam, qui duo millia nominum recitata, quo ordine erant dicta, reddebat: quæque audisset, & memoriæ mandasset, ea facillime referebat. Cui nos quidem thesauro Suasoriarum hasce Controuersiarumque Declamationes acceptas referimus: quod quæ iuuenis memoriæ credidisset, & tanquam depositum reliquisset, Sophistarum, & Rhetorum sui temporis, diserte, breuiter, & acute dicta, ea senex ruminarit, atque intermissa longo post tempore reuocarit. Eandem senij vitio, vt fit, debilitatam queritur in librum IV. Controu. præfatus. Cuius rei vel illud argumēto est, Controu. XXIV. Thucydidis locum cum Sallustio eius æmulo compont, cum tamen Demosthenis locum hunc ex Olynth. II. subiciat: *αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκαλύψαι, καὶ συσκιάσαι τὰ τοιαῦτα ὀνείδη.* Historicorum vero Græcorum principis verba sunt, à nemine, quod equidem sciam, cum Sallustianis illis: *Secundæ res mire sunt vitijs obtentui*, cōparata libro III. belli Peloponesiaci in oratione Cleonis, vsu venire ciuitatibus, præsertim iis, quibus breui, ex insperato felicitas obtigit, vt ad insolentiam conuertantur. Sed Græce hæc ille disertius: *εἴωθε δὲ τῶν πόλεων, αἷς ἂν μάλιστα, καὶ δι' ἐλαχίστου ἀπροσδόκητος εὐπραξία ἔλθῃ, ἐς ὕβριν τρέπειν.* Verum magnis ingenijs huiuscemodi *μνημονικὰ ἁμαρτήματα* identidem accidere nemini mirum videri debet, cum & in ingeniorum principis Aristotelis Ethicis, Nicomachijs, & in M. Tullio, & aliis interdum *ἁμαρτήματα* Critici obseruarint: qui quidem Scriptores veniam à nobis eo citius impetrabunt, quo nostris etiam erratis impetremus. Seneca quidem noster eo facilius, quod in Thucydidis vestigiis oratorum ille princeps pedem sic posuit, vt quo exprimeret, quem ad imitandum proposuerat, promtius, octies sua manu transscripsisse Thucydidem auctor sit Lucianus Samosatensis, & Agathias Smyrnæus.

Ex editione Commelimana anni cIↃ. IↃ. cIII.

Quanquam autem senilis ætatis vitio collapsam eandem ac debilitatam querator, temporis tamen diuturnitas, quæ etiam solidissima quæq; corrumpere & vastare, labem omnibus perniciemque adferre solet, longe maiori his libris calamitati fuit amissis pluribus vel temporis iniuria, vel maiorum incuria Controuersiis: Græca vero acute dicta, quibus ea natio ceteris omnibus semper antecelluit, quod sequioris æui ignorantia legi, & intellegi ea non possent, tot tantaq; perierunt, vix vt hactenus

pristinum decus libri, ceteroquin eruditionis pleni, tueri potuerint, hiatibus denique ac labe deformes, plerosque dicendi studiosos à lectione deterruerint. Cuius, tanquam vitium ducentis parietis, adeoque ruinam minantis ædificij, cum me aspectus ad commiserationem cōmouisset, qualemcumque opem rutis, cæsis, studio, diligentiaque adferre conatus sum. Fulcra igitur, & sublicas apponere, & hiantia loca explere de librariorum imperitorum litteris Gothicis potius quam Græcis, tentaui, præeunte & hortante maxime Ant. Couaruuia I. C. singulari & humanitate & doctrina prædito, qui mihi peruetereum librum longe optimum bono publico libenter vtendum dedit: post etiam donauit. Inspexeratque antea Pet. Ciaconius Toletanus, homo doctissimus: à quo & pauca Græca inde eruta, & cum eruditis Gallis Romæ communicata in manus Nic. Fabri I.C. doctissimi venerant. In quo quidem cum ijs, qui hactenus in vulgus editi sunt, comparando, mox & cum Augustodunensi, ac Brugensi exemplaribus quæ amicorum beneficio nactus essem, Vaticano item melioris notæ committendo, quantum mihi tædij absorbendum fuerit, facile intelligent, qui in eadem ipsi veteres scriptores emendandi palæstra vtiliter aliquando desudarunt, quos eo mihi æquiores, si quando me fugerit ratio (homo enim sum) ob benemerendi studium, fore confido. Quas quidem variantes scripturas, de quatuor veteribus libris membraneis, totidemque primis editionibus, & coniectanea non margini appinximus, ne legentibus impedimento essent, sed in commentariom ad calcem reiecimus, librorumque ac controuersiarum diuisionem ab ijsdem codicibus, non à recentioribus mutuari placuit. Quinque enim non amplius integrarum Controuersiarum libri sunt cum procemijs, Controuersiæ vero XXXV. continenter collocatæ: non secus atque epistolæ L. Annæi Senecæ CXXV. libri autem XXII. Græca autem nunc primum addita in eorum gratiam, qui Græcarum litterarum rudes sunt, Latine vtcunque reddita ad calcem adiecimus, eo consilio, vt in conspectu sint, quis enim transmarinam illam Ve[illegible]m acumine, consequatur? Notis autem vberioribus obscura quæque ac corrupta, qua explanar[illegible] emendare, quoad eius fieri potuit, visum est. Minuta tamen non appendere, sed in contextum recipere libuit. Sordidi enim & angusti est animi, nihil nisi ad calculum amicis dare, & quidquid dederis, accurate nimis in libros rationem referre. Lubrica autem & fescēnina, si qua, vt in profanis auctoribus accidit, occurrant, ea data opera silētio præteriri, vt legi nolim, nedum intelligi, ne in ætatis flexu, iuuentutis mores (cuius maximam habendam esse rationem existimaui) pessum eant: quemadmodum & prauis corrumpi colloquiis Menāder comicus censuit, & ciborum ritu in mores abire lectionem Appollonius Molo apod Theonem tradidit. Sophistarum quoque Elogia Græcis, Latinisque scriptoribus, potissimum vero è *Seneca* nostro, quin & Poëtarum, ac Philosophorum, præcipue vero Rhetorum, eo consilio collegimus, ne in notis iterare eadem vsque ad fastidium cogeremur. Nunc de auctore, more, instituroque maiorum, mox de Declamandi ratione, breuiter agendum esse videtur. Ambigunt enim Critici, variantesque ad nostrām vsque memoriam sententiæ circumferuntur. Diribitoris igitur more, suffragia, si fas, ordine colligam post doctissimum Lipsium, Belgij nostri ocellum, qui, vt nemini est pusillulum modo humaniori ignotus, ita nuper libro Electorū priore eam tulit Senatus princeps sententiam, vt qui deinceps in alia omnia concedat, eum hospitem admodum esse in his interioribus litteris cæcumque necesse sit. His adiiciam, si potero, vsu pridem lectioneque obseruata. Primus, iam inde à retractis è fuga maiorum nostrorū memoria litteris & disciplinis, Xicho Polento, nescio quis, eumque secutus Rod. Agricola Frisius, qui aliquot Declamationes Scholis, vt temporum Genius ferebat, illustrauit, *L. Senecam* Philosophorum, & oratorem, eundem esse censuit: cuius tres filij Nouatus, Mela Lucani poëtæ pater, & Seneca, solus ille Latinorum, qui exstant, Tragicus. Sed errat, mea quidem sententia, ignoscant modo, quos non sollicito, Manes Agricolæ viri optime de litteris meriti, quod ex Italia disciplinarum parēte princeps in Germaniam, depulsa barbarie, vel Hermolai Barbari, bone Deus, quanti viri, elogio, litterarum lumen attulerit.

Auia Pieridum peragrans loca, nullius ante
Trita solo.

Raphaël vero Volaterranus primus ad verum euasit, eumque secutus And. Alciatus I. C. insignis; cuius è ludo, tanquam ex equo Troiano, meri Heroes prodierunt, Declamationum hos libros patris esse, non filij Philosophi Stoici admonuit lib. IV. Παρέργων, cap XIV. Quin Tragicum & Philosophum eundem esse iudicauit: quod & apud sæculum prius Franc. Petrarcham, repugnante Boccatio in litteras misisse inaudiui, tueturque diserte Martinus Delrius collega noster doctissimus. Sed Agricolam, omnesque qui vitam L. Senecæ concinnarunt, vel temporis ratio facile refellit. Quare vt liberalis Censor *Senecam* alterum addens, recipiam in censum ac natalibus restituam, & illustrem illam doctis disertisque hominibus Annæam gentem augebo. Principio, vt hinc ordiar, incredibile dictu centum & viginti annos natum Senecam sibi constitisse, memoriaque quam (vt diximus) tantopere prædicat, valuisse. Quales μακρόβιοι vix singulos singulæ ætates ferunt: nec apud Lucianum, Phlegontem Trallianum, Plinium, Censorinum, Geographosque inter prodigiosos illos longæuos reperias: ac ne apud Trebellium quidem Pollionem, qui & Moysem in longæuis numerat. Deinde vt inofficiosus eum Plinius inter longæuos præterire minime, vel memoria labi, potuit, qui æqualis illius fuit: cum & alibi in re minima *Senecam* nominet: præcipue vero libro XIIII. cap. IIII. *principem eruditionis* appellans, eaque potentia, quæ postremo nimia fuit, rerumque inanium admiratorem fuisse negat. Meminit & libro VII. L. Fullonium Saturninum, ætate proximum, qui omnibus quos in Senatu sententiam rogauerat, superstes fuit. Verum enimuero, vt corpora iam inde ab Heroicis illis

Lib. Anthropol. XIX.
Luc. in Macrobijs Phlegon de longæuis. Plinius l. VII. *cap.* II. & XLVIII.
Censorinus de die Natali cap. XV.
Strabo, Mela, Plinius & Solinus,
Treb. Pollio in vita Claudij Iuuenal. Sat. XV.

illis temporibus indies magis magisque decrescere cœperunt, sic & vitæ curriculum citius solito
interrumpi re ipsa experimur, adeoque imbecillam atque æui breuis esse naturam humanam,
vt rarus admodum sit, qui ad octogesimum vsque ætatis annum vitam produxerit. In reliquo *Psalm.*
deinceps, vt Propheta Regius ait, vel in nimis potius vitæ cursu, *labor*, & *dolor*. Nota in vul- LXXXIX.
gus vetus illa Theophrasti querimonia, cum Natura expostulantis, brutis animantibus, quorum *Cicero Tus-*
nihil interesset, longum, homini vero breuem admodum vitæ terminum circumscriptum esse. *cul.* III.
Sed eleganter de humanæ vitæ breuitate Aristoteles, Sallustius in prooemio belli Iugurthini, atque
adeo L. Seneca ad Paulinum disseruerunt, & ex Mathematicorum disciplina in Claudij Imp. vita III.
idem Trebellius Pollio. Adhæc phthisi contabescentem Senecam Philosophum, eoque nomine
cædi C. Caligulæ Imp. quasi mox exspiraturus esset, subductum, vt auctor est Dio libro LVIII.
centesimum annum, & quod excurrit, attigisse quis credat, Cuius periculi ipse meminit, sed
subobscure, Præfat. lib. IIII. Natur. Quæstion. Idem vero Epist. ad Lucilium CIX. (vt anno- IIII.
rum rationem subducere incipiam) sic de Iudaica religione. *In Tiberij*, inquit, *Cæsaris principatum iu-*
uentæ tempus inciderat: alienigenarumque gentium sacra mouebantur: sed inter argumenta superstitionis ponebatur
quorundam abstinentia. Patre itaque meo rogante, qui non calumniam timebat, sed Philosophiam oderat, ad pri-
stinam consuetudinem redij; nec difficulter mihi, vt inciperem melius cenare, persuasit. Id vero factum Taci-
tus extremo Annali secundo in Tiberij sextum annum, vrbis vero conditæ septingentesimum
septuagesimum secundum retulit, M. Silano L. Norbano Coss. Atqui viua Ciceronem voce de-
clamantem Declamator noster audire se potuisse affirmat, in illo atrio, in quo duos grandes præ- *Li. de claris*
textatos secum declamare solitos ait M. Tullius: quos Suetonius Tranquillus, Hirtium, & Pan- Rhetori-
sam nominat. Cicero vero libro IX. ad Papirium Pætum: *Hirtium*, inquit, *& Dola[illegible] dicendi* bus.
discipulos habeo, cenandi magistros. Puto enim te audisse illos apud me declamitare, me apud eos cen[illegible] Et mox: *Lib. IX. ep.*
Tu istic te Hateriano iure delectato, ego me hic Hirtiano. Et rursum: *Veniunt qui me audiunt, qua[illegible]ctum homi-* XVI.
nem, quia paullo sum, quam illi doctior. De hac consuetudine idem lib. VII. extremo earum, quæ *Epi.* XIIII.
ad familiares sunt, epistolarum scribit. Et filius ipse [illegible]ni lib. XVI. patris credo exemplo inci- *Epist.* XX.
tatus: *Declamitare*, inquit, *apud Cassium, Græce constitui, Latine autem apud Brutum exerceri volo.* Sed hinc
priusquam abeam, illud curiose obseruandum duxi, vt Ciceronis æqualem Senecam, sic & illud
commune habuisse: Matrem nimirum M. Tullij *Elbiam*, siue *Heluiam* esse dictam, vt in Chronicis
Eusebianis, & Pauli Diaconi ad Eutropium additamentis, & à Plutarcho in Romanis quæstio-
nibus appellatur: nam in vita eius male hodieque Ολβίαν, pro Ελβίαν edunt. Sic & Annæi Sene-
cæ Philosophi matrem Senecæ nostri vxorem *Helbiam* dictam, in antiquis quidem, & opti-
mis membranis; non, vt vulgo editur, *Albinam*, ad quam & filij Consolatio, seu in aduersis al-
loquium, circumfertur. Patriam quoque *Cordubam* habuisse, quæ Bæticæ vrbs Patricia col. in-
digetatur. Verum ad rem vt redeam, ne summo iure cum aduersarijs agere, & ad viuum reseca-
re omnia videar, demus annos minimum decem natum Rhetorum Cordubensem, eo nimi-
rum anno DCCX. post V. C. quo Cicero ab Antonio est interfectus: excurrent, nisi me calculus
fallit, ad Neronis imperij vndecimum, qui est DCCCXVIII. centum & duodeviginti anni. Ve-
rum ad Tiberiani imperij sextum, quo exacti Italia, in Sardiniamque pestilentem insulam depor-
tati Iudæi, absunt minimum anni duo & sexaginta: quam quis, obsecro, *Iuuentam* & non potius *Se-*
nium, malam fessamque ætatem appellet? Equidem non inficior, adolescentes quosdam ad tricesi-
mum vsque à Cicerone appellatos: sed qui alterum tantum, & quod excurrit, attribuat, arbitror
fuisse neminem. Sed agite. quoniam iacta est alea, & cum peruicacibus nobis res est, plura, ne tam
numerare, quam momenta rationum appendere videar, argumenta proferamus.

In eadem illa ad Lucilium epist. Tiberij se imperio Romæ fuisse ait: non igitur in colonia Cor- V.
dubensi perpetuo se continuit, in ipso bellorum ciuilium furore: Quod tamen *Seneca* nostro de se
Præfat. Controuersiarum affirmanti credere cogimur. Tacitus præterea Annali XVI. *A[illegible]ans* VI.
inquit, *Mela eques Ro. dignitate Senatoria, quibus Gallio, & Seneca parentibus natus, petitione honorum ab-*
stinuerat, per ambitionem præposteram, vt eques R. Consularibus potentia æquaretur. Fatetur idem, Sene-
ca hic Rhetor Annæum Melam filium compellans, Prooemio altero Declamat. quæ Corne-
lianis ita respondent, vt ne ouum quidem ouo magis sit simile. Idem testatur & Seneca Philoso-
phus de fratre Mela, initio eius, quæ alloquium continet, Consolationis ad *Elbiam*, vulgo *Al-*
binam matrem. Orator itaque noster filium Annæum Melam appellat, quem Philosophus fra-
trem, item & Tacitus: ex quo efficitur non eundem Declamationes, & epistolas, ceteraque con-
scripsisse. Sed ne quis tergiuersandi locus relictus esse videatur, magnum & illud apud me VII.
pondus habet, quod idem refert Corn. Tacitus Annali XIIII. cum à Nerone Philosophus mis-
sionem flagitaret, ac se inuidiæ ex immensis opibus contractæ subducere vellet, sed inuidiam
tantum deprecatum esse. Cui callide Imperator: *Verum*, inquit, *& tibi valida ætas, roburque &*
fructui rerum sufficiens: & nos primi imperij spatia ingredimur. Non igitur centesimum iam annum, VIII.
quæ silicernij ætas est, excesserat, ac ne attigerat quidem. Stylus denique Criticis vt M. Varro
in apud Latinos in Plautinis fabulis diiudicandis: apud Græcos Aristarcho in Homericis discer- *Agellius l.*
nendis, non falsus de scriptis aliorum æstimandis auctor: stylus, inquam, vtriusque Senecæ Mar- III. *cap.*
ci & Lucij tam dissimilis, vt vel hoc vno argumento diuersos esse animaduertat, quisquis erudi- III. *Noct.*
tas aures consulere vult. Hic enim concisus sibique cohærens declamitat: ille sine calce are- *Attic.*
næ instar commissiones meras componit, vt Caligula Imp. iudicauit, & desultorio more in vitia
stomachatur. Hic iocis interdum, salibus, dicteriisque M. Tullij oratoris vrbani exemplo indulget:
ille semper seuerus, ac veluti Cato tertius Stoica grauitate sui similis. Hic ingenij notas, ille iudicij
præfert. quanquam & noster iudicat de aliorum scriptis dictisque extra caussam vere, & audacter;

Quæ cum ita ſint, non idem Rhetor eſt, ſed pater, & Philoſophus, qui illius filius. Vt mortuus hic noſter Tiberio, vel Caligula, aut denique Claudio imperante videatur, modo ne in Neronis tyrannidem incidiſſe affirmes.

Obiiciet contra acutior aliquis Senecam ipſum inter Declamatores M. *Lepidum*, virum egregium, Neronis præceptorem hic laudaſſe: vnum igitur eundemque videri, & Philoſophum, & Oratorem. Quod mihi quidem in mẽtem venit, breuiter in medium adferam: Suo ille ſe gladio iugulat. Si enim Neronis Tyranni, eius qui in Chriſtianos ſæuiit, præceptorem nominare L. Seneca voluiſſet, ſe ipſe nominaſſet: qui præceptis Eloquentiæ, & morum grauitate primam Imp. ætatem informauit: vt Tacitus ad initium lib. XIII. Annalium tradit. Quare vel *Tiberij Claudij Neronis*, qui Liuiam duxit, vel potius filij, qui poſt imperium adoptione Auguſti eſt conſecutus, præceptorem Lepidum videri aio: quod eius ante imperium, gentis Claudiæ proprium Neronis cognomentum fuerit, vt Aurelij Victoris noſtri Epitoma teſtatur. Cui vel illud argumento eſt, ob vinolentiam (de qua Plinius extremo lib. XIIII.) eum qui *Tiberius Claudius Nero*, erat, per iocum, *Biberium Caldium Meronem* vocatum. *Neronem* autem Sabina lingua fortem, & ſtrenuum ſignificare auctor eſt Tranquillus & Agellius. Itaque ex Claudijs, quos à Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia atque præſtanti fortitudine, *Nero* eſt appellatus: & Horatium lib. IIII. Carm. de Druſi filiis Neronibus, ad nomen vocisque etymon alluſiſſe quidam monuerunt. Sic enim ille:

Cõtrou. XI. & præfat. li. IIII.

Noct. Atticarum lib. XIII. cap. X.

— Quid Auguſti paternus
In pueros animus Nerones:
Fortes creantur fortibus, & bonis
[illegible] iuuencis, eſt in equis patrum
[illegible]tus.

Eo itaque libens in eam cum doctis hominibus ſententiam, vt Neronis Druſi, præceptor M. Lepidus extiterit, quem cum Scauro declamaſſe Seneca, & Corn. Tacitus lib. II. & Cn. Piſoni cædis Germanici reo adfuiſſe tradunt. Venio ad alteram promiſſi partem.

Declamatio nihil eſt aliud, quam oratio ſcholaſtica, quæ ſit forenſium actionum meditatio, qua ad pugnã forenſem, velut præpilatis exerceri olim ſolebãt. Græci à cura & meditatione *μελέτας* vocant. Sic fere Fabius. Seneca alibi aliter ait declamatum ante Ciceronem, aliter à Cicerone, aliter à poſteris: quod ſtudium ait poſt ſenarum, & *Declamationis* nomen negat ante Ciceronem, & Caluum lectum. Eius ſtudij inuentionem Fabius Demetrij Phalerei ætati, aut illi ipſi tribuendum putat, fortaſſe Demochari ex Cicerone. Primum vero eius profeſſionis magiſtrum Romæ Suetonius L. Plotium inducit, quem & inſignem maxime fuiſſe Fabius commemorat.

Idem lib. X. primũ clari nominis profeſſorem facit Porciũ Latronẽ. Cui tamen quattuor, aut quinque præponũtur à Suetonio. M. Tullius apud eundẽ dolet ſibi non licere exerceri apud Plotium, auctoritate eorũ qui dicerent Græcis exercitationibus melius ali ingenia: Aſiatica igitur illa ratio Plotij Galli. Cuius tamen non Democharem, neque Demetrium, ſed Aeſchinem facit auctorem Philoſtratus, idque Rhodi, & eam iam ruere ſua ætate lætatur Dionyſius Halicarnaſſeus reuiuiſcereque alteram illam Sophiſticam *φιλοσοφουμένην*, cuius parentem facit Philoſtratus Gorgiam.

Quinctilianus duos tantum gradus facit, antequam in forum prodirent, vnum *Progymnaſmatum*, cum dialecticis argumentis: alterum *Declamationum*. Suetonius tres, *Progymnaſmatum* vnum, alterum *Controuerſiarum hiſtoricarum*, aut *verarum recentium*, tertium *fictarum*, Auctor libri de cauſis corruptæ Eloquentiæ, ſiue Tacitus, ſiue potius Fabius eſt, videtur, ſi attente legatur, *Declamationes à Suaſorijs & Controuerſijs* diſtinguere quod nec à mente Quinctiliani in Inſtitut. abhorret. Philoſtratus etiam *τὰς διαλέξεις καὶ αὐτοσχεδιάσματα* ſeparat *ἀπὸ τῶν μελετῶν*. Singulari itaque libro *Suaſorias* Seneca, quinque vero libris, vt olim, & nos nunc diſtinximus, *Controuerſias* complexus eſt. Ex his excerpta quædam, & centonum ritu conſarcinati *ἐν ἐπιτομῇ* libri decem. Quorum quinque, tertius nimirum, quartus, quinctus, ſextus, & octauus earum, quæ interciderunt Controuerſiarum, Declamationes ſunt. Reliqui vero quinque, earum quæ extant. Quam nos Declamationum *Epitomen* ſeu *Excerpta* nominamus. Propius autem factum eſt nihil, quam vt de Græcis Thomam Magiſtrum imitatus, titulis inter ſe diuerſas *Controuerſias* citarim, non numero aut libris diſtinguẽs, vt Græcas ille Libanij Declamationes *ἐπιγραφαῖς* in ſuo Atticorum nominum Lexico in teſtimonium perpetuo aduocat. In *Suaſoriis* autem eo longiores, contra atque propoſitum mihi, Annotationes euaſerunt, quo maior ex his vtilitas emerget, iis præſertim, qui ſe ad M. Tullij lectionem, præcipue diuinæ illius, vt Satyricus vocat, Philippicæ voluerit, (velle autem omnes debent) conferre: tametſi Vopiſcus in Numeriano *Declamationem* Tulliano ſtylo opponat. Has vero *Controuerſiis* cenſui anteponẽdas, quãuis ſe poſt ſcripſiſſe Seneca ſignificet, quod vt faciliores, pueris primum proponerentur, vt ait idem ſcriptor de cauſis corruptæ Eloquentiæ. Ariſtoteles tamen libro III. Rhetor. *τὸ δημηγορεῖν* facit difficilius *τοῦ δικάζεσθαι*.

Ceterum in his Declamationibus tanquam pugnæ ſimulacris, ad verum diſcrimen, iuuentus olim diligenter ingenti emolumento exercebatur, vt ex vmbratili ſtudio in lucem ſolemque prodiret, & à fictis ad ſerias cauſas liteſque forenſes aliquando tranſiret. Iuris igitur conſultis, vel Alciato teſtante perutilis hæc tractatio, in qua diſerte multa, & acute de legibus cauſſiſque, & negotiorum euentis diſputantur: ne rerum gerendarum omniſque Antiquitatis rudes *Leguleij, rabulæ forenſes, & vultures togati* potius, quã Iuris Sacerdotes appellentur. Oratori quoque futuro neceſſarij maxime hi libri: ſiue ſermonis venuſtatem, ſiue acumen, ſeu rerum inuentarum copiam ſpectes. M. enim Tullius ad Præturam vſque vt nemo diutius, Romæ aſſidue, Rhodi etiam Græce apud Molonẽ declamitans, Senex eandem illam exercitationem, cum iam occupata à Cæſare Reſp. in otium litteraſque ſeceſſiſſet coram ſummis viris, vt ex Suet. Tranquillo ſupra docui, reuocauit: quod *γεροντοδιδάσκαλον* paulloque eruditius

And. Alciatus lib. IV. Parergon cap. XV.

tlus fuisse dicendi genus ait, lib. III. ad Q. fratrem, & Tusculanas disputationes (cum ponere quemque iuberet, de quo audire vellet) *senilem declamationem* sæpius appellat. Scripserat & iuuenis volumen Procœmiorum, ex quo eligere se solitum, cum aliquod προγύμνασμα instituisset, T. Attico scribit libro XVI. & Demostheni προοίμια δημηγορικὰ attribui video: falso, vt putant Critici: aut si Demosthenis sint, ab eo edita, cum Pythonem Byzantium admiraretur. Ciceroni vero Asiatico nihil aptius. Verum enimuero declamitādi hæc ratio vitio generis humani, vt fit, degenerauit, cum ad plurimos eius vtilitas pertineret. Abiit in vitium, & ad summum euecta, mole laborans sua, corruit, dum vel extra nimis declamitando consectarentur, vel in scholis velut ad Sirenæos scopulos consenescerent, omnemque ætatem ibi, sua tantum admirantes, consumerent. Hinc Sophistarum appellatio, laude prius digna, post in odium vertit: quod ex ea quæstum iam, vt auctor est Aristot. sordidi homines quærerēt: quorum nomina Laertius, Philostratus, Eunapius Sardianus, Suidas, & Hesychius, Illustris, vt nomēclatores dictant: extantque Græce, quod eruditi sæculi nostri felicitati imputandum censeo, Luciani Somosatēsis, Libanij Sophistæ, Dionis Prusei cognomento Chrysostomi, Theonis in Progymnasm. Aristidæ, Synesij, Themistij, Polemonis, Himerij, aliorumque disertæ Orationes, Declamationesque. Quin & Philosophorum scholas, optima quæque cauillando, ea labes occupauit: quorum laqueos reprehensionesque eludere, & tecto, quod aiunt, discedere latere, singulari libro περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων Peripateticæ scholæ Princeps docuit, vocatque τὴν σοφιστικὴν φαινομένην σοφίαν, οὖσαν δὲ μή· καὶ ὁ σοφιστὴς χρηματιστὴς ἀπὸ φαινομένης σοφίας, ἀλλ' οὐκ οὔσης. Exagitat eosdem & Plato, & Isocrates: apud Latinos vero Tacitus Cornelius, siuè is potius Fabius est, Petronius Arbiter, Ammianus Marcellinus, ceterique insectantur: Vtrique Sophistæ dicti, & idem sæpe, genere tamen professionis dissimillimi & origine. Nam Philosophastri & ἀμφοτερογλώσσους: à Zenone Eleate appellati, & ἐν τῷ δοκεῖν διαλέγεσθαι: *Rhetores* ab Empedocle, & ἐν τῷ λέγειν: Quamuis vero vterque è Parmenidis schola profecti, Zeno tamen hausit inde discidium illud τὸ αἰδέσιμον ἐν λόγοις. Vnde origo τῆς ἀδολεσχίας διαλεκτικῶν. Empedocles vero poetica pigmenta, à quibus primam vetustissimæ Eloquētiæ manasse originem Strabo refert. Latini vero Græcorum æmuli, post, sed longo interuallo, pedem in his vestigijs posuerunt: & aliquandiu intermissa Declamandi ratio reuocata est sub Nerone, Vespasiano, & Domitiano. Inclinante enim imperio, paullatim etiam eloquentia degenerauit. Cœperat quippe, oppressa orandi in foro libertate, dicendi pariter vis, & facultas.

in peius ruere, ac retro sublapsa referri.

Tum Porcius Latro ceteris præstantior, & M. Fabius senior, homines Hispani mirifice à Seneca hic laudati viguerunt. Huius primum à Thadæo Vgoleto Parmensi, à Pet. Ærodio, nuper etiam à Pet. Pithœo I.C. insigni in Gallia XLV. (quæ de CCCXC. fere reliquæ sunt) editæ Declamationes circūferuntur: de quib. & Io. Ant. Cāpani iudicium extat non contemnendum. Item Calpurnij Flacci Declamationes eiusdē Pithœi beneficio publici iuris factæ. Quæ enim Oratoris Quinctiliani Institutionibus vulgo subiiciuntur, adeo ieiunæ sunt, atque à rebus, quib. Rhetor ille abundauit inopes, vt aratoris potius, quam oratoris esse, nedum eius, qui bene dicendi præcepta iucundissimo stylo acerrimoq; iudicio pertractasset, audaciter olim Philelphus iudicarit. Apage sis igitur, cum his ineptis λόγοις, qui Volusij Annalibus, aut Antiphōtis libris Somniorum plenis nihilo sint meliores, quos legere nemo sustinet, nisi qui & otio, & litteris abuti velit. Quasi vero, cui alius tanquam digito parandæ Eloquentiæ viam fontesque commode ostenderit, ingredi ipse & haurire non potuerit? Cæci igitur de cæcis legant, per me licet. me sane riualem non habebunt. Verum ne quid dissimulando præuaricari videar, in eo scriptore variant Critici. Trebellius enim Pollio refert Postumium iuniorem ita disertum fuisse, vt cum eius Controuersiæ acutissimis Quinctiliani insererentur, non esset facile illas internoscere. In veteribus libris *M. Floro* inscribi, sunt qui in varijs affirment. Amplandum igitur, nec tanti ea res, ob quam deseri vadimonium debeat. *Iac. Durantius lib. II. Variarum cap. XVII.*

Inter hos autem Declamatores M. Seneca Rhetor insignis familiam ducit, siue *Suasorias* ab optimis dicendi magistris tractatas, siue, *Controuersias* memoria reconditas, depromat.

Sunt enim hæc aliud nihil, quam *laudabilia scholastica*, singulis auctoribus laudatis. De cuius scriptoris stylo ita iudicare non dubitem, nihil esse in lingua Latina, cum à Cicerone, Fabioque discesseris, scriptum purius, aut elegantius. Iudicium vero, quod semper fuit, eritque perpaucorum hominum, & acumen in aliorum ingenijs dictisque censendis, summum ac propriū illius. Dissentio igitur à viro docto, qui memoria nostra Senecam hunc Rhetorem leuiter doctum, ac quasi proletariū appellat.

Sed illud vulgo quæri video, cur *Sententias, Diuisiones, Coloresque* hos libros inscripserit, quæ cum ex Rhetorum scholis peti, non à nobis hoc loco exspectari debeant, summa attingam rerum capita, & digitum quod aiunt, ad fontes intendam. Hermagorei (à quibus *Coloris* nomen manasse primum scribit Porphyrius) potissimum ἐν τοῖς ἀγῶσι collocant. imo vix est διαίρεσις vllius στάσεως apud Rhetoras, in quarum sit κεφάλαιον aliquod μετάθεσις τῆς αἰτίας quod illis χρῶμα erat, hinc & M. Fabius Senior *declamationum* duas classes constituit, vt aliæ *Coloratæ* sint, *Tractatæ* aliæ. Quanquam aliis aliud χρῶμα, genus scilicet caussæ figuratæ: vt obseruat Halicarn. Dionysius ἐν τῷ περὶ ἐσχηματισμένων. *Lib. IV. cap. II.* Falsarum enim expositionum duplex genus, inquit Fabius. Alterum quod instrumentis, testimoniisque iuuatur, alterum quod est tuendum dicentis ingenio: idque vel ad solam verecundiam pertinet, vnde etiam *color* dictus, vel ad Quæstionem. Hinc salse Satyricus. *Iuuenalis Sat. VI. & VII.*

Dic aliquem, sodes dic Quinctiliane Colorem. Et:
Declamare doces, O ferrea pectora, Vetti,
Quis Color, & quod sit caussę genus, atque vbi summa
Quæstio ——

Ad hæc *Figurata controuersia*, cum non, quod dicimus, sed aliud latens, & auditori quasi in- *Lib. 9. c. 2.*

Senec. a iij

ueniendum, accipi volumus: vt idem Fabius docet.

Diuisio vero, quam sæpe adhibet Seneca, est inueniendi ratio τὰ ζητούμενα κεφάλαια, cuique causæ κατὰ τὰς φύσεις, τήν τε προηγουμένην καὶ τὰς ἐμπιπτούσας. Quæ prima exercitatio erat apud Sophistas post τὸ διήγημα aut τὸ πρόβλημα. Ad hanc pertinet διαιρετικὴ μέθοδος. id est, *ars Statuum*, quam rationem τῆς διαιρέσεως maxime in oratione excellere, Galenus & Alexander Aphrodisieus monuerunt. Eius exercitationis exempla clarissima αἱ διαιρέσεις τῶν ζητημάτων Sopatri Rhetori. Huic exercitationi succedebat illa, *implere controuersias*: vltima erat, *Declamatio*. Hæc, vt lucem adferrent Senecæ, attuli. *Sententia* vero, pronunciatum est de rebus vniuersis, quæ expetendæ sunt, aut fugiendæ ad agendum. Sic Arist. III. Rhetor. in quem & γνῶμαι καὶ θέσεις Theonis, Hermogenis & Aphthonij cadunt. Sed Seneca omnium optime, quas intelligat, docet, quæ *Sententiæ propriæ*, quæ *translatitiæ* dicerentur, hoc est, Loci communes, in quos licebat præter Caussam excurrere. Hæ pertinebant ad illos excessus, quorum idem præfando meminit. In qua Præfat. etiam *Sententiæ albæ*, quas in Albutio sic vocabat Asinius Pollio, huius generis esse videntur.

Præfat. lib. IV. Contron.

AND. ALCIATVS LIB. IV. PARERGΩN cap. xv.

DECLAMANDI ratio qualis, & quam hodie necessaria sit tironibus iuri ciuili operam nauare volentibus, sæpe à me prædicatum est. Solebant enim iuuenes, postquam à Grammatico dimissi essent, ad Rhetorem accedere, apud quem communes disserendi locos addiscebant: deinde fictas controuersias peragebant. Eæ aut ex historijs trahebantur, aut ex re, quæ forte recens contigisset, plurimum ad genus iudiciale pertinebant, non absimiles speciebus Consiliorum, quibus quotidie Iureconsulti nostri dant responsa: adeo vt, si illis, quod facillimum esset, legum loca allegationesque adijcerentur, nihil à consilijs nostratium differant. Hoc præ se ferunt specimen, quæ etiamnum extant fragmenta *Declamationum Quintiliani* nomine, quæ ad vsque numerum CXXXVI. Thadæus Vgolerus Parmensis in publicum dedit. Id & depræhendi in ijs potest, quas *Annæi Senecæ patris* esse superiori capite censui: nec dubium est, quin recte in eis institutus adolescens, maiore profectu, nec illotis manibus Ius ciuile pertractaret. Sed vix obtineri hæc ratio hodie posset, quod rari Grammatici huic muneri apti sint: & si qui alioquin essent, ad vberiora, vtilioraque Legum & Medicinæ studia pertransire malunt, quam inter pueros consenescere. Inter hodie declamatores celebre est *Libanij Sophistæ* nomen, qui horum studiorum causa sane quam gratus acceptusque Iuliano Imperatori fuit: eius vitam Eunapius descripsit: vt *Pauli Tyrij* Sophistæ Suidas.

IO. LVDOVICVS VIVES VALENTINVS
libro III. de tradendis disciplinis.

SEnecam Rhetorem licebit euoluere, à quo multum adiuuabitur verborum, & propriorum, & translatorum vi, tum copia, & varietate: vt rem eandem crebro, & sine fastidio possint exponere: multumque alere potest facundiam Latinam, Metaphoris potissimum, præ cæteris scriptoribus, dextre accommodatis.

Et libro IIII.

Legent iuuenes *Declamationes, & Suasorias*, quas ex Oratoribus sui temporis *Seneca* collegit, mendosas quidem illas & truncas: nam desunt Græca non pauca, & Latina sunt deprauatissima, sed erunt nihilominus adiumento dicentibus. Nam plurima in illis sunt, & inuenta subtiliter, acuteque & lepide, ac venuste expressa, multæque verborum ac sententiarum conformationes, & quasi lumina.

ANDREAS

ANDREAS SCHOTTVS

LECTORI S.

ETSI non me fugit CONTROVERSIAS prius edidisse M. Annæum, quam SVASORIAS has enim controuersia XII. promittit, tamen feci libenter, vt has illis ordine anteponerem cum tradendarum artium Methodo, quæ per faciliora notaque, ad ea, quæ difficilia magis, obscura atque ignota sunt, viam sternit, tum priorum editionum exemplo. Frobenij, quæ anno Salutis CIↃ. IↃ. XII. prima vt opinor, in Germania typis cusa prodijt, Heruagij quoque primæ, quam Desiderius interpolauit. Nam in altera Cœlius Curio ordinem turbauit, denique Gryphij Lugdunensis, & quod rei caput est, auctoritate vett. quatuor antiquissimorum codicum, Augustodunensis, Brugẽsis, Couaruuiani, & Vaticani, qui in membranis scripti, ad hos libros qua emendandos qua explanandos opitulati sunt, ne, vt ad hanc vsque diem à plerisque (forte quod nimis & deprauati essent, ac mutili, & lacunis pleni hiatent, Græcis omnibus sententijs desideratis) neglecti iacerent, neque in tenebris amplius delitescerent. Et vero SVASORIÆ CONTROVERSIIS in Rhetorum spatijs præmittebantur, vt illæ artis huius propriæ, hæ Iurisconsultorum, iudiciorumque: Scholarum illæ, hæ fori fuisse videantur. Rariores tamen deliberationes, publice quidem à Declamatoribus institutæ, CONTROVERSIÆ vero disceptationesque frequentius: quibus tanquam in arena exercitata iuuentus in Solem tandem aspectumque prodiret, caussasque aduocatione defendendas susciperet. Sed hæc M. Fabius Rhetorum princeps copiose, vt omnia, cap. X lib. III. pertractauit, idemque Progymnasmata seu primas apud Rhetorem exercitationes lib. II. cap. IV. præmitti solere tradit, vt *Chrias, Apologos, Sententias, Theses*, ceterasque quæ Theon, Aphthonius & Priscianus pertractarunt, ducebantque ad Aristotelis, aut Hermogenis potius subtiliorem viam, aut M. Tullij fontes. Ad eumdem modum *Suasionibus* ad *Controuersias* præludere Græci solent: Quamquam ea tota ratio à Grammaticis Romæ occupata est, ac relegata. Plerique enim artium finibus motis, terminos transilire satagunt. Sed nunc ad rem ipsam aggrediamur.

M. ANNÆI

SENECÆ

RHETORIS SVASORIARVM

Liber singularis.

SVASORIARVM INDEX.

I. *Deliberat Alexander, an Oceanum nauiget.*

II. *Trecenti Lacones contra Xerxem missi, cum trecenti ex omni Græcia missi fugissent, deliberant an & ipsi fugiant.*

III. *Deliberat Agamemnon, an Iphigeniam immolet, negante Chalcante aliter nauigari posse.*

IV. *Deliberat Alexander Magnus, an Babyloniam intret, cum denunciatum esset illi responso auguris periculum.*

V. *Deliberant Athenienses, an Trophaea Persica tollant, Xerxe minante rediturum se, nisi tollerentur.*

VI. *De liberat Cicero, an Antonium deprecetur.*

PARS ALTERA.

Historicorum de Cicerone iudicia.

VII. *Deliberat Cicero, an scripta sua comburat, promittente incolumitatem Antonio, si fecisset.*

SVASORIA

SVASORIA I.

DELIBERAT Alexander, an Occeanum nauiget.

SCHOLIVM SCHOTTI.

TITVLVS Hic de M. S. Couarruuiano est, cuius & Controuersia XXII. Seneca noster meminit. Hypothesis vero videtur, è sermone Anaxarchi Philosophi, qui Alexandro Magno adulans, deuicta Asia in Deorum numerum referendũ diuinis honoribus decretis, Diuumque adeo Persarum ritu adorandum, repugnante licet Philosopho Callisthene, censuerat. Cuius sententiæ pronis auribus auscultante hæc Alexandro, Hages poëta Argiuus pessimorum carminum post Choerilum conditor, inquit Curtius lib. VIII. fuit. Agis enim Arriano est lib. IV. Diuersum enim ab eo laudat in Corinthiacis Pausanias, qui Antiopem fabulam lusit, & Cleo Siculus aliiq; Sophistæ assensi Libero patri, Dioscuris, & Herculi præferebant.

FINITAM cuique rei magnitudinem natura dederat, dedit & modum. nihil infinitum est, nisi Oceanus. AVITVS. Fertiles in Oceano iacere terras, vltraque Oceanum rursus alia litora, alium nasci orbem, nec vsquam naturam rerum desinere, sed semper inde, vbi desisse videatur, nouam exsurgere: facile ista finguntur: quia Oceanus nauigari non potest. Satis sit hactenus vicisse Alexandro, qua mundo lucere satis est. Intra has terras cælum Hercules meruit. Stat immotum mare, & quasi deficientis in suo fine natura pigra moles, nouæ ac terribiles figuræ, magna etiam Oceano portenta, quæ profunda ista vastitas nutrit, confusa lux alta caligine, & interceptus tenebris dies, ipsum vero graue & defixum mare, & aut nulla aut ignota sidera. Ita est, Alexander rerum natura: post omnia Oceanus: post Oceanum nihil. ARGENTARII. Resiste, orbis te tuus reuocat! vicimus qua lucet. nihil tantum est, quod ego Alexandri periculo petam. POMPEII SILONIS. Venit ille dies, Alexander, exoptatus, quo tibi operæ est adesse, iidem sunt termini & regni tui, & mundi. OSCI. Tempus est Alexandrum cum orbe & cum sole desinere. Quod noueram, vici: nunc concupisco quod nescio. Quæ tam feræ gentes fuerunt, quæ non Alexandrum posito genu adorarint? Qui tam horridi montes, quorum non iuga victor miles calcauerit? Vltra Liberi patris trophæa constitimus. Non quærimus orbem, sed amittimus. Immensum, & humanæ intentatum experientiæ pelagus, totius orbis vinculum, terrarumque custodia, inagitata remis vastitas, litora modo sæuiente fluctu inquieta, modo fugiente deserta. tetra caligo remittet fluctus. Nescio quid humanis natura subduxit oculis, extrema nox obruit. MVSAE. Fœda belluarum magnitudo, & immobile profundum testantur, Alexander, nihil vltra esse, quod vincas reuertere. ALBVTII SILI. Terræ quoque suum finem habent, & ipsius mundi aliquis occasus est, nihil infinitum est, modum magnitudini facere debes, cum fortuna non facit. Magni pectoris est inter secunda moderatio. Eundem fortuna victoriæ tuæ, quem natura finem facit. Imperium tuum cludit Oceanus. O quantum magnitudo tua rerum quoque naturam supergressa est! Alexander orbi magnus est, Alexandro orbis angustus est. Aliquis etiam magnitudini modus est. Non procedit vltra spatia sua cælum. Maria intra terminos suos agitantur. Quicquid ad summum venit, incremento non reliquit locum. Non magis quicquam vltra Alexandrum nouimus, quàm vltra Ocea-

num. Marillii. Maria ſequimur, terras cui tradimus? orbem quem non noui, quæro, quem vici, relinquo. Fabiani. Quæ iſta toto pelago infuſa caligo? Nauigantem tibi videtur admittere, quæ proſpicientem quoque excludit. Non hæc India eſt, nec terribilis ferarum ille conuentus. immanes propone belluas. aſpice quibus procellis fluctibuſque ſæuiat, quas ad litora vndas agat. tantus ventorum, tanta conuulſi funditus maris inſania eſt: nulla præſens nauigantibus ſtatio eſt, nihil ſalutare, nihil notum. rudis & imperfecta natura penitus receſſit. Iſta maria ne illi quidem petierunt, qui fugiebant Alexandrum. Sacrum quidem terris natura circumfudit Oceanum. Illi qui iam ſiderum collegerunt metas, & annuas hiemis atque æſtatis ad certam legem redegerunt, quibus ignota nulla pars mundi eſt: de Oceano tamen dubitant, vtrumne terras velut vinculum circumfluat, an in ſuum colligatus orbem, & in hos, per quos nauigatur ſinus, quaſi ſpiramenta quædam magnitudinis exæſtuet: ignem poſt ſe, cuius augmentum ipſe ſit, habeat an ſpiritum. Quid agitis commilitones? regem domitoremque generis humani, magnum Alexandrum eo demittitis, quod adhuc quid ſit diſputatur? Memento Alexander matrem in orbe victo adhuc magis, quàm pacato relinquis.

Divisio. Aiebat Cestivs, hoc genus ſuaſoriarum aliter declamandum eſſe, quàm ſuadendum. Non eodem modo in libera ciuitate dicendam eſſe ſententiam, quo apud reges: quibus etiam quæ proſunt, ita tamen vt delectent, ſuadenda ſunt. Et inter reges ipſos eſſe diſcrimen: quoſdam magis aut minus rerum vſum habere. Veritatem facti Alexandrum exiſſe. Quoſdam ſuperbiſſimos, & ſupra mortalis animi modum elatos cernimus. Denique vt alia dimittantur argumenta, ipſa ſuaſoria inſolentiam eius coarguit, orbis illum ſuus non capit: itaque nihil dicendum aiebat, niſi cum ſumma veneratione regis, ne accideret idem quod præceptori eius Calliſtheni accidit, quem occidit propter intempeſtiue liberos ſales. Nam cum ſe Deũ vellet videri, & vulneratus eſſet, viſo ſanguine
* Iliad. λ. v. 340. eius philoſophus mirari ſe dixerat, quod non eſſet * ἰχὼρ, οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν. Ille ſe ab hac vrbanitate lancea vindicauit. Eleganter in C. Caſſij epiſtola quadam ad M. Ciceronem miſſa poſitum, multum iocatur de ſtultitia Cn. Pompeij adoleſcentis, qui in Hiſpania contraxit exercitũ, & ad Mundam acie victus eſt. Deinde ait: *Nos quidem illum deridemus, ſed timeo ne ille non gladio ἀντιμυκτηρίσῃ.* In omnibus regibus hæc vrbanitas extimeſcenda eſt. Aiebat itaque, apud Alexandrum, ita dicendam eſſe ſententiam, vt multa adulatione animus eius permulceretur. Seruandum tamen aliquem modum, ne nobis accideret tale aliquid, quale accidit Athenienſibus, cum publicæ eorum blanditiæ non tantum depræhenſæ, ſed & caſtigatæ ſunt. Nam cum Antonius vellet ſe Liberum patrem dici, & hoc nomen ſtatuis ſubſcribi iuberet, habitu quoque & comitatu Liberum imitaretur, occurrerunt venienti ei Athenienſes cum coniugibus & liberis, & Διόνυσον ſalutauerunt. Bene illis ceſſerat, ſi naſus Atticus ibi ſubſtitiſſet. dixerunt deſpondere ipſos in matrimonium Mineruã ſuam, & rogauerunt vt duceret. Ac Antonius ait ducturum, ſed dotis nomine imperare ſe illis mille talenta. Tum ex Græculis quidam ait: κύριε, ὁ Ζεὺς τὴν μητέρα σου Σεμέλην ἄπροικον εἶχε. Huic quidem impune fuit: ſed Athenienſium ſponſalia mille talentis æſtimata ſunt. quæ cum exigerentur, complures contumelioſi libelli proponebantur: quidam etiam ipſi Antonio tradebantur: ſicut ille qui ſubſcriptus ſtatuæ eius fuit, cum & eodem tempore Octauiam vxorem haberet, & Cleopatram: ΟΚΤΑΒΙΑ ΚΑΙ ΑΘΗΝΑ ΑΝΤΩΝΙΩ. RES TVAS TIBI HABE. Belliſſimam tamen rem Deillius dixit, quem Meſſalla Coruinus *Deſultorem bellorum ciuilium* vocat, quia ab Dolabella ad Caſſium tranſiturus, ſalutem ſibi pactus eſt, ſi Dolabellam occidiſſet: & à Caſſio deinde tranſiuit ad Antonium: nouiſſime ab Antonio transfugit ad Cæſarem. Hic eſt Deillius, cuius epiſtolæ laſciuæ ad Cleopatram feruntur. Cum Athenienſes tempus peterent ad pecuniam conferendam, nec exorarent, Deillius ait: Et tamen ſcito illos tibi annuam, bimam, trimam diem debere. Longius me fabellarum dulcedo produxit. Itaque ad propoſitum reuertar. Aiebat Ceſtius, magnis cum laudibus Alexandri hanc ſuaſoriam eſſe dicendam: quam ſic diuiſit, vt primum diceret, etiam ſi nauigari poſſet Oceanus, nauigandum non eſſe: ſatis gloriæ quæſitum: regenda eſſe & diſponenda, quæ in tranſitu viciſſet: conſulendum militi, tot victoriis laſſo: de matre illi cogitandum: & alias cauſas complures ſubiecit. Deinde illam quæſtionem [ſubiecit,] ne nauigari quidem Oceanum poſſe. Fabianus philoſophus primam fecit quæſtionem eandem, Etiam ſi nauigari poſſet Oceanus, nauigandum non eſſe. At rationem aliam primam fecit, modum imponendum eſſe rebus ſecundis. hic dixit ſententiam: Illa demum magna eſt felicitas, quæ arbitrio ſuo conſtitit. Dixit deinde locũ de varietate fortunæ, & cum deſcripſiſſet nihil ſtabile eſſe, omnia fluitare, & incertis motibus modo attolli, modo deprimi, abſorberi terras, & maria ſiccari, montes ſubſidere: deinde exempla rerum è faſtigio ſuo deuolutarum, adiecit: Sine potius rerum naturam, quam fortunam tuam deficere. ſecundam quoque quæſtionem aliter tractauit. Diuiſit enim illam ſic, vt primum negaret vllas in Oceano, aut trans Oceanum eſſe terras habitabiles: deinde ſi eſſent, perueniri tamen ad illas non poſſe. Hic difficultatem ignoti maris, naturam non patientem nauigationis. Nouiſſime vt poſſit perueniri, tanti tamen non eſſe. Hic dixit incerta peti, certa deſeri, deſciturus gentes, ſi Alexandrum rerum naturæ terminos ſupergreſſum notuiſſet. Hic matrem memorauit, de qua dixit, quomodo illa trepidauit, etiam quod Granicum tranſiturus eſſet. *Glyconis* celebris ſententia eſt: τοῦτο οὐκ ἔστι Σιμόεις, οὐδὲ Γράνικος. τοῦτο εἰ μή τι κακὸν ἦν, οὐκ ἂν ἔσχατον ἔκειτο. Hoc omnes imitari voluerunt. *Plution* dixit. Καὶ διὰ τοῦτο μέγιστόν ἐστιν, ὅτι αὐτὸ μὲν μετὰ πάντα, μετὰ δὲ αὐτὸ οὐδέν. *Artemon* dixit. βέλτιον ὦ πολλαὶ στάδιοι ἔλιπε δύο Ἑλλησποντίας ἔδοξεν ἐρεσσῶντες, εἰ δὲ ἀπὸ τῷ Παμφυλίῳ πελάγει πλεῖν ἐμπρόσθεν μοι παραδοκοῦμεν ἅμα τὸν, Οὐδὲ Εὐφράτης τοῦτ' ἐστὶν, οὐδὲ Ἰνδὸς, ἀλλ' ἐστὶ μυχὸς, εἴτε φύσεως ὅρος, εἴτε πρεσβύτατον στοιχεῖον, εἴτε γένεσις θεῶν πρώτων ἐστὶ, ὃ καὶ ἄπλωτον ὕδωρ. *Apaturius* dixit, ἐντεῦθεν ναῦς ἐκ μιᾶς φορᾶς εἰς ἀνατολὰς, ἔνθα δὲ εἰς τὰς ἀορίστους δύσεις. Ceſtius deſcripſit: Fremit Oceanus, quaſi indignetur, quod terras relinquas,

linquas. Corruptissimam rem omnium, quæ vnquam dictæ sunt, ex quo homines diserti insanire cœperunt. putabant Dorionis esse in metaphrasi dicta Homeri: Tum excæcatus Cyclops saxum in mare [re] iecit. Hæc quomodo ex corruptis eo perueniant, vt & magna, nec tamen sana sint, aiebat Mæcenas apud Virgilium intelligi posse. Tumidum est, ὄρος ὄρει ἀπέσπασεν. Virgilius quidem lit: [Æneid, xv. 128.].

Rapit haut partem exiguam montis. ——

Magnitudini se dat. Sed vt non inpudenter discedat à fide: est inflatum πῦρ τρηία βάλλεται μέσος. Virgilius ait de nauibus,

—— *Credas innare reuulsas Cycladas.*

non dicit hoc fieri, sed videri. propitijs auribus auditur: quamuis incredibile est, quod excusatur, antequam dicitur. Multo corruptiorem sententiam *Menestrati* cuiusdam declamatoris non abiecti suis temporibus, nactus sum in hac ipsa Suasoria, cum describeret belluarum in Oceano nascentium magnitudinem. ** Efficit hæc sententia, vt ignoscamus ei, qui dixit, ipsis Charybdi & Scylla maius portentum, *Charybdin ipsius maris naufragium videri*, & ne in mare semel insaniret: quid ibi potest esse salui, vbi ipsum mare petit? *Damesceticus* induxit matrem loquentem, cum describeret assidue prioribus periculis noua superuenisse. *Barbarus* dixit, cum introduxisset excusantem se exercitum Macedonum, hunc sensum: * *Fuscus Arellius* dixit: Testor ante orbem tibi tuum deesse, quam militem. *Latro* sedens hanc dixit: non excusauit, militem, sed dixit Dum sequor, quis mihi promittit hostem, quis terram, quis diem, quis mare? Da vbi castra ponam, vbi signa ponam. Reliqui parentes, reliqui liberos, commeatum peto: nunquid immature ab Oceano? Latini declamatores in Oceani descriptione non nimis viguerunt. nam aut tumide scripserunt, aut curiose. Nemo illorum potuit tanto spiritu dicere, quanto Pedo, qui nauigante Germanico dixit:

Iam pridem post terga diem solemque relictum,
Iam pridem notis extorres finibus orbes,
Per non concessas audaces ire tenebras.
Hesperij metas, extremaque littora mundi.
Nunc illum pigris immania monstra sub vndis:
Qui ferat Oceanum, qui sæuas vndique Pristis,
Æquoreosque canes ratibus consurgere prensis.
Accumulat fragor ipse metus iam sidere limo
Nauigia, & rapido desertam flamine classem,
Seque feris credunt per inertia fata marinis,
Tam non felici laniendos sorte relinqui.
Atque aliquis prora spectat sublimis ab alta
Aëra pugnaci luctatus rumpere nisu,
Vt nil erepto valuit dinoscere mundo,
Obstructo taleis effundit pectore voces:
Quo ferimur? ruit ipse dies, orbemque relictum
Vltima perpetuis claudit natura tenebris:
An ne alio positas vltra sub cardine gentes,
Atque alium libris intactum quærimus orbem?
Dij reuocant, rerumque vetant cognoscere finem
Mortales oculos: aliena quid æquora remis
Et sacras violamus aquas, diuumque quietas
Turbamus sedes? ——

Ex Græcis declamatoribus nulli melius hæc suasoria processit, quam Glyconi. Sed non minus multa magnifice dixit, quam corrupte. Vtriusque vobis faciam potestatem. ** Et volebam vos experiri, non adiiciendo iudicium meum, nec separando à corruptis sana. potuisset etenim fieri, vt vos illa magis laudaretis, quæ insaniunt: & nihil ominus potest fieri, * quamuis distinxerim. Illa belle dixit: * sed fecit quod solebat, vt sententiam adiectione superuacua atque tumida perderet. Adiecit enim illud: Vale terra, vale Nais mea, iubeo enim: num ferent oculi? ὑγίαινε γῆ, ὑγίαινε Ναῒ ἐμά. κλάομαι γῆ, ἄρ' οὐκ τὰ ἐσει; Quosdam iudices dubios sui habet, ego non dubito contra sententiam ferre.

NOTÆ

NOTÆ VARIORVM AVCTORVM IN M. ANNÆI SENECÆ RHETORIS SVASORIAS.

IN SVASORIAM PRIMAM,

NICOLAVS FABER.

MATERIARVM apud Rhetores Latinos duo genera tractata sunt: Suasoriæ, & Controuersiæ. Nam cum declamatio iudiciorum & consiliorum imago sit, vt Controuersia forum exprimit, ita Suasoria consilij formam exhibet. Hæc magis puerorum fuit, à quo illi declamandi studium incipiebant: illa prouectiorum. Duabus autem de causis Suasorijs prius exercebatur puer, quam Controuersiis: altera quia Suasoriæ faciliores, minusque virium & prudentiæ requirere videntur: altera etiam quia is finis Rhetori propositus est, iuuenem foro potius quam consilio præparare, cuius in imperio minor & rarior publice vsus est. Ea ratione velut progymnasma ad controuersiam Suasoria reputata est. quemadmodum fabulæ, chriæ, sententiæ, loci cõmunes, theses, ethologiæ, quæ & ἠθοποιΐαι Aphthonio dicuntur, ceteraque eiusmodi dicendi primordia, quæ illo προγυμνασμάτων nomine comprehenduntur. At Græcis maxime, qui magis suorum operum onera, inquit Quinctilianus, & modum noscentes, omnia hæc sibi retinuerunt, non à Latinis, qui hæc contemnentes, Grammaticis necessaria fecerunt, solamque controuersiam, qua puerum mysterijs suis initiarent, antequam ad controuersias admitterent, sibi receperunt. Hæc colligere licet ex Quinctiliano, Tacito, Aphthonio, & Theone. Suasorias vero puerorum fuisse præter illos auctores indicat Iuuenalis Satyr. I. ijs versib.

Et nos ergo manum ferulæ subduximus, & nos
Consilium dedimus Syllæ, priuatus vt altum
Dormiret. *Et Persius* III. *illis:*
Sæpe oculos, memini, tingebam paruus oliuo,
Grandia si nollem morituro verba Catoni
Dicere.

Has tamen noster auctor controuersiis postposuit velut appendicem, promissionisque suæ ἐπίμετρον, pluribusne libris, an hoc singulari, in incerto est. Illud solum controuersiarum libro secundo innuit, Suasorias se daturum, inter quas & quandam Latronis de Theodoto per triduum declamatam, quæ tamen hic non habetur. Et sane multa ex his intercidisse clarum est, multa ex reliquis corrupta, mutila, & trunca esse: quibus, defecti omni scriptorum librorum ope, coniecturis tantum, quantum in nobis fuit, opitulati sumus, quas ideo seorsim à textu ex Romana editione, quæ nobis purior & integrior aliquanto visa est expresso, his annotationibus inclusimus, ne tanti nostra somnia facere videremur, vt ea vel inuitis legenda obtruderemus. Suasoriarum autem præcepta si quis requirat, legat Quinctilianum cap. X. lib. III.

INagitata remis vastitas,] *Ceteræ editiones,* inagitata remissio vastitas. *ex quo effeceram,* inagitata remigio vastitas.

Tætra caligo remittet fluctus.] *Grosletius Lisleus raræ eruditionis, meliorisque spei adolescens per epistolam me monuit, Io. Dalechampium Medicum omni doctrinæ genere excultissimum, hæc ita legere,* tetra caligo immites fluctus. Nescio quid hoc est quod hominis natura subduxit oculis, & atra nox obruit. *quæ siue à libris veteribus, siue ab ingenio sint, recta & proba iudico.*

Aliter declamandum esse, quam suadendum.] *At qui suadet, declamat. vnde satis apparet locum non stare. Ex ijs autem quæ subijciuntur, intelligimus hoc sibi velle Senecam, condicionem personarum, quæ deliberant, efficere vt aliter atque aliter declamemus suadeamusque. Et sane, vt Quinctilianus ait,* multum interest qui deliberant, Senatus sit, an Populus Romanus, an Fidenates. Græci, an Barbari: item Catoni, an Mario suadeamus. sed mores præcipue discrimẽ faciunt. *Hoc autem vt dicat noster auctor. legẽdum erit,* Aiebat Cestius hoc genus suasoriarum aliter atque aliter declamandum esse, *inductus illis,* quam suadendum. *nisi quis malit,* hoc genus suasoriarum aliter atque aliter declamandum, atque suadendum esse. *quod nobis quidem minus placet.*

Ἰχὼρ οἷος πέρ τε ῥέει] *At Plutarchus ab ipso Alexandro hoc Homeri hemistichium in illos prolatum fuisse scribit, qui eum Ioue natum dicebant. Sed & ex eodem auctore, & Curtio, & Arriano constat non lancea, sed tormentis occisum Callisthenem. Et mirum quot locis, in his præcipue suasorijs, M. Seneca memoria lapsus videatur.*

Sed timeo ne ille non gladio ἀντιμυκτηρίσῃ] *Ciceronis locus in Epist. ad C. Cassium, sic habet:* Vereor ne nos rustice velit ἀντιμυκτηρίσαι.

At Antonius ait ducturum,] sed *Dio libro* XLVIII. Ἀντώνιος δισχίλιά τε γάμων ἔτη, καὶ πεντακοσίας μυριάδας ἐκ τῶν παρ' αὐτῷ ἐξέπραξεν. *Hæc autem Dionis summa quadragies sestertium efficit, id est, centum sexaginta sex talenta, mnasque præterea quadraginta, quæ multum à mille talentis absunt. Sed & quod ad hanc historiam attinet, longe aliter Plutarchus. Is enim Antonium in exigendis pecunijs non fuisse Græcis molestum tradit, sed declamationibus Rhetorum, (ita enim ἀκροάσεις φιλολόγων interpretor) & spectaculis certaminum, vtrique dicendo intentum ingentia beneficia Atheniensium ciuitati contulisse: inde etiam φιλέλληνα, καὶ φιλαθήναιον dictum. At vero Asianis vectigalia duplicasse. Qua ratione Hybreas orator totius Asiæ nomine ad eum delegatus est: cuius hæ duæ insignes in ea*

oratione

oratione referuntur ſententiæ, οἱ δυνάμει δὲ λαβεῖν ἐκ τῶν ἑαυτοῦ φέρειν, δύναμις καὶ δὲ ὑμῶν ποιήσασθε δίκης, καὶ δὲ ἐπόρειν. *altera Vero qua cum oſtendiſſet ducenta millia talentorum ab Aſianis ſoluta, ſubiecit*, οἱ μὲν ἐν εἰλήφατε, ἀπαίτει παρὰ τῶν λαβόντων. οὐδὲ λαβὼν ἐκ ἔχεις, ἀπολώλεκας. *quibus neſcio an in his libris vllæ præſtantiores exſtent.*

Octauia res tuas tibi habe.] *Hac lectio ſcripturæ antiquæ ſequitur veſtigia, quæ etiam eruditiſſimo Lipſio venerat in mentem. P. tamen Chiaconius legit*, Ὀκταβία καὶ Ἀθηνᾶ τῷ Ἀντωνίῳ res tuas tibi habe. *nec male fortaßis. Nam cum Antonius Octauiam duxiſſet, deinde Mineruam Athenienſium, & in Ægyptum profectus ijs ſuperinduceret Cleopatram. vrbane ab illis duabus nuntium remitti Antonio fictum eſt. Sane in veteribus editionibus inter hæc verba.* Hoc tu euita, *in quibus* Octauia *vocabulum latet, & illa*, res tua tibi habe, *interſtitium aliquod vocum relictum eſt. Vxor autem eadem formula in repudij libello vtebatur, qua maritus, niſi quod addidiſſe videtur*, REDDE MEAS: *vt ex Plauti loco in Amphitr. Scena* II. *Act.* III. *colligere licet, & ex oratione prima pro Chriſtianis Iuſtini Martyris ad Senatum, in eo fragmento, quod apud Euſebium exſtat lib.* 4. *hiſtor. Eccleſiaſt. ad quod etiam alluſit ſupra Controuerſ.* 6. *lib.* I. Vides, *ait*, quid inter duas vxores interſit, iſta ſi nos reliquerit, repetet ſua: hæc quod dedit, non auferee. *Verum non adeo omnia in iſtis locis ad Iuriſconſultorum normam exigenda ſunt.*

Deſultorem bellorum ciuilium] *Sic apud Ouidium in Cl. V. Claudij Putanei codice manuſcripto*, non ſum deſultor amoris.

Deillius ait:] Δέλλιον *vocant Plutarchus & Dio, quem hic etiam* παρὰ τῷ Ἀντωνίῳ γενόμενον *tradit.*

Scito illos tibi annuam, bimam, trimam diem debere,] *Annotauerunt viri docti legendum*, annua, bima, trima die debere, *phraſi Iuriſconſultis familiari. Verum ne hic locus ad iuriſprudentium normam exactus. nam dicta dos præſenti die debebatur: ſoluto vero matrimonio à marito annua, bima, trima die, æqualibuſque penſionibus reddebatur. Hic autem de præſtanda dote, non de reddenda agitur.*

Putabant Aoriones eſſe in metaphraſi] *Cæteræ editiones habent* putabant Dorionis eſſe in metaphraſi dictum Homeri. *quæ quare mutarint Romæ, non video. Omnia autem hæc valde corrupta & confuſa ſunt, à quibus ſe explicare difficile eſt.*

Rapit haud partem exiguam montis] *Hos verſus Virgilij reſpicit, qui lib.* x. *leguntur.*

Fert ingens toto connixus corpore ſaxum,
Haud partē exiguā montis Lyrneſius Acmon.

Quos videtur noſter auctor cum Homeri verſibus Odyſſ. 9. *ex Polyphemi fabula, vnde imitati ſunt contuliſſe. Illa enim verba*, Tum exċæcatus Cyclops ſaxum in mare reiecit, *tale quid ſubindicant.*

Latro ſedens] *id eſt, in prælocutione.*

Quanto Pedo,] *Albinouanus, quem Quinctilianus inter heroicos Poëtas recenſet, & non indignum cognitione, ſi vacet, dicit. Martialis doctum vocat, & Epigrammata ſcripſiſſe lib.* II. *tradit.*

Diſce, *inquit*, quod ignoras, Marſi, doctique Pedonis
Sæpe duplex vnum pagina tractat opus.

Eaque amatoria fuiſſe indicat lib. 5. *Ait enim.*

Sit locus & noſtris aliqua tibi parte libellis;
Qua Pedo, qua Marſus, quaque Catullus erit.

Senec.

Spectat ſublimis ab alta] *Ceteræ editiones habent*, ſe dat ſublimis ab alta. *quæ lectio ferri poteſt. Et ſi quid mutandum, potius ita legerem, atque interpungerem:*

Atque aliquis prora ſpectās ſublimis ab alta,
Aëra pugnaci luctatus rumpere niſu:
Vt nihil erepto &c.

nempe ad imitationem illius proſopopeiæ apud Homerum frequentiſſimæ, Ilia d. ζ.

Καί ποτέ τις εἴπῃσιν, ἰδὼν κατ' δάκρυ χέουσαν.

Et Iliad. η.

Καί ποτέ τις εἴπῃσι, καὶ ὀψιγόνων ἀνθρώπων
Νηὶ πολυκλήιδι πλέων.

Rurſus eod. lib.

Ὧδέ δέ τις εἴπεσκεν ἰδὼν &c. *& alibi ſæpe.*

SCHOTTVS.

FINITAM *cuiuſque rei magnitudinem*] Quæ Suaſoria ἀκέφαλος hactenus, & titulo carens & capite, in vulgus apparuit, ea nuper principiū accepit, vnde ſenſum commodum elicias: capue tamen ne quid diſſimulem, non vſquequaque conſtituitur, quod Rhetoris nomen deſideretur. Legebatur ad hanc diem SIN VT CVINQ. REI in vulgaribus libris, nato, vt fit, errore, quod initio antiquorum codicum vacuum litteris minio auroque pingendis ſpatium relinqueretur. Quare ex INITAM imperitus librarius, cum Æolicum Digamma deeſſe non diuinaret, SIN VT audacter mala manu ſubiecit, rixandique materiam Vallæ, & Alciato ſuppeditauit. Acceptam ferimus hanc emendationem antiquiſſimis codicib. Brugenſi, Couarruuiano, & Vaticano, mire hic cōſpirantibus: quorum longe optimus, nec ſatis laudatus is eſt, quem Ant. Couarruuiæ Didaci fratris hominis omni doctrinæ genere, ac Iuris ſcientia excellentis beneficio ſum conſecutus.

Qui mundo lugere ſatis eſt.] Probo *lucere*, vt infrà, *Vtimus qua lucet.* Mundus vero eſt κόσμος. Frequens Manilio Aſtronomicis. Paulo poſt: *Vaſtitas nutrit*, ſequor *nutrit*, non *mittit*, quod in Brug. cod. eſt.

Cælum Hercules meruit.] Sic infrà Suaſ. II. *Herculi gloriamur operibus cælum meruiſſe.* Et Horat. libr. III. Carm. oda. III. de virtute.

Hac arte Pollux & vagus Hercules
Innixus, arces attigit igneas.

Et lib. 4. Ouid. 8.

——Sic Iouis intereſt
Optatis epulis impiger Hercules.

Nihil tantum eſt quod ego.] In Brugenſi & Couar. eſt *Nihil tutum eſt.* Mihi placet. *Nihil tanti eſt.*

Idem ſunt termini & regni tui, & mundi.] Sic & Alexander ipſe ea oratione, qua capta apud Indos Sangala milites tumultuantes, ad defectionemque ſpectantes ad officium reuocauit, longiuſque pergere iuſſit: ἀπὸ δὲ ἐκείνου Ἡρακλείων ὁ ἐντὸς Ἀσίας πᾶσα ὑμετέρα γίγνεται, καὶ ἡ Ἀσία δὲ ἐπὶ πᾶσιν, καὶ ὅρος τῆς πάσης ἀρχῆς, ὅπερ καὶ τῆς γῆς ὅρος ὁ θεὸς ἐποίησεν.

Quo tibi opera eſt adeſſe] In Brug. & Couarr. legitur *opere adeſſe.* In Auguſtod. integre *opere adeſſe, fine eſt.* Equidem non exſculpo. In Couarr. quidem aſcriptum margini recentiore manu, F. *opere finis adeſſet*, quod nec ipſum mihi placet. *Opera* pro *Operæ precium* antiquis vſitatum eſt. Ennius apud Perſium Satyr.

Lunai portum est opera cognoscere ciues.

Amicus tentabat: *opera finis adest.* Id est bellicæ operæ & victoriæ finis est. Sed *finis* non est in membranis. quare Amplius pronuntio.

Totus orbis vinculum] Ποσειδῶν Neptunus est Platoni in Cratylo, L. Senecæ lib. vi. Natur. Quæst. cap. 23. ἐννοσίγαιος, & Agellio lib. 11. Noct. Attic. cap. 28.

Caligo remittit fluctibus] Post *caligo* interpungo. Inde sic lego: *Remittit fluctus. Nescio quem quod humanis Natura subduxit oculis, æterna nox obruit.* Vt occurrat quasi tacite obiectioni Alexãdri. Quare ingeniose magis, quam vere legit vir doctus, *immites fluctus.* Pro *æterna* legi potest *è terra* vt M. SS. præferũt. Mox in Couarruuiano diserte scriptum: *Imperium tuum cludit Oceanus. cludit*, inquam ἀρχαϊκῶς voce Plautina, vt & in Suetonij Nerone cap. XIV. *Ianum geminum clusit, tanquam nullo residuo bello.* Ita enim corrigo quod vulgatur, *tam nullo, quam residuo bello.* Est nummus æreus Neronis, cum Iani portis, hoc elegio: PACE P. R. VBIQ. PARTA IANVM CLVSIT.

Alexandro orbis angustus est] Iuf. *Orbis illum suus non capit.* Iuuenal. Sat. x. qui & de multis declamantium argumentis agit poëta.

> ——*I demens, & sæuas curre per Alpes*
> *Vt pueris placeas, & declamatio fias.*
> *Vnus Pellæo iuueni non sufficit orbis,*
> *Æstuat infelix, angusto limite mundi*
> *Vt Gyaræ clausus scopulis.*——

Et Satyra 14. de Diogene Cynico:

> *Sensit Alexander, testa cum vidit in illa*
> *Magnum habitatorem quanto felicior hic, qui*
> *Nil cuperet, quam qui totum sibi posceret orbem.*

Quidquid ad summum.] Eadem filius Seneca Philosophus Epistola LXXX. *extollere se, quæ iustam magnitudinem implere non possunt.*

Sacrum quidem terris natura circumfudit] *Circumfodit* legit Codex Brug. & Couarr. quod non sequor. Pater rerum omnium Oceanus Homero Iliade ξ Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν. & Virgil. IIII. Georg.

> *Oceanumque patrem rerum Nymphasque sorores.*

Ex illo Catulli in Epithal. Pelei.

> *Oceanusque Pater, totum qui amplectitur orbem.*

Velut vinculum circumfluxit.] In omnibus lego *circumpluat*, quod non expedio. Dionysius περιηγητής.

> Πᾶσα χθὼν, ἅτε νῆσος ἀπείριτος ἐστεφάνωται.
> *Tota coronatur, veluti ingens insula, tellus.*

Scipio lib. 6. de Rep. apud M. Tullium, & nos olim ad Pomponium Melam de his disseruimus.

Et in hos per quos nauigatur sinus.] Locus hic per difficilis ex media Philosophia deprõptus, quem Pet. Ioan. Nunnesius Valentious Rhetor & Philosophus ætatis nostræ insignis sic explanabat. Spectare enim videtur Fabianus Philosophus quæstionem illam. An mare ex fluminibus, vt voluit Aristoteles an per se constet, vt alij senserunt. *Sinus* autem sunt quatuor illi omnium veterum monumentis celebrati: Persicus, Arabicus, Caspius, & mare Adriaticum, per quos tum nauigabatur: quos censent Geographi & plerique Physici (Aristotelem excipio) factos primũ ex Oceani inundatione Recte vero, *quasi spiramenta quædam magnitudinis exæstuet:* vt sint illi sinus veluti magna quædam Oceani æstuaria, quæ Oceanus magnitudine sua laborans, & tanquam spirans exæstuet. Nam quod sequitur, huc pertinet, sit ne aër tantum μέχρι τῆς σελήνης, vt voluit Plinius lib. 11. cap. v. an vsque ad lunam solus aër pertineat, vt placuit Stoicis; an præter aërem sit ὑπέκκαυμα, qui vulgo ignis nominatur: quod sensit Aristoteles. Oceanus autem augmentum illius ignis est, quia, vt idem docet Aristoteles, Mare etiam sufficit illi ὕλην τῆς ἀναθυμιάσεως. Alia mens Pythagoreorum, qui ignes, hoc est cælestia sidera illis aquis ali & crescere voluerunt. Es his perspicuũ locum sic accipiendum. Oceanus supra se spiritum oe tantum, hoc est, aërem solum, an etiam ignem habeat. Alius Eruditus homo sic explicabat. Insinuate Senecam illud: An Oceanus terræ sit circumfusus, & sic cum terra globum conficiat, vt ait Aristot. I. Metaph. c. v. & Plinius lib. 11. cap. v. & LXVI. An vero in suum colligatus orbem globum ipse solus conficiat, qui postea in varios sinus deriuetur. Sunt enim qui aquam à terra ad latus quoddam separarũt. Nec particulares hic sinus insinuare videtur. De hac re perspicue differentem videas doctissimum Lipsium lib. 11. Physiologiæ stoicæ Dissert. XVI.

Aiebat Cestius hoc genus suasoriarum] Vidit Nic. Faber Iureconsultus omni doctrinæ genere præstans locum esse deprauatũ, & tametsi nihil opis vett. libri adferant, tentabam leuiter *hoc genere suasoriarum*, ratus sequentia fore planiora. Lector eruditus arbitrabitur.

Quosdam magis aut minus rerum vsum habere.] Quod Couarr. Codex hic variet, de mendo nata suspicio est. Sic enim ille: *Quosdam magis aut minus vsus veritate facti ex ijs esse quosdam superbissimos.* Tentabam equidem cum formidine priscis insistens vestigiis: *Quosdam magis aut minus osos* (pro *inuisos*) *virtutem fateri Alexandrum ex ijs esse quos dicunt superbissimos*, &c.

Præceptori eius Callistheni] Scriptum *Aristoteli* in tribus codicibus reperi, non recte tamen. Nota quidem in vulgus historia, Alexandrũ à Philippo rege in disciplinam traditum Aristoteli: quo sẽ nomine τοῖς θεοῖς χάριν ἔχειν, edita apud Plutarchũ, Simplicium, & Agellium lib. 9. Noct. Attic. cap. III. testatur epistola. Non est igitur scriptis libris vsquequaque fidendum, sed cum delectu atque iudicio vt nec à poëtis, Declamatoribus atque oratoribus, quod sæpe caussæ seruiãt, certa historiæ fides exigenda. Sic enim Historici: *Clitum* quod Philippi Patris res gestas Alexandro laudaret in conuiuio, hasta à temulento traiectũ. *Callisthenem* Philosophum qui illum Macedonem Persica salutatione gaudentem obiurgabat & ad morem maiorum reuocare conabatũr captum Cariatæ, vt Strabo lib. XI.

> *Lacerum crudeliter ora,*

vt ille ait, mẽbrisq; truncatũ, in caoea cum eane, parricidarũ ritu, circũductum: *Lysimachum*, quod venenũ, tãti viri sortem miseratus dedisset, leoni obiectũ: Quem vi industriaq; cũ superasset, vitã ei Alexander condonauit. Iustinus lib. 15. histor. Philippicarum. Q. Curtius lib. 8. (nam in editis Diodori Siculi desideratur.) Valerius Max. lib. 9. c. 3. L. Seneca Philosophus Epi. LXXXIV. & li. III. c. XVII. de Ira. & li. 6. Natur. quæst. c. XXIII. Verũ Diogenes Laërtius in Aristotele paullo aliter proditionis

Proditionis falſo inſimulatum Calliſthenem in cauea circumlatum & leoni obiectum. Coniungit nimirum Calliſthenis & Lyſimachi hiſtoriam. Quid mirum igitur, ſi & noſter Annæus Cliti & Calliſthenis miſcet? Phthiriaſi in cauea perijſſe auctor eſt in Sulla Plutarchus. Occiſum quidem, at quo ſupplicij genere non refert Paulus Oroſius lib. III. cap. XVIII. Et Cicero pro Rabirio Poſtumo: *Calliſthenem doctum hominem comitem Magni Alexandri, ab Alexandro necatum accepimus.* Et lib. III. Tuſculan. Quæſt. *Theophraſtus,* inquit, *interitum deplorans Calliſthenis ſodalis ſui, rebus Alexandri proſperis angitur. Itaque dicit Calliſthenem incidiſſe in hominem ſumma potentia, ſummaque fortuna: ſed ignarum quemadmodum ſecundis vti conueniret.*

Præceptori eius] *Condiſcipulum* vocat Iuſtin. ex Trogo lib. XII. & Oroſius: vt & ſodalem Theophraſti, quod in eodem Ariſtotelis ludo edocti eſſent, M. Tullius ante nominauit. Laërtius ab Ariſtotele Athenas repetente Calliſthenem Olynthium τὸν συγγενῆ (id eſt *propinquum*, natum filia fratris ipſius, quam nominant Hero) Alexandro commendatum ſcribit: quem à ſe dimittens, monuit, vt cum Alexandro aut rariſſime, aut quam iucundiſſime loqueretur: & Valer. Max. lib. VII. cap. II. Plutarch. vero extremo Solone ad Æſopum λογοποιὸν hoc ἀπόφθεγμα refert. Qui Soloni ſic ſuaſit: Grece enim immutata littera venuſtius eſt. Cum regibus, inquit, δεῖ ὡς ἥκιστα, ἢ ὡς ἥδιστα ὁμιλεῖν. Excepit Solon. Μὰ Δί', ἀλλ' ὡς ἥκιστα ἢ ὡς ἄριστα. Sed male cecidit alea, pœnaſque παῤῥησίας morte luit, dum boni viri officium homo philoſophus facere, quam Aulico præcepto parere maluit. Verum quomodo diſſerendum cum Principibus viris Dionyſius Halicarn. ἐν τῷ Α περὶ ἐσχηματισμένων, & ex eo Fabius lib. XI cap. I. & alij Rhetores. & de Philoſophis Plutarchus tradunt. Iterum M. Tullius ſecundo de Oratore Comitem Alexandri Calliſthenem non præceptorem nominat: *A Philoſophia*, inquit, *profectus Princeps Xenophon, Socraticus ille: poſt ab Ariſtotele Caliſthenes, Comes Alexandri, ſcripſit Hiſtoriam: & hic quidem Rhetorico pæne more, ille autem ſuperior lenior quodam ſono eſt vſus.* Et li. II. Epiſt. XII. ad Q. fratrem. Citat autem Calliſthenis hiſtorias Seneca Natur. Quæſt. li. VI. c. XXVI. & alij: quomodo illa in Ibin accipio.

Incluſuſque necem cauea patiaris, vt ille
Non profectura conditor hiſtoriæ.

Verum non pugnant *Comitem*, præceptoremque relictū ab Ariſtotele, cui vterq; operā dederat, vt ea, quæ ad virtutem & honeſtatem præcepta Rex acceperat, domeſtica conſuetudine in vſum reuocaret, ſopitoſq. igniculos identidem excitaret.

Philoſophus miratum ſe dixerat,] Varie narrant Hiſtorici: quid mirum, & ſi noſter? Anaxarcho enim Philoſopho non Calliſtheni tribuit Laertius: & Plutarchum ipſi Alexandro imputare affirmat, Locus Plutarchi eſt in Alexādro, & in Priori declamatione περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης ἢ ἀρετῆς. Dioxippo Athenienſi athletæ aduiatori aſcribit apud Atheneum lib. VI. ἀπομνημονευμάτων Ariſtobulus Caſſandreus. Quem rerum Alexandri ſcriptorem certiſſimum, quod eius expeditionum comes extiterit, ſequi ſe Arrianus, alter Xenophon dictus. fatetur Hic autem lib. IX. περὶ ἀναβάσεως Ἀλεξάνδρου de Calliſthenis interitu: Καλλισθένην δὲ Ἀριστόβουλος μὲν λέγει δεδεμένον ἐν πέδαις ξυμπεριάγεσθαι τῇ στρατιᾷ, ἔπειτα νόσῳ τελευτῆσαι. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου στρεβλωθέντα καὶ κρεμασθέντα ἀποθανεῖν, οὕτως οὐδὲ οἱ πάνυ πιστοὶ ἐς τὴν ἀφήγησιν, καὶ ξυγγενόμενοι ἐν τῷ τότε Ἀλεξάνδρῳ, ὑπὲρ τῶν γνωρίμων τε καὶ οὐ λαθόντων σφᾶς ὅπως διαπεπραγμένα ξύμφωνα ἀνέγραψαν. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ὑπὲρ τούτων αὐτῶν ἄλλοι ἄλλως ἀνεγράψαντο. Eadem apud Plutarchum varietas. ἀποθανεῖν δὲ αὐτὸν οἱ μὲν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου κρεμασθέντα λέγουσιν. οἱ δὲ ἐν πέδαις δεδεμένον καὶ νοσήσαντα. Χάρης δὲ μετὰ τὴν σύλληψιν ἑπτὰ μῆνας φυλάττεσθαι δεδεμένον, ὡς ἐν τῷ συνεδρίῳ κριθείη παρόντος Ἀριστοτέλους. ἐν αἷς δὲ ἡμέραις Ἀλέξανδρος ἐν Μαλλοῖς Ὀξυδράκαις ἐτρώθη περὶ τὴν Ἰνδίαν, ἀποθανεῖν, ὑπέρπαχυν γενόμενον καὶ φθειριάσαντα. Quæ ideo retuli libentius, ne quis ſine auctore hæc à Seneca allata exiſtimet, in tanta narrantium varietate. Nam ſuos ille auctores ſecutus eſt. Ptolomæum idem refert narrare ſuſpenſum, excruciatum, itaque mortuum *Calliſthenem* fuiſſe: miraturque eos quibus maxima narrationis fides adhibenda eſſe videatur, quique illis temporibus cum Alexandro fuerint de rebus notis & exploratis diuerſa in litteras retuliſſe. Scribit & idem, fuiſſe *Calliſthenem* τὸν τρόπον ὑπαγροικότερον, id eſt moribus agreſtem duroque ingenio. Fuit enim Olynthius. Eius ſcriptoris iudicium ſed Latine adſcribam: *Quæ contumeliam erga Alexandrum & Calliſthenis nihumanitatem continent, ea laudare non poſſum. Etenim dignitatem tuentem ſuam, regias amplificare fortunas quantum poſſit, oportere exiſtimo cum qui ſua voluntate regi ſe adiunxerit. Itaque non immerito inuiſum Alexandro redditum eſſe Calliſthenem ſtatuo, cum ob intempeſtiuam orationis libertatem, tum elationem immodicam & incogitantiam.* Hæc ille: Sed & Ariſtotelem ſolitum dicere aiunt, prudentiam Calliſtheni defuiſſe teſte Laërtio lib. V. Cumque ei nunciaretur, quanta libertate erga Alexandrum vti ſoleret, in illum perquam eleganter Homericum verſum contorſit ex Iliade Σ. verſ. 95.

ὠκύμορος δή μοι, τέκος, ἔσσεαι, οἷ' ἀγορεύεις:
Quid loqueris fili? tibi mors nunc imminet atra.

Ἰχώρ, οἷός πέρ τε ῥέει] locus ſuppletus de veteribus libris. Homeri verſus eſt Iliad. ε verſ. 340. de Venere à Diomede vulnerata. De qua ſpuus etiā læſa Claudianus lib. II. de raptu Proſerpinæ

—— Sic fata cruoris
Carpit ſigna ſui ——

Sic enim Politianus Miſcell. cap. XI. & in Progymnaſmatis Aphthonius. Ianus tamen Parrhaſius *doloris* reponit, quod non ſanguis, ſed ſanies ſit Deorum Dearumque.

Οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ', οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον
Τοὔνεκ' ἀναίμονές εἰσι, καὶ ἀθάνατοι καλέονται,

Poſt idem Homerus. καὶ ἀμφοτέρῃσιν ἀπ' ἰχῶ χειρός.

Ἄλθετο χείρ —— Sic enim legiſſe Euſtathium video, non vt vulgo excuditur ἰχώρ. Græcus Scholiaſtes Didymus, ſeu quiſquis is eſt, Ἰχὼρ ὑγρασία τις διεφθαρμένη σαρκὸς ὕφαιμος. & saniei ſpeciem facit Corn. Celſus lib. V. De quo diſſerit æui noſtri Medicorum flos Hieronym. Mercurialis lib. 4. Variar. Lect. cap. I. C. Velleius Epicureus apud M. Tullium I. De Nat. Deor. *Hominis*, inquit, *eſſe ſpecie Deos confitendum eſt. Nec tamen ea ſpecies corpus eſt, ſed quaſi corpus: nec habet ſanguinem ſed quaſi ſanguinem.* Verū craſſa hæc philoſophia eſt Alexādrū pronū in irā fuiſſe, mox diſces Suaſ. 4. extre.

Ad M. Ciceronem missa positum, multum iocatur. Non placent vltima verba. Nam in vno verbo iocus est, nec amplius iocatur: Quidam sic legit: *Eleganter id C. Cassius Epi. quadam ad M. Ciceronem missa posuit, multum iocatur, & non timeo ne ille non gladio ἀντιμυκτηρίσῃ.* Sed vulgatam lectionem non sollicito, qua etiam legitur, *sed timeo ne nos* (pro *non*) *gladio suo ἀντιμυκτηρίσῃ.*

Ἀντιμυκτηρίσῃ] Hinc est Rhetorib. modificatio *Μυκτηρισμὸς* Ironiæ species, Latinis *subsannatio* Persius Sat. 1.

O Iane, à tergo quem nulla ciconia pinsit:
Vos ô patricius sanguis, quos viuere fas est,
Occipiti caco: posticæ occurrite sanæ. Et Sat v.
Disce, sed ira cadat naso, rugosáque sanna.

locus autem Cassij extat apud Ciceronem lib. 15. Epi. 19. ad famil. Variat tamen Senecæ lectio. Sic enim Cassius: *Scis, quam se semper à nobis derisum Cn. Pompeius putet. Vereor ne nos rustice gladio ἀντιμυκτηρίσῃ.* Sed quid mirum? Non longe abiero. Eodem lib. 15. epist. 16. plura Nonius legit, quam in editis habeantur. *Longiores etiam exspectabo, vel etiam exigam: quando hercle ego temere exigam.*

In omnibus regibus] Scripti quidam libri *rebus*, non sequor. Legendus Plutar Symposiac. 11. cap. 1. & quæ ex illo Macrobius hausit lib. 7. saturnal. c. 3. Demetrius quoq; Phaleteus Reges libros legere iubebat, quod ij citra assentationem verum dicere muti magistri, auderent.

Si nasus Atticus ibi substitisset] Sic de Ciceronis iocis in Cæsarem Macrobius lib. 11. Satur. cap. 3. *Nec intra hac mordacitas stetit.*

Mineruam Musam] *suam* pro *Musam* malo, quamuis nihil varient Schedæ. Amicus quidam homo eruditus legendū diuinabat: *Mineruam pusam suam.* quod antiquitus *posum* & *pusam*, qui post *pusio* & *pusillus* dictus est, protulerint veteres. At mihi nō probatur. Petrus Faber Præses Tolosanus *Musam* vt glossema delet, lib. 11. Semestrium cap. 15. Certe Dio Cassius lib. 48. qui hanc historiam enarrat, Musæ non meminit, & à veterib. Athen. non in Musarum, sed Dioarum numero habita est Minerua. Illius verba apponam: Ἐπειδή τε οἱ Ἀθηναῖοι πρός τε τοῦτο καὶ πρὸς τὰ ἄλλα τὴν Ἀθηνᾶν αὐτῷ κατεγγυώντων, δέχεσθαί τε τὸν γάμον ἔφη καὶ προῖκα μυριάδας ἑκατὸν παρ᾽ αὐτῶν ἐξέπραξεν. Lego itaque *Mineruam suam*: nisi si forte *Musam* κατὰ χρηστικῶς adhibuerit.

Κύριε ὁ Ζεύς] Iacet est hic locus olim circunferebatur, cum vet. libri auctoritatem secutus sarciuit, & acuto Sophistæ ioco (acumine enim iocorum, saliumque Græca semper natio præstitit) primus Ant. Couarruuias Iureconsultus egregius, quem & nos per litteras cum Iusto Lipsio communicauimus, qui & ipse in Corn. Taciti Comment. lib. 1. retulit, hinc per exemplaria est propagatus: *Κύριε ὁ Ζεὺς τὴν μητέρα σου Σεμέλην ἄπροικον εἶχεν. Iupiter*, inquit, *O Domine, matrem tuam Semelem indotatam habuit.* Attius in Bacchis. *O Dionyse, pater optime, vitisator, Semela genitus, Euie.*

Mille talentis æstimata] Latino calculo, ducenties quadragies sestertium: nostro vero sexcentis aureorum Coronat. millibus. Minus apud Dionem lib. xlviij. dotis exactæ κεφάλαιον est; Myriades centum: Romano more quadragies sestertiū, h. e. centena aureorum millia, vt Hadrianus Iunius lib. v. animaduersorum monuit cap. 1. Plutarch. enim in Antonio hanc historiam longe aliter commemorat; vbi & Hybreæ dicta leges.

Subscriptus statuæ] Nam & per eum, qui in potestate esset, etiam absenti, repudiū renuntiare ius fasque erat. Sic enim Caius I. c. lib. xi. ad Edictū prouinciale, L. Diuortium. D. de diuort. & Paullus lib. 11. de Adulteriis. L. Nullum 9. D. eodem.

ΟΚΤΑΒΙΑ ΚΑΙ ΑΘΗΝΑ ΑΝΤΩΝΙΩ,

Res tuas tibi habe] Latine ea diuortij formula, ἐγγύα, qua valet plurimū, est à I. Lipsio Comm. in Tacitum, doctis sane & laboriosis eruta, de mutilis illis *resitutas tibi habe*: quomodo & membranæ nostræ male præferebant. Græca vero, quæ hactenus desiderata, ex Gothicis litteris exsculpta sunt, & ægre extorta à librarij mala manu, qui Græce legere nesciret, nedum scribere.

Desultorem bellorum ciuilium] Sic emendo ex opt. libris, cum antea *desertorem* legeretur: quæ vox licet transfugam sonet, est tamen hæc translatio venustior, elegantiorque à ludicris certaminibus ducta, in quibus *desultores* & *desultorij*, qui de curribus quibus olim pugnabatur, desilientes, pedestri pugna dimicabant: vel qui equos defessos recentib. mutabant: Numidarum in pugnando more, de quibus Liuius lib. xxiij. & xliv. ab V. C. & Suetonius in Iulio cap. xxxix. Græcis παραβάται καὶ ἀποβάται. Sic enim Dionysius Halicarn. extremo lib. vii. ὅταν γὰρ τέλος λάβωσιν αἱ τῶν ἱππέων ἅμιλλαι, ἀποπηδῶντες ἀπὸ τῶν ἁρμάτων οἱ παροχούμενοι τοῖς ἡνιόχοις, οὓς οἱ ποιηταὶ μὲν παραβάτας, Ἀθηναῖοι δὲ ἀποβάτας καλοῦσι, τὸν σταδιαῖον ἁμιλλῶνται δρόμον αὐτοὶ πρὸς ἀλλήλους. Homerus, Euripides, atque Virgilius pleni sunt. Sic enim ille Iliad. Ψ.

Ἂν δ᾽ ἔβαν ἐν δίφροισι παραιβάται ἡνίοχοί τε. vide Eostathium Scholiasten & Porphyriū, in quæst. Homericis. Cicero pro L. Muræna. *Nescio quo pacto mihi videtur Prætorius candidatus in consularem, quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere.* Verus glossarium Philoxeni *Desultor μεταβάτης ζεύξιππος.* Idem tamen vitiose alibi *Dissultor* pro *Desultor* Iulio Polluci lib. 1. ἀμφιπποι pro desultoriis, voce Apuleio & Martiano Capellæ trita. Mox ego quoque lego *bellissimam tum rem*, pro *tamen*, quod è notis tn natum.

Hic est Dellius] *Duillius* hic male scribitur apud L. Annæum Philosophum lib. 1. de clementia: qui Δέλλιος ὁ ἱστορικὸς Dioni lib. 50. & Plutarcho in Antonio inter Cleopatræ adulatores numeratur, vt mirum non sit ἐρωτικὰς epistolas ad eum conscripsisse. Πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους φίλους οἱ Κλεοπάτρας κόλακες ἐξέβαλον τὰς παροινίας καὶ βωμολοχίας οὐχ ὑπομένοντας, ὧν καὶ Μάρκος ἦν Σίλανος καὶ Δέλλιος ὁ ἱστορικός. Hunc post cum Cæsare Augusto in gratiam rediisse intimúmque fuisse disces ex hoc Senecæ loco. *Dellium* quoque Horat. lib. 2. Carm. ad animi æquabilitatem in secundis aduersisque seruandam inuitat.

Annum bienny, trienny diem debere] E vestigijs priscæ scripturæ *Annua*, facile conijcias corruptum à librario locum, ignorante veterem pensionum formulam. Leg. fortasse. *Annua, bima, trima die debere.* Qua etiam veteres in dote repetenda, soluto matrimonio, vel morte, vel diuortio, vsos didici, ex his Vlpiani I. C reliquiis tit. 6. Instit. *Dos si pondere, numero, mensura contineatur, annua,*

annua, bima, trima die reddetur: nisi si, vt præsens reddatur, conuenerit. Reliquæ dotes statim redduntur. Et mox: *Mariti mores puniuntur, in ea quidem dote, quæ à die reddi debet. Ita propter maiores mores præsentem dotem reddit, propter minores, senum mensium die.* His igitur verbis præstatio tribus pensionibus æqualib. diuiditur, vt tertio anno soluta sit. Legatis etiam adijci solet. L. Si cui. D. de legatis I. L. legata inutiliter, & L. talis scriptura D. eodem. Idem stipulationib. Paullus in L. plurib. §. 1. D. de verb. obligat. Pomponius in L. Si necessarius §. si annua. D. de pignerat. action. Idem in L. Si ita stipulatus. D. de verborum obligat. & alibi sæpe. Vid. Iacobum Cuiacium lib. 7. Obseruationum. c. 20.

Negaret esse terras inhabitabiles] vt negauit D. Augustinus lib. xvi. De ciuitate Dei, cap. ix. & Lactantius lib. iii. Diuin. Institut. cap. xxiii. Et ingentem super hac re pugnam fuisse ait: at nunc Hispanorum ad Indos nauigationibus nullus dubitãdi locus relictus. Lege si vacat Ios. Acosta Societ. *Iesu*, De noui orbis natura.

Lyconis] erat & in membranis *Lyconis*: at extrema suasoria & alias semper *Glycon* est, vt à sermonis dulcedine nomen sortitus videatur. Quod & Lyconi Peripatetico festiuo homini, & Stratonis successori (cuius & Cicero Tuscul. iii. extrema meminit) accidisse auctor est Laërtius lib. v. ἐν δὲ τῷ λέγειν γλυκύτατος ἦν παρὸ καί τινες τὸ Γάμμα αὐτοῦ τῷ ὀνόματι προστιθέασιν. Græca autem quæ hic exulabant, pro virili reposita reuocaui Glyconis dicterium ægre, de litteris membranarum Gothicis verius quam Græcis legitur. Pet. Ioannes Nunnesius Orator ac Philosophus, & singulare Valentiæ Edetanorum ornamentum, hæc tanquam conando exsculpebat: εἰ μή τι κακὸν Νίνη κατὰ [illegible] ἀλόχου, ψέγοιτο, Quasi dicat: *Nisi quod malum aut dedecus inclyta Nini vxoris reprehendat, aut obiurget.* Notum de Semiramide, illam ad Indos penetrasse, bellumq; illis solam ante Alexandrum intulisse: quasi illud hoc vitio vertere potuerit Alexander, quod vltra non sit progressa.

Artemon dixit] Græca hic omnia versuum fere decem, in editis libris desunt: ea librorũ veterum ope, hominumq; doctiss. συνεργίᾳ adiuti suis locis reposuimus, vt vel huius Suasoriæ edendæ magnum fuerit operæ-precium.

Artemon dixit. [illegible]] obscurus hic locus in antiquis, multumque facessit negotij, quod Græca hic plurima Artemonis occurrant. Illud ΡΗΙ ΥΗ quid sit, expiscari nondum potui, ac ne eruditi quibus ostendi. forte φιγήν. Nam φιγὴν Hesychius [illegible] exponit Proxime Lacuna est, Δ Τ C, certe opinor. Quod sic ca pleam [illegible], id est ad verbum, *plures condere soles*, vt in Bucolicis Maro:

Cantando memini plures me condere soles.

Quale & illud alterius poëtæ, nescio cuius:

οἱ ἀστέρες δύνουσι τὸ φέγγος αὐτῶν.

Sed vir egregie doctus ex his ipsis codicibus nostris, sic statuebat: [illegible] ἄλλοις δὲ ἀργυρέας [illegible], ἐπὶ [illegible] τὴν [illegible].

Doriones] In vet. lib. Couarr. *Orionis* lego, in Vat. Arionis, aliaque est interpunctio, & quamuis *Dorionis* declamatoris, in ea quæ proxime sequitur, Suasoria meminit, quia ab hoc Metaphrasin Homeri editam fidis testib. docere non possum, (vt à Demosthene quodam apud Eustathiũ, ac Tzetzæ alterutrius nondũ in vulgus editã Metaphrasim vidimus, versibus vt appellabat Politicis scriptã, in Bibliotheca v. cl. Ant. Augu. Archiep. Tarraconensis, & Ilias parua, nescio cuius, circũfertur) tamen facio libenter vt optimorũ librorũ auctoritatẽ sequar, qui *Orionis* præferunt, quod nomen frequenter apud Græcos, præsertim literatores, occurrit; citatq; *Orionem* Grammaticum amplius seaagies, Etymologicum magnum, & [illegible]. (*Orionẽ* quoq; Thebanũ ac Milesiũ (memoria teneo videre in eadem Bibliotheca, quæ in regiam translata est, Lexicon eius per exiguum fierique potest, vt idẽ versib. Odys. metaphrasin ediderit. Dixerit, aliquis, hic de Declamatoribus loquitur Seneca; Sit ita sane: interponit etiam alias vers. Ouid. & aliorũ, & suũ de illis fert & accomodat hic suum iudiciũ, de Cacozelo huius poëta corruptissimo & tumidissimo, sententiæ cuiusdam *Ministrati* (*Menestrati* potius) Declamatoris multo magis corrupto, vt ea cõparatione huius intelligatur quãto illa Declamatoris corruptior. Quid si igitur & *Arionis* legamus? nihil enim vetat in tãta rerum obscuritate diuinare: exstatq; [illegible] cuiusdam poëma Dorica Dialecto iucundissimũ quod *Arion* inscribitur. Qua de historia Ælianus lib. 12. c. 14. & ea li. 1. Herodoti Agel. li. 16. c. 19. Ad Metaphrasin quod attinet, Pigres Artemisiæ Reginæ Cariæ frater, teste Suida, Ili. Homeri sic illustrauit, vt singulis Homeri versibus suos pentametros subijceret. Idæus autem Rhodius, & Timoleus Larissæus, vt idem alibi refert, Leaicographus, alternos Heroicos inseruerunt. Quin & Cointhus Smyrnæus, qui vulgo *Quinctus Calaber* Paralipomena Homeri reliquit. Dictys quoque Cretensis lib. 6. & Polemon li. 7. Dares vero Phrygius singulari libro Troiani belli historiam descripsit: quem & sua exstitisse tẽpestate narrat Ælianus lib. 11. variæ Hist.

Tum excæcatus Cyclops] Nec hic vetus liber nos adiuuit, qui *cum excæcatos Cyclopes* habet, & *reiecit*. Equidem tentabam numeros concinnare Hexametri lege, reiecta syllaba, quæ solenni librariorum vitio bis repetita est:

Tunc excæcatus Cyclops saxum in mare iecit.

vel vt hemistichium sit: *Tum excæcatus Cyclops* — vt s. veteri Ennij atque Lucretij more elidatur. De hoc autem monstro Homerus Odys. ix. lib. & Lucilius xv. Satyr. apud Nonium:

Multa homines portenta in Homero versificata
Monstra putant, quorum in primis Polyphemus ducentos
Cyclops longus pedes, & porro huic maius bacillum
Quam malus nauis in corbita maximus vlla.

Respexit credo, illa Homeri:

Κύκλωπος γὰρ ἔκειτο μέγα ῥόπαλον παρὰ σηκῷ
Χλωρὸν, ἐλαΐνεον, τὸ μὲν ἔκταμεν, ὄφρα φοροίη
Αὐανθέν· τὸ μὲν ἄμμες ἐίσκομεν εἰσορόωντες
Ὅσσον δ' ἱστὸν νηὸς ἐεικοσόροιο μελαίνης
Φορτίδος εὐρείης, ἥ τ' ἐκπεράᾳ μέγα λαῖτμα
Τόσσον ἔην μῆκος, τόσσον πάχος εἰσοράασθαι.

Et diuinus poeta Æneid. iii.

Monstrum horrendum informe, ingens, cui lumen ademptum
Trunca manum pinus regit, & vestigia firmat.

Et Ouid. lib. xiii. transform. vbi Homerum & Theocritum in Polyphemo expressit:

Cui postquam pinus, baculi quæ præbuit vsum,
Ante pedes posita est antennis apta ferendis.

Et mox: *Insequitur Cyclops, partemque è monte reuulsam*
Mittit, & extremum quamuis peruenit ad illum
Angulus è saxo, totum tamen obruit Acin.

Magna, nec tamen sana] Disputat hoc loco Seneca, vt Rhetor, qui possit *Cacozelon* vitari; de quo Hermogenes lib. 4. de inuentione, de Dionys. Longinus ἐν τῷ περὶ ὕψους. & ante hos Demetrius Phalereus ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας. Sententias igitur καθ' ὑπερβολὴν, aut magnas, quæ à vitio absint, *sanas* vocat: Magnas, sed vitio obnoxias, corruptas, tumidas, insanas. Sic & Longinus vitia finitima τῷ ὕψει appellat οἰδεῖν, id est, tumere, & παρένθυρσον, hoc est insaniam à Thyrsis Baccharum. Hæc eadem illustrat Seneca in extrema hac sua soria, vbi sana ἀντίθετα corruptis, subijcit insana & tumida. Quæ cum ita sint, emendandum hunc locum videri maneo, legendumque *Magna & tamen sana*. Quam coniecturam veteris cod. fide confirmari video,

Tumidum est] Io Petreius Toleranus, vir eruditus, Compluti olim eloquentiæ doctor, qui has ipsas *Senecæ* declamationes ante me natom illustrare cœpit, hone Homeri versum, qui fugisse videri queat.

Ἧκε δ' ἀπορρήξας κορυφὴν ὄρεος μεγάλοιο. quasi κορυφὴν è fuga se retraxisse putat. At si Græcos Rhetoras legisset, sententiam credo mutasset. Totus.u. ille locus Homeri de Cyclope laudatur ab Hermogene ε. περὶ κακοζήλου, & vt vitium declinarit docet. Idem etiam Longinus: à quo cum multi versus huiusmodi colligantur, nullũ video illorum exsculpi posse ex vestigiis veterũ librorum quattuor, quibus vtor. Credidi aliquando, si quid deesset, carmen defuisse ex Cyclope Philoxeni Dithyrambici, cuius fabulæ meminit Zenobius in Paræmiis: aut ex eiusdem Galatea, in qua Cyclops inducebatur, vt refert Aristophanis scholiastes. Notum autem Dithyrambicos grãdes verbis esse & sententiis, ita vt tumeant & inflati sint, atque, vt Horatius ait, *ampullentur*: quo etiam nomine Pindarum prædicat. Postea vero è membranis ista extudimus, ὅ γε ἐγὼ ἀποσείουσι.

Rapit haud exiguam partem] Virgilio hæc de Cyclopibus attribuere, & cum Homericis comparando meliora facta ostendere videtur: quæ hodie extremo lib. III. iactationis Æneæ non leguntur, sed lib. x. de exercitu Rutulorum vers. 128.

Fert ingens toto connixus corpore saxum
Haud partem exiguam montis Lyrnesius Acmon.

Est inflatum] Desiderari videatur & hic Homeri locus, nisi in scriptis libris additum viderem καὶ κορυφὴν βάλλοντα μόνον.

Virgilius ait quod de nauibus] E vestigiis scripturæ veteris lego: *Virgilius quod ait quidem de nauibus:*

——credas innare reuulsas
Cycladas——

non dicit hoc fieri, sed videri. Promtis auribus accipitur quamuis, &c. Extat autem extremo libro VIII. Æneid. vers. 191.

Alta petunt: pelago credas innare reuulsas
Cycladas aut montes concurrere montib. altos.

Propitys auribus videtur] Ego *bibitur* vel *auditur*, vt Horatius lib. II. Od. XIII.

Pugnas & exactos tyrannos
Densum humeris bibit aure vulgus.

antea diuinaram legendom, nunc à veteri libro discedere religio sit, præfert enim, *promptis auribus accipitur.*

In Oceano nascentium magnitudinem] Locus asterisco forte notandus, tametsi in veteribus libris nullum hiantis spatij vestigium appareat. Deest enim *Minstrati* Declamatoris, quisquis is est, siue *Menestrati* sententia. Locum, qui deinceps sequitur, repugnante licet veteri codice sic quidam legebat: *Efficit hæc sententia, vt ignoscamus ei qui dixit ipsis. Charybdi & Scylla maius portentum, Charybdim ipsius maris naufragium videri.*

Charybdis maris naufragium] vide Senecam Philosophum epistola LXXX. & infra Suas. VI. ex Ciceronis Philip. II. qui & III. de Oratore pro *Charybdi bonorum, voraginem* dici mauult. quod illic, vt hoc ipso loco, nimis longe simile sit ductum. Idem tamen *Charybdim exhaurire gurgites dixit* De arusp. respons.

Macedonum hunc sensum] Locus item mendi suspectus. Vetus liber post *Macedonum* appingit notam τῆς τελείας στιγμῆς. Quod si τὸ ὑποδιαστολῆς signũ apposueris, constabit forsitan sententia. *Cum Barbarus introduxisset exercitum Macedonum se excusantem, dixit hunc sensum.* Quem illum ipsum, quem Damasceticus dixerat, prioribus scilicet periculis noua assidue superuenisse Quod si cui minus probabitur, meliorem codicem, vnde expleri locus quæat, studiose conquirat.

Latro sedens hunc dixit] scilicet in prolocutione, cum fere verba facturi assurgere soleant, quod animus tunc intendi maxime soleat, Latro tamen sedens memoriæ nimium confisus declamitabat. Sic enim Præfat. lib. primi Controu. *Antequam dicere inciperet, sedens quæstionem eius, quam dicturus erat, Controuersiæ præponebat: quod summæ fiducia est.* Sedet & Silo Pompeius Præf. libr. tertij Controu.

In Oceani descriptione] Quanto rectius hæc in veteri illo longe optimo Couarruuiano *Mmus*? cui & *curiose* obijcit: quorum hoc in exsuperantia peccat. Plautus Sticho:

Nam curiosus nemo est quin sit maleuolus.

Cicero 1. de finib. *Curiosi isti, quos offendit noster minime nobis iniucundus labos.* & lib. II. *Reperiam multos, vel innumerabiles potius, non tam curiosos, nec tam molestos, quam vos estis, quibus, quidquid velim, facile persuadeam.* De *curiosis* autem vide & Suidam.

Non minus viguerunt] Probo cum doctiss. Nunnesio priscam lectionem, vt *non nimis viguerunt* reponas: ita contra mox legas, *Nam aut minus descripserunt, quam curiose.* Idque auctoritate Hermogenis, ad cuius ille Methodum Rhetoricã à se iam tertium libris quinque felicius longe, quam Georgius *Trapezuntius, Barcinone edita, omnique doctrinæ genere referta reuocauit. Quod enim Hermogenes ἐν πνεύματι λέγειν. Hoc Seneca ad verbum, *tanto spiritu dicere*: & quod ille ἀκμάζειν, noster item ad verbum *vigere*. *Declamatores* igitur *latini non viguerunt nimis*, id est, non incaluit tantum eorum spiritus, dicendo, οὐκ ἄγαν ἠκμάζοντο πνεύματι ἐν τῷ λέγειν, —— *Nam aut minus descripserunt*, cum πνεῦμα πνεύματι, nec ῥῆμα ῥήματι, adiungerent, aut *curiose*, hoc est, κατὰ λεπτολογίαν τεχνικήν, aut Mathematicorum more, aut Physicorum, Oceanum describerent. Ceterum *Pedonem Albinouanum*, quem noster Controuers. x. prædicat, doctum poëtam & Epigrammatũ scriptorem Valerius Martialis nominat lib. II. & v. & antea Ouid. lib. III. de Ponto. Plura Crinitus ac Giraldus quos non exscribo.

Iam

Iam pridem post ter gadiem.] Sic Claudianus lib. III. in Rufinum I. *mundum post terga relinquans* & Prudentius in Cassiano.

Et post terga domum dubia sub sorte relictam.

Et in Hamartique.

Post terga tenebras liquerunt.

Spartianus in Seuero: *Quas post tergum relinquebat Prouincias.*

Quis sanas vndique pistris] *Pristis* in opt. libris rectius, quam in editis. πρίστις Græci, Latini & *Pristes*, *istrin*, & *Pistrix pistricem* receperunt, pro bellua marina, inquit Festus, quæ pilis vestitur ἀπὸ τοῦ πρίζειν τὰ κύματα, à secandis fluctibus *Pristis* igitur rectius. Huc allusit Maro libro V. Æn.

Sic Mnestheus, sic ipsa fugat secat vltima pristis
Æquora, sic illam fert impetus ipse volantem.

Et lib. III.

——Postrema immani corpore pristis

Per inertia fata.] Ominosum enim fluctibus mergi. Hesiodus ἔργοις.

Δεινὸν δ' ἐστὶ θανεῖν μετὰ κύμασιν.

Notum & Archytæ Tarentini votum insepulti iacentis apud Horat. Od. XXVIII. & Od. III. lib. I. Carm. de nauigationum periculis.

Iam sidere limo.] *Sidere* verbum pro subsidere ac hærere limo accipiebat Nunnesius, Melius tamē pro nomine interpreteris astrum sinistrum, nec enim apparet, quomodo in Oceano profundissimo naues subsidant limo. Cuius est ἐπεξήγησις, quod proxime sequitur.

——Et rapido desertam flamine classem.

Prora se dat sublimis] Couarr. cod. *sedat*, quod non probo, alij *spectans* hic reponunt.

Rumpere visu.] Placet impense vetus scriptura *visu*, Sic & Cl. Rutilius Numatianus in itinerario.

Respectare iuuat vicinam sæpius vrbem,
Et montes visu deficiente sequi:

Obstructo tales] In veteri erat, *Obstrictum, talis*: non sequor.

Ibid. Virg.

Ille super tales effudit pectore voces.

Ruit ipse dies] Homericum est odyss. ι. ὀρώρει δ' οὐρανόθεν νύξ.

Supra initio:

Terram nox obruit:

Et Maro:

Ruit Oceano nox

Anne alio positas vltra] Mutilus hic versus in primis editionibus Additum *vltra* de veteri libro. vidi qui legerent.

Anne alio Mundi positas sub cardine gentes. Alij:
Anne alio positas cæli sub cardine gentes.

Atq; alium libris] Tale illud Maronis I. Georgi.

Atque alio patriam quærunt sub sole iacentem.

Idem in ludicro ad M. Messallam Coruinum:

Nunc celeres Afros, periturâque millia gentis,
Aurea nunc rapidi flumina adire Tagi:
Nunc aliam ex alia bellando quærere gentem
Vincere & Oceani finibus vlterius.

Dij reuocant] Antiquus liber Di. littera singulari, & mox *adiciendo*: & sup. *desisse*: pro *desijsse*: Et veteres non geminabant, sed productiori & extāti littera contenti erat: quod & Romæ in antiquis lapidibus & marmorū inscriptionibus apparet.

Senec.

Et sacras violamus aquas] Tale illud exordium Val. Flacci I. Argonautic.

Prima Deum magnis canimus freta peruia natis.

Vide And. Alciatum lib. VIII. παρέργων, cap. VIII. cui illud Lucretianum addo ἐν παρέργῳ, simile Valeriano de Græcis lib. I.

Ductores Danaum delecti, prima virorum.

Adiecit etiam ὑγιαινε γῆ] Hæc quidem exculpsimus; Couarruuias è vestigiis sui Codicis, quomodo & Romæ editum: Ι ἀέρες ὅσοι τέχος ὑγιαινε γῆ, ὑγιαινε Νυλάιλα θάλασσα.

Quosdam dubios indices] Græca quædā vno versu comprehēsa: hic è fuga retrahere ægre potui: adeo prodigiose scripta ea erant.

IO. PETREIVS.

D*Eliberat Alexander an Oceanum nauiget.*] Hoc schema ex historia sumptum est. Cum enim ad vltimum Oriētem peruenisset Alexāder, fluminib. nauigans, in Oceanum descēdit, paruamque iuxta insulam, ibiq; peractis sacrificiis, cum maria & litturis naturam esset contemplatus, precatus dicitur, ne cui suæ terminos expeditionis superare daretur in posterum.

Sin vt cuiusque] *sin*, pro *si non* debet sumi, vt sensus constet, qui talis est: Si propter magnitudinem aliquid esset dicendum infinitum, ac nō rebus quantumlibet magnis, natura præscripsisset modum, ex ipsa magnitudine infinitū quiddam poterat Oceanus existimari: & est ratio ad dehortandum, A difficili. & erit Status Coniecturæ non posse fieri.

Satis sit] Iam defessus mūdus infortuniis bellorum, lugere amplius non potest: Sit igitur illi satis ad vincendum, quod satis est iam orbi ad lugendum. Lego potius ex vet. lib. *lucere satis est*.

Immensum] hic supplendum est, aut *petimus*, aut *ingredimur*, appellat autem *vinculum & custodiam* quod intra se orbem continere & colligare videatur. Censeo potius legendum *custodia* de vet. libro.

Quod non esset] haut dubium hoc loco versum reponendum, qui est apud Homerum Iliados ε cum fabulatur Venerem à Diomede vulnus in manu accepisse, ex quo fluxerit non sanguis, vt solet mortalib. sed sanies quædam: quam ille ἰχῶρα appellat, qualis, vt ille inquit, Diis immortalibus effluit. Neque enim eisdem cibis pascūtur, aut vinum bibunt: inde fit vt sine sanguine sint, quos ille ἀναίμονας vocat, & immortales dicantur. Sunt autem versus huiusmodi:

——ῥέε δ' ἄμβροτον αἷμα θεοῖο
ἰχώρ, οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν.

Ille se ab hac] Non est intelligēdum quod Callisthenem lancea confoderit, nam is Clytus fuit, quem ille in conuiuio occidit, sed ab vno facto transtulit ad omnia. Incusso enim terrore, reliquos auertit à familiaritate iocorum, cum Clytum lancea confossum viderēt: Callisthenes autem in vinculis pedore, & tabe cōfectus interiit. quod igitur semel cōtigit, in vniuersum protulit. Quemadmodum si, quia semel Cato inebriatus est, dicas, *Sed ille curas vino leniebat.* Bene ergo *lancea se vindicabat*. quia illa lancea reliquis terrorem incussit, ne cum illo postea libere iocarentur.

Sinapsis Atticus] si dicacitas Attica.

Dellius ait.] hunc etiam locum corruptum eſſe vel id indicat, quod exemplaria variãt. In exemplari quodam vetuſtiore emẽdatius videtur legi, non, *annum bienny & trienny diem*, ſed *anni bienny trienny diem.* hic autem ſenſus elici poſſe videtur: *Dies* vſitatum verbum eſt Iuriſperitis, pro tẽpore in petenda prorogatione vel dilatione, &c.

Eſſe in Metaphraſi] Si eum inquit, locũ Homeri *Metaphraſi*, i. paulum diuerſa interpretatione vertas, quo Cyclopa deſcribit, *tunc excæcatus Cyclops ſaxum in mare reiecit*: & cum eo eius verſu conferas, quo dicit illum auulſum magni montis verticem in mare miſiſſe. Verſus autem hic eſt:

ἧκε δ' ἀπορρήξας κορυφὴν ὄρεος μεγάλοιο.

Quanto enim hoc magis videtur ſupra fidem, quam illud: quod, tametſi poëtis condonetur, Oratori certe permittendum non eſt: licet tamẽ ea ſic efferre, ne à ſanitate diſcedant, atque ita magna efficere, vt verecunda ſint quemadmodum dicebat Mæcenas apud Vergiliũ licere intueri, ſi alia eius loca cum aliis conferas. Quædã enim ſunt etiam in ſoluta oratione tolerabilia, quædam quæ non niſi Poëtica licentia excuſentur. Quod enim de Turno dicit in duodecimo, inflatum eſt: imo vero ſupra ſidem, cum dicit: Saxum manu arreptum torſiſſe in Æneam, quod vix potuiſſent duodecim ferre lecti viri. Locus notus eſt. At vero illo loco X. lib. non impudenter diſceſſit à fide, vbi inquit:

Fert ingens toto conixus corpore ſaxum,
Haut partem exiguam montis Lyrneſius Ægmon.

Nam & verecunde dixit, *Haud partem exiguam*, & adiicit, *connixus toto corpore*, non manu: quemadmodũ de Turno. Et quod VIII. lib. inquit modeſtum eſt.

——credas innare reuulſas
Cycladas.

Neque enim dicit fieri ſed videri, ac propterea propitiis aurib. accipitur. Quod vero de clamore Cyclopis in tertio dixit, multo clarius eſt:

Clamorem immenſum tollit, quo pontus, & omnes
Intremuere vnda, penituſque exterrita tellus
Italia, curuiſque immugiit Ætna cauernis.

Neque enim hic aliquid adiecit, quo defenderetur, ſed plane fidem egreſſus eſt. Hic ſenſus mihi videtur elici poſſe ex loco tam deprauato, & mutilo, qui fortaſſe non admodum à verbo diſcrepat, ſi quis recte conſideret. Litterã autem ipſam immutare nolui.

Iam pridẽ] Hi verſus ſic decerpti ſunt, vt ex his continens ſententia elici non poſſit alioqui fruſtra laborabit, qui velit continuare.

Piſtres] *Priſtes* legendum. Sunt autem monſtra in Oceano Indico ducẽtum cubitorum, quæ pilo teguntur. Plinius libro nono, à quib. nomina ſunt nauib. indita, vt apud Virgilium:

Velocem Mneſteus agit acri remige priſtin.

Sidere limo] obliquo & tranſuerſo. Multũ namque obliquatur Sol Septentrionem verſus tendentib. *Ego limis per flabellum*, inquit Terentius. i. tranuerſis.

Quoad timide] videtur *quoad* eradendum.

OPSOPOEVS.

N*Am cum Antonius vellet Liberum ſe patrem dici.*] P. Faber Semeſtrium lib. II. cap. XV. Seneca vbi de Antonio, qui vellet ſe Liberum patrem dici, & hoc nomen ſtatuis ſcribi, habitu quoque & comitatu Liberum ementiretur: ei venienti Athenienſes cum coniugibus & liberis occurriſſe, & Διόνυσον ſalutaſſe ſcribit: hoc etiam addito: *Dixerunt deſpondere ipſos in matrimonium Mineruam Muſam ſuam, & rogauerunt, vt duceret & Antonius ait ducturum, ſed dotis nomine imperare ſe illis mille talenta*, in quibus, illud *Muſam* Senecæ non eſſe contendo: cum à veteribus præſertim Athenienſibus, non in Muſarum, ſed in diuarum numero habita fuerit Minerua: itaque Dio lib. XLVIII. qui hanc hiſtoriam enarrat, Muſæ non meminit, ἐπειδή τε οἱ Ἀθηναῖοι πρός τε τοῦτο καὶ πρὸς τὰ ἄλλα τὴν Ἀθηνᾶν (inquit) αὐτῷ κατηγγύων, δέξασθαί τε τὸν γάμον ἔφη, καὶ προῖκα μυριάδας ἑκατὸν παρ' αὐτῶν ἐξέπραξεν. Hadrianus Iunius Animaduerſorum lib. V. cap. I. Quæ Seneca prolixius. Dion breuius delibauit, ſed, in dotis nomine longe diſſentit, cuius verba ex XLVIII. hiſtoriarum libro à me Latine vtcunque reddita, adſcribere eſt operæpretium. *Antonius nouum ſe Liberum patrem & ipſus nominabat, & ab aliis nuncupari volebat, ſi quidem & Athenienſes præter hoc & alia, quum Mineruam illi deſponderent, recipere ſe nuptias ait, dotiſque nomine myriadas centum ab ipſis exegit.* Diſcrimen τῶν κεφαλαίων obſerua: ille mille talenta pro dote imperata ſcribit, hic centum myriadas drachmarum, at poſterior calculus non tranſcendit ſummam centum millium coronatorum aureorum: nam quum centum drachmæ, decem coronatos pendant, decem millia drachmarum (quæ myriadis nomine, Græcis notiore vocabulo dicũtur) ad mille coronatos excurrunt, quæ ſumma centies cumulata, quadragies ſeſtertium efficit, hoc eſt, centena aureorum millia. quod ita eſſe, manifeſtum fit ex Plutarchi verbis in Antonio qui vigintiquinque myriadas à Romanis decies ſeſtertium dici affirmat, quæ iſtius capitis quarta pars eſt, vigintiquinque aureorum millia conſtituens. At multo maius eſt pecuniarum caput, quod exactum in eadem re fuiſſe commemorat Seneca, nimirum ſexcuplo maius ad ſexcenta aureorum coronatorum millia ſeſe extendens, quod Romano more ducenties quadragies ſeſtertium dixeris. Quid certi ad committendos autores diſcordes habeam, haud facile dixero: quid vero ſuſpicer, poſſem. Sed ſuſpicionibus legentium aures onerare nolim. I. Lipſius commẽt. ad I. Annalium Taciti: Miræ fœdatus Senecæ patris locus Suaſoria prima: *Cum Antonius vellet ſe Liberum patrem dici, & hoc nomen ſtatuis ſubſcribi occurrerunt venienti ei Athenienſes cum coniugibus ac liberis, & Dionyſium ſalutauerunt. Bene illis ceſſerat, ſi naſus Atticus ibi ſubſtitiſſet. dixerunt deſpondere ipſos* (malim, *ipſi*) *in matrimonium Mineruam Muſam ſuam, & rogauerunt vt duceret & Antonius ait ducturum, ſed dotis nomine imperare ſe illis mille talenta. Tum ex Græculis quidam ait .... Hæc quidẽ impune ſunt, ſed Athenienſium ſponſalia mille talentis æſtimata ſunt. quæ cum exigerentur, multi contumelioſi libelli propoſiti ſunt, ſicut ille qui ſubſcriptus eſt ſtatuæ eius, cum eodem tempore Octauiam vxorem & Cleopatram: Hoc tu cuita reſtituas, tibi habe.* Primum offendimus Minerua Muſa, quoniam neque Dio nominat in hac hiſtoria, Ἀθηνᾶν dixiſſe contentus; nec cognomen noſtrarum dearũ ſcio alias adhæſiſſe Mineruæ. Itaque

inducta

inducta ea voce scribo, *Mineruam suam.* nata fuit ex confusa repetitione litteræ vocisque sequentis In summa discrepat idem Dio. qui *κατὰ τὴν φερνὴν* imperatas pro doteait, id est Romano ritu H S. quadragies. Mille autem talenta Senecæ, paullo minus faciunt ducentis quadragies: sexo tanto immaniore summa. Tamen non muto. Græculi locum, cui spatium vacuum, doleo abesse. (*in ora libri est annotatum:* Monuit me per litteras And Schottus ex Ant. Couarruuiæ libro suppleri posse. Κύεια. ὁ Ζεὺς τ̃ ... ἐν Σωί... ἀφέσθαι εἶχον.) at Latinum commode restituo, *Octauia res tuas tibi habe.* Quicumque ille, comiter iocatus est ex diuortij Romani forma. Cũ enim Cleopatram amaret haberetque Antonius: ecce subscripsit ille quasi nomine Antonij Octauiam repudiantis, *Octauia res tuas tibi habe.* Quæ solemnia in libello repudij verba fuisse, iam notum. Apuleius: *Tu quidem ob istud tam dirum facinus confestim thoro meo diuorte, tibique res tuas habeto.*

Annuam, binam trinam diem debere.] Vide Cuiacij obseruat. lib. VII cap. XX.

Pluton dixit.] Eusebio in Chron. teste, inter nobilissimos artis rhetoricæ Græcos præceptores habitus fuit: hic *Pluton*, siue *Pluton*. sic enim legẽdum esse apud Hieronymum admonuit N. Faber non vt vulgo, *Plautio.*

SVASORIA II.

TRECENTI Lacones contra Xerxem missi cum trecenti ex omni Græcia missi fugissent, deliberant, an & ipsi fugiant.

SCHOLIVM SCHOTTI.

DE LACONIBVS, qui ad Thermopylas Duce Leonida rege Spartarum pro libertate Græciæ, vincendo potius fatigati, quam victi, ceciderunt, pleni Historicorum libri. Herod. libro VII. Diodorus Siculus lib. XI. Bibl Pausanias lib. III. Strabo lib. IX. Ælia. lib. III. variæ historiæ. & Latinorum Iustinus lib. II. Valer. Maxim. lib. III. cap. II. & Orosius lib. II. cap. IX. & XI. In numero variant. Diodorus enim οὐ πλείους τῶν πεντακοσίων (non amplius quingentos) *Iustinus, & qui eum exscribit, Orosius,* sexcentos *numerant.* Trecentos *vero Herodotus. Plutarch.* Συμπ. *Ælianus, & M. Tullius lib. II. de Finibus bon. & mal.* Leonidas, *inquit*, Rex Lacedæmoniorum se in Thermopylis trecentosque eos, quos eduxerat Sparta, cum esset proposita, aut fuga turpis, aut gloriosa mors, opposuit hostibus, Mille *autem Lacedæmonios eduxisse primo Leonidam sine sociis, refert ibidem Diodorus, & Isocrates in Panegyrico, & in Archidamo. Videndus Agellius lib. III. cap. VII. & Seneca Philosophus Epistola LXXXIII. Hinc sumptum declamandi argumentum, campusque Rhetorum amplissimus.*

ARELLII FVSCI PATRIS. At, puto, rudis lecta ætas, & animus qui frangeretur metu insueto, armaque nõ passuræ manus, hebetataque senio, an vulneribus corpora. quid dicam potissimos Græciæ, An Lacedæmonios? an Eleostau repetam tot acies patrum, tot excidia vrbium, tot victarum gẽtium spolia? Et nunc, pro dolor, concidunt, si remeabimus templa. Pudet consilij nostri. pudet, etiam si non fugimus deliberasse talia. At cum tot millibus Xerxes venit, ô Lacedæmonij, non aduersus Barbaros, reueremini opera vestra, nõ auos, non patres, quorum nos exemplum moueat? Ab infantia surgit ingeniũ: pudet Lacedæmonios sic adhortari: tuti sumus. Licet totum classe Orientem trahat, licet metuẽtibus explicet inutilem numerum: hoc mare, quod tãtum ex vasto patet, vrgetur in minimũ, insidiosis excipitur angustiis, quà vix minimo aditus nauigio est, & huius quoque remigium arcet inquietatione, quod circumfluit mare, fallacis cursus, vada altioribus internata, aspera scopulis, & cetera, quæ nauigantium vota decipiunt. Pudeat, inquã, & Lacedæmonios & armatos quærere, quemadmodum tuti sint. Non referam Persarũ spolia: certe super spolia nudus cadam. Sciet & alios nos habere trecentos, qui sic non fugiant, & sic cadent. Hunc sumite animũ. Nescio an vincere possimus,

Senec.

vinci non poſſumus. Hæc non vtique perituris refero : ſed etſi cadendum eſt, erratis, ſi metuendam creditis mortem. Nulli natura in æternum ſpiritum dedit, ſtatutaque naſcentibus in finem vitæ dies eſt. Imbecilla enim nos materia Deus orſus eſt, quippe minimis ſuccidunt corpora, indenuntiata ſorte rapimur : ſub eodem pueritia fato eſt, eadem iuuentus cauſa cadit : optamus quoque plerique mortem : adeo in ſecuram quietem receſſus eſt. At gloriæ nullus finis eſt, proximique Deo. Sic ages ea ſaragunt. fœminis quoque frequens hinc in mortem pro gloria iter eſt. Quid Lycurgum? quod interritos omni periculo, quos memoriæ ſacrauit, viros referam? vt vnum Otryadem citem, annumerare trecentis exempla poſſum. *Triarij*. Non pudet Laconas nec pugna quidem hoſtium, ſed fabola vinci? Magnum & alumnum virtutis naſci Laconem. ad certam victoriam omnes remanſiſſent, ad certam mortem tantum Lacones. Non eſt Sparta lapidibus circumdata. ibi muros habet, vbi muros non habet. Melius reuocabimus fugientes Trœzenos, quam ſequemur. Sed montes perforat : maria contegit. Nonquam in ſolido ſtetit ſuperba felicitas, & ingētium imperiorum magna faſtigia obliuione fragilitatis humanæ collapſa ſunt. Scias licet ad finem perueniſſe, quæ ad inuidiam perducta ſunt. Maria, terraſque rerum natura ſtatione mutauit ſua. moriamur trecēti: vt hic primum inuenerit, quod mutare non poſſit. Si tandem amens placiturum cōſilium erat, cur non potius in turba fugimus? *Porcij Latronis*. In hoc ſcilicet morati ſumus, vt agmē fugientium cogeremus? furori terga vertitis. Sciamus ſaltem quis ſit iſte, quem fugimus. Vicit At victoria dedecus elui poteſt. Vt omnia fortiter fiant, feliciter cadant: multum tamen nomini noſtro detractum eſt iam, Lacones, quod, an fugeremus, deliberauimus. Vt enim non moriamur, quantum ad me quidem pertinet, poſt hanc deliberationem nihil aliud timeo, quam ne reuertamur. Arma nobis fabulæ excutiunt? nunc nunc pugnemus. Latuiſſet virtus inter Troezenos. Ceteri quidem fugerent. ſi me quidem interrogatis quid ſentiam: ego in noſtrum & in Græciæ patrocinium loquar: electi ſumus, non relicti. *Gauij Sabini* Turpe eſt cuilibet viro fugiſſe: Laconi etiam deliberaſſe. *Marilly*. In hoc reſtitimus, ne in turba fugientium lateremus. Habent quemadmodū ſe excuſent Troezeni Græciæ. Munitas Thermopylas ſatis putauimus, cum relinqueremus illic Laconas. *Ceſtij Py*. Quam turpe fugere iudicaſtis Lacones, tamdiu non fugiendo! Omnibus ſua decora ſunt, Athenæ eloquentia inclytæ ſunt, Thebæ ſacris, Sparta armis. Ideo hanc Eurotas amnis circunfluit, qui pueritiā indurat ad futuræ militiæ patientiam? ideo Taygeti montis difficilia niſi Laconibus iuga? ideo Hercule gloriamur operib. cœlum merito? ideo muri noſtri arma ſunt? O graue maiorum virtutis dedecus: Lacones ſe numerant, non æſtimant. Videamus quanta turba ſit : vt habeat certe Sparta etiam ſi non fortes milites, at nuntios veros: ita ne bello quidem, ſed nuncio vincimur. Merito Hercules omnia contempſit, quem Lacones audire nō ſuſtinent. Si vincere Xerxem non licet, videre liceat. Volo ſcire quem fugiam. Adhoc nō ſum ex vlla parte Athenienſium ſimilis, non muris, nec educatione. nihil prius illorum imitabor, quam fugam? *Pompey Silonis*. Xerxes multos ſecum adducit, Thermopylæ paucos recipiunt; erimus inter hoſtes fugaciſſimi, inter fugaces tardiſſimi. Nihil refert, quantas gentes in noſtrum orbem Orieos effuderit, quotumque nationum ſecum Xerxes trahat. tot ad nos pertinent, quot locus ceperit. *Cornelij Hiſpani*. Pro Sparta venimus, pro Græcia ſtemus: vincamus hoſtes, ſocios iam vicimus : ſciat iſte inſolens Barbarus, nihil eſſe difficilius, quam Laconis armati latus fodere. Ego vero quod Troezeni diſceſſerūt, gaudeo, liberas nobis reliquere Thermopylas. Nil erit quod virtuti noſtræ ſe opponat, quod inferat : non latebit in turba Laco: quocunque Xerxes aſpexerit, Spartanum videbit. *Blandi*. Referam præcepta matrum, *Aut in his, aut cum his*? Minus turpe eſt, à bello inermem reuerti, quam armatū fugere. Referam captiuorum verba? *captus Laco? Occide*, inquit, *non ſeruio, potui non capi, ſi fugere voluiſſem*. Deſcribite terrores Perſicos : omnia iſta cum mitteremur, audiuimus. Videat trecentos Xerxes, & ſciat, quanti bellum æſtimatum ſit, quanto aptus numero locus. Reuertamur ne nuntij quidem niſi nouiſſimi. Quis fugerit, neſcio. hos mihi Sparta commilitones dedit.

Deſcriptio Thermopylarum. Nunc me delectat, quod fugerunt Troezenij, anguſtas mihi Thermopylas fecerant.

Contra. *Cornelij Spatini*. At ego maximum dedecus futurum Reipub. noſtræ arbitror, ſi Xerxes nihil prius in Græcia vicerit quam Laconas. Ne teſtem quidē virtutis noſtræ habere poſſumus. id de nobis tradetur, quod hoſtes narrauerint. Habetis conſilium meum. idem autem meum, quod totius Græciæ. ſi quis aliud ſuadet, non fortes vos eſſe, ſed perditos gaudet. *Claudy Marcelli*. Non vincent nos, ſed obruent. Satis fecimus nomini : multum rei geſſimus : ante nos rerum natura victa eſt.

Diuiſio. Huius ſuaſoriæ feci mentionem, non quia in ea ſubtilitatis erat aliquid, quod vos excitare poſſet, ſed vt ſciretis quā nitide *Fuſcus* dixiſſet, vel quam licenter ipſe ſententiam ferā. Veſtri arbitrij erit, vtrum explicationes eius luxurioſas putetis, an (vt poëta Pollio Aſinius aiebat) hoc nō eſſe ſuadere, ſed inuidere, ne volo nihil fuiſſe & iuuenis te amo, tāquam has explicationes Fuſci, quas nemo noſtrum non alius alia inclinatione vocis, vel vt ſua quiſque modulatione cātabat. At quia ſemel in mentionem incidi Fuſci, ex omnibus ſuaſoriis celebres deſcriptiunculas ſubtexam, etiā ſi nihil occurrerit, quod quiſquā alius niſi ſuaſor dixerit. Diuiſione autē hac ſuaſoria Fuſcus vſus eſt illa vulgari, vt diceret, nō eſſe honeſtū fugere, etiam ſi tutū eſſet. deinde æque periculoſum eſſe fugere, & pugnare. nouiſſime, periculoſum eſſe fugere, pugnantibus hoſtes timendos : fugientibus, & hoſtes & ſuos. *Ceſtius* primā partem ſic tranſegit, quaſi nemo dubitaret, an turpe eſſet fugere, deinde illo tranſiit, an non eſſet neceſſe. Hæc ſunt, inquit, quæ vos cōfundunt, hoſtes, ſociorum paucitas. Non quidem hæ ſuaſoriæ. Sed in hac materia, diſertiſſima illa fertur ſententia *Dorionis*, cum poſuiſſet hoc dixiſſe trecentis Leonidam, quod puto etiam apud Herodotum eſſe, [illegible], ὡς ἐν ᾅδου, δειπνήσοντες. *Sabinus Aſidius*, venuſtiſſimus inter rhetores ſcurra, cum hanc ſententiam Leonidæ retuliſſet ait: Ego illi ad prandiū promiſiſſem, ad cenam renuntiaſſem. *Attalus Stoicus*, qui ſolum vertit à Seiano circum

no circumscriptus, magnæ vir eloquentiæ, ex philosophis, quos nostra ætas vidit, longe & subtilissimus & facundissimus, cum tam magna & nobili sententia certauit, vt mihi dixisse videatur animosius quam prior. Occurrit mihi sensus in einsmodi materia, à Cornelio Seuero dictus, tanquam de Romanis, nescio an parum fortiter. Edicta in posterum diem pugna, epulanteis milites inducit, & ait: *——stratique per herbam,*

Hic meus est, dixere, dies.

Elegantissime quidem affectum animorum incerta sorte pendentium expressit, sed parum Romani animi seruata est magnitudo. cenant enim tanquam crastinum desperent. Quantus illis Laconibus animus erat, qui non poterant dicere: *Hic dies est meus*. Illud *Porcellus* grãmaticus arguebat in hoc versu quasi soloecismum, quod cum plures induxisset, diceret, *Hic meus est dies* non, *Dies hic est noster*: & in sententia optima accusabat id quod erat optimum, muta enim, vt *noster* sit, peribit omnis versus elegantia: in quo hoc est decẽtissimum, quod ex communi sermone trahitur. nam quasi prouerbij loco est, *Hic dies meus est*. & cum ad sensum retuleris, ne Grammaticorum quidem calumnia, ab omnibus magnis ingeniis submouenda, habebit locum. Dixerunt enim non omnes simul. tanquã in chorum manu ducente Grammatico, sed singuli ex his: *Hic meus est dies*. Sed vt reuertar ad Leonidam & trecentos, pulcherrima illa fertur *Glyconis* sententia. * In hac ipsa suasoria non sane refero memoria vllam sententiam Græci cuiusquam, nisi *Damæ. τί οὐ συνέχεις εἰς αὐτικῶ τύχῃ*, De positione loci eleganter dixit *Haterius*, cum angustias loci facundissime descripsisset, Natus trecẽtis locus. *Cestius* cum descripsisset honores, quos habituri essent, si pro patria cecidissent: adiecit, Per sepulchra nostra iurabitur. *Nicetas* longe disertius hanc phantasiam mouit, & adiecit. * Nisi antiquior fuisset Xerxes quam Demosthenes Ciptoy, cui dicere hanc suam dixit sententiam, aut certe non deprehensam, cum descripsisset opportunitatem loci, & tuta vndique pugnantium latera, & angustias à tergo positas, sed aduersas hostibus. *Potamon* magnus declamator fuit Mitylenis, qui eodem tempore viguit, quo *Lesbocles* magni nominis & nomini respondentis ingenij: in quibus quanta fuerit animorum diuersitas in simili fortuna, puto vobis indicandum: multo magis, quia ad vitam pertinet, quam si ad eloquẽtiam pertineret. Vtrique filius iisdem diebus decessit. *Lesbocles* scholã soluit. nemo vnquam ampliore animo se gessit. *Potamon* à funere filij contulit se in schulam, & declamauit. Vtriusque tamen affectum temperandum puto: hic durius tulit fortunam quam patrem decebat, ille mollius. Verum *Potamon* cum suasoriam de trecentis diceret, tractabat, quam turpiter fecissent Lacones hoc ipsum quod deliberassent de fuga: & sic nouissime clausit. * insanierunt in hac suasoria multi circa Otryaden. *Murrhedius* qui dixit, fugerunt Athenienses: non enim Otryadæ, nostri litteras didicerant. *Sartorius* dixit Otryades qui periit vt falleret, reuixit vt vinceret, *Licinius Nepos*. Cum exemplo vobis etiã mortuis vincendum fuit. *Antonius Atticus* inter plures sententias videtur palmã meruisse, dixit enim: Ortyades pœne à sepulchro victor digitis vulnera gessit, vt trophæa Laconum inscriberet, dignum Spartano sacramento virum, cuius ne litteræ quidem fuere sine sanguine. *Catius Crispus*. Municipalis Gatozeos dixit post relatum exemplum, Otryade dicebat municipalis. Aliud ceteros, aliud Laconas decet. Nos sine deliciis educamur, sine muris viuimus, sine vita vincimus. *Senecio* fuit, cuius nomen ad vos potuit peruenisse, ingenij confusi ac turbulenti, qui cupiebat grãdia dicere adeo vt nouissime huius rei morbo & teneretur & rideretur, nam & seruos nolebat habere, nisi grandes, & argentea vasa, non nisi grandia. Credatis mihi velim non iocanti, eo peruenit insania eius, vt calceos quoque maiores sumeret, ficus non esset nisi mariscas. cõcubinam ingentis staturæ habebat, omnia grandia probabat: ei impositum est cognomen, vel, vt Messala ait, cognomentum, & vocari cœpit Senecio Grandio. Is in hac suasoria cum posuisset contradictionem, ait: Omnes qui missi erant à Græcia, fugerunt, sublatis manibus, insistens summis digitis (sic enim solebat, quo grandior fieret) exclamat *Gaudeo, gaudeo*. mirantibus nobis quid tantum boni illi contigisset, adiecit: Totus Xerxes meus erit. Idem dixit: Ille qui classibus suis maria surripuit, qui terras circumscripsit, dilatauit profundum, nouam rerum naturæ faciem imperaret: ponat sane contra cælum astra, commilitones habeo deos. *Senianus* multo potentius dixit: Terras armis obsidet, cælũ sagittis, maria vinculis: Lacones, nisi succurritis, mundus captus est. Decentissimi generis stultam sententiam referã *Victoris Statorij*, municipis mei, cuius fabulis memoria dignissimis aliquis suasoria occasione contradictionem sumpsit, At, inquit, trecenti sumus: & ita respondet: Trecenti, sed viri, sed armati, sed Lacones, sed ad Thermopylas. Nunquam vidi plures trecentis. *Latro* in hac suasoria, cum tractasset omnia quæ materia capiebat, posse ipsos & vincere, posse certe inuictos reuerti, & beneficio loci, tum illam sententiam: Si nihil aliud, erimus certe belli mora. Postea memini auditorem Latronis *Abronium Silonem*, patrem huius Silonis, qui pantomimis fabulas scripsit, & ingenium grande non tantum deseruit, sed posuit, recitare carmen, in quo agnouimus sensum Latronis in his versibus:

Ite agite ò Danai, magnum Pæana canentes:
Ite triumphantes belli mora, concidit Hector.

Tam diligentes tum auditores erant, ne dicam tam maligni, vt vnius verba surripi non possent. At nunc cuilibet orationes inuertere tuto licet pro suis. Sed vt sciatis, sensum bene dictum, dici tamen posse melius, notate præ ceteris quanto decentius Virgilius dixerit hoc, quod valde erat celebre:

——belli mora, concidit Hector. Item: † Æneid. xi, v.188.
Quicquid apud duræ cessatum est mœnia Troiæ.
Hectoris Æneæque manu victoria Graium Hæsit,

MESSALA aiebat, hic Virgilium debuisse desinere: quod sequitur,

Et in decimum vestigia rettulit annum,

Senec.

† In quatuor manuſcriptis nihil hic Græce ac ne vacuũ quidem ſpatium reliquũ. vt nec in proximo Durionis.

explementum eſſe, *Mæcenas* hoc etiam priori cōparabat. Sed vt ad Thermopylas reuertar. *Diocles Caryſtius* dixit. * *Apaturius* dixit. * *Coruo* teſtimonium ſtuporis reddēdum eſt, qui dixit: Quid ſi iam Xerxes ad nos ſuo mari nauigat, fugiamus antequam nobis terra ſurripiatur. Hic eſt *Coruus*, qui cum tētaret ſcholam Romæ Summo illi, qui Iudæos ſubegerat declamauit controuerſiam, de ea, quæ apud matronas diſſerebat, liberos non eſſe tollendos, & ob hoc accuſatur Reip. læſæ. In hac cōtrouerſia, ſententia eius hæc ridebatur. Inter pyxides & redolentis animæ medicamina conſtitit myrrata concio. Sed ſi vultis, hiſtoricum quoque vobis fatuum dabo. *Thuſcus* ille, qui Scaurum Mamercum, in quo Scaurorum familia extincta eſt, maieſtatis reum fecerat, homo quam improbi animi, tam infelicis ingenij, cum hanc ſuaſoriam declamaret, dixit: Expectemus, ſi nihil aliud, hoc effecturi, ne inſolens barbarus dicat: *Veni, vidi, vici.* cum hoc poſt multos annos Diuus Iulius victo Pharnace dixerit. *Durio* dixit. * *Andreas* aiebat, *Nicocratis* Lacedæmonis inſignem hanc ſententiam fuiſſe futuram, ſi media interciderentur. Sed ne vos diutius infatuem, qui prædixeram me *Fuſci Arellij* explicationes ſubiecturum, finem ſuaſoriæ faciam, quarum nimius cultus, & fracta compoſitio poterit vos offendere, cum ad meam ætatem veneritis. Interim non dubito, quin nunc vos ipſa, quæ offenſura ſunt, vitia delectent.

IN SVASORIAM SECVNDAM.

NICOLAVS FABER.

CVM TRECENTI ex omni Græcia] *Veteres editiones legunt*, cum Trœzeni ex omni Græcia. *Et ſane in hac ſuaſoria exſtant aliquot ſententiæ quæ in themate ſic legendū eſſe probant. Herodotus tamen & alij hiſtorici non magis Trœzenios quā ceteros Græcos fugiſſe dicunt. Verum non mirum videri debet declamatores ab hiſtoricis diſſidere hac in re, de qua nec inter ſe conueniunt hiſtorici.*

Quorum nos exemplum moueat?] *Contextus orationis requirit, vt legamus*, quorum vos exemplum moueat.

Ideo hunc Eurotas.] *Hæc clauſula cum tribus ſequentibus abſque interrogatione legenda eſt.*

Quam Lacones audire non ſuſtinēt.] *Scribe potius*, quæ Lacones audire non ſuſtinent. *nec enim ad Herculem referendum.*

Inter hoſtes fugaciſſimi.] *Supra nō vno loco notare eſt Rhetores ex contrariis acutas ſententias affectaſſe, quæ ex contrariis ducuntur, quod & facit hoc loco Silo. Nam paucos multis, fugaces tardiſſimis opponit. Hoc tamen extremum dicolon titubat. Nam hoſtes fugaciſſimis recte opponi non dixeris. Quare videndum eſt ne ſic potius concipienda ſit ſententia,* Erimus inter fortes fugaciſſimi, inter fugaces tardiſſimi.

Aut in his, aut cum his?] *Dictum Lacænarum tradentium clypeum filiis in prœlium proficiſcentibus, ἢ τὰν ἢ ἐπὶ τᾶς de armis retulit Blandus. Pleraque autem huius Suaſoriæ ſententia ad Laconum apophthegmata alludunt, quæ apud Plutarchum exſtant.*

† Reuertamur ne nuntij quidem] *Fortaſſe*, reuertemur ne nuntij quidem.

Vt poëta Pollio Aſinius aiebat.] *Vel omnino delendum illud vocabulum* poëta. *vel ex eo efficiendum* poſtea. *licet enim Pollionem tragœdias ſcripſiſſe dixerimus, non tamen inde gloriam captauit, aut nominatus fuit.*

Quod puto etiam apud Herodotum eſſe,] *Ego vero non puto. Plutarchus de eodem Leonida ex eodem fortaſſe fonte, ex quo noſter Seneca hauſit, παρήγγειλεν, inquit, ἀριστοποιεῖσθαι ὡς ἐν ᾅδου δειπνοποιησομένους.*

Ad prandium promiſiſſem,] *Videtur L. Seneca Epiſt.* LXXXII. *ad huius ſcurræ dicterium reſpexiſſe, cum ſcripſit:* At ille Leonidas quam fortiter illos allocutus eſt? Sic, inquit, commilitones prandete tamquam apud inferos cenaturi. Non in ore creuit cibus, non hæſit in faucibus, non elapſus eſt manibus, Alacres illi & ad prandium promiſerunt, & ad cenam. *Male in omnibus editionibus, & contra veterum exemplarium fidem ſcriptum eſt* proceſſerunt. *Sed mirum Ciceronem Græcis etiam eorum lingua diſertiſſimum Leonidæ dictum vertiſſe,* Pergite animo forti, *quaſi ἀριστᾶτε, vel ἀριστοποιεῖσθε idem quod ἀριστεύετε ſignificaret. Nam quod quidam corrigunt,* Prandete animo forti, *citra veteres libros faciunt, & contra rationem. Quis enim ſanus fortitudinem animi in menſa conſtituit?*

Attalus Stoicus,] *Cuius ſententias ſæpe laudat L. Seneca in Epiſtolis, & libros de fulminibus cap.* XLVIII. *lib.* II. *natural. quæſt.*

A Cornelio Seuero] *Quem Quinctilianus verſificatorem meliorem quam poëtam dixit, ſecundum tamen locum occupaturum, ſi ad exemplar primi libri bellum Siculum perſcripſiſſet de hoc Ouidium intelligo lib.* IV. *Ponti illo verſu:*

Quique dedit Latio carmen regale Seuerus.

Huiuſne ſit carmen de Ætna quod Virgilio quidam tribuunt dubitari poteſt. & an potius inſignem Siciliæ montem non ſeparato opere deſcripſerit: ſed quemadmodum Virgilius Æneidos III, *Ouidius* XV. *Metamorphoſeos, ita etiam*

etiam ille aliquo librorum belli Siculi. Nam L. Seneca hos tres Ætna scriptores coniungit.

Nicetas] *Lege,* Nicetes.

Demosthenes Cyptoy,] *Vocabulum Græcum Latinis litteris scriptum σιρῶ, ad differentiam Demosthenis Αιανιδέως. Et enim ad semicirculi formam delineasse veteres litteram sigma nulli dubium est.*

Potamon magnus declamator] *Huius meminit præter Strabonem lib.* XIII. *Lucianus in Longæuis, quem ἐν ἀδόξῳ ῥήτορα vocat, nonagintaque annos vixisse prodit.*

Lesbocles scholam soluit, nemo vnquam ampliore animo se gessit.] *Locus fœde interpolatus. Nam, vt omittam vix Latine dici* ampliore animo se gerere, *si diceretur, contrarium significaret eius quod hoc loco dicere voluit. Mollem enim & imbecillum animum Lesbocles arguit. Et plane eadem hæc historia de Potamone & Lesbocle dicitur, atque in præfatione lib.* IV. *Controuersiarum de Asinio Pollione, & Q. Haterio. Quo fit vt legendum existimē,* Lesbocles scholam soluit, nec quicquam amplius animose gessit.

Municipalis Gatozeos] *Vocabulum hoc nihil est, & hæc clausula tota confusa est & perturbata, ad quam nihil adfero.*

Matiscas.] *Quas Horatius duplices ficus vocat. quo nomine etiam pudendum morbum Iuuenalis Satyr.* II. *satyrice vocant, nec enim ita à medicis vocatur.*

Ponat sane cōtra cœlum astra,] *Vnius aut duarum litterarum additione emendabitur hic locus. Rectior enim erit si legamus,* Ponat sane contra cœlum castra, cōmilitones habeo Deos, *vel* habebo Deos *Xerxes enim sagittariorum multitudine Diis bellum indixisse, cœlumque obsedisse visus est. Infra Controuersi.* V. Ista trophæa non sunt Atheniensium, Deorum sunt. Illorum bellum fuit. illos Xerxes vinculis, illos sagittis persequebatur.

Apatrius,] *Scribe* Apaturius. *Sic enim alibi constanter nominatur.*

Thuscus ille,] *Mamerci Scauri mors describitur à Cornelio Tacito libro Annalium* VI. *quem vide.*

SCHOTTVS.

CVm Trœzeni ex omni Græcia missi fugissent] Leonidam omnes auxiliares copias domum remisisse, vt integros se ad meliora, patriæ salutem reseruarent, Herodotus & Iustinus referunt Trœzenos tantum in castris fuisse, fugisseq; nemo, quod equidem sciam, narrat: illud vero omnes, coniuges liberosque Athenienses Trœzene deposuisse, cum classe libertatem Græciæ, relicta vrbe Athenarum, defendere statuissent. Cicero in offic. Herodotus, Iul Frontinus, & Cornelius Nep. qui vulgo Æmilius Probus, in Themistocle. Quare in eam venio sententiam, vt hic *trecenos*, pro trecentis, vel tercentis perpetuo scripsisse Rhetorem esistimem, quos e tota Græcia missos fugisse vitio sit datum, vt contra Spartanis laudi pro patria fortiter pugnando mortem oppetiisse. Nec desunt codices, qui *cæteros* præferant. *trecenos* malim vt dixi propius à deprauata illa *Trœzenos* scriptura.

Arellij Fusci patris.] In estrema hac suasoria *Aurelius* est in libro peruetteri, & pro *Patris* hæ singulæ *S. P.* quæ quid hic valeant docti videbunt, siue *Spurium*, quod olim Romæ prænomen fuit: siue *sine patre* teste Plutarcho Rom. Quæstionib. Quæstione LIII. Veoit in mentem legi posse, quia primus plerunque declamitat, *Arellij Fusci suasoris primi*, vel *suasio prima* Omnino tamen *Patris* malim. Illud non celabo in membranis *Xerses* perpetuo scribi, qui tamen Græcis Ξέρξης est.

Armaque non passura] Si numero singulorum legas *passura* versus erit veteris alicuius Poëtæ, quem hic subodorari videor paucis immutatis:

> *Armaque non passura manus, hebetataque ferri*
> *Corpora vulneribus.*——

Nisi si imprudenti exciderunt, vt interdum M. Tullio necopinanti numeri poëtici. Post vero non longe pro *Recessus* constāter in Aug & Coucessus legitur voce prisca, vt in Suas. I. *cluda* pro *claudit*.

An Lacedæmonios] Atqui Laconum Sparta erat? Ex Strabone lib. VIII. nodum soluit Ioan. Petreius: Spartam Agide Rege, Lacedæmoni primum tributum imperasse. Arrianus Indicis. Λακεδαιμονίοισι μὲ οἱ εἵλωτες δοῦλοι εἰσὶ, καὶ τὰ δούλων ἐργάζονται. Ινδοῖσι δὲ οὐδὲ ἄλλος δοῦλός ἐστι, μήτιγε Ινδῶν τις.

Et aduersus Barbaros non reueremini] Ita vetus liber, adscriptumque alia manu. *Non reuertimini.* Tentabam, *Non tuemini opera vestra?* vel *intuemini*: Sequitur enim proxime, *quorum vos exemplum moueat*: vel, *aduersus Barbaros*, exaudi *pugnandum*, vel quid simile. Sane mendosus locus est. Io. Petreius. *Si aduersus Barbaros*, ea coniectura.

Vada ex alterib stagnis internata,] *Stagnis* abest ab opt. libr. Couar. *Brenta* intelligi suspicor. *Internata* autem retineo, consensu veterum codicum, à nascor deriuata voce: non vt quidam, *externata*, quæ animi consternatio est. Pacuuius: *Sed ecrum miseram quam frequens metus externauit.* Et Catullus, de nuptiis Pelei & Thetidos.

> *Sed quid ego ignaris nequicquam conqueror auris*
> *Externata malo?*

Vbi vetus liber, quem olim inspexi *Extenuata* præfert, vt post paullu:

> *Extenuata gerens veteris vestigia pœnæ:*

Retineo tamen in docto illo Poëta priscam vocem. Sic enim ibidem in Ariadna.

> *Ah miseram, assiduis quam luctibus externauit,*
> *Spinosas Erycina serens in pectore curas.*

Externatus ἐκτὸς τῶν φρενῶν Glossarium vetus. à sterno, conformata vox videtur. *Interata* ἐξεστηκυῖα in iisdem Glossis.

Proximique Deo sic ages satagunt] Corruptus & hic locus. *Deos* accusandi casu, membranæ: cætera vt in editis. Tentabā *proximique Deo hoc sic agere satagunt*: In tribus enim MSS. constanter prouocabulum *hoc* reperias. Venit aliquando in mentem *Ages* nomē hic latere, vt (*sic Ages*) legatur: Certe hoc nomine Poëta Argiuus Arriano & Curtio est. Illud tamen longe antepono. Quidam coniicit *proximique Deo sic Reges satagunt*.

Quid interbitos somni poculo] *Interbitus* prisca vox est, quam pro *interuenire* adhibere Plautus videtur in Mostell. Sce. Qui homo: *Huc ego tibi præsidebo, ne interbitat quæstio.* Lambinus *ne intereat* accipit, à *beto* verbo. Quidam sic legendū putabat *quid perbitos somnium poculo*. Plautus enim prisce dixit *perbitare* pro perire; Captiueis Scen. Inticite. *Qui pro*

virtute perbitat non interit. Veram tamen hic lectionem puto veteris illius libri, *interlitos* Vatic. tamen & Rom. editio *interritos omni periculo.* Lycurgus Lacedæmonior. Legislator, vt leges perpetuæ essent, iureiurãdo ciues astrictos deseruit, & mortem sibi inedia consciuit, ratus virorum Remp. tractantium, nec mortem ociosam, nec inertem vitæ exitum esse debere. Plutar.

Somni poculo] fortasse *cony* scripsit Seneca quo cicuta, & venenum significatur: Cicutæ autem poculo Athenienses olim in sontes, in Socratem etiam insontem animaduerterunt.

Othryadem] Sic excudendum curaui, qui antea *Otryadet* male, Græce enim Herodoto Ὀθρυάδης, est lib. I. vbi de virtute illius pro patriæ finib. occumbentis, & clypeo sanguine inscribẽtis, *Vici*, Ioan. Strobæus sermone de fortitudine. *Moscitem*, autem nihili vox est, regioque inuisa, inaudita. Rom. editio *citem*. Nos propius ad scripturam: *vt vnum Othryadem ne citem: prætereo* inquit, *Othryadem.* Locus sane male acceptus. Mox etiam leg. posset, *Annon numerare trecentos exemplo possem?* Suidas quoque & Valerius Max. lib. III. cap. II. Talis & fratrum Philænorum pro finib. decertatio, apud Sallustium Iugurth. bello, & Melam nostrum li. I. cap. VII. Et Horatiorum, Curiatiorumque trigeminorum dimicatio apud Liuium lib. I. & Dionysium.

Magnum & alumnum virtutis] *Magnum est alienum virtutis nasci Laconem*: verus hæc scriptura est, quam repudiare cur debeam non video. *Alienum* enim generãdi casui ἑλληνικῶς iungit & M. Tullius I. de finib. *Quis alienum putet eius esse dignitatis*, & *Alienum maiestatis deorum.* II. de Diuin. & in Academ. *Aliena esse firmæ & constantis assensionis*: Sic Annæus noster ἀλλότριον ἀνδρείας φῦναι τὸν Λάκωνα. Mirares, inquit, degenerem nasci Laconem ac timidum. Nota Laconum patientia ex Ciceronis Tusculanis lib. II. IV. & V. & pro Flacco. Vulgarem tamen illam, ne quid dissimulem *Magnum est alumnum virt. nasci Lac.* non insuper habendam censeo. Infra quoque legi posset *ad certam victoriam remansissent, aut ad certam tantum mortem Lacones.*

Ibi muros habet vbi muros non habet.] Aliter interpungit legitque codex ille Couarr. *Ne si Sparta lapidib. circumdata, ibi muros habet, vbi muros.* Lego, *vbi viros habet, ibi muros.* Hoc voluisse auguror, viros Lacedæmone esse pro muris munimento. Sic enim post: *Muri nostri arma sunt.*

Sed montes perforat, maria contegit] Inf. Senecio ille. *Qui classibus suis maria subripuit, qui terras circumscripsit, dilatauit profundum nouam rerum naturæ faciem importat.* Scitum illud Iuuenalis Satyra X.

Velificatus Athos, epotaque flumina Medo Prandente. qui & Sophistis ἐν μελέταις campus fuit declamandi amplissimus.

Numquam solido stetit superba felicitas] Elegans γνώμη. respexisse credas illud Maronis XI. Æneidos v. 415.

Multa dies, variusque labor mortalibus æui
Rettulit in melius: multos alterna reuisens
Lusit, & in solido rursum fortuna locauit.

Mox etiam Couarr. codex accusandi casu legit *maria, terrasque rerum naturã statione mutauit sua Xerxes.* quæ vera lectio.

Athenæ eloquentia inclyta, Thebæ sacris, Sparta armis] De Athenarum studiis, Lucretius lib. VI. Cicero pro Flacco, & alij. Thebis Liber pater religiose cultus est: De Lacedæmoniorum virtute, & Laboris patientia Xenophon ἐν πολιτείᾳ Λακώνων, Pausanias Laconicis, Strabo lib. VIII. & X. Plutarchus Lycurgo, Herodot. lib. I. Cic. Tusculan. & Iustinus III. Itaque hos morib. potissimum, Athenienses vero legibus, Rempub. rexisse: hos agendo, illos vero dicendo superiores fuisse, obseruauit Cicero pro Flacco, & Theophilus lib. I. Institut. De iur. Nat. Gentium, & Ciuili.

Eurotas amnis] *Spartam præterfluit*, inquit Liuius lib. XXXIV. in quo ad patientiam natando iuuentus exercebatur. Pausanias in Laconicis in Alcestide Euripides & M. Tullius Tusculana II. de Laconibus: ex vetere aliquo, vt conijcio poëta: *Quibus magis palæstra, Eurotas, Sol, puluis, labor, militia in studio est, quam fertilitas barbara.* Rursum lib. V. *Labor in venatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis.*

Taygeti montis] *Taygeta* Pleiadum vna, Hygino, quæ ex Ioue peperit Lacedæmonem vrbis cõditorem. *Taygetus* vero mõs Laconiæ, Libero patri sacer, inquit Seruius. Terræ motu concidisse vrbemque afflictã Cicero ait I. de Diuinat. Et Plinius lib. II. cap. LXXIX. Tres tamen hic codices membranei *nemoris* legũt. At nihil pugnat nemus in monte fuisse. totidem libri *nisi laconibus* pro *nisu* quam lectionem sequor.

Ideo Herculem gloriamur] Rectius vet. liber aufferendi casu. *Hercule operibus cælum merito*, alij, *de operibus.* Super Suasor. I. *Intra has terras cælum Hercules meruit.*

Merito Hercules] Vidi qui iurantis esse *Hercules* putarent pro *Hercule*, vt de Xerxe intelligatur, vitam, omniaque contemnẽre: at mihi, de generis auctore *Hercule* loqui videtur. Vnde *Heraclydæ* apud Spartanos. Ant. Augustinus, quem honoris caussa, vt debeo, semper appello, *Xerxes* pro *Hercules* leg. existimabat.

Præcepta Matrum, aut in his, aut cum his] Lacænarum præceptum, filiis in militiam proficiscentibus, dum Clypeis armant: *Aut cum his victor redeas, aut in his efferare*: nam in scutis cadauera militum efferebantur: Plutarchus Apophth. Lacænarum: Ἄλλη προσαναδιδοῦσα τῷ παιδὶ τὴν ἀσπίδα καὶ παρακελευομένη, τέκνον, ἔφη, ἢ τάν, ἢ ἐπὶ τᾶς. Ἄλλη φεύγοντι τῷ υἱῷ ἐπὶ πόλεμον ἀναδιδοῦσα τὴν ἀσπίδα, ταύτην, ἔφη, ὁ πατήρ σοι ἀεὶ ἔσωζε· καὶ σὺ οὖν ταύτην σῶζε, ἢ μὴ ἔσο. Hinc ῥιψάσπιδες infames, notatusque in veteri Comedia Demosthenes, qui abiecto scuto fugerat, Ἀνὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται. *Vir fugiens*, inquit, *denuo pugnabit.* Plutarch. & Agellius libr. XVII. cap. XXVII. Et Archilochus vrbe eiectus, quod Clipeum, quam vitam amittere, carmine prætulisset. Plutarch. Apophtheg. Strabo lib. X. & XII. Geogr. & Sex. Empyricus libro III. Hypotyposeon. Vide And. Alciatum παρέργων lib. V. cap. XVIII. Clypeis quoque sublati Imperatores olim creabantur. Sed hæc alij obseruarunt.

Occide, inquit, non seruio] Sic lego de veteri libro. non *occidit*, & *captus Laco?* per interrogationem pronuntio. Quasi dicat, degener est Lacon

con qui ſe capi paſſus eſt, occidatur itaque. Suſpicor *occidite* ſcriptum fuiſſe, & vltimam vocalem ab inſequente abſumptam. Idem Plutarchus Apophthegmatis frequenter huiuſmodi plenas conſtantiæ voces Laconum celebrat. Λάκων αἰχμαλωτισθεὶς καὶ πωλούμενος, τοῦ κήρυκος λέγοντος, Λάκωνα πωλῶ. ἐπεστόμισεν εἰπὼν, αἰχμάλωτον κήρυσσε, Ἄλλος αἰχμάλωτος πωλούμενος τοῦ κήρυκος ἐπιλέγοντος ἀνδράποδον πωλεῖν. κατέσχε, εἰπών. οὐκ ἐρεῖς αἰχμάλωτον, Et Philippus ὅτε ἐνέβαλεν εἰς τὴν Λακωνικὴν καὶ ἐδόκουν ἅπαντες ἀπολεῖσθαι, εἶπε πρός τινα τῶν Σπαρτιατῶν τί νῦν ποιήσετε ὦ Λάκωνες; τί γὰρ, ἔφη, ἄλλο ἢ ἀνδρείως ἀποθανούμεθα, μόνοι γὰρ ἡμεῖς Ἑλλήνων ἐλεύθεροι εἶναι καὶ μὴ ὑπακούειν ἄλλοις ἐμάθομεν. Tale & Aſtycratidæ ſenerium apud eundem reſponſum, mortem à Laconib. ſeruituti anteponi ſolere.

Vos mihi Sparta commilitones dedit] Libri veteres omnes *hos* præferunt. Leonidæ fortiſſimi Imp. vox ad milites, iubentis ἀριστοποιεῖσθε, ὡς ἐν ᾅδου δειπνοποιησόμενοι: *Prandeerent commilitones, tanquam apud inferos cænaturi* Cic. I. Tuſcul. Plutarch. Apophth. L. Seneca Epiſtola lxxxiii & Oroſius lib. II. cap. xi. Hic & *Dæneces* Spartanus memorandam vocem extulit, cum nuntiaſſet Trachinius quidam, barbaros præ multitudine Solem obducturos. *Ergo ſub vmbra*, inquit, *non in ſole pugnabimus*. Cicero, Herod. lib. vii. extremo, & Valer. Maximus lib. iii. cap. vii. Vide Pet. Victorium lib. xxvii. cap. ix. Variarum Lectionum.

Deſcriptio Thermopylarum] Eam requirimus, ſed fruſtra, etiam in veterib. libris, niſi ſatis deſcribi Thermopylas dixeris ex anguſtiis eius loci, quæ ſignificantur proxima ſententia. Stigmatias vero mihi hoc locus. quare aſteriſcũ appingamus, vt & proximo loco, vbi ingenij neruos docti intendant licet.

Luxurioſas puteos, an vt poeta Pollio Aſinius aiebat] vel funditus delenda vox *poëta*, vt è proxima nata (Orator enim, non Poëta fuit) Vel ſic legendum: *Luxurioſas puteos, an poëtitas, vt Pollio Aſinius aiebat*. Nic. Faber *poſtea* pro *poëta* repoſuit. Iudicium penes eruditos eſto.

Sed inuidere ne volo nihil fuiſſe, & iuuenis te amo] Prodigioſa hæc, adeoque deprauata, vt pro depoſitis ad fores, more maiorum collocem. ſi quis forte prætereuntium medicinam facere queat. Vetuſta enim Lectio, vt ſæpe fit, cum maxime laboramus, nihil opis attulit: Apponam tamen, vt fidem meam liberem, & pro ſe quiſque contendat: *Iſti videre ne volo nihil fuiſſe & iuuene Tamo*: quæ ego Sibyllina Oracula puto: coniectabam, nihil tamen vt affirmem, ſcripſiſſe, *ſed nitere*. Dixerat enim Seneca, *nitide dixiſſe*: vel, vt propius abeam, *Sed inridere*: (antique pro *irridere*: nam in Couarr. erat *Tudere*) *nebulo nihil fuit: Sed & iuuenis temerarius* vel, *hoc non eſſe ſuadere: ſed inuadere*. Vt in leuiter detorta voce παρονομασία ſit. Si quis tamen *inuidere* tuebitur, non pugnabo. Sic enim Tacitus, ſiue is Fabius potius eſt, in Dialogo de Oratorib. *Caluum & Aſinium & ipſum Ciceronem, credo, ſolere & inuidere & liuere: & cæteris humanæ infirmitatis vitiis affici*. qua de inuidendi natione diſputat Cicero Tuſcul. iii. Ant. Auguſtinus, *Sed inridere nebulos nihil fugiſſe iuuene tanto* leg. Senec.

diuinabat. Reliqua non ſana. Nuper doctiſſ. I. C. Lud. Dorlanſius Pariſienſis inſpectis membranis noſtris, ſic inſtaurare locum nitebatur: *hoc non eſſe ſuadere, ſed inuidere. Nam volo nihil fuiſſe, & iuueni tamen. Quanquam has explicationes Fuſci, quas nemo noſtrum non* (addito verbo *laudat*) *alius alia inclinatione vocis, velut ſua quiſque modulatione cantabat*. Sed ne fraudi ſit, me candide mea proferre, dum nemini præiudicem.

Quod puto etiam apud Herodotum eſſe] *eſt* quoque legi poteſt. Et hic mihi aqua hæret. Leonidæ enim dictum in Herodoto nondum reppêri, hinc quaſi memoriæ diffidens, vel nimis excellenti confidens potius, addidit *puto*. Et Ducis illius dictum alibi ab eo lectum eſſe conijcio: ἀριστᾶτε, ὡς ἐν ᾅδου δειπνοποιησόμενοι, vt doctis familiare πολεμικὸν σχῆμα ſit Græca ſane defecerunt, perdifficilis igitur veri inueſtigatio eſt. In his itaque Acedemicam illam ἐποχὴν valde probo. Spartiatis vero hoc monumentum poſitum auctor eſt Herodot. lib. vii.

> Ὦ ξεῖν' ἀγγέλλειν Λακεδαιμονίοις, ὅτι τῇδε
> Κείμεθα, τοῖς κείνων ῥήμασι πειθόμενοι.

Reddit Cicero:

> *Dic hoſpes Spartæ, nos te hic vidiſſe iacentes,*
> *Dum ſanctis patriæ legibus obſequimur.*

Quod præter Herodotum & Strabonem Lycurgus in orat. aduerſus Leocratem, & Anthologia Epigr. Græcorum Simonidæ tribuit, legitque.

> ——τοῖς κείνων πειθόμενοι νομίμοις,

vt & Ciceronem legiſſe video.

Ad prandium promiſiſſem] Plautus, *Condicere prandium* dixit, vere iocus paraſito dignus, qui menſas conſectatur L. Annæus epiſt. lxxxii. eadem hæc narrat, vbi in melioribus exemplaribus leges: *Alacres illi ad prandium promiſerunt* (malo vulgo *proceſſerunt*) *& ad cenam* quod à Fabro recte eſt obſeruatum.

A Seiano circumſcriptus] De L. Ælio Seiano Seij Strabonis F. Corn. Tacitus lib. iv. Annalium, & Iuuenalis Satyra. x.

Porcellus Grammat.] huius fortaſſe ludicrum illud teſtamentum Grunij Corocottæ, quod circumfertur: vidiſſeque apparet D. Hieronymum. ex epiſtola ad Euſtochium. *Teſtamentum*, inquit, *Grunij Corocottæ Porcelli, decantant in ſcholis puerorum agmina cachinnantium*.

Quod ex cauſſa ſermo] Emenda, *ex communi ſermone trahitur*, auctoritate optim. librorum. Natum, vt ſolet, mendum ex notarum compendiis, *cõi*, quod degenerauit in *can*. Παροιμίας vero ſignificat, quæ ἀνώνυμος eſſe ſolet. Poſt non longe, fort. leg. *in choro manum ducente*: ex illis Couarr. codicis veſtigiis vbi *magnum* vitioſe ſcriptum pro *manum*, vt *Reſtim ducere*. apud Terentium, quod & veteri verbo dicebatur. Vulgarem tamen illam non reijcio.

Per Sepulchra noſtra iurabitur] verum hoc oraculum eſt. Iſocrates in Archidamo: ἀναμνήσθητε δὲ τῶν προγόνων, &c. καὶ τῶν εἰς Θερμοπύλας ἀποσταλέντων, οἳ πρὸς ἑβδομήκοντα μυριάδας τῶν βαρβάρων συμβαλόντες ἐν ἔργῳ δι' ἀπέθανον: *Repetite memoriam maiorũ noſtrorum*

& illorum mille, qui ad Thermopylas septingentis Barbarorum millib. obuiam ierunt. Per pugnam. v. ad Salamina, quæ hoc ipso tempore à Themistocle pugnata est, hoc Demosthenis iusiurandum extat orat. περὶ στεφάνου, pro Ctesiphonte: Οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων, καὶ τοὺς ἐν Πλαταιαῖς παραταξαμένους, καὶ τοὺς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχήσαντας, καὶ τοὺς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, καὶ πολλοὺς ἑτέρους τοὺς ἐν τοῖς δημοσίοις μνήμασι κειμένους ἀγαθοὺς ἄνδρας, οὓς ἅπαντας ὁμοίως ἡ πόλις τῆς αὐτῆς ἀξιώσασα τιμῆς ἔθαψεν. *Non errastis, testor maiores nostros qui in Marathone pro aliis dimicarunt, & qui ad Plataeas in acie steterunt, & qui ad Salaminem nauale prælium commiserunt, & qui ad Artemisium: & multos alios, qui in publicis monumentis sepulti iacent, fortes viros, quos vniuersos æque resp. eodem dignata honore sepelijt.* De hoc Fabius lib. IX. cap. IX. *Demosthenes iurando per interfectos in Marathone & Salamine, id agit, vt minore inuria cladis apud Chæroneam acceptæ laboret.* Et libro XI. extremo. *Neque Demosthenes per Marathonis, & Platæarum, & Salaminis propugnatores recto sono iurauit, nec Æschines Thebas sermone defleuit.* Cum hæc scripsissem, & cum Nunnesio, vt soleo, communicassem, admonuit in illo Isocratis iureiurando rectum sermonem, in Demosthenis vero, figuratum videri, idque ex sententia Rhetorum Græcorum, & Oratorum. Hoc vltimum aperte voluit Fabius lib. IX. vt non tam iurandi, quam sui commodi causa illud iusiurandum Demosthenes exprimeret. Aristides ἐν τῷ περὶ σχημάτων negat iusiurandum esse, sed exemplum: quasi dicat, non peccastis, vt ij, qui in Marathone pro Patria occubuerunt. Atque ita, inquit, cum παραδειγματικῶς pronuntiare potuisset, ἐσχημάτισε πρὸς τὸ λαμπρὸν ἅμα καὶ τὸ ἀξιόπιστον εἰς ὅρκου φαντασίαν. Vnde Hermogenes ca. περὶ τῆς λαμπρότητος illud iusiurandum censuit esse μέθοδον τῆς λαμπρότητος, cum scilic. τὰ λαμπρὰ λαμπροτέρως efferuntur. Longinus quoque ἐν τῷ περὶ ὕψους multo plura genera figurarum in eo loco agnoscit. vt etiam facere solet Halicarnasseus ἐν τῷ περὶ ἐσχηματισμένων. Ἀποστροφὴν igitur primum indicat, tum ἀποθέωσιν, & Encomium mortuorum, post consolationem cognatorum, postremo cohortationem eorum, qui superstites erant: & quod omnium κρατιστεῦον est, comparat locum Demosthenis cum altero Eupolidis vt doceat in illo Eupolidis οὐ μὰ τὴν Μαραθῶνι μάχην, diserte iusiurandum esse, & sine figura: In hoc autem Demosthenis non tam ὅρκον quam σχῆμα aut vt Hermogenes loquitur, & eodem reuoluitur μέθοδον esse. Hæc quod Eloquentiæ studiosis, & vtilia & grata fore considerem, notare non piguit.

Nisi antiquior] Nec hic locus syncerus, versum integrum intercidisse opinor: nisi ἐλλειπτικὸν est, vt alibi sæpe. ἁπλῶς vero, *nisi antiquior fuisset Xerxes quam Demosthenes, egregie celebratum iri virtutem Laconum: licet fuerit Atheniensis ille*: aut, quid simile exaudiendum.

Cipron] Sophistæ nomen corruptum haud dubie, nec enim placet quod olim diuinaram κάρυκα leg. licet Latinorum P. & Ρῶ Græcorum, ob similitudinem sæpe inuicem commutari sciam, vt in Seruatoris nomine XPS. Latine cum scribimus: Et in *Pararius* in fin. Controuers. x. Alij CIPTOY legerunt, quod olim sigma forma arcus pingeretur teste Athenæo: (vnde & mensæ inditum nomen.) Fort. ad discrimen Δημοσθένους τοῦ Παιανιέως. Lego mox, *cui dicere hanc suam licuit sententiam.* Doctiores quæso acumen suum experiantur. Equidem Oedipus non sum: ad alios igitur Senecæ codices prouoco.

A funere filij] Eadem in Anaxagora Physico constantia qui disputationem, accepto nuntio de morte filij, non omisit. fuit & in Pericle, & M. Horatio Pulillo, vt refert Valer. Maximus lib. v. extremo, & Symmachus lib. III. Epist. VI. Antea vero sic locum emendo: *Nemo vnquam pusilliore animo se gessit*, vel potius *imbecilliore animo.* Sic præfat li. IIII. Epitomæ Declamat. de Pollione, & Haterio: *Declamauit Pollio Asinius intra quartum diem, quam filium amiserat. Præconium illud ingentis animi fuit, tam imbecillo animo mortes (sex) filiorum tulisset*, vt &c.

Othryadis nostri litteras] Qui, vt dixi, Clypeo sanguine inscripsit. victoriam penes Lacedæmonios fuisse. Alludit ad Prou. *Neque litteras neque natare nouit.* quod Contro. XXVII. sic Græce legitur: πρῶτον μὲ κολυμβᾶν, δεύτερον δὲ γράμματα. Et Sullā literas scisse negabat Cæsar, quod dictatura se abdicasset. *Magister*, enim *populi* inquit Cicero lib. I de Repub. Apud Senecam lib. XIX. Epist. *Dictator erat, à quo Magister equitum dicebatur.* Et vero Magister dictata pueris dat in ludis.

Municipalis Gatozcos] Asterisco locum, tamquam Delio natatore indigentem, signaui: neque enim ænigmata soluere didici, & vereor ne *municipalis* vox bis posita sit à librariis, vel *Municipales aliud ceteros.* leg. sit. Eruditiores arbitrentur.

Impositum est cognomen, vel vt Mess.] Locus pulcre interpungendo constitutus, Messalam significat *cognomentum*, aut primum, aut solum vsurpasse, vel libentius quidem quam *cognomen.* Sic *Obsequium* Terentium primum dixisse Cicero in Lælio auctor est, & M. Fabius. Idemque Messala primus *Reatum*: Augustus *Munerarium* dixit. Reliqua lib. VIII. cap. III. colligit.

Et vocari cœpit Senecio Grandio] Aliter in M.S. *Et vocari cœpit Seneca grandis aliquando inuenire. Is in hac Suasoria*, quæ postrema *aliquando inuenire*, si legitima sunt, pertinent ad superiora, *Cupiebat grandia dicere, aliquando inuenire*, vt illud περὶ τὴν εὕρεσιν aut λέξιν, hoc περὶ τὸ νόημα, aut τὴν διάνοιαν referatur. In vtroque autem ὕψος est & ὄγκος vt prisci Rhetores docent. Frob edidit *Senetio Grandio aliquando inueniret* Puto deesse duo verba, *quod grandia aliquando inueniret*, vel sic potius nihil adijciendo, *dum grandia inueheret.*

Commilitones habeo Deos] Rectius: *habebo & Castra* ex coniectura & veteribus libris tribus. Vulgati enim *astra.* Alludit ni fallor ad γιγαντομαχίαν Cyclopum, qui cum Diis bella gerentes,

> *Ter sunt conati imponere Pelio Ossam,*
> *Scilicet atque Ossæ frondosum inuoluere Olympum.*

Ioh. Petreins ad Castorem, & Pollucem Spartanos Deos referebat. Himerius Declamator de Marathonia pugna ἐν πολεμαρχικῷ. Μαραθὼν μὲν ἔχει τὰ σώματα, τὰς δὲ ψυχὰς οἱ συστρατιῶται θεοί, γῆ δὲ τὸ κλέος καὶ θάλαττα.

Silonis, qui Pantomimis fabulas scripsit] Multos hic

hic *Silones* agnoſco: *Albutium Silonem*, *Caium & Gauium Silonem & Pompeium Silonem*. Sed quis hic nominetur, non habeo dicere.

Ite agite ò Danai] Et ab editis, & à ſcriptis abfuit vocandi aduerbium. Maro tamen ſemper coniungit: Exempla piget congerere.

Magnum Pæana Canentes] Expreſſit Silo Maronem VI. Æneid.

Conſpicit ecce alios dextra læuaque per herbam
Veſcentes, lætumque choro Pæana canentes.

Et lib. X.

Conclamant ſocij, lætum Pæana ſecuti.

Concidit hora] *Hector* poſcit res ipſa, quod Danaos alloquatur Achilles, aut quiſquis eſt: quod admonere viſum eſt: nam in veteri libro Couarr. legitur, *Occidit ore*, & quidem verbum *occidit* bis collocatur, quaſi renitens atque identidem repetens, ne quis librarius immutaret, & vero huiuſmodi vocalium comploſio non infrequens priſcis illis vatibus: Quale illud:

Clamaſſent vt littus Hyla, Hyla omne ſonaret.

Vnius verba Phraſes & Prouerbia opponit Periodis, orationumque ſeductionibus, quæ quidam nihil mutando in ſcripta ſua retulerunt, imitandi ſpecie. Nec enim vnius verbum vnicum ſurripi dicitur in imitatione. Vide Suaſor. III.

Belli mora concidit Hector, Item] *Ita* pro *item* leg. opinor, repugnantibus membranis: nec enim Hemiſtichium hoc Virgilij eſt, ſed Silonis. Alter locus eſt XI. Æneid.

Et in decimum veſtigia rettulit annum] Non diſſimile illud eiuſdem IX. Æneid.

Haud ſibi cum Danais rem ſaxo, & pube Pelaſga
Eſſe putent, decimum quos diſtulit Hector in annū.

Explementum eſſe] Tale Naſonis iudicium de verſib. Varronis Atacini infra leges Controuerſia XVI.

Corno teſtimonium ſtuporis] Scriptum erat *Cornothora teſtimonium*, vnde nihil elicio, præter quam *Corno Ebora*, vt patria Luſitanum fuiſſe dicat: qualia ſic producte efferebant, *Domo Carete*, vel conciſe, *Carete: domo Carthagine*, vel *Carthagine*, vt ex antiquis ſcript. & lapp. nos alibi, & in Orthographia Manutius, *Cornum* mox laudat noſter Seneca.

Qui Iudæos ſubegerat.] Cn. Pompeium accipio, fuit cum hic *Curtius* leg. ſuſpicaret, quem Cn. Pōpeio & C. Memmio hæſiſſe auctor eſt Suetonius, de Illuſt. Gramm. Ipſumq; adeo Pompeiū hiſtorici tradiderunt ſub ipſum Ciuile bellum, quo facilius C. Curioni promptiſſimo iuueni cauſſam Cæſaris defendenti, contradiceret, repetiiſſe declamandi conſuetudinem. M. Seneca à nomine *Pōpeij* de induſtria abſtinet, quod odioſum fortaſſe ea tempeſtate eſſet.

Myrata contio.] ἀπὸ τοῦ μύρου, odore fragranti & vnguento. *Myrtata* legi etiam poſſet pari audacia, qua *Myrata* vel *Myrrhata*. Myrtus enim in cōuiuiis obambulabat, vt ex Plutarchi Sympoſiacis diſcas. A *myrrha*, quæ amara eſt, non puto leg. *Myrrhata*, ſed à *Myro*, vnde *vinum Murrinum*: de quo apud Plinium Hermolaus, & Iunius lib. V. Animaduerſor. cap. XIX. Eadem audacia inf. *Abſynthiatum poculum* dictum Suaſ. VI. Quadrat hæc lectio cum *pyxidibus* & *redolentis animæ medicaminibus*. de quibus paullo ante. Frobeniana editio prima legit *mirata concio*, quaſi admirabunda. *Mitrata*, tamen magis probat amicus noſter quod vitio vertebatur Virg. 4. Æneid. de Ænea mitrato, & madentib. crinibus.

Senec.

Et nunc ille Paris, cum ſemiuiro comitatu
Mæonia mentum mitra, crinemque madentem,

Et lib. IX. apertius mitras vitio vertit.

——Et habent redimicula mitræ.

Ex illo Lucretij lib. IV. de rerum Natura:

Et bene parta patrum: fiunt anademata mitræ.

Vt quidem ex Iſidoro legimus. Et ex Lucilij lib. XV. Satyrarum,

——Spiram, Pallas, redimicula promit.

Videnđ & Seruius

Mitratus etiam Attis, inducitur à Scriptorib. Cybelis. Ex his perſpicuum, cui videretur eius ſententia.

Hiſtoricum vobis fatuum] *fatuum* vocat διὰ τὴν αἰσχρολογίαν, quæ Hiſtoricis magno dedecori, Poëtis, vt vatibus, per Prolepſin cōceditur. *Hoc* enim nomine honeſto tegimus illorum ἀσχημοσύνην.

Mamercum Scaurum] De hoc Tacitus Annali tertio: *Mamercus Scaurus C. Silanum corripit, antiqua exempla iaciens. L. Cottam à Scipione Africano, Seruium Galbam à Catone Cenſorio: P. Rutilium à M. Scauro accuſatos. At Scaurum proauum ſuum, opprobrium maiorū ſuorum Mamercus, infami opera dehoneſtabat.* De eius impuris morib. Seneca philoſ. lib. IV. de Beneſi. 31. & Tertullianus lib. de Pallio.

Maieſtatis reum fecerat] De eodem Mam. Scauro. quem Cornelius Thuſcus cognomine, (vt acute vidit Belgij noſtri ocellus Lipſius) accuſauit ibidem Tacitus. *Mamercus dein Scaurus rurſum poſtulatur*, (anno DCCXXCVII. V. C. Paulo Fabio, L. Vitellio Coss.) *inſignis nobilitate, & orandis cauſis, vita probroſus, nihil hunc amicitia Seiani, ſed labefecit haud minus validum ad exitia Macronis odium, qui eaſdem artes occultius exercebat: detuleratque argumentum Tragœdia à Scauro ſcripta, additis verſib. qui in Tiberium flecterentur. Verum ab Seruilio & Cornelio accuſatoribus adulterium Liuiæ, magorum ſacra, obiectabantur. Scaurus, vt dignum veterib. Æmiliis, damnationem anteit; hortante Sextia vxore, quæ incitamentum mortis, & particeps fuit. Ac tamen accuſatores, ſi facultas incideret, pœnis adficiebantur: vt Seruilius Corneliuſque perdito Scauro famoſi, quia pecuniam à Vario Ligure omittendæ delationis ceperant, in inſulas, interdicto igni atque aqua, demoti ſunt.* Hæc Tacitus.

Veni, vidi vici] Quia Pharnacem, Mithridatis f. in Ponto intra quintum diem, quattuor, quib. in conſpectum venit, horis Cæſar vna profligauit acie. Sueto. Tranquil. ca XXXV. & XXXVIIJ.

Andreas aiebat Nicoſtratis Lacedæmonis] Repperi fere in membranis, ἄνδρας aiebat *nūq. Cratis Lacedæmonios*: nondum tamen integer locus. *Andreas* infra nominatur Controu. VII. & medicus quidam apud Plinium lib. XX. XXIII. XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIV. XXXV. Natur. hiſtoriæ: item apud Dioſcoridem, & Nicandri interpretem. Quare non aſſentior iis, qui

hic contra libros Vett. HYBREAS reponendum cenſent. *Crateus* vero Philoſophi, Laërtius, & Suetonius lib. de illuſtr. Grammat. meminere:

En cor Zenodoti, en iecur Cratetis.

Finem ſuaſoriæ faciamque iterum,] Sic Frob. rectius Vat. *quarum nimius cultus*, quidam Codex, *quod earum* præfert.

Cum ad meam ætatem veneritis] Filios appellat, Senecam Philoſophum, Nouatum & Melam. Et hos Suaſoriarum libros Controuerſiis ſubieciſſe iam docui. Mox etiam vulgo editur. *Nam nunc vos ipſa. & delectant.* Membranæ copioſius ſic. *Interim non dubito, quin nunc vos ipſa, quæ offenſura ſunt, vitia delectent.*

IO. PETREIVS.

Q*VID dicam*] Quomodo ſi iidem ſunt Lacedæmonij, & Spartani, dicit ab iis Lacedæmonios victos? Strabo & vrbem, & regionem eodẽ vocabulo dicit appellari à Lacedæmoniis, teſte Homero. Amyclas eorum rex, cum Spartã ſibi regiam cõſtituiſſet, reliquas ciuitates paſſus eſt æquali iure vti, regib. ad eas dimiſſis: ſubiectas tamẽ eſſe Spartanis donec Agis Euriſthenis filius, ius illud ęquabile ademit, iuſſis reliquis Lacedæmoniis, vt Spartæ tributa cõferrent. Cumque cæteri omnes paruiſſent, Eleos, qui Elos habitant, vi & armis ſuperatos in ſeruitutem perpetuam damnauit, impoſitis certis conditionib. eorum dominis, ne cui liceret libertate donare, aut extra regionem venundare. Hinc *Helotica ſeruitus* in prouerbium abiit. Strabo lib. VIII.

O Lacedæmonij aduerſus] *Si aduerſus* leg. puto.

Otroyadem] Cum certamen eſſet inter Athenienſes & Lacedæmonios de agro Tyreatium, ne in mutuam cædem vtrinque ruerẽt, commiſſa res eſt, trecentis ab vtraque parte electis. Hi cum ſe mutuis vulnerib. cõfeciſſent, vnus Otroyades Lacedæmoniis ſuperſtes, ne ad ſuos viuus rediret, ſanguine in clypeo ſuo à Lacedæmoniis victoriam ſtetiſſe ſcripſit: deinde ſe interemit. Cumque poſtea cadauera ad ſepeliendum verſarentur, hoc ſolum repertum eſt victoriæ monumentum.

Quicquid apud] lib. XI. Æneid.

De eaque] *qua* relatiue ſcribendum: eſt autem Thema Declamatorium.

Myrata] quoniam cum y ſcriptum reperi, forte *myrtata* quemadmodum laureata: ſed tunc ad Perſas referendum, quos tanquam Venereos notat: niſi mauis legere *myrata*, vel *murata*, ἀπὸ τῶ μύρου, id eſt, vnguentata.

SVASORIA III.

DELIBERAT Agamemnon, an Iphigeniam immolet, negante Calchante aliter nauigari poſſe.

SCHOLIVM SCHOTTI.

ARGVMENTVM ſuppeditarunt poëtæ, de Iphigenia Agamemnonis & Clytemneſtræ filia, quæ cum ex oraculo, interprete Calchante, iratæ Dianæ placandæ duceretur immolanda.

Exitus vt claſſi felix fauſtuſque daretur.

mœſtus pater miro animo voluens, deplorabat. Cicero III. Offi. Regẽ voti reum facit, cum deuouiſſet Dianæ quod pulcherrimum in ſuo regno natum eſſet illo anno, & promiſſum potius non faciendum, quam tam tætrum facinus admittendum. *Idem de perf. Orat.* Si pictor ille vidit, cum immolanda Iphigenia, triſtis Calchas eſſet, triſtior Vlyſſes, mœreret Menelaus, obuoluendum caput Agamemnoni eſſe, quoniam ſummum illum luctum penicillo non poſſet imitari. *Eadẽ Fabius lib. II. ca. XIII. Plinius lib. XXXV. cap. X. & Valerius Maximus lib. VIII. cap. XII. Lucretius lib. I.*

Et mœſtũm ſimul ante aras aſtare parentem
Senſit, & hunc propter ferrum celare miniſtros
Adſpectuque ſuo lachrymas effundere ciueis:
Muta metu terram genibus ſubmiſſa petebat.

Virg. II. Æneid. ----Sanguine placaſtis ventos & virgine cæſa.

Dea

Dea virgo, virginis miserta, ceruam suppo∫uit: Hinc Rhetorum campus. Vide Sophoclem in Electra, & Euripidem in Iphigenia in Aulide, & I∫acium Tzetzem in Lycophronis Alexandram. familiare autem id genus argumentorum Schola∫ticis fui∫∫e ex Petronij Satyrico didici: Ingens, *inquit,* Scholasticorum turba in porticum venit, vt apparebat, ab extemporali Declamatione nescio cuius, qui Agamemnonis Suasoriam exceperat.

ARELLII FVSCI. Non in aliam conditionem Deus fudit æquora, quam ne omnis ex voto iret dies. nec ea sors mari tantum est, ceterum ipsa non sub eadem conditione sidera sunt? Alia negatis imbribus exurunt solum, & miseri cremata agricolæ legunt semina, & hæc interdum anno lex est: alijs serena clauduntur, & omne cœlum nubilo graue, subsidit solum, & creditum sibi terra non retinet: alius incertis sideribus cursus est, & variantur tempora, neque soles nimis vrgent, neque vltra debitum imbres cadunt: quicquid asperatum æstu est quicquid nimio defluxit imbre, inuicem temperatur altero: siue ita natura disposuit, siue (vt ferunt) luna cursu getit: quæ siue plena lucis suæ est, splendensque pariter assurgit in cornua, imbres prohibet; siue occupata nubilo, sordidiorem ostendit orbem suum, non ante finit quam in lucem redit, siue ne lunæ quidem ipsa potentia est, sed flatus qui occupauere annum, tenent, quidquid bonum est. Extra iussum Dei tutum fuit adultero mare. An non potero vindicare adulteram? prior est salus pudicæ. Ne quid virginitati huius timerem, persequebar adulterum. Victa Troia virginibus hostium parcam: nihil adhuc virgo Priami timet. *Cestij Pij.* Vos ergo ad hanc diem immortales innoco, sic reclusuri estis maria? Obstate potius*. Ne Priami quidem liberos immolaturus es. Describe nũc tẽpestatem. Omnia ista patimur, nec parricidiũ fecimus. Quod hoc sacrum est, virginis deæ templo virginem occidere? libentius hanc sacerdotem habebit quàm victimam. *Cornelij Hispani.* Infestæ, inquit, sunt tempestates, & sæuiunt maria: neque adhuc parricidium feci. Ista maria si numine suo Deus regeret, adulteris clauderentur. *Marilij.* Si non datur nobis ad bellum iter, reuertamur ad liberos. *Argentarij.* Iterum in malum familiæ nostræ fatale reuoluimur, propter adulteram fratris liberi pereunt. ista mercede nollem reuerti. At Priamus bellũ pro adultero filio gerat.

Diuisio. Hanc Suasoriam sic diuisit *Fuscus*, vt diceret etiam si aliter nauigare non possent, non esse faciendum, & sic tractauit, vt negaret faciendum, quia homicidium esset, quia parricidium, quia plus impenderetur, quàm peteretur, peti adulteram, impendi Iphigeniam, vindicari adulterium, cõmitti parricidium. Deinde dixit, etiam si non immolasset: nauigaturum: Illam enim moram naturæ maris & venturum esse, deorum voluntatem ab hominibus non intelligi. Hoc *Cestius* diligenter diuisit. dixit enim, deos rebus humanis non interponere arbitrium suum. si interponant, voluntatem eorum ab homine non intelligi. vt intelligatur, non posse fata reuocari. si non sint fata, sacra profutura: si sint, non posse mutari. *Silo Pompeius* etiam si quod esset diuinandi genus certum, augurijs negauit credendum: quare ergo si nescit Chalcas, affirmat primum, & scire se putat? Hic communem locum dixit in omnes qui affectarent scientiam: deinde irascitur sibi, inuitus militat, quærit sibi tam magno testimonio apud omnes gẽtes fidem. In ea descriptione primum in hac suasoria *Fuscus Arellius* Virgilij versus voluit imitari, Valde autem longe petit, & pæne repugnat materiæ, certe non desideranti inseruit. Ait enim de luna, quæ siue plena lucis suæ est, splendensque pariter assurgit in cornua, imbres prohibet: siue occupata nubilo sordidiorem ostendit orbem suum, non ante finit quam vicem reddit. At Virgilius hæc quanto simplicius & beatius dixit?

Luna reuertentes cum primum colligit ignes,
Si nigrum obscuro comprenderit aera cornu, Gregor. 427.
Maximus agricolis, pelagoque parabitur imber.

Et rursus:

Sin ortu in quarto (namque is certissimus auctor)
Plena, neque obtusis per cælum cornibus ibit. Ibid v. 432.

Solebat autem ex Virgilio *Fuscus* multa trahere, vt Mæcenati imputaret. Totiẽs enim pro beneficio narrabat, in aliqua se Virgiliana descriptione placuisse: sicuti in hac ipsa suasoria dixit. Cur iste inter eius ministerium placuit? cur hoc os Deus elegit? cur hoc potissimum sortitur poësis? quod tãtum non impie aiebat se imitatum Virgilium, *Plena Deo?* Solet autẽ Gallio noster hoc aptissime ponere. Memini vna nos ab auditione *Nicetis* ad Messalã venisse. Nicetes suo impetu valde Græcis placuit. Quærebat à Gallione Messala, quid illi visus esset Nicetes: *Gallio* ait, *Plena Deo*: quoties audierat aliquem ex his declamatoribus, quos scholastici caldos vocant, statim dicebat, *Plena Deo.* Ipse Messalla nunquam aliter eum ab hominis auditione venientem interrogabat, quam vt diceret: *Nunquid Plena Deo?* Itaque hoc ipsi tam familiare erat, vt inuito quoque excideret. Apud Cæsarem cũ mentio esset de ingenio Haterij, cõsuetudine prolapsus, dixit: *Et ille erat Plena Deo.* Quærenti deinde quid hoc esse vellet, versum Virgilij retulit, & quomodo hoc semel sibi apud Messalam excidisset, & nunquã postea potuisset excidere. Tiberius ipse Theodoteus offendebatur Nicetis ingenio, atque delectatus est fabula Gallionis: hoc autem dicebat Gallio, Nasoni suo valde placuisse: itaque fecisse quod in multis alijs versibus Virgilius fecerat, non surripiendi causa, sed palam imitãdi, hoc animo vt vellet

agnosci, esse autem in tragœdia eius: *Feror huc illuc, vt plena Deo.* Iam vultis ad *Fuscum* reuertar, & descriptionibus eius vos satiabo. Hæc potissimum ex his quas in similitudinis tractatione posuit, cum diceret omnino non concessam futurorum scientiam.

IN SVASORIAM TERTIAM.

NICOLAVS FABER.

NON ante finit quam in lucem redit] *Hæc corrupta sunt. nam infra eadem sententia cum Virgilij versibus quos imitatus est Fuscus, cõfertur ijsdem verbis repetita, quo loci non* quam in lucem redit, *sed* quam vicem reddit, *legitur, nihilo tamen rectius. Ex versibus autem Virgilij apparet dicere velle lunam nubilo occupatam pluuias minari. quasi scribendum esset,* siue occupata nubilo non ante finit, quam imbrem dedit, *aut aliquid simile.*

Vos ergo ad hanc diem immortales.] *Vide ne potius ita legendum sit,* Vos ergo ad hęc, Dij immortales, inuoco, *&c.*

Imitatum Virgilium, Deo Plenæ] *Versum Virgilij in quo legantur hæc verba, frustra quæsiui. aliquid tale habetur sexto Æneidos, sed non ijs verbis. nec tamen memoria labi in fabula tam celebri, & trita noster auctor potuit: lapsumque non esse indicio est Ouidij versus ex Medea tragœdia, quam vnam illum composuisse Quinctilianus & Tacitus fidem faciunt: & Tertullianus de præscript. aduersus hæreticos ex Virgilio plenissime expressisse. vt inde appareat Virgilij opera ad nos integra non peruenisse.*

Caldos] *Caldum potius quam calidum dicebant Augusti seculo. Ipse etiam Augustus per Epistolam C. Cæsarem nepotem coarguit, quod is calidum scripsisset. odiosum enim esse hoc vocabulum, & ἀπείρογον putauit. Quinctilianus cap. 2. lib. 1. auctor.*

Tiberius ipse Theodoreus] *Apollodorus Pergamenus, & Theodorus Gadareus, siue, vt dici voluit, Rhodius, ingenio & doctrina celebres dicendi professores: non minus tamen hic Tiberio, ille Augusto discipulis clari diuersa Rhetorices præcepta tradentes, suos quisque sectatores habuere: Apollodoreorumque, & Theodoreorum sectas effecere, vt auctores sunt Strabo lib.* XIII. *&* XVI. *Quinctilianus cap.* XII. *lib.* I. *& lib.* III. *Quorum etiam contrarias opiniones idem Quinctilianus varijs locis notat, & supra Controuersiarum lib.* II. *de narratione legimus. Apollodori autem & Theodori præter dictos auctores meminerunt Suetonius in Augusto cap.* LXXXIX. *& Tiberio cap.* LVII. *Cornelius Tacitus de Oratoribus, Lucianus in Macrobijs, & Chirius Fortunatianus in Rhetorices Scholica lib.* I. *&* III.

Nasoni suo] *Cuius etiam exstat Elegia lib.* IIII. *de Ponto ad eundem Gallionem.*

Quas in similitudinis tractatione] *Lego,* quas in simili tractatione posuit. *Nam quæ sequitur Suasoria, de Deorum prouidentia, scientiaque futuri tractat.*

SCHOTTVS.

EX *voto iret dies*] Sic M. Tullius lib. XIV. epi. XV. *Incipit res melius ire quam putabam.*

Sic reclusuri estis maria] Quæ claudebantur olim ex die tertio Eiduum Nouemb. vsque ad diem sextum Eidus Martias. Vegetius lib. IV. de re militari.

Propter adulteram fratris] Propter Helenam coniugem Menelai, qui Agamemnonis frater.

Petitur impendi Iphigeniam] Has duas voces, *impendi Iphigeniam* intrusas primum arbitrabar, post in Rom. editione comperi diuinitus emendasse M. Ant. Muretum. *Petis adulteram, impendi Iphigeniam.*

Sacra profutura] Perspicue *sacrari futura* scriptum repperi in Couarr. Vnde amicus quidam meus, *ignorari* vel *celari futura*. Ego vulgarem lectionem solicitare nolo, probum enim sensum continet.

Auguri negaui credendum] In Vat. cod. *augurijs.* Occurrit lepidum Marci Catonis Censorij dictum *mirari se si augur auguri aruspex aruspici occurrens non rideat*, notans artis vanitatem Cic. II. de Diuinat.

Sin ortu in quarto] Hic versus non legitur in scripto. Alter vero quomodo hodie in Virgilij cod.

Pura nec obtusis per cœlum cornibus ibit.

nisi quod *obtusi* præfert. valde vt mirer quid eos Correctores mouerit, qui locum arbitratu suo contra libros veteres peruerterunt.

Vt Mæcenati imputaret] Pro expensum ferret. sic Suas. VI. *Popillius victoribus id ipsum imputaturus occupat facinus.* Quod non erat tanti vt admonerem, nisi alium Scholiasten hic fugisset ratio.

Cur iste inter eius] fortasse rectius: *Cur ista in eius ministerium placuit,* & illud *poësis* non hic quadrat: *physis* vel quid simile leg. videtur.

Plena Deo] Cuius hoc poëtæ sit, Virgilij sane non est in ijs libris, qui vulgo circumferuntur. Sibyllam quidem *insanam vatem* vocat lib. III. Æneid. Item VI.

Non comtæ mansere comæ, sed pectus anhelum.
Et rabie fera corda tument: maiorque videri
Nec mortale sonans——

Rursum VII.

——*quem Rhea sacerdos*
Furtiuum partu, sub luminis edidit auras
Mista Deo mulier——

Ecloga vero III.

Ab Ioue principium Musæ; Iouis omnia plena.

Vsurpabitur de fanaticis & furore correptis, & magnum quiddam sonãtibus. Vates enim furore correpti ex tripode oracula dabant. Iul. Capitolinus in Macrino. *Vates cælestis, qua Deo repleta.*

Scholasticis caldos] *Scholasticiscaldos* vna voce præferebat vetus liber. Augustus in epistolis ad C. Cæsarem, emendat, quod is *calidum* dicere, quam *caldum* maluerit: non quia illud non sit Latinum, sed quia sit odiosum, &, vt ipse Græco verbo significatione

gnificauit, σχολάζειν. Fabius lib. I. cap. VI. & epistola ad Tiberium: *Lusimus per omnes dies forumque aleatorum calfecimus*, apud Suetonium cap. LXXI. *Scholasticus* autem, inquit, Fortunatianus (qui Rhetoricam suam *Scholasticam*, vel, vt nunc editam Lutetiæ video, *Scholicam* inscripsit) adhuc in Scholis versantes: vt qui inter priuatos parietes fictas causas declamitabant, nec in adspectum solemque prodibant. Quibus oppositi pragmatici, causarum forensium actores, qui lites disceptabant, seriaque tractabant. Hi postquam ea arte abuti cœperunt, *leguley*, *rabulæ forenses*, & *vultures togati* appellati Petronio, Apuleio, Ammiano, ceteris. Aristoteles vero, vt Philosophi admonent, *Scholasticos* vocabat eos, qui se, cum à cura & corporis deliciis auocarent, totos contemplationi consecrabant; vt Hermias in Phædrum Platonis auctor est. Sed de *Scholasticis* omnis Rhetorum schola Quinctilianus, Plinij, Tacitus, Suetonius, Saluianus, Philostratus, alij.

Ingenium Haterij] de quo vide Controu. XIII. in extrem. & quæ notaui ad Præf. lib. IV. Epitomæ.

Nunquam potuisset excidere] Lusit acute in ambiguo: nam *excidunt* quæ per imprudentiam effe- rimus: & quæ memoria non retinet. Sic *expecto* Proculeius apud Fabium lib. IX. cap. III. & eo priorem P. Rutilium Lupum lib. de figuris in anaclasi. Sic enim Rhetor ille: Proculeius cum filium suum moneret & hortaretur, audacter ex bonis ipsius sumtum faceret, quas in res vellet atque opus esset: nec tum denique speraret libertatem licentiamque vtendi futuram, cum pater decessisset, cui viuo patre promiscue omnia licerent: filius respondisset, non esse opus sæpe eadem oratione moneri, nec se patris mortem exspectare. Cui Proculeius pater subiecit: *Immo vero minime meam mortem expectes, nec properes moliri vt velocius moriar.* Quem locum nuper sic Lutetiæ euulgatum, ita emendo: *Imo vero mortem meam expecta*: Id auctoritate Quinctiliani eadem hinc sumentis lib. IX. Institu. Orator. cap. III. & *supplicio*, inquit, *afficere*, quem supplicatione dignum iudicaris. Nam Sallust. non semel *supplicia* sic vsurpat. & Afranius in Fratriis apud Nonium. *Absolute* apud Macrob. lib. II. cap. IV. in ioco Augusti de Cassio Seuero. alia id genus ex Varrone notari memini.

Non surripiendi causa] Sic M. Tullius in Bruto: *Tu qui à Næuio vel sumsisti multa* (fort. *mutua*) *si fateris: vel si negas, surripuisti* Sup. Suasor. II. *Tam diligentes auditores erant, ne dicam tam maligni, vt vnius verba surripi non possent. At nunc cuilibet inuertere* (fort. *interuertere*) *orationes licet prorsus.*

In Tragœdia] *Medea* haud dubie. Hanc enim scripsisse Nasonem docet Fabius lib. X. Institut. *Varij Thyestes cuilibet Græcorum comparari potest: Ouidij Medea videtur mihi ostendere, quantum vir ille præstare potuerit, si ingenio suo temperare quam indulgere maluisset.* Et lib. VIII. hunc versum laudat Medeæ.

Seruare potui, perdere an possim rogas?

Idemque, qui vulgo Corn. Taciti putatur esse, Dialogo de sui sæculi oratorib. *Neque vllus Asinij, aut Messalæ liber tam illustris est, quam Medea Ouidij, aut Varij Thyestes.* Denique Tertullian. lib. de Præscriptionib. hæretic. quod ad rem propius facit: *Ouidius*, inquit, *poeta Medeam Tragœdiam ex Virgilio plenissime expressit.* Et elegans Politianus in Nutticijs, de Ouidio:

Consultum quoque Syrma trahit, suspendit & vnco.

Non concessam futurorum scientiam] Hinc pendet sequens Suasoria, huic continenter adnectenda. Lege Ciceronis libros de Diuinatione, & quæ de Chaldæis & Genethliacis disserit Phauorinus apud Agellium lib. XIV. Noctium Attic. cap. I. & Horat. lib. I. Carm. Oda XI. & lib. III. Oda XXIX.

IO. PETREIVS.

INCERTIS *sideribus*] *erraticis* fortasse. i. planetis: vel varij cursus sunt, cum etiam ipsa sydera incerta. i. varia sunt.

Ista mercede] cum interrogatione melius.

Vt Mæcenati imputaret] vt si quando displicuisset, posset illi velut opprobrare suum poëtā, in cuius imitatione non placuisset.

Cui iste inter] hoc de Chalcante dicitur, fortassis ex imitatione eius loci, quo de Sibylla loquitur Virg.

Virgilius fecerat] ex Eonio, & Lucretio, & aliis, vt est apud Macrobium.

SVASORIA IV.

DELIBERAT Alexander Magnus, an Babyloniam intret, cum denunciatum esset, illi responso auguris periculum.

SCHOLIVM SCHOTTI.

THEMA ex historia desumtum. Sic enim ex Trogo Pompeio Iustinus lib XII. Philippicarum: Babyloniam festinanti, velut conuentum terrarum orbis acturo, quidam ex Magis prædixit, ne vrbem introiret, testatus hunc

Seuec.

locum ei fatalem fore. Ob hoc omiſſa Babylonia in Burſiam vrbem trans Eufratem, deſertam olim, conceſſit. Ibi ab Anaxarcho Philoſopho compulſus eſt rurſum Magorum prædicta contemnere, vt falſa & incerta: & ſi fatis conſtent ignota mortalibus: at ſi naturæ debeantur, immutabilia. Reuerſus igitur Babyloniam multis diebus otio datis, intermiſſum olim conuiuium ſolemniter inſtituit. *Hactenus ille, quæ ſi quis Græce, vt ſuauiora, audire mauult, en Arriani illa lib. VII.* περὶ ἀναβάσεως· Ἀλέξανδρος ὡς τὸν Τίγρητα ποταμὸν ξὺν τῇ στρατιᾷ διέβη, ἐλαύνων ἐπὶ Βαβυλῶνος, ἐνταῦθα ἐντυγχάνουσιν αὐτῷ Χαλδαίων οἱ λόγιοι καὶ ἀπαγαγόντες ἀπὸ τῶν ἑταίρων, ἐδέοντο ἐπισχεῖν τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος ἔλασιν, λόγιον γὰρ γεγονέναι σφίσιν ἐκ θεοῦ τοῦ Βήλου, μὴ πρὸς ἀγαθοῦ οἱ εἶναι τὴν πάροδον τὴν ἐς Βαβυλῶνα, ἐν τῷ τότε, τὸν δὲ ἀποκρίνασθαι αὐτοῖς λόγον, ὃ Εὐριπίδου τοῦ ποιητοῦ ἔπος· ἔχει δὲ τὸ ἔπος Εὐριπίδῃ ὧδε·

Μάντις δ' ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς.

Σὺ δὲ ὦ βασιλεῦ, ἔφασαν οἱ Χαλδαῖοι, μὴ πρὸς δυσμὰς ἀφορῶν αὐτὸς, μηδὲ τὴν στρατιὰν ταύτῃ ἐπέχοντα ἄγων παρελθεῖν. ἀλλὰ ἐκπεριελθὼν πρὸς ἕω μᾶλλον.

ARGELLII FVSCI. Quis eſt qui futurorum ſcientiam ſibi vindicet? nouæ oportet ſortis ſit, qui iubente Deo canat. non eodem contentus ſit vtero, quo imprudentes naſcimur: quandam imaginem Dei præferat, qui iuſſa exhibeat Dei. ſic eſt, Tantum enim regem, tantique rectorem orbis eſſe in metu cogit: magnus iſte & ſupra humanæ ſortis habitum oportet ſit, cui liceat terrere Alexandrum: Ponat iſte ſuos inter ſidera patres, & originem cœlo trahat: agnoſcat ſuum vatem Deus, non eodem claudatur vitæ fine, ætate magna extra omnem futurorum neceſſitatem caput ſit, quod gentibus futura præcipiat. Si vera ſunt iſta, quid ita non huic ſtudio ſeruit omnis ætas? Cur non ab infantia, rerum naturam deóſque qua licet, viſimus? cum pateant nobis ſidera, & intereſſe numinibus liceat, quid ita inutili deſidemus facundia: aut periculoſis atteritur armis manus? an melius alio pignore quam futuri ſcientia, ingenia ſurrexerint? Qui vero in media ſe, vt prædicant, fatorum miſere pignora, natales inquirunt, & prima mediorum annorum habent initia, quo ierint motu ſidera, in quas diſcurrerint parteis: contrane Deus ſteterit: an placidus affulſerit ſol: an plenam lucem, an initia ſurgentis acceperint: an abdiderit in noctem obſcurum caput luna: Saturnus naſcentem, an ad bella Mars militem, an negotioſum in quæſtus Mercurius exceperit: an blanda annuerit naſcenti Venus, an ex humili in ſublime Iupiter tulerit. Exiſtimant tot circa vnum caput tumultuanteis Deos? Futura nuntiant. Pleroſque dixere victuros: & nihil metuentes oppreſſit dies. alijs dedere finem propinquum: at illi ſuperfuere. Egentes, inutilis animæ felices naſcentibus annos ſpoponderunt: at fortuna in omnem properauit iniuriam. incertæ enim ſortis viuimus: vnicuique iſta pro ingenio finguntur, non ex ſcientiæ vi. Deerit aliquis toto orbe locus qui te victorem non viderit? Babylone cluditur, cui patuit Oceanos?

Diuiſio. In hac ſuaſoria nihil aliud tractaſſe *Fuſcum* ſcio, quam eaſdem, quas ſupra retuli, quæſtiones, ad ſcientiam futuri pertinentes. Illud quod nos delectauit, præterire non poſſum. Declamitabat *Fuſcus Aurellius* controuerſiam de illa, quæ poſteaquam ter mortuos pepererat, ſomniaſſe ſe dixit, vt in luco pareret. Valde in vos contumelioſus fuero, ſi totam controuerſiam, quam ego intelligo me dicere, *Fuſcus* declamaret, & aperte, aut non agnoſcentis puerum, tractaret locum contra ſomnia, & deorum prouidentiam, & male de magnitudine deorum dixiſſet mereri eum, qui illos circa puerperas mitteret. ſummis clamoribus dixit illum Virgilij verſum:

Æneid. 4. v. 379. *Scilicet is ſuperis labor eſt, ea cura quietos*
Sollicitat. ——

Auditor *Fuſci* quidam, cuius pudori parco, cum hanc ſuaſoriam de Alexandro ante Fuſcum diceret, putauit æque belle poni verſum eundem. dixit:

Scilicet is ſuperis labor eſt, ea cura quietos
Sollicitat. ——

Æneid. 2. v. 555. & lib. 10. v. 536. *Fuſcus* illi ait: Si hoc dixiſſes audiente Alexandro, ſcires apud Virgilium & illum verſum eſſe:

——*Capulo tenus abdidit enſem.*

Et quia ſoletis mihi moleſti eſſe de *Fuſco*, quid fuerit, quare nemo videretur dixiſſe cultius, ingeram vobis Fuſcinas explicationes. Dicebat autem ſuaſorias libentiſſime, & frequentius Græcas quam Latinas. *Hybreas* in hac ſuaſoria dixit: ἕξον ἤγηκα Βαβυλῶν μάντιν ὀχύρωμα.

IN SVASORIAM

IN SVASORIAM QVARTAM.

NIC. FABER.

QVam ego intelligo me dicere,] *Hæc corrupta & manca ſunt, deeſt enim verbum* poſuero, *aut aliud ſimile. & quæ deinceps ſequuntur, nullum idoneum ſenſum efficiunt. Fortaſſe emendatiora erunt ſi legamus,* valde in vos contumelioſus fuero, ſi totam Controuerſiam poſuero, quam intelligo me dicere. cum Fuſcus declamaret, & à parte aui nō agnoſcentis puerum tractaret locum &c. *Hoc enim Thema quod proponit, inter vulgata & trita in ſcholis fuiſſe veriſimile eſt, quod ideo dicit non eſſe neceſſe totum proponere. Erat autem quantum conijcio, eiuſmodi. Quæ ter mortuos pepererat, ſomniaſſe ſe dixit viuum parituram ſi in luco pareret, in lucum profecta, remotis arbitris parit. auus cui agnoſcebatur puer, eum agnoſcere non vult, ſuppoſitumque eſſe dicit: C. D. quam Controuerſiam cum à parte aui declamaret Fuſcus, locum contra ſomnia, deorumque prouidentiam & curam circa puerperia tractaſſe Seneca ſignificat.*

SCHOTTVS.

PRima habent initia] Recte: diſſimulare tamen non debeo, quæ in calamo exaratis repperi, etiam vitioſa, cum vt fidem meam liberem, tum vt quiuis exſculpat, quæ me forte fugerunt. *Nuntia* integre ſcriptum eſt, quod negant, reclamante licet Nonio, neutro genere Latinum eſſe. Lucretij, Catulli, & Tibulli loca, quæ contra adferuntur, appoſita ad nomen ſunt. Extrema quoque Suaſoria V. *hortauit* ſcripſerat, pro *hortatus eſt*. Sed hæc ad litteratores pertinent.

Saturnus naſcentem] Nihil hic, quod olim credidi, deeſt, auctore eo, quem ſæpius laudo, Couar. Cod. optimo. De Planetarum vi in hæc corpora inferiora, Manilius, Iulius Firmicus, Cicero in ſomnio Scipionis & alij.

Babylone cluditur] *Babylona cluditur*. Vetus lectio. Viderat pridem locum eſſe corruptum V. CL. Iac. Bongarſius Aurelianenſis, putabátque leg. *Babylone excluditur* Notis ad Iuſtinum eruditis.

Et altum] Has duas voces, quia à veterib. libris abſunt, nec in Virgilio exſtant ὀβελίζω, & proximam vocem, *eundem*: natum vt ſuſpicor, mendum, vitio librariorum, ex Notarum compendijs, cum hic vel ad oram adſcriptū eſſet, & *altum* pro *alterum*, ſeu potius traiectis litteris, *lateri*. Sic. n. lib. II. diuini operis:

Implicuitque comam læua dextraque coruſcam
Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit enſem.

Et lib. x.

——atque reflexa
Ceruice orantis capulo tenus abdidit enſem.

Fuſcianas] *Fuſcinas* vetus liber præfert conformata voce: vt à *Niger*, *Nigrinus*: *Albus*, *Albinus*, *Agrippa Agrippina*, & *pellis leonina* & *lupina*. At vero *Thermæ Neronianæ*, & *Titianæ*, quâ de re Velium Longum ſcripſiſſe libellum refert Fl. Cariſius Soſipater.

Οἷον ἔργον Βαβυλὼν αὐτῇ ἐχίσατο] Græca hæc integra ſunt, debenturque membranis, latuiſſent alioquin, vt *αὐτῃ hacce dicimus*, & Attice pro *αὐτῇ*, quamquam non video quo pertineat. *Quantum*, inquit, *habuit Babylon hacce monumentum.*

IO. PETREIVS.

SVperfuere] videntur hæc coniungenda: *at illi ſuperfuere, egentes, inutiles animæ.* i. ſuperuixere illi in egeſtate, nulli vſui in vita: alias egentes, inutiles animæ.

Babylone cluditur] *Babylone excluditur*. leg. fort.

Valde in vos] hic locus truncatus eſt. Videtur hic ſenſus: cum ille Fuſcus, dicens contra fidem ſomniorum, dixiſſet, male illos mereri de Deorum magnitudine, quod eos circa puerperia putarent occupatos, dixit illum Virgilij verſum.

Scilicet is ſuperis, &c.

Quidam eius diſcipulus, ratus vbiq. habere locum, cum hanc Suaſoriam declamaret; eundem poſuit: parum autem ſeruauit decorum: offendiſſet enim Alexandrum, ſi eum, eiuſq. res dixiſſet, non eſſe ſuperis curæ, ac propterea fortaſſe fuiſſet expertus eius iracundiam. Hac de cauſa figurate ſubiecit Fuſcus. Scires vbi eſſet ille verſus, qui eſt II. Æneid. *Lateri* autem debet eſſe, nō *altum*, i. occidiſſet te, quemadmodum alios libere loquentes.

SVASORIA V.

DELIBERANT Athenienſes, an trophæa Perſica tollant, Xerxe minante rediturum ſe, niſi tollerentur.

SCHOLIVM SCHOTTI.

DESVMTVM argumentum ex vſu collocandorum de victis hoſtibus tro-

phæorum. Legendus Ioan. Stobæus ſer. de fortitudine. Lacedæmonios vero ab hac oſtentatione, iam inde à Carano abſtinuiſſe auctor eſt Pauſanias lib. 9. extremo; ne ſpem reditus in gratiam cum hoſtibus præcidiſſe viderentur. Et Cleomenes interroganti, cur Spartani capta ex hoſtibus ſpolia non ſuſpenderent Dijs: quia, *inquit,* è timidis capta ſunt, neque cerni ab adoleſcentib. neque Dijs dedicari conuenit, *vt auctor eſt Plutarch. Lapideos duntaxat Leones, vbi plurimi pro patria occubuiſſent, ponere contenti erant: vt & in Leonidæ, eorumque qui vna cecidere ad Thermopylas, tumulo Leonem impoſitum refert Herodotus. Et in Photij Bibliotheca Hephæſtion, lib. 2. Omnigenæ Hiſtoriæ pag. 244. Gr.* Leonem ex lapide Lacedæmone videre eſt digiti tumulum impoſitum. Symbolum nimirum Herculei roboris. Vnde mos inoleuit in reliquorum quoque ſepulchris lapideos ſtatuere leones. *Porticus tamen Lacedæmone celebris ex manubijs Perſarum, de qua idem Pauſanias lib. 3. & Vitruuius lib. 1. cap. 1. Architecturæ.*

ARELLII FVSCI. Pudet me victoriæ veſtræ: ſic fugatum creditis Xerxen, vt reuerti poſſit? tot cæſa millia, nihil ex hac acie relictum minanti, niſi quod vix ſequi fugientem poſſit. totiens merſa claſſis. Quid Marathona? quid Salamina referam? Pudet dicere, dubitamus adhuc, an vicerimus. Xerxes veniet? At neſcio quomodo languet circa memoriam iacturæ animus, & diſturbata arma non repetit. Prior enim metus, futuri pignus eſſet. amiſſa, ne audeat, amiſſurum monent. Vt in gaudia interdum ſurgit animus, & ſpem ex præſenti metitur, ita aduerſis frangitur. Omnis eſt ſic animum dies, vbi ignominia ſpem premit, vbi nullam meminit aciem, niſi quæ fugerit, errat circa damna ſua, & quæ male expertus eſt, vota deponit. Si venturus eſſet, non minaretur. Suis ira ardet ignibus, & impacta non ſoluitur. Non denunciaret, ſi venturus eſſet: neque armaret nos nuntio, nec infligeret victricem Græciam, nec ſollicitaret arma felicia: magis ſuperueniret improuidis, nam & arma indenuntiata moueret. Quantumcunque Oriens valuit, primo in Græciam impetu effuſum eſt: hoc ille numero ferox, & in deos arma tulerat, extincta tot ante Xerxen milia, tot ſub ipſo iacēt? nulli niſi qui fugerunt, ſuperſunt. Quid dicā Salamina? Quid Cynægyron referā? & te Polyteles? & hoc agitur, an viceris? Hæc ego trophæa depoſui, hæc in totius Greciæ cōſpectu ſtatui, ne quis timeret Xerxen minantem. Me miſerū, pugnante Xerxe trophæa poſui, fugiente tollam? Nunc Athenæ vincimur. non tantū credetur tedijſſe, ſed viciſſe Xerxes. Non poteſt Xerxes, niſi per nos trophæa tollere. Credite mihi, difficile eſt attritas opes recolligere, & ſpes fractas nouare, & pœnitenda acie in melioris euentus fiduciam ſurgere. *Ceſtij Py.* Inferam, inquit, bellum. alia mihi trophæa promittit. poteſt maior venire quam victus eſt? *Argentarij.* Non pudet vos? pluris trophæa veſtra Xerxes æſtimat, quam vos.

Diuiſio. Fuſcus ſic diuiſit. Etiam ſi venturus eſt Xerxes, niſi tollimus, non ſunt trophæa tollenda. Confeſſio ſeruitutis eſt, iuſſa facere: ſi venerit, vincemus. hoc non eſt diu colligendum. de eo dico, vincemus quem vicimus. Sed nec veniet quidem. ſi venturus eſſet, nec denuntiaret. Fractus eſt & viribus & animo. *Ceſtius* & illud dicit, quod in prima parte tractauit, non licere Athenienſibus trophæa tollere: commune in illis ius totius Græciæ eſſe. communem victoriam, commune bellum fuiſſe. deinde nefas quidem eſſe: nunquam factum, vt quiſquam conſecratis virtutis ſuæ operibus manus adferret. Iſta trophęa non ſunt Athenienſium: deorum ſunt. illorum bellum fuit: illos Xerxes vinculis, illos ſagittis perſequebatur. hæc omnia ad impiam & ſuperbam Xerxis militiam pertinent. Ecquid? ergo bellum habebimus: Habebimus etſi Xerxen remouebis, inuenietur alius hoſtis. Nunquam magna imperia otioſa. Omnium bellorum proſpere ab Athenienſibus geſtorum. Deinde non erit bellum. Xerxes enim non veniet: multo timidiores eſſe qui ſuperbiſſimi fuerint. Nouiſſime vt veniat, cum quibus veniet? reliquias victoriæ noſtræ colliget: illos adducet, quos priore bello quaſi inutiles reliquias nouit, ſi qui ex fuga conſecuti ſunt. Nullum habet militem, niſi aut faſtiditum, aut victum. *Argentarius* his duobus contentus fuit: aut non venturum Xerxen, aut non eſſe metuendum, ſi venerit. His ſolis inſtitit: & illud dixit quod excerptum eſt: Tollite, inquit, trophæa. Si viciſti, quid erubeſcis? ſi victus es, quid imperas? Locum mouit non vtiliter: iudicare quidem ſe, neque Xerxen, neque iam quemquam Perſarum auſurum in Greciam effundere: ſed eo magis ipſis trophæa tuenda. Si quis vnquam illinc venturus hoſtis eſſet, vt conſpectu trophęorum animi militum accenderentur, hoſtium frangerentur. *Blandus* dixit: Repleat ipſe prius hiatus, & maria in antiquam faciem reducat. Apparere voluit poſteris quemadmodum venerit: appareat etiam quemadmodum redierit. *Triarius,* omni dimiſſa diuiſione, tantum exultauit quod audierit Xerxen venire ad ſe, ipſis nouam victoriam, noua trophæa. *Silo Pompeius* venuſto genere ſententiæ vſus eſt. Niſi tollitis, inquit, trophæa, ego veniam: hoc ait Xerxes: Niſi hæc trophæa tollitis, alia ponetis. Alteram partem ſolus *Gallio* declamauit, & hortatus eſt ad tollenda trophęa. dixit, glorię nihil detrahi: manſuram enim memoriam victorię, quæ perpetua eſſet: ipſa trophęa & tempeſtatibus & ætate conſumi: bellum ſuſcipiendum fuiſſe pro libertate, pro coniugibus, pro liberis, pro re ſuperuacua, & nihil nocitura, ſi fieret, non eſſe ſuſcipiendum. Hic

dixit,

dixit, vtique venturum Xerxen, & descripsit aduersus ipsos deos tumentem: deinde habere illum magnas vires: neque omnes illum copias in Græciam produxisse, nec omnes in Græcia perdidisse: timendam esse fortunæ varietatem: exhaustas esse Græciæ vires, nec posse iam pati alterum bellum. illi esse immensam multitudinem hominum. Hoc loco disertissimam sententiam dixit, quæ vel in oratione vel in historia ponitur: Diutius illi perire possunt, quam nos vincere.

IN SVASORIAM QVINTAM.

NICOLAVS FABER.

PRior enim metus, futuri pignus esset:] *Fortasse rectius*, pignus est.

Nam & arma indenuntiata moueret.] *Veteres editiones hac in parte meliores sunt, quæ legunt*, nam & arma indenuntiata mouent, *id est magis afficiunt & turbant.*

Quid Cyoagiron] *Scribendum* Cynægiron.

De eo dico,] *fortasse*, de eodem dico.

Inutiles reliquias nouit,] *Vera, ni fallor, & lectio*, inutiles reliquias mouit, *id est, in dilectu habendo reiecit. Sequitur enim*, nullum habet militem nisi fastiditum, aut victum.

Locum mouit non vtiliter:] *Veteres editiones legunt*, non inutiliter, *quod & sensus requirere videtur: & vt paulo post, ita hæc interpungimus*: Sed magis ipsis trophæa tuenda si qui vnquam illuc venturus hostis esset, vt conspectu trophæorum, *&c.*

SCHOTTVS.

CIrca memoriam iactare animus.] Quid si sic interpungas, & post *iactura* signum ὑποκριτικῆς στιγμῆς colloces? *Animus & disturbata arma non reperit.*

Omnis est sic animum dies, vbi ignominia spem premit] *est* pro *edit* antique positum videtur, vt Plauto in Menæchmis & Virgilio IV. Æneid.

—— est mollis flamma medullas.

vbi *mollis medullas* pro *molles* antique dictum, non vt vulgus litteratorum credit *mollis flamma*, vt in illo Sallustii; *Omnis homines qui sese student præstare*, Carisius & alij Grammatici obseruarunt. Expressit enim Maro vt alias sæpe Catullina ista:

Ignis mollibus ardet in medullis.

Et albi

Ignes interiorem edunt medullam. Et

Cum penitus mœstas exedit cura medullas.

ast tamen hic, ne quid dissimulem, scriptum reperi in vett. libris, vt & in Frobeniano: *est si tu animum premit.* Et reliqua partim turbant, partim delent Erasm. & Curio. Equidem tentabam: *Ita aduersis frangitur, vbi ignominia spem premit. Omnis destituit spes, vbi nullam meminit aciem, nisi qua fugerit*: vel sic: *Ita aduersis frangitur. Omnis æstu sic animum premit, vbi nullam meminit aciem.* Ant. Augustinus V. CL. ad hunc modum: *Omissa* (vel *amissa*) *exest situ animum* dies (vel *indies*,) Siquid nouisti, lector, rectius istis, candidus imperti.

Arma indenuntiata mouent] vet. lib. *moueant*. quod perspicue verum Nam illud in Philosophorum scholis disputant, *Præuisa tela minus ferire.* Cicer. Senec

legendus Tuscul. tertia De Cyrenaicorũ sententia;

Quid dicam Salaminas?) Huc pertinet illud Ciceronis Tusculana I: *Ante Salaminam ipsam Neptunus obruet, quam Salaminij trophæi memoriam: prius Bœotiæ Leuctra tollentur, quam pugnæ Leuctricæ gloria.* Illud Themistocles erexit; hãc Epaminondas peperit.

Quid Cynægiron referam? & te Polyzele] Herodotus lib. VI. ἐν τούτῳ τῷ πολέμῳ ὁ πολέμαρχος Καλλίμαχος διαφθείρεται, ἀνὴρ γενόμενος ἀγαθός· ἀπὸ δ' ἔθανε τῶν στρατηγῶν Στησίλεως ὁ Θρασύλεω. τοῦτο δὲ Κυναίγειρος ὁ Εὐφορίωνος ἐνθαῦτα ἐπιλαμβανόμενος τῶν ἀφλάστων νεὸς, τὴν χεῖρα ἀποκοπεὶς πελέκει πίπτει. Et Laertius in Solone præmiis ornante, eorumque liberos alente, qui in bello pro patria cecidissent. ὅθεν καὶ ζήλῳ καλοὶ κἀγαθοὶ γίνονται κατὰ πόλεμον, ὡς Πολύζηλος, ὡς Καλλίμαχος, ὡς σύμπαντες οἱ Μαραθωνομάχοι. Quæ eo libentius Græce attuli, cum vt virtus elucesceret: magnum enim fuit apprehensa naui vix hostibus fugiendi locum dedisse: tum vt bis in edita lectione peccatum esse ostenderem. *Cynægiron* enim libri, quos quidem viderim, omnes vitiose scribunt: & *Polyzelum* illum, siue is *Polyzelos* est, nusquam quod equidem sciam reperias. Repono autem felici audacia *Polyzele.* Stesileum Ioan. Petreius ex Herodoto: Hic vnus in quattuor Atheniensium ducibus, qui cum nouem millib. aduersus innumerabilem Persarum multitudinem profecti sunt. Hic collatis signis, cum nescio quæ species oblata esset, oculis orbatus, octo & quadraginta pugnans interemit. Callimachus telorum copia obrutus, etiã exanimis stetit, telis innixus. Miltiadæ virtus nota ex Cor. Nepote, siue is Æmilius Probus est: cuius se trophæis è somno excitari Themistocles prædicabat. De Cynægiro declamatio Polemonis Sophistę Grece est edita hoc lẽmate: Νόμου ὄντος Ἀθήνησι τὸν πατέρα τοῦ ἀρίστου ἀποθανόντος ἐν πολέμῳ λέγειν τὸν ἐπιτάφιον. Καλλιμάχου καὶ Κυναιγείρου πατέρες ἀγωνίζονται. De quo & Himerius declamator in Polemarchico: τότε τις ἢ κατὰ τριήρεις ἐλαύνε ναυτικὸς στρατιώτης ἐπίλαμψιν: ἐπιδραμὼν γὰρ ταῖς φευγούσαις εἰς τὴν θάλασσαν βαρβαρικαῖς ναυσὶ λαμβάνεται, κρείττονα ἔχων δεξιὰν τριήρους ὅλης ἑλκομένης, ἀπέκοπτε δὲ ὑπὲρ τῆς τριήρους οἱ βάρβαροι, μὴ δεξιᾶς ἁλόντες γένωνται ἀδοκήτως, πάλιν τὴν χεῖρα μείζονα. ἐδὲ πλησίον ἐκεῖνο, ἡ δὲ χειρὶ ἀνακτᾶσθαι, τὰς δὲ τριήρεις ἐχούσας, &c. Eadem Valer. Maximus. l. III. c. II. Iustinus lib. II. & Ammianus Marcellinus lib. XXVI. vid. & Contr. XXIV.

Omniũ bellorum] video deesse aliquid, addoque, *Omnium bellorum pudet prospere ab Atheniensibus ge-*

ſtorum, & ſtatim: *Multo timidiores ſunt, qui ſuperbiſſimi fuerunt.*

Multo timidiores eſſe) Addunt quidam de ſuo, *An neſcitis?* homines plus æquo largientes: Equidem video *ἀνακόλουθον* eſſe, nec cohærere, ſed quia prætcrea nihil in membranis eſt, nihil muto. Suſpicor, vt fit, in exemporaneo illo calore dicendi, imperfecta multa excidiſſe, dum impetus meditari non ſinit.

IO PETREIVS.

M*Arathona*) pugna apud Marathona; ex Barbaris circiter ſex millia & trecenti ceciderunt; Athenienſium centum nonaginta duo: apud Herodotum lib. VI.

Salamina) vbi claſſe victus eſt Xerxes à Themiſtocle.

Xerxes veniet) cum admiratione. *Ita ne tandem Xerxes veniet?*

Circa iacturam] vel de Xerxe, vel de Athenienſibus intelligi poteſt: Neſcio quomodo animus illius acceptæ cladis oblitus eſt. vel, Neſcio quomodo nos obliti ſimus illatæ cladis.

In Deos] quoniam Perſæ, vt ait Aſconius in III. Verrinam, Dijs templa non ædificabant: atque ideo Græcorum templa diruebant.

Quid Cynægyron) Apud Herodotum eſt de hac ipſa victoria Marathonica. Occubuit quoq; ex ducibus Steſileus Thraſyli, & Cynegirus Euphorionis, dum ſummam puppim apprehendit, abſciſſa bipenni manu cecidit. Quam ob rem forte legendum non *Polyteles*, ſed *Steſileus*.

Hic ego] ſuſtinet declamator perſonam Themiſtoclis.

Surrigere) forte, *ſe erigere*, reponendum.

Reliquis nomit) forte *amouit*. i. quos prius in delectu militum neglexit. Ad hoc facit quod ſubdit; *Nullum habet militem, niſi aut faſtiditum, aut victum.*

Aut non venturum) ſic diſtinguendum: *Aut non eſſe venturum Xerxem: aut non eſſe metuendum ſi venerit: His ſolis inſtitit.*

SVASORIA VI.

DELIBERAT Cicero, an Antonium deprecetur.

SCHOLIVM SCHOTTI.

HÆC quoque ſcholaſtica plane Suaſoria, deliberantibus nonnullis Ciceronis nomine, an M. Antonio, ſuo, reique publicæ hoſti ſupplex ſit. Deinde an ſcriptas in eum Philippicas orationes, ſalutem Antonio promittente, exuri patiatur. Argumentum ſane declamantibus non ineptũ viſum, teſte Fabio Quinctiliano lib. III. cap. VIII. quod inter ſcripta Ciceronis cygnæa cantio ſenis eſſet, & ægre ingeniorum partus premi ferant auctores; non ſecus atque parentes liberos inuiti amittunt. Certe Iuuenalis qui declamantium argumenta cupide tractat, diuinas illas orationes *nominat.* Et te conſpicuæ diuina Philippica famæ.

Volueris à prima quæ proxima ---

Idemque Satyricus P. Cornelium Sullam in Scholis induci ſolitum ſignificat, deliberantem, Dictatura-ne ſponte ſe abdicet, priuatuſque degat, an Imperium ciuium ingratijs retineat.

Conſilium dedimus Sullæ priuatus vt altum
Dormiret ---

quales & Lud. Viues Valentinus parentum memoria declamitauit. De M. item Catone. qui ſe Vtica interemit (cum Platonis Phædonem de animorum immortalitate, quo mortem oppeteret alacrius, legiſſe conſtat) in ſcholis pueri declamitabant. Sic enim & Perſius Sat. III.

Sæpe oculos, memini tingebam paruus oliuo,
Grandia ſi nollem morituro verba Catoni
Dicere ---

Q. HATERIVS. Sciant poſteri, potuiſſe Antonio ſeruire Rempublicam, non potuiſſe Ciceronem. Laudandus erit tibi Antonius: in hac cauſa etiam Ciceronem verba deficient. Crede mihi, cum diligenter te cuſtodieris, faciet tamen Antonius quod Cicero tacere non poſſit. Si intelligis Cicero, non dicit, Roga vt viuas: ſed, Roga vt ſeruias. quemadmodum autem hunc ſenatum intrare poteris exhauſtum crudeliter, repletum turpiter? Intrare autem tu ſenatum voles; in quo non Cn. Pompeium viſurus es, non M. Catonem, non Lucullos, non Hortenſium, non Lentulum atque Marcellum: non tuos, inquam, Coſſ. Hirtium & Panſam? Cicero, quid in alieno ſæculo tibi? Iam noſtra peracta ſunt. M. Cato ſolus maximum viuendi moriendique exemplum, mori maluit quam rogare: nec erat Antonium rogaturus, & illas vſque ad vltimum diem puras à ciuili ſanguine manus, in ſe infeſtas, acerrime armauit. Scipio cum gladium poni iuſſus foret: dicitur abdidiſſe ſe, quærentibus qui in nauem tranſierant militibus imperatorem: *Imperator*, inquit, *bene ſe habet*. Victus vocem victoris emiſit. Vetat, inquit, Milo rogari, Iudices, vir clariſſimus nunc & Antoniũ rogat. *Portij Latronis.* Ergo loquitur imperator Cicero, vt non timeat Antonius: loquatur vnquam Antonius, vt Cicero timeat? Ciuilis ſanguinis Syllana ſitis in ciuitatem redit, & ad triumuiralem haſtam pro vectigalibus, ciuium Romanorũ mortes locantur. Iniuſta bella albo Pharſalica, ac Mundenſis Mutinenſiſque ruina vincitur, conſularia capita

auro

anro rependuntur. Tuis verbis Cicero vtendum est: *O tempora, ô mores.* videbis ardentes crudelitate simul ac superbia oculos: videbis illum non hominis, sed belli ciuilis vultum: videbis illas fauces per quas Cn. Pompeii bona transierunt, illa latera, illam totius corporis gladiatoriam firmitatem, videbis illum pro tribunali loco, quem magister equitum, cui ructare turpe erat, vomitu fœdauerat. Supplex accidens genibus deprecaberis, & ore, cui se debet salus publica, humilia in adulationem verba submittes? Pudeat Verrem quoque, quia proscriptus fortius periit. *Cyri Marulli Eseruini.* Occurrat tibi Cato tuos, cuius à te laudata mors est. Quicquam ergo tanti putas, vt vitam Antonio debeas? *Cestij Py.* Si ad desiderium populi respicis Cicero, quandoque perieris, parum vixisti: si ad res gestas, satis vixisti: si ad iniurias fortunæ & præsentem Reipublicæ statum nimium diu vixisti: si ad memoriam operum tuorum, semper victurus es. *Pompeij Silonis:* Scias licet, tibi non expedire, viuere, si Antonius permittit vt viuas. Tacebis ergo proscribente Antonio, & Rempublicam laniante, & ne gemitus quidem tuus liber erit? Malo populus Romanus mortuum Ciceronem, quam viuum desideret. *Triarij.* Quæ Charybdis est tam vorax? Charybdin dixi, quæ si fuit, animal vnum fuit. Vix medius fidius Oceanus tot res tamque diuersas vno tempore absorbere potuisset. Huic tu sæuienti putas Ciceronem posse subduci? *Aurelij Fusci* Ab armis ad arma discurritur: foris victores, domi trucidamur, dum in sanguine intestinus hostis incubat, quis non hoc populi Romani statu, Ciceronem vt viuat, cogi putat? Rogabis Cicero turpiter Antoniũ, frustra. Non te ignobilis tumulus abscondet: idem virtutis tuæ qui finis est immortalium humanorum operum custos memoria, quæ mansuri vita perpetua est, in omnia te sæcula sacratum dabit. Nihil aliud intercidet, quam corpus fragilitatis caducæ, morbis obnoxium, casibus expositum, proscriptionibus obiectum. Animus vero diuina origine haustus, cui nec senectus vlla, nec mors, onerosi corporis vinculis exsolutus, ad sedes suas & cognata sidera recurret. Et tamen si ad ætatem, annorumque, nunquam obseruatum viris fortibus numerum respicimus, sexaginta supergressus es: nec potes videri non nimis vixisse, qui moreris Reipublicæ superstes. Vidimus furentia toto orbe ciuilia arma, & post Italicas Pharsalicasque acies Romanum sanguinem hausit Ægyptus: quid indignamur in Ciceronem Antonio licere? Sic in Pompeium Alexandrino licuit. An non occiduntur, qui ad indignos confugiunt? *Cornelij Hispani.* Proscriptus est ille, qui tuam sententiam secutus est: tota tabula tuę morti præluditur, alter fratrem proscribi, alter auunculum patitur: quid habes spei? Vt Cicero periret, tot parricidia facta sunt. Repete, age tot patrocinia, tot clientelas, & maximum beneficiorum tuorum teipsum: iam intelliges Ciceronem in mortem cogi posse, in preces non posse. *Argentarii.* Explicantur triumuiralis regni delicata conuiuia, & popina tributo gentium instruitur: ipse vino & somno marcidus deficienteis oculos ad capita proscriptorum leuat. Iam ad ista non satis est dicere, O hominem nequam!

Diuisi. Latro sic hanc diuisit omnem suasoriam: Etiam si impetrares vitam ab Antonio, non est tanti rogare: deinde impetrare non potes. In priore illa parte posuit: Turpe esset cuilibet Romano, nedum Ciceroni vitam rogare. Hoc loco omnium, qui vltro mortem apprehendissent, exempla posuit: deinde inutilis illi sua vita futura proponitur, morte grauior, detracta libertate. Hic omnem acerbitatem seruitutis futuræ descripsit: deinde non futurum fidei impetratæ beneficium. Hic cum dixisset, Aliquid erit quod Antonium offendat, aut factum tuum, aut dictum, aut silentium, aut vultus: adiecit sententiam: Haud enim placiturus es. *Albutius* aliter diuisit. primam partem fecit, moriendum esse Ciceroni, etiam si nemo proscriberet. hæc insectatiu temporum fuit. deinde moriendum est: ille enim se sua sponte conficeret, quia moriendum esset, etiam si mori noluisset: graues odiorum causas esse: maximam causam proscriptionis ipsum esse Ciceronẽ. Et solus ex declamatoribus tentauit dicere, non vnum illi esse Antonium infestum. Hoc loco dixit illam sentẽtiam: Si cui ex triumuiris non es inuisus, grauis es. Et illa sententia valde excepta est: Roga Cicero, exora vnum, vt tribus seruias. *Cestius* sic diuisit: Mori tibi vtile est, honestum est, necesse est, vt liber & illibatæ dignitatis consummes vitam. Hic illam sententiam dixit audacẽ: Vt numeretis cum Catone, qui seruire nec Antonio quidem nondum domino potuit. *Marcellus* hunc sensum de Catone melius. Vsque eone omnia cum fortuna populi Romani conuersa sunt, vt aliquis deliberet, vtrum satius sit viuere cum Antonio, an mori cum Catone? Sed ad diuisionem *Cestij* reuertamur. Dixit vtile esse, ne etiam cruciatus corporis pateretur: non simplici illum modo periturũ, si in Antonij manus incidisset. & in hac parte cum descripsisset contumelias insultantium Ciceroni, & verbera & tormenta, dixit illam multum laudatam sententiam: Tu mehercules, Cicero, cum veneris ad Antonium, mortem rogabis. *Varius Geminus* sic diuisit: Hortaret te, si alterutrum vtique faciendum esset, aut moriendum, aut rogandum, vt morereris potius, quam rogares. & omnia complexus est, quæ à ceteris dicta erant, sed addidit & tertium: adhortatus est illum ad fugam, illic esse M. Brutum, illic C. Cassium, illic Sex. Põpeium. Et adiecit illam sententiam, quam Cassius Seuerus vnice mirabatur: Quid deficiemus? & Respub. suos triumuiros habet. Deinde etiam quas petere posset regiones, percurrit: Siciliam dixit vindicatam esse ab illo, Ciliciam à Proconsule egregie administratã, familiares studiis eius & Achaiam & Asiam, Deiotari regnum obligatum beneficiis, Ægyptum & habere beneficij memoriam, & agere perfidiæ pœnitentiam, sed maxime illum in Asiam & Macedoniam hortatus est in Cassij & in Bruti castra. Iam *Cassius Seuerus* aiebat, alios declamasse, Varium Geminum viuum consilium dedisse.

Alteram partem pauci declamauerunt. nemo ausus est Ciceronem ad deprecandum Antonium hortari, bene de Ciceronis animo iudicauerunt. *Geminus Varius* declamauit alteram quoque partem, & ait: Spero me Ciceroni meo persuasurum, vt velit viuere, quod grandia loquitur, & dicit: Mors nec immatura consulari, nec misera sapienti, non mouet me. idiotam petit. Ego belle mores hominis noui: faciet, rogabit. nam quod ad seruitutem pertinet, non recusabit: iam collum tritum habet,

& Pompeius illum, & Cæsar subiecerunt. Veteranum mancipium videtis: & complura alia dixit scurrilia, vt illi mos erat. Diuisit sic, vt diceret, non turpiter rogaturum, non frustra rogaturum. In priori parte illud posuit, non esse turpe, ciuem victorem rogari à victo: hic quam multi rogassent C. Cæsarem, hic & Ligarium. deinde ne iniquum esse quidem Ciceronem satisfacere, qui prior illũ proscripsisset, qui & iudicasset ab eo semper nasci satisfactionem, ac dato rogari. Deinde non pro vita illum, sed pro Republica rogaturum: satis illum sibi vixisse, Reip. parum. In sequenti parte dixit, exorari solere inimicos, ipsum exoratum à Vatinio C. quoque Verri affuisse facilius exorari Antonium posse, qui cum tertius esset, ne quis tribus hanc tam speciosam clementiæ occasionem præteriret. fortasse irasci Antonium, qui ne tanti quidem putasset illum quem rogaret. Fuga quam periculosa esset, cum descripsisset, adiecit; Quocunque peruenisset, seruiendum illi esse: ferendam aut Cassij violentiam, aut Bruti superbiã, aut Pompeij stultitiam. Quando in hãc suasoriam incidimus, non alienum puto, indicare quomodo quisque se ex historicis aduersus memoriam Ciceronis gesserit. Namque Cicero nec tam timidus fuerit, vt rogaret Antoniũ, nec tam stultus vt exorari posse speraret, nemo dubitat, excepto Asinio Pollione, qui infestissimus famæ Ciceronis permansit, & is etiam occasionem scholasticis dedit. Solent enim scholastici declamatores ponere, *An promittente salutem Antonio orationes suas comburat.*

HISTORICORVM DE CICERONE ELOGIA, ALIIS SVASORIA VII.

Hæc inepte ficta cuilibet videri potest. Pollio vult illam veram videri: ita enim dixit illa oratione, quam pro Lamia dedit. *Asinij Pollionis.* Itaqoe nunquam perficeret, nec mora fuit, quin eiuraret, suas esse, quas cupidissime effuderat orationes in Antonium, multiplicesque numero, & accuratius scriptas illis contrarias edere, ac vel ipse palam pro concione recitare, pollicebatur: ceteraque his alia sordidiora multo: vt tibi facile liqueret: hoc totum adeo falsum esse, vt ne ipse quidem *Pollio* in historiis suis ponere ausus sit. Huic certe actioni eius pro Lamia qui interfuerunt, negant eum hæc dixisse (nec enim mentiri sub triumuirorum conscientia sustinebat) sed postea composuisse. Nolo autem vos iuuenes mei contristari, quod à declamatoribus ad historicos transeo: satisfaciam vobis, & fortasse efficiam, vt his sententijs lectis solidis, & verum habentibus, recedatis æquiores. Hoc si tamen recta via consequi non potero, decipere vos cogar, veluti salutarem pueris daturus potionem absinthiati poculi. Liuius adeo detrectationis consilium habuisse Ciceronem non dicit, vt neget tempus habuisse. Ita enim ait. *Liuij.* M. Cicero sub aduentum triumuirorum cesserat vrbe, pro certo habens id quod erat, non magis Antonio eripi se, quam Cæsari Cassium & Brutum posse: primo in Tusculanum fugit, inde transuersis itineribus in Formianum, vt ab Caieta nauim conscensurus, proficiscitur. Vnde aliquotiens in altum prouectum cum modo venti aduersi retulissent, modo ipse iactationem nauis cæco voluente fluctu pati non posset, tædium tandem eum & fugæ & vitæ cepit. regressusque ad superiorem villam, quæ paulo plus mille passibus mari abest, Moriar, inquit, in patria sæpe seruata. Satis constat, seruos fortiter fideliterque paratos fuisse ad dimicandum, ipsum deponi lecticam, & quietos pati, quod sors iniqua cogeret, iussisse. Prominenti ex lectica, præbentique immotam ceruicem caput præcisum est. Nec satis stolidæ crudelitati militum fuit. manus quoque scripsisse in Antonium aliquid exprobrantes præciderunt. Ita relatum caput ad Antoninm, iussuque eius inter duas manus in rostris positum, vbi ille consul, vbi sæpe consularis, vbi eo ipso anno aduersus Antonium quanta nulla vnquã humana vox, cum admiratione eloquentiæ auditus fuerat: vix attollentes lacrymis oculos homines intueri trucidata membra eius poterant. *Bassus Aufidius*, & ipse nihil de animo Ciceronis dubitauit, quin fortiter se morti non præbuerit tantum, sed obtulerit. *Aufidij Bassi.* Cicero paulum remoto velo, postquam armatos vidit. Ego vero consisto, ait: accede veterane, & si hoc saltem potes recte facere. incide ceruicem. Trementi deinde, dubitantique: Quid si ad me, inquit, primum venissetis? *Cremutius Cordus* & ipse ait, Ciceronem cum cogitasset, vnum ne Brutum, an Cassium, an Sextum Pompeiũ peteret, omnia illi displicuisse, præter mortem. *Cremutii Cordi.* Quibus visis lætus Antonius, cum peractam proscriptionem suam dixisset esse, quippe non satiatus modo cædẽdis ciuibus, sed defectus quoque, iussit pro rostris exponi. Itaque quo sæpius ille ingenij circũfusus turba processerat, quæ paulo ante coluerat piis concionibus, quibus multorum capita seruauerat, tum per artus suos lętus aliter ac solitus erat, à ciuibus suis conspectus est, prætendenti capiti, orique eius impensa sanie, breui ante princeps senatus Romanique nominis titulus, tum pretium interfectoris sui. Pręcipue tamen soluit pectora omnium in lacrymas gemitusque, visa ad caput eius deligata manus dextera, diuinæ eloquẽtiæ ministra: cæterorumque cædes priuatus luctus excitauerunt, illa vna communem. *Brutidii Nigri.* Elapsus interim altera parte villæ Cicero lectica per agros ferebatur, sed, vt vidit appropinquare notum sibi militem, Popilium nomine, memor defensum à se, lætiore vultu aspexit. at ille, victoribus idipsum imputaturus, occupat facinus. caputque decisum, nihil in vltimo fine vitæ faciẽtis, quod alterutram in partem posset notari, Antonio portat, oblitus se paulo ante defensum ab illo. Et hic voluit positi in rostris capitis miserabilem faciem describere, sed magnitudine rei obrutus est. Item *Brutidii Nigri.* Vt vero iussu Antonij inter duas manus positum in rostris caput conspectum est, quo totiens auditũ erat loco, dato gemitu & fletu maximi viri inferiæ nec vt solet, ita depositi in rostris corporis cõcio audiuit, sed ipsa narrauit. Nulla non pars fori aliquo actionis inclytæ signata vestigio erat. Nemo non aliquod eius in se meritum fatebatur: hoc certe publicum beneficium palam erat, Illam miserrimi temporis seruitutem ac alẽam delatam in Antoniũ. Quotiens magni alicuius mors ab historicis narrata est, totiens fere totius consummatio vitæ, & quasi funebris laudatio redditur. hoc semel atque iterum à Thucydide factum, idem in paucissimis personis vsurpatum à Sallu-

stio.

ſtio. Liuius benignius omnibus magnis viris præſtitit. Sequentes hiſtorici multo id effuſius fecerũt. Ciceroni hoc, vt Græco verbo vtar, ἐπιτάφιον Liuius reddit. *T. Liuij.* Vixit tres & ſexaginta annos, vt ſi vis abfuiſſet, ne immatura quidem mors videri poſſit: ingenium & operibus & præmijs operum felix: ipſe fortunæ diu proſperæ & in longo tenore felicitatis, magnis interim ictus vulneribus, exilio, ruina partium pro quibus ſteterat, filiæ morte, exitu tam triſti atque acerbo omnium aduerſorum, nihil vt viro dignum erat, tulit præter mortem, quæ vere æſtimanti minus indigna videri potuit, quod à victore inimico nil crudelius paſſurus erat, quam quod eiuſdem fortunæ compos ipſe feciſſet. Si quis tamen virtutibus vitia penſarit, vir magnus, acer, memorabilis fuit, & in cuius laudes ſequendas Cicerone laudatore opus fuerit. Vt eſt natura candidiſſimus omnium magnorum ingeniorum æſtimator T. Liuius, pleniſſimum teſtimonium Ciceroni reddidit. *Cordi Cremutij* non eſt operæ, deferre etiam redditam Ciceroni laudationem. Nihil enim in ipſa Cicerone dignum eſt: ac ne hoc quidem, quod pæne maximum eſt, tolerabile eſt. *Cremutij Cordi.* Priuatas enim ſimultates deponendas interdum putabat, publicas nunquam. Vides credendam eius non ſolum magnitudinem virtutum, ſed multitudinem quoque conſpiciendam. *Aufidij Baſſi.* Sic M. Cicero deceſſit, vir natus ad Reipublicæ ſalutem: quæ diu defenſa & adminiſtrata, in ſenectute demum è manibus eius elabitur, non ipſius vitio læſa, quod nihil in ſalute eius aliud illi, quam ſi caruiſſet Antonio, placuit. Vixit ſexaginta & tres annos, ita vt ſemper aut peteret alterum, aut inuicem peteretur: nullamque rem rarius, quam diem illum quo nullius intereſſet ipſum mori, vidit. *Pollio* quoque *Aſinius*, qui Verrem Ciceronis reum fortiſſime morientem tradidit. Ciceronis mortem ſolus ex omnibus maligne narrat: teſtimonium tamen, quamuis inuitus, plenum ei reddit. *Aſinij Pollionis.* Huius ergo viri tot tantiſque operibus manſuris in omne æuum, prædicare de ingenio atque induſtria ſuperuacuum eſt. Natura autem pariter atque fortuna obſecuta eſt. Ei quidem facies decora ad ſenectutem, proſperaque permanſit valetudo: tum pax diutina, cuius inſtructus erat artibus, contigit namque à priſca ſeueritate iudicis exacti, maximorum noxiorum multitudo prouenit, quos obſtrictos patrocinio incolumes pleroſque habebat. Iam feliciſſima conſulatus ei ſors petendi & gerendi magna munera, deum conſilio, induſtriaque, vtinam moderatius ſecundas res, & fortius aduerſas ferre potuiſſet. namque vtræque cum venerant ei, mutari eas non poſſe rebatur. Inde ſunt inuidiæ tempeſtates coortæ graues in eum, certiorque inimicis aggrediendi fiducia: maiore enim ſimultates appetebat animo, quam gerebat. Sed quando mortalium nulli virtus perfecta contigit, qua maior pars vitæ atque ingenij ſtetit, ea iudicandum de homine eſt. Atque ego ne miſerandi quidem exitus eum fuiſſe iudicarem, niſi ipſe tam miſeram mortem putaſſet. Affirmare vobis poſſum, nihil eſſe in hiſtoriis eius, hoc, quem retuli, loco dilertius: vt mihi tunc non laudaſſe Ciceronem, ſed certaſſe cum Cicerone videatur. Nec hoc deterrendi cauſa dico, ne hiſtorias eius legere concupiſcatis: concupiſcite, & pœnas Ciceroni dabitis. Nemo tamen ex tot diſertiſſimis viris melius Ciceronis mortem deplorauit, quam Cornelius Seuerus.

CORNELII SEVERI.

Oraque magnanimum ſpirantia pæne virorum
In roſtris iacuere ſuis: ſed enim abſtulit omnis,
Tanquam ſola foret rapti Ciceronis imago.
Tunc redeunt animis ingentia Conſulis acta,
Iurataeque manus, deprenſaque fœdera noxæ,
Patriciumque nefas: eſt tunc & pœna Cethegi,
Deiectuſque redit votis Catilina nefandis.
Quid fauor aut cœtus, pleni quid honoribus anni
Profuerunt? ſacris exacta quid artibus ætas?
Abſtulit vna dies ciuis decus, ictaque luctu
Conticuit Latiæ triſtis facundia linguæ,
Vnica ſollicitis quondam tutela ſaluſque,
Egregium ſemper patriæ caput: ille ſenatus:
Vindex, ille fori, legum, ritusque, togæque.
Publica vox ciuis æternum obmutuit armis.
Informes vultus, ſparſamque cruore nefando
Caniciem, ſacraſque manus, operumque miniſtras
Tantorum, pedibus ciuis proiecta ſuperbis
Proculcauit ouans: nec lubrica fata, deoſque
Reſpexit. nullo luet hoc Antonius æuo.
Hac nec in Æmathio mitis victoria Perſe,
Nec te dire Syphax, non fecit in hoſte Philippo.
Inque triumphato ludibria cuncta Iugurtha
Abfuerant, noſtraque cadens ferus Hannibal iræ,
Membra tamen Stygias tulit inuiolata ſub vmbras.

Non laudabo municipem noſtrum bono verſu, ex quo hic multo melior *Cornelij Seueri* proceſſit:

Conticuit Latiæ triſtis facundia linguæ.

Sextilius Hena fuit homo ingenioſus magis quam eruditus, inæqualis poeta, & pæne quibuſdam locis talis, quales eſſe Cicero Cordubenſes poetas ait, pingue quiddam ſonantes atque peregrinum. Is hanc ipſam proſcriptionem recitaturus in domo Meſſalæ Coruini, Pollionem Aſinium aduocauerat: & in principio hunc verſum non ſine aſſenſu recitauit:

Deflendus Cicero est, Latiaque silentia linguæ.

Pollio Asinius non æquo animo tulit, & ait: Messala, tu quid tibi liberum sit in domo tua, videris: ego istum auditurus non sum, cui mutus videor. atque ita consurrexit, ne interesset recitationi eorũ: quod Cornelium scio, cui non æque displicuisse hunc versum, quam Pollioni, apparet: quod meliorem quidem, sed non dissimilem illi & ipse composuit. Si hic desiero, scio futurum, vt vos desinatis eo loco legere, quo ego à scholasticis recessi. Ergo vt librum velitis vsque ad vmbilicum reuoluere, adiiciam suasoriam proximæ similem.

IN SVASORIAM SEXTAM.

NICOLAVS FABER.

DICITVR abdidisse se.] *Legendum coniicio,* occidisse se. *Historia est vulgaris: de qua tamen vide L. Senecam Epist.* XXIIII. *qui locus maxime nostram coniecturam confirmat.*

Vetat inquit, Milo rogari, iudices.] *Hæc verba non inuenies in Miloniana, sensus tamen idem habetur, initio statim Epilogi eius orationis.*

O tempora, ô mores] *Martialis lib.* IX.

Dixerat ô mores ô tempora, Tullius olim,
Sacrilegum strueret cum Catilina nefas.

Porro quæ sequuntur, in editione Romana corrupta sunt: à qua discedere hic ausi sumus, Ciceronis auctoritate in secunda Philippica freti: vnde transumpta sunt ad verbum.

Cyri Marilij Esernini.] *Error ex notis. legendum enim existimo,* Claudij Marcelli Æsernini. *de quo infra in Controuersiis.*

Quæ Charibdis est tam vorax?] *Ex eadem Ciceronis oratione, vt & alia quædam infra: quam vide.*

Qui & iudicasset.] *Veteres editiones legunt,* qui & cum iudicasset abeo semper nasci satisfactionem *post quæ verba quædam deesse videntur.*

Ne quis tribus hanc tam speciosam.] *Videtur hoc dicere, Antonium eo facilius parciturum Ciceroni, ne quis alius è socijs illam sibi seruati Ciceronis gloriam præripiat, legendumque esse,* ne quis è tribus hanc tam speciosam clementiæ occasionem præriperet.

Qui infestissimus famæ] *Pollio Ciceronis gloriæ inuidens eloquentiam eius libris editis inimice insectatus est, vt ex Quinctiliano non vno loco, Tacito & Gellio li.* XVII. *clarum est. Quod eo minus mirum est in Asinio, qui non vnius Ciceronis, sed & omnium pene magnorum hominum famæ obtrectauit. Nam & Liuium Patauinitatem redolere dixit, & contra Plancum orationes scripsit, quas tamen nisi illo mortuo, ne responderet, publicari noluit. idem Quinctilianus auctor, & Plinius in præfatione naturalis historiæ. Vnde etiam B. Hieronymus latentem obtrectatorem Pollionis Asinij nomine designauit in apologia in Rufinum, Epist.* LXXXVIII. *ad B. Augustinum, & commentarijs in Ionam. Eandem patris maliuolentiam in Ciceronem imitatus est Gallus filius, qui scriptis libris Ciceronem agitare, patremque suum ei præferre nisus est. quibus Claudius Imperator respondit. Idem Quinctilianus, Plinius Epist.* IIII. *lib.* VII. *& Suetonius in Claudio.*

In historiis suis.] *Historiam bellorum ciuilium à consulatu Metelli & Afranij pluribus libris scripserat Pollio, cuius auctoritate vtuntur Cremutius Cordus apud Tacitum, & Plutarchus in Bruto & Cæsare Iulio. Valer. Maximus tertium librum laudat lib.* VIII. *Ex ea historia desumpta sunt quæ hic de Cicerone referuntur, vt & fortasse iudicium illud de commentarijs Iulij Cæsaris, quod à Suetonio refertur. A Metello autem exorsum auctor est Horatius Od.* I. *lib.* II. *Nescio quantum fidei Suidæ habere debeamus, qui Asinium hunc Pollionem* XVII. *libros historiarum edidisse tradit, primumque res gestas Græcorum Latinis literis mandasse, & alio loco, Asinium Pollionem Trallianum sophistam de Ciuili bello Pompeij & Cæsaris scripsisse dicit. Vereor ne quod Tralliani est, Romano tribuat, & quod Romani Tralliano.*

Liuius adeo detrectationis] *Hæc Liuij desumpta sunt ex lib.* CXX. *Historiarum, quas si integras haberemus, ceterorum eius temporis historicorum desiderium leuius ferre possumus. Huic autem plenum testimonium Cremutius apud Tacitum reddit, qui eum eloquentiæ & fidei præclarum inprimis dicit. L. Seneca disertissimum vocat lib.* I. *de Ira, & Quinctilianus hubertatem lacteam iucunditatem, ac mirum candorem ei tribuit, varijsque virtutibus immortalem Sallustij velocitatem assecutum, atque Herodoto parem censet. Plutarchus etiam non vno loco veritatis studium in eo laudat. Plinius Epistolarum lib.* II. *& B. Hieronymus Epist.* CIII. *ad B. Augustinum quendam à Gadibus vsque fama eius commotum, vt Liuium videret, Romam venisse retulerunt. Præter historias, dialogos Philosophicos composuit, quos post Ciceronis libros idem Seneca primum locum tenere existimat. Quinctilianus meminit epistolæ eiusdem ad filium, qua qui legendi essent auctores, mira breuitate definiuit, Demosthenem scilicet, & Ciceronem: ceteros ita vt quisque esset Demostheni & Ciceroni simillimus.*

Bassus Aufidius.] *Fortasse pater illius Aufidii Bassi, cuius mortem constantem narrat. L. Seneca in Epistolis. Hunc Quinctilianus Sallustii velocitatem expressisse in libris belli Germanici tradit genere ipso in omnibus probabilem, sed in quibusdam, virilibus minorem. Præter libros Germanici belli, historiam Romanam scripsit, vnde hæc de Cicerone desumpta sunt. à cuius fine Plinius Secundus senior suos de eadem re libros auspicatus est. Plinius epistola* V. *lib.* III.

Cremutij cordi.] *De Cremutio Cordo & eius historiis plenissime L. Seneca in consolatione ad Marciam eius filiam, Tacitus Annal.* IV. *& Dio lib.* LVII. *Libros autem eius per Ædiles crematos haberi Caligulam permisisse auctor est Suetonius in Caligula: quorum auctoritate idem Suetonius cap.* XXXV. *Augusti, & Plinius lib.* VII. X. *&* XVI. *vsi sunt.*

Dato gemitu] *Locus hic non est integer. Quid tamen velit, id esse puto. Nempe conspecto Ciceronis pro rostris capite populum Romanum gemitu & fletu, ma-*

ximo

ximo viro inferias miſiſſe, concionemque ita depoſiti corporis, non vt ſolebat laudes audiſſe, ſed ipſam narraſſe, Morem autem attingit, quod clarorum virorum, & mulierum vita functorum corpora exponebantur in foro pro roſtris: vbi publice aſtante populo Romano defunctis laudes recitabantur. res vulgatior eſt, quam vt probatione indigeat. Nulla enim frequentior in hiſtoriis occurrit, nullumque inſigne funus abſque laudatione. Si quis tamen probationem requirat, ſufficiet quod referunt L. Seneca ad Marciam, de Druſo à Ti. patre, & Dio lib. LIIII. *de Agrippa ab Auguſto laudatis. Vide igitur ne ita potius legi debeat,* datæ gemitu & fletu maximo viro inferiæ, nec vt ſolet ita depoſiti in roſtris corporis laudes concio audiuit, ſed ipſa narrauit. *Si non ſic legi, ſaltem ſic intelligi debere hunc locum exiſtimo.*

Latiæque ſilentia linguæ?] *Martialis lib.* v.

Quid proſunt ſacræ, Latiæque ſilentia linguæ?

Incipient omnes pro Cicerone loqui.

SCHOTTVS.

SCIANT *Poſteri*] Sic Horat. lib. II. Carminum:

Bacchum in remotis carmina rupibus
Vidi docentem: credite poſteri.

Verba deficient.) alludit ad illud Ciceronis Epiſtola XI. lib. II. ad famil. *Putares ne vnquam accidere poſſe, vt mihi verba deeſſent?* Et lib. XIII. Epiſt. LXIII. *Non putam fieri poſſe, vt mihi verba deeſſent: ſed tamen in C. Lenio commendando deſunt.* & ad Tironem Q. Tullius lib. XVI. ad Famil. Ep. XXIV. *Non potes effugere huius culpæ pœnam te patrono. Marcus eſt adhibendus.* Sic & Liuius inf. hac ipſa. Suaſ. de Cicerone ipſo: *Vir magnus ac memorabilis: in cuius laudes ſequendas Cicerone laudatore opus fuerit.*

Non tuos Coſſ. Hirtium & Panſam] Anno v. c. IↃ. CCX. Coſs. C. Vibius Panſa, A. Hirtius, quo M. Tullius à C. Popillio Lænate & M. Antonij iuſſu, impie eſt interfectus: qui & familiariter eo vſi ſunt, & ſeniorem declamantem audiuerunt: Hinc & diſcipulos grandeiſque prætextatos vocabat: vt auctor eſt Suetonius, de claris Rhetorib.

Iam noſtra peracta ſunt) Fatetur id Cicero ad Brutum Epiſt. II. *De me poſſum idem quod Plautinus pater in Trinummo: Mihi quidem ætas acta ferme eſt: tua iſtud refert maxime.*

In ſe infectas] Priora duo verba à veterib. aberant. nata fortaſſe ex inſequenti voce, *Infectas* quod Petreius ſubſtituit, diſplicet: *puras* enim *infectas* manus opponit: videturq; eſſe ὑπαλλαγὴ, pro, *armatas infecit.* Catonem enim Vticenſem ſignificat, qui ſe ipſe Vticæ interemit: Cumq; familiares vulnus antea obligaſſent, ſolus cum eſſet, reſcidit. Seneca Philoſ. Epiſt. XXIV. ad Lucilium, ſtrinxiſſe gladium, ait, *quem vſq; in illum diem ab omni cæde purum ſeruauerat.* Et Marcus noſter Contr. XXX. *M. Bruti ſacratiſſimam eloquentiam lacerat; cum quidam eius ciuili ſanguine non inquinatas ſolum manus, ſed infectas ait.* Item Controuerſ. XVI. *Puras manus* dixit.

Scipio cum gladium poni iuſſus foret) Melius antiquus lib. Couuarr. *iuſſus eſſet*: ſed non eſt tanti: eadem fere in illa, quam laudaui Senecæ Epiſtola quarta & viceſima, Liuij Epitoma CXIV. Et Valer. Maxim. li. III. Pompeium, ſimul nauem, qua vehebatur, captam eſſe à Cæſarianis conſpexiſſet, non ſe abdidiſſe, ſed in gladium incubuiſſe, annus is erat. IↃCCVII. poſt R. C.

Imperator] Sic enim in Africa appellatus eſt, vt Cæſar Commentario. III. belli ciuilis refert. *His temporibus*, inquit, *Scipio detrimentis quibuſdam circa montem Amanum acceptis, ſeſe Imperatorem appellauerat.* Et antiquis nummis hoc elogium inditum: Q. METEL. SCIPIO. Imp. Adoptatus enim à Q. Cæcilio Metello Pio, Numidici. F. & Cn. Pompeij Socer fuit. à quo tertium Conſule collega adſcitus, anno ſeptingenteſimo primo: Bello Ciuili generi partes ſecutus, ei ſuperſtes fuit, Dio. lib. XL. Appianus lib. II. bell. Ciuil.

Bene habet] Dicit bene ſecum actum, qui hinc abiret ad plures. Formula erat boni ominis. Ioſepho li. XIV. c. XVIIJ. καλῶς ἔχει. vt in edictis addi ſolitum, BONVM FACTVM. De qua nos formula adoleſcentes egimus, NOTIS ad ſcriptorem de vitis Illuſtr. in Scipione Africano, cap. XLIX. Eſtque illa Tyrannica vox & Neroniana apud Tranquillum, exagitata merito à Peripateticis apud Stobæum in Phyſicis illis, quæ Gul. Canterus edidit (licet mutila magnam partem & capite diminuta, ſuntque penes me integriora, ex antiquo codice,)

Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί,
Οὐδὲν μέλει μοι, τἀμὰ γὰρ καλῶς ἔχει.

Et apud Ciceronem Socrates, ad mortem truſus Tuſcul. I. *Magna me ſpes tenet, iudices, bene mihi euenire, quod mittar ad mortem. Burrhus* quoque cum à Nerone, decumbens ex morbo, viſeretur, *Bene*, inquit, *me habeo.* Tacitus XIIIJ. Annali, Exſtat & Tarracone, baſis aræ. Fuſco, factionis Venetæ. cõſecratæ: repreſentatque Gruterus Inſcriptionum pag. CCCXXXIX. 4. cuius hoc extremum eſt:

CONTEGIT OSSA LAPIS. BENE HABET FORTVNA VALEBIS.

FONDIMVS INSONTI LACRIMAS. NVNC VINA PRECAMVR.

VT IACEAS PLACIDE. NEMO TVI SIMILIS.

TOYC. COYC. AΓωNAC. AIωN ΛAΛHCEI.

Quod Græcum elogium, vt in tumulis adhiberi ſolitum, adfert & PRISCIANVS Grammat.

Victus victoriæ vocem) Sic Valerius Maximus. *Tantum eloqui valuit, quantum ad teſtandam animi fortitudinem æternæ laudi ſatis erat Victoris* autem alij hoc loco aptius ſubiiciunt.

Vetat. Milo) In Miloniana extrema: *Quid reſtat*, inquit Cicero, *niſi vt orem, obteſterque vos iudices, vt eam miſericordiam tribuatis fortiſſimo viro, quam ipſe non implorat? Ego autem repugnante hoc, & imploro, & expoſco.* Et mox. *Meminit Milo, ſibi vocem Præconis modo defuiſſe, quam minime deſiderarit.*

V. CL. nunc & Antonium roga.] Vir doctus, quem honoris cauſa non nomino, *Quinctum Clodium* hic leg. edito libro cenſuit, quem ipſe *Quinctum*, fatebor enim, nondum reppen P. quidem & *Sex Clodios* in Cicerone & *Quinctam Claudiam*, quæ ma-

trem Deum Pessinunte aduectam in vrbem adduxerat, Cicero, Liuios, Ouidius, & Valerius nominant: *Q. Clodium* non item. Exspecto igitur dum quis me doceat: vita enim ille pridem decessit, per numerorum notas. *V. Quinctum* per *VI. Sextum*, per *X. Decimum* Rom. prænomina significari: quod ipse dicturus noo eram, nisi ille sibi hac emendatione blandiretur, verendumque esset ne plures ad eundem, vt fit, lapidem impingerẽt. In opt. illo libro prærer V. nihil erat, vnde coniecetam olim leg. *I nunc & Antonium roga*. Sed erit, qui vulgarem lectionem tuebitur, cum quo non admodum pugnabo, modo *vir consularis* legat. donec certiora adferantur. Quamquam scio & *vir clarissimus* à Val. Probo, pro his singulis, legi. Sed opponit, argumento à comparatione maiorum, Milonem priuatum Ciceroni Consulari, *Milo reus iudices pro se rogari vetat, Vir Consularis M. Tullius, Antonio, hosti patriæ, supplex erit?*

Sullana sitis] Sulla enim primus proscriptionis tabulas proposuit. Val. Max. li. ix. cap ij. & scriptor de viris illustrib. cap. 75.

Iniusta bella albo) Hæc quoque scriptura veteris libri, nisi quod primam vocẽ in duas diduxerat: corruptum sane locum iurare liquet, & haud scio an, si *iniusta* legas, feceris meliorem: vel *vincuntur ἀπὸ κοινοῦ* repetendum. *Iniusta bella albo*, hoc est, proscriptionis tabulis, *superantur*. Vidi qui illa *locantur. Iniusta bella*, sic concinnanda putarent: *vocantur in ius tabella. Albo Pharsalica* &c. Pet. Nunnesius sic interpungendum censuit: *Iniusta bella: albo Pharsalica, ac Mundensis, Mutinensisque ruina vincitur*, q.d. Iniusta sunt bella ciuilia. Ruina Pharsalica &c. albo vincitur, id est, proscriptorum numero.

Consularia capita auro rependuntur) Significat credo, historiam de Lenate. Allato enim à C. Popillio Lænate Trib. militum capite Ciceronis ad M. Antonium in foro sedẽtem, coronatum eum, deciesque centena millia HS. præmij loco accepisse: auctor Appianus: Nisi forte respexit ad priora bella ciuilia, quibus C. Gracchi caput à Septimuleio ad L. Opimium relatum, auro expensum, & propter auaritiam infuso plumbo grauius effectum. Plinius lib. xxxiii. cap. iij. Plutarchus in Gracchis. Val. Maxim. li. ix. cap. iiij. & scriptor noster de viris illustrib. cap. 65.

O tempora, ô mores) Non semel vsurpauit Cicero Catilinaria prima, & Verrina vi. vnde Martialis lib. ix. Epigr.

Dixerat, ô mores, ô tempora, Tullius olim,
Sacrilegum strueret cum Catilina nefas.

CN. Pompey bona) quæ sub hasta Cæsaris emerat M. Antonios. Sup. paullo, *Ad Triumuiralem hastam pro vectigalibus ciuium Rom. mortes locantur*. Vnde & sectio, quæ sub hasta fiebat. *subhastatio* dicta, de qua inf. Cont. xxvi. Cicero. ij. Philipp. (vnde multa hic M. Annæus Seneca mutuatus est: quare hanc mihi veniam dari volo, si in Ciceronianæ dictionis stodiosæ iuueotutis gratiam æquo longior appaream] *Hasta*, inquit, *posita pro æde Iouis Statoris: bona CN. Pompey, bona inquam CN. Pompey Magni voci acerbissimæ subiecta præconis: vna in illa re, seruitutis oblita ciuitas ingemuit. Qui ad illud scelus sectiones auderet accedere, inuentus est nemo, præter Antonium: Et nondum ei tanta à L. Rubrio, non à L. Turselio hæreditas venerat, nondum in C[illegible] Pompey locum, multorumque aliorum, qui aberant, repentinus hæres successerat.*

Illa latera] Desumta ex eadem Philipp. & Tusculana iiij. *Gladiatorum id quidem: quamquam in eis ipsis videmus sæpe constantiam.*

Cum raptaretur, præerat) Io. Petreius, ne quem sua laude frandasse videar, recte vidit mendosum locum, sed *tribunali loco* non recte coniunxit. Integrum sic constituo à veteri libro nonnihil adiurus, & manuducente Cicerone: *videbis illum pro Tribunali locum, quem Magister equitum, cui ructare turpe erat, vomitu fœdauerat*. Ex his enim, *ructare turpe erat*, fecerat librarius, *raptaretur præerat*: flagitiose. Ciceronis locum apponã, ne quærendo defatigeris: *Tu istis faucib. ista gladiatoria totius corporis firmitate, tantum vini in Hippiæ nuptijs exhauseras, vt tibi necesse esset in populi R. conspectu vomere postridie. O rem non modo visu fœdam, sed etiam auditu! Si inter cœnam, in ipsis tuis immanib. illis poculis, hoc tibi accidisset, quis non turpe duceret? In cœtu vero populi Ro. negotium publicum gerens Magister equitum, cui ructare turpe esset, is vomens frustis esculentis vinum redolentib. gremium suum & totum tribunal impleuit.*

Pudeat Verrem quod quia proscriptus, fortius perit] Mendosus fortasse & hic locus, nihil variat scriptus liber, sed totidem litteris *Verrem Verro* tamen malim. *Varum* igitur, quem hic Petreius supposuit, in censum nõ recipio, ac ne Seoeca quidem. Hortatur. n. Latro Ciceronem, supplex ne sit, vt pudeat Verrem aliquando constantiæ tuæ, quia & ipse proscriptus fortiter perijt. Inseruit nimirum causæ Sophista, dum quæ post gesta sunt, per προλήψιν in exemplum trahit Proscriptus. n. vterque: sed prior obiit Cicero. Non igitur illa lectio est amplectenda: *Pudeat Verrem quod quia proscriptus, fortius perit*: quasi non & ipse Verres in proscriptionis tabulas relatus. Quod, quia negat vir doctus, testib. & quidem domesticis, euincã. Seneca ipse hac suasoria, est de Ciceronis interitu Historicorum elogium: *Pollio*, inquit, *Asinius Verrem Ciceronis reum, fortissime morientem tradidit.* Non igitur, *Varũ* subiecisse oportuit. Proscriptum vero ab Antonio C. Verrẽ Plinius docet, li xxxiiij. ca. 2. quod Corinthiis se ei cessurũ negasset Verres. Docet & Lactantius lib. ij. ca. iiij. Dio. Instit. *C. Verres*, inquit, *frementib. postea ciuilib. bellis sub obtentu damnationis* (quod & in Verrinas Asconius refert) *ab omni periculo & metu remotus, aliorum graues casus, & miserabiles exitus audiebat: & qui cecidisse solus, omnib. stantib. videbatur, is vero vniuersis cadentib. solus stetit: donec illum & opib. sacrilegio partis & vita satiatum, ac senectute confectum proscriptio Triumuiralis auferret, eadem scilicet quæ Tullium violatæ Deorum maiestatis vltorem. Quin & felix in eo ipso fuit, quod ante suam mortem crudelissimum exitium sui accusatoris audiuit.* Mihi itaque visum alterutrum *quod* vel *quia* redundare.

Cuius à te laudata mors] Laus M. Catonis Vticensis à Cicerone conscripra: Cæsar contra vituperauit, *Anticatone*. M. Tullius li. xij. Epist. 35. & li. xiij. sub finem, item in Topicis. Quinctilianus lib. iij. cap. ix. Priscian. li. xiij. Agellius lib. iv. Noct. Attic. cap. 16. & li. xiii. ca. 18. Plutarch. & Dio lib. xliii. Iuuenalis Satyr. vi.

—— Duo Cæsaris Anticatones.

Cremutius Cordus apud Tacitum lib. iiij. Annalium *M. Ciceronis libro, quo Catonem cælo æquauit quid*

aliud

aliud Dictator Cæsar, quam rescripta oratione, velut apud iudices, respondit?

Si ad res gestas, satis vixisti] Dixerat hoc extrema Philipp. I. *Mihi fere satis est quod vixi vel ad ætatem, vel ad gloriam. Huc si quid accesserit, non tam mihi, quam vobis, reique publicæ accesserit.* & pro M. Marcello, Cæsaris illam præclarissimam & sapientissimam vocem inuitum se audisse ait: *Satis diu vel naturæ vixi, vel gloriæ* & Tuscul. I. *Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectæ perfecto functus est munere.* Infr. Seneca: *Satis illum vixisse sibi, Reip. parum.*

Quam viuum desideret] Male, inquit, optari Ciceroni mortem potius, quam vitam in seruitute, dedecoris plenam.

Quæ Charybdis) Et hæc ex II. Philippica: sed postrema paullo diuersa: *Oceanus medius fidius, vix videtur, tot res, tam dissipatas, tam distantib. in locis positas, tam cito absorbere potuisse.* Sic fere in Mureniana Comitia *Euripo*, & *freto* comparat.

Domi trucidamur. Dum in sanguine] Repetendum forte, *Domi in sanguine*, vt vehementior sit oràtio.

Qui finis est mortalium) Locus vitiosus, & ab interpunctione laborãs. Veterem scripturam, mox coniecturam representabo Couarr. codex sic habet. *Idem virtuti tuę (qui finis est immortalium & humanorum operum) custos memoriaque manus viri vita perpetua.* In his vltimis verbis latere mendum suspicor. *Triumuiri vita perpetua est.* Quare sic tentabat Lud. Orlant. I. C. *Idem virtuti tuæ, qui finis est immortalium* (h. e. finis nullus) *Humanorum operum custos memoria contra manus Triumuiri vita perpetua est.* Et mox *in omnia te secula* (non secuta) *sacratum dedit.* Vel sic concinna; Quid. n. vetat apponere? *Idem virtutis tuæ, qui finis est mortalium humanorum operum. Custos memoria quæ mansuri, &c.* Vulgo aliter interpungitur.

Ad sedes suas & cognata sidera] Platonicum hoc, & à Cicerone exscriptum. Sic. n. in Somnio Scip. li. vj. de Rep. *Animus hominib. datus est ex illis sempiternis ignib. quæ sidera & stellæ vocantur*: Et Tuscul. I. *Animus cum ad sui simile penetrauit, in eo nulla re egens aletur, & sustentabitur iisdem rebus quibus astra, &c.*

Annorumque numerum] Climactericus annus lxiij. ætatis, Ciceroni fatalis, vt plerisque aliis, ẽt Demostheni etiã Aristoteli summo philosopho, Orpheo itẽ ac Scipioni Africano vt in vitis cõparatis Aristotelis ac Demosthenis Olymp. cxiv. anno III. ostendimus. In hoc anno Septenarius & Nouenarius concurrunt. Gratulatur sibi Augustus quod senib. omnib. periculosum annum sexagesimum tertium excessisset, Agellius lib. iij. ca. x. & lib. xv. cap. vii. At negat periculosum eum annum Censorinus de die Natali ad Q. Cærellium ca. xiiij.

In Pompeium Alexandrino licuit) Cn. Pompeius ann. DCCV. translato in Thessaliam bello, apud Pharsaliam victus, fugatusque est: Alexandriam venit, vbi Ptolomæi iussu ab Achilla & Photino cæsus est, in gratiam victoris Cæsaris. Plutarch. in Bruto. alij.

Alter fratrem, alter auunculum) III. viri apud Boноniam congressi, pacem proscriptionis conditionib. fecerunt. M. Æmilius Lepidus L. Paullum fratrem: M. Antonius L. Cæsarem auunculum: C. Cæsar M. Tullium Ciceronem proscribi permisit, anno post v. c. DCCX.

Vino & somno marcidus] Hinc toties *vinolentiam* M. Antonio obiicit Cicero in Philip. vbi tamen alij *violentiam* cur velint legere, non video.

Hominem nequam] Respexit ad illud Philipp. II. *O hominem nequam! Quid enim aliud dicam? Magis proprie nihil possum dicere.* Quin & Verrem *nequam* vocat, iij. Verr.

Qui vltro mortem oppetissent] Vt Decij, qui se pro patriæ salute deuouerunt: M. Cato Vticensis, Q. Scipio, Marius filius, Hannibal, alij innumerabiles. Nam Brutus & Cassius post Ciceronem perierunt. Legend. Valerius lib. v. cap. vi. & lib. ix. cap. xii.

Aut silentium, aut vultus] Sic epist. I. lib. x. Cicero, *M. Antonij tanta non insolentia solum (nam id quidem vulgare vitium est) sed immanitas, non modo vt vocem, sed ne vultum quidem liberum possit ferre cuiusquam.*

Ciliciam à Proconsule] Consularis hæc prouincia cum exercitu peditum XII. mil. Equitum duum mil. DC. obuenit M. Tullio auctore Plutarcho: qui annus erat V. C. DCCII.

Familiarib. studijs Athenas] Athenas venit Cicero annos natus octo & viginti, qui erat vrbis cond. DCLXXIV. & cum Antiocho, veteris Academiæ Philosopho, sex menses fuit: vt ipse in Bruto ait, & I. de Natura Deor. Studiumque Philosophiæ intermissum, hoc Doctore renouauit. Demetrio quoque Syro, summo dicendi magistro, operam dedit: peragrataque Asia, versatus cum Menippo Stratonicensi, & Xenocle Adramytteno. Plutarc. & Strabo lib. XIII. & XIV. Vsus & Æschylo Gnidio, & Dionysio Magnete: Rhodumque venit, vbi se ad Molonem applicauit: Posidonium quoque Philosophum audiuit. Plutarch.

Deiotari Regnum] Reuerso Cæsare ex Hispania, Cicero, ad quem diuerterat Cæsar, pro Deiotaro dixit, quæ exstat oratio.

Ægyptum & habere] An quia hoc egit, vt P. Lentulo Spintheri, qui Ciliciam Proconsule obtinebat, Ptolemæi reductio decerneretur? Lib. I. epist. ad famil. An quia de Rege Ptolemæo orationem habuit? ex qua hoc attulit Aquila, & Fortunatianus: *Difficilis ratio belli gerendi: at plena fidei, plena pietatis.* De omni re gesta apud Alexandrinos, vbi allato Pompeii capite, Cæsar collacrymasse fertur, & percussorum cæde inferias illi misisse, mortemque vindicasse. A Hirtius, & Dion. libro XLII.

Mors nec immatura consulari) Dixerat hoc Consul. Catilinaria tertia extrema: *Mihi quidem ipse, quid est, quod iam ad vitæ fructum possit acquiri? Præsertim cum neque in honore vestro, neque in gloria virtutis quidquam videam altius, quo quidem mihi libeat ascendere.*

Et quarta: *Si quid obtigerit, æquo animo paratoq; moriar: neque enim turpis mors forti viro potest accidere, neque immatura consulari, nec misera sapienti,* Repetitq; eadem extrema Orat. secunda in Antonium: *Etenim si ab hinc annos prope viginti, hoc ipso in templo, negaui: posse mortem immaturam esse Consulari, quanto verius nunc negabo Seni?* Ponit inter seria ἀπαθῶς vanà Domitius Marsus apud Fabium lib. vi. c. iv. extremo. Et Ausonius in Gratiar. act. *Negat Cicero Consularis, vltra se habere, quod cupiat. Ego autem iam*

Consul, & senex, adhuc auiditatem meam fatebor.

Non me mouet, idiotam petit] Ita leg. interpungendumque existimo, cæteroquin nullus commodus sensus elicitur: Vulgo rerum imperito hoc persuadeat, inquit: mihi nullus persuaserit. Sic in Pisoniana Cicero: *Sed plane animi sui caussa ludos nobis idiotis relinquet* Idiotam priuatum hominem rerumque imperitum appellat. Aliter Io. Petreius: *idiota perit*, Cicero, inquit, priuatus obit, qui antea grandia loquebatur: Sed mihi non probat.

Hic & Ligarium] ἀκολούθως est Q. Ligarius reum se confessus, Cæsarem deprecatus est veniam: Res vel pueris nota ex Ligariana.

Qui & iudicasset ab eo semper nasci) Prisca Lectio. *quictum*: vnde *qui & cum iudicasset*, concinnabam, *Antoniumque* exaudiebam: vel potius *qui æquum iudicasset, ab eo semper nasci satisfactionem. Ecum* enim pro *æquum* libri vett. scribunt.

Ac dato rogari] Et hic mihi locus rursum manum inicit, ne properem: Sane, vt Cicero bello Ciuili, quem fugiam habeo, quem sequar non habeo. Coniecturas tamen paruo, & chartæ, & temporis dispendio apponam. Deesse videtur, *à quo data iniuria*. Sed illa longius absunt ab edita lectione: hæc propius: *ac fata rogari*: vel, *fas rogari*, vel *acta abrogari*, vt τὸ τῆς ἀμνηστίας ψήφισμα intelligat, quod M. Tullius Athenienfium veteri exemplo tulisse fertur, cum post cædem C. Iulij Cæsaris omnem memoriam discordiarum obliuione sempiterna delendam censuit: initio Philip. I. & Vell. Paterculus lib. II. vel sic, *ac data rogari*, vel *à Claro*, seu potius *à consulari rogari*. Notã *c Clariss.* vel *consularem* designare, supra docui. & cl. & d. sæpe inuicem commutari, norunt ij qui libros veteres tractant. Petreius: *Qui & iudicasset ab eo semper nasci satisfactionem, à victo rogari*. Eruditiores meliora, vt gratiam ab omnibus ineant, adferre studeant.

Satisfactionem) Mos hic satisfaciendi veterib. solemnis, vt apud Cæsarem lib. v. belli Gall. Asconium in III. Verrinam, Suetonium in Iulio cap. LXXIII. & in Claudio ca. XXXVIIJ. Hac fere formula, *Factum nollem*. Et quidem iureiurando interposito. Plautus in Amphitruone Act. III. & Terentius Adelphis Act. II. Vide L. Senecam lib. III. de Beneficiis cap. XXVII. & lib. IV. c. XXXI. *M. Antonius*, inquit Cicero Philipp. II. *non existimasset, nisi P. Clodium in petitione Quæsturæ interfecisset, vnquam Ciceroni pro suis in illum iniuriis satisfacturum*. equidem sic emendabam: *quin & vis esset à primo*, (scriptum enim fort. *à pr°*. vnde, *ab eo*, factum) *semper nasci satisfactionem, ac læsum rogari*.

Ipsum exoratum à Vatinio] qui P. Sextium à Cicerone defensum oppugnauerat, in eumque testimonium dixerat. Itaque Cicero *Interrogatione* (sic enim orationem vocat) eum accusauit ann. V. C. ƆCCXCVII. de quo Fabius lib. v. cap. VII. & Cicero epist. IX. lib. I. ad famil. At ƆCCXCIX. L. Domitio, Ap. Claudio Coss. vt Asconius ait, eundem in gratiam receptum defendit: cuius facti sui rationem reddidit P. Lentulo, bene longa epistola lib. I. ad Familiares, & Maximus lib. IIIJ. ca. II. M. Ciceronem P. Vatinium dignitatis suæ semper infestum duobus publicis iudiciis tutatum esse, seque Vatinius clientem Ciceronis appellat Epistola IX. li. v. ad Familiar.

C. quoque Verri adfuisse] Deprauatus locus, tametsi vetus liber nihil opis attulerit. Cum Verre in gratiam rediisse, eique patrocinatum, nusquam legi: pugnant cum iis, quæ sup. attuli, in exsilio consenuisse. Nisi eo respexit, quod refert Plut. Verre damnato, cum Cicero litem ei ἑβδομήκοντα μυριάδων, hoc est, tricies sestertium æstimasset, male audisse, quasi pecunia accepta, præuaricando, de mulcta remisisset. Asconius vero in Diuinationem sestertium quadringenties à Verre repetitum esse scribit. Equidem facile adducor, vt credam emendandum potius, *Gabinio adfuisse*, quamuis longius abeam ab edita in vulgus lectione: vel si fas est dicere μνημονικὸν ἁμάρτημα est Senecæ, summa alioquin, vt prædicat, memoria præditi. vel librarij potius peccatum. A. Gabinium enim, maiestatis reum, grauissime accusauit: post, repetundarum reum, ex maximis inimicitiis receptum in gratiam, summo studio defendit, anno V. C. ƆCCXCIX. qui eum in Consulatu suo vrbe expulerat. Cicero pro Rabirio Postumo & epist. IV. lib. III. ad Q. fratrem Dio lib. XXXIX. D. Hieronymus aduersus Rufinũ, & Valerius Max. lib. IIII. ca. II. Gabinium Vatinio coniungit, cum de Ciceronis humanitate agit, inter exempla eorum, *qui ex inimicitiis iuncti sunt necessitudine*.

Qui cum tertius esset] Scripserat fort. Seneca. *qui cum III. vir esset, tribus hanc tam spec. clem. occas. præripere*.

Scholasticis alterius Suasoriæ] Hæc vetus scriptura amplectenda est, quam repudiare cur quidam ausi sint, non video: Alij *occationem*, alij *occasionem*, & nescio quæ monstra subiecerunt: nonnulli etiam *hac positione* posuere, quod *ponere* sequatur: quæ tamen vox in veteri non comparet, vt quoduis verbum exaudire liceat? *declamare*: id genus alia. Cicero tamen Tuscul. I. *Ponere iubebam, de quo quis audire vellet: & id aut sedens: aut ambulans disputabam*. Alibi sæpe, *Ponere quæstionem*. proprium Declamatorum vt Gorgiæ Leontini. Græci hinc *Theses* Rhetorum vocant: quæ Cicero *Proposita*, Philosophorum more, & *Consultationes* Iurisconsultorum verbo, reddidit. *Hypotheses* vero *Causas* & *Controuersias* appellat.

IN SVASORIÆ VI. PARTEM ALTERAM.

Historicorum de Cicerone iudicia.

QVIN *eiutaret*.] *quin eiuraret*, restituo è vestigiis libro. vett. quomodo & emendasse video *Pet. Pithoeum*. libro. II. cap. VIII. Aduers. subsec.

Absinthiati poculi] Nihil muto, licet aliter Couarr. antiquus cod. *sumpti poculi*. Sic supra, *myrrata contio*. Suas. II. Respexit Lucretij illa, lib. I. de rerum Natura.

Sed veluti pueris absinthia tætra medentes.
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flauoque liquore,
Vt puerorum ætas improuida ludificetur
Labrorum tenus, interea perpotet amarum
Absynthilaticem, deceptaque non capiatur,

Sed

Sed potius talis tactu recreata valescat:
Sic ego nunc, quoniam hæc ratio plerunque videtur
Tristior esse, quib. non est tractata &c.

Ad quem locum allusit & Fabius Quinctilianus libro III. initio, Themistium quoque Philosophum eadem comparatione vsum docet M. Antonius Muretus variar. lect. lib. XI. ca. III. his verbis: Μιμοῦνται ἡμῖν τοὺς σοφωτέρους τῶν ἰατρῶν οἳ τὰ πικρότερα τῶν φαρμάκων μάλιστα τὴν κύλικα ἐπιχείσαντες, οἴνον διδόασι. Absynthiaco quoque poculo stomachi fastidium leuari solere, docet Aud. Alciatus lib VII. παρέργων cap. XXVII. De simili autem Medicorum in ægrotis fallendis dolo venuste, vt omnia, Chrysostomus extremo dialogo primo de sacerdotij dignitate: Basilius Magnus Homilia in Psalmum primum: Theodoretus libro septimo de Prouidentia, Plutarchus de Liberis educandis. Maximus Tyrius orat. XV.

Huius adeo contrectationis consilium) Lego partim de ingenio, partim ex opt. illo cod. *Liuius adeo retractationis consilium*. Et mox *Ita enim ait LIVII* Negai (inquit) Liuius, quod nimis Ciceroni infestus Pollio Asinius affirmabat, Ciceronē voluisse palinodiam canere ac retractare, cū ne otium quidem, vt maxime voluisset, suppeditaret. Falsa igitur calumnia Pollionis. Liuij liber ille cum reliquis intercidit, quem centesimum & XX. fuisse ex Epitoma L. Flori colligo.

In formianum] Villa hæc Ciceronis, quam sæpe in epistolis nominat. In Formiano quoque occisum Ciceronem ætatis LXIII. ait Eusebius in Chronicis, Plutarc. vero, ex Thusculano cum Q. fratre, cognita proscriptione, Asturam maritimum Ciceronis fundum profectum, in Macedoniam ad Brutum cogitasse.

Ab Caieta] De prodigio Corui in villa Caietana Val. Maxim. l. I. c. 4. & Plutarc. 5. apud quem mendose Καπίτας pro Καιήτας legitur: & Appianus Κάπυαν, ad quam hæc Ciceronis villa fuerit, vitiose nominat.

Iactationem nauis) Et Plutarchus Circæum vsque vento peruenisse ait: ibique vel maris metu permotum, vel Cæsaris Octauiani fidem non plane desperantem, in terram egressum.

Quanta nulla vnquam humana vox.] Iuuenalis Satyra. X.

——ridenda poemata malo
Quam te conspicua, diuina Philippica fama
Volueris à prima quæ proxima.

Cum peractam proscriptionem) Plutarch. Ἔτυχε μὲν ἀρχαιρεσίας τελῶν ὁ Ἀντώνιος· ἀκούσας δὲ καὶ ἰδὼν ἀνεβόησεν, ὡς νῦν αἱ προγραφαὶ τέλος ἔχουσι. τὴν δὲ κεφαλὴν καὶ τὰς χεῖρας ἐκέλευσεν ὑπὲρ τῶν ἐμβόλων ἐπὶ τοῦ βήματος θεῖναι, &c. Antonius, inquit, qui tum forte comitia habebat, iis visis exclamauit, Proscriptionem iam peractam esse: caput & manus pro rostris poni iussit; Superiore Suasoriæ huius parte. *Tota tabula tua morti præluditur.*

Sed defectus] fort. *defessus*: nam illud, *quotque suis pro rostris exponit*, recte est in veteri libro: Et itaq; *quo sæpius ille*. &c. Senatorum autem CXXXII. nomina, Equitum autem triginta in proscriptionis Senec.

tabulas relata, auctor est Orosius li. VI. ca. 18. Epitoma vero Liuiana li. CXX. Senatores CXXX. proscriptos à III. viris, & occisos.

Princeps senatus] Hoc est ceteris & auctoritate, & meritis in Reinpub. antecelluisse: ne quis *Senatus Principem* fuisse credat, cum *Censor* nunquam fuerit. Ex censoriis enim Senatus Princeps legebatur. Sic igitur & Corn. Seuerus mox interpungendus:

Egregium semper patriæ caput, ille Senatus
Vindex, ille fori, legum, ritusque togæque

Edit enim quasi *Princeps Senatus* fuerit:

——ille Senatus:
Vindex ille fori, legum ritusque togæque.

Romani nominis titulus] pro, decus, & ornamentum, audaciter dixit Cordus: Nunc merces, inquit, percussoris Popillij. Diuinabam, *titulus* leg. de quo Festus Pomp. & Non. Marcellus.

Eloquentiæ ministra] partim in actione quæ vita est orationis: partim in scribendis Philippicis, & Verrinis, & Milon. & aliis.

Elapsus altera parte villæ] Plutar. Quincti fratris libertum, cui Philologo cognomen, quique apud Marcum in litteris studiisque educabatur, indicium ait fecisse C. Popillio Lænati Tribuno militum, & Herennio Centurioni. Appianus Clodij acerrimi hostis Ciceronis clientem. Lænati ostendisse viam, qua Lectica deportabatur.

Oblitus se paullo ante def. ab illo) Sic Valerius Maximus. lib. V. cap. III. *Neque ei scelestum portanti onus succurrit, illud se caput ferre, quod pro capite eius quondam perorauerat.*

Maximi viri inferiæ) Exaudiendum videtur *missæ*, *vel allatæ sunt*. Parentatum illi, iustaque persoluta, fletu, luctu, & gemitu. Illud *dato* quod in opt. illo libro est nimium quantum placet, scriptumque erat, vt coniicio, *sed dato pro sedato gemitu & fletu, maximæ viri inferiæ.* Et mox, *nec, vt solet, tacita depositus audiuit laudes, sed ipsa narrauit.* *Deponere* autem & *componere* in funerib. adhibita. Horat. *Omnes composui felices: nunc ego resto*, & *Depositi* & *Siti*. *Hic est ille situs.* Cicero II. de legib.

Actionis inclytæ) Vera hæc lectio, nisi quid iudicans fallor. Omnes, inquit, Ciceroni beneficio aliquo obstricti, actione malæ tractationis cum Antonio experiri poterant.

A Thucydide) li. II. belli Peloponnesiaci, vbi funebris oratio Periclis inter omnes Thucydideas, quæ plurimæ sunt, facile elegantissima. De qua & Plutar. in Pericle De funerandi ratione, & pro funere laudandi præstantes viros consuetudine, ibidem Thucydides, & nos inf. ad proximam Suasoriam. Exstant & Lysiæ Demosthenis æmuli Thucydidæ ac Platonis funebres laudationes.

In paucissimis) *in paucis summus* Ant. Augustinus.

A Sallustio] Funebris laudatio, in iis, qui exstant libris, nulla est, nisi forte in libris Historiarum, quorum reliquias accurate collegit Lud. Carrio I. C. qui quidem integri Senecæ ætate circumferebātur. Nisi forte significat laudationem M. Catonis & C. Cæsaris in Catilinario extremo. Alioqui tot apud Crispum orationes, & apud Liuium, vt directis vterque concionib. Historiæ modum excessisse à Trogo iudicetur, auctore Iustino lib. XXXVIII. Vide & Diodorum Siculum lib. XX. Biblioth. Et de origine funebrium oratio-

num. Plutarchum in Poplicola, qualia & hoc loco annotasse Nic. Fabrum I. C. post comperi. Matronæ etiam quando pro funere laudari cæperint, idem in Camillo & Liuius li. v.

Liuius benignus] P. Scipionem Africanum maiorem laudat li. xxvi. ab V. C. Minorem vero, & Annibalem li. xxx. Idemque lib. 8. extremo, *Memoriam laudationibus crebris titulisque imaginum vitiatam queritur*, & illo prior M. Tullius in Bruto funebrib. laudationib. factam esse Historiam mendosiorem.

Ne immatura quidem mors] Ætatis tertium & sexagesimum excesserat, mensib. xi. diebus v.

Quam quod eiusdem fortunæ composito fecisset] Impeditus locus, & haud dubie mendosus. Sensus quidem apertus, verba corrupta. I. Lipsius li. quarto Epistolicarum quæstionum emendabat: *Quod à victore inimico nil crudelius passus erat, quam quod eiusdem fortunæ compos ipse fecisset*. Equidem tentabam, si fas mihi post Lipsium, minori commutatione: *quod à victore inimico crudelius passus erat, quodque eiusdem fortunæ compos ita fecisset* vel *id effecisset*. Nihilo inquit clementius cum Antonio egisset Cicero, si ab illo victoria stetisset. Ant. Augustinus, *quã quod eiusdem fortunæ composito fuisset*. Petreius ita explicat, quasi non tam ab hoste illata mors indigna videri debeat, quam quod fortunæ *composito*, hoc est, ludo ita proditus Antonio sit. Locus in quo quisque acumen ingenij experiundo operæ pretium fecerit.

Virtutib. vitia pensari] fortasse *vitam pensarit* & mox *persequendas*: post etiam *referre* pro *deferre*. Pensare autem *vitia virtutibus* ea forma dictum videtur, qua de Q. Haterio declamatore: *redimebat vitia virtutib.* extrema præf. lib. iv. epitomæ: & Iuuenal: initio Sat. IIII. *monstrum nulla virtute redemptum & vitio*.

Vt est auctor candidissimus] editi omnes *vt est noster cand*. Placet vetus scriptura, *vt est natura candidiss.* corrupta, illa vulgari vt video, ex literar. compendiis $\frac{-}{nr}$ & $\frac{-}{ura}$. T. Liuium lactea eloquentia fluere M. Fabius & D. Hieronymus iudicat: cuius fama excitatus Gaditanus quidam, traiecto Pyrenæo & Alpib. Romam profectus sit: vt & Plinius iunior ait, li. ij. Epist. III. At vero quem reliqua Liuij scripta candorem præferunt, eum in Polybio per quem plurimum profecerat, nimis parce nominando, aut texit studio aut maliuolentia quadam dissimulauit: vel, quod verius puto, in iis, qui desiderantur, primi belli Punici libris, laudarat.

Priuatas simultates] vt M. Liuius Salinator Cos. iterum, priuatas cum C. Claudio Nerone susceptas inimicitias, in magistratu, Reipub. condonauit. Valerius Maximus lib. IIII. ca. II. & auctor de viris illust. cap. 50. Et Ti. Gracchus Trib. pl. L. Scipionem Asiaticum, quamuis inimicum, duci in carcerem non est passus. Idem cap. 53. & 57.

Publicas nunquam] Ex Platonis enim Politic. ix. præcepit Cicero 1. offic. vt eos aduersarios existimemus, qui arma contra ferant, non eos qui suo iudicio Rempub. tueri velint, qualis fuit inter P. Africanum, & Q. Metellum sine acerbitate dissensio.

Quæ diu defensa & administrata] Recte igitur, vt augur, diuinauit Cicero Catili. ij. *O conditionem miseram, non modo administrandæ, verum etiam conseruandæ Reipubl.*

Quam si caruisset Antonio] Hoc enim alterum eius votum, vt liberam Rempub. à morte relinqueret extrema Philipp. ij. in Marcum Antonium; *Mihi P. C. iam ẽt optanda mors est perfuncto rebus quas adeptus sum, quasque gessi: Duo modo hæc opto: vnum, vt moriens Populum Rom. liberum relinquam: hoc mihi maius à Diis immortalibus dari nihil potest. Alterum, vt ita cuique eueniat, vt de Repub. quisque mereatur.*

Quamuis inuitus] Infestus enim Asinius Pollio, Ciceroni, supra. Hic, & Asinius Gallus, filius, vitia orationis eius inimice pluribus locis insectati sunt Fabius li. XII. cap. I. Quin & C. Sallustij scripta reprehendit, vt nimia priscorum verborum affectatione oblita. Suetonius: qui ab Atteio Philologo præceptis benedicendi instructum ait, li. de Illust. Gramm. In T. Liuio miræ facundiæ viro, Patauinitatem quãdam idem notabat. Fabius li. VIII. cap. I. Tertium eius Historiarum librum aduocat. Valer. Maximus lib. VIII. cap. XIV. de Arganthonio Gaditanorum Rege.

Facies decora ad senectutem] Erat in Cicerone summa gracillitas, & infirmitas corporis, procerum & tenue collum: Itaque cum amici & medici hortarentur, vt causas agere desisteret, eam sibi iuueni caussam in Græciam proficiscendi fuisse ait, in Bruto.

Quos obstrictos patrocinio] Catullus Ciceroni.

Tanto pessimus omnium Poeta
Quanto tu optimus omnium Patronus.

Nisi miseram mortem putasset] Calumnia hæc Pollionis. Viderat fortasse Tusculana prima ponere Adolescentem. *Malum mihi videtur mors*: quam opinionem minuit ea disputatione Marcus Cicero.

Sed enim abstulit omnes] Omnium reliquorum pro rostris imagines vna Ciceronis obscurauit, præstrinxitque oculos. Iouenalis Satyra X.

Ingenio manus est, & ceruix cæsa, nec vnquam
Sanguine causidi maduerunt rostra pusilli.

Conticuit Latia] Tale illud Martialis: lib. v.

Impius infando miles corrumpitur auro,
Ex tantis opibus vox tacet vna tibi:
Quid prosunt sacra pretiosa silentia linguæ?
Incipient omnes pro Cicerone loqui.

Et inf. Sextilius Hena:

Deflendus Cicero est, Latiæque silentia linguæ.

Ille Senatus: Hic interpungendum est contra atque libri in vulgus editi: pertinent enim ad priora: statim *Vindex ille fori*. Non etenim princeps Senatus Cicero fuit, vt paullo ante docere memini.

Hoc nec in Emathia] *Emathia* prius dicta est, quæ post *Macedonia*, inquit Plinius li. IV. cap. X. Antea etiam *Paeonia*, post *Emathia* dicta Liuij ætate, vt ipse lib. 26. Annalium, Quod licet minutum, admoneo propter vitiatam editorum omniũ scripturam *Hamatio*. *Non*, inquit, *passus talem iniuriam Perses. Macedoniæ rex, quem apud Samothracas vicit, cepitque L. Æmilius Paullus, conatumque ad genua procumbere, dextera alleuauit, & Graio sermone* (vt obiter emendem

emendem ex Plutarcho Valerium, lib. v. pro *grato sermone*) *ad spem exhortatus est: tamque humaniter apud se habuit, vt vicem illius dolens, flens etiam, assidere sibi iusserit, vnaque secum accumbere*: Tandem in triumphum duxit anno v.c. ɔɔlxxxvi. Liuius lib. xlv. & scriptor de vit. Illust. cap. lvi.

Nec te dire Syphax] in te, ἀπὸ κοινοῦ repetendum. Non igitur recte mutauit Lilius Gyraldus lib. 4. Histor. Poëtarum. Viuus captos Syphax in Numidia, à Lætio & Massanissa, ductu atque auspiciis P. Cornelij Scipionis Africani Superioris, qui Ann. ɔɔlii. de Syphace Rege, Annibale, & Pœnis triomphauit: septimo post anno, ex Macedonia, & Re ge Philippo, T. Quinctius Flaminius anno ɔɔlix. post. v.c.

Inque triumphato] παθητικῶς, participium fine origine, vt Maro iii. Georg.

Et duo capta manu diuerso ex hoste trophæa,
Bisque triumphatas vtroque ab littore gentes.

Et Scriptor noster de viris Illustr. de Metello Macedonico: *Achæos bis prælio fudit, triumphandos Mummio tradidit.* Qui & de Iugurtha triumphasse auctor est, Q. Cæcilium Metellum, cui Numidici cognomen, ann. ɔɔcxliv. C. Marius consul iterum in triumphū duxit, an. ɔɔcxviii. & insaniens Iugurtha in barathrum deiectus, *Iuppiter*, inquit, *vt frigidum est hoc balneum.* Annibal vero hausto, quod annulo gestabat, veneno periit an. ɔɔlxxi. ab vrbe cond.

Cui mutus videor] Lepidus iocus, Dixerat enim Seuerus:

Conticuit Latiæ tristis facundia linguæ.

Hena vero Sextilius Cordubensis:

—— Latiaque silentia linguæ

Quod Cornelium scio] Diuinatam. *Quod Cornelius? Scio es non æque displicuisse huncversum.*

Ad vmbilicum legere] ad finem vsque, *Vmbilicus* enim librorum extremum est. Horat. Epod. od. xiv.

Inceptos, olim promissum carmen, Iambos
Ad vmbilicum adducere.

Et Martialis lib iiii. extremo.

Ohe iam satis est, ohe libelle,
Iam peruenimus vsque ad vmbilicos.

PETREIVS.

Infectas] forte *infestas* emend.

Scipio cum] Valer. Max. refert, cum se letaliter vulnerasset: Appianus autem se in mare è naui præcepitasse, at tunc mihi videtur credibile id dixisse Scipionem. Hic adijcit Seneca, nondum agnitum à milite iussum ponere gladium.

V. Cl.] Ego non dubitem legendum *Quintum Clodium*, quod cum maioribus litteris esset scriptū Q. Cl. librario dedit occasionem conuertendi in notas numerorum, Nam in Controuersia contra Popilium inquit, *Ne aliquis Pub. Clodij mitteretur.*

Bella albo] fortassis *albo.* i. catalogo & tabula proscriptionis, in qua, tanquam in albo prætorio proscriptorum nomina erant scripta.

Pro tribunali loco] Tribunali, adiectum est.

Quem magister] hic locus sic videtur emendandus: *quem Magister equitum, cui ructare turpe erat*, male hic legebatur *cum raptaretur prærat.* Quod liquet etiam ex ipsa Philippica, vnde sumptum est.

Pudeat Verrem] De Verre numquam memini legere, quod fuerit proscriptus: quam obrem hunc locum iudico emendandum: *Pudnit Varum quod proscriptus non fortius perijt.* Fuit autem *Varus* vt refert Appianus, inter proscriptos: qui cum se in paludibus Minturniensium abdidisset, atque à Minturniensib. Latrones inquirentib. deprehēsus esset, è Latronib. se vnum esse dixit, atque ita damnatus cum duceretur ad supplicium, pœnitentia ductus, quod tam ignobiliter moreretur, aperuit se & Consularem esse, & à Triumuiris proscriptum. non credentib. accurrit quidam ductor turmæ qui ei agnito caput abstulit, corpus minturniensibus reliquit. Ergo illū puduit, quod non maluisset proscriptus mori: tanquam mortis genere claro, & non pudendo.

Si ad desiderium] perelegans clausula, habet repetitionem in principio ἐπαναφορὰ i. Conuersionem: in fine habet ἰσόκωλον i. exæquatum membris, & Traductionem verbi, *vixissi victurus.*

Mortuum Ciceronem] Mire acuta sententia: desiderabit enim viuum, cum non viderit in Cicerone animum Cicerone dignum.

Qua mansuri] vel emenda, *qua mansura vita perpetuo est*, vel dic *mansuri.* i. tua qui manebis.

Haud enim] *aut*, scribendum est: Aut placabis eum, quod est multo turpius.

Ægyptum] fortassis Ægyptiis aliqua in parte operam suam præstitit, in restitutione regis Alexandrini Ptolomæi Auletæ. Quod autem dicit de perfidia, de Pompeio intelligendum, ne sibi non tutum putaret Ciceronem eo accedere.

Vtrum consilium] *vtrat consilium*, legendum.

Idiotem perit] cum hic locus tam sit deprauatus, etiam si frigidum sit, legamus, *Idiota per t* i. quantumcunque illa grandia olim dixerit, nunc certe idiota. i. priuatus perit.

At datorigatis] forte *à victo.*

Qui cum tertius] *cum* videtur eradendum: Propterea enim quod tertius esset, veritus ne ab altero præriperetur occasio ignoscendi, præoccuparet ipse.

SVASORIÆ PARS ALTERA.

Contrectationis] licet varie emendent, fortassis melius *retractationis.*

Defectus] forte, *defessus.*

Inferiæ] Supple *celebrantur*: vel dic, *inferias*, vt sit, contio non audiuit sed narrauit inferias corporis, non vt alias solet, depositi, neque enim truncati & lacerati artus deponebantur.

Illam miserrimi] etiam hic aliquod verbum supplendum, vt dicatur: omnes dolebant eam fortunæ potentiam ad Antonium delatam.

Vere æstimanti] Magis indigna est in hoc mors Ciceronis, quod videtur illum interfecisse Antonius, quasi fauente fortuna, & ad id præbente occasionem, vltroque in manus velut ex composito, & ex pacto offerente, magis, inquam, in hoc est indigna, quam quod ab hoste occisus est.

Superbe] vel magnifice, vel ipsi quasi imperioso & pro arbitrio illis imperanti.

Spirantia pene] pene viuentia.

Senec. e

SVASORIA VII.

DELIBERAT *Cicero, an ſcripta ſua comburat, promittente Antonio incolumitatem, ſi feciſſet.*

Q. HATERIVS. Non feres Antonium: intolerabilis in malo ingenio felicitas eſt: nihilque cupientes magis accendit, quam proſperæ turpitudinis conſcientia. Difficile eſt. Non feres, inquam, & iterum irritare inimicum in mortem tuam cupies. Quod ad me quidem pertinet, multum à Cicerone abſum: tamen non tædet tantum me vitæ meæ, ſed pudet: ne propter hoc quidem pertinet multum à Cicerone. Ingenium tuum amas, quod illud Antonius plus odit quam te. Remittere ait ſe tibi vt viuas: commentus, quemadmodum etipiat etiam quo vixeras. Crudelior eſt pactio Antonij, quam proſcriptio. Ingenium erat, in quod nihil iuris haberent triumuiralia arma. Commentus eſt Antonius, quemadmodum quod non poterat cum Cicetone proſcribere, tolleret per Ciceronem. Hortaret te Cicero, vt vitam magni æſtimares, ſi libertas ſuum in ciuitate haberet locum, ſi ſuum in libertate eloquentia, ſi non ciuium ceruicibus luderetur. nunc vt ſcias nihil melius eſſe quam mori, vitam tibi Antonius promittit. Pendet nefariæ proſcriptionis tabula: tot prætorij, tot conſulares, tot equeſtris ordinis viri periere: nemo relinquitur, niſi qui ſeruire poſſit. Neſcio an hoc tempore viuere velis, Cicero: nemo eſt cum quo velis. Merito, hercules illo tempore vixiſti, quo Cæſar vltro te rogauit, vt viueres ſine vlla pactione: quo tempore non quidem ſtabat Reſpublica, ſed in boni principis ſinum ceciderat. *Ceſtij Py.* Nunquid opinio me fefellit? intellexit Antonius, ſaluis eloquentiæ monumentis, non poſſe Ciceronem mori. ad pactionem vocaris: qua pactione melior in te pars tui petitur. Accommoda mihi pauliſper eloquentiam: Ciceronem periturum rogo. Si te audiſſent Cæſar & Pompeius, neque iniſſent turpem ſocietatem, neque diremiſſent: ſi vti vnquam conſilio tuo voluiſſent, neque Pompeius Cæſarem, neque Cæſar Pompeium deſeruiſſet. Quid conſulatum ſalutarem vrbi, quid exilium conſulatu honeſtius, quid prouocatam inter initia adoleſcentiæ libertatem tyrociniis tuis Syllanam potentiam, quid Antonium auulſum, Catilinam Reipublicæ redditum? Ignoſce Cicero, ſi diu iſta narrauero. forſitan hac die nouiſſimo audientur. Si occidetur Cicero, iacebit inter Pompeium patrem filiumque: & Afranium Petreiumque. Q. Catulum, M. Antonium illum indignum hoc ſucceſſore generis. Si ſeruatur, viuet inter Ventidios & Canicios & Saxas. Ita dubium eſt, an ſatius ſit cum illis iacere, an cum his viuere? Pro vno homine iactura publica paciſceris. Scio omne pretium iniquum eſſe, quod ille conſtituit: nemo tanti emit Ciceronis vitam, quanti vendit Antonius. Si hanc tibi pactionem ferret, Viues, ſed eruentur oculi tibi: viues, ſed debilitabuntur pedes: etiam ſi in alia damna corporis præſtares patientiam, excepiſſes tamen linguam. Vbi eſt ſacra illa vox tua: Mori enim naturæ finis eſt, non pœna: hoc tibi vni non liquet? At videris Antonio perſuaſiſſe. Aſſere te potius libertati, & vnum crimen inimico adijce. Fac Antonium moriendo nocentiorem. *P. Aſprenatis.* Vt Antonius Ciceroni parcat, Cicero ipſe eloquentiam ſuam animaduertet? Quid autem tibi ſub hac pactione promittitur? Vt Cn. Pompeius & M. Cato, & ille antiquus reſtituatur Reipublicæ Senatus, digniſſimus apud quem Cicero loqueretur? Multos victuros animi ſui contemptus oppreſſit: multos perituros parati ad pereundum animi ipſa admiratio eripuit: & cauſa illis viuendi fuit, fortiter mori. Permitte te populo Romano contra Antonium. Si ſcripta combuſſeris, Antonius paucos annos tibi promittit: at ſi non combuſſeris. populus Romanus omnes. *Pompeij Silonis.* Quale eſt vt perdamus eloquentiam Ciceronis, fidem ſequamur Antonij, miſericordiam tu iſta vocas, ſupplicium ſummum ingenio Ciceronis? Credamus Antonio, Cicero, ſi bene illi pecunias crediderunt feneratores, ſi bene pacem Brutus & Caſſius. hominem & vitio naturæ, & licentia temporum inſanientem, inter ſcenicos amores ciuili ſanguine luxuriantem: hominem, qui creditoribus ſuis oppignorauit Rempublicam, cuius gulæ duorum principum bona, Cæſaris & Pompeij, non potuerunt ſatisfacere. Tuis vtar Cicero verbis: Cara eſt cuiquam ſalus, quam aut dare, aut eripere poteſt Antonius? Non eſt tāti ſeruare Ciceronē, vt ſeruatum Antonio debeam. *Triarij.* Compulſus aliquando populus Romanus in eam neceſſitatem eſt, vt nihil haberet præter Iouem obſeſſum & Camillum exulem: nullum tamen fuit Camilli opus maius, quam quod indignum putauit viro, ſalutem pactioni debere. O grauem vitā, etiam ſi ſine pretio daretur. Antonius hoſtis à Republica iudicatus, nunc hoſtem Rempublicam iudicat. Lepidus, ne quis putet illum male Antonio collegam placuiſſe, alicoæ ſemper dementiæ acceſſio, vtriuſque collegę mācipium, noſter dominus. *Argentarij.* Nihil Antonio eredendū eſt. mentior: quid enim iſte non poteſt, qui occidere Ciceronem poteſt: qui ſeruare, niſi crudelius, quam occidebat, nō poteſt? Ignoſcentem tibi illum putas, qui ingenio tuo iraſcitur? ab hoc tu ſperas vitam, cui nondū verba tua exciderunt? Vt corpus quod fragile & caducum eſt, ſeruetur, pereat ingenium, quod æternū eſt? ego mirabar, ſi nō ſupplicio crudelior eſſet Antonij venia. P. Scipionē à maioribus ſuis deſciſcentē generoſa mors in numerū Scipionum repoſuit. Mortē tibi remittit, vt id pereat, quod ſolū in te immortale eſt. Qualis eſt pactio? Au-

fertur

fertur Ciceroni ingenium sine vita: promittuntur obliuione nominis tui pauci seruitutis anni. Non ille te viuere vult, sed facere ingenij tui superstitē. Viue, vt Cicero audiat Lepidū, Cicero audiat Antonium, nemo Ciceronē. Pati poteris, vt quod in te optimū habes, ante te efferas? Sine durare post te ingenium tuum, perpetuam Antonij proscriptionem. *Aurelij Fusci.* Quoad humanū genus incolume manserit quamdiu vsus litteris, honor summæ eloquentię pretium erit: quādiu Reip. nostrę aut fortuna steterit, aut memoria durauerit, admirabile posteris vigebit ingeniū, & vno proscriptus sæculo proscribes Antoniū omnibus. Crede mihi, vilissima pars tui est, quæ tibi vel eripi, vel donari potest. Ille verus est Cicero, quē proscribi Antonius non putat, nisi à Cicerone posse. Nō ille remittit proscriptionem, sed tolli desiderat suā. Si fidē deceperit Antonius, morieris: si præstiterit, seruies. Quod ad me attinet, fallere malo. Per te, M. Tulli, per quatuor & sexaginta annos pulchre actos, per salutatem Reip. consulatum, per æternam, si pateris, ingenij tui memoriam, per Rempubl. quæ ne quid te putes carum relinquere, ante te perit, oro, & obtestor, ne moriaris confessus quod nolueris mori.

Huius suasoriæ alteram partem neminē scio declamasse: omnes pro libris Ciceronis solliciti fuerunt, nemo pro ipso, cum adeo illa pars non sit mala, vt Cicero, si hæc condicio ei lata fuisset, deliberaturus non fuerit. Itaque hanc suasoriam nemo declamauit efficacius quam Silo Pompeius. non enim ad illa speciosa se contulit, ad quæ *Cestius*: qui dixit, hoc grauius esse suppliciū quam mortem, & ideo hoc Antonium eligere, breuem esse vitam homini, multo magis seni: ita memoriæ consulendum quæ magnis viris æternitatem promitteret. non qualibet mercede vitam redimendā: & has conditiones intolerabiles esse. omnia potius subeunda, quam monumēta ingenij sui ipsum exurere. Iniuriam illum facturum populo Romano, cuius linguam in tantum extulisset, vt insolentis Græcię studia tanto antecederet eloquentia, quanto fortuna: iniuriam facturum generi humano. pœnitentiam illum acturum tam care spiritus empti, cum in seruitute senescendum fuisset in hoc vnum eloquentia vtendum, vt laudaret Antonium. Male cum illi ait dare vitam, eripi ingenium. *Silo Pompeius* sic egit, vt diceret, Antonium non pacisci, sed illudere. non esse illam condicionem, sed contumeliā. combustis enim libris, nihilominus occisurum. non esse tam stultum Antonium, vt putaret ad rem pertinere, libros à Cicerone comburi, cuius scripta per totum orbem celebrarentur, & hoc petere eum quod posset ipse facere: nisi forte non esset in scripta Ciceronis is, qui esset in Ciceronē. Quare nihil aliud eum agere, quam vt ille, Cicero multa fortiter de mortis contemptu locutus, ad turpes condiciones perductus occideretur. Antonium illi non vitam cum cōdicione promittere, sed mortem, sub infamia quærere. Itaque quod turpiter postea passurus esset, nunc illū fortiter debere pati. Et hæc suasoria insignita est. Dixit enim sententiam cacozeliæ genere humillimo & sordidissimo, quod detractu, aut adiectione syllabæ facit sensum. Pro facinus indignum. peribit ergo quod Cicero scripsit, manebit quod Antonius proscripsit? Apud Cestium Prætorem declamabat hāc suasoriam *Surdinus*, ingeniosus adolescens, à quo Græcæ fabulæ eleganter in Latinū sermonem conuersæ sunt. Solebat dulces sententias dicere, frequentius tamen prædulces & infractas. In hac suasoria cum iusiurandum bellis sensibus prioribus complexus esset, adiecit: Ita te legam. *Cestius*, homo nasutissimus, dissimulauit exaudisse se, vt adolescentem ornatum quasi imprudens obiurgaret: quid dixisti? quid? ita te fruar. Erat autem *Cestius* nullius quidem ingenij, Ciceroni etiam infestus. quod illi nō impune cessit. nam cū M. Tull. filius Ciceronis Asiam obtineret, homo qui nihil ex paterno ingenio habuit præter vrbanitatem, cenabat apud eum *Cestius*. M. Tullio & natura memoriam dempserat: & ebrietas, si quid ex ea supererat, subducebat: subinde interrogabat, Quis ille vocaretur qui in imo recumberet: & cum sæpe subiectum nomen *Cestij* excidisset, nouissime seruus, vt aliqua nota memoriam eius faceret certiorem, interroganti domino, quis ille esset qui in imo recumberet, ait: Hic est Cestius qui patrem tuum negabat litteras scisse. afferri protinus flagra iussit, & Ciceroni, vt oportuit, de corio *Cestij* satisfecit. Erat autem etiam ibi Pietas, Niger, & Cotula. Hybreæ disertissimi viri filio male apud se causam agenti. *ἀτίμων πατέρων.* & cum in quadam postulatione Hybreas de paritate stultorum locum ad litteram omnibus agnoscentibus diceret: Age, inquit, non putas me scripta didicisse patris mei: *Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra?* *Gargonius* amabilissimus in hac suasoria dixit duas res, quibus stultiores ne ipse quidem vnquam dixerat. vnam in principio. nam cum cœpisset scholasticorum frequentissimo iam more à iureiurando, & dixisset multa: Ita quam primū tantum timeat, quantum potest, ita aut totus viuat Cicero, aut totus moriatur, vt ego quæ hodie pro Ciceronis ingenio dixero, nulla pactione delebo. Alteram rem dixit, cum exempla referret eorum qui fortiter perierant: Iuba & Petreius, mutuis vulneribus concurrerunt, & mortes fenerauerunt.

IN SVASORIAM VII.

NICOLAVS FABER.

QVid Antonium auulsum, Catilinam Reip. redditum.] *Phrasis inuersa, cuius generis adeo frequentes in auctoribus occurrunt, vt vix credibile sit non affectatas fuisse. Cicero enim Antonium, inquit Sallustius, pactione prouinciæ perpulit, ne contra Rempublicam sentiret, Catilinam vero vrbe exegit. Antonius igitur Reip. redditus fuit, Catilina auulsus.*

Apud Cestium Prætorem] *Proculdubio legendum* apud Cestium præceptorem. *Sequentia enim probāt loqui de Cestio Rhetore.*

SCHOTTVS.

INtolerabilis malo ingenio,] *in malo ingenio*, Scripta lectio vtraque ferri potest.

Asperius nihil est humili, cum surgit in altum.

Multaque in eandem sententiam Claudianus lib. 1. in Eutropium.

Ne propter hoc (quidem pertinet multum à Cicerone) ingenium tuum amas] Diuino, & fortasse non vanus augur, quę vncis inclusi, ex superiore versu hic, vt fit, repetita à Librario, nec, vt oportuit, oblitterata, ne scripturam litura deformaret: nam nec Latina sunt, nec ἀκόλουθα, sensumque perturbant. Legendum igitur, *Sed pudet me: propter hoc ingenium tuum ama, illud quod Antonius plus odit, quam te. Vel, ne propter hoc ingenium tuum ames, quod &c.*

Si non Ciuili ense ceruicib. lucrentur.] *lueretur* vetus liber. Vnde quidem *luderetur*? ego *illuderetur* tentabam.

Quo Cæsar vltro te rogauit] Parta enim victoria in campis Pharsalicis, victoque Cn. Pompeio, scripsit ex Ægypto Cęsar M. Tullio, vt esset idē qui fuisset. Cicero extremo lib 14. ad Famil. & lib. 11. ad Attic. & in Ligariana, item Plutarchus.

Neque iniissent turpem Societatem, neque diremissent] Respexit illa quæ sunt à M. Tullio dicta Orat. 11. in Antonium. *Mea illa vox est, nota multis, Vtinam Cnæi Pompeij cum C. Cæsare societatem, aut nunquam coisses, aut nunquam diremisses. Erat alterum grauitatis, alterum prudentiæ tuæ. Hæc mea, M. Antoni, semper & de Pompeio & de Repub. consilia fuerunt.*

Libertatem, tyrocinijs tuis Sullanam potentiam.] Sumptum ab historia. Cicero enim adolescens cōtra L. Sullæ dominantis opes, Sex. Roscium Amerinum, parricidij reū, defendit, vt ait 11. Offic. *Tyrocinia* vocat, quia prima causa publica fuit, quæ, vt in Bruto ait, tantum commendationis habuit, vt non vlla esset, quæ non illius digna patrocinio videretur. Egit autem annos natus sex & viginti. L. Cornelio Sulla 11. Q. Cæcilio Metello Pio Coss. Quinctilianus lib 12. cap. 6. & Ascon. Pedianus apud Agellium lib. 15. c. 28.

Libertatem tirocinijs suis] Qui locum attentius cōsiderarit, facile animaduertet corruptum esse, legendumque parua commutatione, *libertate tirocinij tui Sullanam potentiam*, Scriptor de viris illustribus, quem olim Aurelio Victori tamquam parenti legitimo reddidimus, in M. Tullij vita, quæ in editis omnibus antea desiderabatur. *Adolescens*, inquit, *Rosciano iudicio, eloquentiam & libertatem suam aduersus Sullanos ostendit, ex quo veritus inuidiam Athenas studiorum gratia petiuit.*

Catilinam Reip. redditum.] illud *redditum*, licet *auulso* oppositum esse à Declamatore videatur, non rectum est. Ant. Augustinus *Rep. eiectum* vel *eductum*, leg. censuit. Res nota ex Catilinaria. 11. in qua inuidiæ declinandæ, emissum à se Catilinam videri volebat. quid si, *Catilina remp ereptam* legas? vt M. Tullius: *Retorquet oculos sæpe ad hanc vrbem, quam ex suis faucibus ereptam esse luget.* fuit cum *Q. Ligarium Reip. redditum*, tentarem, sed coniectura tantum mea, veteris libri fide non subnixa. Io. Petreius sic exponebat, nihil cunctatus: Antonium alterum quendam Catilinam, hoc est, pestem, perniciemque Reip. effectum. In quo vereor (ignoscant eruditi viri Manes) ne vis verbis allata esse videatur. Assentior tandem Nic. Fabro, qui transposita hoc ordine collocat: *Quid Catilinam auulsum & Antonium Reip. redditum* Accipitque de C. Antonio Ciceronis in Consulatu collega, quem pactione prouinciæ, inquit Sallustius, pertulit, ne contra Remp. sentiret.

Q. Catulum, M. Antonium] Egregium hoc oratorum par cum C. Iulio, crudelissime interfectum Octauiano bello, quod post R. C. anno ɔɔclxvi. exarsit: qua tempestate Marius, cum reliquis exsulibus ex Africa reuertit, vrbsque cædibus & rapinis vastata Cicero in Bruto III. de Orat. & Tusculana V. Hoc igitur voluit: M. Antonius orator indignus, qui hunc, ex filio M. Antonio, nepotem habeat. Huic, & C. Antonius, Marci frater, hæsit, qui à Cicerone filio ad Byllidem victus, in M. Bruti potestatem venit. Plutarch. in Bruto de vtroque Cicero Philippica XI. *An Antonios ornarem, non modo suarum familiarum, sed Romani nominis probra atque dedecora?*

Inter Ventidios, Canicios, & Saxos] Dici non potest quam rerum Romanarum ignoratio ridicula somnia his correctoribus suggesserit, vt hic *Carrutios* allinerent, qui nusquam sunt. Verum cum & *Saxos* hic viderent, cur non & *Silices*, vel si quid his est durius, commenti sunt? *P. Ventidius* hic, Picens est, qui humili loco natus, miles strenuus, cæso iam ad internecionem M. Crasso ad Carras, Parthos vicit, illius mortem vindicauit, déque ijs triumphauit primus. Hic Prætor cum M. Antonio creatus, hostis Pop. Romani est iudicatus: Agellius libro decimoquinto, capite, quarto, qui & ex Suetonio præpositum Prouinciis Oriētalibus ab Antonio refert. Legendus Dio lib. quadragesimotertio. Plinius libro septimo cap. quadragesimotertio. Plutarch. Antonio, Appianus Parthicis, Valerius Maximus vi. cap. decimo. Eutropius septimo. Orosius vi. cap. 18.

Canicios] *Canidiosne*, an *Crassicios*, substituere debeam, animi incertus pendeo, nam & in antiquo libro vitiose *Canitidos*. Sunt & *Caninij*: vt Consul ille aliquot horarum, qui dicterijs Ciceroni materiam præbuit, & Trib. pl. in epist Ciceronis, & Dionis libro trigesimonono. Alius quoque M. Vipsanij Agrippæ Coss. collega ann. ɔɔccxvi. Sed nihil ad eum. quem quærimus. Malim equidem *Canidios* legi: P. enim Canidius, victo ad Actium Antonio, cæsus com Cassio Seuero Parmensi poëta à Cæsare Augusto: auctore Plutarcho, Velleio Paterculo, & Orosio lib. vi. cap. xix.

Saxas] Sic lege, nō vt quidam libri, *Saxos* Decidi Saxæ meminit Liuij Epitoma. cxxvii. qui M. Antonij legatus à Labieno Pompeianarū partiū victus est. Meminit & Dio libro quadragesimooctauo, qui & libro quadragesimoseptimo Δεκίδιον Σάξαν, diserte vocat, valde vt mirer, *Didiū* hunc à Fuluio Vrsino cetera Romanarum rerum peritissimo *Casiam* quoq; pro *Saxa* vitiose à Floro nominari. Cicero Phil. vndecima vbi capita exercitus Antoniani recenset. *Accedit Saxa, nescio quis, quē nobis Cæsar ex vltima Celtiberia Tribunum pleb. dedit: castrorum antea metator, nunc, vt sperat, vrbis.*

Sacra illa vox tua: Mori enim naturæ finis est, non pœna (Exstat extrema Miloniana, *Exsilium ibi esse putat Milo, vbi virtuti non [illegible] locus: Mortem, naturæ finem esse, non pœnam*, & Philipp. vndecima de hoc

ipso

ipſo Aotonio: *Mortem*, inquit, *Naturæ pœnam putat eſſe iracundiæ, tormenta atque cruciatum.* Non aſſentior itaque Gab. Faerno, viro diligenti, qui vocem *pœnam*, in Cicerone delendam cenſebat. Huc pertinet illud ex Oratione Cæſaris, Catilinaria, quarta, qui de coniuratis ſentētiam tulerat ipſos publicatis bonis, per municipia in vinculis perpetuo habendos: *Mortem enim à Dijs immortalibus non eſſe ſupplicij cauſſa conſtitutam, ſed aut neceſſitatem naturæ, aut laborum, ac miſeriarum quietem eſſe. Itaque eam ſapientes numquam inuiti, fortes etiam ſæpe libenter oppetiuerunt. C. vero Salluſtius hanc Cæſari Orationem attribuit: De pœna poſſum equidem dicere id, quod res habet, in luctu atque miſerijs, mortem ærumnarum requiem, non cruciatum eſſe: eam cuncta mortalium mala diſſoluere. vltra neque curæ, neque gaudio locum eſſe. Falſa, credo, exiſtimans* (vt M. Porcius Cato, ſententiam rogatus reſpondit) *quæ de inferis memorantur, diuerſo itinere malos à bonis, loca tetra, inculta, fœda, atque formidoloſa habere.* Apud eundem Hiſtoriarum Principem, Vmbreno Allobrogum legatos pauca de Ciuitatis ſtatu percunctante, quemque exitum malis ſperarent. ſe miſerijs ſuis remedium mortem expectare, reſponderont. Cicero qooque Tuſcul. I. *Mortem, vitæ miſeræ finem* videri diſputat.

Permitte pop. Rom. contra Antonium] videtur addendum *licere*. Deinde, *populus Romanus omnes*. Anton. Auguſtinus *ſæculum*, non, *omnes* leg. cenſebat. Vel ſic interpunge: *Permitte pop. Rom. contra Antonium licere: ſi ſcripta combuſſeris Antonius, &c.*

Inter Scenicos amores] *Cytheridem* enim animam tanquam alteram vxorem, aperta lectica circunducebat: vt M. Tullius Philipp. II. & lib. x. epiſt. x. & *Volumnia* mimice conſalutabatur: Virgilius tamen *Lycoridem* vocat, vt mos Poëtarum, amicarum nomina pudoris gratia mutare, inquit Appuleius in floridis. Hanc & M. Brutus, & nimis perdite Corn. Gallus Poëta, amaſſe fertur. Sic enim Maro:

—— *Tua, Galle, Lycoris*
Perque niues alium, perque horrida caſtra ſecuta eſt.

Cara eſt cuiquam ſalus] In ijs, qui circunferuntur Ciceronis libris, nihil tale legere memini, ſed forte fallit memoria: aut in ijs erat, qui vel temporum iniuria, vel maiorum incuria interciderūt Philipp. qoidem II. ſe ab Aotonio ingrati accuſatum ait: *Quo beneficio ſum vſus tuo? Quo me Brundiſii non occideris? Sed ſit beneficium quandoquidem maius accipi à latrone nullum potuit*, Inf. *Sed fac id te dediſſe mihi, quod non ademiſti: meque à te habere vitam, quæ non à te ſit erepta.* Niſi forte & illud ad rē pertinet qood Ciceroni Brutos ait, non tamen de Antonio, ſed Cæſare Octauiano epiſt. XVI. *Valde care æſtimas tot annos, quot iſta ætas recipit, ſi propter eam cauſſam puero iſti ſupplicaturus es?* Sed quæ in præſens certiora occurrant, non habeo: Quamobrem in fragmentorum Eclugam hoc referas licet, vt alia nonnulla. poſt Car. Sigonium, & Andr. Patricium, dum appareant fontes.

P. *Scipionem à maiorib. deſciſcentem*] Quis hic in gente Cornelia Scipio, vehementer ambigo. P. enim Corn. Naſica, adoptione, *Q. Cæcilius Metellus Pius Scipio* appellatus eſt: & Cos. fuiſſe cum Cn. Pompeio genero Suaſ. V. docui. P. Corn. Scipio Africanus maior, Literni exſul voluntarius petiit, cum hoc elogio: *Ingrata patria, cineres non habebis meos.* Nepos vero Africanus minor, Romæ, incertum à quo, ſuffocatus eſt. Huic Cicero, epiſt. XXI. lib. IX. ad famil. C. Carbonem Trib. pl. ſeditioſum, vim attuliſſe ait, ſed hæc cum Seneca pugnant. P. Scipio Africani maioris F. qui propter malam valetudinem, *valetudinarius* eſt dictus à Val. Maximo lib. 3. in eorum cenſum relatus eſt, qui à claris parentibus degenerarunt: de morte vero nihil glorioſum accepi. Illud contra turpe, vinctum ab Antiocho Rege, & patri gratis cōdonatum. Idem Valerius lib. 2. c. 10. & alij. Sed forte à Declamatoribus tam accurata narratio, quod fere cauſæ deſeruiant, vt nec à poëtis peti debet: admonere tamen viſum, quid ſentirem, vt aliorum induſtria excitata: *fungar vice cotis.*

Quamdiu rerum natura aut Fortuna ſteterit] Secutus ſum Couarruuiani libri optimi auctoritatem, qui recte *Reip noſtræ* præfert Natum autem mendum vt ſolet, obſeruatumque à nobis eſt Suaſ. VI. ex ſingulis litteris compendiiſque notarum, quib. infinita mendorum millia in libros irrepſiſſe, & irrepere norunt ij, qui in bonis auctoribus legendis bonas horas collocarunt. Ex his enim *rep. urae*, Librarius exſcripſit *rer. naturæ*. Hinc illæ lacrymæ. *Fortuna* autem *reip.* adeo frequens in antiquorum ſcriptis, vt putidum ſit admonere, niſi nobis cum præfractis rem eſſe intelligerem: Cicero in Sextiana: *Fuit profecto quadam illa Reip. Fortuna fatalis.* Et Salluſtius, Catilinario? *Hac illis volentib. tandem vicit Fortuna Reip.* & Plutarch. de Fortuna Pop. Roma. Commentarium edidit vt & de Alexandri Magni. Hānibal quoque viſo Haſdrubalis capite, quod à Claudio Nerone in Apulia ante vallum Hannibalis proiectum, vinci ſe Fortuna Carthaginis, confeſſus eſt. Scriptor de viris illuſtr. cap. XLVIII.

Per ſalutarem Reip. Conſulatum] Repetit hoc ſæpius Orator ad oſtentatiooem vſque Philipp. ij. in Catilinarijs, in Piſoniana, & alibi, vt, auctore Plutarcho in eius vita, & Fabio, tanta Reipub. bene geſtæ prædicatio, æmulis calumniandi ſermonem dederit: præfat lib. XI. Inſtitut. orat.

Ne quid te putes] Quot fere litteræ, tot ſe mihi variantes lectiones offeruntur, vt tamen, quam ſequar, non habeam dicere: Lectoris itaque eruditi iudicium faciam. Pro *ante cœperit*, vetus liber *ante cepit.* Tentabam igitur, *per Remp. quæ ne quid te putes carius illi relinquere à te petit.* Poſtulat, inquit à te Reſp. orationes illas, quarum ſalus vita ſit redimenda, quibuſque nihil illi maius potes relinquere. Io. Petreius: *ante perit.* vt fere Suaſ. VI. *Nec poteſt videri non nimis vixiſſe, qui moreris Reip. ſuperſtes.*

Cum adeo illa pars non ſit mala] Amplector antiq. librorum Scripturam, *Cum adeo nulla pars non ſit mala*: commodo ſenſu, vtramque conditionem iniquam videri, ſiue mortem, ſiue Philippicarum iacturam ſuaſeris. Alterius vero vtrius partis & eam ſuaderi poſſe, vt viuere velit Reip. ſuperſtes, ſeque vitamque tueatur, auctor eſt Quinctilianus lib. III. cap. VIII. *Cum Ciceroni*, inquit, *dabimus conſilium vt Antonium roget, vel etiam vt Philippicas (ita vitam pollicente eo) exurat, non cupiditatem lucis allegabimus (hac enim ſi valet in animo eius, tacentibus quoque nobis valet) ſed vt ſe Reip. ſeruet, hor-*

tabimur. Hac illi opus est occasione, ne eum talium precum pudeat.

Vt insolentis Graecia studia] Sic praefat. Controu. *Quidquid Romana facundia habet, quod insolenti Graeciae, aut opponat, aut praeferat, circa Ciceronem effloruit.* Et M. Fabius magnus & ille ingeniorum censor, vt noster hic Criticus, lib. x. cap. 1. *Ciceronem cuicunque Graecorum fortiter oppofuerim.* Notum ex Plutarcho Molonis Rhodij de Ciceronis, etiam Graeca eloquentia iudicium.

De mortis contemptu locutus] Integra disputatione prima Tusculana, in Catone Maiore, in Philippicis, & alibi.

Et hac suasoria insignita est] Equidem sic accipio, pro *notata à Criticis est*. q. d. apposita nota insignis est. Euripides Hecuba in bonam partem χαρακτὴρ ἐπίσημος ἐσθλῶν γέγνεται. Sic, *nota insignis*: & vero Graeci σημεῖα appellant asteriscos, & obeliscos, vt Hephaestio in Enchiridio, & Triclinius in Sophoclem, Cornificios ad Herennium lib. 4. *Ad rem turpem deformandam, quo magis, inquit, insignita sit, aut cruentam, aut caeno oblitam, aut rubrica delibutam inducemus.* Et Cicero in III. de legib. de Tribunatu, *Tanquam ex XII. Tabb. insignis ad deformitatem puer, breui tempore, nescio quo pacto, creatus multoque taetrior ac faedior natura est.* Plautus Milite.

E a mihi insignitos pueros pariat postea

Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut paetum, aut broncum.

Dixit enim sententiam] Etiam est in membranis illis, sed nihil immuto. Et enim κακοζηλία, cur nota à Criticis addita illi Suasoriae: quia vsus, inquit, Declamator Cacozeliae genere humillimo ac sordidissimo.

Cacozelia genere humillimo] De qua & inf. Contr. XXIV. extrema, & XXV. Demetrio Phalereo ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας vnom genus Cacozeliae Character vitiosus finitimus τῷ γλαφυρῷ, qui fit in sententia, aut in verbis, aut in collocatione. Hermogeni libro IIII. de Inuent. vnum item genus Cacozeli quod sub κακόζηλον Rhetorum cadere potest: quamuis illi subijci possunt multae formae διὰ τὸ κεφάλαιον ἢ ἀξίωμα. Dionysio Longino Cacozelum est exitus τῶν μειρακιώδης ὄγκων, in quo sectamur τὸ περιττὸν πεποιημένον τι καὶ μάλιστα τὸ ἡδύ. Fabio Quinctiliano totidem genera Cacozeli, quot ornatus in oratione: vt ad elocutionem solam illius iudicio referatur. Quare dum is declamator ἀνθηρὸν aut ἡδὺ, vt loquitur Longinus, aut dulcis, vt Fabius, similiom vocum, puerili captatione incidit in Cacozelũ, atqi illud eius genus, quod praedulce Fabius nominat, quasi prae arguta & affectatione nimis dulce fit. Hoc genus Figurę cum laudi est, Paronomasia à Rutilio, non à Quinctiliano quidẽ; & Paronymia ab Aquila nominatur. Hoc item genus figurae ac finitima illi efficiũt Aristoteli III. Rhetor. ἀστεῖα λόγον, sed quo breuius, ἀντιθετικώτερα effeоruntur, eo reddunt ἀστειότερα. Suspectus tamen non parum vsus nimiae festiuitatis, vt loquitur Cicero in Oratore ad Brutum. Hinc Theophrastus apud Halicarnasseum in Lisia, μειρακιώδης illas vocat, & in Isocrate apud eundem Philonicus Dialecticus, & Hieronymus Peripateticus illas exagitabant. Quin & apud Agellium li. XVIII. cap. VIII. à Lucilio in Satyra irrisae, ὡς μειρακιώδης. Quare tenendus in his modus Oratori, si personae suae ac dignitati seruire velit. Haec è Rhetorum myrothecio eo libentius adscripsi, quod in Prolegom. dialogi Ciceroniani Erasmum videam his non intellectis, occasionem arripuisse, vt in Ciceronis Oratorum principis imitationem, à qua maxime ipse abhorrebat, haec tela vitiose torqueret. Sed domum redeundo hoc agamus.

Peribit quod Cicero scripsit.] Tale illud Pollionis Asinij, cum in eum Triumuirali tempore Augustus Fescẽninos scripsisset *At ego taceo* inquit, *Non enim est facile in eum scribere qui potest proscribere.* Macrob. lib. II. Satutn. cap. IIII.

Apud Cestium Praetorem] *praeceptorem* diuinaram: vel *Pium*: hoc enim illi cognomen cõstanter tribui video: cuius me coniecturae nõdum poenitet nec cur poenitere debeam, video. Prẽsertim cum idem Nic. Fabro homini doctissimo in mentem venisse obseruarim. Cassius enim Seuerus ad Praeceptorem vocauit Cestium (non Praetorem vt arbitror) quod in Milonem dixisset, in scholis contra Ciceronem; vt ait extrema praefat. li. III. Epitomae Declamat. scriptum erat *Pr*; librarius *Pr.* exscripsit. Hinc origo mendi.

Quid ita te fruar?] locus est. Sic in Cont. XXVII. Pompeius Silus iusiurandum concipit. *Ita mihi superstite filio mori liceat.* Exstatque in Fabio lib. IX. cap. II. Et in eadem Mento: *Ita mihi libero viuere contingat & mori. Ita oculos meos fily manus operiant.* Vide & Controu. X. & XVI. Et quod est à doctissimo I. C. in tanta Formularum copia omissum: *Ita incolumi Caesare moriar*: Vtitur apud Ciceronem Balbus, lib. 9. epist. 9. ad Atticum.

Asiam obtineret] Appianus M. Tullium M. F. Syriae ab Octauiano Praetorem factum scribit: Plutarch. etiam collegam sibi in Consulatu adsciuisse: Sub quo Senatus, Antonij imagines sustulit, honores antiquauit, & ne quis Antoniorũ *Marcus* appellaretur, decreuit. Sic in Ciceronis domũ vltionis de Antonio finis collatus. Simile quid de *Marci* praenomine familiae adempto notare memini ad scriptorem de viris illustribus cap. XXIV. in Manlio Capitolino.

Siquid ex ea superat] *supererat* edidi, vt scriptum repperi. Vitiose olim, ex compendijs literarum p vt saepe admonui. M. Tullium M. F. binos saepe congios simul haurire solitum refert Plinius lib. 14. Nat. Hist. cap. 22. Memoriam autem nimio potu labefactati, idem alibi, omnisque Physicorum schola, ac Medicorum tradit.

Non exigeret Scordalus] Hęc mihi alieno loco collocata videntur, at non facile dixerim quo pertineant: nec quam velim, medicinam facere possum, nec si possim, sine libris auctoritatibus. Antiqua Rom. editio praefert: *Erat autem etiam ibi Pietas, Niger & Cotula.* Tentandũ, vt verbis praeeundo aliorum industriam exacuam. *Erat autem ibi pietas non exigua & Scordalus.* vel illud, *Pietas non exigua*, ad oram libri adscriptum, in seriem, vt fit, irrepsit. vel *Erat autem ibi pietas Non efficeret κόρδαλος; Hybreae differtissimis viri filio, &c.* Nam *Scordalus*, quis fit nondum repperi, nisi forte vt ebriosi hominis nomẽ fuit vt ex Seneca philosopho colligo ep. LXXXIII. *Tillius Cimber & nimius erat in vino, & Scordalus.* Quid si *Cordulum* legas? Κόρδυλον, exiguum thunnum forte per iocum, vt solet ingeniosus Rhetor, appellat Marci Tullij filium, qui poenas

capiat

capiat, imperiumque exerceat. Estque & ἀμφίβιον animal, quod soli expositũ interit, Aristoteli & Athenæo. Nihil temere affirmo.

Ἀγνωμόνων πατέρων] hæc ex libri Couarruuiani obscuris litteris exculpere licuit, siue ἀτίμων πατέρων. caussam autem eandem hanc esse atque παρανοίας, quæ item ad parentes pertinebat, Io. Per. Nunnesius existimabat. Apud Sopatrum enim ἐν ταῖς διαιρέσεσι τῶν ζητημάτων sic legitur: Ἡ παράνοια δεῖ τὸ μὴ ἐπιγνῶναι τὸ πλησίον, τὸ τοὺς συγγενεῖς ἀγνοεῖν, τὸ ἀνακόλουθα ποιεῖν, τὸ μὴ συνιέναι τὰ πραττόμενα, τὸ λόγοις σφάλλεσθαι. His ita positis hunc sensum eliciebam. Non conferret Scordalus culpam in παράνοιαν patris, quod filius esset viri disertissimi, quique λόγοις σφάλλεται, καὶ μὴ συνίεναι τὰ πραττόμενα, vix posset vulgo parentes culpæ affines iudicantur, si quid filij peccarint, quod præpostere illos instituerint. Verum mihi futura hæc planiora videntur, si quis hoc glossema ὀβελίζοι: nam & illa, *partibus stultorum*, cum Græcorum verborum interpretatio esset, hic intrusa: *patribus* enim, non *partibus* vetus liber præfert. Idem tamen, ne quid dissimulem, Seneca extr. Contro. XXXIV. *Æmilianus*, inquit, *Græcus Rhetor, quod genus stultorum amabilissimum est.* Sic enim de veteri libro emendo. Reponebam igitur hoc loco: *Hybrias patris locum ad litteram omnib. agnoscentib. &c.* Recitauit forsitan Rhetor illa ex Catone Maiore M. Tullij: Quid enim vetat coniecturis, si non veris, ad docendum saltem accommodatis, agere in tantis Antiquitatis tenebris? *Sophocles*, inquit, *ad summam Senectutem Tragœdias fecit: qui propter studium cum rem familiarem negligere videretur, à filijs in crimen vocatus est; vt quemadmodum nostro more, male rem gerentibus patribus bonis interdici solet; sic illum quasi desipientem, à re familiari remouerent iudices. Tum Senex dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat, & proxime scripserat, Oedipum Coloneum recitasse iudicibus, quæsisseque num illud carmen desipientis videretur: Quo recitato sententijs iudicum est liberatus.* Nam & hanc ipsam actionem παρανοίας vocat Lucianus Μακροβίοις. Σοφοκλῆς γέρων καὶ αὐτὸς ... ζήσας ἔτη. οὗτος ὑπὸ Ἰοφῶντος, τοῦ υἱέος ἐπὶ τέλει τοῦ βίου παρανοίας κρινόμενος ἀνέγνω τοῖς δικασταῖς Οἰδίπουν τὸν ἐπὶ Κολωνῷ, ἐπιδεικνύμενος ὅπως τὸν νοῦν ὑγιαίνει, ὡς τοὺς δικαστὰς τὸν μὲν ὑπερθαυμάσαι, καταψηφίσασθαι δὲ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ μανίαν.

Frequentissimo tam more à iureiurando] Item ab inuocatione auspicabantur nimis frequenter, adeo vt & illud vitio verteretur. Virg. XI. Æneid.

Præfatus Diuos Solio Rex infit ab alto.

Ridetque in Diuinatione Cicero. Q. Cæcilium, qui ex veteri aliqua oratione, hoc fere dicendi initium faceret: *Iouem ego optimum Maximum.* Et Demosthenes sic præfatur, orat. de Corona. Πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, ὅσην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν. Et Val. Max. in prooemio. Turnebus Galliæ ocellus lib. XIV. aduersar. cap. XIII. & Seruius in VII. Æneidos Tullij è diuinatione locum citans veterem morem explicat præfandi à Deorum commemoratione.

Iuba & Petreius] Q. Scipio, M. Petreius, L. Afranius & M. Cato victo in Pharsalicis Pompeio, ad Iubam Mauritaniæ Regem, dum in Ægypto Cæsar res gereret, fugerunt: factoque exercitu, collatis ad Tapsum cum Cæsare signis, victi sunt. Post prælium Petreius Iubam rogatus, & sese interemit, anno ni fallor, DCCVII. post R. C. Hirtius, Dio, Appianus, & Velleius Paterculus, Paullo aliter Florus lib. IV. Epit. & Orosius lib. VI. cap. XVI.

IO. PETREIVS.

QVO *Cæsar vltro*] Plut. in vita Cice. de colloquio Cæsaris cum Cicerone, & ipse etiam Cicero in oratione pro Q. Ligario.

Relinquere ante cœperit] Sic emenda; *Quæ nequid te putes earum illi relinquere, ante te perit.* i. non potes seruare illi aliquã rem charam, hoc est te ipsum quoniam illa iam interiit.

Non esset] forte, *non posset* vtrobique castigandum.

FINIS LIBRI SVASORIARVM.

M. ANNÆI
SENECAE
CONTROVERSIARVM XXXV.

Libri quinque.

Cum NOTIS *&* CONIECTVRIS *Variorum Auctorum.*

INDEX

CONTROVERSIARVM XXXV.

LIBRI PRIMI.

Procemium ad filios, quo suam prædicat memoriam, mox & Porcium Latronem laudat.

CONTROV.

I. Patruus abdicatus.
II. Sacerdos prostituta.
III. Incesta de saxo.
IV. Vir fortis sine manibus.
V. Raptor duarum.
VI. Archipiratæ filia.
VII. Tyrannicida à piratis dimissus.
VIII. Ter fortis.

LIBRI SECVNDI.

Præfatio de Fabiano Philosopho Arellij Fusci & Blandi discipulo, ad Melam F.

IX. Adoptandus post tres abdicatos.
X. Iusiurandum mariti & vxoris.
XI. Raptor patrem suum non exorans.
XII. Nepos ex meretrice susceptus.
XIII. Torta à tyranno pro marito.
XIV. Pater & filius luxuriosi.
XV. Peregrinus negotiator.

LIBRI TERTII.

In Procemio de Albutio Silone, & quadam de Gallione.

XVI. Ab archipirata filio dimissus.
XVII. Popilius Ciceronis interfector.
XVIII. Ter abdicatus venenum terens.
XIX. Mater cæca filium retinens.
XX. Quinquennis testis in procuratorem.
XXI. Dementiæ accusatur, qui seruo filiam iunxit.
XXII. Cauete proditionem.
XXIII. Mutanda optio raptore conuicto.

LIBRI QVARTI.

Præfatione, de Montano Votieno, & Porcio Latrone, ac declamandi ratione.

XXIV Cimon ingratus Calliæ.
XXV. Flamininus inter cœnam reum puniens.
XXVI. Expositum repetens è duobus.
XXVII. A filio in arce pulsatus.
XXVIII. Priuignus ab auo raptus nouercæ.
XXIX. Filia conscia in veneno priuigni.

LIBRI QVINCTI.

Procemio de Scauro, Labieno, Musa, Oscho, Sparso, C. Silone, Turrino, Clodio patre & filio, & de libris exustis Labieni, & de Scauri orationibus.

XXX. Lugēs pauperis filius, diuitē sequens.
XXXI. Vir fortis non cedens forti patri.
XXXII. Demens quod moti coegerit filiam.
XXXIII. Debilitans expositos, seu mendici debilitati.
XXXIV. Parrasij Prometheus.
XXXV. Fur accusator proditoris.

M. ANNÆI SENECÆ RHETORIS CONTROVERSIARVM LIBER I.

Seneca Nouato, Senecæ, Melæ filiis salutem.

EXIGITIS rem magis iucundam mihi, quam facilem. Iubetis enim, quid de his declamatoribus sentiam, qui in ætatem meam inciderunt, indicare, & si qua memoriæ meæ nondum elapsa sunt, ab illis dicta colligere: vt quamuis notitiæ vestræ subducti sunt, tamen non credatis tantum de illis, sed etiam iudicetis. Est fateor, iucundum mihi redire in antiqua studia, melioresque ad annos respicere, & vobis querentibus quod tantæ opinionis viros audire non potueritis, detrahere ipsam temporum iniuriam. Sed cùm multa iam mihi ex me desideranda senectus fecerit, oculorum aciem retuderit, aurium sensum hebetauerit, neruorum firmitatem fatigauerit: inter ea quæ retuli, memoria est, res ex omnibus partibus animi, maxime delicata & fragilis: in quam primam senectus incurrit. Hanc aliquando in me floruisse, vt non tantum ad vsum sufficeret, sed in miraculum vsque procederet, non nego. Nam & duo millia nominum recitata, quo ordine erant dicta, reddebam: & ab his qui ad audiendum præceptorem nostrum conuenerant, singulos versus à singulis datos, cum plures quam ducenti efficerentur, ab vltimo incipiens vsque ad primum recitabam. Nec ad complectenda tantum, quæ vellem velox erat mihi memoria: sed etiam ad continenda quæ acceperat. Nunc autem & ætate quassata, & longa desidia, quæ iuuenilem quoque animum dissoluit, eo perducta est, vt etiam si possit aliquid præstare, tamen promittere non possit: & diu ab illa nihil repetiui. Solebat bonæ fidei esse. Nunc quia iubetis, quid possit experiar, & illam cum cura scrutabor. Ex parte enim spero bene. Nam quæcunque apud illam aut puer, aut iuuenis deposui, quasi recẽtia, & modo audita sine cunctatione profert. At si qua illi intra proximos annos commisi, sic perdidit & amisit, vt etiam si sæpius ingerantur, totiens tanquam noua audiam. Itaque ex memoria, quantum vobis satis sit, superest. Neque enim de his interrogatis, quos ipsi audistis: sed de his, qui ad vos vsque non peruenerunt. Fiat quod vultis: mittatur senex in scholas. Illud necesse est impetrem, ne me quasi certum aliquem ordinem velitis sequi in contrahendis quæ mihi occurrent. Necesse est enim per omnia studia mea errem, & passim quicquid obuenerit apprehendam. Controuersiarum sententias forte ponam pluribus locis in vna declamatione dictas. Non enim dum quæro aliquid, inuenio: sed sæpe quod quærenti non comparuit, aliud agenti præsto est. Quædam vero quæ obuersantia mihi, & iam ex aliqua parte se ostendentia non possum occupare, eadem securo & composito animo subito emergunt. Aliquãdo etiam seriam rem agenti & occupato, sententia diu frustra quæsita intempestiue molesta est. Necesse est ergo me ad delicias componam memoriæ meæ, quæ mihi iam olim precario paret. Facitis autem iuuenes mei, rem necessariam & vtilem, quod non contenti exemplis sæculi vestri, prioris quoque vultis cognoscere. Primum, quia quo plura exempla inspecta sunt, plus eloquentia proficitur. Non est vnus, quamuis præcipuus sit, imitandus: quia nunquam par sit imitator auctori. Hæc natura est rei. Semper citra veritatem est similitudo. Deinde vt possitis æstimare, quantum quotidie ingenia decrescant: & nescio qua iniquitate naturæ, eloquentia se retro tulerit: quicquid Romana facundia habet, quod insolenti Græciæ aut opponat, aut præferat, circa Ciceronem effloruit. Omnia ingenia, quæ lucem nostris studiis attulerunt, tunc nata sunt. In deterius deinde quotidie data res est: siue luxu temporum. nihil est enim tam mortiferum ingeniis, quam luxuria: siue cum præmium pulcherrimæ rei cecidisset, translatum est omne certamen ad turpia, multo honore quæstuque vigentia: siue fato quodam, cuius maligna perpetuaque in omnibus rebus lex est, vt ad summum perducta, rursus ad infimum, velocius quidem quam ascenderant, relabantur. Torpent ecce ingenia desidiosæ iuuentutis nec in vllius honestæ rei labore vigilatur. Somnus languorque, ac somno & languore turpior, malarum rerum industria, inuasit animos. Cantandi, saltandique nunc obscœna studia effeminatos tenent: & capillum frangere, & ad muliebres blanditias vocem extenuare, mollitie

corporis

corporis certare cum feminis, & immundissimis se excolere munditiis, nostrorũ adolescentium specimen est. Quis æqualium vestrorum, quid dicam satis ingeniosus, satis studiosus, imo quis satis vir est? Emolliti, eneruesque, quod nati sunt, inuiti manent? expugnatores alienæ pudicitiæ, negligentes suæ. In hos nec Dij tantum mali permittant, vt cadat eloquentia: quam non mirarer, nisi animos, in quos se conferret, eligeret. Erratis, optimi iuuenes, nisi illam vocem non M. Catonis, sed oraculi creditis. Quid enim est oraculũ? Nempe voluntas diuina, hominis ore enunciata. Et quem tandem antistitem sanctiorem inuenire sibi diuinitas potuit, quam Catonem, per quem humano generi non præciperet, sed conuicium faceret? Ille ergo vir quid ait? Orator est, Marce fili, vir bonus, dicendi peritus. Ite nunc: & in istis vulsis atque expolitis, & nusquam nisi in libidine, vitis, quærite oratorem. Merito talia habent exempla, qualia ingenia. Quis est, qui nunc memoriæ studeat? Quis qui non dico magnis viribus, sed suis placeat? Sentẽtias à disertissimis viris factas, facile in tanta hominum desidia pro suis dicunt: & sacerrimam eloquentiam, quia præstare non possunt, violare non desinunt. Eo libentius, quod exigitis, faciam. Et quæcunque à celeberrimæ facundiæ viris dicta teneo, ne ad quemquam priuatim pertineant, populo dedicabo. Ipsis quoque multum præstaturus videor, quibus obliuio imminet, nisi aliquid tradatur posteris, quo memoria eorum producatur. Fere enim aut nulli commentarij maximorum declamatorum extant: aut, quod peius est, falsi. Itaque ne aut ignoti sint, aut aliter quam debeant noti, summa cum fide suum cuique reddam. Omnes autem magni in eloquentia nominis videor audisse. Nec Ciceronem quidem ætas mihi eripuerat, sed bellorum ciuilium furor, qui tunc totum orbem peruagabatur. intra coloniam meam me continuit. Alioquin in illo atriolo, in quo duos grandes prætextatos ait secum declamare solitos, potui illud ingenium, quod solum populus Romanus par imperio suo habuit, cognoscere: & quod vulgo de alio dici solet, sed de illo proprie debet, potui viuam vocem audire. Declamabat autem Cicero, non quales nunc Controuersias dicimus, nec tales quidem, quales ante Ciceronem dicebantur, quas theses vocabant. Hoc autem genus materiæ, quo nos exercemur, adeo nouum est, vt nomen quoque eius nouum sit. Controuersias nos dicimus: Cicero causas vocabat. Hoc vero alterum nomen Græcum quidem est sed in Latinum ita translatum, vt pro Latino sit. Scholastica controuersia multo recentius est, sicut ipsa declamatio. apud nullum auctorem antiquum, ante ipsum Ciceronem & Caluum, inueniri potest, qui declamationem distinguit. Ait enim, Declamare est, iam non mediocriter dicere. Bene alterum putat domesticæ exercitationis esse, alterum veræ actionis. Modo nomen hoc prodiit. Nam & studium ipsum nuper celebrari cœpit. Ideo facile est mihi ab incunabulis nosse rem post me natam. In aliis autem an beneficium vobis daturus sim, nescio: in vno accipio. Latronis enim Porcij, carissimi mihi sodalis, memoriam sæpius cogar retractare, & à prima pueritia vsque ad vltimũ eius diem perductam familiarem amicitiam cum voluptate maxima repetam. Nihil illo viro grauius, nihil suauius, nihil eloquentia sua dignius. Nemo plus ingenio suo imperauit. Nemo plus indulsit. In vtraque parte vehementi viro modus deerat: nec intermittere studia sciebat, nec repetere. Cum se ad scribendum concitauerat, iungebantur noctibus dies: & sine interuallo grauius sibi instabat: nec desinebat, nisi defecerat. Rursus cum se dimiserat, in omnes lusus & in omnes iocos se resoluebat. Cum vero se siluis montibusque tradiderat, omnes illos agrestes in siluis ac montibus natos, laboris patientia ac venandi sollertia prouocabat: & in tantã sic viuendi peruenerat cupiditatem, vt vix posset ad priorem cõsuetudinem retrahi. At cum sibi manum iniecerat, & se blandiendo vnde abduxerat, reuocarat, tantis viribus incumbebat in studium, vt non tantum nihil perdidisse, sed multũ acquisiuisse desidia videretur. Omnibus quidem prodest subinde animum relaxare. Excitatur enim otio vigor: & omnis tristitia, quæ continuatione pertinacis studij adducitur, feriarum hilaritate discutitur. Nulli tamen intermissio manifestius proderat. Quotiens ex interuallo dixerat, multo acrius violẽtiusque dicebat. Exultabat enim nouato & integrato robore: & tantum à se exprimebat, quantum concupierat. Nesciebat dispensare vires suas, sed immoderati aduersum se imperij fuerit. Ideoq; studium eius prohiberi debebat, quia regi non poterat. Itaque solebat & ipse, cum se assidua & nunquam intermissa contentione fregerat, sentire ingenij lassitudinem: quæ non minor est quam corporis, sed occultior. Corpus illi erat & natura solidum & multa exercitatione duratum. Ideoq; nunquam eum ardentis impetus animi deseruit, Vox robusta, sed sordida lucubrationibus, & negligentia, non natura, infuscata: beneficio tamen laterum extollebatur: & quamuis inter initia parum attulisse virium videretur, ipsa actione acrescebat. Nulla vnquam illi cura vocis exercendæ fuit. Illum fortem, agrestem, & Hispanitæ consuetudinis morem non poterat dediscere: vtcunque res tulerat, ita viuere: nil vocis causa facere: non illam per gradus paullatim ab imo vsque ad summum perducere, non rursus à summa contentione paribus interuallis descẽdere, non sudorem vnctione discutere, non latus ambulatione reparare. Sæpe cum per totam lucubrauerat noctẽ, ab ipso cibo statim ad declamandum perueniebat. Iam vero cum rem inimicissimam corpori faceret, vetari nullo modo poterat. Post cœnã fere lucubrabat, nec patiebatur alimenta per somnum quietemque æqualiter digeri, sed perturbata & dissipata in caput agebat. Itaq; & oculorum aciem contuderat, & colorem mutauerat. Memoria & natura quidem felix, sed plurimum adiuta arte. Nunquam ille quæ dicturus erat, ediscendi causa relegebat. Edidicerat illa, cum scripserat, cũ id in illo magis mirabile videri possit, quod nec lente & anxie, sed eodem pæne, quo dicebat, impetu scribebat. At illi qui scripta sua torquent, qui de singulis verbis in consilium veniunt, necesse est, quæ totiens animo suo admouerint, nouissime affigant. At quorumcunque stilus est velox, tardior memoria est. In illo non tãtum naturalis memoriæ felicitas erat, sed ars summa, & ad apprehẽdenda quæ tenere debebat, & ad custodiẽda, adeo vt omnes declamationes suas qualescunque dixerat, teneret. Iam itaque superuacuos sibi fecerat codices. Aiebat se

scribere in animo. Dicebat ita vt in nullo vnquã verbo eum memoria deceperit. Historiarum omnium summa notitia: iubebat aliquem nominari ducem, & statim eius acta cursu reddebat. Adeo quæcunque in animum eius semel descenderant, in promptu erant. Video vos, iuuenes mei, plus iusto ad hæc eius virtutem obstupescere. Alia vos in illo mirari volo. Hoc quod tam vobis mirum videtur, non operosa potest tradi arte. Intra exiguum paucissimorum dierum tempus, poterit quilibet facere id quod Cyneas fecit: qui missus à Pyrrho legatus ad Romanos, postero die nouus homo & senatum, & omnem vrbanam circumfusam senatui plebem, nominibus suis persalutauit. Aut quod ille fecit, qui recitatum à poëta carmen nouum, suum esse dixit, & protinus memoria recitauit: cum hoc ille cuius carmen erat, facere non posset. Aut quod fecit Hortensius: qui à Sisenna prouocatus, in auctione persedit diem totum, & omnes res, & pretia, & emptores ordine suo argẽtariis recognoscentibus, ita vt in nullo falleretur, recensuit. Cupitis statim discere. Suspendã cupiditatem vestram, & faciam alteri beneficio locum. Interim hoc vobis, in quo iam obligatus sum, persoluam. Plura fortasse videor de Latrone meo vobis, quã audire desideratis, exposuisse. Ipse quoque hoc præuideram futurum, vt à memoria eius, quotiens occasio fuisset, difficulter auellerer. Tamen nec his contentus ero, sed quotiens me inuitauerit memoria, libẽtissime faciam, vt illum totum & vos cognoscatis, & ego recognoscam. Illud vnum non differam, falsam opinionem de illo in animis hominum conualuisse. Putant enim fortiter quidem, sed parum subtiliter eum dixisse: cum in illo si qua alia virtus fuit, etiam subtilitas fuerit. Id quod nunc à nullo fieri animaduerto, semper fecit. Antequam dicere inciperet, sedens, quæstiones eius, quam dicturus erat controuersiæ proponebat, quod summæ fiduciæ est. Ipsa enim actio multas latebras habet: nec facile potest, si quo loco subtilitas defuerit, apparere: cum orationis cursus iudicium audientis impediat, dicentis abscondat. At vbi nuda proponuntur membra, si quid aut numero, aut ordine excidit, manifestum est. Quid ergo? Vnde hæc de illo fama? Nihil est iniquius his qui nusquã putant esse subtilitatem, nisi vbi nihil est præter subtilitatem: & in illo cum omnes oratoriæ virtutes essent, hoc fundamentum tot & tantis superstructis molibus obruebatur. Nec deerat in illo, sed non eminebat. Et nescio an maximum vitium subtilitatis sit, nimis se ostendere. Magis nocent insidiæ, quæ latent. Vtilissima est dissimulata subtilitas, quæ effectu apparet, habitu latet. Interponã itaque aliquibus locis quæstiones Controuersiarum, sicut ab illo propositæ sunt. Nec his argumenta subtexam, ne & modum excedam, & propositum tam meum quam vestrum, cum vos sententias audire velitis, & quicquid ab illis abduxerit, molestum futurum sit. Hoc quoque Latro meus faciebat, vt amaret sententias. Cum discipuli essemus apud Marillium rhetorem, hominem satis aridum, paucissima belle, sed non vulgato genere dicentem: cum ille exilitatem orationis suæ imputaret Controuersiæ, & diceret, Necesse est me per spinosum locum ambulantem suspensos pedes habere: aiebat Latro, Non mehercules tui pedes spinas calcant, sed habent. Et statim ipse dicebat sententias, quæ interponi argumentis cum maxime declamantis Marillij possent. Solebat autem & hoc genere exercitationis vti, vt aliquo die nihil præter epichiremata scriberet, aliquo die nihil præter enthymemata, aliquo die nihil præter has translatitias, quas proprie sententias dicimus, quæ nihil habent cum ipsa controuersia implicitum, sed satis apte & alio transferuntur: tanquam quæ de fortuna, de crudelitate, de sæculo, de deliciis dicuntur. Hoc genus sententiarum supellectilem vocabat. Solebat schemata quoque per se quæcunque controuersia reciperet, scribere. Et putant illum homines hac virtute caruisse: cum ingenium quidem eius hac dote abundauerit, iudicium autem fuerit strictius. Non placebat illi orationem inflectere, nec vnquam recta via discedere: nisi cum hoc aut necessitas coegisset, aut magna suasisset vtilitas. Schemata negabat decoris causa inuenta, sed subsidij: vt quod palam aures offensurum esset, si palam diceretur, id oblique & furtim surreperet. Summam quidem esse demẽtiam, detorquere orationem, cui rectam esse liceret. Sed iam non sustineo vos morari. Scio quam sit odiosa Circensibus pompa. Ab ea autem controuersia incipiam, quam primam declamasse Latronem meum memini, admodum iuuenem, in Marillij schola, cum iam cœpisset diem ducere.

NOTÆ VBERIORES IN PRÆFATIONEM libri primi Controuersiarum.

NICOLAVS FABER.

NAM & duo millia] *Idem fere B. Augustinus de quodam Simplicio narrat, cap. 7. lib. 4. de anima, & eius origine ad Vincentium.*

Ad prædendam. Controuersiarum] *Ita plane omnes veteres, & recte. Nec enim quis in Controuersiis disponendis ordinem requireret, quæ cum inter se nullam connexitatem habeant, quomodo collocentur non multum interest. at sententiis, in vna eademque declamatione dictis, vt quo ordine prolatæ essent ponerentur, è re fortasse fuisset. quod tamen cur non præstiterit, indicat. Porro sententias ex Rhetorum scholis hoc loco & fere semper his libris, non γνώμας sed lumina orationis præcipue in clausulis posita, vel vt B. Hieronymus ad Nepotianum per fines capitulorum singulorum acuta quædam breuiterque conclusa, quæ plausus & clamores excitent audientium, intelligit. quæ etiam idem auctor epist. ad Pammachium argutas sententiolas in clausulis strictas dicit. Iuuenalis Satyr. 8.*

Quod modo proposui, non est sententia, verum est.

id est.

id eſt, non vt acute dictum & aures titillans propoſui. Plura Quinctilianus cap. 5. lib. 8.

Semper citra veritatem eſt ſimilitudo.] *Quinctilianus cap. 2. lib. 10.*

Eneruesque, quod nati ſunt,] *Hieronymus in Rhetorum ſcriptis maxime verſatus, Epiſt. ad Euſt. de custodienda virginitate. ad hunc locum reſpexit, cum ſcripſit,* Erubeſcunt eſſe quod natæ ſunt. *& propius lib. 1. in Iouin.* ob mei cultum quod nati ſunt eſſe noluerunt.

Vir bonus.] *Quinctilianus cap. 1. lib. 12. Plato in Gorgia: τὸ γὰρ μέλλοντα ὀρθῶς ῥητορικὸν ἔσεσθαι, δίκαιον ἄρα δεῖ εἶναι, καὶ ἐπιστήμονα τῶν δικαίων. Herennius tamen Senecio maluit ſatyrice hanc Catonis definitionem inuertere oratoremque definire virum malum dicendi imperitum. Plinius epiſt. lib. 4.*

Magnis viribus, ſed ſuis placeat?] *Aſſentior iis quicunque ſint qui ad oram editionis Germanicæ adnotarant forte legendum,* Magnis viris. *mollitiem igitur, inertemque virilitatem iuuentutis perſtringit.*

In illo atriolo.] *Eadē fere Suetonius de claris Rhet.* Cicero ad præturam vſque Græce declamauit: Latine vero ſenior quoque, & quidem conſulibus Hirtio, & Panſa, quos diſcipulos, & grandes prætextatos vocabat. *in aliqua fortaſſe epiſtola, quæ interciderit, nam apud Ciceronem hæc nunc quæri exiſtimo. & quidem epiſt. 16. lib. 9. ad Varronem, & alios ſcripta Iulio Cæſare 3. & M. Lepido Coſſ. Hirtium & Panſam dicendi diſcipulos, cenandi magiſtros ſe habere dicit. Quo tempore quia locus ei non erat in foro, ad declamandum ſe contulit; epiſt 18. eiuſdem lib. & vlt. lib. 7. Miror autem ſi Panſa & Hirtio Coſſ. ipſis. Reip. principibus, & Ciceroni in tanta omnium rerum & animorum perturbatione ludere vacauit. Quare vereor ne hic integra dictio pro nota accepta ſit. & cum ſcripſiſſet Suetonius,* & quidem cum Hirtio & Panſa, *exſcriptores legerint* Conſulibus.

Potui viuam vocam] *Sic Lycoſthenes Demoſthenem dicebat μόνον τῶν ῥητόρων ἔμψυχον παρέχεσθαι, ἢ σφυρήλατον τὸν λόγον. Lucianus in Demoſth. Encomio.*

Non quales] *Veteres Rhetores in virtutum ac vitiorum, paupertatis, diuitiarum, ceterarumque id genus rerum laudationibus: vituperiis quæ vel quæſtionibus generalibus ex Philoſophia morali deſumptis citra complexum perſonarum, temporum aut locorum ſeſe exercuerunt aſſumpta tamen à Dialecticis argumentandi ratione. Propria enim quæ ex perſonis, rebus: negotiorumque natura ducitur, vti non potuerunt: hancque primam & diu ſolam exercitationem habuerunt. Circa Demetrii Phalerei tempora, hoc eſt circa, Olymp. CXVII. annumque vrbis CDXL. ad imitationem fori conciliorumque Suaſoriæ, iudiciales que perſonis, locis, temporibus definitæ, negotiis que accommodatæ materiæ in ſcholis frequentari cœperunt. Quas etiam Latini tandem admiſſis puero Cicerone in vrbem Rhetoribus, L. Plotio Gallo primum Latine docente, declamitarunt. Hoc declamationum genus Controuerſias, ſiue cauſas: illud vero theſes à propoſita materia nuncuparunt. Suetonius notat συντάξεις, vel, vt vetus Cl. V. P. Pithoei liber habet, συνθέσεις. Controuerſias dictas fuiſſe, niſi potius legendum eſſet ὑποθέσεις, quo nomine à Græcis appellantur. Quæ primum autem controuerſiæ declamatæ fuerunt, vel ex hiſtoriis trahebantur, vel ex veritate ac re ſi qua forte recens accidiſſet: talesque à Cicerone, Hortenſio, Caluo, ceteriſque eius ſeculi luminibus frequentatæ fuerunt. Huius generis fuit illa Bruti pro Milone, Ceſtii in Milonem, ſuntque etiamnum illæ de ordinanda Rep. Salluſtio, & in Salluſtium Ciceroni attributæ declamationes, quæ & in veteribus exemplaribus ſic inſcribuntur. Quamuis legerimus Ciceronem iam in Rep. principem, theſibus etiam exerceri ſolitum. Tandem luxuriantibus ingeniis, & vulgaria conſuetaque faſtidientibus in materias à veritate & vſu forenſi abhorrentes, velut ad inania ſimulachra & mera ſomnia deflexerunt: quales in his libris, & apud vtrumque Quinctilianum pleraque, & quæ ab Hermogene & Sopatro proponuntur. Hæc ex Quinctiliani cap. 1. & 3. lib. 5. lib 10. & aliis locis, Suetonii lib. de claris rhet. & Taciti dialogo excerpſimus.*

Domeſticæ exercitationis.] *Quinctilianus cap. 2. & 11. lib. 2. declamationem iudiciorum conciliorumq; imaginem vocat.*

Latronis enim Porcii,] *M. Porcius Latro genere Hiſpanus,* primus clari nominis, *inquit, Quinctilianus* profeſſor, *vel vt ait Plinius,* clarus inter dicendi magiſtros, *Iudicio noſtro Senecæ tot egregiis declamatoribus qui ſecundum ingenii Auguſti ſeculum illuſtrarunt, gloriam præripuit. Volateranus cuiuſdam Maximi diſcipulum facit. vereor ne Marillium dicere voluerit quem cum noſtro auctore audiuit. eius mors exſtat in Euſebii Chronico ad Olym. CXCIIII.*

Colorem mutauerat.] *Plinius cap. 14. lib. 20. hiſt. natural. eius diſcipulos vſu cumini ſyluestris pallorem magiſtri ſtudiis contractum imitatos notat.*

Hoc quod] *Plinius cap. 24. lib. 7. Quinctilianus cap. 2. lib. 11.*

Antequam dicere inciperet,] *Id nunc temporis ab omnibus ſalitatum eſt proprie enim ſunt diuiſionis munus, vnde etiam nomen accepit. poſtea ſucceſſorum negligentia in deſuetudinem abiiſſe notat, cum ait:* Nunc à nemine fieri video. *Et certe in declamationibus Quinctiliani, quas P. Pithœus bono veterum auctorum natus reſtaurauit, & Libanii μελέταις quotus quiſque ſermo, aut quota προθεωρία quæſtiones propoſitæ Controuerſiæ exhibet?*

Nihil præter epicheremata] *Auctor ad Herennium lib. 2. argumentationem, epicherema Græcis eſſe dicit: ſed hoc ἐν πλάτει. cum enim ſit argumentatio argumenti explicatio, Enthymema argumentatio erit, & Epicheremate continebitur. quod & Apſinus lib. περὶ ἐπιχειρημάτων, & Minutianus ſiue Nicagoras lib. περὶ ἐπιχειρημάτων voluere. Melius & ad hunc locum aptius Quinctilianus, qui argumentatione, intenſione, aſſumptione, & connexione, earumq; probationibus conſtantem vocauit: & Commentator librorum Hermogenis de inuentione συλλογισμὸν μετὰ τῆς οἰκείας τῆς μορφῆς ἀποδείξεως, Enthymema vero συνεστραμμένον λόγον ἁπλῶς καθ' ἓν ἀξίωμα definit. hoc enim eſt Enthymema maxime, inquit Cicero in Top. ſi ea ratio ex contrariis ducatur, quia enim acutiſſima eſt, & vt ait Hermogenes, δόξαν δριμύτητος τῷ λέγοντι περιτίθησι, per excellentiam Enthymema vocatur. Proprie igitur & ſignificanter Iuuenalis Satyra vj. dixit.*

--- aut curtum ſermone rotato
Torqueat Enthymema.

Nam præter quam quod συνεστραμμένον ἐστὶ λόγος, eius perfectio eſt βραχύτης κώλων, καὶ εὐρυθμία κατὰ τὴν σύνθεσιν τῶν ὀνομάτων, quæ maxime auditorum animos feriunt. In his igitur duobus argumentationis generibus exercebatur Porcius. Qui de iis diuerſas auctorum ſententias ſcire deſiderabit præter Apſinum, & Minucianum, legat Quinctilianum cap. 10. & vlt. lib. 5. Chirium Fortunat. lib. 2. rhet. & Hermogenem lib. 3. de inuent.

Senec. f

Quas proprie ſententias] *Hoc loco ſententiæ γνῶμαι ſunt, quas inter προγυμνάσματα Rhetores habuerunt Aphthonius, & Theon in progymnaſmat. Quandoquidem in iis puer exercitatus eſſe deberet antequam Rhetori traderetur. Quod munus Grammaticos Rhetoribus præripuiſſe, Rhetoraſque contempſiſſe conqueritur Quinctilianus cap.1.lib.2, Tranſlatitias autem dixit, vel quod apta ſatis alio transferantur: vel quia non noua, ſed aliunde tranſlatæ eſſent. quemadmodum Aſconius traſlatitium edictum, quod ſinguli prætores à deceſſoribus ſuis mutuatum in ſuum transferebant. à Cicerone III. in Verrem dictum ſcribit, & à maioribus accepta conſuetaque tranſlatitia dicimus, quæ quia, vt plurimum, ex more potius, & dicis cauſa fiunt quàm ex animo, quæ perfunctorie geruntur, tranſlatitia appellamus, ſic enim Plinius epiſt. 37. lib.9. tranſlatitia officia, Suetonius tranſlatitium funus in Nerone, & Petronius tranſlatitiam humanitatem vocarunt.*

SCHOTTVS.

S*Enectus oculorum aciem retuderit*] Eadem P. Licinij Calui querela apud Liuium lib.V. ad V.C. *Me*, inquit, *iam non eundem ſed vmbram nomenque P. Licinij relictum videtis: vires corporis affectæ, ſenſus oculorum atque aurium hebetes, memoria labat, vigor animi obtuſus.* Et infra lib. V. procemio: *Memoria quando ſenilis marcet per ſe admonita, & aliquando laceſſita, facile ſe colliget.*

Ad duo millia nominum] Vide quæ de quorundam admirabili Memoria Plinius li. VII. cap. XXIV. Solinus cap. VII. Polyhiſtoris, Fabius li. XI. cap. II. & Valerius li. VIII. cap. VII. quæque M. Antonius Muretus li. III. Variarum lectiounm cap. I. obſeruauit.

Ad continenda quæ acceperat, fida] Vox *fida* non eſt in veteri lib. quo vſus ſum ad Senecæ Epitomam illuſtrandam Ant. Auguſtini, hominis numquam ſatis laudati: & ſane abſque ea conſtat ſententia. Alludere aotem videtur ad Iuriſconſultotum bonæ fidei creditorem, qui moras nectere non ſolet, nec fruſtrari creditorem. Poſt non longe. *Solebat*, inquit, *bonæ fidei eſſe*, id eſt, *ſine cunctatione reddit depoſita*, vt explicat Cuiacius Obſeruat. lib. VIII. cap. X. Et de Latronis memoria: *Dicebat ita, vt in nullo vnquam verbo eum memoria deciperet.*

Aut ſi qua illi] Malim: *At ſi qua illi, intra proximos annos commiſi*, Ariſtoteles Problemate V. Sect. XXX. cauſſas reddit, *διὰ τί τοὺς πρεσβυτέρους οὖσιν μᾶλλον ὀγγίνεται, μανθάνομεν δὲ θᾶττον νεώτεροι ὄντες. μανθάνομεν, φασὶ θᾶττον νεώτεροι ὄντες, διὰ τὸ μηδὲν πω ἐπίστασθαι, ὅταν δὲ ἐπιστώμεθα, οὐκ ἔτι ὁμοίως δυνάμεθα. δυνάμεθα δὲ ἴχειν. ταῦτα γὰρ καὶ μνημονεύομεν μᾶλλον, οἷς ἂν ἕωθεν πρῶτον ἐντυγχάνομεν, ἔπειτα προϊόντος τῆς ἡμέρας, οὐκ ἔτι ὁμοίως, διὰ τὸ πολλοῖς ἐντετυχηκέναι.*

Mittatur ſenex in ſcholas] Prouerbij ſpeciem præfert, quale Horatianum illud:

Spectatum ſatis, & donatum iam rude, quæris
Mecœnas iterum antiquo me includere ludo.
Non eadem eſt ætas, non mens ——

Quæ obſeruantia] Probo veteris illius lib. ſcripturam: *Quæ obuiantia mihi* Fort. & *obuerſantia* ſcriptum erat, & à librariis in deſcribendo, vt fit, corruptum.

Precario non paret] Alij affirmate legunt *precario paret.* Reſpexit Iuriſconſultorum formulam qua res precario rogabantur; & res pignori creditoribus oppoſitas debitores precario rogare ſolitos ait Vlp. in L. Certe §. vlt. ff. De precario: & Pomponius in L. Si debitor. ff. eod. & alias ſæpe. Tertullianus li. V. aduerſus Marcionem, *Aliena tribus modis ſunt*, ait, *Iure, beneficio impetu*: hoc eſt, *dominio, precario & vi.* Et Terent. in Eunucho:

Vel vi, vel clam, vel precario.

Iniquitate naturæ, Eloquentia ſe retro tulerit] vetus l. *Natura ſe retro tulerit.* Salluſtius Catilin. *Reſp. magnitudine ſua Imperatorum atq; Magiſtratuum vitia ſuſtentabat, ac ſicuti effeta parente, multis tempeſtatibus haud ſane quiſquam Romæ virtute magnus fuit.* Priora quoq; illa. *Et ad malum promtæ* aberant, vt & à libris Ferd. Pincian.

Quod inſolenti Græciæ opponat, aut præferat] Ceſtius Pius Suaſor. VII. de Cicerone: *Iniuriam illum facturum populo Rom. cuius linguam in ciuem extuliſſet, vt inſolentis Græciæ ſtudia tanto antecederet Eloquentia, quanto Fortuna.* Sic & Fabius li. XII. cap. V. Et X. c. I. *Oratores*, inquit, *vel præcipue Latinam eloquentiam parem facere Græcæ poſſunt: nam Ciceronem cuicumque eorum fortiter oppoſuerim.* Et vero hæc aurea illa ætas, qua ad ſummum perducta Eloquentia eſt, & Ciceronis Cæſariſq; tempora comprehendit.

In deterius data res] Virgilianum reſpexit. I. Georg.

—— *Sic omnia fatis*
In peius ruere, ac retro ſublapſa referri.

Solinus, Polyhiſtoris cap. II *Cæſar Auguſtus principatum ita ingreſſus eſt, vt vigilantia eius non modo ſecurum, verum etiam tutum imperium eſſet. Quod tempus ferme ſolum repertum eſt, quo plurimum, & arma ceſſauerunt, & ingenia floruerunt: ſcilicet, ne inerti iuſtitio languerent virtutis opera, bellis quieſcentibus.*

Torpent ecce ingenia deſidioſa iuuentutis] Quanto iuſtior hæc noſtri ſæculi quærela eſt! queritur & Tacitus, ſiue is potius Fabii libellus eſt, *De cauſis corruptæ & degenerantis Eloquentiæ.* quem cum his Senecæ comparari volo.

Mollitia corporis] Sic controuerſia IX. *Aliqua ex commentariis amici tui deſcribe: madentem vnguentis heſternis* (fort. *externis*) *conuulneratum libidinibus, incedentem vt feminis placeat, femina mollius: & cetera quæ morbi, non iudicij ſunt.*

Oraculum voluntas diuina] Quæ inſtinctu diuino afflatuque funduntur oracula: Cicero de Diuinat. & in Topic. *Oracula eo ipſo appellata ſunt, quod ineſt in his Deorum oratio.*

Orator eſt vir bonus] Vide Fabium procemio Inſtitut. Oratoriar. & lib. XII. cap. I. vbi & M. Catoni hanc ſententiam attributam diſerte defendit. Ciceroni eam maxime probatam ſuſpicor.

In iuſtis fluxis atque expolitis] Sic & in veteri Couarruuiano: recte tamen in altero cod. *Vulſis atque expolitis* qui Græcis *πεπιλωμένοι*, & Iuuenali Satyr. VIII.

---- *reſignata iuuentus.*

Videndus Clemens Alexandrinus, diſſerens diſerte in molles lib. III. *παιδαγωγοῦ* cap. 3. *Fluxis* etiam pro *mollibus & eneruatis* Seneca dixiſſe videatur. Ouidius:

Sint procul à vobis iuuenes vt femina compti
Fine coli modico forma virilis amat. &:
Forma viros neglecta decet. Vide Contro. IX.

Memoria earum producatur] Hoc eſt, *proferatur*: vt in

in aurea illa Varronis sententia: *Vitam legendo, & scribendo procudito.* Et mox Seneca de Latrone: *A prima pueritia vsque ad vltimum eius diem productam familiarem amicitiam cum voluptate maxima repetam.*

In quo duos grandes prætextatos] Suetonius de claris Rhetoribus: *Cicero ad Praturam vsque Græce declamauit; Latine vero senior, & quidem Coss. Hirtio & Pansa, quos discipulos & grandes prætextatos vocabat.* Sed de his nos in Prolegomenis. Non igitur assentior homini docto, qui contra Suetonij auctoritatem & M. Fabij Coss. tanquam glossema delendum censet.

Potui viuam vocem audire] Suspicor *haurire* legendum: alioqui dicti venustas peribit, nisi fort. ea in *Viua voce* consistit, quæ maiorem habet, quam scripa, ἐνέργειαν. *Viua enim*, inquit ille, *vox magis afficit, quam muta magistri*: Aut Æschinis de Demosthene dictum respexit: *Quid si viuam vocem audiuissetis?*

Controuersias nos dicimus, Cicero Caussas] Immo & ipse ὑποθέσεις *Caussas* vocat in Partitionibus & Controuersias in Topicis: Θέσεις vero *Consultationes & Proposita*. Hæc finitarum Quæstionum, illa infinitarum sunt in quibus Ciceronem iam iam in Rep. principem exerceri solitum Fabius ait. li. x. cap. v. quem lege, & lib. III. cap. 5.

Sicut ipsa Declamatio] Mollit itaq; vocis nouitatem Cicero in Bruto: *Commentabar*, inquit, *declamitans (sic enim nunc loquuntur) sæpe cum M. Pisone, & cum Q. Pompeio, aut cum aliquo* (fort. *alio*, vel potius *Ælio*) *quotidie: idq; faciebam multum etiam Latine, sed Græce sæpius.* Idem quoque Cicero *Fauorem* & *Vrbanum* noua cudit in epist. ad Brutum, & ad Pulchrum lib. III. ad Famil. Idem putat à Terentio primum dictum esse *Obsequium*. Lege Fabium lib. VIII. cap. III

Alterum vere actionis] Est enim *Declamatio* iudiciorum conciliorumque imago veritati similis, & forensium actionum meditatio. Fabius lib. II. cap. x. & lib. IV. cap. II. & lib. x. cap. v. Quibus veluti præpilatis ad pugnam forẽsem exerceri olim solebant. Idem lib. v. cap. XII.

Prodest subinde animum relaxare] Ouidij illud nobis pueris occinebatur, Epist. III.

Quod caret alterna requie durabile non est:
Hæc reparat vires fessaque membra leuat.
Arcus & arma tua tibi sint imitanda Diana:
Si nunquam cesses tendere, mollis erit.

Et colorem mutauerat] Latronis quoque auditores cumini esu colorem mutasse, vt eum æmulari viderentur, auctor est Plinius lib. xx. Nat. Hist. cap. XIV. Antea *contuderat*, multo malim quam *confuderat*. Iam enim de oculorum acie hebetata disseruit.

Quod Cyneas fecit] Plinius lib. VII. cap. XXIV. *Cyrus rex omnibus in exercitu suo militibus nomina reddidit. L. Scipio pop. Rom. Cyneas Pyrrhi Regis legatus, Senatui & Equestri ordini Romæ, postero die quam aduenerat* Ibidem, eiusque simia Solinus, de Mithridatis, Simonidis & Metrodori, sicut de Themistoclis, Crassi & Theodectæ memoria. M. Fabius lib. XI. cap. II. extremo, & Valerius Maximus lib. VIII. cap. VII.

Aut quod fecit Hortensius] De quo M. Tullius in Bruto: *Memoria tanta, quantam in vllo cognouisse me arbitror; vt quæ secum commentatus esset, ea sine scripto, verbis iisdem redderet, quibus cogitauisset. Hoc adiumento ille tanto sic vtebatur, vt sua & commentata & scripta, & nullo referente omnia aduersariorum dicta meminisset.* Prædicat eandem in Lucullo; qui Noni, est Academicarum quartus; item Tusculana I. & III. de Oratore.

Sedens quæstionem] Quod est de se confidentis, stantes enim orabant: qui gestus attentiorem reddit Oratorem. Plena omnis exemplorum antiquitas. Homerus Iliad. ά.

Τοῖσι δ' ἀνιστάμενος μετέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς.

Vbi Scholiastæ legendi. Sedentem verò Latronem inducit extrema Suasoria I. Silo quoque Pompeius sedens facundus & disertus erat. Inf. præfat. lib. III. Epitomes, & M. Tullius lib. I. extr. de Oratore.

Apud Marullum] Marilium scriptum est in Veteri quattuor syllabis, qui Contr. x. & XVII. totidem syllabis, sed geminata liquidâ *Marillus* scribitur, & vtrobique *præceptor nominatur.*

Odiosa res Circensibus pompa] Moram enim iniiciebat illi qui ludorum spectaculo magis delectabantur; Pompa enim ludos præcedebat: quod ex Dionysij Ῥωμαικῆς ἀρχαιολογίας lib. VII. extremo didici, vbi multa de his illustria leguntur. Πρὶν ἄρξασθαι τῶν ἀγώνων πομπὴν ἔστελλον τοῖς θεοῖς, οἱ τὴν μεγίστην ἔχοντες ἐξουσίαν ἀπὸ τοῦ Καπιτωλίου τε καὶ δι' ἀγορᾶς ἄγοντες ἐπὶ τὸν μέγαν ἱππόδρομον. ἡγοῦντο δὲ τῆς πομπῆς πρῶτον μὲν οἱ παῖδες αὐτῶν πρόσηβοί τε καὶ τὸ πομπεύειν ἔχοντες ἡλικίαν, ἱππεῖς μὲν ὧν οἱ πατέρες τιμήματα ἱππέων εἶχον. πεζοὶ δὲ οἱ μέλλοντες ἐν τοῖς πεζοῖς στρατεύεσθαι. In *sacris* quoque *Iunonis* ferendis tardissimus incessus, qui & in Prouerbium abiit, cum & thensarum vehiculis, vt ait Cicero in Verrem. Omnes Dij solemnes cœtus ludorum inibãt, cistæ & canistra ferebantur. Horatius Satyra III.

—— *Persæpe, velut qui*
Iunonis sacra ferret.

Lentus quoque in *Cereris sacris* gradus. Idem Satyra vltima.

—— *Vt Attica Virgo*
Cum Sacris Cereris procedit fuscus Hydaspes.

Circenses autem ludos *Cereri* fere celebratos pridie Eidus April. in Kalendario vetere legitur, & semel iterumque apud Tacitum xv. Annal. & II. Histor. Aug. Et Cicero I. Officiorum. *Cauendum est ne aut tarditatibus vtamur in ingressu, mollioribus ne similes pomparum ferculis esse videamur.* Sed de Cerealibus plura apud Ang. Politianum. cap. LXXXV. Miscellan.

OPSOPOEVS.

IVstus Lipsius V. Clar. Electorum I. cap. I. Censet vulgus libros eos qui Cõtrouersiarum & Suasoriarum inscribuntur, Annæi Senecæ esse, illius qui Philosophus dicitur, & qui Neroni præceptor. Censet vulgus, & ideo errat. Pugnat enim cum ea sententia Senecæ ætas, pugnat vita, pugnat stylus. Ætatis pugnam doceo quia quicumque iis libris scriptor fuit, Aug. & Tiberij æuo vixit, non Claudij & Neronis. Hoc colligo ex variis eius de se dictis. Ait alibi familiarem se fuisse Cestio Pio, Porcio Latroni, Val. Messalæ: alibi Ouidium poetam declamantem audiuisse, & Asinium Pollionem viridem cognouisse & se-

nem. Eas omnes facetijs illuſtraſſe ego ſcio medium principatum Augusti. At Senecæ celebrior ætas in Claudium incidit & Neronem. Addit imo amplius ille ſcriptor, ea ætate ſe fuiſſe vt Ciceronem ipſum audire potuerit declamantem. Verba eius ſunt Præfatione prima: *Omnes autem magni nominis mihi videor audiuiſſe, præter Ciceronem. Nec Ciceronem quidem ætas mihi eripuerat, ſed bellorum ciuilium furor, qui tunc totum orbem peruagabatur. Intra coloniam meam me continui, alioqui potuiſſem eum audiſſe in illo atriolo, in quo duos grandes prætextatos ait ſecum declamare ſolitos.* Ne quis mihi, quæſo, ad hunc locum nebulas aut nugas. Ait ſe Ciceronem audire potuiſſe declamantem cum duobus grandibus prætextatis. Hi fuerunt Hirtius & Dolabella: quos ideo ludēs ſic appellat, quia tunc in prætexta toga erant & in magiſtratu. Eos per bellū ciuile Cæſaris Cic. (vt ipſe alibi ait) dicendi diſcipulos habuit, cœnandi magiſtros. Vide quo ætatem ſuam producat ille ſcriptor. Ante Cæſaris mortem non ſolum natus fuiſſe debuit, ſed etiam annos aliquot habuiſſe legitimos ad audiendum Ciceronem. Quomodo hæc æui, vt ſic dicam, granditas cadet in hunc noſtrum Senec. qui mortuus Silio & Attico conſulibus, extremo imperio Neronis? i. centum & xv. annis poſt illud æuum. Sed enim occurrunt huic rei, Et vixit, inquiunt. Sen. annos ad centum xiv. alij etiam liberalius, centum xxiv. ita enim ſcribūt paſſim in hiſtoria eius vitæ. Homines præſtigiatores! & præ quorum arte in recoquēdis ſenibus nihil ſit Medea. Sed quid nugantur? cedo mihi auctorē aliquem huius tam prodigioſæ ſenectutis. Non dabūt. Tacit. qui fautor Senecæ & ideo diligēs in vita eius narranda & morte; ſenile eius corpus dixiſſe contentus fuit: grandem hāc, & non lōge à miraculo ætatem, non attingit. Imo contra apud eum reperio, libro xv. in oratione Neronis Senecam alloquentis: *Eſt tibi*, inquit, *adhuc valida ætas, rebuſque & fructui rerum ſufficiens.* Valida, ait, ætas: & hoc paucis ante cædē eius annis. Qui conuenit hoc in ſenium tam effœtum? Sed vētilo ego, & tracto adhuc luſoria arma: quid ſi doceo Senecā natum non fuiſſe Cicerone viuo? nōne perorata hæc lis eſt? Ait ipſe de ſe. Ep. cviii. *His instinctus abſtinere animalibus cœpi: & anno peracto, non tantum facilis mihi erat conſuetudo, ſed dulcis. Quæris quomodo deſierim? In Tiberij Cæſaris principatum iuuentæ tempus inciderat. alienigena tum ſacra mouebantur, & inter argumenta ſuperſtitionis ponebatur animalium quorundam abſtinentia. Patre itaque meo rogante, qui non calumniam timebat, ſed philoſophiā oderat, ad priſtinam conſuetudinem redij.* Locus clarus, & in quo arx huius cauſæ. Ait ecce ſe iuuenē ſub Tyberio, quo tempore alienigena ſacra vrbe mota ſunt. Id accidit quinto Tib. imperij anno: vt colligo facile ex his Taciti verbis Annali ſecundo: *Actum & de ſacris Ægyptiis Iudaycisque pellendis: factumque patrum conſultum, vt quattuor millia libertini generis ea ſuperſtitione infecta in inſulam Sardiniam veherentur.* Vtrum ergo digiti me fallunt: an à morte Ciceronis ad hunc diem, anni circiter ſexaginta colligunt; Quod ſi eſt, quomodo natus Ciceronis æuo Sen. fuerit: & idem iuuenis adhuc ſub Tiberio? Niſi quis tam inepte deſipiēs, qui ſexagenariū ſenem iuuenem cēſeat appellādū. Certa res & huic vni argumēto ſi quid opponi poteſt, illi ſapiant: ego, vt poëta vetus ait, fatuus ſim, non ſolum ſtultus. Pugnat ergo ætas Senecæ: etiam vita. Nam is qui philoſophus, vitam illuſtrē egit, ad remp. acceſſit, honores geſſit, Quæſtor, Conſul fuit. De Quæſtura ſua ipſe fatetur Conſolat. ad Elbiā: de Cōſulatu, auctores, Faſti & Iuriſconſulti. Hæc vitæ lux nō cadit in meum ſenem: quem vixiſſe remotum ab omni ambitu ſcio, equeſtri ordine contentum. Teſtis ipſe in præfatione lib. ſecūdi. Melam filiū alloquens, *Perge*, inquit, *quo inclinat animus, & paterno contentus ordine ſubduc fortunæ magnā tui partem.* Nam ordinem intelligit non dubie equeſtrem. Denique cum vana illa opinione quid magis pugnat, quam ſtilus? Ariſtoteles apud quoſdā Lybiæ populos, quoniam vxores cōmunes ſunt, ait liberos ad formarum ſimilitudinē diſtribui. Velim idem ſit in his libris. quorum profluēs & copioſa dictio, tantum abeſt à Sen. arguta & cōciſa eloquētia, quātū Homeri ille Neſtor à Menelai. Quis falſus ſcriptor, ſatis dictū: dicā quis verus? tam clare idipſum, vt ſi quid hac parte errem, nō recuſem quin Fides aduerſa à me in omne æuum. L. Ann. Seneca Philoſophus patrem habuit nomine & cognomine eodem. Is domo Corduba fuit, profeſſ. Rhetor. Natus ante bellum ciuile Cæſarianum, ſuperuixit ad Claudij circiter principatum: ſine honoribus, & non aliud quam prouinciolis eques. Is iam ſenex non dubie filiis ſuis ſcripſit, aut dictauit potius, hos qui ſuperſūt Cōtrouerſiarū & Suaſoriarum libr. Sed vt in Plauti fabula inter duos Menæchmos: ſic inter duos Senecas confuſione nominū ortus error. Tributa illi quæ huius erāt: & claritate nimia filij obſcurus pater hodie, imo ignotus. Memoriā boni ſenis fugitiuā (impune hoc dixerim) primus retraham ego. Eius inquā Sen. hi libri. Doceo ex ætate: quæ patri conuenit, diſconuenit proli. doceo ex inſcriptione, quæ in omnib. libris, etiam ſcriptis, concipitur: L. ANNÆI SENECÆ, AD SENECAM, NOVATVM, ET MELAM FILIOS. Optime. Inter tres filios quos nominat, Seneca Philoſophus eſt: reliqui eius fratres. Stemma tale.

L. Annæus Seneca, qui Rhetor.
Elbia, eius vxor.

L. Annæus Seneca, qui Philoſophus.
Annæus Nouatus, aliter Iunius Gallio.
Annæus Mela, ſiue Mella, pater Lucani.

Quid iam clarius, quam Sen. Patris eſſe hæc ſcripta? Nam quin Mela ille frater Senec. Philoſophi ſit: non ambiges ex his locis. Tacitus lib. 16. Annalium: *Mela, quibus Gallio & Seneca parentibus natus, petitione honorum abſtinuit: per ambitionem præpoſteram, vt eques Romanus conſularibus potentia æquaretur.* Seneca ipſe in Conſolatione ad Elbiam: *Reſpice fratres meos, quibus ſaluis fas tibi non eſt accuſare fortunam. In vtroque habes quod te diuerſa virtute delectet. alter honores induſtria conſecutus eſt.* (Gallionem intelligit:) *alter ſapienter contempſit.* intelligit Melā. Confer nunc locum è præfat. lib. II. Controuerſiarum, & vide quam elogia omnia conueniant in hoc Mela. *Hæc eo libentius Mela fili cariſſime refero, quia video animum tuum à ciuilibus officiis abhorrentem & ab omni ambitu auerſum: hoc vnum concupiſcentem, nihil concupiſcere, vt eloquentiæ tantum ſtudeas. Ego vero non ſum bonæ mentis impedimentum: perge quo inclinat animus, & paterno contentus ordine, ſubduc fortunæ magnam tui partem.* Nec turbat me, quod

epigra-

epigraphe Nouatum nominet, quem alij, & quem Sen. ipse Gallionem. Idem enim ille per adoptionem familia exiuit, & in gentem ac nomen venit Iunij Gallionis. Credo illius ipsius Gallionis, qui inter Rhetoras nominatur Sen. patri & de quo scriptor incertus, De causis corruptæ eloquentiæ: *Malim hercle C. Gracci impetum, aut L. Crassi maturitatem quam calamistros Mæcenatis, aut tinnitus Gallionis.* At nomen Nouati anterius ei fuisse, colligo ex Seneca in consolatione: qui filiam huiusagnoscit à nomine veteri Nouatillam. Non item locus me mouet initio lib.2. Controuersiar. de Fabiano Philos. *Scio futurum*, inquit, *vt auditis sententijs eius, multas cupiatis audire, sed nec ille diu declamationibus vacabat: & ego multo minor natu quam ipse erat, audiebam quoties inciderat, non quoties volebam.* Qui si recte haberet, vana omnia quæ dixi de ætate huius senis. Fabianus enim auditor Cestij Pij & Arelij Fusci fuit, ac sub Tiberio præcipua illi fama. Quo si multo minor natu hic scriptor: cur non pistrino trador ego atque asino? Sed non recta lectio, & emendo, *multo maior natu.* Caussa enim vera non auditi Fabiani, quod ille iuuenis, Sen. iam grādi, vt homo senex frequentare declamationes adolescentuli honeste non posset. Hæc Lipsius. Sed & ante eum Andreas Alciatus Parergon lib.4. cap.14. Illud sciendum, duos fuisse Senecas: Eum qui Neron. præceptor erat, cuius sunt Epistolæ & Tragœ. quiq. patruus Lucani poëtæ, & Gallionis frater fuit. Alium seniorem, illius & Gallioni patrem: cuius sunt Declamation. qui se potuisse Ciceronem audire attestatur. Vt ridicula sit eorum sententia qui vtriusque ætatem coniungentes, vixisse posteriorem annos supra cxx. comminiscūtur: cum tamen Dio lib. 58. phthisi laborasse hunc Senecam sit auctor manusque Caij principis euasisse quod credebat fore vt quamprimum fato decederet.

GRVTERVS.

ÆTAS *mihi eripuerat*] probat ex hoc loco, aliisque passim Lipsius auctorem Controuersiarum istarum patrem potius Senecæ superioris quam ipsum Senecam, cuius videsis argumenta lector, lib. & cap. 1. Elect. sunt enim plura quam vt exscribam. addatur & Alciatus lib. 4 cap. 14. Parerg.

Argentariis recognoscentibus] auctiones coram argentarius factas, qui in tabulis pretia adiectionesque referebant, docent præter ista Senecæ Quinctilianus lib. 11. cap. 2. & Cicero pro Cæcinna Videatur Brissonius lib. 1. de verb. sign lib. 6. de formul. & Torrentius ad Suetonij Neronem cap. 5.

Patruus abdicans. CONTROVERSIA I.

LEx est. *LIBERI PARENTES ALANT, AVT VINCIANTVR,* Thema. *Duo fratres inter se dissidebant, alteri filius erat: patruus in egestatem incidit. patre vetante, adolescens illum aluit: ob hoc abdicatus, tacuit. adoptatus à patruo est. patruus accepta hæreditate, locuples factus est. egere cœpit pater. vetante patruo, aluit illum abdicatur.*

PRO ADOLESCENTE. *Porcij Latronis.* Quid mihi obiicis? Puto luxuriam. Quidquid vnquam immodesta largitione effudimus, id omne consumebatur in alimentum duorum senum. Cum vetaret me pater, aiebat: Ipse mihi cum egerem, alimenta non dabat. Eo iam perductus erat, vt omnem spem vltimorum alimentorum in ea domo poneret, in qua habebat abdicatum & inimicum. Ecce oppressit increscentem. quid acturus es? pluris tibi frater efferendus quam alendus est. Quis rogatus est aut quis fratrem tam locuples frater alere non potest? Miserrimus senex diuitias suas, & iam extremū blandimentū in stipem perdidit. Ipse, inquit, me non aluit. Imitationem alienæ culpæ innocentiam vocas? Nec eo quidem æstimas, quanta ista crudelitas sit: quod si quis fratrem non alit, nec à filio quidem alendus est? Quid adoptionem iactas? Tunc ad te veni, cum haberem diuitem patrem. Parcius quæso fratres. Iudices habemus deos. Scis tuto te facere, etiam si abdicaueris, alam. Fatendum est crimen meum, tardius misertus sum. Iterum do pœnas: ego. Parentibus meis, cum in cetera odium sit, tantum in meam notam conuenit. O felix spectaculum, si vos in gratiam possum reducere, faciam hoc, quod vultus quoque vestri hortantur. Surgite patres, adeste iudices. alter mihi ex parentibus seruatus, alter seruandus est. porrigite mutuas manus in gratiam, me fœderi medium pignus addite. Inter duos contendentes, medius elidar. Ergo fame morientem videbo, per cuius cineres iuraturus sum? Omnis instabilis & incerta felicitas est. Quis crederet iacentem supra crepidinem Marium aut fuisse consulem, aut futurum? Quid porro tam longe exempla repeto? tanquam modo non sit qui illum vidit. Quid non timendum felicibus putas? quid desperandum infelicibus? *Iunij Gallionis.* Ego indicabo, et me abdices: tu indica, cur adoptaueris. Quædam accedunt noua. Et quidem noua. Illud non miror, quod misericordia obiicitur. Illud miror, quod hic obiicit. Sic enim me gessi, vt hoc crimine duos patres obligarem. vterque me amat, vterque ali miser desiderat, vterque prohibet. Nec secum, nec mecum fortuna bene conuenit. Componite aliquando bonos quidem, sed contumaces viros. Vter discordiæ causam præbuerit, nolite à me exigere. Vterq; patruus est, vterq; pater est. Transit ad istum fratris sui & fortuna & animus. Misericors sum. Non mutassem patrem, si naturam mutare potuissem. *P. Asprenatis.* Fortunæ est lex, præstare quæ exegeris. Miserere Mutabilis est casus, dederūt victis terga victores: & quos prouexerat fortuna, destituit. Quid referam Marium, sexto consulatu Carthagine mendicantem, septimo imperantem? Nec circa plura instabilis fortunæ exempla te mittam. vide quis alimenta rogetur, & quis roget. *Othonis Iunij.* Pater timeo mutationem, & ille nihil prius ex bonis quam filium perdidit. *Arelij Fusci.* Pater ecquid aperis mî pe-

nates tuos? Non sum hospes grauis, vnum senem adduco. boc tibi vitio pater placui. Venit ignotus senex, volo transire iacentem. per patrem rogat. Ergo aliquis petibit fame, qui filium suum optat superstitem? Quid hoc esse dicam, quod me tam periculo se abdicant? quod totiens isti fortunam mutant, quotiens ego patrem? Redite in gratiam. Inter funestas acies armatæ manus in fœdus porriguntur. Perierat totus orbis, nisi iram finiret misericordia. Aut si tam pertinacia placent odia, parcite. Iactatus inter duos patres, vtriusque filius, semper tamen felicioris abdicatus: positus inter duo pericula, quid faciam? qui alunt, abdicant: mendicant qui non alunt. Illud tamen pater deos testor, diuitem te relinquo. *Cestij Pij.* Tali me operi præparaueram. volebam fratres in gratiam reducere. at nisi impetrauero vt boni fratres sint, impetrabo ne mali patres sint. Vterque me amauit, vterque pro me vota fecit: quantum est, dixero, vterque me aluit? Quæ causa fuerit discordiæ, nescio. Timeo, ne iste prior egere cœperit. Quid obiicis pater? Hoc tu obiicis? scio quendam in hac ciuitate propter istud crimen adoptatum. Frater me inquit, alere noluit. Inuenisti quo possim me defendere. Possum liberos tollere, vt præ meis oculis narrem auum illorũ fame perisse? Non fefelli. qualis essem, sciuisti & cum adoptares. Bis abdicatus sum. volo vtrumque causam meam agere, neutrũ pro me volo. adsit mihi alius. semper causa mea habebit aduocatum patruum, aut patrẽ. Alter alterum amet: vterque me amabit. Vis illum veras pœnas dare? sentiat, quam bono fratri iniuriam fecerit. *Pompey Silonis.* De patre bene quod eum per ætatem nosse non possum: sed habet & ille beneficium meum. duos eius filios alui. Surge infelix senex. quid putatis illum flere? quod eget? imo quod abdicauit, quod alui *Argentarij.* Vides enim, liberalis in domo tua esse cœpi, Ille propter me duxit vxorem, cum fortasse iuuenem adoptare posset. Hæc abdicantis fuere verba. I ad illum, quem magis amas, quam patrem. Non omnibus imperiis parendum est: nihil interim noui facio: scis me & priori patri non paruisse Venit demissa barba, capilloque deformi, non senectute, sed fame mẽbris trementibus, semesa & tenui atque elisa ieiunio voce, vt vix exaudiri posset, introrsum conditos oculos vix alleuans: Alui. quomodo, quæritis? quomodo istum. *Cornelij Hispani.* Putate me hodie non abdicari, sed adoptari. Volo quædam futura prædicere patri. Hic quem vis adoptare, inimicum patris sui inuito patre aluit: reliquit æquo animo beatam domum vt cum mendico viueret. Noueris oportet hoc eius vitium. ad præstandam calamitosis misericordiam contumax est. Habeo quod de hoc vitio quæri possim: hoc enim patrem, hoc patruum perdidi, Quam multi patres optant similem filium! Bis abdicor. Homo est: non vis ali hominem? ciuis est: non vis ali ciuem? amicus est: non vis ali amicum propinquus est: non vis ali propinquum? sic peruenitur ad patrem: homo est, ciuis est, amicus est, propinquus est. Ergo non erit vitium porrexisse stipem, nisi dixero, pater est: *Vibij Calui.* Circuibo tecum pater, aliena limina: ostendam omnibus, & me, qui alimenta dedi, & te, qui negasti. *Romani Hispanis.* Scio pater, melius esse quod tu dicis: istud ego si possem, nunquã abdicatus essem. Fateor vitium meum: hoc quoq. prior in me emendare voluit pater, nec potuit. Impulisti me in fraudẽ. qui me abdicabat, aiebat, Non oportet fieri: tu dicebas. Oportet: tibi credidi. Non dedit, inquit, mihi alimenta. defuerunt tibi? Quisquis alimẽta à mẽdico rogatus est, nihil amplius quã iter ei monstrat. Vade ad fratrem. i ad filiũ: iam quidem nobis eandem fortunam præcantur. Crede mihi, sacra populi digna est. *Albutij Sili.* Tollite vestras diuitias, quas huc atque illuc incertæ fortunæ fluctus appellet: redite in gratiam; innoceos sum.

Pars altera. *Valli Syriaci.* Crescere ex mea proposuit inuidia. sequemur senes, quo vocat ambitio iuuenilis & contrionem illi præbebimus. melius se potest iactare quam defendere. Ecquid iustus metus meus est? ne heredem ingratum scribam, inimicum relinquam. Inter cetera, quæ mihi cum inimico patior esse cõmunia, & hoc est: infelicissimã & tristissimã ambo egimus vitam, excepto vno, quod alter alterum egentem vidimus. imo fecimus. Adiice istis verborum contumeliis, Ad cælum manus sustulit, fassus se huius spectaculi debitorem: & tũc primum fratri vitam precatus est. Lætitiam patrimonij patri, vt ex tantarum calamitatum stupore, nullam percepi nisi quod isti daturus eram omnia, illi negaturus. Liquet nobis Deos esse. Qui non aluit, eget: qui in domum suam fratrem non cepit, in publico manet. Æquauit iam potentiam meam cum illius potentia fortuna: nisi quod hæc prior facere non possum. Adoptaui te, cum abdicatus es. cum abdicas, abdico. *Vibij Furij.* cum egerem, aiabam: Satis se vindicauit, quod à dispensatore locupletis inimici, consors modo omnis fortunæ diurnum petam. *Marilij.* Ille autem audebit rogare, qui mori mallet, quam verba sua sibi dici? Multis debeo misericordiam. à multis tuli. quisquis est qui me vlla calamitate similem effinget, perinde habebo, ac si gradu cognationis attingat. Scio quam acerbum sit, supplicare exteris: scio quam graue sit, repelli à domesticis: scio quam graue sit, quotidie & mortem optare & vitam rogare. Etiam si tu non odisti eum qui mihi fecit iniuriam: ego odi eum, qui fecit tibi.

Diuisio. Diuisio controuersiarum antiqua simplex fuit: recens vtrum subtilior, an tantum operosior, ipsi æstimabitis: ego exponam quæ aut veteres inuenerunt, aut sequentes astruxerunt. *Latro* alias quæstiones fecit: diuisit in ius & æquitatem, an abdicari possit, an debeat. sic quærit, an necesse fuerit illi patrem alere, & ob id abdicari non possit, quod fecit lege cogente. Hoc in has quæstiones diuisit: An abdicatus non desinat esse filius: an is desinat qui non tantum abdicatus, sed etiam ab auo adoptatus est, etiam si filius erat: an quisquis patrem non alit, puniatur tanquam aeger, vinctus, captus: an aliquã filij lex excusationem accipiat: an hoc accipere potuerit: an abdicari debeat. Per hoc quæsiuit, an etiam si ille indignus fuit qui aleretur, hic tamen recte fecerit qui aluit: deinde, an indignus fuerit qui aleretur. Noui declamatores Græcis auctoribus adiecerũt primam illã quæstionem, An adoptatus abdicari possit. hac Cestius vsus est. adiecit quæstionem Gallio alterã, An abdicari possit iam adoptatus, ob id vitium, quod antequam adoptaretur, notũ fuit adoptãti. hoc autem ex æquitatis parte pendet, & tractatio magis est quã quæstio. *Gallio* quæstionem primam Latronis duplicauit sic: Licuit mihi alere, etiam te vetante: deinde non licuit nõ alere. In priori parte hoc vindicauit, non

posse

posse filium ob id abdicari, quod esset suæ potestatis: nulli autem interdici misericordiã. Quid si flere me vetes cum vidi hominem calamitosum? quid si vetes propter aliquod honestum factũ periclitãti fauere? affectus nostri in nostra potestate non sunt: quædam enim iura non scripta, sed omnibus scriptis certiora sunt. Quamuis filius familiæ sim, licet mihi & stipem porrigere mendico, & humum cadaueri. Iniquum est, collapsis manum non porrigere: cõmune hoc ius generis humani est. nemo inuidiosum ius postulat, quod alteri profuturum est. *Latro* illud vehementer pressit. Non feci ratione, affectu victus sum, cum vidissem patrem egentem, mens non constitit mihi: quid vetueris: nescio. Hoc aiebant non esse tractandum tanquam quæstionem: esse tamen potentius quam vllam quæstionem. *Fuscus Arellius* pater hoc mouit in vltimo, tanquam quæstionem: Putaui te, quamuis vetares, nihilominus velle ali fratrem Vultu vetabas, aut mihi ita videbaris. *Cestius* audacius: Non fuit contentus dicere, Putaui velle te, adiecit, Voluisti, & hodie quoque vis & sua figura dixit omnia, propter quæ velle deberet. quare ergo abdicas? puto, indignaris præreptum tibi officium.

Color. Latro colore simplici pro adolescẽte. habere non quod excuset, sed, quo glorietur. Nõ potui, inquit, sustinere illud durum spectaculum Offensam mihi putas tantum excidisse: mens excidit, non animus mihi constitit; non in ministerium sustinendi corporis suffecerunt pedes; oculi subita caligine obtorpuerunt. Alioquin ego si tunc meæ mentis fuissem, expectassem dum rogaret? *Fuscus* illum colorem introduxit, quo frequenter vti solebat, religionis: Mouet, inquit, me natura, mouet pietas, mouet & humanorum causa, & tam manifesto approbata exemplo veritas. Stare ante oculos fortuna videbatur, & dicere talia: Hi sunt, qui suos non alunt. *Albutius* hoc colore. Accessit, inquit, ad me pater, nec summissis verbis locutus est: non rogauit, sed, quomodo agendũ erat cum filio, alere me iussit. recitauit legem, quam ego semper scriptam etiam patruo putaui. Deinde dixit, Præstiti non quantum patri præstare debui, sed quantum vetanti surripere potui. *Blandus* colore diuerso. Venit subito deformis squalore, lacrymis. O graues fortuna vires tuæ. Ille diues modo superbius rogauit alimenta, rogauit filium suum, rogauit abdicatum suum. Interrogas, quam diu rogauerit? ne dij istud nefas patiantur, vt diu rogauerit: diutius tamen quam tu Quæritis, quid fecerit? quod solebat. *Silo Pompeius* hoc colore. Mouet, inquit, me, quod nihil suo iure, nihil pro potestate, quod tanquam patruus accessit: ego vero non expectaui verba, non preces: complexus sum, & osculatus patrem, dedi alimẽta. hoc vnũ crudeliter feci, quod dixi fratrẽ dedisse. Non alere, sed exprobare visus sũ. *Triarius* hoc colore. Timui, inquit, si non aluissem, ne abdicarer à patre: sciebã quomodo illi placuissem. *Argentarius* hoc colore Accessit, inquit, ad me pater obrutus sordibus, tremens deficientibus membris: rogauit alimenta. Interrogo vos, Iudices, quid facere oporteat? nam istum non interrogo. Scit quid facturus sim. Nam patrem vt alteri patri faciam iniuriam, alteri inuidiam. Cum vetuisset me alimẽta præstare, si qua est fides, non putaui illum ex animo vetare. lenocinatur. inquã, gloriæ meæ, vt videar etiam prohibitus aluisse. *Metillius* nouo colore egit. Cecidit in pedes meos senex, squalidus barba capilloque. mouit, inquam, nescio quis iste misericordiã meam. alleuaui, cum ignorarem quis esset: vultis repellam, quod pater est? *Cestius* hoc colore Hæc mecum cogitaui. Patrem meum egentem video: frater nec miseretur, nec præstat alimẽta: hoc est, inquam noui vitij, eripere filio officium. Sciebam hanc fortunam meorum, has iam meas esse parteis. Hoc peccaui, quod non vltro ad patrem accessi. sed aiebam, Nolo quicquam amplius præstare, quam illi præstiti. Expectaui, donec patruus ad me veniret. & nunc expectabo. Venit ad me pater, quid debui facere? perducerem illum ad patruũ? non feci, merito irascitur. Potuit enim, si aluisset, leuare quidem fortunam fratri, sed causam aggrauare. *Buteonis* colorem non approbat Latro: præstitisse se dixit exiguum, tantum quo spiritum posset producere. & dum descripsisset pallorem eius & maciem adiecit, Apparet illum ab inimicis ali. Hunc colorẽ cum improbaret Latro, hac sententia vsus est: Non est, inquit, abdicato quidquam ex gloria sui criminis detrahendum. *Hispanus* hunc colorem venustius. nam & miserationi eius qui benignissime alit, adiecit aliquid: & pietati suæ nihil detraxit. Quomodo, inquit, illum alo? Exiguos furtiue cibos mitto: & si quid de mensa mea detrahere potui, famelico seni porrigo. Non credis, quia scis quomodo te aluerim. Colorem ex altera parte quæ durior est, vltro aiebat hunc sequendum, vt grauissimarum iniuriarum inexorabilia & ardentia induceremus odia. Thyesteo more aiebat, patrem non irasci tantum debere, sed furere. Ipse in declamatione vsus est summis clamoribus, illo versu tragico: Cur fugis? fratrem scit ipse. Hunc colorem secutus *Syriacus* Vallius durum sensum videbatur non dure posuisse in narratione sic. Infelicissimam ambo & tristissimam egimus vitam, excepto quod alter alterum egentem vidimus. Æque efficaciter videbatur odium expressisse fraternum, hac sententia: Vos iudices audite, quam valde eguerim: fratrem rogaui. Hanc partem memini apud Cæstium declamari ab Alfio Flauo, ad quem audiendum me fama perduxerat: qui cum prætextatus esset, tantæ opinionis fuit, vt P. Romano puer eloquentia notus esset. Semper de illius ingenio Cestius & prædicauit, & timuit. Aiebat tam immature magnum ingenium non esse vitale: sed tanto concursu hominum audiebatur, vt raro post illum auderet Cestius dicere. Ipse omnia mala faciebat ingenio suo, naturalis tamen illa vis eminebat: quæ post multos annos tametsi desidia obruto, & carminibus eneruata, vigorem tamen suum tenuit. Semper autem eloquentiam eius commend bat aliqua res extra eloquentiam. In puero lenocinium erat ingenij ætas: in iuuene, desidia. Hic cum declamaret partem abdicantis, hanc summis dixit clamoribus sententiam. *Alfii.* Quis es tu, qui de facto fratrum sententiam feras? Ille tunc peccauit: tu nunc peccas. ad te arbitrum odia nostra non mittimus: iudices habemus deos. Et illam sententiam: Audiuimus fratrũ fabulosa certamina, & incredibilia, nisi nos fuissemus: impias epulas, detestabili parricidio furuum diem. Hoc vno modo iste frater à fratre ali meruit. Quam innocenter me contra parricidium vindico? filium illi suum reddo *Cestius* hunc colorem tam strictum non probauit, sed

dixit temperãdum esse: & ipse hoc colore vsus est, quem statim à principio induxit. Miratur aliquis, quod cum duo grauissimam acceperimus iniuriam, ego & filius, ego solus irascor? non est quod quisquam miretur. iam filio satisfactum est. Debuisti me rogare, vt ipse præstarem: debuisti illum ad me perducere: debuisti reconciliationem tentare, non famam pietatis ex nostra captare discordia. Fortasse ego cum egerem, fratrem rogassem, si tu non fuisses. fortasse ille me rogasset, si tu non fuisses: poterat nobis conuenire, si non fuerit in medio quem potius miseri contumaces rogent. *Hermagoras* in hac Controuersia transiit à proœmio in narrationem eleganter, rarissimo quidem genere, vt in eadem re transitus esset, sententia esset, schema esset: sed vt Latroni placebat, schema quod vulneret, non quod titubet. Ex altera parte transit à proœmio in narrationem *Gallio*, & ipse per sententiã sic: Quidni filium mihi nolim cum isto communem esse, cum quo vtinam communem nec patrẽ habuissem? *Diocles Carystius* illum sensum à Latinis iactatum dixit breuissime rarissimo genere quod sententia verbis consummatur. nec enim paucioribus potest. *Euctemon* leuis declamator, sed dulcis, dixit noue & amabiliter illum æque ab omnibus vexatum sensum, quo reconciliatio fratrum tentatur.

IN CONTROVERSIAM PRIMAM.

NICOLAVS FABER.

I*MO quod abdicauit, quod aluit.*] Videtur deesse negatio. Nec enim senex fratrem aluit, & si fleret quia aluisset, misericordia indignus videretur: sed ait eum flere quia filium abdicauit, fratrem non aluit. legendum igitur, *quod non aluit.*

Volo quædam futura prædicere] Delenda vox *futura.* Prædicere enim est hoc loco, quod Ædilibus in edicto suo certiorem facere morbi vel vitii rei venditæ, & legem dicere Horatio lib. II. Epist. ad Florum de mangone seruum vendente:

——semel hic cessauit, & vt fit,
In scalis latuit metuens pendentis habenæ.
Des nummos excepta nihil te si fuga lædat.
Ille ferat pretium, pœnæ securus opinor.
Prudens emisti vitiosum; dicta tibi est lex.

hoc est prædicere.

Iter ei monstrat.] Veteres editiones habent *misereri monstrat.* quæ lectio ferri potest. & linea sequenti, *sacra populi digna est*, legunt, *satra populi*, æque corrupta lectione.

Cum abdicas.] Aptius fortasse, *cum adoptas abdico*, vt constet ἀντιστροφὴ.

Diuisio.] Diuisio, quæ Græcis dicitur διαίρεσις, ἡ τῶν γενῶν εἰς εἴδη τομὴ, οὐδὲ τοῦ ὅλου εἰς μέρη, ἀλλὰ τῶν πολιτικῶν ζητημάτων εἰς τὰ λεγόμενα κεφάλαια. Ζήτημα, præcipua Controuersiæ quæstio, in qua causæ status vertitur: κεφάλαια, minores quæstiones ex principali descendentes, eamque fulcientes: de quibus tantum quæritur, vt de principali, sententia feratur. Hæc Theodorus etiam εἰδικὰ κεφάλαια, vt illam de qua maxime quæri ac iudicari debet γενικώτατον κεφάλαιον vocauit. Exempla suppeditans præter hunc nostrum auctorem, Hermogenes περὶ στάσεων, & Sopater περὶ διαιρέσεων. Hanc Græci nimium fere in scientiis acuti ab inuentione separarunt, & inuentionis quidem τὴν ἀρχαίαν χορηγίαν τῶν κεφαλαίων, diuisionis vero τὴν ἐπιχείρησιν καὶ τάξιν διδάσκειν esse voluerunt. Simplicius Latini vtrumque inuentioni tribuerunt. Nã & diuidere præcipuam quæstionem, id est, inuenire quæ quæstiones in eam incidant, & ex arte quamque particularium tractare, eiusdem facultatis esse videtur: nec alia est ratio epicherematum & tractationum, quæ inuentionis sunt, ad minores quæstiones, quam earumdem quæstionum ad principalem. Vt enim hæc particularibus quæstionibus, ita particulares epicheremtibus & tractationibus constant. Ab hoc inuentionis munere sermo ille qui à declamaturis velut futuræ declamationis pompa, antequam ad dicendum consurgerent, habebatur, diuisio dictus est. Solebant enim sedentes paucis quibusdam præmissis, quæ attentiorem redderent auditorem, Controuersiæ de qua dicturi erant argumentum ac thema proponere: inde quæstionem, in qua status, continens, ac iudicatio esset, elicere: deinde quæ in principalem quæstionem, & quot inciderent quæstiones quo ordine ac modo, quibus coloribus, argumentis, verbis tractati deberent, aliquando etiam quæ figuræ, & qui affectus in vnamquamque quæstionem recipi possent, differere. Sæpe etiam vnde exordiũ sumendum, vbi, & quatenus narrandum, probandum, refellendum, deprecandum perorandumque, dicebant. Quin etiam si quid ab aliis in ea vel simili Controuersia non recte diuisum, si inepto colore tractatum, si quid nimis antiquis, si nouis, si vulgaribus aut sordidis verbis dictum, indicabant, suasque partes interponebant: tum demum surgẽtes declamabant, noster auctor toto hoc opere: Quinctilianus lib. 2. Inst. & alter Quinctilianus in declamationibus. Plinius epist. 3. lib. 2. & 2. lib. 4. Sopater περὶ διαιρέσεων, & Libanius ἐν μελέταις. Diuisionem autem, prælocutionem, præfationem, sermonem, διαίρεσιν, & προθεωρίαν, vnum idemque valere apud illos auctores perspiciet, qui quæ ab illis de ea redicuntur, diligentius pensitabit.

Latro alias quæstiones fecit:] Rectius fortasse, *illas quæstiones fecit.*

Sed etiam ab auo] Puto generalius conceptam fuisse quæstionem, legendumque *sed etiam ab alio adoptatus est.* Nam hic non ab auo, sed à patruo adoptatus est.

Tanquam æger, vinctus, captus:] Quinctilianus cap. 10. lib. 5. in hac quæstione, aliis etiam exceptionibus vtitur, si miles, si infans, si reip. causa absit.

Tractatio magis est quam quæstio] Diximus in Controuersia hæc esse, aut esse posse: quæstionem generalem,

neralem, de qua ptecipue quætitur, & speciales, de quibus ideo quæritur, vt de generali iudicetut. Ipsæ etiam speciales aliquando sua mēbra habent quæstionum speciem habentia, quæ tamen non vt quæstiones separatim, sed in quæstionibus vt earum partes tractanda sunt. hæc, vel tractationes, vel loci, prout in iis diu vel parum immorandum est, quod ex iudicio prudētis oratoris dependet, dicuntur. Hoc loco quæstionem fecerūt Græci, an adoptatus abdicari possit. recte. eiusmodi enim est, vt suam propositionē, probationem, refutationem, & epilogum, quantum quæstioni particulati sufficiat, habere debeat. Alteram addidit Gallio. An adoptatus abdicari possit ob hoc vitium, quod antequā adoptaretut, adoptanti notum fuit. Male, inquit noster auctor. nam non est quæstio, sed tractatio, id est, amplificatio, & velut præcedentis quęstionis extensio, quæ separatim tractāda non est, sed velut pars in præcedenti quæstione. Nempe non posse abdicari qui patrem suum aluit, qui adoptatus fuit, & eo minus quia eius in suos contumax affectus, propter quem nunc abdicatut, non ignotus fuit adoptanti. addet etiam locum omni quæstione fortasse fortiotem, propter hanc pertinaciam adoptionem meruisse & adoptatum fuisse, quæ, vt tractationem, & locum, id est, vt partes quæstionis, non vt quæstiones exsequetur. Cirus tamen περὶ διαιρέσεως ζητημάτων, cap. περὶ ἀποκηρύξεων, ex ea tractatione, quemadmodum Gallio, quæstionem effecit, statumque negotialem. Eius generis autem exempla plura discutiūtur à nostro auctore in sequentibus, ex quibus hi quæstionis, tractationis, & loci gradus clarius & apertius demonstrantur.

Vultu vetabas. aut mihi ita videbaris.] Lego, *At tu vetabas. Haud mihi ita videbaris.* quod ex sequentibus clarum est:

Color.] Color est apud Retbores prætextus, quo factum minus ex se probabile tegitur & coloratur. Id nomen satis indicat, quod fucum subolet. Græcis eodem significatu χρῶμα dicitur, quod ita definiuit Marcellus in Hermogenem, vt sit μετάθεσις τῆς αἰτίας ἐκ τοῦ ὑπευθύνου εἰς τὸ ἀνεύθυνον μετάθεσις. Huius nominis rationem vult Quinctilianus cap. vlt lib. 3. duci, quod maxime tuendus sit color dicentis ingenio, & aliquādo ad solam dicentis verecundiam pertineat. Vitiosus enim ille est, vt inquit noster Seneca, qui ad testem ducit. Simplicius contra suum morem, hac in re Sopater in Hermogenem, qui dicit vocari, διὰ τὸ σχῆμα παρέχειν τῆς ἀπολογίας, καὶ ὥσπερ χρωματίζειν τὸν λόγον. quemadmodum etiā hoc vocabulo vsi sunt, Valer. Maximus cap. 2. lib. 8. & Iurisconsulti Vlpianus lib. 8. de offi. proconsul. atque Marcellus lib. 7. digestorum, in pandectis, sub titulis de donationib. inter virum & vxorem, & de Abigeis. Quin & ipse Quinctilianus eam metaphoram in hoc vocabulo agnoscit, cum scribit cap. 8. lib. 3. dandum deformibus colorem etiam apud malos. Porro hæc definitio colori proprie ac strictè sūpto conuenit, scilicet vbi qualitas tantum facti controuertitur, & αἰτίαν causamque facti ceu rationem defensionem continentem significat. Id enim proprie color est quod & Hermogenes c. 1. lib. περὶ στάσεων indicat δευτερεύει δέ, inquit, εἰ μὴ κρατοίη ἡ ἀπολογία, αἰτίαν ἀποδίδωσι καὶ τὸ λεγόμενον χρῶμα: quo loci notant commentatores Græci αἰτίαν καὶ χρῶμα ταὐτὸν μὲν εἶναι, ἐν πολλοῖς δὲ διαφέρειν. At vero vt αἰτία non obseruata Hermagoræ sollicita distinctione tam pro causa iudicij, quam pro causa facti sumitur, id est, etiam τὸ αἴτιον cōplectitur & causarium litis quod vocat Fortunatianus, tamque ab actore est quam à reo: ita etiam color. Itaque color & deprecationem comprehendit, & omnem rationem tam actoris qua damnandum reum nititur, quam rei qua se absoluendum. Et cum apud Græcos quędam sint causæ ἄχρωμοι, in quibus nullam reus facti à se commissi excusationem, nullum prætextum inuenire potest: vt si quis ne in bellum proficiscatur sibi pollicem præciderit, vel in adulterio, ἄρθρα ἐν ἄρθροις deprehensus fuerit, vel vt illa de qua Iuuenalis lib. 2.

> *Quæ iacet in seruis complexibus aut Equitis, dic,*
> *Dic aliquem sodes heic Quinctiliane colorem.*
> *Hæremus: dic ipsa.*

tamen eum qui nullam excusationem habet, solam pœnitentiam habere colorem dicit idem Quinctilianus cap. 1. lib. 2. Itaque eo significatu nulla erit Controuersia quæ deprecatione sola nititur, nec vlla alia ἄχρωμος. Et infra toto hoc opere singulis Controuersiis colores tam actorū quam reorum subiiciuntur. Vnde ergo (dicet aliquis) in illis Quinctiliani declamationibus diuisio coloratarum, & tractatarum? Nescio. & vereor ne qui primus sic illas distinxit, illudere, aut crucem figere ingeniis voluerit. Nam, vt non anxie in singulas inquiram, quæ prima occurrit inter coloratas, tota scripti & volūtaris est: in quo quidem quæstionis genere proprie nō est color: & tractatarum vltima tota colore nititut. Nam qui venenum dedisse fatetur, si non habet quid dicat cur hoc fecerit, nulla Controuersia erit. factum enim per se improbum est. Colorem igitur oportet inueniat, nempe se misericordia motū, ne tamdiu miser cruciaretur, illudque non proditori pessime merito, sed humanitati dedisse. Præterea satis patere nullos proditorem cōscios habuisse, quos ne his quidem tortus indicarit, periculumque fuisse, ne si tertio torqueretur, in Remp. male affectus eos nominaret quos maxime Reipubl. cōducere nosset, suspicionibusque ciuitatem impleret. Ex quibus apparet, & quæ colorata dicitur non esse, & quæ tractata coloratam esse. Vt omittam vitiosam esse illam diuisionem in tractatas, & coloratas cum toto genere color à tractatione differat.

Mouet & humanorum causa, & tam manifesto] Nescio an non propius ad verum, si legamus, *mouet & humanorum casuum tam manifesto approbata exemplo varietas.* Nam veritatis vocabulum minime ad locum facit: varietatis autem maxime fortunæ quadrat: cuius supra legem esse dixit præstare quæ exegeris,

Nam patrem vt alteri patri faciam iniuriam,] Forte *Non alerem, vt alteri patri facerem iniuriam, alteri inuidiam?* Non alendo enim famelici iniuriam fecisset, diuiti inuidiam.

Et si quid de mensa mea detrahere potui,] Elegantior erit locus si *de demenso meo* scribatur. Terentius in Phormione:

> *Quod ille vnciatim vix de demenso suo,*

Senec

Suum defraudans genium, comperfit miser, &c. quem locum videtur exprimere voluisse Hispanus.

Vltro aiebat hunc sequendum,] Nisi me coniectura fallit, legendum est *Latro aiebat* : vt qoemadmodum pro altera parte primum quibus coloribus Latro vsus est, exsequutus est:ita pro abdicantis parte faciat.

Qui de facto fratrum] Melior meo iudicio epitomes lectio : *Quis es tu qui de facto patrum sententiam feras ?* maioris enim est ἐμφάσεως Verum quia illa vulgaris sustineri potest, ideo mutare nolui.

Hermagoras.] Temnæus Æoliæ, cognomine dictus Carion, Theodori discipulus sub Augusto floruit, quatuorque libros artis Rhetorices edidit. Male apud Suidam sex ponuntur, cum quattuor tantum enumeret, nempe περὶ ἐξεργασίας, περὶ πρέποντος, περὶ τεχνῶν, περὶ σχημάτων. Romæ cum Q. Cæcilio docuit, vbi etiam admodum senex decessit. vt verum esse potuerit quod ait Quinctilianus, sua ætate quosdam superasse qui Hermagoram viderant : apud quem etiam eius hoc extat elogium *Hermagoras*, inquit, *vir subtilis & in plurimis admirandus, tantum diligentiæ nimium sollicitæ, vt ipsa eius reprehensio laude aliqua non indigna sit.* Hæc cap. 1. & vltimo lib. 3. & Strabo lib. 13. ex quibus apparet alium esse ab Hermagora qui pariter rhetorica scripsit, cuius apud Ciceronem & Cornificium fit mentio.

SCHOTTVS.

LIBERI *parentes alant, aut vinciantur*] Lege cũ diuina tum humana vt liberis parentes thesaurizant, sic ab illis vicissim alimenta accipiant, vel senio graues, vel ad inopiam redacti, necesse est: quod Galenus dixit : γηροτροφεῖν τὴν πρεσβυτικὴν ἀσθένειαν. Declamitantium hic campus fuit, vt & infra Controu. VII. & XIX. & Fabio Quinctiliano declamatione V. Alter quoque Fabius legis huius meminit. lib. V. Instirut. cap. X. & lib. VII. cap. VI. & Iureconsulti. Vlpianus naturali iure cogẽdos liberos respõdit L. Si quis à liberis. D. de agnoscen. vel alend. lib. vel parent. Imperator quoque Diuus Antoninus Pius L. 1. & 2. C. de alendis liberis à parẽtibus idem rescripsit. Solon tamen Atheuis excepit, alimenta præstanda non esse parentibus, si nullas liberos artes docuissent, vel illegitimo thoro propagati liberi essent: qoo vel criminis huius pœnas senes darẽt vel illic socordiæ, vt auctor est Plutarch. in Solone ex Heraclite Põtico, & Diogenes Laertius. Idem etiam Solon infamiam irrogari decreuit liberis, qui parentes non alerent. Et vero Ciconiæ pietatis id exemplum docent, teste Aristotele : & apud Aristophanem in Aoihus. πελαργικοὶ νόμοι Prouerbio locum dederunt. Vetus poeta nescio quis :

> Ἱκανῶς βιώσεις γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς.

Solonis autem Lex forte sic concepta : ἐάν τις γονεῖς μὴ τρέφῃ ἄτιμος ἔστω. Τοῦ τρέφειν δὲ πατέρα μὴ διδαξάμενον τέχνην ἐπάναγκες μὴ εἶναι. Μηδὲ τοὺς ἐξ ἑταίρας γενομένους ἐπάναγκες εἶναι τοὺς πατέρας τρέφειν. Vitruuius prooemio lib. VI. Alexis ait ideo Athenienses laudari oportere, quod omnium Græcorum leges cogant parentes ali à liberis, Atheniensiom non omnes nisi eos qui liberos artibus erudissent. Lege Valer. Max. lib. V. cap. IV. de pietate liberorum erga parentes.

Contradicitur] addidi ex Epitoma, & deesse videtur in reliquis. Nam qui priore loco dicebant PETERE, & CONTROVERSIAM EXPONERE : qui vero respondebat, CONTRADICERE dicebatur. Quinctil. lib. IV. cap. II. Chirius Fortunatianus l. 1. Rhetor. & Agellios lib. IX. cap. XV. Omissam vero hanc vocem suspicor, quod singularibus litteris C. D. Vt in Fabij Senioris Declamat. obseruaui, notaretur nec intelligeretur.

Ecce oppressit increscentem] *marescentem* video è veteri libro eruere, nisi forte *& mors senem* legis, vulgarem tamen scripturam non damno.

Scis tuto te facere] Malim legi, *stulte te facere* : & longe alia interpunctio est & lectio in opt libro: *Etiam si abdicaueris, alam. Fatendum est crimen meum: tardius misertus sum ? itaque do pœnas : egeo. Parentibus meis cum in ceteris odium sit, tantum in meam notam conuenit. O felix spectaculum !* Sic infr. *Poterat nobis conuenire, si non fuerit in medio, quem potius miseri contumaces rogent. Nota* hic pro *notatione*. Vide Noniũ Marcellum, vt & infra de *Immissa Barba*.

Per cuius cineres] Per patrios cineres iurare solemne olim. Inf. de L. Albutio Silone, præfat. lib. IIII. Controuers. & Suetonius in claris Rhetorib. Lacones item Suasoria secunda :

> *Per sepulchra nostra iurabitur.*

Iacentem super crepidinem Marium] Suspicor latebram significari, cum in paludibus Minturnensium C. Marius pater delituit, sextũ Cos. & Sullam fugiens in Africam delatus est, an. IↃCLXV. post R. C. Vel potius cũ iuxta Carthaginem exsul desedit: Cui cum Sextilius Africæ Prętor, per lictorem Africa interdiceret, cum gemitu, *Nũcia*, inquit, *C. Marium in Carthaginis ruinis exsulem vidisse sedentem*. Plutarchus Et mox P. Asprenas: *Quid referam Marium sexto consulatu Carthagine mendicantem, septimo imperantem?* Et Controu. XVII. *Minturnensis palus Consulem Marium non hausit. Cimber etiam in carcere vidit imperantem : Prætor iter à conspectu exsulis flexit. Qui in crepidine Marium viderat, in sella figurauit.* Velleius Paterc. lib. 1. *Marius à Minturnensibus impositus in nauem, adsecutus circa Ænariam filium, cursum in Africam direxit: inopemque vitam in tugurio ruinarum Carthaginensium, tolerauit ; quum Marius, adspiciens Carthaginem illa intuens Marium, alter alteri possent esse solatio.* De hac ipsa C. Marij latebra interpretatur Seruius, doctissimus Scholiastes Virgilii illud II. Æneid.

> *Limosoque lacu per noctem obscurus in vlua.*
> *Delitui.* —— .

vt & illud proximum de Cn. Pompeio :

> —— *iacet ingens littore truncus.*

Certe Lucanus initio lib. II. belli Pharsalici de Mario est æmulatus:

> *Exsul limosa Marius sese abdidit vlua.*

Quæ de *crepidine* Lau. Valla litterator insignis in Raudensem adnotauit, non exscribo. Virg. VIII. Æneid.

> *Forte ratis celsi coniuncta crepidine saxi*
> *Expositis stabat scalis, & ponte parato.*

Patris timeo mutationem] Sic continentet vetus liber, cui respondet illud : *Et ille mihi prius ex bonis quam filium perdidit*, Tametsi alias sæpe *Otho Iunius pater*,

Pater, & *Arellius Fuscus pater*, à filijs. qui & ipsi Rhetores fuerunt, distinguuntur.

Ecquid cerno] Ex depravatis scripturæ veteris vestigiis hæc conformabam. *Quid hoc? aperis ne Penates tuos?*

Adsit mihi alius, habebit aduocatum] Hæc fere in iudiciis coniungi solere, *Adesse reo*, & *aduocatum venire*, monet Donatus, & ex Plinio iuniore discas. Plautus Amphitr.

Consimiles sunt adeo, vt vtri adsim, nesciam:
Rixam tamen, vt potest, dirimam.

Terent. Phorm. *Hic in noxia est: ille ad defendendam causam adest.* Cicero Q. Fratri *A. D. IIII. Non. Febr. Milo adfuit: ei Pompeius aduocatus venit.* Et in Catone: *Adsum amicis venio in Senatum frequens.* Seneca inf. lib. VI. Epitomæ, Declamat. V. *Cum toto tibi regno socer venit aduocatus.*

Circumibo tecum pater aliena limina] Amplector hanc lectionem auctoritate libri veteris, & Epitomæ excerptorum. Natum autem mendum videtur, ex compendiis, vt solet litterarum *per* & *per*. Quoniam autem hic sudat Petreius, nec proficit hilum, idcirco admonere non piguit.

ROMANII] *Romani*, verum puto ex membranis, qui alias semper HISPOROMANVS est; quique hic VIBIVS GALLVS in vet. codice TALBVS est. mihi ignotus.

Crede mihi, sacra populi digna est] Locus depravatus. Vetus liber *satra*; sed nondum sanatus locus. *Satra populi lingua est*, tentauit Guil. Ranchinus I.C. Variarum lib. I. vt illud vulgatum expresserit Seneca: *vox populi, vox Dei.* Coniecturæ fauent quæ antecedunt.

Atqui iustus metus meus tu es] Rom. editio *Ecquid*. Repone, *metus meus est* ex Epitoma: & mox *communia*, recte vetus ille liber, non *omnia*: error natus ex scripturæ compendio.

Liquet nobis esse Deos] Tale illud Controu. II. *Ergo tu cum tam innocens, quam dicis, vixeris: ista passa es, credis Deos esse?* Et illud Varronis Atacini Poetæ lepidum epigramma apud Cornutum Persij interpretem:

Marmoreo Licinus tumulo iacet, at Cato nullo:
Pompeius paruo: credimus esse Deos?

Adoptaui te, cum abdicatus es, cum abdices, abdico] Nic. Faber rescribit, *cuius adoptas, abdico.* Fortasse ita rectius: *cum adoptaris, abdico.* Id est, cum in gratiam reuerteris cum patre naturali, & ad pristinum ius redis, quasique ab eo adoptaris. Ceterum de Arrogationis & adoptationis discrimine differit Agellius lib. V. Noct. Attic. cap. XIX.

Affectus nostri in nostra potestate sunt] Editi quos quidem viderim omnes, & Epitoma negatiue: *in nostra pot. non sunt.* Vetus. 2. affirmate, sed sensus hic non constabit, quanquam ea sit disciplina Epictetus: τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐστὶν ἐφ᾽ ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν. ἐφ᾽ ἡμῖν μὲν, ὑπόληψις, ὁρμή, ὄρεξις, ἔκκλισις. καὶ ἑνὶ λόγῳ ὅσα ἡμέτερα ἔργα. οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν δὲ, τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, δόξαι, ἀρχαὶ καὶ ἑνὶ λόγῳ ὅσα οὐχ ἡμέτερα ἔργα.

Quædam iura non scripta] Clare in membranis, *quædam iniuria n. s.* Vnde *quædam in iure* Ant. Augustinus recte emendabat. Iustinianus Imp. lib. I. Institut. ex Vlpiano I.C. E. 6. De iustitia & Iure: *Constat*, inquit, *ius nostrum quo vtimur, aut scripto, aut sine scripto: vt apud Græcos* τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι. *Scriptum ius est Lex, Plebiscitum, Senatusconsultum, Principum placita, Magistratuum edicta, responsa Prudentium. Sine scripto ius venit, quod vsus approbauit: nam diuturni mores consensu vtentium comprobati, Legem imitantur.* Et consuetudo, Legis & Naturæ vim obtinere dicitur. L. De quibus XXXII. & sequ. D. de legib.

Nam patrem] Damno coniecturam meam, quam olim feceram, vt locum integrarem, *Non patiar vt alteri*: Cedoque libens excellenti Ant. Augustini iudicio, qui parua commutatione reponit. *Alam patrem*: quomodo fere tentasse Fabrum post comperi: nimirum: *Non alerem vt alteri patri.* Melius fortasse Guil. Ranchinus, vnius litteræ cõmutatione, ex *Nam patrẽ*, legit *Num patrem vt alteri*, &c. Hoc est, *Num committam vt alteri.* Valeant igitur illa somnia. *Non putaram*: quod sapientis esse negat Cicero.

Tantum quo spiritum posset producere] Hæc alibi explanauimus ex Demosthene, Sallustio, Varrone & Symmacho.

Apparet ab inimicis ali,] Talis & ille Terentij in Eunucho iocus: *Apparet hunc esse seruum Domini pauperis.*

Thyesteo more] Atrei & Thyestis fratrum odium ex Tragœdia notum: hic fratris vxorem adulterio constuprauit: ille liberos vicissim, vlciscendi sui causa, epulandos patri apposuit: quod scelus & Solem aduerso cursu detestatum fabulantur. *Thyesten* autem Tragœdiam Græce scripsit Diogenes, auctore Laertio, Latine Ennius: citatque Cicero & Festus Pompeius:

Aspice hoc sublime candens, quem inuocant omnes
Iouem.

& sæpe Nonius. Docuit eam fabulã & Pacuuius, ex qua illud apud Fulgentium repperi:

Non illic luteis aurora bigis.

Oedipothyestes M. Varronis ab eodem Marcello laudatur. *Atreum* vero Accius poeta docuit, Prisciano & Nonio auctoribus: Pomponius item apud eundem Marcellum. Cuius cuius autem hoc ἀποσιωπώμενον, sit, non coniicio, nec enim diuinandi artem calleo.

Cur fugis fratrem? scit ipse] Sic interpungendum censeo. Tale illud Fabij lib. IX. cap. II. Figuræ compositionibus ambiguis: vt in illa Cõtrouersia, in qua infamis amore virginis filiæ pater, raptam eam interrogat à quo vitiata sit, *Quis te, inquit, rapit? Tu pater nescis?*

Immature magnum ingenium non esse vitale] Hinc Flaccus lib. II. Sermonum:

—— ô puer, vt sis
Vitalis metuo. Et Fabius lib. I. cap. III. *Illud ingeniorum velut præcox genus, non temere vnquam peruenit ad frugem.* Et Prouerb. *Poma præcocia cito decidunt.*

Quo sententia verbis consummatur] Al. *quid sentias verbis consumm.* Cicero de legib. *Mentis interpres est oratio*: ex Aristotele περὶ ἑρμηνείας. Nihil hic Senecæ deesse puto, nec in veteri libro vacuũ spatium, vt in editis relictum, Græcarumque vocum nec vola, nec vestigium apparet.

GRVTERVS ET IVRETVS.

ET hominum cadaueri] recte. nam cadauer hominis eiectum sepeliendi affectus naturalis est: & non quidem omnibus animantibus, sed ho-

mini sic à natura insitus, vt quoniam iura naturalia corrumpere ciuilis ratio nō potest, ideo ne iure quidem patriæ potestatis, aut alio iure ciuili fieri possit, vt nō liceat, aut potius, vt non cuiuis necesse sit, ex illo humanitatis communi iure atque officio terram homini mortuo etiam ignoto sepeliendi causa iniicere. quo illud Quinctiliani spectat Declamat. 5. *Hinc & ille venit affectus, quod non notis cadaueribus humum congerimus, & insepultum quodlibet corpus nulla festinatio tam rapida transcurrit, vt non quantulocunque veneretur aggestu.* Sic P. Faber. lib. 2. cap. 1. Semest. apud quem videantur plura.

...... *Hoc colore*] reponatur fide mss. Palatini, *Argentarius hoc colore.* male Erasmus *Triarius* : is enim proxime præcesserat.

Sacerdos prostituta. CONTROVERSIA II.

LEX. *SACERDOS CASTA E CASTIS, PVRA E PVRIS SIT.* Thema. *Quædam virgo à piratis capta venijt: empta à lenone, & prostituta est. Venientes ad se exorabat stipem. militem qui ad se venerat, cum exorare non posset, colluctantem & vim inferentem occidit. accusata, & absoluta, remissa ad suos est: petit sacerdotium. Contradicitur.*

CONTRA PVELLAM. *Porcij Latronis.* Sacerdos nostra adhuc in lupanari viueret, nisi hominem occidisset. Inter barbaros quid passa sit, nescio: quid pati potuerit, scio. Sacerdoti ne putus quidem cōtigit dominus. Absint ex hoc foro lenones, absint meretrices: ne quid parū sanctum occurrat, dū sacerdos legitur. si nihil aliud, certe osculatus est te, quisquis puram putabat. O egregium pudicitiæ patrocinium: militem occidi At hercules lenonem non occidisti. Deducta es in lupanar, accepisti locum, pretium constitutum est, titulus inscriptus est: hactenus in te inquiri potest. Ceterum nescio quid cellulam & obscœnum lectulum voces. De pudicitia sacerdotis hic queritur. Nemo, inquit, mihi virginitatem eripuit, sed omnes quasi erepturi venerunt: sed omnes quasi eripuissent, recesserunt.

Quo mihi sacerdotem, cuius precaria est castitas? cum ex illo lupanari cruenta fugeres, si qua tibi occurrisset. Si mater tua prostitisset, tibi noceret: propter te liberis tuis sacerdotium non daretur. *Fuluij Sparsi.* Quid inclusa feceris, nec quærere debemus, nec scire possumus. *Cornelij Hispani.* Occidisti hominem. quid respondes? vim afferebat mihi. Puto, sacerdoti pro libertate vota facienda sunt: captiuæ mandabitis? Pro pudicitia vota facienda sunt: prostitutę mādabitis? Pro militibus vota faciēda sunt: isti mandabitis? Id enim deerat, vt templa eas reciperent, quas aut carcer, aut lupanar eiecit. *Marilij.* Vt sciamus illam apud lenonē fuisse, blanda est: vt sciamus apud piratas, cruenta est. Nemo, inquit, me attigit. domi lenonis rationes captura conueniet. Age, si quis venit pertinax? age, si quis hoc ipsum concupiuit quod virgo eras? age, si quis, ne negare posses, ferrum appulit? *P. Vinitij.* Eam sacerdotem facite, quæ aut honeste maneat, quod semper fuit, aut pœnam sentiat, si esse desierit. Cuius audaciæ es puella? etiam si nobis non timeremus, tu tibi metuere deberes. Aliter deorum numini subiecta vniuscuiusque conscientia est, aliter nostræ æstimationi. Nos tantum quæ feceras palam, vidimus, illi, etiam quæ secreta sunt. Indignam sacerdotio dicerem, si transisses per lupanar. Procedente hac lictor submouere iubebitur? huic prætor via cedet? summum imperium cōsules cedent tibi? Quæcunque meretrix prostrata fuit, fugiet? Fas sacerdoti non esset, ancillam tibi similem habere: fieri te sacerdotem fas erit? Nam quod ad sortem pertinet, ne reliquæ virgines contaminarentur, hæc segregata est. Castam te putas, quia inuisa meretrix es. Nuda in litore stetit ad fastidium emptoris: omnes partes corporis & inspectæ & contrectatæ sunt. Vultis actionis exitū audire? Vendit pirata, emit leno, excipitur nihil. Eo deducta es, vbi tu aliud honestius nihil facere potuisti quā mori. Quæ stipem rogasti, sacerdotium rogas? Fortuna, inquit, hoc me coegit pati, misereri debent omnes mei. Et ego misereor tui puella. sed non facimus miserandas sacerdotes. non est apud nos maximus honor, vltimorum malorum solatium. *Mentonis.* Honorem habitum auribus maiestatique velim vestræ, quod necesse est in hac causa nominare lupanar. lenonem, meretricios quæstus, homicidium. Quis credat? Inter hæc sacerdos quæritur. At mehercules futuræ sacerdoti nihil ex his audiendum erat. Sacerdotis vestræ summa notitia est, quod prostitit: summa virtus, quod occidit, summa felicitas, quod absoluta est. Non potest in ea sperari sacerdos, in qua sperari meretrix potest. Aliis oculis virginem leno æstimat, aliis pontifex. *Blandi.* Virgo sum, inquit. interroga, si dubitas, archipiratam: interroga gladiatorem, an rogatus virginitati pepercerit. Non refello, dum scias clausa esse testibus tuis tēpla. In auctione nemo voluit liceri, vt enotuit, seruisse piratis: non videbatur iste virginis vultus, ista constantia, & ne armatum quidem timens audacia. *Arellij Fusci Patris.* Ne metuas puella, pudica es: sed sic te viro lauda, non templo. Meretrix vocata es, in communi loco stetisti, superpositus est cellæ tuæ titulus, venientes recepisti. Cetera, etiam si in communi loco essem, tamē potius tacerem. *Pompeij Silonis.* Excipitur meretricum osculis. Docetur blanditias, & in omnem motum corporis confringitur. Auertite aures petituræ sacerdotiū, dum reliqua narro, nihil ad vos deferam dubium, nihil audietis, nisi quod vicina ciuitas vidit. Tu sacerdos? quid si tantum capta? quid si tantum prostituta? quid si tantum homicida? quid si tantum rea fuisses? *Romani Hisponis.* Nunquid hoc negas, colluctatam te tamen cum viro? quem in illa volutatione necesse est prius super te fuisse. Adiciebat *Zeno*, merito occisum militem. Plus ausum, quam in prostitutam licebat. Exorasti populum. Nunquid & lenonem? nunquid & piratam illum, quem non poteras occidere? *Argentarij.* Armatum, inquit, occidi. Quid inermis gloriatur homicidio eius, quem nescio an sero occiderit?

Cestij Pij Narratio.

Cestij Pij Narratio. Ita domi custodita est, vt rapi posset: ita curæ fuit suis, vt rapta non redimeretur: ita raptæ pepercere piratæ, vt lenoni venderetur: sic emit leno, vt prostituerit: sic venientes deprecata est vt ferro opus esset. Coniectum in vrnam nomen eius non exiit, sed electum est. tempus erat nos sortiri: vrna purgata est. Stetisti puella in lupanari: vt nemo te violauerit, locus ipse violauit. Stetisti cum meretricibus, stetisti sic ornata, vt populo placere posses, ea veste quam leno dederat. Nomen tuum pependit in fronte: precia stupri accepisti, & manus quæ diis datura erat sacra, capturas tulit. eū deprecateris intrantis amplexus, vt omnia alia impetraris, osculo rogasti. Ancillæ ex lupanaribus sacerdoti non emuntur: coram sacerdote obscœnis homines abstinent. Non sine causa sacerdoti lictor apparet, occurrenti tibi meretricem submouisset. Non est credibile temperasse à libidine piratas, omni crudelitate efferatos, quibus omne fas nefasque lusus est: simul terras & maria latrocinanteis, quibus in aliena impetus per arma est: iam ipsa frōte crudeles, & humano sanguine assuetos, præferentes ante se vincula, & catenas, grauia captis onera. A stupris remouere potuisti, quibus totet tot tanto maiora scelera, virginem stuprare, innocentia est? Sed lupanar excipit omnes. sordida iniuriosaque turba huc influit, nec quisquam eo vt iudicet, venit. At omnes fauere fabulis tuis, at omnibus persuasum est. Nemo in tanta euntium redeuntiumque turba inuentus est, qui fortunæ tuæ vellet illudere? Ergo tu cum tam innocens quam dicis, ista passa es, credis deos esse: nihil, inquit, passa sum. hoc satis est nupturæ, sacerdoti parum. Vbi adhuc fuisti? discede, ignota es: discede, nimiū nota es. *P. Asprenatis.* Contradico, non inimicitiis cuiusquā impulsus. Quod enim odium, quæ inimicitiæ cuiusquam esse possunt, quam nemo ciuium suorum norat antequam prostitit? Mouet me respectus omnium virginum, de quibus hodie grauis fertur sententia, si in ciuitate nulla inueniri potest, neque meretrice castior, neque homicida purior. Piratæ te inuiolatā seruauerunt? à sacerdote se non abstinuisset pirata, leno, mango. De sacerdotis pudicitia his sponsoribus credendum est? Iacuisti in piratæ myoparone: contrectata es alicuius osculo, alicuius amplexu. An melius pirata seruauit, quam pater? Conuersata est diutius inter humano sanguine delibutos: inde est profecto quod potest hominem occidere. Proclama ingenuam esse te. quid expectas? cum in lupanar veneris iam tibi omnia templa præclusa sunt. Conseruarum oculis inquinatur, inter ebriorum conuiuarum iocos iactatur, modo in puerilem, modo in muliebrem habitū composita. Istinc ne patri quidē redimenda es. Nulla satis pudica est, de qua quæritur. Non legerem te sacerdotē etiā si sacerdoti seruisses. Virginem esse sacerdotem nostram, cui credimus? meretrici, lenoni, piratis? hæc enim testium forma est. Castigationē ex pontificis maximi arbitrio meruerat sacerdos, si te è lupanari redemisset. Conuenit omnis libidinosorum turba, & concurrit ad meretricem nouam. Illud certe fateberis, pudicitia tua precaria est. Tot intrauerunt cellam tuam gladiatores, tot iuuenes ebrij, & omnes ante militem inermes. Ego illam dico prostitisse: illa se dicit etiam mendicasse. Pudicitiam sacerdotis meæ etiam carnifici debeo. *Iunij Gallionis.* Ambitiosa lex est ad sacerdotium notæ non sanctitatis tantum, sed felicitatis admittit. Inquirit in mores, in corpus, in vitam. Vide tu, quemadmodum tam morosæ legi satisfacias. Capta es à piratis: inter seruos, inter homicidas, in illis myoparonis angustiis spatiata es. Viderimus quid in te audere potuerit feritas hostium, libido barbarorum, licentia dominorum. Certum habeo, Iudices, cum hanc feritatem barbarorum audiatis, fauetis illi, vt quam primum mutet seruitutem. Sic istam seruauerunt piratæ, quemadmodum qui lenoni essent vendituri. Stare in illo ordine, ex eadem vesci mensa, in eo loco viuere, in quo etiam si non patiaris stuprum, videas. Aliquis fortasse inuentus est, quem hoc ipsum irritaret, quod rogabas. Ipse autem leno pepercit? Ignoramus istos: quibus vel hoc in eiusmodi quæstu præcipue placet, quod illibatam virginitatem decerpunt. Seruauit te leno, quam prostituturus erat in libidinem populi? ita est. Sic leno tanquam nos castam è castis. Omnes, inquit, exoraui. Si quis dubitat, an meretrix esset, audiat quam blanda sit. Hæsisti in complexu: osculo pacta es, vt felicissima fueris: pro pudicitia impudice rogasti. Quid faciam mulieri in crimina sua desilienti? Cum dico, Vim passa es: Occidi, inquit. cum dico, Hominem occidisti: Inferebat, inquit, vim. Sacerdos nostra stuprum homicidio, homicidium stupro defendit.

Diuisio. Latro in has quæstiones diuisit: An per legem sacerdos fieri non possit: & si lex illi non obstat, tamen sacerdotio indigna sit. An lege prohibeatur, in hæc duo diuisit: An casta sit, an pura sit. An casta sit, in hæc diuisit: Vtrum castitas tantum ad virginitatem referatur, an ad omnium turpium obscœnarumque rerum æstimationem. Puta enim virginem quidem esse te, sed contrectatam oculis omnium, etiam si citra stuprum, cum viris volutatam. Es casta talis, qualis videri potest, cui lex nocere vult matrem quoque incestam. Si ad virginitatem tantum refertur castitas: An hæc virgo sit. Aiebat *Apollodorus* quidem placere, si fixa esset, hæreat & tuta: sed hic non repugnare Controuersiam huic suspicioni. Non enim potitur adhuc virgine: & multa sunt propter quod credibile sit non esse. illud adiiciebat: Denique etiam si non effecero, vt credāt iudices non esse virginem: cōsequar tamen, vt non putent dignam sacerdotio, de qua dubitari potest, an virgo sit. An pura sit, in hæc diuisit. An etiam si merito occidit hominem, pura tamē non sit homicidio coinquinata: deinde An merito occiderit hominem innocentem, vti corpore prostituto volentem. Absoluta est. ostēdit non puram se esse, sed tutam. An idonea sit, in tractationes quas quisque vult diuisit: An idonea sit tam infelix vt caperetur, vt veniret lenoni potissimum, vt prostitueretur, occidere hominem cogeretur, vt causam diceret. *Cestius* etiam altius perit, & obiicit, quod tam vilis suis fuisset, vt non redimeretur. *Silo Pompeius* dum præceptum sequitur, quo iubemur, vt quotiens possumus de omnibus legis verbis Controuersiam faciamus, illam quæstionem mouit, *Casta è castis:* Lex, inquit, *è castis* cum dicit, hoc non tantum ad parentes refert, sed ad omnes quibus cum versata est virgo.

Non enim adiicit, *è castis parentibus*: sed, *è castis*, vult illos à quibus virgo venit, castos esse. Intelligo, inquit, sub hoc verbo multa. Castis cum dicis penatibus, tu ex incestis venis: intelligo castis disciplinis, tu ex obscœnissimis venis. quid enim didicisti? & quæcunque hoc loco dici poterant. Idem & in illa parte fecit, *Pura puris. Hispo Romanus* accusatoris vsus pugnacitate, negauit puram esse, non ad eam hoc referens, sed ad corpus: tractauit imputam esse, quæ osculum impuris dederit, quæ cibum cum impuris ceperit. *Albutius* figuram diuisit in Controuersiam. Dixit enim: Putemus tres sacerdotium petere: vnam, quæ capta est: alteram, quæ prostituta: tertiam, quæ hominem occidit. Omnibus nego: & sic causam contra singulas egit. *Fuscus Aurelius* sic diuisit. Probabo indignam sacerdotio: primum, etiam si pudica sit: deinde, quia nescimus an pudica sit: nouissime, quod non sit pudica.

Color. Fuscus pro puella colorem hunc introduxit. Voluerunt Dij immortales in hac puella vires suas ostendere, vt appareret, quam nulla vis humana diuinis resisteret: magis putauerunt miraculo esse in captiua libertatem, in prostituta pudicitiam, in accusata innocentiam. *Latro* dixit: Aliqua capta felicior fuit, nulla fortior. *Marillius* cum descripsisset dignationē puellæ magnam fuisse, altius quiddam supērbiusque vultu ipso præferentem, hanc adiecit sententiam, quam solebat mirari Latro, immo (vt ipse aiebat) exosculari: Narrate sane omnes tanquam ad prostitutam venisse, dum tanquam à sacerdote discesserint. *Albutius* dixit: Nescio quis fero & violento animo venit, ipsis credo diis illum impellentibus vt futuræ sacerdotis non violatet castitatem, sed videret: prædixit illi, abstineret à facto corpore manum. Non est quod audeas lædere pudicitiam, quam homines seruant, dij expectant. Cruente & in perniciem cruente tuam, hæc, inquit, arma, quæ nescis tenere pro pudicitia: & raptum gladium in pectus piratæ sui torsit. Hoc factum eius ne lateret, eisdem diis immortalibus fuit curæ. Accusator eius inuentus est, qui iudici eius in foro testimonium redderet. Nemo credebat occisum virum à femina, iuuenem à puella, armatum ab inermi: maiora videbantur, quam vt possent credi sine deorum immortalium auxilio gesta. *Cestius* timuit se in narrationem demittere, sed illam transcucurrit: hoc dixit, in sacerdote futura maxime debere, æstimari pudicitiam: innocentiam, felicitatem. quam pudica sit, miles ostendit: quam innocens, iudex: quam felix, reditus. Etiam habemus quandam prærogatiuam sacerdoti ab ipso numine datam, licet isti obiiciant illi fuisse captiuam, lenoni postea fetuisse, causam nouissime dixisse? inter tot pericula non seruassent illā dij, nisi sibi. *Argentarius* illud in narratione dixit. Accusator in hoc maxime premebat ream, aiebat occisum esse intra verba, antequam vim afferret. *Silo Pompeius* hac figura narrauit: Eam vobis sacerdotem promitto, quam incestam nulla facere possit fortuna. Potest aliquid seruitus cogere: seruiuit & barbaris & piratis: inuiolata apud illos mansit. Potest aliquam corrumpere prolapsi in vitia sæculi praua consuetudo: etiam matronarum notum in libidine magisterium, licet illam ponatis in lupanari, & per hoc illi intactam pudicitiam efferre contigit. fuit in loco turpi, probrose lenonillam prostituit: populus adorauit; nemo non plus ad seruandam pudicitiam contulit, quam ad violandam attulerat. Multum potest ad rectum quoq; pudici animi propositum: hostis gladio non succumbet? immo, si opus fuerit, pudicitiam vindicabit. Incredibilem videor in puella rem promittere: iam præstitit. Adolescentem misericordis populi beneficiū polluere tentantem gladio repulit. Fuit qui illam accusaret cædis. absoluta est. ne qua vobis posset esse dubitatio, quæ ventura erat ad sacerdotium, an pura esset, an integra: iam iudicatū est. *Triarius* dixit: Negat se puella fecisse. Negat illum suis manibus cecidisse. Altior, inquit, humana visa est circa me speciei eminere, & puellares lacertos supra virile robur attollere. quicunque estis dij immortales, qui pudicitiam ex illo infami loco cum miraculo voluistis emergere, non ingratæ puellæ opem tulistis. Vobis pudicitiam dedicat quibus debet. *Alterius* partis color nihil habet difficultatis. Apparet quas proposui. dicendum est in puellam vehementer, non sordide, nec obscœne. Sordide *Basilius*, qui dixit: Extra portam istam virginem. &, Ostende istam æruginosam manum. *Vibius Rufus*, qui dixit: Redoles adhuc fuliginem fornicis. Obscœne, quemadmodum *Murrhedius* rhetor, qui dixit: Vnde scimus, an conuenientibus pro virginitate alio libidinis genere deciderit? Hoc genus sensus memini quendam prætorium dicere, cum declamaret Controuersiam de illa quæ egit cum viro malæ tractationis, quod virgo esset, & damnauit: postea petiit sacerdotium. Nouimus, inquit, istam maritorum abstinentiam, qui etiam si primam virginibus timidis remisere noctem, vicinis tamen locis ludunt. Audiebat illum Scaurus, non tantū disertissimus homo, sed venustissimus, qui nullius vnquam impunitam stultitiam transire passus est, statim Ouidianum illud.

Dum timet alterius vulnus inepta loci.

& ille excidit, nec vltra dixit. Hoc autem vitium aiebat Scaurus è Græcis declamatoribus tractum, qui nihil non & permiserint sibi, & penetrauerint. *Hybreas* inquit, cum diceret Controuersiam de illo qui tribada deprehenderat & occiderat, describere cœpit mariti affectum, in quo non deberet exigi inhonesta inquisitio. ἐγὼ δ' ΕΣΚΟΠΗΣΑ ΠΡΟΤΕΡΟΝ τὸ ἄνδρα γεγένηται, ἢ προσέῤῥαπται. *Grandaus* Asianus æque declamator cum diceret in eadem Controuersia: Num ideo occidi adulteros non paterentur, dixit. εἶτα, εἰσεδέξατο μοιχὸν ἥκεσε. In hac Controuersia de sacerdote, non minus obscœne dixit Murrhedius. Fortasse dum repellit libidinem, manibus excepit. Longe recedendum ab omni obscœnitate & verborum & sensuum. quædam satius est causæ detrimento tacere, quam verecundiæ dicere. *Vibius Rufus* videbatur quotidianis verbis vsus non male dixisse. Ista sacerdos quantum mihi abstulit.

IN CON-

IN CONTROVERSIAM SECVNDAM.

NICOLAVS FABER.

SACERDOS *noſtra*] Epitome ſcriptum habet *veſtra*. vtrumque quia ferri poteſt, quod receptum eſt retinui.

Domi lenonis rationes] Quid ſi legamus, *Da mihi lenonis rationes: captura conueniet*. id eſt tantum ab adeuntibus accepiſſe, quantum quamuis aliam meretricem, vt inde caſtiorem ceteris non eſſe clarum ſit.

Quæ feceras palam,] Paulo melius fortaſſe, *Quæ feceris palam*.

Omnes partes corporis] Expoſita enim mācipia ab empturientibus, num ſana & integra eſſent, contrectabantur. Martialis lib.vi. Epigram. lxxxii. Suetonius Octauio, cap.lxix. Porro linea eadem legendū, *vultis auctionis extum audire* non *a ctionis*.

Cella tua titulus,] Qui nomen meretricis proſtantis indicaret. Iuuenalis Sat. vi. de Meſſalina,

—*titulum mentita Lyciſcæ*.

Martialis lib.xi.

Intraſti quoties inſcripta limina cellæ.

id eſt, titulum habentis. Huiuſmodi titulos intelligit Petronius Arbiter, cum ſcribit, *Cum ego negarem me cognoſcere domum, video quoſdam inter titulos, nudaſque meretrices furtim ſpatiantes*. Tertullianus de pudicitia ſtatim initio: *Ego & mœchiæ & fornicationis delicta pœnitentia functis dimitto O edictum cui adſcribi non poterit bonum factum. Et vbi proponitur liberalitas iſta? ibidem opinor, in ipſis libidinum ianuis, ſub ipſis libidinum titulis*.

Adiiciebat Zeno,] Quid ſi legamus *Silo*? Nam Zenonis Rhetoris latini alibi non fit mentio, Zeno tamen Rhetor Græcus apud Strabonem lib.xiv. nominatur: ſed Hiſpone paulo antiquior fuit, cui adeo adiicere non potuit.

At omnes fauere] Ceteræ editiones, *Aut omnes fauere fabulis tuis, aut omnibus*, &c. vnde coniicio legendum, *Haud omnes fauere fabulis tuis, haud omnibus perſuaſum eſt*.

Conſeruarum oculis inquinatur,] Lego, *conſeruarum oſculis inquinatur*.

Puta enim virginem] Locus corruptus & à verbis & ab interpunctione: qui tamen leuiſſima opera curari poteſt ſi legamus, *Puta virginem quidem eſſe te, ſed contrectatā oſculis omnium etiam ſi citra ſtuprum, tum viris volutatam*. *An caſta talis*, &c. Nec dubito quin vera ſit hæc huius loci lectio Nam cum lex ſit CASTA E CASTIS, iure quæri poteſt an hæc ad mētem huius legis caſta, quæ licet incorrupta, in lupanari tamen verſata ſit.

Aiebat Apollodorus quidem placere, ſi ſic a eſſet.] Locus mirum qoantum vitiatus, & quem ex parte depono: videor tamen videre quid dicat. Scholæ præceptum eſt vitioſas eſſe illas quæſtiones quæ contra thema ſunt. qua ratione dubitari poteſt, num hæc vltima quæſtio, An virgo ſit, velut contra thema, ſit vitioſa. At Apollodorus negat eſſe. non enim poni virginē, ſed quæri. Quare legi poterit: *ſed lnenon rep. contr. huic ſuſpicioni. Non enim ponitur adhuc virgo: & multa ſunt*, &c. & ſane in themate dicitur virgo empta, ſed non

Senec.

virgo ex lupanari euaſiſſe.

Figuram diuiſit in cōtrouerſiam.] Vide num rectius legamus. *Albutius figura diuiſit Controuerſiam*, vel, *in figuras diuiſit Controuerſiam*. infra enim Controu.v. lib.ii. dicit, *Albutius decentiſſime fecit. Solebat enim ſere in aliquas figuras declamationem deſcribere, & prius egit iniuſti repudij: deinde ingrati*. Porro hoc loco generalius nomine accepto figuram vocat conformationem declamationis remotam à communi & primum ſe offerente ratione.

Hæc, inquit, arma quæ neſcis] Fortaſſe, *Hæc, inquit, arma te neſcis tenere pro pudicitia?* & linea ab hac ſecunda, *accuſator enim inuentus, qui iudici eius*, &c.

Notum in libidine] Veteres editiones habent, *vultum in libidine magiſterium*. Ex quo elicio legendum, *multum in libidine magiſterium*. Veteres editiones cum dico, duas illas antiquas Venetianas, de quibus in præfatione loquutus ſum, intelligo: quod ſemel admonuiſſe ſufficiat.

Apparet quas propoſui dicendum Hæc quia corrupta ſunt in editione recēti Romana, omiſſa ſunt: mallem tamen ex his aliquid efficere & legere, *Alterius patris color nihil habet difficultatis. Apparet ex his quæ propoſui*, vel, *Alterius partis colorem nihil habere difficultatis apparet*, &c.

Et penetrauerim] Potius legendum *& perpetrauerint*.

Hybreas] ἐφ᾽ ἡμῶν μέγιστος ῥήτωρ, inquit, Strabo libr.xiii. ex Mylaſa Cariæ ciuitate, quam Plinius libro v. cap.xxix. liberam fuiſſe dicit, ortus, Diotrephiſque Antiocheni diſcipulus floruit initio imperij Auguſti æqualis Nicetæ rhetori, & Theodoro. Euſebius ad Olymp. clxxxvii. *Nicetes, & Hybreas, & Theodorus, & Plutio nobiliſſimi artis Rhetoricæ Græci præceptores habentur*, Ita enim diſerte habet vetuſtiſſimus codex clariſſimi ſenatoris Cl.Puteani, cuius egregiam doctrinam & probitatem ſuauiſſimoſque mores nemo qui nouit, non amat. Malevulgo apud Eoſebium legitur *Hybracas*, ex qua tamen lectiooe patet in exemplaribus, vnde ſumptæ ſunt editiones vulgares, per diphthongum ſcriptum fuiſſe hoc nomen: qoemadmodum etiam in Puteani codice extat. Græci abſque diphthōgo ſcribunt. Huius Hybreæ vitam pleniſſime deſcribit idem Strabo libro xiv. à quo cuique petere licet.

SCHOTTVS.

ACCEPISTI *locum, pretium conſtitutum eſt, titulus inſcriptus*] Poſt non longe Arellius Fuſcus: *Meretrix vocata es, in communi loco ſtetiſti; ſuperpoſitus eſt cellæ tuæ titulus venientes recepiſti*. Addit & Ceſtius, nomen etiam inſcribi ſolere, *Nomen*, inquit, *tuum pependit in fronte, pretia ſtupri accepiſti*. Mos hic vetus, vt tanquam merx, licet non bona, inſcriberetur. Martialis lib.xi. epigr.xlvi.

Intraſti quoties inſcriptæ limina cellæ.

Et Iuuenalis, de Meſſalinæ, Claudij Imp. impo-

tenri libidine: Satyra vi. Tertullianus lib. de Pudicitia: *vbi proponetur liberalitas? sub ipsis libidinum ianuis? sub ipsis libidinum titulis?* Mentiebantur itaque etiam titulum nomenque mutabant, vt ex Plauti Pœnulo & Iuuenalis loco docet And. Alciatus lib. ix. cap. xvi. περὶ ζῴων.

Vt sciamus apud piratas: cruenta est. Nemo, inquit, me attigit] *Domi lenonis*, hæc addidi, itaque edendum curaui, fidem secutus auctoritatemque optimorum librorum, qui mihi ad hasce emendationes auctores extiterunt.

Rationes captura] Hinc mox *Capturas* vocat Cestius Pius, *Manus*, inquit, *quas Diis datura erat sacra, capturas tulit.*

Procedente hac lictor submoueri videbitur] *Procedẽtes hac lictor submouebitur*: legas in codicibus illis. vnde tentabam: *Procedẽtes hanc lictor submouere iubebitur.* Vel: *Procedẽte hac lictor submouere iubebitur*, vt exaudiatur, *prætereuntes*, vel alius eiusmodi. Vulgaris sane lectio sana non est, nisi quid iudicans fallor. Vt autẽ Prætori, Cos. & Dictatori lictores præibant, qui populum & infames, vt lenones, meretrices submouerent, occurrentes equo descẽdere iuberent: ita & Imperatorum vxoribus & Vestalibus apparere solitos colligo. De L. Quinctio Flaminino Proconsule inf. lib. v. sic Blandus ait: *Maiestatem læsam dixissem, si tibi lictor è conspectu non submouisset meretricem.* De Augustorum feminis Tacitus lib. i. & initio libri xiii. Annalium. De Sacerdote vero Vestali hic Cestius Pius post paullo: *Non sine causa sacerdoti lictor apparet: occurrẽti tibi meretricem submouisset.* Dio lib. lvi. Tacitus lib. xiii. Annal de libertis: *Quippe late fusum id corpus. Hinc plerasque tribus, decurias, ministeria Magistratibus & sacerdotibus* (in his & lictores erant) *cohortes etiam in vrbe conscriptas.* Sed hac tota de re erudite & acute, vt omnia I. Lipsius lib. i. Electorum. ca. xxiii.

Quæcunque mer.] *quæque* constanter verus liber, pro *quæcunque* vt hac ipsa Controu. *Et quæque hoc loco dici poterant. Et quique estis Dij immortales.* Sic Horatius pro *quandocunque*.

Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus

Nuda in littore stetit] Et hoc seruatum Quinctilianus innuit Declamat. cccxl *Fortasse etiam natus est ingenuus: fortasse rapto ex aliquo littore prætextam fortuna reddidit.* Prudentius lib. i. aduersus Symmachum. v. Præfect.

——temulentus adulter
Inuenit expositum secreti in littoris acta
Corporis egregii, &c.

Et Vitruuius lib. i. cap. vlt. Architecturæ Veneris fanum ex Etruscorum haruspicum disciplina extra murum collocari.

Ad fastidium emptores] Sic interpungendum censeo Mangonum & hic mos clarescet ex Martialis lib. vi. epigram. lxxxii.

Quidam me modo, Rufe, diligenter
Inspectum velut emptor, aut lanista,
Cum vultu digitoque subnotasset.

Et Claudiano in Eutropium lib. i.

Nudatum quoties medicum dum consulit emptor,
Ne qua per occultum lateat iunctura dolorem,
Omnis pœnituit precii venumque redibat
Dum vendi potuit.

Viden Suetonius in Augusto cap. lxix. & in Caligula cap. xxxvi. Seneca Epist. lxxxi. Lucianus in Eunucho: & ἐν βίων πράσει qui mancipiũ mercatur: Ἀλλ' ἀπόδυθι, καὶ γυμνὸν γάρ σε ἰδεῖν βούλομαι.

Et in omnem corporis motum confingitur] Placet vetus scriptura *confringitur.* Fracti enim molles & libidine eneruati dicuntur. Persius.

——patrantis fractus ocello.

In pirata myoparone] Piratarum enim proprium hoc nauigij genus, auctore Nonnio, ex Ciceronis iii. de Repub. & frequenter in Verrem, Sallustio quoq. iii. Histor. & Sisenna lib. iv. Põtius Paulin. Episc. Nolanus epist. ad Macarium. *Procurator Christiani viri fratris nostri Postumiani esse dicitur, qui eam nauem, in Brutiorum littore, quo possessio Senatoris alluitur, allapsam, auarior mari, & sine myoparone piraticam in terra agens occupauit, & captam vacuefecit.* Sic enim leg. docuit Iac. Billius lib. i. Obseruationũ sacrarum cap. vi. cum nullo antea sensu legeretur: *& sene meo, parone.*

Conuersata est diutius inter humano] In vet. libro expressa hæc vestigia repperi. *Conuersata est cauentis ex hum. sang. delibutis.* Fortasse leg. *Conseruata* (seu potius *conserua*) *est cruentis & humano sanguine delibutis.* Mox enim de Meretricibus ait, *conseruarum oculis inquinatur.* Aut. Augustinus hoc modo. *Conseruata est cauernis, & inter humano sang. delibutos.* Quidam liber *cautius* pro *cauentis* suprascriptum habet. Sed, verum vt fatear, vtra lectio præstet, θεῶν ἐν γούνασι κεῖται.

Modo in puerilem, modo in muliebrem composita] Habitum enim mutare solitas, vt amatoribus gratiores essent, ex Clemente Alexandrino lib. iii. pædagog. & Saluiano Massiliẽsi presbyt. li. viii. De gubern. Dei, & Martiali docuit Iac. Durãtius Aruernus, quæ meus exscribere vetat pudor.

Albutius Figuram diuisit in Controuersiam] Hic Figuram vocat τὸ κατ' ἔμφασιν, vt Græci loquebantur, auctore Fabio Quinctiliano: aut τὸ πλάσμα, vt Hermogenes. Fingit enim tres Sacerdotium petere, Aliter igitur atque supra, obserua hoc nomen hic accipi.

Matronarum notum in libidine magisterium] *Vultum* compendio scriptum repperi: opinor *vulgatum.* Ant. vero Augustinus, *multum*, quod & Nic. Fabro homini doctissimo in mentem venit, integrum esse: sed hac de re alibi disserui in Notis ad Aurelij Victoris Augustos.

Pudica permanebit licet illam ponatis in lupanari] Nec enim locus contaminat, sed factum. Pugnant illa Cestij Pij sup. *Stetisti puella in lupanari: vt te nemo violauerit, locus ipse violauit.* Diserte tamen à rea virgine stat D. Ambrosius lib. de virginib. secundo: *Non lupanaria infamant castitatem, sed castitas etiam loci abolet infamiam.* Hæc ille. Sicut enim radius Solis & in luto & cœno non inquinatur, ita castitas fornicis fœditate non polluitur. De Diua Agnete, cuius festum agit Ecclesia Catholica a. d. xii. cal. Febr. talia leguntur apud eundem sanctissimum virum Homilia xc. Pluraque SS. Patrum in eandem sententiam, collegit Gratianus Causa xxxii. quæst. v. Decret.

Extra portam] quo cadauera efferri solebant: resque sceuæ & infaustæ à sacris arcebantur, voce præconis. ἑκὰς ἑκὰς ἔστε βέβηλοι. Apud Orpheum θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι. Nostris, *Procul esse profani. Odi profanum vulgus & arceo.*

Redoles adhuc fuliginem fornicis] Iuuenalis Satyra vi.

Obscurisque

Obscurisque genis turpis fumoque lucernæ
Fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem.

A fumo Fulginem deriuant Grammatici Plura leges apud sæculi nostri Varronem Brissonium I. C. lib. de Iure connub.

Vnde scimus] Corrupte editi, *vnde scimus*. In opt. illo lib. sic fere: *Vnde scimus, an non venientibus pro virginitate, alio libidinis genere decideris?* Frequens in contractibus verbum. Controuersia XIII. *Alia vxor pro incolumitate mariti vicaria morte decidit.* Legi etiam posset, *te alio libid. gen. desideris?* Nam *desideris*, quod hic alij sustinere tentabant, non placet; licet in obscœnis sit, *Disfendi*.

Statim Ouidianum illud] Exaudiendum *subiecit*, vel quid simile. Carmen in lusibus legitur: quo argumento Ang. Politianus Miscellan. cap. lix. pleraque illius poematij Ouidij & Catulli esse euincit: non vt creditum aliquãdo, Virgilij, sunt enim casto Maronis genio indigna.

Τὸν ἄνδ' ἐγ] Græca hæc ægre exsculpsimus. Asiani sententiæ nihil deest, *ἐν ᾧ φιλ' ἄρρητα ποιεῖν ἱκανὸν* nec Controuersiæ fini quidquam addit vetus liber.

GRVTERVS & IVRETVS.

Sacerdos casta è castis, pura è puris sit] ita voluit Pincianus, tanquam consuadeant seqq. Pal. quart. & Col. vno ore: *Sacerdos casta castis, pura puris sit.*

Pro militibus vota facienda sunt: isti mandabitis?] Sic passim legitur, nec vllus adhuc monuit subesse mendum in particula, *isti*, quæ parum apte menti auctoris conuenit. Quare coniectura ducor, vt scripserit, *hosti*, quæ vox respondet duabus prioribus, *captiuæ*, & *prostitutæ*. *Hostem* autem virginem appellat, quia militem occiderat, quod hostilis animi factum erat. Iuretus.

Honorem habitum auribus] nimirum *honorem præfari* solebant, vbi quid turpe & obscœnum dictu locuturi, vel loca Ædilem metuentia nominaturi. Cic. ep. 22. li. 9. Fam. *Nos autem ridicule, si dicimus, Ille patrem strangulauit, honorem non præfamur: sin de Aurelia aliquid aut Lollia, honos præfandus est.* vide de hac re plura apud Brissonium lib. 8. de formulis.

Superpositus est cellæ tuæ titulus] certa cuique meretrici *cellula* constituebatur, *propriusque* ei titulus inscribebatur, quo & prostitutæ nomen, & quãtum vno concubitu mereret, designabatur. hos Tertullianus *libidinum titulos* appellat lib. de pudicitia: de quibus plura visantur apud Brissonium lib. de iure connub. Casellum Durantium lib. 1. cap. 2. Variarum, Dousam Præcidan. lib. 1. cap. 4. ad Arbitrum.

Nomen tuum pependit in fronte] Pal. supernotauit. id est *domus*, à quo dissentit Durantius d. c. 2. & 10. Variarum. vult enim vere nomen & titulum earum in fronte, quemadmodum seruorum in collo, de quibus ista Propertij:

Aut quorum titulus per barbara colla pependit,
Cælati medio cum saltere foro.

Inquirit in mores] cum sequemur postea, *in vitam* fere restituerim fide Pal. mei, *in maiores*.

Dum timet alterius vulnus inepta loci] Ex Plauto versum istum interpretatur Ios. Scaliger in Priapeia. Item Durantius lib. 3. Variar. cap. 10. hincque probat, *locum* veteres vsurpasse pro natura muliebri: nam & Q. Serenus Sammonicus.

Obscænos si pone locos noua vulnera carpent,
Horrentum mansa curantur fronde ruborum.

Meminit autem & pentametri huius Politianus cap. 54. Miscell.

Incesta de saxo. CONTROVERSIA III.

LEx. INCESTA DE SAXO DEIICIATVR. Thema. *Incesti damnata, antequam deiiceretur de saxo inuocauit Vestam. vixit deiecta. repetitur ad pœnam.*

CONTRA INCESTAM. *Latronis.* Hoc expectatis, vt capite demisso verecundia, se ipsa antequam impelleretur, deiecerit? id enim deerat, vt modestior esset in saxo, quam in sacro fuerat. cõstitit, & circumlatis in frequentiam oculis, sanctissimum numen quasi parum violasset inter altaria, cœpit in ipso quo vindicabatur violare supplicio. Hoc alterum damnatæ incestũ fuit. Damnata est, quia incesta erat: deiecta est, quia damnata erat: repetenda est, quia & incesta & damnata & deiecta est. Dubitari potest, quin vsque eo deiicienda sit, donec efficiatur propter quod deiecta est? Patrocinium suum vocat pereundi infelicitatem. Quid tibi importuna mulier imprecer, nisi vt nec bis quidem deiecta pereas? Veniet ad colendum Romani imperij pignus, etiamsi nõ stupto, at certe carnificis manu incesta Inuocaui, inquit, deos. statuta in illo saxo deos nominasti: & miraris, si iterum te deiici volunt? si nihil aliud, in loco incestarum stetisti. *Cestij Pij Narratio.* Quid agam? exponam quãdo stuprum commiserit? cum quo? quibus conscijs? Ista quia probaui, damnata est. quid postea accessit, quod illam virginẽ faceret? quod iacuit in carcere? quod ducta est ad saxum? quod inde proiecta? ait se innocentem, quia perire non potuit. Ita lex de sacerdotum iure in iudicio quæri voluit, de iudicibus in supplicio? ampliatur à iudicibus in pœnam. postulat, vt, cum contra pœnam causa tuta non fuerit, contra causam tuta pœna sit. Non putas legem cauisse vt perires: quæ cauit, quemadmodum perires? Exoremus te mulier vt iterum absoluaris. Aut tu sacerdotium violasti. aut dij sacerdotem. Male de diis existimas, si sacerdoti suæ tam sero succurrunt. lata est sententia. pronunciatum est. dãnata es. Interrogo te hoc loco mulier: respõde mihi. Sunt dij? *Arelij Fusci Patris.* Iterum experiamur: Quid times propitios deos? Erat, inquit, præruptus locus & immensæ altitudinis. dicebã tibi, Incestã lex noui voluit. stat moles abscissa in profundum, frequentibus exasperata saxis, quæ aut elidãt corpus, aut de integro grauius impellant: inhorrent scopulis enascentibus latera & immẽsæ altitudinis tristis aspectus, electus potissimum locus, ne damnati sæpius deiiciantur. *Fuluij Sparsi.* A superis de-

iecta, ab inferis non recepta, in cuius pœnam saxum extruendum est, *Iunij Bassi.* Nihil putabam amplius adiici posse audaciæ istius, quam quod in illa cruce Vestam nominauerat. ab ipso enim supplicio in templum vsque reuoluta, quicquid secundum deos sanctissimum est, contactu suo polluit: quam à saxo nusquam reuerti fas est, nisi ad saxum. Quanto minus quam in templum resiluit? huc potius venit, vbi damnatur, quam illo vbi absoluitur. *Albutij Sili.* Si quis adhuc dubitabat de deiecta, veniat, & sibiipsi credat. Hæc impudentia virginis est: in vrbe tam beata cum tot superent virgines, cum tot principum filiæ sint, postulat, vt præteritis his propemodum ab inferis eruatis sacerdotem. Quare ergo si incesta sum, viuo? nescio: hoc vnum scio, nec fieri quod non potest, nec portentum esse quod potest. Absit, nefas est, vt id saxum absoluat, quod tantum damnatos accipit, *Argentarij Narratio.* Pene Iudices narrare cœpi, qualis esset rea. sed quid efficiam, cum illam incestam probauero? nempe vt de saxo deiicienda videatur. iam visa est. Non imitabor istius impudentiam, vt repetendo iudicium, quod factum est improbasse videar. quod exigebatur probaui: quod indicastis, exequar. *Cornelij Hispani.* Deos deasque inuoco, quos priore iudicio non frustra inuocaui, incesta quam tardissime pereat. Inuocaui, inquit, numina. Quid inuocas mulier? Si innocens es, dij non sunt. Videte quantum sacerdos peccauerit, quæ nec absolui potuit, nec mori. Aut tu sacerdotium violasti, aut nos sacerdotem. Erras si satis ad sacerdotium putas, perire non posse. *Romani Hisponis.* Ab Tarpeia ad Vestam, cuius vittam carnifex rupit. à templo ad saxum, à saxo ad templum. hic pudicæ sacerdotis inter supplicia & vota discursus est, inter superos inferosque iactata, in nouam pœnam reuixisti. *Pompeij Silonis narratio.* Quod ad rerum expositionem pertinet, Iudices non committam vt deorum immortalium vltionem morer. incesta saxo deiiciatur, lege damnata est: habetis iudicium. deiecta est: habetis exemplum. *Vibij Galli* narratio breuis expositio rerum est. Aduersarium incesti postulaui, accusaui, damnaui, carnifici tradidi: permittis iam abeam? Accusator recede, eamus ad absolutionem tuam. ità dij damnatam absoluere maluere, quam sacerdotem? Sero innocentiam damnata concupisti, vitam deiecta.

Altera pars. Silli Sparsi. Damnata deiecta est: absoluta descendit. *Arelij Fusci Patris.* Putares puellam demitti, non cadere. *Cestij Pij.* Nullam habebat gratiam; in templo dixerat, itaque tantum deos inuocabat. Lex sacerdotem non vsque ad saxum differret, nisi expectaret deorum sententiam. *Cornelius Hispanus* descripsit altitudinem montis, etiam secure despicientibus horrendam, & adiecit: Carnifex quoque recedens impellit. nihil fecit tanquam rea, contumax est innocentia, turpe putabat sacerdos rogare, nisi deos. *Marillij.* Mirandum est, si oppressa est virgo sine gratia? Cuius enim genibus submisit manus? quem deprecata est, quæ tarde rogauit etiam deos?

Diuisio. Latro in has quæstiones diuisit, Vtrum lex de incesta tantum sit, quæ deiiciatur nec pereat, An etiam damnata, si innocens post damnationem apparuit, deiici non debeat: An hæc innocẽs sit: An hæc deorum adiutorio seruata sit. *Cestius* & illa subiunxit huic vltimæ quæstioni: An dij immortales humanarum rerum curam agant. Et si agunt, An singulorum agant. Si singulorum agant, An huius egerint. Improbabat Albutius, quod hæc non tanquam particulas incurrentes in quæstionem tractasset, sed tanquam problemata φιλοσοφούμενα. *Fuscus Arelius* pater sic diuisit: Vtrum incestæ pœna sit deiici, an perire: vtrum prouidentia deorum an casu seruata sit. Si voluntate deorum seruata sit, an in hoc vt crudelius periret.

Color. Hic color fere sentẽtiis quas proposui, permixtus est. Quid tamen Cestius senserit, indicabo. Contra sacerdotem qui dixerũt, videri deos infestos illi, in hoc eam seruasse, vt diutius torqueretur, aiebat Cestius, malle se casu videri factum, quam deorum voluntate. nam si semel illos interuenire huic rei fateremur, manifestius erit in pœna seruatam esse sacerdotem, quam in pœnam actam: quæ non probabat ille. *Triarij.* Remissam tibi pœnam putas? ampliata est, & ipsa inquit ampliatio, quæ apud iudices fieri solet: & verbum in sententia positum, non est damnantis, sed dubitantis. Declamauerat apud illum hanc ipsam Controuersiam Varus Quintilius, tunc Germanici gener, vt prætextatus, cum descripsisset circumstantem turbam dolentem, quod tam cito oculis pœna subduceretur, dixit: Exaudierunt dij immortales populi vota. Incestam ne cito præceps supplicium transcurreret, reuocauerunt. Cestius multa contumeliose dixit in ipsam sententiã. Sic, inquit, quomodo quadrigas reuocauerunt: nam & ante posuisti similitudinem, quia & hæc de carcere exierat. Cum multa dixisset, nouissime adiecit rem, quam omnes improbauimus. Ista negligentia pater tuus exercitum perdidit, filium obiurgabat, patri male dixit. *Pastor Aietius* hanc Controuersiã apud Cestium iam Senator dixit, & hunc colorem optimum putauit: Sic veneficiis corpus induruit, vt saxa reuerberatet. Multum Cestius hanc corripuit, & dixit, Hoc est, quare ego auditores meos inuitem ad alios audiendos ire: hoc male mihi facit ille, qui aut athleta aut pictes est. Dicebat autem in Albutium, qui illis diebus dixerat in hac Controuersia, durius saxo: & in Bassum Iulium multa qui dixerat Virgo de sub saxo. Othonem Iunium patrem memini colorem insulsum inducere, quod minus ferendum est, quod libros colorum edidit. Fortasse, inquit, pœnæ se præparauit: & ex quo peccare cœpit, cadere condidicit. *Silo Pompeius* hunc colorem tentauit. Præstatur, inquit, quædam damnatis sacerdotibus verecundia. erubuimus quicquam ex damnatæ veste detrahere. *Hispanus* dixit: Ita putaueras vna te pœna posse defungi, cum in saxo deos nominasses? *Triarius* indignantium voces descripsit, & dicentium: Quia non potes, non vis mori. *Marillius* dixit: Constituta in saxo inuocauit deos. publica indignatio exorta est. audet ista nominare deos, audet hoc loco? Quid autẽ habet iam quod illos roget, nisi bonam mortem? *Diocles Carystius* dixit: [illegible] (ait) *Piston* ait: [illegible]

IN CON-

IN CONTROVERSIAM TERTIAM.

NIC. FABER.

I*Ncesta de saxo deijciatur.*] Lex est scholæ. Sacerdos enim incesta viua defodiebatur.

Aut dij sacerdotem.] A veteribus editionibus abest illud vocabulum, *dij* & vereor ne recte, eius que loco legendum sit *nos*, vt infra sententiis Cornelij Hispani.

In templo dixerat,] Nemo, credo: non videt legendum esse, *vixerat.*

Quæ non probabat ille.] Ex sequentibus apparet de Cestio loqui nostrum auctorẽ, ad finem vsque fere Controuersiæ. Quare hoc loco lubenter legerem, *Æque non probat illud Triarij: Remissam tibi pœnam putas? Ampliata est. Nam ipsa, inquit, ampliatio,* Hæc enim est ratio quare Cestius ampliatam pœnam corruptę dici volebat. Dij enim qui omnia sciunt, AMPLIVS vel N. L. pronuntiare non possũnt. sed dubito num etiam illud vocabulum AMPLIVS hoc loco reponendum sit, legendumque, *Nam ipsa, inquit, ampliatio, quæ apud iudices fieri solet, & verbum* AMPLIVS *in sententia, positum non est damnantis, sed dubitantis.*

Tunc Germanici gener, vt prætextatus,] Fortasse, *adhuc prætextatus.*

Quod tam cito oculis pœna subduceretur,] Ceteræ editiones, *Quod tam cito oculis pæne subduceretur*, habent. lego *quod tam cito pœna subduceretur*, inducta voce *oculis*. id est, quod tam cito supplicium transcurreret.

Pater tuus] Quinctilius Varus insigni clade, cuius etiam pars fuit, nobilitatus.

Multum Cestius hanc corripuit,] Potius legerem *hunc corripuit*, vt ad Pastorem Ætium referatur, non ad sententiam.

Othonem Iunium patrem] Huius Othonis pudendum elogium extat apud Tacitum lib. III. *Iunio Othoni*, inquit, *litterarum ludum exercere vetus ars fuit. mox Seiani potentia senator obscura initia impudentibus ausis propoluebat*, vel potius *perpoluebat*. Ita enim emendatior locus videbitur.

Quia non potes, non vis mori.] Nemo non videt hæc nihil esse. Veteres editiones propius à sanitate absunt, quæ negationem non habent: leguntque, *quia non potes, vis mori.* germana enim lectio est, nisi me coniectura fallit, *Quia non potes bis mori.* qua affectum indignantium exprimere voluit.

SCHOTTVS.

S*Axo deiiciatur*] Fabulantur & Poëtæ (si id fortasse ad rem pertineat, delectet saltem in hoc genere) Leucade saxo in mare præcipitasse amoris impatientia viros, feminas: & has quidem periisse, vt, Sappho poëtriam, vt Calycen: illos vero plerumque seruatos, vt Deucalionem, vt Cephalum: quorum illum principem hinc saltasse Pyrrhę amore captum narrat Ouidius. Menander enim primum illum saltum Sapphoni, Phaonem perdite amanti attribuit: quem saltũ vt *virilem* in patris Epicedio Statius celebrat. Senec.

—*saltus ingressa viriles*
Non formidata temeraria Leucade Sappho.

Legendus Strabo lib. x. Geograp. & Ptolemæus Hephæstion li. VII. omnigenæ historiæ in Photij μυριοβίβλῳ pag. 253. & 254. & Lilius Giraldus Dial. IX. Hist. poëtarum. Romæ quoque Saxo Tarpeio capitis damnati, initio deiiciebantur, vt M. Manlius Capitolinus, regni reus affectati, teste M. Varrone apud Agellium lib. 17. cap. 21. & Scriptore de viris illustribus cap. 24. Cornelius enim Nepos verberando necatum ait.

Innocauit Vestam] Non dissimile in Rep. Rom. exemplum. Q. enim Claudia, virgo Vestalis, falso incesti suspecta, matrem Deum, quæ Pessinunte aduecta in alto Tiberis steterat, rogauit, vt si pudicam se sciret, sequeretur: & zona imposita nauem mouit. Huius etiam statua flammis illæsa, inquit Valerius lib. I. extremo.

Romani imperij pignus] Vesta, eiusque ignis perpetuus.

Interrogo te hoc loco, mulier] Ignominiæ caussa sequioris sexus nomen ponitur, vt hodieque conuiriandi caussa.

Cuius vitam carnifex rupit] Correctores illi, vel carnifices potius librorum, locum male acceperant, dum, vt iactant, nimis festinant ad nundinas illas. Sequor itaque lectionem veterem, & *vittam* repono, qua Sacerdotes cingebantur & hostiæ: *vitam* fieri non potest, nec enim virgo Vestalis deiecta periit. *Vitta* autem sacerdotum insigne, hostiarumque cædendarum, quod vel pueri norunt. Virg. III. Æneid.

—*Phœbique sacerdos*
Vittis & sacra redimit. tempora lauro.

Et —*Vittasque resoluit*
Sacrati capitis.

Ampliatio—eoque verbum in sententia positum est] Vetus liber, *ea quæ verbum in sententia positum est.* Fort. *Eaque* Asconius Pedianus in Diuinationem & in Verrinam, *In caussis*, inquit, *maioribus vniuersi Iudices in cistam tabulas conijciebant suas, easque insculptas litteras habentes, A. Absolutionis, C. Condemnationis, cum de alicuius capite agebatur. N. L. Ampliationis: hæ enim litera*, Non liquet, *significabant.*

Aduersariam incesti postulant] Sic & θηλυκῶς Cicero: *Est tibi grauis aduersaria constituta, & parata incredibilis quadam expectatio*, lib. 2. ad Curionem Item II. de Oratore & pro Plancio.

Cuius genibus submisit manus] Qui supplicum gestus erat, vt genua attingerent, & manus eo tenderent, vt hodieque Gallis mos est: Homer. ἰλιάδ. ά

—ἀγχὶ δ' ἄρα τῖε
Χερσὶν Ἀχιλλῆος λάβε γούνατα καὶ μιν
λίτεσε.

Tot vero apud eundem omnis doctrinæ Principem exempla occurrunt, vt pigeat exscribere. Plautus item Milite, Rudente & Trinummo. Liuius lib. VIII. XXV. & XLV. Fabius lib. VI. cap. 1. Et Tacitus lib. I. V. XII. Annal. Item II. & IIII. Historiæ August. *Genua* enim misericordiæ tanquam ara, consecrata erant. Plinius lib. XI. c. XLV.

Natur. Historiæ, & Seruius in illud vi. Æneid.

Et genua amplexans, genibusque volutans Hærebat.

& Seneca Philosophus lib. de Breuitate vitæ ca. viii. *Ægros vide, si mortis periculum admotum est propius, medicorum genua tangentes.* Vtitur & noster Controu. xxix & xxxiii.

Quinctilius Varus tunc Germanici gener] Filius hic Vari, eius qui in Germania cum tribus Rom. legionibus ad internecionē cæsus est, indignante vehementer Augusto. Sueton. Aug. cap. xxiii. & Tiberio, c. xvii. Huius meminit & Tacitus Annali quarto. *Corripuerat Varum Quinctilium diuitem & Cæsari propinquum Domitius Afer, Claudia Pulchra matris eius condemnator:* Prætextatus autem quod in ea ætate iam declamare inciperet. Qualis Alfius Flauus Controu. i. extrema. Hinc *grandes prætextatos* vocabat Cicero ipse (inquit Seneca & Suetonius) apud quos iam senex ille declamitabat, siue *Hirtius & Pansa*, quos ijdem nominant siue *Hirtius & Dolabella*, quos lib. ix. ad Famil. M. Tullius, & Vibius Rufus, quem semel iterumq; Fabius lib. vi. cap. iv.

Sic inquit, quomodo quadrigas renocauerunt] In membranis *qui* scriptum, vt & *quōdam* legi posset. Elegans vero translatio, ducta à ludis Circensibus. *Reuocare* enim *quadrigas*, est cursum repetere, & iterato à carcere ad calcem redire: *vt gradum reuocare* Maro dixit. Perdurat in eadem Rhetor: *quia*, inquit, *& hic de carcere exierat*: notans Varum ob rem male in Germania gestam; cæsus enim ad internecionem, pugnam iterare non poterat: Et hæc quidem præsente filio dixit. *Filium* igitur haud dubie, non *filiam* legendum.

Hoc male mi facit ille] Hemistichium veteris poëtæ apparet. Mox *Pythmicus* est in editis Frobenij & Griphij. ego *Pythicus* rectum puto. Rom. editio, haud scio an ex coniectura, an de vetere libro, sic legit: *qui aut athleta, aut pyctes est*. In Couarr. cod. vestigia videre videor *Pyrrichij* pro *Pythye*, aut *Pythnici*. Nota autem illa saltationis forma è Græcorum scriptis, & nos ad Procli Chrestomathian, apud Photium Patriarcham CP. in Bibliotheca. Albutium vero vocatum videri *Anticletam*, quod in causa virginis superstitis illud vsurpasset. Duius saxo: quasi virgo ἀντικλωμένη & repulsa à saxo. vt durior; perinde atque cum pila retorquetur, vixisset. Hinc nomen factum Albutio ἀντικλήτης latinè *Anticleta*, vt ποιητὴς poëta Basso autem Iunio aptissimum nomē *Pythici*, qui *virgo de subsaxo*, de eadē vsurpauerat. Vulgo enim notum *Pythiam* oracula edidisse, incitatam vt eius anhelitus, qui ex hiatu terræ sub tripode reddebatur. M. Tullius lib. de Diuin. & de Sibylla Virg. lib. iii.

Vix ea fatus eram, tremere omnia visa repente
Liminaque Laurusque Dei, totusque moueri
Mons circum, & mugire adytis cortina reclusis.

Facetissime igitur, & congruēter vtrunque vsurpatum. *Pythia somnia* dixit in Parrhasio, quæ est Controu. xxxiv.

In Bassum Iunium multa dixerat virgo, qui de sub saxo] Transpositum pro vocabulum *qui*, lego ex fide opt. libri; *qui dixerat virgo de sub-saxo.* ἰδίω autem hic agnosco, quo de nos libris Obseruationum multa. L. Annæus Seneca, qui vulgo L. Florus dictus, lib. ii. cap. iii. de bello Ligustico Historiæ Ro. *De sub-Alpib.* dixit: multa id genus in sacris litteris vulgatæ editionis occursunt.

GRVT. & IVRETVS.

P*ATROCINIVM suum vocat pereundi infelicitatem*] Ita passim legitur, sed videtur iacere sententia. Itaque arbitror latitare mendum, & reponi debere: *infacilitatem*. Nam præter quam quod *facilitas*, & *felicitas*, sæpe inuicem confundi solent in libris, ea vox huc aptissime conuenit. *Infacilitatem* voco, quia virgo deiecta saxo, tamen facile mori non poterat, & eo prospero euentu volebat viderj innocens. hęc acutissimus Iuretus.

An causa seruata sit] corrigendum cum Erasm. & Pal. cod. *casu*.

Vir fortis sine manibus. CONTROVERSIA IIII.

LEX. *ADVLTERVM CVM ADVLTERA QVI DEPREHENDERIT, DVM VTRVNQVE CORPVS INTERFICIAT, SINE FRAVDE SIT.* Altera. *LICEAT ADVLTERIVM IN MATRE ET FILIO VINDICARE.* Thema. *Vir fortis in bello manus perdidit: deprehendit adulterum cum vxore, ex qua filium adolescentem habebat: imperauit filio vt occideret. Non occidit: adulter effugit: abdicat filium.*

CONTRA FILIVM. *Porcij Latronis.* Adulteros meos tantum excitaui. me miserum, quamdiu iacuerunt, postquam deprehenderam? Ego te non abdicem, quem possem occidere? O acerbam mihi virtutis meæ recordationem. O tristem victoriæ memoriā. Ille onustus modo hostilibus spoliis vir militaris, adulteris meis tantum maledixi: solus ego ex omnibus maritis, nec dimisi adulteros, nec occidi. Quid ridetis? inquam, quod non habeo manus? voco filium. Tu viri fortis filius, qui stringere ferrum non potes? ne truncus quidem capi potui, nisi domi. vtcunque tamen potui, obluctatus sum, & truncum corpus opposui. Exierunt adulteri, tantum meo sanguine cruenti. *Cornelij Hispani.* O dignum, cui aut pudica contingat vxor, aut impudica, dum armatus est. Te respublica inuoco, quæ manus meas possides. quis non putet aut me sine filio fuisse, aut filium sine manibus? *Cestij Pij.* Conceptus est iste: ex quo sciemus, cum adulteros deprehendero. Nunquam putaui futurum salua republica, vt vir fortis sentiret se manus perdidisse. *Marillij.* Adulteros meos vsque ad limen prosecutus sum. cucurri miser ad ferrum, quasi manus haberem. *Triarij.* Deciderunt arma cum manibus: tunc primum sensi me manus perdidisse. Dij boni, & has manus aliquis derisit? *Asprenatis.* Arcessitus vt occideret adulteros, venit vt dimitteret. Ita ego manus etiā pro adulteris perdidi. steti

deprehensus

deprehensus ab adulteris meis. Patris desertor, matris leno, quē puto iam creditis non esse filiū viri fortis, tertius in cubiculo derisor stetit. *Fuluij Sparsi.* In bello meas, in domo etiam filij manus perdidi. Processit in bellum hic vnus omnium adulescentis filij vicarius, in acie vicit, domi captus est. portat inter spolia viri fortis volutātes adulteros. Adolescens, venit tempus militiæ tuæ? indignare si deceptus es. Tam frustra ad filium, quam ad gladium cucurrit, ridebant adulteri truncas viri fortis manus circa sua arma labentis. *Argentarij.* Ante patriæ quam patri negauit manus. Libenter causam eius suscepi. quis enim illum non vindicet? quid hoc infelicius, quam adulteri tunc riserunt, cum deberent mori? Vir fortis in ciuitate truncus, integros adulteros spectat. *Iulij Bassi.* Non est quod putetis puniri illum: ad suos dimittitur. inquam, ad matrem suam: nescio an & ad patrem? Meruit hereditatem illius, quem occidere patricidiū putauit. Nulli vnquam plus debuistis viro forti, vsque eo pro vobis pugnauit, vt pro se non posset. Adolescens, quos demisisti, sequere.

Pars altera. Vibij Galli. Matrem, inquit, non occidisti. quem minus hoc crimine perdere debui quam patrem? Pater occidere iussit: lex vetat. non comparassem patri legem, nisi cum illa lex fuisset. alterum putaui patricidium, matrem coram patre occidere. *Arellij Fusci Patris.* O misera pietas. Inter quæ parentum vota constitisti? Non semper scelera nostri iuris sunt. atroces quoque animos misericors natura delibeat.

Diuisio. Latro hac vsus est diuisione: An licuerit filio: An vindicare oportuerit: An si licuit, & oportuit ignoscendum sit illi, si non potuit, indulgentia repugnante. An licuerit, in illa diuisit: An tunc liceat adulterium filio vindicare, cū maritus non est: An tunc liceat, vbi maritus in eo loco est, quasi omnino non esset. An oportuerit, tractationis quidem est, quam vt quisque vult variat. Latro tamen sic ordinauit. Oportuit, etiam si pater nō iuberet, occidere adulteram, viri fortis vxorem. Oportuit, iubente patre, etiam si ipse posset occidere. Oportuit, cum & iuberet, & ipse non posset. Noui declamatores illam quæstionem tentauerunt ex verbo legis natam, *Adulterum cum adultera qui deprehendit, dum vtrunque corpus interficiat, sine fraude sit:* An nemo possit occidere, nisi qui deprehenderit. Tentauerunt & illam, An non possit abdicari filius, ob id quod illi facere salua lege non licuit.

Color. Color pro adolescente vnus ab omnibus qui declamauerunt introductus est: Non potui occidere: ex illa Ciceronis sententia tractus, quam in simili Controuersia dixit, cum abdicaretur is qui adulteram matrem occidendam acceperat & dimiserat terrore. *Latro* descripsit stuporem totius corporis, in tanto inopinati flagitij spectaculo: & dixit: Pater, tibi manus defuerunt, mihi omnia. sed cum oculorum caliginem, animi defectionem, membrorū omnium tortionem descripsisset, adiecit: Antequam ad me redeo, exierunt. *Gorgias* inepto colore, sed dulci. ** *Pammenes* ex bonis declamatoribus dixit. ** *Gorgias* egregie dixit. ** *Pammenes dixit.* ** *Fuscus Arellius* dixit: Maius erat scelus quod imperabas, quam quod deprehenderas. *Albutius* non narrauit, sed hoc colore egit ab initio vsque ad finem. Ego me defendere debeo: si quid mihi obiectum erit, aut negabo, aut excusabo. Si quid exegeris maius viribus meis, dicam: Ignosce, non possum. Ignoscit filio pater nauigationem recusanti, si non ferat mare: ignoscit non sequēti castra, si non potest, quamuis pater ipse militaris sit. Non possum occidere. Agedum ipsam legem recita: Liceat & marito, liceat & filio. Quare tam multos nominat, nisi quod putat aliquos esse qui nō possint? Et in descriptione dixit. Cum me vocauit pater, hoc inquam, putauit suppliciū futurum morte grauius, si adulteram filio ostenderet. Et illud dixit. Exierunt adulteri inter patrem debilem & filium stupentem. *Silo Pompeius* hoc colore narrauit. Nō putaui mihi licere. *Blandus* hoc colore. Vtrinque filij nomē audio: pater rem petit iustiorem, mater faciliorem. Et illud post descriptionem adiecit: Fatebor vobis, parricidium coram patre facere non potui. *Cestius* hoc colore egit. Prosiluit, inquit, protinus mater, & amplexu suo manus meas alligauit. Ago confusioni meæ gratias, quod nihil in illo cubiculo vidi, nisi patrē & matrem. Pater rogabat. vt occiderē: mater, vt viueret. Pater, ne nocens impunita esset: mater, vt ego innocens essem. Pater recitabat legem de adulteris: mater de parricidis. Et vltimam sententiam dixit. Occidere matrē si turpe est noluisse, non potui. *Argentarius* dixit: Non est quod me ex hoc habitu æstimetis. quod manus habeo: tunc non habui. Et illud dixit: Dat pœnas tibi. perdidit virum, perdidit filium, ægrotanti non assidebo, egentem non alam, omnia mihi libera sunt, iam vitam illi non debeo.

Ex altera parte multa sunt pulcherrime dicta: sed nescio an Græcis nostri cessuri sint. In hac Controuersia dixit *Almas*: Habet aliquid corrupti hæc sententia. *Latro* dixit: Quantum ego tunc questus sum cum fortuna mea, quod non & oculos perdidissem. *Silo Pompeius* dixit: Fili, aut oculos erue, aut manus commoda. Omnes aliquid belli dixerunt, illo loco quo deprehensi sunt adulteri dimissi. *Latro* dixit: Adulteros meos tantum excitaui. *Fuscus Arellius* dixit innuisse nuntiæ. frigidius dixit cōtrariam illi sententiam: Adulteros interuentu meo ne excitaui quidem. *Vibius Rufus* dixit: Adulteri marito non assurrexerunt. *Pompeius* dixit: Adolescens, denique adulterus excita: postquam tu venisti, securius iacent. *Latro* dixit: Erratis, qui me putatis manus non habere. filium vocaui? vt intrauit, ab adultero salutatus est. *Fuscus* dixit: Fili, tuam fidem ostende, te integro, manus me non perdidisse. Controuersiam mihi de te facit adulter, veni, vtrius filius sis, indica. *Punitius* & pulchre dixit, & noue sumpsit ab omnibus bene dicta. Irrupi in cubiculum adulterorum: quid mentiar miser? aperto cubiculo expectabant adulteri. *Cestius* dixit: Vocaui filium, risit adulter, tanquam qui diceret: Meus est. *Vibius Rufus* dixit: Adulter matris exit, & commodo suo. *Hybreas.* hunc sensum optime dixit. *Dionysius* filius eius Dionysij, qui Ciceronis filium docuit; elegans magis Declamator, quam vehemens, hunc sensum & vehementer dixit, & eleganter. *Vibius Rufus* dixit: Quam otiosi, quam securi adulteri transierunt præter oculos meos præter filij manus? *Latro* cū exeūtes adulteros descripsisset, adiecit: Adolescens, parentes tuos sequere. *Nicetes* illam sententiam pulcherrimā, qua nescio an nostros antecesserit, sed illum Albutium, qui Græcis præeminet: cum pugnantem in acie se descripsisset, dixit:

Senec.

Me miserum, quas manus adulter effugit: & illud Albutij. Non potui, inquit, matrem occidere. quo excusatior sis, adiisse, & patrem. *Albutius* sic narrauit, vt tanquam filio sciente factum esset adulteriũ suspectum patri, quasi conscium matri suæ fecerit. *P. Asprenas* dixit: Exiit nouissime maritus, & dedit adulteris locum. Idem dixit: Matrem occidere non potes. adulterũ certe occide. An & iste pater est? dixerat Nicetes. *Murrhedius* dum hanc sententiam imitari vult, stultissimam dixit: Reliqui in acie pugnaces manus.

IN CONTROVERSIAM QVARTAM.

NIC. FABER.

M*Embrorum omnium tortionem*] Linea præcedenti vocauit stuporem totius corporis. Vnde clarum est legendum *membrorum omnium torporem descripsisset*.

Gorgias] Non ille Leontinus, sed alius Rutilio Lupo æqualis, qui de figuris quatuor libros scripsit, quos Lupus in vnum suum transtulit. Quinctilianus c. II. li. IX. Vide merito dubitari potest an qui vulgo duo de figuris libri Rutilij Lupi extãt, sint illius Lupi cuius meminit Quinctilianus, quem vnum tantum librom scripsisse ait. Nisi fortasse postea ab exscriptoribus ex vno duo effecti fuerint. Constat enim è Græco translatos, titulusque à Gorgia sumptos præfert.

Pammenes ex bonis declamatoribus] Suspicor legendum, *ex nonis declamatoribus*, errore in libris familiari.

Punicitius] Scribendom reor, *P. Vinicius*, de quo plura infra.

Nicetes illam sententiam] Non ille sacerdos quem Smyrnæ docere, cum scriberet dialogum de oratoribus, ait Tacitus: ætas enim non patitur: sed is quem supra ex Eusebio æqualem Hybreæ, & Theodoro diximus, quos constat initio principatus Augusti celebres fuisse.

Exijt nouissime maritus,] Ceteræ editiones, *ex tenuissime maritus, & dedit*. Ex quorum vestigiis aliquando effeceram, *extinnuimaritus, & dedit adulteris locum*.

SCHOTTVS.

A*DVLTERVM cum adultera.*] Lex in adulteros sæpe, & quidem seuere lata, quod, vt ait Xenophon, impudicas matronas efficiat Draco legislator mœchũ in vxore deprehensum ab omnibus interfici concessit: inquit Demosthenes κατὰ ἀριστοκράτ. Concessit & Solon, auctore Plutarcho. Post & lex Regia Romuli, viro cognatisque adulterij cognitionem, animaduersionemque permisit. Dionysius Halicarn. l. II. in XII. quoque Tabulas relatam à Decemuiris Sarcinatores suspicantur, quod exactis vrbe regibus seruata ea sit. M. Cato apud Agellium lib. V. cap. XXIII. *In adulterio vxorem tuam si deprehendisses, sine iudicio impune necares.*

Postea viro si domi suę deprehenderit adulterum, interficere licere Paullus I. C. receptũ ait, li. II. Sentent. receptar. cap. XXVII. & Plato lib. IX. maritis in ea, quam confirmabat Rep. idem indulsit. Quod lex Iulia patri tãtum permisit apud Vlpianum LXXIII. D. ad L. Iuliam de adulter. si modo, vt in Draconis & Solonis legibus scriptũ erat, ἐν ἔργῳ deprehenderit, idque domi suæ, & incontinenti interficiat: Ceteris non item liceat, vt Papinianus & Vlpianus consulti responderũt l. XX. & XXI. & Macer. l. XXIV. D. eodem. Deinde marito & patri cõcessum à M. Antonino & Cõmodo, apud Papinianũ legimus l. XXXVIII. D. eodem. Alexander quoque & antea Pius Imp. minus plectendum qui adulterum interemisset rescripserunt l. 4. C. de Adul. & l. 1. ff. ad l. Cor. de sicarijs. l. 38. §. Si Marcus. D. ad l. Iuliam de adul. Exstat. a. in Aphthonii Sophistæ Progymnasinatis cap. de Legib. accusatio legis: *Adulterum in ipso adulterio deprehensum interfici.*

Dum vtrumque corpus interficiat] Caput enim legis Iuliæ, patrem si in filia adulterum deprehendisset incontinenti filiam cum adultero vno ictu occidere iubet: alioqui, licet filiam vulnerarit, non liberari, inquit, Macer. l. 32. D. eodem. Marcus tamen Antoninus & Cõmodus Imp. impunitatem concedi rescripserunt, licet filiæ vulnus tantum inflixerit: quod non tam volontate quã Fato seruata mortisque periculo erepta esse videatur. Patri igitur vtrumque corpus nocens; marito adulterum dumtaxat, & quidem infamem, idque domi suæ, interficere lex potestatem dedit: nimirum illic pietatis paternæ, quæ liberis consulit: hic impotentis iræ, refrænari vt posset, habita ratio est à Prudentibus, Papinianus l. 22. D. eodem. Non dissimilis autem Declamatio M. Fabii Senioris CLXXVII. & Iunioris huc pertinent cap. VI. & XI. l. III. Instit. Oratoriar. & lib. IV. cap. IX. Rursum lib. V. ca. X. vbi περὶ στάσεων, quæ nos libenter addidimus in gratiam eorum qui his sacris non sunt initiati. Nunc Senecam audiamus.

Te Resp. inuoco, qua manus meas possides] Sic extrema Controuers. *Reliqui in acie pugnaces manus.* Ridet vero salse hæc Declamatorij styli argumẽta Arbiter Petronius in Satyrico: *Non alio inquit, genere Furiarũ, inquietantur Declamatores, qui clamãt. Hæc vulnera pro libertate publica excepi: hunc oculum pro vobis impendi: date mihi ducẽ, qui me ducat ad liberos meos, nam succisi poplites, membra non sustinent.*

Ex illa Ciceronis sententia] Qui quidem locus mihi in mẽtem non venit. Quærendi igitur negotium mandabo otiosis, in exemplis Constitutionum, in libris de Inuẽtione, aut Cornificii Rhetoricis, vbi de eodem argumento agitur. Ego enim alio propero. Non dissimile argumentum orat. pro A. Cluentio Auito, & pro Sextio Roscio Amerino.

Gorgias inepto colore.] Deesse hic Græca credas, sed non omnia posuisse arbitror Senecam: vel quod memoria quędam excidissent: vel quod operę precii nihil haberent. Certe in veteri libro, qui mihi primus veluti Cynosura ad hasce emẽdationes, nihil amplius repperi, ac ne spatium quidem

quidem vacuum relictũ, vt nec in aliis mẽbranis.

Liceat & marito, liceat & patri] Male in Epitoma lib. I. Declam. IV. legitur, *liceat & filio*, agit enim filius, sibi non licere matrem interficere, quod duos tantum lex nominet, patrem & maritum: reliquis igitur interdictum, nisi antiquissimam Romuli legem respexit, quæ & cognatis, nedum filio & fratri, cognoscere & vindicare adulterium, permisit, vt sup. admonui.

•*Fili, tuam fidem ostende.*] Equidem sic interpungendum censeo, vt *Tuam fidem*, obtestantis sit: legendumque *Ostende, te integro, manus me non perdidisse.* Quale illud; *Dij, vestram fidem*, Plauti & Terenti Comicorum, & Cæcilij apud Agellium lib. v. cap. [illegible] Qua loquendi forma opem atque auxilium implorari, Donatus in Andriam & Seruius in x. Æneid. annotarunt, inf. Contr. xx.

Vibius Rufus] Tres minimum versus hic defecerunt, in omnibus, quos mihi videre contigit, editis libris: quod, vt fieri solet, idem Vibij Rufi nomen his positum continenter, in errorem librarium induxerit. Ea nos iure postliminij sic reuocamus ex fide trium codicum antiquorum, Vaticani Brugensis & Couartuuiani: *VIBIVS RVFVS dixit: Adulter matris* (*Adulter meus* habet Vatic.) *exit. & commodo suo. HYBREAS hunc sensum optime dixit. DIONYSIVS filius eius Dionysii, qui Ciceronis filium docuit: elegans magis Declamator, quam vehemens, hunc sensum & vehementer dixit, & eleganter. VIBIVS RVFVS dixit. Quam otiosi, quam securi, &c.*

Eius Dionysii, qui Ciceronis F.] Frequens huius mentio in ijs quæ ad T. Atticum epistolis: Magistrum Ciceronum. M. & Quincti Tulliorum FF. vocat epi. x. lib. VIII. qui apud se honoratior fuit, quam apud Scipionem Panætius epist. XII. lib. IX. *Virum doctum, sanctum, plenum officij, studiosum etiam laudis Ciceronis, frugi hominem, ac libertinum laudat, plane virum bonum*, lib. VII. epist. IV. & VII. sic Atticus: *vir optimus, vt mihi est perspectus, & doctissimus, tuique amantissimus.* epist. VIII. à se amari, & epist. XVIII. *doctum hominem & amicum. Desiderari* vero à se epist. II. lib. XIII. Vituperat vero oborta nescio qua simultate, vt *supernum*, lib. 8. epist. IV. & V. vt *ingratum*, epist. X. & lib. IX. epist. XII. XV. vt *malesanum, impurum & sceleratum.* Redit post in gratiam, epist. XVI. lib. X. Vides animorum in amando incõstantiam? Hunc quidam, nescio quo argumento, Dionysium Halicarnassæum rer. Romanarum disertiss. scriptorem, fuisse putant. M. Cicero patet, & ipse cum Dionysio Magnete assiduissime versatus in Asia, dum Græcis litteris eloquentiam augere studeret; & cum Æschylo Gnidio, Demetrio Syro, & Menippo Stratonico: de quibus ipse in Bruto, & Plutarchus & Strabo lib. XIII. & XIV. qui & Dionysij (forte Halicarnassei) meminit lib. XIV. cum Herodoto: alium Attici cognomine, Apollodori discipulum laudat libr. XIII. & libr. XII. Vrbium scriptorem Dionysium quoque Milesium, nobilem Rhetorem numerat Philostratus in illustrium Sophistar. censu.

Raptor duarum. CONTROVERSIA V.

LEX. *RAPTA RAPTORIS AVT MORTEM, AVT INDOTATAS NVPTIAS OPTET.* Thema. *Vna nocte quidam duas rapuit: altera mortem optat, altera nuptias.*

CONTRA RAPTOREM. *Portij Latronis.* Iam se parabat in tertiam, nisi nox defecisset. Stupri accusatus stupro defenditur. Cum altera litigat rapta, alteram aduocat. Vindicate patres, vindicate fratres, vindicate mariti, fortior disciplinæ publicæ seueritas surgat, iam binæ rapiuntur. *Mentonis.* Postera die erat in huius domo fletus, lamentatio matris spes suas deplorantis: cum interim ex alia domo alia vociferatio oritur, alius tumultus. coit populus, velut publico metu exterritus, & vix credens duos tãtum raptores fuisse, cum interim producitur publicus pudicitiæ hostis, quem vna nocte vnius virginis iniuria non fatigauerat. *Cestij Pij.* Alteram iniuriæ rapuit, alteram patrocinio. Quantum suspicor, ne rapta quidem es. quæris argumentum? non irasceris. quomodo istud fit? duabus iniuriam fecit: vna queritur. Misericors sum, inquit. Gaude, habes qui te vindicet. Vide qualem habitura sis virum: non est vna cõtentus. *Argentarius* eundẽ sensum dixit, hoc adiecto: Non est vna contentus, ne vna quidem nocte. *Pompeij Silonis.* At quam bene mimum egit, quomodo raptam se questa est, qua vociferatione, quam perbene illi optionem cessimus. *Triarij.* Perieras raptor, ni bis perire meruisses. *Iunij Gallionis.* Sumatur de illo supplicium, constituatur in conspectu publice: cædatur diu: toto die pereat, qui tota nocte peccauit. Subito fastidiosus raptor occurrit, & ait: Iam nec nuptias volo. Stulta deciperis. dicam suus? quid dixerim tibi, idem enim dixi & huic dum te peto, in illam incidi. *Arellij Fusci patris.* Retro omnes fluant, & sol contrario cursu orbem reuocet: confugiat sacrilegus ad aras, raptorem rapta vindicat.

Ex altera parte. Pompeij Silonis. Postero die cum illi narratus esset nocturnus error, dum putat se in vnam incidisse, huic priori supplices submisit manus, hãc prius deprecatus est: exorauit. propter hoc puto ista magis raptori irascitur. Altera ex puellis raptorẽ mori vult, altera seruari reum: alter iudex damnat, alter absoluit: inter dispares sententias mitior vincat. Dicam quod sentio: magis irasceretur, si vnam tantum rapuisset. diceret, Ergo ego sola digna visa sum, cui iniuriam faceret? *Argentarij.* Reiterat nunc Virginiam, referat Lucretiam: plures tamen Sabinæ sunt. Ex tribunis potentior est qui intercedit: non est inuidiosa potestas, quæ misericordia vincit. Quid cessas puella? pro marito roga. Hæc sententia deridebatur à Cestio, quasi improba.

Diuisio. In hac Controuersia de prima quæstione nulli cum altero conuenit. *Latro* primam fecit quæstionem: Non posse raptorem, qui ab rapta mori iussus esset, seruari. Si legatus, inquit, exire debet; peribit: si militare debet, peribit: si legem dicere debet, peribit. si raptam ducere debet,

æque peribit. Si is antę te rapuisset, & nuptias optasset, interposito deinde tempore, antequam nuberet, hanc vitiasset: negares illum debere mori, rapta iubente? Atqui nihil interest: nisi quod dignior est raptor morte; cuius inter duos raptus ne vna quidem nox interest. Si rapta nupsisset, deinde post tertium diem rapuisset aliam, negares illum muri debere? Atqui quid interest? nisi quod honestius tunc maritum defenderes, quam nunc raptorem defendis. Alterā fecit. An rapta, quæ nuptias optat, nihil amplius raptori præstare possit, quam ne sua lege pereat. contra alienam legem nullum ius habeat. Optasti nuptias: non occidetur tanquam raptor tuus. at idem si eadem nocte qua te rapuit, stationem deseruit, fuste ferietur. si sacrilegium fecit, occidetur. Licet tu dicas, Quid? ergo ego non nubam? Tu raptori præstas, vt illū ipsa non occidas: non potest præstare, ne quis occidat. Quomodo sacrilegus, quamuis à te seruatus, periret, sic alterius puellæ raptor à te seruatus peribit. Si rapuisset te: deinde deprehensus in adulterio adseruaretur in tormentum diutius pereundi: tu interim educta nuptias optasses (datur enim optio & in absentem) vetares illum occidi à marito? Quid interest, qua lege pereat, nisi quod modestius alienam legem interpellares quam tuam? Tertiam fecit: cum quod vtraque optat, fieri non possit, an ea eligenda sit optio, qua vltio ad vtramque perueniat. Atqui mortem optat mea optio, & te vindicat: tua me non vindicat. nec hoc tibi mea optio præstat, quod mihi, occiso raptore inuidiam. Illa respondet: Optio tua me non vindicat? Vindictā tu meam putas, non fieri quod volo, fieri quod nolo? etiam mihi contumeliosum erit, te dignā videri in cuius honorem occidatur: me indignā in cuius honorem seruetur. Isto modo & mea te vindicat. Nēpe lex duas pœnas scripsit vitiatori: alteram passurus est. non eris inulta. iam raptor non erit impunitus: habebit pœnam, indotatam vxorem: Respondet eodem modo. Morietur: sed non mihi. Seruabitur, sed tibi. Quartam fecit quęstionem: si non potest vtriusque rata esse optio, vtra dignior sit. Vltimā non quęstionem, sed tractationem. Nullum non raptorem impunitum futurum: si hæc via impunitatis mōstretur, vt qui plures rapuisset, tutior esset. Neminem non inuenturum aliquam humilem, quæ se in optionem commodaret. *Fuscus Arelius* primam quæstionem hanc fecit: Qui duas rapuit, perire vtrique debet. Lex, inquit, quæ dicit, *Rapta raptoris aut mortem optet, aut nuptias*: de eis loquitur, qui singulas rapuerunt. non putauit quemquam futurum, qui vna nocte duas raperet. Non quæro, quid optetis quod seuerissime optare potestis, occupo. necesse est raptorem mori. Quare? vtrique raptæ debet vltio contingere. Vtramque enim nō potes ducere, vtrique mori potes. Vna pars legis ad hūc raptorem pertinet, in qua mors est. Putate enim vtramque nuptias optasse: quid futurum est? in raptoris matrimonium ambitus erit. Putate illum plures rapuisse quam duas: quid fiet? vna nubet? Nuptiæ ad vnam pertinebunt, mors ad omnes. Qui duas rapuit, vtrique debet mori. quare? dicam. Quod vult, eligat. Aut nuptias optabunt; aut altera mortem, altera nuptias. Si nuptias optauerint, non poterit fieri quod vtraque voluerit. Vno modo poterit fieri quod vtraque volet, si vtraq; mortem optauerit. Ergo fiat id, quo vno duæ vindicari possunt. Hic tractauit, Ne exemplo quidem vtile est, non vtique perire eum qui duas rapuerit, ne hunc morem perniciosissimum introduci ciuitati, vt aliquis propter hoc non pereat, quia perire sæpius meruit. Reliquam partem Cōtrouersię Fuscus in hæc diuisit: Vtra optio honestior sit, vtra iustior, vtra vtilior, *Cestius* hanc partem Controuersiæ sic diuisit: Vtra puella dignior sit, quæ valeat: vtra optione raptor dignior sit. Cestius & coniecturalem quæstionem tentauit, An hæc cum raptore lusserit, & in hoc rapta sit, vt huic opponeretur. *Latro* aiebat, non quicquid spargi possit suspiciose, de eo etiam dicendum. Colorem hunc esse, non quæstionem: eam quæstionem esse, quæ impleri argumentis possit. *Cestius* aiebat, & eam impleri posse argumentis. Hunc sensum à Latinis iactatum *Nicetes* dixit, ὅτι τὴν ποινὴν τὶς ἔχλυσιν. *Glycon* dixit. *Diocles Carystius* dixit. hunc sensum *Vibius Rufus* subtiliter dixit: Volo tibi malam gratiam cum sponso tuo facere, habet amicam. In hac Controuersia dixit *Albutius*, Ambulat in masculos. adeo nullum sine amatore vitium est, vt hoc quidam disertū putauerint. ego tamen magis miror, hoc Albutium potuisse dicere, quam aliquos potuisse laudare. Ex latinis dixit *Triarius*: Gratulor vobis virgines, quod citius illuxit. *Argentarius* dixit, Quæritis quid isti finem rapiendi fecerit? dies.

IN CONTROVERSIAM QVINTAM.

NICOLAVS FABER.

HABES *qui te vindicet.*] Rectius fortasse, *habes quæ te vindicet*, scilicet raptā quæ mortem optauit.

Stulta deciperis, dicam suus.] Hæc nullius sensus esse cuius perspicuum. ex vestigiis tamen corruptæ scripturæ sequens lectio elici potest. *Stulta deciperis. Dicam si vis, quid dixerit tibi. Idem enim dixit & huic. Dum te peto, in illam incidi.* Sunt verba patroni eius quæ mortem optauit, ad raptam quæ nuptias. vt eam deceptam fallacibus raptoris verbis doceat. Dicam, inquit, si vis, quibus verbis inducta es à raptore, nuptias optare. Iisdem enim ipsis conatus est hanc cui patrocinor impellere. Hæc autem sunt: *Dum te peto, in illam incidi*, Eadem infrà Pompeius Silo pro raptore excusatione se vsum dicit.

Hoc Albutium potuisse dicere,] Supra enim Græcis eum præeminere dixit.

SCHOTTVS.

QVAM *bene mimum egit*] Vita Mimo & Scenæ recte comparatur. Hinc Cicero Verris Actum vitæ turpissimum fuisse ait Verrina III.

Vox hæc

Vox hæc sæpe in auctoribus corrupta, vt in subsecivis Adversariis admonuit doctiss. Pithoeus lib. I. cap. XVII. His adde Macrobij locum lib. II. Saturnal. cap. VI. *Cum iratus esse P. Clodius Decimo Laberio diceretur, quod ei mimum petenti non dedisset: Quid amplius, inquit, mihi facturus es, nisi vt Dyrrachium eam & redeam?* Laberius hic Mimographus notus ex cap. III. & VII. Item ex lib. VII. cap. III. Et Seneca Philosophus præf. lib. IV. Natur. quæst. *Noli tibi displiceas, quasi male egeris mimum, & quasi ille aliquid iocorum aut doli suspicatus sit.* Sic enim è fuga *mimi* vocem retraho lib. vet. Ant. Augustini, hominis sanctis. & doctissimi fidem secutus.

Stulta desperis] Emendo locum integrum de Veteri lib. *Stulta desperis: dicam, si vis quid dixerit tibi: idem enim dixit & huic: Dum de puto, in illam incidi.*

Retro amnes fluant] Respexit Euripideum illud in Medea:

> *Ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαὶ*
> *Καὶ δίκα καὶ πάντα πάλιν στρέφεται.*

Vtitur & Demosthenes *περὶ παραπρεσβείας* & M. Tullius lib. X. ad Atticum epist. IV. Iulianus quoque Imp. lib. nondum quod sciam, edito *εἰς τοὺς ἀπαιδεύτους κύνας*: cuius hoc initium: *ἄνω ποταμῶν τοῦτο δὴ τὸ τῆς παροιμίας ἀνὴρ κυνικὸς Διογένης φησὶ κενόδοξον, καὶ ψυχρολουτεῖν οὐ βούλεται, σφόδρα ἐρρωμένος τὸ σῶμα.*

Ego sola digna visa sum cui iniuriam faceret.] Terentianum illud respexit, Eunucho:

> *—— Non te dignum Charea*
> *Fecisti: nam si digna hac contumelia*
> *Sum maxime; at tu indignus qui faceres tamen.*

Referat nunc Virginiam] Nota historia ex Liuij lib. III. Variat antiquus ille, & Epitoma: *Refer nunc Virginiam: refer nunc Lucretiam*: vel vt Epitoma: *Dic Lucretiam.*

Si stationem deseruit, fuste ferietur] Poena hæc militaris, qua Polybius in castrametandi ratione de Vigilum præfecto: *Ἐὰν δ' εὕρῃ κοιμώμενον, ἢ καταλελοιπότα τινὰ τὸν τόπον ἐπιμαρτυράμενος τοὺς συνόντας, ἀπαλλάττεται. τὸ δὲ παραπλήσιον γίνεται, καὶ ὑπὸ τῶν τὰς ἐξῆς φυλακὰς ἐφοδευόντων.* fustuarium autem, *ξυλοκοπίαν* vocat, huiusmodi est. *Λαβὼν ξύλον ὁ χιλίαρχος, τούτῳ τοῦ κατακριθέντος οἷον ἥψατο μόνον· οὗ γενομένου, πάντες οἱ τοῦ στρατοπέδου, τύπτοντες τοῖς ξύλοις, καὶ τοῖς λίθοις, τοὺς μὲν πλείστους ἐν αὐτῇ τῇ στρατοπεδείᾳ καταβάλλουσι. τοῖς δὲ ἐκπεσοῦσιν οὐδ' ὡς ὑπάρχει σωτηρία. πῶς γάρ; οἷς οὔτ' εἰς τὴν πατρίδα τὴν ἑαυτῶν ἐπανελθεῖν ἔξεστιν, οὔτε τῶν ἀναγκαίων οὐδεὶς ἐν οἰκίᾳ τολμήσειε δέξασθαι τὸν τοιοῦτον. διὸ τελείως οἱ περιπεσόντες, ὅπαξ τοιαύτῃ συμφορᾷ καταφθείρονται.* Et mox: *ταῦτα μὲν οὖν ὡς ἀδικήματα κολάζουσι, εἰς δ' ἀνανδρίας τιθέασι καὶ στρατιωτικῆς αἰσχύνης τὰ τοιαῦτα τῶν ἐγκλημάτων, ἐάν τινες ἐν ἐφεδρείᾳ ταχθέντες ἐξ ἀρχῆς λίπωσι τὴν δοθεῖσαν τάξιν, παραπλησίως ἐάν τις ἀπορρίψῃ τι τῶν ὅπλων κατ' αὐτὸν κίνδυνον διὰ φόβον, διὸ καί τινες μὲν ἐν ταῖς ἐφεδρείαις προδήλως ἀπόλλυνται. πολλαπλασίους αὐτοῖς ἐπιγινομένων, οὐ θέλοντες λιπεῖν τὴν τάξιν, δεδιότες τὴν οἰκείαν τιμωρίαν.* Et ex illo Liuius lib. V. *Fustuarium*, inquit, *meretur, qui signa relinquit, aut præsidio decedit. Auctores signa relinquendi, & deserendi castra non vni, aut alteri militi, sed vniuersis exercitibus palam in concione audiuntur.* Et Epitoma lib. lvij. de Scipione disciplinam militarem ad Numantiam corrigenti: *Quem militem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset, vitibus, si extraneus, fustibus cecidit.* Rursum lib. IV. sed alia pœna. *C. Maticnus, quod exercitum in Hispania deseruisset, damnatus, sub furca diu virgis cæsus, & sestertio nummo venit.* M. Tullius Philippa III. *Si Consul ille, fustuarium meruerunt legiones, quæ Consulem reliquerunt.*

Propter te vita seruatus peribit] Antea editum *raptor à te seru. per.* Sic Gryphius edidit. In Basil. vero & Lutetiana postrema edit. legitur: *propter vita te*: proxime ad veram germanamque lectionem, *proteruitate seruatus peribit*: quam opt. illi libro acceptam referet grata posteritas, nam Correctores illos male feriatos, qui operã suam typographis diurnam quasi aliud vel nihil agẽtes, fugit hic ratio: allinunt enim ad oram libri *propter te vitiata seruatus peribit.* Sed

> *Spectatum admissi risum teneatis amici?*

Proteruitas autem pro superbia, insolentia, libidine, & petulantia à proterendis obuiis, vt solet in libidinem taurus furens. Terent. in Heautontum.

> *Satin' pol, proterue me Syri promissa huc induxerant.*

quem à C. Lælio versum in Puteolano compositum Corn. Nepos auctor est apud Donatum in vita Comici. Et post:

> *Quam pœne tua me perdidit proteruitas.*

Et Cicero pro M. Cælio, de libidine eius: *De corruptelis, de adulteriis, de proteruitate, de sumptibus immensa oratio.* Ennius Pancratiaste, referente Marcello.

> *Quis est, qui nostris foribus tam proteruiter.*

Sic & Plautus Rudente: *Quis est, qui tam proterue foribus facit iniuriam?*

GRVTERVS.

D*E eo etiam dicendum.*] Palat. *de eo etiam vindicandum.*

Archipiratæ filia. CONTROVERSIA VI.

THEMA. *Captus à piratis scripsit patri de redemptione, non redimebatur. Archipiratæ filia iurare eum coegit, vt duceret se vxorem, si dimissus esset, iurauit. Relicto patre secuta est adolescentem. Rediit ad patrem, duxit illã. orba incidit. pater imperat, vt archipiratæ filiam dimittat, & orbam ducat: nolentem abdicat.*

CONTRA FILIVM. *Porcij Latronis.* Pro dij boni, & hæc puella hospitio patris excepta est. Prohibeo domo, terra prohibendam. Bonæ spei vxor, bonæ spei nurus, quæ amare potest captiuum, odisse vel patrem. Captus, inquit, in tenebris iacebam. Narra obsecro soceri tui beneficia. Possum,

Iudices, esse secutus? filius meus ait se vxori parricidium debere. *Cesty Py.* Quis interfuit nuptijs tuis? pater? denique puellæ pater?

Ex altera parte. Silii Bassi. Hodie captiuus essem, oisi hæc archipiratæ filia fuisset. Vt dixir, Patrē habeo: inter bonos captiuos sepositus sum. Archipiratæ filia vocatur, puto ex aliqua nata captioa: certe animum eius natura à patre abduxerat: misericors erat, deprecabatur, flebat, mouebatur periculis omnium: oihil in illa deprehendi poterat piraticum. Promisi nuptias & qoasi aliquam sacram testatiooem, tuum nomen inserui. Eo loco me non deseruit, in quem venire etiam patres timuerunt. Arctius nos fortuna alligauit, quam vt orba possit diuellere. Vidisses tectum panois corpus, omnia membra vinculis pressa, maciem, retractos introrsus oculos, obtritas catenis & inutiles mauus. talē quis amare nisi misericors posset? Decepi te puella, alia pollicitus sum. Veoies in patriam mecum, ibi tibi referam gratiam: hic catenatus, egens, squalidus quid possum? pater meus, socer tuus (hoc enim iampridem te vocabat) socer, inquam, tibi tuus gratiam referet. Quidam auitas paternasque flagitiis obruerunt imagines. quidam ignobiles nati fecere posteris genus. in illis noo seruasse quod acceperant, maximum dedecus: in his quod nemo dederat fecisse, laudabile. Si possent homines sibi sortem facere nascendi, nemo esser humilis, nemo egens, vnusquisque felicem domum inuaderet. Sed quandiu non sumus natura nos regit, & in quemcunque vult casum nos oitrit. Hinc sumus æstimandi, cum sumus oostri. Quis fuit Marius, si illum in suis inspexerimus maioribus? humilis. In tot consulatibus nihil habet clarius quam se auctorem. Pompeium si hereditariæ extulissent imagioes, nemo Magnum dixisset. Seruium regem tulit Roma: in cuius virtutibus humilitate nominis nihil est clarius. Quid tibi vidētur illi ab aratro citati, qui paupertate sua beatā fecere rempublicam: Quemcunque volueris reuolue nobilem: ad humilitatem peruenies. Quid recenseo singulos, cum hanc vrbem possim tibi ostendere? Nudi stetere colles. Inter hæc tam effusa mœnia, nihil est humili casa nobilius. fastigiatis supra tectis auro puro fulgens prælucet Capitolium. Potes obiurgare Romaoos, quod cum humilitatem suam obscurare possint, ostendunt. Sed hæc non putant magna, nisi apparuerit ex paruis surrexisse. Misereri illius oportet, quia orba est. ista tamē habet propinquos, habet amicos paternos, habet te imbecillitatis suæ tutorem fortissimū. Omnes vxores diuites seruitutem exigunt. Crede mihi, volet in suis regnare diuitijs: & tamen æquum est eam possidere domum, quam meam agnouerit. Si cœperimus esse magis liberi, si paulo speciosior animo eius effulserit domus, si parum blande fecerimus, relinquit: & tunc est tormentum, carere diuitijs, cum illas iam senseris. Vides quid inter duas vxores intersit. ista si nos reliquerit, repetet suos: hæc quod dedit, dimissa non auferet. Multi duxere sine dotibus vxores: quidam dictas non accepere dotes: quidam emptis cootenti fuere mancipijs: & cum possent accipere diuitias, emere quibus libertatem darent maluerunt, quam suam vendere. Aliquis in adoptionem iuuenis petitur? si volet ire, quæret senex ille qui petit, quales & quos habeat maiores, quanta bona, an satis magno se possit addicere. Aliquis captare orbos senes vult, & suas spes in alienas mortes diffundere? excutiat testamēta, scrutetur census. Vbi vero quæret vxorem, videat an nuptias suas amet, an nihil pluris faciat marito, an misericors sit, an fortis sit, an possit, si quid viro inciderit mali, vna tollerare. Si his bonis fuerit instructa, dotata est. Non possumus voa felices esse: quod solemus, vna infelices erimus. Fac, inquit, quod imperat. oolo propter me patrem tuum offendas. Ibo, inquit, sola. Tu ibis? qoo, infelix? Quas petitura regiones? Est eoim tibi aliquis locus? pater tuus oobis maria præclusit, meus terras. *Cesty Py.* Solent qui coguntur à patribus vt vxores ducant, illa dicere: Non sumus etiam nunc apti nuptiis. Ego contra, refugio vxorem quia vxorius sum. *Arellij Fusci Patris.* Insolens malum est, beata vxor. Cum immensum pondus auri orba attulerit, cū pecunia arcas nostras onerauerit, quid aliud quam beate seruiemus? Altera filium dat tibi, altera patrimonium: pater, vtra magis diues est? Locuples est, pater, quam mihi concilias. O si scires, quam diues hæc fuisset. Orba, inquit, est. & hæc orba est. Inter duas orbas ea mihi curanda est magis, quam orbam ego feci.

Diuisio. In hac Controuersia nihil litium fuisse fere omnes consentiunt. *Latro* primam quæstionem fecit: An pater propter matrimonium, filium abdicare possit, cum liberum cuique huius rei arbitriū sit. *Gallio* subiecit huic: Etiam si potest imperare filio, vt vxorem ducat, an ei qui iam habet? *Latro* secundam fecit: Si ius est patri, etiam propter matrimonium abdicandi, An liberum huic fuerit, non parere com iurasset. Hoc in hæc diuisit: An nemo iureiurādo teneatur, quo per necessitatem adactus est: An expleuerit iusiurandum, ducendo illam vxorem: Au etiam si non expleuit, non teneatur religione, qui coactus aliquid contra iusiurandum fecit: hunc a. cogi à patre super iusiurandum facit: An possi parere patri: An debeat. Hic de meritis puellæ & moribus.

Color. Colore hoc vsus est *Latro* pro patre: Puellam non misericordia motam, sed libidine: & ideo non esse beneficium. In argumentis eleganter hanc partē tractauit: Etiam si beneficium dedisset, nō esse sic referēdam gratiam. deinde beneficium esse quod iudicio detur, non quod furore aut morbo. *Hispo Romanus* alio colore dixit: Illam non amore adolescentis, sed odio patris sui secutā esse. Voluit ille & amoris cōmendationem detrahere. *Buteo* longe accersito colore vsus est: voluit eā nubere non inuito patre, sed secreto suadente, palam dissimulante totum hoc gestum. ratione illa honestam conditionem ooptiarū inuētam, cum alio nullo modo posset. neque enim aliter illos effugere potuisse, nisi patiente patre. Sed aiebat *Latro*, non esse tanti detrahere illi commēdationem soluti adolescētis, vt detraheretur inuidia relicti patris. *Fuscus Arellius* egregiè declamauit: Non enim propter nuptias orbæ dimitti illam, sed quamuis orba non esset, eiici iussit. non aliam sibi magis placere, sed illam displicere dixit: & hoc qood *Latro* transcurrerat, pressit. Timere se pullam temerariam, inter piratas natam, inter piratas educatam, impiam in patrem. *Gallio* illud quod omnes scholastici transierant, dixit: Timere se, ne hęc speculatrix esset, & piratis omnes occasiooes indicaret: aut certe ne videretur

nolle

nolle se suspectum esse reipub. illi iurasse timuit, ne à puella videretur improbe iusiurandum exegisse. Ne quid liberi sibi esset, adiecit, iurasse per patrem, Triarius dum sententiam puerilem captat, inepte dixit, Iurasse & se per orbam. Aiebat enim *Cestius*, valde hanc fieri orbam, etiam si iurasset *Latro* aiebat quoque iusiurandum ineptum esse: nihil enim minus conuenire, quam aliquem per patrem iurare, patrem relicturæ. Omnes honestam matrem puellæ dederunt: omnes dixerunt eam misericordia motam, non amore. Solus *Pollio* iudicio fecisse vult eam: etiam à misericordia discessisse. dixit enim illam non potuisse cum piratis viuere. Vt primum honestam occasionem inuenerit discedendi, discessisse. *Q. Haterius* à parte patris pulcherrimam imaginem monit. Cœpit enim subito quo solebat cursu orationis feruere, quasi exaudiret aliquem tumultum, vastari omnia ac rapi, comburi incendiis villas, fugas agrestiũ: & cum omnia impleslet terrore, adiecit: Quid exhorruisti adolescens? socer tuus venit. *Glyconis* valde lenis & Græca sententia est. Tolerabilem dixit illam rem, cũ iurisiurãdi vim describeret: hoc esse quod fœdera sanciret, quo astringeretur exercitus. *ὅρκος ἐπὶ* alias *σπονδὴ καὶ πίστευμα καὶ περὶ πολεμίους πίστις μόνη*. *Artemon* circa eundem sensum versatus est à parte adolescentis, cum dixisset relictum patrem, adiecit: *λοιδορεῖ νῦν τὴν ἀρχιπειράτην, τὴν γαμβρόν, τὸν* ΠΡΟΣΕΛΟΝ *ὑβρίζεις, εἰ θέλεις, καὶ τὸν ἐπίορκον.*

IN CONTROVERSIAM SEXTAM.

NIC. FABER.

A*VRO puro fulgens prælucet Capitolium.*] At vero hæc contraria sunt, nihil nobilius ea casa humili: præfulgere tamen Capitolium. Quare lego, *nihil humili casa nobilius. fastigiatis supra tectis, auro puro fulgenti prælucet Capitolio.* Vult enim dicere populum Romanum pluris facere stramina casæ Romuli, humilis originis monumenta, quam Capitolium auro tectum. Vitruuius cap. I. lib. II. *Item in Capitolio commonefacere potest, & significare mores vetustatis Romuli casa in arce sacrorum stramentis tecta.*

Si parum blande fecerimus, relinquit: Consecutio orationis exigit, vt legatur *relinquet*.

Ista si nos reliquerit, repetet suos:] Immo *repetet sua*, id est auferet dotem & diuitias quas attulerit. Sequitur enim oppositum, *hæc quod dedit, dimissa non auferet*, libertatem nempe, quam marito procurauit.

Si volet ire, quæret senex ille] Lego, *si volet ire, quærat, senex ille. sequitur paulo post, excutiat testamenta*: & paucis interiectis, *videat an nuptias suas amet.* Post verbum autem *quærat*, virgulam addo: quia ad eum qui adoptari vult, non ad senem referendum est. vt *an salubris adoptio pupillo, intelligi possit*, inquit Vlpianus ad Sabinum.

SCHOTTVS.

I*NTER bonos captiuos sepositus sum*] Proprium exilij verbum & relegationis. Suet. Augusto cap. LXV. *Agrippam nepotem ob ingenium sordidum ac ferox abdicauit, sepsuitque Sarrentum.* Illud sup. *Nisi hac archipiratæ filia fuisset*: quod Plautus & Terentius, *Absque illa fuisset.* Sic. n. ille Bacchidib: *Nam absque te esset, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum.* Hic vero: *Quam fortunatus sum cæteris rebus absque vna hac foret.* Vbi tamen *absque* pro *nisi* per se aduerbij ritu positum videtur. Clarius alibi in Phormione. *Nam absque eo esset, recte ego mihi vidissem.*

Sacram testationem, nomen inserui] Superstitibus enim præsentibus in manum materfamilias conuenìebat: item confarreatione. vel pro auspice: Mi pater, qualis in nuptiis adhiberi solet, nomen tuum, licet absentis, in tabulas retuli.

Quidam auit ...ternasque] Insignis locus communis Plura exempla, mi lector, suggeret Valer. Maxim. lib. III. cap. IV. & V. Et lib V. cap. IX & X.

Marium Pompeium] Marius humile genus suum & plebeium ipse apud Sallustium in Iugurthino, non infitiatur. *Mihi*, inquit, *spes omnes in memet sitæ, quas necesse est, & virtute & innocentia tutari: nam alia infirma sunt. Naturam vnam & communem omnium existimo, sed fortissimum quemque generosissimum esse. Ex virtute nobilitas cæpit. Videte quam iniqui sint, quod ex aliena virtute sibi arrogant, id mihi ex mea non concedunt: Scilicet quia imagines non habeo, & quia mihi noua nobilitas est: quam certe peperisse melius est, quam acceptam corrupisse. Non possum fidei causa, imagines neque triumphos, aut Consulatus maiorum meorum ostentare: at si res postulet, hastas, vexillum, phaleras, alia dona militaria, præterea cicatrices aduerso corpore. Hæ sunt meæ imagines, hæc nobilitas, non hæreditate relicta, vt illa illis, sed quæ ego plurimis meis laboribus & periculis quæsiui.* Sic & Cicero, Arpinas quoque, *nouus homo* ab æmulis appellatus, vt in illa Declamatoria Inuectiua, quæ Sallustij nomen falso præfert.

Humilis in Consulatu] Vitiose in editis libris: distingue post *Humilis*; vt constet sensus, & sic in Epitoma legitur.

Pompeium si hereditaria] Falsum vero id existimandum. Nobilis enim Põpeius, patre Q. Pompeio Strabone, viro Consulari & Triumphali. Quare fort. *extulissent*, pro insolentiorem reddidissent, posuit. Nisi forte obscurum propterea fuisse dicas, quod cum à patre discesseris, plures maiores enumerare vix possis. Q. Pompeius quidam plebeius tibicinis filius, at non ille *Magni* cognomentũ adeptus est. Plutarch. in Apophth. Scipionis.

Seruium regem tulit] *Seruum* non male vetus liber & Epitoma: q. d. seruilis conditionis hominem ad regnum vocatum. Natus enim VI. ille Rom. Rex, P. vel SP. Corniculano & Ocrisia serua: vt scriptor de v. Illus. qui Dionysio Halicarn. Tullius Corniculanus est, & Ocrisia. Hinc *Seruij* prænomen. Liuius non à Serua, sed patre Seruio Tullio Corniculanorum Principe appellatum vult. In monumento quodam apud Lugdunenses:

SERVIVS. TVLLIVS SI. NOSTROS. SEQVIMVR. CAPTIVA.

NATVS. OCRESIA. SI. TVSCOS. COELI. QVONDAM. VIVENNÆ. SODALIS. Vide Controu. XXI.

Ab aratro citati.] In his princeps L. Quinctius Cincinnatus, cui trans Tiberim aranti Dictatorem dictum legati nunciarunt: Inf. Controu. IX. *Patres nostros apud aratra ipsa mirantes decora sua circumstetere lictores.* Et M. Tullius pro Roscio Amerino: *Nā tu Eruci accusator esses ridiculus, si illis temporibus natus esses, cum ab aratro arcessebantur qui consules fierēt.* Liuius lib. III. scriptor de Vir. Illust. & Valer. l. IV. cap. IV. Vnde plura paupertatis Rom exēpla petere licet. legēdus & Plinius lib. XVIII. cap. III. Persius Satyra I.

Vnde Remo, sulcoque terens dentalia Quincti
Cum trepida ante boues Dictatorem induit vxor:
Et tua aratra domum lictor tulit.

Et Lucanus in li. extremo Pharsal. *Sordidus Hetruscis abductus consul aratris.*

Quemcumque reuolueris volue nobilem.] Iuuenalis Satyra III.

Quales ex humili magna ad fastigia rerum
Extollit quoties voluit fortuna iocari.

Plato in Theęteto seu de motibus Philosophorū, regem esse quemquam negat, qui non sit è seruis natus: nec item seruum, cui non sint origo Reges. Vide Senecam Filium epistola XLIIII. extrema Sic Agathoclem figuli filium Siciliæ Regem fuisse constat teste Ausonio. Iustinus Imperator è Subulco Bubulcus, mox Faber Lignarius, tandem Augustus teste Zonara. Pupienus Maximus patrem rhedarium habuit. Gratianus maior dictus est Funarius teste Ammiano Marcellino lib. XXX. Apud Parthos qui primus ex Arsacidum familia regnauit, Mulio primum fuit: vt apud Romanos Vētidius Bassus ex Mulione Cos. primus de Parthis triumphauit. Vide Agellium lib. XV. cap. IV. parentum memoria Coruinus è carcere ad regni fastigium ab Hūgaris euectus est. Plura collegit Iouianos Pontanus, lib. I. & 2. de Fortuna. Val. Maximos lib. 3. cap. 4 Et de Græcis Belladius in Chrestomathia apud Photium pagina 666. Gr.

Ista si nos reliqueris, repetet suos] *repetet sua* reponendum assentior doctissimo Fabro I.C. Mox enim subiicit: *Hac quod dedit, non auferet.* Vetus autem diuortij formula erat, vt viri domo expellentis vxorem ademptis clauibus: RES TVAS TIBI HABE. Sic vicissim: REDDE MEAS. Clarum id ex M. Plauti Amph. Act. III. Scen. II.

ALC. Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas.

Et ex Iusti. Mart. Apolog. I. pro Christianis ad Senatum, in eo fragmento, quod apud Euse. extat li. 4. Hist. Ecc. Vide Brissonij formulas li. 8.

Quaeris senex ille qui petit] Posset aliter quoque interpungi, vt ad iouenem adoptandum referatur, qui in adoptantem senem inquitat. *Si valet ire* [iuuenis] *quaeret: senex ille qui me in adoptionem petit* &c. Addicere autem capio, pro adoptandum se dare.

Captare orbos senes] Sic malo quam quomodo Frohenios euulgauit, *capere. Captatores.* n. dicti qui senum liberis carentium, hereditatibus inhiarent: de quib. elegās est Horatij colloquium, Tiresiam inter & Vlyssem lib. II. Sermonum, Satyra V. Luciani quoque Dialogi VII. ἐν τοῖς νεκρικοῖς. Quidam *Heredipetas* vulgo nominant.

Si his bonis fuerit instructa, dotata est] Comica & illa imitatio. Plautus Aulularia:

Dummodo moratas recte venias, dotata est satis.

Et: *Quae indotata est, ea in potestate est viri;*
Dotatae mactant, & malo & damno viros,

Insolēs malum est beata vxor] pro opulenta, ὄλβιος. Sic Flaccus.

Vt Nasidieni mouit te cœna beati, pro diuitis.

De superba & dotata matrona, Poeta nescio quis.

Intolerabilius nihil est, quam femina diues.

An pater propter matrimonium.] Patris enim consensum in nuptiis requiri, Prudentes olim responderunt: Paulus l. 2. D. de ritu nup. & Imp. Iustin. Inst. li. I. Tit X. de nuptiis: *Dum,* inquit, *si filij fam. consensum habeant parentum, quorum in potestate sunt. sint,* Et in vet. Canon. iure, Can. Honorantur. caussa 32. qu. 3. ex B. Ambrosio de Patriarchis, de Rebecca loquente, vbi & Euripidis ex Andromacha hæc citat: Νυμφευμάτων μὲν τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς μέριμναν ἕξει, κοὐκ ἐμὸν κρίνειν τάδε, Sed posteriori id iure abrogatum, vsu obtinet.

An iureiurando teneatur, quo per necessitatem adactus) M. Tullius III. Offic. *Est etiam ius bellicum, fidesque iurisiurandi sæpe cum hoste seruanda. Quod enim ita iuratum est, vt mens deferētis conciperet fieri oportere, id obseruandum est: quod aliter, id si non feceris nullum periurium est.* Est post non lōge. *Nullum vinculum ad astringendam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt. Id indicant leges in XII. Tabulis, indicant sacra, indicant fœdera: quibus etiam cum hoste deuincitur fides: indicant notiones, animaduersionesque Cēsorum, qui nulla re diligentius, quam de iureiurando, iudicabant.* Et lib. I. de Iustitia, *quae in hominum societate tuenda, & tribuendo suum cuique & rerum contractarum fide versatur.*

Voluit eam nubere] σύλληπτος λόγος est, producere: nisi concise dictum, pro, *voluit eam sibi nubere.* In veteri libro *voluit eam nudari,* disertum legitur: in margine vero, *videri*: lege notas ad Controu. XXI.

Q. Haterius à parte patris] De illius Declamatoris dicendi facultate Corn. Tacitus quarto Annali: *Q. Haterius familia Senatoria, Eloquentiæ quo ad vixit, celebratæ. Monimenta ingenij eius haud retinentur: scilicet impetu magis, quam cura vigebat: vtque aliorum meditatio & labor in posterum valescit, sic Haterij canorum illud & profluens, cum ipso simul extinctum est.* De quo & Augusti locum explico lib. II. *Haterius noster sufflammandus est.* Cuius etiam nomen corruptum à librariis in Seneca F. epist. XL. vbi *Namque Echerij,* pro *nam Q. Heterij* vitiose legi docuit elegantis vir ingenij LIPSIVS.

Glyconis] κατὰ παντὸς ἐννοεῖν σ᾽ εἴκειν τὸν πειρώμενον πατέρα. Hæc è vestigiis veteris peruersæ scripturæ eruimus, sensu tamen nullo. Nec enim Oedipus sum, quod fateri malo, quam falsa obtrudendo circumscribere, in altero locus integer est, sed πειρωμένον, corrupte haud dubie: tentabam primo ποιεῖν, vel ad veterum characterum vestigia, ab imperitissimo librario exarata, πειρώμενον vel potius πειρατὴς μόνον. Sententia autem eadem, quæ M. Tullij II. Offic. *Iustitiæ tanta vis est, vt nec illi quidem, qui maleficio & scelere pascuntur possint sine vlla particula iustitiæ viuere. Nam qui eorum cuipiam, qui vna latrocinantur,*

Senec furatur

furatur aliquid, aut eripit, is sibi ne in latrocinio quidem relinquit locum. Ille autem qui archipirata dicitur, nisi æquabiliter prædam dispertiat, aut interficiatur à sociis, aut relinquatur. Quin etiam leges latronum esse dicuntur, quibus pareant, quas obseruent. Itaque propter æquabilem prædæ partitionem, & Bargulus Illyricus latro, de quo est apud Theopompum, magnas opes habuit: & multo maiores Viriathus Lusitanus: cui quidem exercitus nostri Imperatoresque cesserunt. Et Diodorus Siculus lib. XXXII. de Viriathi æquitate in præda diuidenda: *ἦν δὲ δίκαιος ἐν ταῖς διανομαῖς τῶν λαφύρων, καὶ κατ' ἀξίαν τοὺς ἀνδραγαθήσαντας ἐτίμα τοῖς δώροις.* Et in Heliodori Episcopi, vt Socrates & Nicephorus ait, Tricensis *αἰθιοπικοῖς* de latronum in spoliis diuidendis æquabili iure quædam alios legere memini. Mox illud *ἀναγνωρίσματι* in libro illo perturbate scriptum: suspicor *ἀναγνωρίσει* leg.

GRVTERVS & IVRETVS.

NIHIL *est humilis casa nobilius*] Gothofredus legendum putat, *nihil est Remulis casa nobilius*: ingeniose hanc e uni intelligit auctor, sed tamen facile subintelligatur Quirini illius nomen, licet non exprimatur.

Volunt eam nubere non inuito patre] Pal. *volunt eam nudi si non inu. &c.*

Comburi incendiis villas.] Pal. *comburere incendiis villas.*

Tyrannicida à piratis dimissus. CONTROVERSIA VII.

LEX. *LIBERI PARENTES ALANT, AVT VINCIANTVR.* Thema. *Quidam alterum fratrem tyrannum occidit: alterum in adulterio deprehensum, deprecante patre, interfecit. A piratis captus scripsit patri de redemptione. Pater piratis epistolam scripsit, si præcidissent manus, duplam pecuniam se daturum. piratæ illum dimiserunt. patrem egentem non alit.*

PRO TYRANNICIDA. *Porcii Latronis.* Da mihi epistolam esurientis istius. Manus, inquit, præcidantur. in quam partem corporis durius sæuitia incurrat? cetera membra mea sunt, manus publicæ sunt. Talem me dimittite, qualem à piratis recepistis. Non habeo quod de fortuna queri possim, eū qui manus meas configit. Si præcideritis, inquit, manus: Si irasceris: scribe potius, Si occideritis Tyrannicida exitum tyranni rogo. Non timeo, ne manus quas piratæ soluerunt, iudices alligent. Ex omnibus quæ mihi fortuna terra marique priuatim ocala publiceque congessit, tyranoum, adulterum, piratas, nihil expertus sum durius quam patrem. Tyrannus cum timeret manus meas, non præcidit. iniuria matrimonij nihil abstulit corpori. piratę quasi beneficio meo viuerēt, gratis miserti sunt. Vnum hostem inexorabilem habui. quod felici re, quod subito inimico, non ante tyrannidem nauigaui. Genui, inquit, educaui. nēpe istud beneficium & tyranno præstitisti, & adultero. Has manus si per te redimere non potes, rem publicam appella. Adulter cum manibus sepultus, tyrannus cum manibus proiectus est. Magnis sceleribus iura naturæ intereunt. non magis tu pater quam illi fratres. Audite nouam captiui vicem. Tutus, sum, si pater meus nihil habet. Quicquid habes, pro redemptione filij mitte: nun est quod timeas: non deerunt tibi alimenta, cum dixeris tyrānicidæ patrem. Pro adultero filio rogas? quærite nunc quomodo tyranni fiant. *Cestij Py.* Cedo mihi epistolas patris. quæris vnde habeam, cum mihi nullas miseris? Duplam dabo pecuniam: apparet, pro vnico filio rogat Duplam pecuniam dabo: vnam summam pro filio, alteram pro tyrannicida. Si manus præcideritis. hoc nec adultero fecimus, nec tyranno. Non habui pecuniam; sed rogare illos potes. & audacter roga; in misericordes piratas incidi. Quare non alo? quia captum filium tuum, age: parum est, si dixero, non redemisti. Alere non possum: perdidi manus. non credis? epistolam lege. Duplam pecuniā dabas, auaris dabas, piratis dabas. sic excusabant piratæ ipsas mihi cum præciderent manus: Pater iussit, aiebant. magnū facinus est, sed magno licet. Egens sum, inquit. mentiris. Cedo mihi patris mei censum. Quid ergo alis parrem? dimissus fortasse promittam: cum rogaueris, nihil paciscor. Etiamnum manus meas petis? nega tuam esse epistulam, & habes argumentum. dic, Ego rogare pro adultero soleo. Qui non alit, inquit, patrem, alligetur. Plus de manibus meis timui. *Cornelij Hispani.* Quid me rogarit pater, nescio: publica vindi. ta cruentum gladium priuato tyranno impressi. Captū me piratæ nihil aliud quam alligauerūt. *Q. Pius.* Duplam pecuniam dabo. Polliceris, inquam. petitur vnde tantas patrimonij vires habeas, etiamnum, tanquam de tyranni arca loqueris. Corrupit frater vxorem meam, quam nec tyrannus violauerat. Vt pretium piratæ constituerunt: Gauisus sum, inquam. locuples pater poterat dare, etiam si duplam poposcissent. Remiserūt me reip. cum manibus, patri cum epistolis. *Pompeij Silonis.* Pactus sum de redemptione. scripsi patri: quicunque pro tyrānicida vestro pepēdistis. certum habeo, solliciti optatis. vt hæ litteræ ad patrem perueniant. Egeo, inquit. sic subito? Quod ex toto emi non debet, duplo emit. *Arellij Fusci Patris.* Causam meam tenui apud eos, qui nihil debebant manibus meis. Tunc primum egere queritur iste, cum manus meas vidit. Quid mirum, si non putauerūt turpe piratæ, accipere mercedem quam pater dabat? Ades pietas. si sancte vixi & innocenter, effice vt iste manus meas, qui odit, desideret. Tarde mihi epistola soli i videbatur. Hoc prorsus ad fabulas, repleto sceleribus nostri sæculo, deerat, vt narraretur aliquis solutus à piratis, & alligatus à patre. *Blandus.* Hic qui vnde viuat non habet, quam care tyrannicidæ vestro se mancipat! quid agis pirata filij, piratarū magister, eius crudelitatis emptor cuius nec pirata vēditor est? *Romani Hispones.* Pater piratis salutem. Hanc eripis filio. Duplam dabo. Quid necesse est? potui vilius solui. Vt præcidatis manus. Obstupuerunt piratæ: & cum dimitterent, dixerunt: I, dic patri tuo, non omnia piratas vendere. *Menecius.* Adhuc, Iudices, tanquam pro manibus meis egr-

verum est cõfitendum, vobis remissæ sunt. Exhibeo respublica piratarum depositum tibi. manus hæ tuæ saluæ ad te perlatæ sunt. Fac quod voles. illud vnum rogo, si peccauerunt, cuilibet tu vinciendas trade. si isti tradis, sic alligabit quomodo voluit. præcidet. *Allegn Flaui.* Adhuc qualem optem patrem, nescio. diuitem? debilitat. egentem? alligat. neutrum manibus meis expedit. Duplam dabo, ve manus præcidatis. Filium minus crudelem habuisti. *Marilli.* Vt allata est epistola, cœperuntque eam piratæ soluere, vt recitata dupla in epistola pecunia est: Hic est, inquam, pater, quem vobis laudaueram. *Triarii.* Vbi est patrimonium tuum illud, quo tyrãnos instruis, quo adulteros facis? vbi est? certe in me nil impendisti.

Pars altera. *Silii Bassi.* Infelix futura est etiam victoria mea. si non tenuero causam, fame moriar: si tenuero, hoc tantum consequar, ne fame moriar. Duxi vxorem nimium fœcundam? peperit mihi tria nescio quæ prodigia, varijs generibus inter se & me furentia: vnum qui posset patriam opprimere, alium qui fratrem violare, alium qui patrem. Testor, Iudices, omnes ciues meos. vna seruiuimus, nemo tyrãnidem me vno sensit magis. Argumentum habeo maximum, quod viuo. Non pepercissetis mihi si putassetis me patrem tyranni. Dum inter se pugnant, vicit respub. Reliqui duo, quia non poterant in nos, inter se tyrannidem exercuerunt. Habebat iste nescio quam vxorem, quam in arce cognouerat. Si alligare te possem, proficiscentem alligassem. Non opus est tibi magna impensa ad sustinendum patrem. tu mecum alimenta partire. nolo me tam bene alas, quam ego te alui: nolo ignoscas mihi quicquid passus es, quicquid timuisti patrem. posce flagella, scinde rugas, vltores subiice ignes, & mortuam hanc partem, quæ tantum in contumeliam suam spirat, quia extingui non potest, exure. si parum est, fac quod ais ne piratas quidem fecisse, manus præcide. exhibeo tibi. hæ sunt illæ, quæ quidlibet scribunt. Vbi est gladius tuus? stringe. tyranno licuit vulnere miro: adulter vno ictu breuiter confectus est: pater te pro beneficio similem sortem rogo. ne tu quidem apud piratas famem timuisti, neminem tyrãnus sic torsit. *Porcii Latronis.* Fili, nihil amplius quam famem deprecor: si tamen inexorabilis es, illud pro beneficio peto, vt aut tanquam adulter moriar, aut tanquam tyrannus. Par erat vtriusque fortuna illo tẽpore. tu alligatus eras, ego senectute immobilis, & vincto simillimus: tu in sollicitudine, ego in omnium meorum sollicitudine: tu lucem non videbas, ego etiam modicam. hoc vnum inter nos interest, quod tu etiam à piratis cibum accepisti. *Blãdi.* Deprecabar non pro adultero, sed pro domo; ne fratrem occideret: tyrannicidium inquinaret: patrem respergeret. roganti mihi & has interponenti manus pæne præcidit. Hæc sentẽtia deridebatur à Latrone, tanquam puerilis. Hoc & pro isto est, vt aliquem ex suis reliquisse videatur, quem non occiderit. *Vibii Rufi.* Hæ nempe scripserunt epistolam manus præbeo. præcide, & ale. *Pompeii Silonis. Liberi parentes alant, aut vinciantur.* ad te legem meam transfero, licet alliges, & alas.

Diuisio. Fere hac vsi sunt diuisione: An lex causam nec patris nec filij æstimet, sed hominis: Pater an filio alendus sit. Dixit legem hanc pro malis patribus scriptam esse, bonos etiã sine lege ali. An omnes alendi sint. An hic alendus sit. Hanc quæstionem. *Latro* in hæc diuisit. An alendus sit, qui filium à piratis non redemit. hoc loco quærit, An potuisset redimere, An voluisset deinde, An alendus sit, si etiam præcidi filij manus voluerit. nouissime, An præcidi voluerit. *Hispo Romanus* separatim quasi iuris quæstionem fecit, An qui non redemit filium, non possit ab eo alimenta petere. Sed hoc vtraque quæstio continet, vt aiebat Gallio, & prior in qua quæritur: An omnis pater alendus sit: dicitur. n.: Quid si quis filium excæcauerit? quid si quis non redemerit: Et cum ad alteram quæstionem ventum est, in qua quæritur, An hic pater alendus sit: nihil aliud dici potest, quare non alatur, quam quod non redemit: quam quod duplam promisit, vt manus præciderentur. Græcorum improbam quæstionem satis erit in eiusmodi Controuersijs semel aut iterum annotasse, An in tyrãnicidam vti pater hac lege possit. quasi. n. sacras & publicas manus esse: in quas ne piratæ quidem licere quicquam putant. Nostri hoc genus quæstionis summouerũt. *Silo Pompeius* non eis tantum vsus est quibus ceteri, cum dicerent hunc patrem non debere ali, quod non redemisset filium, & quod præcidi manus filio voluisset: sed à priuatis causis transit ad publicam causam. dixit enim, non debere ali hominem perniciosum Reip. qui tyrannum filium habuisset, qui desiderasset amissum, quod non vindicasset. Sed negauit vllam aliam causam illi esse persequendi tyrrannicidam, nisi libertatem publicam: & descripsit mores hominis impij, cruenti: qui quia per liberos non posset, per piratas tyrannidem exerceret: vt liberius diceret, latrocinium filio dedit. & illud in hac parte laudatũ est à Silone declamante. Cœperat hoc tractare, non debere ali tyranni patrem, omnibus fauentibus illum fame necandum: & cum diu pressisset, illum tyranni patrem esse adiecit: Aude postulare vt illud tibi prosit, quod tyrannicidæ pater es. *Blandus* hunc sensum, cum postero die declamaret, in ironiam vertit: & cum obiecisset, quod tyranni pater esset, adiecit: Nolite illum auersari. habet quod opponat. & adulteri pater est.

Color. Colorem pro patre alius alium introduxit. *Fuscus* iratum se illi cõfessus est fuisse: quod fratrem in conspectu patris occidisset: & huic loco vehementer institit, cũ nemo hoc tyrannus, nemo pirata fecisset. Iratus, inquit, ob hoc ipsum fui, quod hoc scelere, etiam tyrannicidium inquinaueras. apparet te morbo quodam aduersus tuos furere: & seruauit hunc actionis tenorẽ. Iratus fui, hodieque paciscor, nec queror: nec se demisit in preces aut rogauit, sed iure patrio vsus est. Illud ad excusandam epistolæ crudelitatem adiiciebat: Scripsi piratis, non eo animo vt manus tibi præciderẽtur, sed vt exprobrarem tibi cruentas in conspectu patris fraterno sanguine manus: tuto autem scribebam. sciebam enim piratas non facturos, nisi pecuniam accepissent, quam non mittebam. Quamobrem neque præciderunt: & si sperassent, vtique præcidissent, Sed apparuit illas epistolas irascentis esse, non promittentis. In vltimo descripsit, quam miser futurus esset, alimenta accipiens illis manibus, quas paulo ante spectauerit fratrem occidentes: & adiecit, quod aiebat præceptore suo dicente,

summa

fumma cum admiratione exceptum, illud Homeri Priamo aptum : καὶ κύσε χεῖρας δεινὰς ἀνδροφόνους, Iliad. ω. αἵ οἱ πολέας κτάνον υἷας. *Silo Pompeius* & ipse iram falfus eft. aiebat enim non habiturum fidem, fi fe negaffet iratum fuiffe : fed iræ caufam non dixit. *Q. Fufcus* tranfeundas aiebat eas offenfas, quibus ille gloriaretur. hanc caufam pofuit, quod relictus effet ab vnico filio, quod inuito fe nauigaffet: cum videret fenem orbum iam pæne egentem, tam tum illum fugiffe, ne aleret : & ad preces patrem deduxit, & rogauit in epilogo filium. Et *Sparfum* hoc colore declamaffe memini, hominem inter fcholafticos fanum, inter fanos fcholafticum. *Ceftius* alio colore vfus eft, dixit enim, non iram illam patris fuiffe, fed calliditatem : Non habebam, inquit, vnde redimerem. Quem rogarem pecuniam in tam auara ciuitate, in qua ne filij quidem patres alunt? vfus fum confilio. fciebam piratas non crudeles effe, fed auaros. volui efficere vt defperarent illum redimi, & propter hoc fuperuacuum, & cum impenfa futurum, dimitterent. An prudenter cogitauerim, nefcio. feliciter certe cogitaui. poft epiftolas illas quas accufat, dimiffus eft. *Latro* fe totum ab iftis remouit coloribus, & aduocauit vires fuas tanto totius actionis impetu, vt attonitos homines tenuerit. hoc enim colore vfus eft : Nefcio quid fcripferim : olim iam mihi excuffa mens eft, ex quo vidi filium vnum in arce, alterum in adulterio, tertium in parricidio : ex quo refperfus fum fanguine morientis filij, ex quo relictus fum folus, fenex: orbus, ego [?]odi meos. Hic color illius viribus approbandus eft. Quantu enim opus eft, vt aliquis accufandu fe miferabilem faciat? *Albutius* omnes colores mifcuit: & vt hoc liberum effet, patronum patri dedit, nec voluit narrare. Ad propofitionem cæpit. Alimenta pater à filio petit. deinde cum ad defendendum venit, quod fcripfit duplam fe daturum, fi manus præcidiffent, primum Latroniano colore vfus eft. Hoc, inquit, refpondeo, nefcit quid fecerit, in infaniam malis actus eft. hic philofophicum locum introduxit, quomodo magnis calamitatibus animi euerterentur, deinde anthypophoram fumpfit. Mẽtiris. Ille vero iratus fuit. Cogis, inquit, me dicere, iratum tibi merito fuiffe. Executus eft omnia. hoc illi inter cetera obiecit, quod occupans fratrem fuum ignoraffet aut diffimulaffet: ait tyrannicidio quoque eius commendationem facere. deinde ad illum colorem redit Ceftianum : Sed illum puto confilio feciffe quæ fecit. quid ergo ? quid effe tandem dicit quare fcripfiffet ? nihil dixit flet : mori vult, fed non fame. In hac declamatione hanc *Albutius* fententiam dixit dubiam inter admirantes & deridentes : Panem cani das, patri non das. *Glycon* egregie dixit : ἐκλείποντι αὐτὸν ἐκ κυνοτρόφων πατέρα θρέψαι. *Gorgonius* fuit Buteonis auditor, poftea Scholæ quoque fucceffor, vocis obtufæ, fed pugnaciffimæ, Cui Baro fcurra rem venuftiffimam dixit : Centum raucorum vocem habes. Hic putauit varium colorem fe excogitaffe pro patre : Ego, inquit, dictaui. *Duplam dabo, fi manus non præciderit*. librario vna fyllaba excidit, *Non* : & fcripfit, *fi præciderit*. Digna res, quæ voce illa diceretur. *Artemon* dixit : φιλότεκνε πάτερ καὶ σύ τι..... *Andreas* dixit : οἴκτειρον ἄκρως. καὶ τίς τὸ αἴτιον ἐν αὐτῷ τῷ σχήματι πατὴρ ὤν. *Nicetes* dixit : διπλᾶ δώσω, ἂν ἀποκόψωσι τὰς χεῖρας. ἐξῆν σοι πειράτας, μήτε τυράννους, μήτε μοιχεύους.

479.

IN CONTROVERSIAM SEPTIMAM.

NICOLAVS FABER.

SÆVITIA *incurat?*] Veteres editiones, *incurratur.*

Quod felicire, qui fubito] Locus male habitus, & de quo quicquam fpondere non audeo. Putaui tamen aliquanto melius habiturum, fi fcribatur, *feliciter, quod fublato inimico, non ante tyrannicidium nauigaui.* vt fit illud *feliciter*, Græcorum ἀγαθῇ τύχῃ.

Q. Pius Duplam pecuniam dabo.] Ceteræ editiones fic repræfentant hunc locum, *Duplam pecuniam dabo. Q. Pius. Polliceris, inquam, petiturum te tantas patrimonij vires habes.* quem fic emendare conor: *Duplam pecuniam dabo. Quid plus polliceris quam petierunt. Vnde tantas patrimonii vires habes. Etiam nunc tanquam de tyranni arca loqueris.* Nam Q. Pij non alibi mentio in hoc opere, & minimum difcedit hæc noftra coniectura à veftigiis receptæ huc vfque lectionis.

Alegij Flauij] Vbique in hoc opere Alfius dicitur : & ita hoc loco fcribendum cenfeo. Flauij Rhetoris mentionem facit Quinctilianus cap. IV. libri VII. Sed intelligo potius Virginium Flauium, de quo auctor lib. XI. quam hunc noftrum.

Qui defideraffet amiffum, quod non vindicaffet.] At vitio verti patri non poteft, fi non vindicauerit filium tyrannum, Quare lego *qui vindicaffet.* nam fequitur, *& negauit vllam aliam caufam* &c.

Vt liberius diceret, latrocinium filio dedit.] Lego, *patronum filio dedit.* filium enim non decet nifi feruata reuerentia, quæ naturaliter debetur, in patrem agere: patrono plus licet. quod obferuarunt prudentes declamatores in omnibus iis perfonis quæ naturæ vel beneficentiæ vinculo inter fe obligatæ, libere agere non poffunt. Sic infra hac ipfa declamatione Albucius patri patronum dedit, vt liberius in filium ageret.

Iratus fui, hodieque pacifcor,] Pacto hic nullus eft locus. Quid fi legamus? *Iratus fui, hodieque irafcor, & queror,* &c. quod fatis antecedentia, & confequentia demonftrant.

Δεινὰς] Hunc Homeri verfum ex coniectura huic loco addidimus. Quod enim mifer ille fenex Iliados vltimo de Achillis, hic de filij fui manibus conuenientiffime dicere potuit.

Quod occupans fratrem] Hæc nullum fenfum habere quifque videt. Habebunt, fi ita legamus, *quod occupantem arcem fratrem fuum non ignoraffet, at diffimulaffet, vt tyrannicidio quoq; eius commendationem faceret.* Audacior forte coniectura, cuiufque auctor fundufque effe nolim. quæ tamen fi non verba, certe mentem auctoris exhibet.

Panem quem cani das, patri non das.] Quinctilianus cap. III. lib. VIII. inter hæc quæ humilia videntur apte tamen posita gratiam habent, vimque rebus afferunt, huic prope similem sententiam ponit. *Laudati*, inquit, *me puero solebat: Da patri panem: & in eodem, etiam canem pascis.* Iubiungit. *Res quidem praecipue vt scolis anceps, sed frequenter causa risus.* Vnde non mirum est, si hæc Albutij sententia suos amatores, derisoresque habuerit.

SCHOTTVS.

IDem argumentum & Thema est Controu. I. inde petas licet.

Q. PIVS Pollicetis, inquam] Longe à vulgari abit lectio vetus. Equidem quod hic declamator nusquam alibi aduocetur in testimonium, cum plerique reperiantur sæpius, nescio quid de mendo suspicabar. *Cestius* quidem *PIVS* primarum hic partium actor est. Deinde illa *pet tutum in te tantas patrimonii*] à Librariis oscitantibus, nec, vt sit obliterantibus culpas, iterata puto: Sed de obscuris illis vestigiis locum integrum tenemus: vel certe alios excitemus: *Quid plus polliceris quam petieiunt te? Tantas patrimonii vires habes? Etiamnum tanquam Tyranni arca loqueris?*

Diutem debilitat] pro debilem efficit, mutilat, truncat Statim *Fqmtem aliqui* malo, quam *abdicat*, ex Epitoma, reclamante licet libro vno antiquo, & fauentibus aliis: subdit enim, *Neutrum manibus meis expedit.*

SILII BASSI] Deerat hic, quod de Vetere recte additum, PARS ALTERA. Sic enim Controuersiæ diuidi omnes solent, dum alter petit, alter contradicit.

Qui posset patrem obtinere] pro, tenere, hoc est, vi possidere. *Qui posset patrem opprimere*, est in Excerptis, vbi repone *patriam*, Sallust. Orat. I. siue epist. ad Cæsarem de R. P. ordinanda: *Populus Rom. antea obtinebat regna atque imperia.* Et post paullo: *An illa, quæ paullo ante hoc bellum in Cn. Pompeium Victoriamque Syllanam increpabatur, obliuio abstulit.* Sic. n. Lud. Carrio edendum curauit, cum in antiquis libris pro *obliuio abstulit*, legatur *obtineo*. Idem bello Iugurthino: *Numidæ & Reges Numidarum plures simul vxores habent. Ita animus multitudine distrahitur: nulla pro socia obtinet: pariter omnes viles sunt.* Et supra ibidem de Africa loquens: *Quamquam ab ea fama, quæ plerosque obtinet, diuersum est, tamen vti ex libris Punicis interpretatum nobis &c.* Cor. Nepos, siue is Æmilius Probus est in Timoleonte: *Maximas copias Carthaginensium apud Crimessum flumen fugauit, ac satis habere coegit, si liceret Africam obtinere, qui iam complures annos possessionem Siciliæ tenebant.*

Si non tenuero caussam] pro, si caussa cecidero. Cicero pro Cæcinna: *Et hoc loco Scæuolà dixisti caussam apud Centumuiros non tenuisse.* Et ad Attic. li. 8. *Pompeius causas malas semper obtinuit, in optima concidit.*

Illum Homeri Priamo aptu] Parentem illum dixerat Declamator quam simillimum esse Priamo Homerico, qui tot calamitatibus præsertim liberorū iactatus ab Homero inducitur, vt exemplar sit clarissimum τῆ [illegible]. Versus a. appositus est, tametsi nullum in veteribus libris vestigium extet. ex Home. Iliad. vlt.

Vt Sparsum hoc colore declamasset, memini hominem inter] Mendosus locus. Repono ex Epitomæ vestigiis: *Vt Sparsum, cum hoc colore declamasset: memini hominem, &c.* Nam & male *Persium* legitur. *Fuluius* a *Sparsus* sæpe aduocatur ad caussam orandam Controu. pæne omnib.

Inter scholasticos sanum, inter sanos scholasticum] In excerptis *Insanum inter infanos scholasticum*. Vtrumque stare posse videtur. *Insanum & sanos* legas intelligemus forenses illos & legitimos Oratores, non vmbratiles. Sic idem Eloquentiæ ἀντίθεσιν *Insanam* in Vibio Gallo, Declama. I. li. II. Epito. ex Cont. IX. *Gallus Vibius fuit tam magna olim eloquentiæ, quam postea insaniæ.* At si *insanos* & *insanum* retineamus, vt in Epit. li. I. Decl. VIII. *sanos* accipiemus Declamatores seu Scholasticos, quorum sententiæ pleræque sanæ, non tumidæ nec inflatæ, nec vno verbo corruptæ. Vtrasque tribuit idem Glyconi extrema Suaso. I.

Ex quo filium in mari vidi vnum] *Vidi filium vnum in mari.* Hoc ordine vet. liber, sed *in arce* ex Epitoma repono. Tyrannum. n. [illegible] sic nominat, quod fere in arce, quo à [illegible] tutiores sint, habitent. Parricida vero in mari erat à piratis captus.

Ad propositionem cœptam] Rom. editio *ad propositionem cœpit.* for. *à propositione cœptum vel cœpit.*

Deinde [illegible]] Inter σχήματα διανοίας collocat Iulius Rufinianus, cum & proponimus & respondemus, vt:

Verum anceps pugnæ fuerat fortuna: fuisset.
Et: *Si periisse satis semel est, peccare fuisset.*

Ante satis. Et Fabius lib. IX. cap. III. extremo ex Rutilio siue Gorgia (vt apparet cap. II.) tale adfert: *Incredibile est quod dico, sed verum.* Et: *Aliquis hoc semel tulit, ego bis, ego ter.* At hic [illegible] nō tam figuras nominat, quam Cōfirmationis membra, eaque firmissima, quarum præsidio occupamus & infirmamus ea, quæ nostram caussam labefactare posse videbantur: de quibus & Hermogenes lib. III. de Inuentione, & Fortunatianus in Rhetoric. Scholast.

GORGONIVS] *Gargonius* Declamator amabilissimus laudatur Suasor. vlt. qui fere solemni Scholasticorum more à iureiur dicere incipiebar. Et *Gorgias* Cont. 4. *Gargius* vero Contr. 34. De qua re nos alibi. Et *Gorgonius* quidam apud Hor. lib. I. Satyr. 2. & 4. li. I. c. 8.

Pastillos Rufillus olet. Gorgonius hircum.

De *Barro* & *Baro* doctifs. Pithœus I. C. in Aduersariis subsiciuis.

Πατὴρ ἐσθλὰ] Dubium ex litteris illis male conformatis, vt quiduis potius quam Græcæ linguæ speciem præferant, an & ἐσθλὰ leg. sit, quod hic recipio. Quæ sequuntur reliqua membranarum III. beneficio, sarta recta reddidimus.

GRVTERVS ET IVRETVS.

OMNES *cines meos*] Bal. *omnes dies meos.*

Vltores subiice ignes] Pal. *vltus es, subiice ignes.*

Andreas dixit] Cuiacius quod *Andreas*, vox recentior videretur, reponendum putabat Hybreas, cuius nomen in Controuersiis his celebre. quod à Lectio Gruterus accepisse fatetur.

Ter fortis: CONTROVERSIA VIII.

LEx. *QVI TER FORTITER FECERIT, MILITIA VACET.* Thema. *Ter pater fortem in acie, quarto volentem exire retinet, nolentem abdicat.*

CONTRA TER FORTEM. *Porcij Latronis.* Miserrimus parer iam non viderem filium, nisi abdicatem. fortis plus quam aut legi aut patri sat est. Tertio mihi non redditus, sed relatus est. quod patriæ superest, patri vindico. fugit me filius, & quidem ad hostem. Quousque pauidus prœliorum nuntios expectabo? fili, mihi vacationem peto. *Cestii Pii.* Abdico filium, vt habeam. non minus vacatio mea Reip. profuit, quam militia. duxi vxorem. Sic descendir in narrationem. Tertio. audiui velut denuntiantis deos, Faciat adolescens iam felicitatis suæ finem. Ego à diis vocationem in vnam pugnam petij. Accidat, inquam, quicquid timeo, si illum amplius in aciem dimisero. Cum diis pactus sum. Non timeo, inquit. Hoc est cur timeam. Obiicirur mihi, quod me filius oderit. *Arelii Fusci Patris.* O me filio pugnante iam lassum! Magna omnia sunt. Nihil hoc putas, quod viri fortis pater timet? Miserum me. iam hostis nimis notus sum, iam pro te nescio quid etiam lex timet. Miraris, si quod legi satis est, patri nimis est? Nunquid luxuriam, inquit, obiicis? ego vero te etiam morari posco inter voluptates. Quousque in duro castrorum iacebis cubiculo? quousque somnum classico rumpes? quousque cruentus viues? simus hilares: trium victoriarum vota soluenda sunt. Tot acies sustinuisti, tot vulnera: possum cum Repub. queri. sero dimitteris. Subinde audio te dicentem, Malo gloriam quam vitam. Hoc ergo me exanimat, quod mori tibi tam facile est. Denique vno quiesce bello. *Pompeii Silonis.* Causa abdicandi est ne sine filio viuam: quem tandiu non viderem, nisi abdicarem. Abdicatio mea in potestate abdicati est. *Romani Hisponis.* Quid fatigatæ felicitari molestus es? quid expectas donec castris eiiciaris? *Mentonis.* Erubescit Resp. tam cicatricoso milire vti. Non oportet tantam virtutem sine successore concedere, ducenda vxor est. sed iam nūc te admoneo, ne vnum tollas. *Cornelii Hispani.* Non ante te retinere cœpi, quam dimisit Respub. Nullum iam tibi vulnus, nisi per cicatricem imprimi potest. adhuc diurius fuisti cum hoste quam apud parrem, Domi tantum sanatus es. *Iulii Othonis Patris.* Optimus virtutis finis est, antequam deficias, desinere.

Ex altera parte.*** Ter fortiter pugnantem abdicas, certe abdicatis pugnare licet. *Albutii Sili.* Quis hic subitus insonuit tumultus? nūquid imperator vocat? venio. Plurimū in prima acie laboraui, pudet me, ter victi militāt. *P. Asprenatis,* Quousq; inquit, periclitaberis? Bene habet, Iudices: pater me putat dignum esse qui saluus sim. Senator post sexagesimum & quintum annum in curiam venire non cogitur, nec vetatur. Prætorio licet prætexta toga vti festis, aut solemnibus diebus: nūquid necesse est? Quicquid aut præmij aut honoris nomine datur, in vtramque partem sumi liceat, alioquin desinit præmiū esse, cui necessitas iungitur. Pareo tibi pater: qui gloria nos immortales fieri dicebas, qui ex acie redeuntis vulnera osculabaris. Ad hæc noua & diuersa imperia subito me circumagi putas posse? non ita est. Ille in nos dominatur affectus, qui animum primus intrauit. Luxuria, auaritia, desidia, iniustitia, timor non dediscuntur. & quotidie hæc omnia aut castigātur. aut puniuntur: in tantum etiam vitiorum tenaces sumus. Crede mihi pater; non sum mei iuris; cum ille prœlij clamor exortus est: inuadere hostis libet, obstantis cuneos gladiis diducere: hic impetus, hic ardot animi, domum tuam trinis hostium spoliis adornauit: huic supplicationes illas debeo. propter hoc me etiam cum abdicas, diligis. non animus, non lingua constat: in alieno opere deprehensus sum: toga ipsa humeris non cedit. Ad obsidendum hostem ad occupandum castris locum, ad intercipiendos hostium commeatus ire iusseris, otium imperas animo non otioso. Quotiescunque tumultus aliquis exortus est, in me ciuium diriguntur oculi, meas spectant manus & adhuc (verum dicendum) nihil patria debet mihi: nunquam pugnaui, nisi coactus. Credis ne quicquid refero tibi? scimus quem vitæ cursum agamus: eadem pericula nos vbiq; circumstant, & totidem viæ ad mortem sunt. Interdum continuatus labor firmiores facit: sæpe quos labor roborauerat, desidia consumpsit. *Marillii.* Sine me aliquod meritum in patriam cōferre: adhuc militia mea legis munus est. Pugnabo & abdicatus: nec verebor ne vilis sic opera mea patriæ. Athenienses abdicato vicerunt duce. Quantum inter illum & me interest? ille abdicationem vittute deleuit, ego merui.

Divisio. Prima quæstio illa ab omnibus facta est vulgaris: An filius ob id, quod sui iuris sit, abdicari possit. deinde, An debeat. Hæc tota tractationis est. Græci illam quæstionem primam solent tentare quam Romanæ aures non ferunt. An vir fortis abdicari possit. Non video autem quid allaturi sint, quare non possit. nam quod & vir fortis est, & toriens fortiter egit, non plus iuris illi adferr, sed plus commendationis.

Color. Colorem à parte patris quidam duriorem fecerunt: voluerunt enim videri inuisum filio patrem: itaque malle illum cum hostibus viuere, quam cum parre: pæne omnes, esse adolescentem insatiabilem gloriæ: sed propter ipsum patri & moderandum & continendum. Quidam ex toto ad patris indulgentiam refugerunt, & non disputauerunt hoc modo, quo Silo Pompeius disputauit, qui sic diuisit, vt diceret? Etiam si patrem nō haberes, desinere debebas. quia patrem babes, desinere debes, quia pater vetat. Facit illo modo quo Gallio, qui sic diuisit hanc partem: Hoc impero Reip. causa, tua causa, mea causa. sequentia duo videtis quemadmodum potuerit implere: illud Reip. causa imperare, sic tractauit. Primum vt pluribus iuuenibus patear ad virtutem aditus: non debere omnium occasionem fortitet faciendi ab vno occupari: deinde expedire Reip. non videri tantum ex vno pendere, futurum vt & animi hostium crescerent, & suorum frangerentur, si casu vir fortis occidisset,

Senec.

Ad vltimum, vtile esse Reip. ter. fortem seruari, vt sit qui ostendatur iuuentuti iam illum magis posse ornamentum esse quam præsidium. Illum sensum veterem. Iam pro viro forti nesciu quid etiam lex timet, hoc loco *Gallus* posuit. hoc quoq; inquit: Ter viro forti aut diffidit, aut consulit. Nec illam quidem secuti sunt tractationem, qua vsus est *Blandus*, qui dixit: Militia tibi supernacua est, inuidiosa est, periculosa est. Supernacua est: quia non cogeris, imo verecunde vetaris. Gloriæ causa aliquis militat: consecutus es gloriam, vacationis causa: consecutus es præmium. Tria domi præmia sunt. Et sic transiit, vt diceret, inuidiosum esse, vnum hominem totiens optare omnes honores intercipere. Quam periculosa res esset inuidia, quam magnos viros oppressisset. Hic exempla. Periculosam esse militiam, eodem loco collegit. Illud vnum adiecit de lege, Non posse illum iam fortiter facere, quia omnes illum hostes peterent: & adiecit. Ideo lex ter fortẽ dimisit. scit illum iam obseruari ab hoste. His ergo omissis, illi qui amantẽ patrem induxerant, hoc genere egerunt: Non possum pati. non possum desiderium tui sustinere. Hoc loco *Æschines* ex bonis declamatoribus cum diceret. Nũ me gloria cupidiorem tui fecit, non omnibus admiranda virtus. Confitebor, inquit, affectus patris: quos vt quisque voler, interpretetur. ὅπως ἄν τις ἀπειρη ἰδέτω. Videbatur hic, dum indulgentiam exprimit, non seruasse dignitatem patris. Placebat autem Latroni potius ratione retineri patrem, quã affectu: cum in ratione habeat aliquem locum & affectus. *Asprenas* colorem secutus est longe alium: dixit. n. se non negare Reip. viri fortis operas, sed ad necessarios vsus reseruare. Si magnum aliquod bellum incidat, tunc & veteranos vocari ad arma. Et illa sententia eius hoc loco valde laudata est: Nunc illi militent quibus necesse est: tu militabis, si erit necesse. Sic venisse populum Rom. ad Scipionem Æmilianum, cum maius bellum Numantinum apparuisset: quam quod alij duces sustinere possent. Magnum interuallum inter Numantiam & Carthaginem Scipioni datum. Sic ad Pompeium, cum piratæ maria clausissent. Magna præsidia non esse consumenda. Hoc loco *Asprenas* de lege dixit & ipse sententiam. Videlicet ad hos casus lex ter fortem sepofuit. A parte filij colorem induxerunt quidam, vt illum cupidum gloriæ & bellicosum facerent. *Nicetes* quidem hoc vsus est verbo: παρακαλοῦσιν αὐτὸν τοῖς' δηγμοῖς αἱμαγμένον. & sic egit, vt quereretur quod cessarent manus suæ, quod inermes essent. *Latroni* non placebat hic color: malebat adolescentem iudicio, quam morbo militare. Hoc est, inquit, quod parer efficaciter dicat, detrahere illum operibus suis glomerarium, sanguinarium, quem nec pater possit retinere, nec lex dimittere. Quidam pacti sunt cum patre, tanquam *Mento*: qui dixit semel tantum se militare velle, vt aliquid videret Reip. supra legem præstitisse. Quidam perpetuam denuntiarunt militiam, quamdiu vires fuissent, non defuturum Reipub. virum fortem. Non probabat hunc colorem *Latro*. Negabat patri abscindendam spem filij in perpetuum. *Vibius Rufus* hoc colore egit quo Mento: sed illud adiecit peruenire ad se voces inuidorum illas: Nunquid amplius pugnauit, quam quod necesse illi fuit? Quidam hoc compositum & simulatum inter nos putauerunt, vt ego militare vellem, tu vetares. *Latro* vehementer egit à parte patris, & adiecit: Abdicato non permittam exire, iniiciam manus, tenebo. nouissime ante limen exeuntis cadauer hoc sternam. vt ad hostem peruenias, patrem calca. Putabat Plaocus, summus declamator Latronis hunc sensum, à Latrone fortius dictum, à Lesbocle Græco tenerius, qui dixit sic: κείσομαι ὡς τεῖχος, ὃ τεῖχος ὑπέρβηθι καὶ πατέρα. *Fuscus Arellius* religiose patrem induxit omnibus territum: aiebat præceptorem suum in hac Controuersia describentem pericula futuri prœlij, Homeri versus ob hoc edidisse: Δαιμόνιε, φθίσει

Iliad. z. v. 207. σε τὸ σὸν μένος. *Glycon* dixit: ἐκεῖ ἐν ᾧ θανάτῳ, κατακρατῶ τούτῳ, πατρὶ ἐμῷ. Diocles Carystius dixit: ἂν ἐπιτύχῃς, μίαν προσθήσεις ἀριστείαν. ἂν δ' ἀποτύχῃς, τρεῖς ἀριστείας ἀπολέσεις. Glycon dixit: οὐκ ἔστιν οὐ ἱκανὸν εἰς τὸν ἐπανειλημμένον ΤΟΣ περιπατητικόν. *Æschines* non ille orator, tunc. n. non declamandi studium erat, sed hic ex declamatoribus dixit nobis cum denuntiaret filio periculum, & præsagiis tangi se diceret: ὅτι πατήρ εἰμι, ἡ ψυχὴ μαντικώτατον: *Diocles Carystius* dixit sententiã qui non in declamatione tantum posset placere, sed etiam in solidiore aliquo scripti genere, cum de fortunæ varietate locum diceret: μία γὰρ ἐστι πρὸς τύχην ἀσφάλεια τὸ μὴ πολλάκις αὐτὴν πειρᾶν. *Dorion* dixit, rem paulo quidem elatiorem, quam pressa & ciuilis oratio recipit, sed qua egregie attonitos patris affectus exprimeret: τί σοι ποιοῦμαι, τέκνον, ἵν' ἀσφαλῶς ποιῶ, ἀλλ' εἰ μὴ φθάνω, φοβοῦμαι μή τι ἡ παράταξις, μή τι ὁ πόλεμος. μὴ τοῦτο ἀρκεῖ; φοβοῦμαι περὶ τῆς οἰκουμένης. τί, τέκνον ἐρυθριᾷς;

IN CONTROVERSIAM OCTAVAM.

NICOLAVS FABER.

TERTIO. *audiui velut denuntiantis deos*] Illud *tertio* ad sensum non facit. Legerem potius, *Terreor. Audiui velut denuntiantes deos.* quod sequentia satis ostendunt.

Ego à diis vacationem] Ceteræ editiones legunt, *Ego aduocationem in vnam pugnam petij.* quod vereor ne mutari in editione Romana non debuerit. Aduocatio enim dilationem significat, quæ reis dabatur ad respondendum. L. Seneca in ἀποκολοκ. *Tandem procedit P. Petronius, homo Claudiana lingua disertus, & postulat aduocationem*, id est, ad præparandum se responsioni dilationem, infra præ. 111. *tanta illi perturbatio fuit, vt aduocationem peteret.* Inde pro quauis dilatione acceptum vocabulum. infra Controuer. 111. lib. 11. *Miserere pater, scis quam breuis sit aduocatio mea*, id est, quam breue mihi tempus à lege concessum sit, intra quod te exorare debeam. In Catalectis Ios. Scaligeri,

Cur differs mea lux rogata semper?

Cur

Cur longam petis aduocationem?

Quinctilianus declamator declamat. CCLXXX. *Neutra res eſt quam differri oporteat: ſiue is eſt raptor qui pœnam mereatur, non meretur aduocationem &c.* Non mutaſſet Muretus, qui hanc huius vocabuli ſignificationem animaduertit in L. Seneca libro primo, de ira. At vacatio in vnam pugnam, contrarium eius quod vult dicere ſignificat. Nam ea pugna finiretur vacatio. Quod ſi quis dicat, vacationem in vnam pugnam accipi, ac ſi dictum eſſet, poſt vnam pugnam, Romæ ſic loqui ſolitos non puto.

Hoc loco Gallus poſuit.] Vide ne legendum ſit *Gallio.*

Æſchines ex bonis declamatoribus, Legendum, *ex nouis declamatoribus*: & infra ad Controuerſiæ finem, *Æſchines non ille orator: tunc enim non declamandi ſtudium erat: ſed hic ex nouis declamatoribus dixit.* quo loci legitur, *ex declamatoribus dixit nobis.* Is autem eſt Mileſius, de quo ita Strabo lib. XIII. *καθ' ἡμᾶς δ' Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ, ὃ ἐν φυγῇ διετέλεσε, παῤῥησιασάμενος πλέον τοῦ μετρίου πρὸς Πομπήϊον Μάγνον.*

Detrahere illum operibus ſuis glomerarium,] Monſtrum vocabuli ex duabus truncis vocibus coalitum. Suſpicor legendum, *detrahere illum operibus ſuis gloriam, temerarium, ſanguinarium.* cetera recte procedunt.

Plancus, ſummus declamator,] L. Munatium Plancum intelligit, ad quem Conſulem deſignatum eſt liber decimus Epiſtolarum Ciceronis, in quibus male vulgo Cneus vocatur. Fuit autem Conſul anno proxime ſequente Ciceronis mortem, & Cenſor cum M. Lepido XXII. poſt anno. de quo B. Hieronymus in Euſebij Chronologia ad annum XVI. imperij Auguſti hæc habet: *Munatius Plancus, Ciceronis diſcipulus, orator habetur inſignis, qui cum Galliam Romanam regeret, Lugdunum condidit.*

A Lesbocle Græco] Mitylenenſi, Strabo lib. XIII. de Mitylena verba faciens: *ὕστερον δ' ἐγένετο χρόνοις πολλοῖς Διοφάνης ὁ ῥήτωρ, καθ' ἡμᾶς δὲ Ποτάμων, καὶ Λεσβοκλῆς.* Porro Græca hæc Leſboclis à P. Chiaconio ſunt.

Homeri verſus ob hoc edidiſſe.] Rectius fortaſſe, *Homeri verſum addidiſſe.* is autem eſt ex eiuſdem fide Chiaconij Iliados ζ.

SCHOTTVS.

Militia vacet] Vacatio militaris, quæ honeſta eſſet, paucis Romæ concedebatur, quæ & in lapidibus antiquis *Miſſio* vocata. niſi ſenibus ob ætatis vitium, quod armis inutiles, & ſacerdotibus quod ſacroſancti ipſi & ſacris operarentur. Liuius li. 42. *Nec ulli, qui non maior annis 50. eſſet, vacationem militiæ eſſe.* Et Seneca lib. de vitæ breuitate: *Sed ne his quidem indulta vacatio tumultus Gallici tempore, adeo Gallicum nomen, poſt vaſtatam vrbem duce Brenno, Romanis ſemper metuendum & multum* grauius eſſe quam *bellum* Cicero ait Philip. 8. Legend. Appianus li. 2. bell. ciuilium, & Plutarch. in Camillo. De Latinis Liuius lib. 34. & Cic. lib. 1. Ep. 16. ad Attic. Frequēter ſine *vacationibus* delectum habitum à Cos. nec Colonis fere conceſſum, ex eodem Liuio diſces.

Qui ter fortiter fecerit] Præmia fortitudinis militaris, phaleræ, armillæ, torques, phalæ aureæ, laudationes, aliaque apud Polybium lib. 6. Sed hæc lex conficta fortaſſe ex lege Gladiatoria, ad bellumque trāſlata, quaſi ab imagine ad rem ipſam. Rude. n. donati armis ad Herculem prætectum eorum ſuſpenſis requietem accipiebant. Honorarius.

> —— *Veianius, armis*
> *Herculis ad poſtem fixis, latet abditus agro:*
> *Ne populum extrema toties exoret arena.*

Aduocationem petis Ego à Diis vacationem in vnam pugnam petij. Rom. editio. Iuriſconſultorum eſt, pro petij à Prætore aduocatum, qui ſemel in pugnam elicere filium licere euinceret. Vtitur & præfat. li. 3. Epitomæ. *Tanta illi perturbatio fuit, vt Aduocationem peteret*, niſi potius pro dilatione hic accipias, vt doctiſſ. Fabro aſſentiar. Et in *ἀποκολοκυντώσει* Philoſophus: *Tandem procedit Petronius, vetus conuictor eius & poſtulat Aduocationem.* Et li. 1. de Ira. *Deinde Aduocationem etiam ſibi petit, vt excutiendæ veritati ſpatium habeat.* Et li. 3. *Sim hoc erit petita Aduocatio, iudicium apparebit non ira.* Hinc Cicero ad Trebatium li. 7. Epi. 11. iocans: *Ego omnib. vnde petitur, hoc conſilium dederim, vt à ſingulis interregib. binas Aduocationes poſtulent. Satis ne tibi videor Ius Ciuile didiciſſe?* Et de Auguſto Macrobios *in aduocationem veniſſe* lib. II. Saturn. c. IV.

Somnum claſſico rumpet] M. Tullius pro Murena Iuris & militiæ peritorum componēs: *Te gallorum, illum buccinarum cantus exſuſcitat: Tu actionem inſtituis, ille aciem inſtruit.* Plutarchus in Nicia ex veteri poeta: *Τὰς ἐν εἰρήνῃ καθεύδοντας ἀλεκτρυόνας, ἀλλ' ἀλεκτρυόνας ἀφυπνίζομεν.*

Poſt ſexageſimum & quinctum annum Sexageſimum annum rotundo num. dixit Seneca Philoſ. extr. li. de vitæ breuitate. *Lex*, inquit, *à quinquageſimo anno militem non cogit: à ſexageſimo Senatorem non citat.* Tunc. n. ſenes vt effœti, ſuffragij ferendi ius amiſerant. Hoc. n. veteri verbo dicebatur. *Sexagenarios de ponte deiici* M. Varro li. 2. de vita pop. Rom. referente Nonio: *Cum in quinctum gradum peruenerant, atq; habebant 60. annos, tum deniq; erant à publicis negotiis liberi atque otioſi. Ideo in Prou. quidam putant veniſſe, ſexagenarios de ponte deiici oportere. i. quod ſuffragium non ferant, quod per pontem ferebant.* Idemque Varro apud Cenſorinum de die natali, quinctum ætatis gradum à ſexageſimo anno numerat. Plures appellationis cauſſas Sex Pomp. refert. ſed *exploratiſſimam eam, quod quo tempore primum per pontem cœperunt comitiis ſuffragium ferre iuniores conclamarint, vt de ponte deiicerentur Sexagenarij, qui iam nullo publico munere fungerentur, vt ipſi potius ſibi quam illi deligerent Imperatorem: cuius ſententiæ eſt etiam Sinnius Capito.* Hinc & *Depontani ſenes* eidem Feſto, atque *Caſnares* Oſca lingua Nonio in dictione Carnales quam alibi Turnebus explicat lib. 29. Aduerſ. cap. 21. Dionyſio vero li. Ant. Rom. Satyrarum quoque inſcripſerant *Sexageſimo*, vnde hæc Nonius laudat. *vix effatus eſt, cum more maiorum vltro Caſnare arripiunt, de ponte in Tiberim deturbant.* *Argei* quoque eidem Varr. lib. 6. de ling. Lat. *Argei fiunt è ſcirpeis virgultis, ſimulacra ſunt hominum 30. ea quotannis à ponte ſublicio à Sacerdotib. publice iaci ſolent in Tiberim* quos Dionyſius lib. 4. Antiq. Rom. cum Hercule Argiuo in Italiā veniſſe auctor eſt. Cicero pro Sex Roſcio Amerino: *Habeo etiam dicere quem contra morem maiorum minorem annis 60. de ponte in Tibe-*

Senec.

rim deiecerit, Et Ouid. 5. Fast.

Pars putat, vt ferrent iuuenes suffragia soli,
Pontibus infirmos præcipitasse senes.

Plutarchus problematis legendus. Macrobius l. 1. Saturn. cap. v. & Lactantius l. 1. cap. xxi.

Non cogitur, non vetatur] *nec vetatur* Rom. editio Epitoma. Malim tamen, *num vetatur?* vt mox: *Numquid necesse est?*

In vtramque partem sumi liceat] Sustuli glossema illud *sumi*, partim opt. libri, partim Epitomæ auctoritate: in quo & statim, *necessitas imponitur* legi video.

Domum tuam trinis hostium spoliis adornaui] Sic in hac ipsa Controu. infr. *Tria domi præmia sunt*. Mos hic veterũ Rom. vt spolia hostib. detracta, ædium foribus victores appenderent, & à domo licet vendita, auellere nefas ducerent. Tibullus & Ouid. III. Tristium, Eleg. I. Polybius lib. vi. M. Tullius Philipp. II. De Pompeij domo: *An tu illa vestibula, rostra spolia cum adspexisti, domum tuam te intrare putas? fieri non potest* Plinius lib. xxxv. cap. 2. *Aliæ foris, & circa limina, animorum ingentium imagines erant, affixis hostium spoliis, quæ nec emptori refringere liceret, triumphabantque etiam dominis mutatis ipsæ domus: & erat hæc stimulatio ingens exprobrantibus tectis, quotidie imbellem dominum intrare in alienum triumphum.*

Athenienses abdicato] Themistoclem intelligo: negat tamen abdicatum Plutarchus, reiicitque vt fabulosum. Α῾ δὲ τούτων ἐξαρτῶντες ἔνιοι διηγήματα πλάττοντες, ἀποκηρυχθῆν μὲν ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, θάνατον δὲ τῆς μητρὸς ἑκούσιον, τῇ τοῦ παιδὸς ἀτιμίᾳ περιλύπου γενομένης, δοκοῦσι καταψεύδεσθαι.

Inuidia quam magnos viros] Hinc Flaccus:
Inuidus alterius macrescit rebus opimis.
Inuidia Siculi non inuenere tyranni
Maius tormentum.

Vide Platonem IX. de legib. & Val. Maximum li. IX. cap. III. & v. & infra Controu. XXI. Domum inuidiæ grafice depingit versibus VIII. transformat. Naso.

Militiam periculosam] Idem vates: Venusinus.
— *quid enim concurritur hora*
Momento, cita mors venit, aut victoria læta

Venisse pop. Rom. ad Scipionem] Cum enim durum bellum Numantinum, non sine publico pudore duraret, delatus est vltro Scipioni Africano à S. P. Q. R. Consulatus: quem cum illi capere ob legem, quæ vetabat quemquam iterum Cos. fieri, non liceret, sicuti priori Consulatu, legibus solutus est: quique suffragator Q. Fabij Maximi, fratris filij, Quæstoris Comitiis in campum descenderat: consul reductus est. Epitoma Liuiana libri LVI. & Val. Maximus lib. VIII. cap. XV. Cicero in Lælio: *Qui Consulatum petiit nunquam, factus est Consul bis: primum ante tempus, iterum sibi suo tempore, Reipub. pæne sero.* Numerant autem Capitolina marmora annum IↃCXIX. secundi Consulatus.

Magnum interuallum] Magno enim interuallo, duodecim minimum annorum, post victoriam de Pœnis partam, renunciatus iterum Cos. Æmilianus, cum candidatus non esset, propter bellum Numantinum. Nota hæc ex M. Tullio, Agellio, & historicis.

Sic ad Pompeium] CN. quoque Pompeio imperium extra ordinem aduersus piratas cum xv. legatis traditum, referente ad populum A. Gabinio Trib. pl. Auctores Dio, Plutarchus, Appianus. Cicero, & Epitoma Liuij lib. XCIX.

Glomerarium, sanguinarium] qui glomere hoc est, globo facto in hostem irruat, vel, vt sup. loquitur, *obstantes cuneos gladiis deducat*, vel vt quidam apud Fabium lib. VIII. cap. v. *Bella vmbone propellat.* Vox prisca, nec passim obuia. *Glomus* enim globus est lanæ pexæ, Græcis credo τολύπη. In glossario vetere Philoxeni *glomus* ἀγαθίς, *glomera* ἀθροίσεις, *glomerantur* συστρέφονται, & alibi *glomero* προσκυλινδῶ. Sex Festo Pompeio *Glomus*, crustulum cubi figura in sacrificiis adhibitum: quæ figura & aciei instruendæ apud Ælianum ἐν τακτικοῖς. Vetus poeta apud Ciceronem II. Tusculana ex Æschyli Prometheo:

Atque hæc vetusta sæclis glomerata horridis
Luctifica clades nostro infixa est corpori.

Et Macrobius lib. VI. Saturn. cap. IIII. *glomeratim* hinc deriuat: *Vomitoria in spectaculis dicimus, vnde homines glomeratim ingredientes in sedilia se fundunt.* Hinc & *glomerarius* videtur, qui magno studio greges sibi sicariorum adiungebat, qui *glomeratim* homines innocentes adorirentur: vt Ciceroni Lucullus & Hortensius. *Piscinarij* eadem analogia quod nimis studio piscinarum delectarẽtur. Aut certe functionis & ministerij nomen, *vt Carbonarius, Cruciarius, Vtricularius*, & sexcenta alia Vtrauis ratione κατ' ἀναλογίαν recte καινοτομεῖν: quæ ratio innouandi nomina maxime veteribus probata, & locupletandæ linguæ, si, cum casus tantum id tulerit, fiat, maxime accommodata. Vir tamen doctissimus sic interpellabat: *Detrahere illum operibus suis gloriam, temerarium sanguinarium.* Verum ab illa voce adeo abhorruisse valde miror, cum & *Glomer* & *Glomeramina* bonus latinitatis auctor Lucretius dixerit vt *glomerabile* & *glomeratim* Diomedes *Pleiadum paruo referens glomerabile sidus* & *Glomeratim* Diomedes li. I. Gramm. quod hic quadrare fortasse queat, ea forma qua *Globatim* à Globo.

Omnibus territum] Recte in vet. libro, *Ominibus*: quam sæpe vocem in antiquis scriptoribus omissa vna littera traiecta, corruptam, docet G. Canterus lib. I. cap. VIII. Nouar. lection.

Homeri versus ob hoc edidisse] Versus est Iliad. ζ 207.

Δαιμόνιε, φθίσει σε τὸ σὸν μένος.

Reliqua Græca plurima nunc integra sunt membranarum beneficio.

GRVTERVS & IVRETVS.

F*ILIO pugnante iam lassum*] Pal. *iam lassus sum.*
Hosti nimis notus sum] Pal. *est*, non *sum* forte, *es.*

Pudet me ter victum militare] Pal. *te victi milit.* Forte, *ter victi militant.*

Me circumagi] elegans verbum Horatius lib. I. Sat. 9. *Nil opus est te circumagi.* Suetonius Cæsaris cap. 70. *tam facile circumegit.* vide ibi Torrentium.

Non animus, non lingua constat] Pal. *non animus in lingua constat.*

M. ANNÆI.

M. ANNÆI SENECÆ CONTROVERSIARVM LIBER SECVNDVS.

Seneca Nouato, Senecæ, Melæ filijs, Salutem.

CVM repeterem quos vnquam bene declamātes audissem, occurrit mihi inter alios Fabianus philosophus: qui adolescens admodum, tantæ opinionis in declamando, quantæ postea in disputando fuit. Exercebatur apud Arellium Fuscum: cuius genus dicendi imitatus, plus deinde laboris impēdit, vt similitudinem eius effugeret, quam impenderat, vt exprimeret. Erat explicatio Fusci Arellij splendida quidem, sed operosa & implicita: cultus nimis exquisitus: compositio verborum mollior, quam vt illam tam sanctis fortibusque præceptis præparans se animus pati posset. Summa inæqualitas orationis, quæ modo exilis erat, modo nimia licentia vaga & effusa, principia, argumenta, narrationes aridæ dicebantur. In descriptionibus extra legem omnibus verbis, dummodo niterent, permissa libertas. Nihil acre, nihil solidum, nihil horridum. Splendida oratio, & magis lasciua quam læta. Ab hac cito se Fabianus separauit: & luxuriam quidem cum voluit, abiecit: obscuritatem non potuit euadere. Hæc illum vsque in philosophiam prosecuta est. Sæpe minus quam audienti satis est, eloquitur: & in summa eius ac simplicissima facultate dicendi, antiquorum tamen vitiorum remanent vestigia. Quædam tam subito desinunt, vt non breuia sint, sed abrupta. Dicebat autem Fabianus fere dulces sententias: & quotiens incidebat aliqua materia, quæ conuicium sæculi reciperet, inspirabat magno magis quam acri animo. Deerat illi oratorium robur, & ille pugnatorius mucro: splendor vero velut voluntarius non elaboratæ orationi aderat. Vultus dicentis lenis, & pro tranquillitate morum remissus: vocis nulla contentio, nulla corporis asseueratio, cum verba velut iniussa fluerent. Iam videlicet compositus & pacatus animus, cum veros compressisset affectus, & iram doloremque procul expulisset, parum bene imitari poterat, quæ effugerat. Suasoriis aptior erat: locorum habitus fluminumque decursus, & vrbium situs, moresque populorum, nemo descripsit abundantius. Nunquam inopia verbi substitit, sed velocissimo cursu ac facillimo omnes res beata circumfluebat oratio. Hæc eo libentius, Mela, fili carissime, refero, quia video animum tuum à ciuilibus officiis abhorrentem, & ab omni ambitu auersum hoc vnum concupiscentem nihil concupiscere, vt eloquentiæ tantum studeas. facilis ab hac in omnes artes decursus est. Instruit etiam, quos non sibi exercet. Nec est quod insidias putes tibi fieri, quasi id agam, vt te bene cedentis studij labor teneat. Ego vero non sum bonæ mentis impedimēcum: perge quo inclinat animus: & paterno contentus ordine, subduc fortunæ magnam tui partem. Erat quidem tibi maius ingeniū quam fratribus tuis, omnium bonarum artium capacissimum: est & hoc ipsum melioris ingenij pignus, non corrumpi bonitate eius, vt illo male vtaris. Sed quoniam fratribus tuis ambitiosæ curæ sunt, foroque se & honoribus parant, in quibus ipsa quæ sperantur timenda sunt: ego quoque aliquando eius processus auidus, & hortator, laudatorque vel periculosæ, dum honestæ modo, industriæ, duobus filiis nauigantibus, te in portu retineo. Sed proderit tibi in illa quæ tota mente agitas, declamandi exercitatio, sicut Fabiano profuit: qui vt aliquando, cum Sextium audiret, nihilominus declamitabat, & tam diligenter, vt putares illum illi studio parari, non per illud alteri præparari. Habuit etiam Blandum rhetorem præceptorem, qui eques Romanus Romæ docuit. Ante illum intra libertinos præceptores pulcherrimæ disciplinæ continebantur: & minime probabili more, turpe erat docere, quod honestum erat discere. Nam primus omnium Latinus rhetor Romæ fuit, puero Cicerone, Plotius. Apud Blandum diutius quam apud Fuscum Arellium studuit: sed cum iam transfugisset, eo tempore quo eloquentiæ studebat, non eloquentiæ causa. Scio futurum, vt auditis eius sententiis, cupiatis multas audire. Sed nec ille diu declamationibus vacabat: & ego tanto minorem natu quam ipse erat, audiebam quotiens inciderat, non quotiens volueram. In hunc ergo libellum quæcunque ab illo dicta teneo, conferam.

IN PRÆFATIONEM LIB. II. CONTROVERSIARVM.

NICOLAVS FABER.

ARELLIVM Fuscum:] *Supra Controuer.* VII. *Q. Fuscum vocauit, & Controuer.* VIII. *atque alijs locis, Arellium Fuscum patrem, nempe vt ab Arellio Fusco filio rhetore secernat, quem Equestri ordine motum ob insignem calumniam, cum celebritate assectarentur adulescentium scholæ, ex argento annulos habentem se vidisse Plinius scribit* cap. XII. lib. XXVIII.

Se Fabianus separauit.] *De hoc præclarum extat elo-*

gium apud Senecam Philosophum Epistola quadragesima. Fabianus, *inquit*, vir egregius & vita & scientia, & quod post ista est, eloquentia. *Huius autem scriptis sæpe in suo opere vsus est Plinius. Scripsit autem libros Ciuilium & Philosophiæ aliquanto plures quam Cicero, adeoque elegantes, vt post Ciceronem, Asinium, & Liuium locum meruerit. Seneca Epist. C. quam vide in ea enim egregie quæ hic pater desiderat in Fabiano, requirenda non esse docet Charisius etiam & Diomedes Fabiani librorum de animalibus, & causarum naturalium auctoritate aliquot locis vtuntur.*

Sed velocissimo cursu] Disputabat, *inquit, filius*, expedire magis, quam concitate, vt posses dicere facilitatem esse illam, non celeritatem.

Ab omni ambitu auersum,] *Præposteram tamen ambitionem hoc Melæ consilium vocauit Tacitus Ann.* xv.

Sextium audiret,] *Male antea* Cestium *legebatur, contra rei veritatem, & libros veteres. Is enim est Sextius philosophus Fabiani, & Socionis L. Senecæ præceptoris doctor. Duo autem fuerunt Sextij Q. videlicet Sextius pater, qui à diuo Iulio latum clauum sibi oblatum recusauit, & eius filius, de quo B. Hieronymus anno quo Christum natum tradit, hæc refert.* Sextius Pythagoricus philosophus nascitur. *ita enim legunt optimi veterum. ambo insignes philosophi, qui etiam sui nominis sectam Romæ reliquerunt. Suetonius de illustribus Grammaticis in vita Crassicij*, Dimissa, *inquit*, repente schola transiit ad Q. Sextij sectam. *ita enim hunc locum vetus nostri Pithœi codex exprimit. Et Plinius capite* XXVIII. *libri* XVIII. *scribit Sextium è Romanis sapientiæ adsectatoribus*, præuisa olei caritate ex futuro Virgiliarum ortu, magna tum vilitate propter spem oliuæ, coemisse in toto tractu omne oleum. Atque vt apparuit causa, & ingens diuitiarum cursus: restituisse mercedem anxiæ & auidæ dominorum pœnitentiæ, contentum ita probasse opes sibi in facili cum vellet fore. *Sextiorum præter Senecam in Epistolis & libris de ira sæpe, & cap. vlt. lib.* VII. *naturalium quæstionum, meminit Quintilianus cap.* I *lib.* X. Scripsit non parum multa, *inquit*, Cornelius Celsus, Sextios secutus non sine cultu & nitore. *Male vulgo* scepticos secutus. *Sic enim docent legendum veteres codices, & præcipue antiquissimus doctissimi atque humanissimi nostri Danielis. Hoc igitur dicit, nec cum Philosophiæ studeret, Fabianum declamandi studium intermisisse.*

Puero Cicerone Plotius.] *B. Hieronymus ad Eusebij Chronologiam Olymp.* CLXXXIII. L. Plotius Gallus, *inquit*, primus Romæ Latinam Rhetoricam docuit. *Cicero ad Titinnium, referente Suetonio de claris Rhetoribus:* Equidem memoria teneo pueris nobis primum Latine docere cepisse L. Plotium quendam: ad quem quum fieret concursus, & quod studiosissimus quisque apud eum exerceretur, dolebam mihi idem non licere. Continebat autem doctissimorum virorum auctoritate, qui existimabant Græcis exercitationibus ali melius ingenia posse. *de quo plura apud eundem Suetonium & Quintilianum cap.* IV. *lib.* II. *vide. quem etiam cap. vlt. lib.* XI. *de gestu scripsisse tradit.*

Tanto minorem natu quam ipse erat,] *Ita plane duo optimi codices, nec tamen percuratus locus, nam cum comparatio inter duos fieri debeat, hic non fit. Idem enim ac si scriptum esset*, & ego tanto minorem natu Fabianum, quam ipse Fabianus erat, *quod ineptum est nec Latinum. Infra præfatione septima de Albucio scribit:* Memini omnibus illum rebus omissis apud Fabianum Philosophum tanto minorem quam ipse erat, cum codicibus sedere. *id est quam ipse erat Albucius. cui similem interpretationem hic locus non admittit. At vero pro comperto est Fabianum multo iuniorem nostro auctore extitisse, quod & hic vult dicere. Quare videri posset legendum*, Et ego tanto minorem, quanto ipse erat, *vt temporis sit comparatio: vel* quam ipse eram, *vt ad Senecam referatur: neutrum tamen placet. Quid igitur? si quid audendum est, delenda potius censerem tria illa vocabula* quam ipse erat, *&* *vno ductu legendum*, Et ego tanto minorem natu audiebam quotiens inciderat, non quotiens volueram. *quæ lectio recte procedit.*

SCHOTTVS.

PVGNATORIVS *mucro*] Gladiatorum hoc instrumentum, quo de multa doctiss. Lipsius Saturnal. lib. II. cap. XIX.

Locorum habitus.] Expressit Virgilij locum I. Georgic.

> *Ventos & varium cœli prædiscere morem*
> *Cura sit; ac patrios cultus habitusque locorum.*

Animum tuum à ciuilibus officiis abhorrentem] Eadem Cornel. Tacitus XVI. Annal. *Mela & Crispinus Equites Rom. dignitate Senatoria: Mela quibus Gallio & Seneca parentibus natus petitione honorum abstinuerat, per ambitionem præposteram, vt Eques Romanus Consularibus potentia æquaretur: simul acquirendæ pecuniæ breuius iter credebat, per procurationes administrandis Principis negotiis.* Hinc disces & Senecam nostrum Equestris ordinis fuisse: subdit enim statim: *Perge quo inclinat animus, & paterno contentus ordine, subduc fortunæ magnam tui partem.*

Primus omnium Latinus Rhetor Plotius] Male in veterib. *Plotinus*, vt supr. paullo *Cestius* inepte, cum *Sextius* est: de quo hic Philosopho præclare Faber est meritus. Ciceronis hæc sunt in Epist. ad M. Titinium, apud Suetonium de claris Rhetorib. & Hieronymum in Chronicis Eusebij. *Equidem memoria teneo pueris nobis, primum Latine docere cœpisse L. Plotium quendam, ad quem cum fieret concursus quod studiosissimus quisque apud eum exerceretur, dolebam idem mihi non licere. Continebar autem doctissimorum hominum auctoritate, qui existimabant Græcis exercitationibus ali melius ingenia posse.* Sullanis temporibus D. Hieronymus floruisse ait *Plotium*, extremis vero L. Crassi Fabius auctor est lib. II. cap. IV. qui & extremo lib. XI. *Plotij* & Nigidij meminit. & M. Varro in Mœnio, citante Nonio Marcello: *Vinicius meus, quod apud Plotium Rhetorem bubulcitaret, alter in dolore non defuit.*

Et ego multo tempore minor] *maior* legit Lipsius noster Electorum cap. I. Legi etiam possit: *Et ego multo tempore minorem quam ipse eram.* Rom. editio: *Et ego tanto minorem natu quam ipse erat.* Nondum tamen sanum esse locum Faber vidit, nisi verba illa, *quam ipse erat*, expungas.

Adoptandus

Adoptandus post tres abdicatos. CONTROVERSIA IX.

THEMA. *Diues tres filios abdicauit. petit à paupere vnicum filium in adoptionem. pauper dare vult, nolentem ire, abdicat. Contradicitur.*

PRO ADOPTANDO. *Porcij Latronis.* Hanccine meam esse fortunam? Eodem tempore & abdicor & adoptor. Ista videlicet domus adolescentem me non capit, quæ te senem fecit. quietiora tempora pauperes habuimus: bella ciuilia aurato Capitolio gessimus. Diuitias putas aurum & argentum, ludibria fortunæ, quæ inter iocum ipsis dominis veniunt? Denuntio tibi diues, etiam si venero, dabo operam, quod in tua domo facillimum est, vt abdicer. Etiā si multa cōtra expectationem accidunt, nunquam tamen futurū putaui, vt aut pater meus liberos odisset, aut diues concupisceret. Non desidero patrimonium. Fragilis & caduca felicitas est, & omnis fortunæ blandientis speciosus cum periculo nitor: & sine causa sæpe fluit, & sine ratione destituit. Vidi ego magni exercitus duce sine comite fugientem: vidi ambitiosa turba clientum limina deserta, sub domino rectore venalia. Nam quid ex summis opibus ad egestatem deuolutos loquar? Multa tibi succurrēt exempla, etiamsi in vna domo quæras. *Rufi Vibij.* Habendos esse liberos is quoque iudicat, qui non libētissime habet. Ego illos in friuola inuitaui nostra. qui illis meam promisi domū, suam eripiam? Qu[illegible] faciam? Si paruero, abdicabor. si non paruero abdicabor. Patrem amo. hęc est contumacia mea. Diues filium non habet: me dabis? si diues reduxerit suos: me recipies? ita non adoptari, sed cōmodari recuso. *Cestij Pij.* Accipe vitæ meę testem. quid magni æstimas diuitem, cui placere difficile est? Vultis scire, quare patrem non relinquam, qui genuit me, qui educauit, qui abdicauit? diu dubitaui, ille amicum tentaret, an hic filium. Abdico, inquit. hoc pater verus. Quid ab eo qui adoptabit, sperare possum? *Narratio Cestij Pij.* Diues sustulit vnū filium, non fuit contentus. quid. n. erat diuiti vnus? tres sustulit, poterat vnum in adoptionem dare. abdicauit vnum, alterū, tertium. Iam nihil diuiti superesse putatis? quartum abdicat. *Arellij Fusci Patris.* Quisquis es auarus pecuniæ custos immensæ, cum multa quæsieris, poterisne omnibus frui? Filium quęris. ecce turba iuuenum sine patre. Impera quiduis. non negabo: militabo, dūmodo vbicunq; fuero, tuus sim. Ita nos pauperes sumus, qui habemus, quod diuites rogent? vnde talem patrem? non irasceris, nisi vt ames. quid porro ista matrimonia, in quæ male sani ruitis gaudia dominorū, an onera sunt? Mille cum ventum inter vices suas exēpla referebas, & inter illa ponebas & diuitis domum. Merito abdicasti, an immerito? Si immerito abdicasti, odi patrē tot eiicientem innocentes: si merito, odi domū tot facientem nocētes. Aliquid in domo locupletis non agendum agam. quæ apud nos frugalitas est, apud illos humilitas est. Petis iterum potius filios quam recipis. Colit etiamnum in Capitolio casum victor omnium gentium populus, cuius tantam felicitatem nemo miratur. Merito potens est: nemo ab eius origine est, quem non reliquerit. Pater egredientem te, certe domum redeuntem comitabor, nec nisi in limine deseram: ero in publico filius. Amo æque paupertatem ac patrem. vtrique adsueui. Non possum agere in domo diuitis filium. Si carum tibi seruum vēderes, quæreres quis emptor esset. Non mehercule habeo, quo tibi irato satisfaciam. Interim pluris omni matrimonio puto hoc somniū. quod sic me amittere curas, satis amare non possum. Quid faciam adoptatus? loquar filiis eius bene de abdicatione? Ego in domū vestram intrabo, tanquam ego vos eiecerim? ego ornamenta vestra occupabo? Tum illic si quid commisero, me nec meus recipiet pater. Quid est quod aut negandum mihi, aut excusandum sit? Non insanissimum dispendiorum malum, non erubescendos amores, neque luxuriantem habitum, neque potatus obiicis filio. hæc non si potes aliquam saltem ex commentariis amici tui describe. madentem vnguentis hesternis, conuulneratum libidinibus, incedentem, vt feminis placeat, femina mollius, & cetera quæ morbi, non iudicij sunt. Abdicatio loquax est. Quam te paupertas amo, si beneficio tuo innocens sum! Accusatorem non habeo: me miserum, etiam laudatorem habeo, & eum cui non omnes placent, hoc enim malo dicere, quam omnes non placent. Non tibi per multos liberos fulta domus est, neque turba lateri circumerrat, nec multus intra limen hæres est: quanquam nec sic quidem debuisti dare, cum deos cum votis patris vidisses certantes, & tutior aduersus fortunam est, cui aliquid post damnum superest, & habemus exemplum, posse aliquem tres filios perdere. Ille Crœsus inter reges opulentissimus, ad tormenta post tergū vinctis manibus ductus est. Tu Crasse, post euestigata illa fugitiuorum arma vrbis Romanæ ditissimus, qui nūc apud Parthos eges sepulchro quoque. Dicta prætérea illa corrūpentium nō fero. quoties enim inter diuitias suas exemplo istam posueritis domū, meliores perdentem diuitiis suis liberos? hoc scio nostros fuisse maiores: hoc illum Ælium Tuberonem, cuius paupertas virtus fuit: hoc Fabricium Samnitium non accipientem munera: hoc ceteros patres nostros, quos apud aratra ipsa, mirantes decora sua, circumstetere lictores. Surgite, surgite iuuenes: & meum rogando patrem, vestrū rogare discite. *Blandi.* Tres genuit: quattuor abdicat. Abdico, inquit. apparet vnde venias: *Galli Vibij.* Si quis me audit, abdicari iam putat adoptatum. quare? ne auferam patri filium, filiis patrem: nec tam vicino exemplo emendaris. Qui abdicauit suos, quærit alienos. nulla certa felicitas est. Paulo ante ego diuitis filiis inuidebam: modo illi mihi. laudat me pater, cum abdicet: laudo ego patrem, cum abdicer. hæc vna inter nos disputatio est: iste me dignum putat beato patre, ego meo. *Fabiani Papirij.* Ecce instructi exercitus sæpe ciuium cognatorumque conserturi manus, constiterunt, & colles equis vtrinque complentur, & subinde omnis regio trucidatorum corporibus consternitur, illaturum multitudine cadauerum, vel spoliantium. Si quæsierit aliquis, quæ causa hominem aduersus hominem in facinus coegit? nam neque feris inter se bella sunt: nec si forent,

eadem hominem deceant, placidum proximumque diuino genus. Quæ tanta vos fert ira, cum vna stirps, idemque sanguis sitis: vel quæ furiæ in mutuum sanguinem egere? Quod tantum malum humano generi vel sorte vel fato inuectum? an vt conuiuia poculis extruantur, & tecta auro fulgeant, parricidium tanti fuit? Magna enimuero & laudanda sunt, propter quæ mensam & lacunaria sua potius quam lucem innocentes intueri maluerint. An, ne quid ventri negetur libidinique, orbis seruitium expetendum est? quid tandē sic pestiferæ istæ diuitiæ expetuntur, si ne in hoc quidem vt liberis relinquantur? quid tandem est quod in vitio corruperint? Primum si inde incipere velis, ædes ipsæ, quas in tantum extruxere, vt domus ad vsum & munimentum paratæ, sint nunc periculo, non præsidio: tanta altitudo ædificiorum est, tātæque viarum angustiæ, vt neque aduersus ignem præsidium, neque ex ruinis vllum vllam in partem effugiū sit. Ad delicias dementis luxuriȩ lapis omnis eruitur, cæduntur, gentium siluæ: æris ferrique vsus, iam auri quoq. in extruendis & decorandis domibus, nempe vt anxij interdiu, & nocte ruinam ignemque metuant, qui tectis iniectus est fortuitus. Hinc & vicina vrbium excidia sunt: quippe non defendis vni, sed in communi periculo apprehendam: hostesque aliena & in sua damna validiora ceduntur alia, ipsaque cum maxime flagrant, spolium ex alienis ruinis ferunt. In hos ergo exitus varius ille secatur lapis, vt tenui fronte parietem tegat, quam vinctis seuere in hoc pauimentum leuatum & infusum tectis aurum. O paupertas quam ignotum bonum es! Quin etiam montes siluæque in domibus marcidis & vmbra fumoque viridibus. *Quid faciam? Si paruero, abdicabor: patrem amo, hæc est contumacia mea.* vt maria amnesque mutentur, vix possum credere quemquam vidisse siluas parentesque campos, quos rapidus amnis ex præcipiti, vel cum in plana infusus est, placidus interfluit: non maria vnquam ex colle vidisse lata aut hiberna, cum vētis penitus agitata sunt. Quis enim tam paruis oblectare animū in vita possit, si vera cognouerit? Videlicet quæ instantibus tangi comprehendique manibus aut sinu possunt. An magna non capit: exiguum est & hoc, litoribus quoque moles inuehuntur, congestique in altum terris exaggerāt sinus: alij fossis inducunt mare: adeo nullis gaudere veris sciunt, sed aduersus naturā alieno loco, aut terra, aut mari mutata ægris oblectamēta sunt, vt imbres fastidio rerū naturæ laborantibus. Iam ne liberi quidem, nisi alieni placent. *Hispani Cornelij.* Solus omniū abdicor, quia me meus pater diligit, alienus apperit. *Vibij Rufi.* Diues filium non habet: me dabis? diues reduxerit suos, me recipies? ita non adoptari, sed commodari recuso. Quid mihi obijcitur? Meritis amoris alienum feci. Dic diues audiat: Diuitem, inquit, te esse volo. O me abdicandū, si talem patrem relinquo. Laudabat mihi pater paupertatem, narrabat diuitum incommoda. aiebat multos diuites accusatos: ego certe memini abdicatos. Abdico, non est patris mei verbum. *Triarij.* Quare abdicas? nunquid dies noctesque impendo turpibus conuiuiis? plurimum viuo in lupanari? si nescis quæ crimina obiiciantur, ab amico disce. Si omnes mali sunt, quid isto patre miserius: si boni, quid cruentius? *Romani Hisponis.* In hanc ego domū ibo, in qua totiens aut insanitur à patre, aut totiens peccatur in patrem? cum prodiero repente diues, dicent omnes: Quis est iste, quem magna fortuna non decet? hæc est diuitis quarta abdicatio. *Silonis Pompey.* Quantumcunque est, mihi satis est: vnicus sum, fortiter fortunam meam feram. Hoc nunc mihi primum accidit: dictus sum diuitis filius, & iam abdicor. Quid videri me velis, nescio: innocentem? sed abdicor: nocentem? sed adoptor. Vtcūque tamen abdicatio tolerabilior est, vnum abdicat, adoptio tres. Non potest mihi dici quod ceteris abdicatis: In tua potestate fuit, si paruisses patri, non perdidisses patrem: etiam si non abdicares, perditurus fui.

Pars altera. Porcij Latronis. Si nescirem quid mali esset pauperies, nunc intelligerem, cum abdicationem filius meus non timet. Fabriciorum imagines Metellis patuerunt. Æmiliorum, & Scipionum familias adoptio miscuit: etiam abolita sæculis nomina per se successores nouos fulgent. Sic illa patriciorum nobilitas ab fundamentis vrbis, vsque in hæc tempora constitit. Adoptio fortunæ remedium est. Non ignoro ego, quorum inopia per otium in angulis diuitiarum conuictos strepit, accusatioque consequitur, neque quiescere finit. Sed nulla materia in rebus humanis virtutes clarius ostendit censu. Senatorium gradum census ascendit: census equitem Romanum à plebe discerunt: census in castris ordinem promouet. censu Iudex in foro legitur. Non persuadeo tibi? I ergo ad illos quos mauis sequi quam reducere. *Fusci Arellij Patris.* Facilius possum paupertatem laudare, quam ferre. Quid mihi Phocionem loqueris? quid Aristidem? Tunc paupertas erat sæculi. Quid loqueris Fabricios? Quid Coruncanios? Pompæ ista exempla. Fictilibus fuerunt dij faciles. tibi non noueris diuitias esse paupertatem. Quid vos liberis vestris optatis? ego meo imperium.

Diuisio. Non puto vos quærere quomodo hæc Controuersia diuisa sit, cum habeat negotij nihil, *Fuscus* tamen sic diuisit: Dico mihi licuisse adoptare: dico mihi licuisse recusare adoptionem: dico etiam vt licuerit, recte tamen recusasse: & quod iure fit, verū est, & quod sine iure quoque rationem habeat, recte fit. Cū de iure diceret, dixit: Sub arbitrio, inquit, patris sum: & hoc subiicior patri, quia pius sum: in hoc sine dubio, vt pius sim, & ad manum argumentum est. nempe abdicanti respōdeo. quid ita? quia respondeo, scilicet id agone desinā illius esse. quid ago, cum respondeo emancipanti: quid enim ad amittendum patrem interest, vtrum eiiciar, an transferar? Si non licet recusare, cur potius abdicas me quam tradis? Cum de officio diceret, in hæc diuisit: Dico non fuisse dandum sine magna causa filium in adoptionem: dico multo magis à te: dico minime illi. *Silo Pompeius* sic diuisit. cœpit euertere, & explosa quæstione: In omnia patri pareo, dum sit: etiam si in omnia, ibi non parendum, quo efficitur ne pater sit. Deinde quærit, an inuitus filius dari in adoptionem possit: si non potest à nobis abdicari, quod arbitrij sui est: an possit, non cum contra volūtatem patris est, sed cum male arbitrio suo vtitur. hic subiecit, an hic bene vsus sit. De officij parte tractauit, & ita diuisit: Turpem esse adoptionem, inutilem esse, periculosam esse. Cum diceret turpem, dixit aliena bona

inuadere

inuadere, & trium filiorum ſub ſe ſortem eſſe, & liberis ſpem reconciliationis paternæ eripere, quam inhumanum eſſet. Cum inutilem diceret, dixit patri inutilem eſſe; adoptanti inutilem eſſe. Cum patri inutilem diceret, tractauit quam graue eſſet, vnico carere filio, quem alius concupiſceret. & cum diceret diuitem eſſe, quodque qui tot haberet ſolatia, filium quæreret: dixit: Tibi non erit facile adoptare. Inutilem eſſe diuiti cum diceret, ſic tractauit: Futurũ vt ad ſuos rediret ſi non adoptaſſet. Hoc loco belle videbatur dixiſſe: Si animum patris intelligis, dat tibi notam recõciliandi tuos, negat ſe ſolitudinem pati poſſe. Cum inutilem ſibi eſſe diceret, paupertatem laudauit, in diuitias inuectus eſt: dixit ſe poſſe diuitijs corrumpi. quibus corrumpi poſſit exercitus. Cum in diuitias inueheretur, dixit: Aiunt multa vitia diuites habere iſtos, & hoc grauiſſimum, quod nos non amant. Nec eſſe quod quiſquam ſe ſatis putet firmum ad repellenda vitia, contactu ip ſo nocentia tranſeunti bono. Nec peccare diſcam? Ecce tu quam cito abdicare didiciſti. Dixit futurũ, vt diuiti diſpliceret propius inſpectus, ipſum amorem paupertatis ab illis faſtidiri: dixit futurum, vt abdicaretur, ſi adoptatus placuerit, ego nec meo placeo: adiecit periculoſam ſibi futuram adoptionem in domo, ſuos dominos deſiderante, & tota familia expellere inſitiuum heredem cupiente. *Latro* vltimã quæſtionem poſuit, quam fere ſolebat: Etiam ſi non recte fecit, quod adoptari à diuite noluit: an tamen bono id aduerſus patrem animo fecerit, an ignoſcendum ſit. deinde an bono aduerſus patrem animo fecerit. In hac quæſtione bona pars adoleſcentis eſt, patrem amantis, & opibus præferentis. *Latro* tamen negabat patrem daturum manus, bono aduerſus ſe animo factũ, ſed contemptum filiorum aduerſus patres dicturum tacitum, neſcio quem. *Brocco* quidam non male re viſus, qui dixerat adoleſcentem videri ſibi habere capitalia quædã vitia, male de ſe exiſtimare eum qui ire ad iudicem diſtrictum innocens nollet. *Argentarius* omnes priores trãſiens partes, ſtatim ad hoc venit. Debueritne patri parere, an non debuerit; & in figuram contulit declamationem. Volo, inquit alius filium abdicet, qui petitur à patre paupere, vt in adoptionem diuitis daretur. Quam bonam, inquit, cauſam pater habebit? Dicit hic, deinde tranſit. Sic cum declamaſſet eam Controuerſiam, quæ viſitata non erat: Si ille filius malam cauſam haberet, ego bonam habeo: contulit ſuam cauſam cum illo.

Color. De colore magis quæſitum eſt, an adoleſcens debeat aliquid in diuitem dicere, quid enim faciet? diceret in eum qui tantum aes habet, & in amicum paternum? non dicit in eum quem fugit? & illi tamen qui ſibi abſtinentiam conuiciorum imperauerant, non bene præſtiterunt. aliqua ſententiæ dulcedo ſurrepſit. Aridi declamatores fidelius quos propoſuerũt colores, tuentur. nihil enim eos ſollicitat, nullum ſchema, nulla dulcedo ſententiæ ſubrepit. ſic quæ malam faciem habent, ſæpius pudicæ ſunt: nõ animus illis deeſt, ſed corruptor. *Fabianus Philoſophus* hoc colore vſus eſt, vt diceret: Etiam ſi ſuſtinerem, ac tradi diuiti nollem. & in diuitias dixit, non in diuitem: illas eſſe quæ frugalitatem, quæ pietatem expugnaſſent, quę malos patres, malos filios facerẽt. *Gallus Vibius* fuit tã magnæ olim eloquentiæ, quam poſtea inſaniæ. Huic accidiſſe vni ſcio, vt in inſaniam non caſu incideret, ſed iudicio perueniret, nam dũm inſanos imitatur, dum lenocinium ingenij furorem putat, quod ſimulabat, ad verum redegit. Hic Controuerſiam poſtero die quam erat à Fabiano dicta, declamauit. Solebat autem ſic ad iocos peruenire, vt amorem deſcriberet pæne cantantis modo, vt diceret, Amorẽ deſcribere volo: tanquã bacchari volo. Deinde deſcribebat, & toties cœpturus repetebat: Amorem deſcribere volo. In hac Cõtrouerſia plane quod voluit, conſecutus eſt, vt diuitias nobis in odium adduceret. Sæpe enim ingeſſit: Diuitias deſcribere volo: & multa minus facunde & corruptius quam Fabianus, ſed dulcius. hoc vnum occurrit, in quo puſillum ineſt inſaniæ. Non me delectant ignoti domino ſeruorum greges, nec ſonãtia laxi iuris ergaſtula. patrem gratis amo. *Fuſcus Aurelius* & hunc colorem dixit: Omnibus offendor. cum primum de adoptione iſta cogitarem, occurrerunt mihi tres abdicati: & audio in iſta domo tres fuiſſe filios. Neceſſe eſt timeam infelicem liberis domum. & alias cauſas dixit. licet .n. plura abdicato dicere, propter quæ nõ litiget: ſed nunc refero, cui rei quiſque maxime inſtiterit. *Latro* illo colore vſus eſt, ſodalẽ ſe tribus diuitis filiis fuiſſe: ſemper, inquit, illos colui, imo adhuc colo. cum abdicati eſſent, ego illis ſuaſi vt tacerent, & patrem cedendo mitigarẽt. dixi, Cum primum tempeſtiuum putabitis, patrem veſtrum rogabit meus. Ecce admonẽt me aptiſſimum eſſe tempus. Verum eſt. non poteſt pater inuenire reconciliationis aptius tẽpus. diues filios quærit. *Ceſtius* illo colore: Quos abdicatione non potuit terrere, putat ſe caſtigaturum adoptione. Non ille tuum filium concupiſcit, ſuos corrigit: dum illos correctos putauerit, me ſtatim abdicabit. Non faciet? Atqui neminem adhuc habuit, in quo hoc aut facilius aut iuſtius faceret. *Fabianus* hoc colore, vt dixi, egit: Nolo diues eſſe. *Rufus Vibius* hoc: neſcio diues eſſe. Hæc in hoc loco cũ diceret, excepta ſunt. Non eſt quod putes, omnibus diuitias cõuenire. nihil eſt inſolẽtius nouitio diuite. Sed & illud dixit: Alius animoſe loquitur, vt ex contemptu diuitiarũ gloriam petat. ego non dico, Diues eſſe nolo: ſed neſcio. *Albutius* & ipſe diuitias inſecutus eſt, & dixit pulchram de Fabricio ſentẽtiam. Munera, inquit, regia reſpuit, cum auro dominum timet accipere & illum locum egregie tractauit: Omnes cibos habebo, ſuſpectos omnes potiones, trium pædagogia. ex illis occidere me volet, quiſquis frugaliſſimus fuerit. Non venenũ pauperes timent, non heredem: adhuc nec abdicatione timebamus. *Silo Pompeius* illo colore egit: Nemo illi placere poteſt. Ne in hoc quidem aliquem retinuit, vt non omnes abdicaret. Ecce nunc, inquit, inuenit nouam abdicationem, ne quid de reditu ſperare poſſent. Et cum multa dixiſſet in diuitem, dixit: Non eſt quod mireris ſi te oderunt, quos abdicaſti. Colorem aperte paratius aliquid cur hic deſiderat? quidam dixerunt patrem cupidum diuitiarum, quod inuidioſum eſt, in hoc vſum: quidam ita, Diuitias filio dare vult, vt filiis eripiat. Itaque Latro optimo colore vſus eſt. In hoc, inquit, te in adoptionem volo dare, vt facilius per te abdicati reconcilientur. *Ceſtius.* Timeo, inquit, ne abdicer. vellem timeres. *Albutius* hoc colore vſus eſt: Summam ſibi amicitiam cum diuite fuiſſe: dixiſſe illum ſibi dubitãti, an filium tolleret. Tolle, inquit, in meum

patrimonium : ego istum fratrem liberorum iudicabo. Itaque cum & tettium abdicaret, dixit. Nisi mihi illudis, vnicum etiamnum filium habeo. venit ad me, & ait; Redde quem educasti mihi: si emẽdati fuerint liberi mei, habebo hunc cum illis : si perseuerauerint, habebo pro illis. Tentasti statim illum teducere in gratiam cum filiis. intempestiuum erat. Tentaui, quotiens subtrahẽdum eum respondit: non tãquam possit diuiti deesse filius. *Silo* dixit: Amicos, inquit, abdicat. vsus sum. quid ergo ? mauis inimicum adoptet : si intraueris domum, videbis, an aliqui animum patris à filiis auertant. Si reduxerit, inquit, illos, & quid fiet? capit diuitis domus quatuor liberos. Si illi te fratrẽ grauabuntur, libentissime recipiam. Sic de me diues meruit, vt illi darem filium paratissime commodato. *Blandus* hoc colore egit, vt diceret, Diuitem inexorabilem esse liberis: omnia se fecisse vt illũ placaret: videre se magnas causas & graues. Itaque certam futuram adoptionem. *Otho Iunius* pater solebat difficiles Controuersias belle dicere, eas in quibus inter silentium & actionẽ medio temperamento opus erat. Edidit quidem quatuor libros colorũ, quos belle Gallio noster Antiphontis libros vocabat: tantum in illis somniorum est. & hoc vitium ab antiquis, qui artem dicendi tradebant, duxerat. Illi enim colores * probant qui non possunt coargui, non vt omnia asseuerẽt. vt nõ esse aliquo homine offensus. Sed ridiculum est affectanti, quod falsum probari non possit. Nõn multũ interest in causa sua, falsum aliquis testem deprehenderit, an seruum : alteri enim credi non debet, alteri non solet. *Otho* tamen *Iunius* bene dicebat has Controuersias, quæ suspiciose dicẽdę erant. Item memini optime dicere illũ pro iuuene adulterij reo, in quem *Syriacus Vallius* homo disertus ad calumniam iurauerat. Erat genus iudiciale. Speciosum iuuenem dominus suus deprebẽdisse cum vxore in cubiculo suo testatus est, & ob id vxorem suam dimisit. hoc nomine, seruũ pro adultero postulatum, dominus non defendebat: mulierem, quam petebat præiudicium, tuebatur, opus erat aliquo colore, cum in cubiculo visa esset cum seruo à marito. *Otho Iunius* nullam rem certam posuit, sed tantum circumuentam à viro mulierem egregie tractauit : cuius actio quam vtilis fuisset, statim apparuit, *Nigro Brutidio* dicente, qui hoc colore vsus est: Accersitum à domino seruum, qui inter se medius & dominã, cum domina rem haberet, illam non esse passam: maritum indignatũ, prosiluisse quasi in corruptorem. Vsus est colore. dixit. n. arcessitũ vt dominicę libidini paparium faceret. *Syriacus* cum secunda actione hunc colorem vrgeret, diserte multa dixit: inter quæ & hoc: Adulterum accusator in cubiculum vsque perduxit, patronus in lectum, & pæne causam abstulit & illud cum Syriaco vafre & facit, & belle respondet, cum prima actione diceret, non posuit causam, sed argumẽtatus est: dixit probaturum se deprehensam in cubiculo cum seruo. *Niger Brutidius* cum ageret, obiecit Syriaco, quod causam nõ posuisset, & institit assidue, quare non appareret, quomodo seruus solicitatus esset, quomodo perductus in cubiculum. cum responderet Syriacus, ait: Primũ non apud eundem præceptorem studuimus. Tu Apollodorum habuisti, cui semper narrare placet: ego Theodorum, cui non semper. deinde si quæris Niger, quare ego non narrauerim: vt tu ista narrares. Tunc & contra Maximũ Stertinium quo premebatur, cum comes eius fuisset, dixit, Per annos duodecim in officio fui: Dic quid in domo tua peccauerim? Sed hæc consuetudo vestra. Iniuriam vocatis finem seruitutis. Tamdiu vobis cordi sumus, quam diu vsui. Hæc à Syriaco dicta, magnis excepta clamoribus, cum occurrerent mihi, præterire non potui. Ad Othonem redeo, à quo longius aberraui. Solebat hos colores adhibere, qui silentiũ & significationem desiderant. Bene itaque & hanc Controuersiam hoc colore dixit, tanquam in emendationem abdicaturus, & reconciliationis causa faceret. Hoc non detegebat, sed omnibus sententiis vtebatur ad hoc tendentibus : tanquam, Non possum, inquit, pati sine patre me : an sine te putas pati posse quemquam, aut patrem putas pati sine liberis posse ? & illud : Credite mihi, impium nihil de liberis duo patres cogitant. & illud : Recipiat, inquit, suos : non possum sine te pati. hoc fortasse illi placebit, quod ad tuum patrem reuerti voles. & illud: Non amas abdicatos ? domum illorum occupa, ama, serua. dixit & illud : Libenter, inquit, pauper sum & ego. Dicit aliquis : Quare ergo in adoptionem diuitis filium recipi volo ? Et excusationem si dixero, filij mei causa facio: honestius autem nunc facio, quam si filium ei facerem. & illud. Hoc aut meum consilium est, aut illius, aut cõmune, consentiatis licet duo senes. Iungit & illud, Temerariam adolescẽtiam, & incautam contumaciam : fortasse iam superuacua esset adoptio, si non repugnasset. Et illud : Non recipio, omnia licet facias: non ero pater orbo diuite. & illud in vltimo: Scis me non inuitum esse pauperem, ego te genui, ego diuitias docui cõtemnere, sequere auctoritatem meam. nihil turpiter suadeo, nihil sordide concupisco, crede fidei meæ hoc fieri expedit, quod inquit, me tibi diuiti: nihil amplius dico. Totam bene dixit Controuersiam, sed hoc genere, vt putares illo dicente dicendum sic esse : deinde mirarere, quid illi suspiciosa actione opus fuisset, cum aperte liceret. Bene de hoc vitio illius Scaurus aiebat, illum acta in aurem tegere. *Glycon Spyridion* ex altera parte satis dulcem dixit sententiam : ὅτι ἀμφότεροι πενομένων ὁμολογοῦσι ἐρίζουσι. *Artemon* dixit : οὐχὶ εἰ πατὴρ τῶν βεβαίων κτημάτων. Πλουτῶν, ὡς πλέοσι συγχωρήσεις, ἀπιστούσιν. *Hermagoras* dixit : ἀπαλλαξόμεθα πάντες ἐκ τοῦ ἀποξένου.

IN CONTROVERSIAM NONAM.

NICOLAVS FABER.

Q*VÆ inter iocum ipsis dominis*] Fortasse, *quæ in iocum cum ipsis dominis veniant.*

Qui abdicanit?] Addita negatione lego, *qui non abdicauit?* Hoc enim confert patrem suum cum diuite, qui tres abdicauerat.

Custos immensa,] Veteres editiones habent *immensæ*

mensæ cultor Siliæ, fortasse legendum: *Quisquis es auaræ pecuniæ custos, mensæ cultor Siciliæ.*

Impera quid vis, nõ negabo:] Abest negatio à duabus veteribus editionibus. quæ si rectè abest, nõ absurde legi posset, *impera quidvis, nauigabo, militabo.* & sanæ duæ illæ sunt præcipuæ rei faciendæ viæ.

Quid porro ista matrimonia,] Id est, *patrimonia.* Matrimoniũ enim pro patrimonio vsurpari docuit iampridem iurisconsultorum princeps Cuiacius. quare male hic, & cap. III. lib. I. de beneficiis in editione Romana huius vocabuli loco illud substitutum est.

Neque potatus] Lego *nec nepotatus*, quod vocabulum extat apud Suetonium ca. XXXVII. Caligulæ. *Nepotatus sumptibus*, inquit, *omnium prodigorum ingenia superauit.* Et apud Plinium cap. XXXV. lib. IX. *Subeunt luxuria eius nomina, & exquisita tædia perdito nepotatu.* Ita enim vtrumque locum in veteribus libris legi, doctique viri sic in suis legisse admonuerunt.

Cum Deos cum votis] Ceteræ editiones habent, *Quam Deos cum votis parentum vidisti certantes?* vnde efficio. *Quando Deos cum votis*, &c.

Quid tandem est quod in vitio corruperint?] Quid si, *quod non vitio corruperint?* scribamus?

Tenui fronte] Conijcio scribendum *tenui fronde*, intelligit tectorium opus, quo parietes tenuibus marmoris crustis teguntur, quas frondes vocat hic. ad quod alludens B. Hieronymus in Eccles. cap X. *Hoc asseuerat*, inquit, *quod eloquentiæ, & orationi quæ verborum sit fronde composita, facile vulgus cedat ignobile.*

Quinetiam montes] Egregia luxuriæ descriptio, quæ tamen magno litterarum morumque malo corrupta est. quam aliqua ex parte sic emendasse fortasse videbimur: *Quinetiam montes syluaque in domibus marcidis & vmbra fumoque viridibus excitantur. Exiguum est hoc, vt maria, amnesque imitentur, littoribus quoque moles innebuntur, congestisque in altum terris exaggerant sinus: alij fossis inducunt mare. adeo nullis gaudere veris sciunt, sed aduersus naturam alieno loco, aut terra, aut mari mutata ægri oblectamenta sunt, & vmbra fastidio rerum natura laborantibus. Vix possum credere quenquam eorum vidisse syluas, &c. Quis enim tam paruis oblectare animum in vita posset, si vera cognouerit? videlicet qua, &c. An magna non capit? iam ne liberi quidem nisi alieni placent.* Quæ autem hic prætermitto, nempe, *Quid faciam? si paruero, abdicabor: patrem amo, hæc est contumelia mea:* sunt Vibij Rufi, ex initio huius controuersiæ repetita, quę delenda censeo.

Dico mihi licuisse adoptare:] Hæc à parte filij, vt ex sequentibus apparet. quod si verum est, locus non est integer, potiusque legendum videtur, *Dicetis non licuisse adoptare.* Sequitur enim, *Et vt licuerit.*

Et quod iure fit, verum est:] Id est, æquum.

Explosa quæstione, in omnia patri pareo dum] Locus sine dubio mutilus, & qui non nisi ex veteribus libris persanari potest. quicquid tamen reliqui est commodius sese habere videbitur, si ita legatur: *Explosa quæstione. An in omnia patri parendum sit, si in omnia. An ibi non parendum sit, quo efficitur ne pater sit.* Et paulo infra, si horum loco, *si non potest à nobis*, scribatur, *si non potest: An ob id*, &c.

Senec.

Contactu ipso nocentia transeunti bono.] Magno iudicio vidit F. Pithœus scribendum, *contactu ipso nocent, transeunt in bonos.* qua ratione Thales ἐρωτηθεὶς τί δυσχερὲς respondit, τὸ τὰ χεῖρα βλάπτειν τῶν...

Ipsum amorem paupertatis] Sensus videtur potius requirere, *vt ipsum nomen paupertatis* scribatur, etsi à recepta lectione remotius id fit.

Si adoptatus placuerit, ego nec meo placeo:] Lego, *Qui adoptatus placuerim? ego nec meo placeo.*

An tamen bono id aduersus] Legendum, *an tamen quod bono id aduersus patrem animo fecerit, ignoscendum sit* Sequitur enim quæstio, *An bono aduersus patrem animo fecerit.*

Ad iudicem districtum innocens,] Legendum, *nocens mallet*, ex superioribus.

Non dicit in eum quem fugit?] Legendum, *non dicerei.*

Propter quæ non litiget:] Negatio vacat, sensumque perturbat.

Colorem aperte pacatius] Fortasse, *colorem à parte patris, cur hoc desideret, quidam dixerunt: Patrem cupidum diuitiarum, quod inuidiosum est: quidam ita*, deletis tribus illis voculis *in hoc vsum*. nihil assero.

Nisi mihi illudis,] Ceteræ editiones habent, *quid si mihi illudis tantum vnicum?* vnde conijcio legendum, *Quid si mihi illudis tanquam vnicus?* Et paulo infra, *Tentaui illum statim reducere.* Et altera post linea, *quotiens tentaui, subirascens tum respondit, num vnquam possit diuiti deesse filius?*

Amicos, inquit, abdicat. vsus sum.] Fortasse *vsu fit*, id est, solet fieri.

Inter silentium & actionem.] Hæc sunt quæ ὡς ἐν πλάτει figuratæ dicuntur Græcis ἐσχηματισμέναι ὑποθέσεις, cum scilicet aliud dicitur, aliud significatur. Nam stricte sumpto vocabulo figurata tum demum est controuersia, cum palam dicere pudor impedit. at cũ aliud est in voluntate agentis, aliud in themate, si propter periculum, quo prohibemur simpliciter agere & κατ' εὐθὺ quod vocant Græci, obliquus erit ductus, & obliqua controuersia: si venustatis gratia, vt ipsa nouitate & varietate magis delectet quam si recta esset, erit subtilis. Ita enim hæc distinguit Fortunatianus. Ceteri tamen simplicius omnem eiusmodi orationis ductum figuratum appellant, à figura nempe quam præcipue tum esse volunt, cũ aliud simulatur dici quam dicitur. Quinctilianus cap. I. libr. IX. Hermogenes cap. XIII. περὶ εὑρέσεως. Dionysius Halicar. in arte. qui etiam quæ obseruanda sunt in vnoquoque genere eiusmodi controuersiarum, tradiderunt, exemplisque illustrarunt. Ita etiam B. Hieronymus ἐσχηματισμένον, & figuratum, contempta illa subtili distinctione accepit, cum in præfatione in librum Iob hæc scripsit: *Obliquus apud Hebræos totus liber fertur & lubricus, & quod Græci Rhetores vocant ἐσχηματισμένος, dum quis aliud loquitur, aliud agit.* Et in Epist. ad Ruffinum LXVI. *Præfatiuncula librorum* περὶ ἀρχῶν *ad me missa est, quam ex stylo intellexi tuam esse, in qua oblique, immo aperte ego petor. qua mente sit scripta, tu videris: qua intelligatur, & stultis patet. Poteteram & ego qui sæpissime figuratas controuersias declamaui, aliquid de veteri artificio repetere, & tuo te more laudare.* Hæc enim proprie magis obliqua sunt. Figurata igitur est oratio, quoties per quandam

i iiij

suspicionem quod non dicimus, intelligi volumus, non vtique aperte cōtrarium, vt in *εἰρωνείᾳ*, sed aliud latens & auditori inueniendum. Quod autem eiusmodi controuersias difficiles vocat, id potius ex vulgi opinione, quam rei veritate esse vult Quinctilianus, cum sint multo faciliores. Nam rectum genus approbari, nisi maximis viribus non potuit. hæc diuerticula, & anfractus, suffragia sunt infirmitatis.

Antiphontis libros] Atheniensis Onirocritæ, qui *περὶ κρίσεων ὀνείρων* scripsit. Suidas.

Pro muene adulterij reo,] Immo pro vxore videtur dixisse Iunius, quam præiudiciū petebat. & certe ceteræ editiones hic legunt, *pro hac re ne adulterij rea, in quā Syriacus Vallius.* ex quibus vestigiis cōiicio, vel legendum *pro vxore adulterij rea, in quam Syriacus, &c.* vel nomen proprium mulieris adulterij accusatæ sub his voculis delitescere.

Syriacus Vallius homo disertus] De quo Dio. li. LVIII. *Συριακὸς οὔτ' ἀδικήσας τι, οὔτ' αἰτιαθείς, ἀλλ' ὅτι ἐπὶ παιδείᾳ ἐλλόγιμος ὢν ἐσφάγη διὰ τοῦτο μόνον, ὅτι φίλον αὐτὸν τῷ Γάλλῳ ὁ Τιβέριος εἶπεν εἶναι.*

Paparium] Lege *pararium μονίτην*, vetus lexicō. qua voce & L. Seneca in lib. de beneficiis, duobus locis vsus est. Hic vero intelligitur, cum quo dominus, vt ait ille, non familię herciscundæ, sed communi diuidundo egerit.

Niger Brutidius] Sub Tiberio Ædilis, & C. Silani accusator, cuius anceps elogium apud Tacitum lib. III. *Brutidium,* inquit ille, *artibus honestis copiosum, & si rectum iter pergeret, ad clarissima quæque iturum festinatio stimulabat, dum æquales, deinde superiores, postremo suasmet ipse spes ante ire parat, quod multos etiam bonos pessum dedit.*

Tu Apollodorum] De Apollodoro & Theodoro in Suasoriis dicemus.

Contra maximum Stertinium] Qui artis Rhetoricæ præcepta composuit. Quinctilianus cap. 1. lib. III.

Non amas abdicatos? domū illorum occupa. amas? serua.] Non inconcinna erit complexio, si ita legamus: *Non amas abdicatos? domum illorū occupa. amas? serua.* aliter friget hic locus.

Hoc fieri expedit. quod, inquit, me tibi diuiti.] Forsasse, *Hoc fieri expedit. cui? inquit, Mihi, tibi, diuiti.*

Acta in aurem tegere.] Assentior eruditissimo Lipsio, qui *acta in aurem legere* scribendum censet in commentariis ad Tacitum.

Glycon Scyridion] Scribe *Glycon Spiridion,* vt in præcedenti libro. de quo lepidissimam fabulam narrat Quinctilianus cap. 1. lib. VI. *Nec ignotum,* scribit ille, *quod Glyconi cui Spiridion fuit cognomen, accidere. Huic puer quem in ius productum,* nempe vt eius ætate, & fletu iudices mouerentur, *quid fleret interrogabat, ex pædagogo se vellicari respondit.* verisimile autem est à pædagogo vellicatum vt fleret: à Glycone vero in orando per *ὑποφορὰν* interrogatum, non vt vllam responsionem eliceret, sed vt miserandum pueri statum iudicibus ostenderet, quem in ea ætate se intelligere lacrymis demonstrabat. dum tamen misericordiam iudicum mouere nititur, risum excitauit.

SCHOTTVS.

BEll*a, ciuilia aurato Capitolio*] Sup. Controu. VI. *Fastigatis supra tectis auro puro fulgēt prælucet Capitolium.* Vetus autem hæc antiquor. scriptorum querela, vna cum luxu, deuicta Asia & Corintho vitiorū omne genus in Vrbem Rom. aduectum. Lege Horatij Epod. VII. & XVI.

Limina deserta] Odiosum est, cum à prætereuntibus dicitur.

O domus Anti. quam dispari domino dominaris!

Quod quidem his temporibus in multis licet dicere. Cicero 1. Off. & Philipp. II. in M. Antoniū: *O tecta ipsa misera, quam dispari domino: quamquam quomodo iste dominus? Sed tamen quam à dispari tenebantur.*

Ex summis opib. ad egestatem] Vt de Licinio Crasso Diuitis cognomento, aliisque refert Val. Maxim. lib. VI. cap. XI.

Ego illos in friuola inuitaui nostra] vetus liber *in fribola* præfert, & vero B & V sæpe solent inuicem commutari. Inuitaui in casam nostrā quam *Friuola* vocat, propter supellectilis tenuitatem. Festus *Friuola* vocat vasa fictilia quassa, & Vlp. I.C. in l. Solutam II. §. solutam ff. de pignerat act. *Non est credibile hoc conuenisse vt ad vniuersa in pensionem insula friuola mea teneantur.* Iuue. Sat. 3.

——iam poscit aquam, iam friuola transfert
Vcalegon, tabulata tibi iam tertia fumant.

Et Satyr. V. *Et ne te teneam, Romanorum omnia regum*
Friuola——

Sidonius Appollinaris lib. 8. epist. *Nunc quadam friuola, nunc ludo apta Virgineo scruta donabat.* Plauti quoque *Friuolaria* à Festo sæpe laudatur & Nonio.

Patrem habeo] nihil variant schedæ, sed infra in Papirij Fabiani ore hæc ponit, sed loco fortasse non suo: *Si caruero, abdicabor: Patrem amo, hæc est cōtumacia mea.* vbi pro *caruero, paruero* de veteri libro repono: vt hæc loca inter se contendendo, mutuam operam præstent. Deprecatur Seneca in præfat. lib. 1. vbi multa de memoria sua prædicat, veniam quod in vna eademque Declamatione sententias repetat, *quasi luxurians, memoriæque indulgens.* Hoc igitur vult: *Si paruero abdicabor:* præsertim si diues filios recuperet: si non paruero meo patri, abdicabor item. Patrem habeo, aut amo: (vtrunque enim eodē reuoluitur) ita mihi molestum & graue in alienā familiam adoptari. Contumacia hæc mea est, vt commoder tantum, non adopter. Nunc reliqua *κατ' ἐπιβολὴν* aut per parenthesim. *Diues filiū non habet, me dabis, &c.*

Ita non adoptari] Tota hæc cōprehensio iisdem verbis in ore eiusdem Vibij Rufi posita est infr. non longe: nisi quod *accommodari* male legitur.

Immensæ cultor siluæ] Siluas principum Romæ virorū ædibus adnexas, de Attici domo cognoscas in eius apud Corneliū Nepotem vita. & mox in hac ipsa Controu. elegans est de splendidis, ædibus ac siluis locus: *Quin etiam montes siluaque in domibus marcidis, & vmbra fumoque viridibus.* Vestigiis priscæ lectionis tentabam, *immēsique cultor soli,* vt post Romæ editum vidi. Ridiculum enim *Syllam* à Correctoribus ex *sylua* conformatum esse. Ant. August. sic emendabat: *pecuniæ custos immensæ; cultor, cistæ.*

Non

Non negabo, militabo] Negatio à fuit à membranis, & *nauabo* tẽtarunt alij concise, pro nauabo operam. Mihi placet *nauigabo*, quod nimium quantũ alteri, *militabo*, respondet. Nullum se vitæ periculum, terra marique, imperet modo, recusaturum ait. inf. Contr. 14. Porcius Latro ait, *Nauiga, milita, peregrinare* Sic & li. 6. Epitomæ Declamat. 1. & Contro. 31. Interim tamen, verum vt fatear, vulgarem illam non insuper habeo. Post paullo legebat Ant. August. *Mille cum veterum inter vices suas exempla referebas.*

Nemo ab eius origine est] De Rom. principibus viris loqui videtur, qui fere adoptione in alias familias, ne vetustate nomina cum laude parta, intermorerentur, transibant.

Amo æque pauper] melius in Epitoma. *Amo æque paupertatem ac patrem, vtrique assuetus*, Quomodo & hic restituendum.

Quis suus emptor esset] Locus impeditus. Vetus lectio præfert, *Nunquid sui emptor esset?* alij, *nũ quis suus emptor esset*, pro, an se ipse redimeret. Alioqui peccatum est in vsu huius Prouocabuli reciproci *suus*, pro *ipsius*. Sed doctissimus Ant. Augusti: *Quæreres quis serui emptor esset.* Post in eodem *hoc summũ* legitur, pro quo editi, *hoc somnium.*

Loquar filiis eius bene] Si quis coniecturæ locus, leg. videatur, *loquar de filiis eius male, bene de abdicatione*, vetus tamen liber, vt editi omnes.

Nec meus recipiet pater] ἐρωτηματικὸς λόγος cum interrogatione efferendus. Malo tamen affirmate legi, *me meus recipiet pater?* Sic enim Vibius Rufus sup. *Si diues reduxerit suos, me recipies?* quæ & ipsa post paullo sic leguntur: *Diues reduxerit suos, me recipies?*

Dispendiorum malum] *Deprædiorum* disertim scriptum repperi, quã vocem in linguæ Latinæ pomeriis requiro fort. *deprædationem* leg. est. Significat enim artes, quibus filij familias amoribus deditii, seruorum opera, senes emungere pecunia ac deprædari solent: Pleni sunt Comicorum libri.

Ex commentariis] quibus diurna inscribebantur, vel potius tabulæ eorum qui accusabant, vel qui carceris custodiam gerebant. inf. Contr. 25.

Madentem vnguentis] Inf. Contr. 14. *Vnguentis coma madet: & Vnguento cani madent, & comissator senex redit* Cicero post reditum: *Primũ processit, qua auctoritate vir? Vini, somni, stupri plenus madenti coma, composito capillo.* Sic & pro Roscio. Amerino: *Composito pede, & delibuto capillo passim per forum volitare, &* Archestratus apud Athenæum li. 11. διάμυρος. Horat. li. 2. Carm.

Cum quo morantem sæpe diem mero
Fregi, coronatus nitentis
Malobathro Syrio capillos. Reliqua ad præf. li. 1.

Epitomæ notaui.

Incedentes feminis mollius] De his Arbiter in Satyrico.

Scorta placent, fractique eneruі corpore gressus,
Et laxi crines & tot noua nomina vestis.

Eum hic *luxuriantem habitum* vocat. Tenues quoque & pellucidas vestes vituperat matronarum Controu. XIII. & VII. l. II. & IV. Epitomæ, quæ annecti debent Contr. XV. in fine.

Non tibi per multos] Aliter in excerptis, & fort. melius: *Non tibi per multis fulta liberis domus est.*

Crœsus ad tormẽta] Nota ex Herodoto historia: victum à Cyro Crœsum, & regno exutum, dum Babyloni auxilium ferre studet: Ἀναβάντες γὰρ αὐτὸν οἱ Πέρσαι ἤγαγον παρὰ Κῦρον· ὁ δὲ συννήσας πυρὴν μεγάλην, ἀνεβίβασεν ἐπ' αὐτὴν τὸν Κροῖσόν τε, καὶ πέδαις δεδεμένον, καὶ δὶς ἑπτὰ Λυδῶν παρ' αὐτὸν παῖδας. Tu lege Iustinum li. 1. ex Trogo Pompeio, & Orosium li. II. cap. VI. De Crasso vero, ad Carras cum omni exercitu ad internecionẽ cæso à Parthis, rege Orode, dũ auro nimis inhiat, an v. c. DCXCVIII. Plutarchum in Crasso, & Appianum in Parthicis, si modo ille liber Appiani est: quod hic ex illo ad verbum transcriptus sit. vide inf. Epitomæ lib. v. Declamat. 1. & VII.

Senec.

Post euestigata fugitiuorũ arma] De hoc ciuili bello, quod in Italia à gladiatoribus duce Spartaco & Chryso, excitatum, an. DCLXXX. & à M. Crasso prætore gestum, idem Appian. lib. 1. extremo bell. ciuilium: Athenæus li. VI. longeque copiosius vtroque Diodorus Siculus li. 34. in Photij nostri Bibliotheca pag. 627. & seq. & Orosius li. v. c. XXV. Cicero in Maniliana Seruile bellum vocat, & à Pompeio penitus sublatum, ac sepultum cæsis fugitiuorum quinque millibus: quem & Plutarchus ad Senatũ scripsisse refert, Crassum acie gladiatores fudisse, se τοῦ πολέμου τὴν ῥίζαν h. e. bellum radicitus sustulisse. Hinc patet cur euestigata potius quam debellata dixerit Annæus. v. & L. Florum lib. III. cap. XVIII.

Hoc illum Ælium Tuberonem] scil. pauperem fuisse. Propria ea laus gentis Æliæ, vt paupertatem amplexa, diuitias cõtempserit, vt auctor est Valerius lib. IV. cap. IV. Qui & Q. Ælium Tuberonem nullum ante argentũ habuisse refert, quam à L. Æmilio Paullo socero suo (qui Persen Philippi F. Macedonum regem, deuictum in triumphum duxit) quinque pondo argenti ex præda, virtutis nomine, vel, vt Plutarchus, phialam v. pondo; vt vero Plinius lib. XXIII. cap. XI. duo pocula dono accepisset. Catus item Ælius Sextus Ætolorum missa vasa argentea repudiauit. Idem & Val. lib. IV. cap. III.

Fabritium Samnitium non accipientem munera] Testatur idem Iulius Hyginus lib. de vita Illust. viror. apud Agellium, lib. 1. cap. XIV. Noct. Attic. & Valer. Maximus lib. IV. cap. III. Manio Curio Dentato attribuunt non dissimile abstinentiæ Rom. exemplum: Cicero & Plutarchus in Catone, & Apophthegmatis, ibidem Valerius, & Athenæus lib. x. Sed hic à Sabinis, non Samnitibus missos legatos ad Manium cum munere ait. Lege & Plinium lib. XIX. cap. v. Infr. Albutius: *Munera regia respuit Fabricius: cum lauro dominum timet accipere.*

Apud aratra] Valerius legendus lib. IV. cap. IV. & Seneca noster sup. Controu. VI. vbi plura notaui. *Quid tibi videntur illi ab aratro citati, qui paupertate sua beatam fecere Rempub.*

Apparet vnde venias] Nullo plane sensu: melius in epitoma: *Abdico*, inquit, *tantum vt vincas.*

Illatorum multitudine] In veteribus tribus erat *illatim* prisce, vnde nihil eruo: constans tamen exemplarium lectio AMPLIVS pronũtiare iubet. Iudicent acutiores.

Neque feris inter se bella gerunt] Lege, si vacat, Plinij eruditum Prooemium lib. VII. *Leonum*, inquit, *feritas inter se non dimicat: serpentum morsus non petit serpentes, ne maris quidem belluæ ac pisces, nisi in diuersa genera sæuiunt. At Hercule, homini plurima ex homi-*

ne fuit mala. Eadem diserte Lactãtius lib. de Opificio Dei, & Prouerb. *Canis caninam non est*. Flaccos Epod. vii.

Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus.
Vnquam, nisi in dispar, feris.
& Iuuenalis Satyr. vltima:
Certe serpentum maior concordia, parcit
Cognatis maculis similis fera, quando Leoni
Fortior eripuit vitam leo, quo nemore vnquam
Expirauit aper maioris dentibus apri?
Indica Tigris agit rabida cum Tigride pacem
Perpetuam, saeuis inter se conuenit vrsis.

Vel forte, vel fato iunctum] Emendo *forte*, vt Sallustianum illud: *Falso quaeritur de natura sua genus humanum, quod imbecilla atque aeui breuis, forte potius quã virtute regatur*. Probo & elegantem illam libri nostri scripturam, *vel fato vinctum*? Post etiam, quam lucem innocentes intueri maluerint legendum conuicio. Cicero pro Sex Roscio: *Portentum atque monstrum certissimum est esse aliquem humana specie & figura, qui tantum immanitate belluas vicerit, vt propter quos hanc suauissimam lucem aspexerit, eos indignissime luce priuare.*

Tanta altitudo aedificiorum] Augustus Caes. modũ altitudini aedificior. statuit, vt Suetonius & Strabo lib. v. refert. statuit & Nero, vt Tacitus xv. Annal. post & Traianus Imp. ad LX. pedes altitudinis exstrui permisit, vt Sex. Aurelius Victor ait.

Hinc & illa vrbium excidia] Locus perdifficilis, quia corruptum se clamat, qua in verbis, qua ab interpunctione. Tentabam, quando ne vetus ille quidem recte habet: *Hinc & illa vrbium excidia sunt: quippe non defensioni, sed in communi periculo ad pradam hostesque aliena, & in sua damna validiora caduntur talia: ipsaque cum maxime flagrant, spolium ex alienis ruinis ferunt:* Queritor Papirius Fabianus de seculi sui in exstruendo luxu, quo lapidibus exoticis & marmoreis, moles domorum insulasque exstruebant, quae in incendiis, vel vrbium direptionibus plus obessent, aliasque domos sua ruina inuoluerent. Lege Plinium lib. xxxvi. cap. i. & vi.

Quid faciam? Si earuero, abdicabor] Et corrupta haec periodus perpetuã orationis seriem, locique insignem hypotyposim interrumpens, & mea sententia alieno loco posita ex sermone Vibi Rufi sup. non procul à principio: vt pannus purpurae assutus esse videatur, quare vncis inclusimus, vt furcillis hinc eiiciatur. *Paruero* autem leg.

Patentisque campos] accus. casu ἀρχαϊκῶς pro *patentes*, vt illud Sallustianum: *Omnis homines, qui sese student praestare caeteris animalibus summa ope niti decet, ne vitam silentio transeant*. Sic enim Carisius li. i. & Priscian. lib. vii. Gramm, legunt, & antiquam formam *omnis*, pro, *omnes* fuisse obseruarunt. *Patentes* autem pro planis Cicero i. de Diuinatione: *Babylonii in camporum patentium aequoribus habitantes*. Et Alphius Auitus lib. ii. Excellentium virorum de Camillo:

Tum litterator creditus (fort. *creditos*)
Ludo Faliscum liberos
Causatus in campi patens
Extraque muros ducere
Spatiando paulatim trahit
Hostilis ad Valli latus.

Exiguum est & hoc] Vetus lib. *Exigua est: ex hoc litoribus*. Sed sensus perbelle cohaeret, si parenthesi hoc includatur. Talis L. Luculli in hortis villisque exaedificandis luxus teste Plutarcho, Cicerone ad Atticum, & Varrone lib. iii. Rei rusticae, & Horatio.

Diuitem, inquit, te esse volo] Melius in Epitoma: *Diuitem mihi vis dare, ego te volo*

Vnum abdicat adoptio.] legendũ videtur *vnum adoptat abdicatio*: Sed nihil immuto. *Vnum abdicat adoptio*, quae me patre germano priuat: Abdicabit quoque si filius reconciliatus, eos recuperarit.

Fabriciorum imagines Metellis patuerunt] Mendosum haud dubie. Metellos.n. à Fabriciis aut cõtra adoptatos nullus legit P. quidẽ Scipio Nasica à Q. Metello Pio est adoptatus, vt in Suasoriam vi. adnotaui. Causae itaque seruit orator, vel memoria lapsus est: nec accurata ab his censoribus exigenda familiarum notio: vel librariorum potius vitio corrupte scriptum est. Ant. Augustin. quo nemo hac tempestate veterum familiarum maiorem est cognitionem adeptus, legẽdum putabat pro *patuerunt*, *paria fuerunt*. Equidem sic emendabam: *Fabiorum imagines Aemiliis patuerunt* Ita enim historiae veritas integra. L.n. Aemilius Paullus, qui de Perse Macedonũ rege triumphauit, filiorum alterum P. Cornelio Scipioni Africano maiori, & Aemiliae sororis filio in adoptionem dedit: qui post Africanus minor, Carthagine diruta, appellatus est: alterum vero Q. Fabio Maximo quinquies consuli.

Adoptio fortunae remedium est] ne stirpes & familiae intereant, nomenque intercidat: Graeci εἰσποίησιν vocant, qua alienos nobis liberos orbi adsciscimus: differtque ab Adrogatione, quod in hac filius patre careat; in illa à patre viuo emãcipetur. Pleni Iurisconsultorum libri, & Agellius lib. v. cap. xix.

Census Senatorium gradum facit] Plura in Epitoma leguntur his addenda: *Senatorium ad gradum census adscendere facit: Census Ro. Equitem à plebe discernit. Census in castris ordinem promouet: Censu in foro iudex legitur*. Census autem Equester quadringentorum millium sestertium erat. Horat. Epist. i.

Si quadringentis sex, septem millia desunt.
Est animus tibi, sunt mores, & lingua fidesque.
Plebs eris.

Senatorium vero alterum tantũ fuisse ante Augustum, ab eodemque ampliatum Suetonius refert, & Dion. Plinius quoque praefat. lib. xiv. *Posteris laxitas mũdi, & rerum amplitudo damno fuit, postquam Senator censu legi coeptus, iudex fieri censu, Magistratum ducemque nihil magis exornare quam Census*, &c. *pessum iere vitae pretia, omnesque à maximo bono liberales dictas artes in contrarium cecidere*. Vt igitur Equites qui quadringenta millia, Senatores qui octingenta possidebant, legi poterant, sic & Iudices, qui su. Senatorium, aut Equestrem cẽsum possidebant, vt ex Asconio Pediano intelligo. Huc respexit Naso li. i. Eleg. vii.

Curia pauperibus clausa est, dat census honores,
Inde grauis Iudex, inde seuerus Eques.

Census in castris] Hinc apparet militiae quoque ordines ex censu diuisos: & gradus fuisse Vegetius ait, quos ob rem bene gestam, vt in Rep. gerenda decurrere milites solebant: qui cũ è quinque classibus legerentur (nam & ipsi censeri solent)

lent) Tribuni militares & Ærarij fere ex prima classe. prima a. classis maximi inter illas census. Ex donis etiam militaribus quę virtutis ergo acceperant, ad ordines altiores adscendere solitos, disces ex Lucano lib. I. Pharsal.

——Summum cum munere pili
Lelius, emeritique gerens insignia doni,
Seruati ciuis referentem præmia quercum.

Et Sallustius C. Marium milites bello Iugurthino scripsisse refert, non more maiorum, neque ex classibus sed vt cuiusque libido erat, capite censos plerosque. Adhæc infames, histriones, pueri, serui & libertini, ante Cannensem cladem militia arcebantur.

Quid Phocionem] De his omnibus Plutarchus & Valerius lib. v. cap. III. & lib. IV. cap. IV. Cicero III. Offi. *Talis in hac vrbe Fabricius, qualis Athenis Aristides.*

Quid Coruncanios] κτ. συνεκδοχὴν ἀπὸ τοῦ ἀεὶ δήμου ἐναλλαγὴν pro *Coruncanium*, quem cum M. Curio & C. Fabricio Luscino coniunctissime vixisse, & frugi homines, maximeque abstinentes fuisse, Cicero ait in Lælio.

Fictilibus fuerunt Dij faciles] Hinc Persius Satyr. II.

Dicite Pontifices, in sacro quid facit aurum?
Nempe hoc quod Veneri donatæ à virgine puppæ.

Ligneum catillum M. Curij Dentati celebrat Valerius lib. IV. cap. III. quem Plinius lib. XVI. cap. XXXVIII. *guttum fagineum*: Scriptor vero de vir. Illustr. cap. XXXIII. *guttum ligneum* vocat. Lucilius li. XIII. Satyr. v. apud Nonium.

Et non pauper vti Samio, curtoque catino.

M. Tullius Paradoxis: *Quid Numa Pompilius? minus ne gratas Dijs immortalibus capedines, ac fictiles vrnulas fuisse, quam filicatas alior. pateras arbitramur?* Quo loco *Delicatas* Laz. Baysium lib. de Vasculis, legisse video, ex illo vulgari *delicatas alio. pateras*: quosdam etiā *fictiles cerneas*, qua voce & Plautus Amphitr. vtitur. Idem vt. de Repub. *Exstat oratio Lælij, quam omnes habemus in manibus quam Sympuuia Pontificum Dijs immortalibus grata sint, Samiaque, vt is scribit, capedines.* Iuuenalis Satyra VI. ——*aut quis*

Simpuuium videre Numæ, priscumque catinum.

Et Arnobius lib. VII. aduersus gentes. *Date, quæso, Dijs immortalibus bibant: scyphos, lucias, pateras, sympiuiaque depromite.*

Dico etiam vt licuerit] De veteri lib. censeo negatiue legendum *Dico etiam vt non licuerit, recte tamen recusasse.*

In omnia patri pareo dum sit] In veteri recte, *An in omnia patri pareat. Dum sit. Etiamsi*, &c. sic forte leg.

Transeunti bono] Ant. Augustinus, *contactu ipso nocent, transeunte bono*, For. nihil mutandum. Quod sequitur, *Nec peccare discam*, sic accipio quasi αὐτόνομος sit, & hoc obiiciatur à diuite filio pauperis: At diuitiarum beneficio hoc assequeris, vt discas non peccare: quam λύσιν dissoluit filius exemplo eiusdem diuitis, qui didicerit tam cito & III. filios abdicare.

Tacitum nescio quem] Acute Ant. Augustinus. *Tacitum, nescio quir, Britio non male vsus.*

Aliqua sententiæ dulcedo subrepsit] Amplius in vet. *qui non potuerunt subsistere*: & mox pro his, *nulla dulcedo sententia subrepsit, sic*: tantum legit, *nulla senten*-

Senec.

tia. Et vero videntur ex superiori versu huc trāslata. Deerant & illa verba, *sed corruptor*. Naso.

——casta est quam nemo rogauit.

Ac declamatores] *Aridi* lego ex Epitoma, flagitante etiam sensu.

Amorem describere volo] Anacreontis imitatio est:

Θέλω λέγειν Ἀτρείδας
Θέλω δὲ Κάδμον ᾄδειν
Ἁ βάρβιτος δὲ χορδαῖς
Ἔρωτα μοῦνον ἠχεῖ.

Non seruorum domini greges] vetus lectio, *noti seruorum domino greges*. In epitoma paullo aliter: *Non delectant dominos ignoti seruorum greges*. Rom. editio. *Non me delectant ignoti domino seruorum greges.*

Laxi ruris ergastula] Serui enim vinculis, etiam ruri, compediti opus facere cogebantur: vt diligenter annotauit Brissonius li. II. Antiquitatum selectarum, cap. IX. vide declamationem v. lib. v. Epitomæ.

Occurrerunt mihi tres abdicat] *abdicati* leg. Quod vitiosum in Gryphiana editione: putidum alioquin foret admonere. Mox pro *non lugeat*, Ant. Augustinus *nolit* putat emendandum.

Necesse timeo infelicem] Melius in Epitoma: *necesse est vt timeam infelicem liberis dominum.*

Nihil est insolentius] Peccat vetus scriptura, quæ *innocentius* præfert Claudianus:

Asperius nihil est humili, cum surgit in altum.

Et Aurelius Victor, à nobis primum editus, in Historia Augusta de Diocletiano: *Quantum ingenium est, compertum habeo, humillimos quosque maxime vbi alta accesserint, superbia atque ambitione immodicos esse.*

Vt ex contemptu diuitiarum] Notat hoc nomine Philosophos M. Tullius, in Archiana extrema qui de contemnenda Gloria editis libris, tamen titulis eandem captare videbantur.

Cum auro dominium timet accipere] In veteri non erat *timet*, sed coniunctio & vt & in Frob. editione. Verius Ant. Augustinus: *Cum auro dominum acciperet, illum locum egregie tractauit.* Dominum, inquit, mauult capere quam pecuniam. Scitum illud Themistoclis lib. II. offic. *Malo virum sine pecunia, quam pecuniam sine viro.* Nota & in vulgus Historia, missum Fabriciū ad Pyrrhum regem, vt de redimendis captiuis ageret: frustraque ab hoc sollicitatum, vt patria deserta, aurum, adeoque quartam regni partem acciperet. Sup. hac Controu. & Iustinus lib. XVIII. Frontinus li. IIII. cap. III. Strategem. & Eutropius lib. VI. vulgarem lectionem retinet ex illo Publij Syri mimo:

Beneficium qui accipit, libertatem vendit.

Quisquis frugalissimus] hoc est, maxime frugi. Seruorum autem maxima commendatio, frugi esse: & pedagogi olim fere serui, vt ex Plutarcho περὶ παίδων ἀγωγῆς didici, & Suetonij Claudio cap. II. & L. si collactaneus D. De manum. vind. Et Alcibiadis pædagogus Thrax fuit nummis emptus: & Themistoclis liberorum Sicinus ignauus seruus, vt Clemens Alexan. ait. lib. I. Pædagog. cap. VII. Igitur quid frugi seruo honestius videretur, quam eum è medio sustulisse, per quem fieri videretur, vt herilis filius, & à domo sua & à familia abertaret.

Fruero, habebo hunc pro illis] Mutila sentẽtia: deest quod in Epitoma integrum legitur: *Si emendati, inquit, fuerint liberi mei, habebo hunc cum illis, si perseuerauerint & filij peccare, habebo pro illis.*

Antiphontis libros] Scripsit de somniorum interpretatione. Sic enim Suidas: Ἀντιφῶν Ἀθηναῖος, ὀνειροκρίτης περὶ κρίσεως ὀνείρων ἔγραψεν. Idemque alium celebrat τερατοσκόπον καὶ ἐποποιὸν καὶ σοφιστήν, ὃς ἐκαλεῖτο λογομάγειρος. Sed de illo Seneca haud dubie: Philostratus cognominem Sophistam celebrat. Qui autem præter *Antiphontem* de huius artis vanitate scripserint, hi fere ex eodem Suida colliguntur, Geminus Pyrius tribus ea de re libris editis. Panyasis Halicarnasseus, Alexander Myndius. Phœbus Antiochen. Demetrius Phalereus libris v. Artemon Milesius, qui ad xxii. ὀνειροκριτικῶν libros conscripsit. Nicostratus Ephesius. Astrampsychus, qui nunc circumfertor, hoc principio: Ἀνδράσι βαίνειν ἰχθυακὸν δηλοῖ βλάβην: & qui vnus hodie exstat Græce Artemidorus Daldianus è Lydia lib. iii. ad Cossinum Maximum, & duos ad Arthemidorum filium cognominem scripsit: tametsi Suidas iv. tantum eius auctoris esse affirmet. His addo ab Artemidoro laudatos, Antipatrũ, Apollonium Attalensem, Aristandrũ Telmissensem, Aristarchum, Cassium Maximum, Dionysium Heliopolitam & alios.

Tantum in illos somniorum] De eodem Othone Iunio inf. Seneca Controu. xxii. *Erat*, inquit, *ex somniatoribus totus: Vbicumque illum defecerat Color, somnium narrabat.* Et Contro. iii. *Othonem Iunium patrem memini Colorem insulsum inducere: quod minus ferendum est, quod libros colorum edidit.*

Alteri enim credi non debet, alteri non solet] De domesticis testibus Paullus I.C. cap. xxiv. de testibus. *Testes eos quos accusator de domo produxerit, interrogari non placuit.*

Ad calumniam iurauerat] lege Contro. xix. à me notata.

SPECIOSVM IVVENEM.

Errant qui hanc decimam à prima Controuersiam numerant, & à priori separant, quos & libri veteris auctoritas frãgit, & ipse Seneca: cui enim credam potius? *Ad Othonem*, inquit, *redeo, à quo longius aberraui.* Est igitur παρέκβασις hæc, solemni Rhetor. more interiecta, vt in tam prolixa caussa auditor reficeretur: quam miror adeo prodigiose perturbatam à Cœlio Curione illo, vt aliud tum egisse putem, cum Senecam emendandum mercenarius receperat. Nam in Epitoma omissam animaduertere poterat.

Dominicæ libidinis paparium facere] Castigo, *pararium facere.* Natum vt suspicor, mendum, quod Græcorum ῥῶ littera eadem figura, qua Latinorum P. etiam à librario *nostro* scribi sæpe per imprudentiam soleat. Quæ mihi eo certior emendatio esse videtur, quo eadem voce huius in litteris alumnum, filiumque vsum frequentius obseruarim. Sic enim lib. ii. de Beneficiis cap. xxiii. *Quidam*, inquit, *nolunt nomina secum fieri, nec interponi pararios, nec signatores aduocari, nec chirographum dare.* Et lib. iii. cap. xv. *Ille per tabulas, plurium nomina interpositis pararius facit.* Pararij igitur quos Græci προξενητὰς, & Martialis, idemque Seneca lib. xxi. epist. vocauit: qui, vt ait Vlpianus I.C. emptionibus, venditionibus, commerciis, contractibus vtiles se exhibent. Idemq; sordidum hominum genus appellat lib. 3. D. de Proxeneticis. Hinc & in obscœnum detorsit Rhetor *Pararium facere*, pro lenocinari, & amores conciliare: vnde & *Conciliatores*, & *Conciliatura*, quales Terentius *Internuncios.* Itaque auorum nostrorum memoria legisse recte Lud. Rodiginum video li. x. cap. x. Anti. lectionum. *Pararium* quoque *ars*, Sexto Pompeio Festo, sed à paribus equorum iugis dictum. Desinant igitur obsoletam esse vocem scribere & inauditam; quod de se affirmantibus vel iniuratis credam. Illud pœne me fugerat Ant. August. *paria*, vel *par pari facere* leg. videri, vnde *Pariatores*, de quibus & ipse emendationum li. iv. cap. xiv. & nos infr. contr. xxiv.

In cubiculum vsque perduxit] Allusit ad *perductores* qui & ipsi apud Plautum male audiunt.

Tu Apollodorum] quem veneficij reum, & ab Asinio Pollione defensum, damnatumque Massiliam secessisse, ludumque aperuisse ait Contro. xiii. laudatque Fabius, Pergamenum origine, & Theodorum, lib. iii. cap. i. & Strabo lib. xiii. Apolloniæ Augusti præceptorem fuisse, vnde & Apollodoreor. secta, quæ cito euanuit, orta sit.

Vt ista narrares. Tunc] Restituo, *vt ista narrares tu.* Et contra Maximum Stertinium, à quo premebatur, Cuius & Fabius meminit in censu Rhetorum scriptorum lib. iii. cap. i.

Filij mei caussa facio] Sequor libenter, vt debeo auctoritatem opt. illius libri Couarruuiani, qui *caussam* præfert, estq; dictum fortasse, vt à I. Ctis *litem facere suam*, pro litis damnum in se transmouere: quod Theophilus vertit ex Iustiniano lib. iv. Institut. καθ' ἑαυτοῦ δίκην ἐγείρειν vtitur & Agellius lib. x. cap. i.

Quod me tibi diuiti] ἀνακόλουθον est, vel leg. potius: *Quid, inquit, me tibi diuiti?*

Illum acta in aurem tegere] Acumen in ioco, sed deprauatum. Doctiss. Lipsius *legere* acute emendat, notis ad iii. Annalium Taciti. Hoc est acta publica in aurem recitare. Martialis lib. i. Epigramm. lvii. eodem respexisse videtur:

Garris in aurem semper omnibus Cinna,
Garris & illud teste quod licet turba.
Adeone penitus hic sedit tibi morbus,
Vt sæpe in aurem Cinna Cæsarem laudes?

GRVTERVS & IVRETVS.

IN *friuola inuitani mea*] Pal. *fribola*, itẽ & vt Etas. *nostra*, sicuti & citat Brissonius lib. 6. de verb. sign. ad vocem *Fribusculum*.

Colit etiamnũ in Capitolio casam] Et iste locus erat cur putabam supta non legẽdum, *Romuli casa*, sed retinendum potius, *humilis casa*. hic certe nude ponitur probabaturque & alterũ nobilissimo Dousæ Præcidan. ad Arbitrum li. 3. cap. 3. qui visatur, firmantem hanc casam & Ouidij & Dionysij Halicar. verbis.

Census in castris ordinem] Adducit locum istum Lipsius Comment. ad lib. i. Anna. Taciti, vt eo ostendat *census* rationem habitam in promouendis ordinibus.

Illum

Illum acta in aurem tegere] Lipsius ad lib. III. Ann. Taciti, acumen ioci reddit, scribitque, *legere. Acta* enim publica erant, nec aliud tam vulgo promptum notumque: adeo vt prouerbij loco Seneca filius alibi dixerit, *Beneficia in acta non mitto*, id est non publico, non diuulgo. Quid autem magis ridiculum, quam *acta publica* alicui *recitare in aurem*? Subtilis ergo in id vitium hominis iocus: quem belle æmulatus est Martialis:

Garris in aurem semper omnibus Cinna:
Garris & illud, teste quod licet turba.
Adeo ne penitus hic sedit tibi morbus,
Vt sæpe in aurem, Cinna, Cæsarem laudes?

Iusiurandum mariti & vxoris. CONTROVERSIA X.

THEMA. *Vir & vxor iurauerunt, vt si quid alteri obtigisset, alter moreretur. Vir peregre profectus, misit nuntium ad vxorem, qui diceret decessisse se. Vxor se præcipitauit. recreata, iubetur à patre relinquere virum. non vult. abdicatur.*

Porcij Latronis. Dii immortales, qua debetis prouidentia humanum genus regitis: effecistis vt illud non periculum esset amantis, sed experimentum. *Cestij Pij.* Antequam iuraremus, diu inter nos hæc tacita lex erat. Si abdicata fuerim, non viuam. Huic paret non credit. nec est nouum: nec vir illi credidit. Quæris quod iusiurandum fuerit? Ita patri placeam. *Fusci Arellij Patris.* Iam vxor non nauigabo, non peregrinabor. fides tua me timidum fecit. Mentitus, inquit, hic est, sollemne est amantibus. ideo non nisi iurantibus credimus. Hos diuidere vult socer, quos ne mors quidem diuidet. Moriar, inquit, habeo & causam, & exemplum. Quædam ardentibus se maritorum rogis miscuerunt: quædam vicaria maritorum salutem anima redemerunt: quam magna gloria breui sollicitudine pensata est! O te felicem, vxor: inter has viua numeraris. *Marilly.* Assiduæ contentiones erant, ego magis amo, immo ego: sine te viuere non possum, immo ego sine te. qui solet esse exitus certantium. iurauimus. Hic animus sine dubio iurantium fuit, vt viui non diduceremur, cum illud quoque caueremus, ne morte diuideremur. respexistis nos dij, nunquam vos violauimus. *Hispani Romani.* Difficile est, Iudices, eorum secretorum causas reddere, quæ amantibus etiam sine ratione iucunda sunt nec est quod putetis de abdicatione hodie tantum illius agi: de spiritu agitur. Scitis quemadmodum suos amet. non magis sine patre viuere potest, quam sine viro. *Iunij Gallionis.* Socer (sic enim te appellabo quamdiu vixero) quid sibi volunt altiores huius gemitus, & fortiora inter lacrymas suspiria? nescio quid videris fortius puella promittere. non sum tanti, vt bis pro me pericliteris. *Argentarij.* Nocet illi indulgentia suorum. in duo pericula mulier incidit: quorum neutrum esset experta, si aut minus amaret virum, aut minus amaret patrem. *Alfij Flaui.* Nec est quod putetis, illis facilius istius esse desiderium, & patrem amat, tanquam iurauerit.

PARS ALTERA P. *Asprenatis.* Nempe si quid acciderit viro, peritura est: & si bene filiam meam noui, peritura est si quid genero meo acciderit. Filia mea moritura est, adiciam quod sit indignum, si quid filiæ meæ acciderit, vir eius victurus est. Vide qua te lege constrinxeris: si parueris, viues. *Blandi.* O conditionem æquam. alteri vitam debet, alteri deuouit. *Papirij Fabiani.* Non possum inquit, relinquere virum. Quidquam non potest quæri mori potest? pæne dum falsæ mortis nuntium misit, vere recipit? Vir dum nimis amat vxorem, pæne causa periculi fuit: vxor dum nimis amat virum, pæne causa luctus fuit: pater dum nimis amat filiam, abdicat. Serua te totam domum, amore mutuo laborantem. Moriar, inquit: hoc patri minaris, viro promittis. Potes siue viro pati: peregrinationem eius tulisti. facilius potes carere eo qui spiritum debet, quam eo qui impendit?

Diuisio. Et hæc controuersia non erat in diuinatione. nam præter illam quæstionem, An pater abdicare posset propter matrimonium, reliqua, cum ad æquitatem pertineant, tractationis sunt. Primam tamen coniecturalem quæstionem *Latro* fecit: proposuit illam, An etiam si non malo aduersus vxorem animo maritus fuit, fecit tamen, vt tam temerarius & inconsultus relinquendus sit. deinde, An etiam malo aduersus vxorem animo fecerit. *Fuscus Arellius* iuris quæstiones subiecit, Non posse illam discedere à viro: nam & hoc iureiurando illam obligauit. hunc enim animum fuisse sine dubio iurantium, vt viui non diducerentur, cum illud quoque cauerint, ne morte diuiderentur. *Latronis* contrarium videbatur, onerari iurisiurandi inuidiam, cum extenuari deberet: & illud iusiurandum contra fortunam videtur, hoc etiam contra patrem. *Cestius* contra fecit, & toto dixit iureiurando illam libertatem: illo casu solutos ipsos vinculo religionis: & ideo non futurum periculum vxoris, si quid accidisset viro, *Silo Pompeius* contra dixit, illam teneri iureiurando. & adiecit, Et si repudio diducta fuerit, non tamen solui fœderis pactionem: & ideo inquit; Honestum mortis titulum vindico: ne si quid acciderit, aut ego pro aliena vxore moriar, aut illa pro alieno viro.

COLOR. *Hispo Romanus* hoc colore vsus est, Iusiurandum iocosum fuisse, sicut multa quotidie iurarent amantes, & ipsum iurasse: idq; oblitum se an iurasset, misisse nuntium, vt experiretur affectus vxoris, nō vt perimeret. vxorem intellexisse falsum nuntium esse, & ex eo se loco præcipitasse, ex quo precipitata perire non posset: Vt quomodo ego illam, inquit, falso nuntio terrueram, sic illa me falso periculo terreret. *Marillus* præceptor noster licenter verbo vsus est, satis sensum exprimente, cum diceret vxorem intellexisse mariti mendacium: & ipsa aduersum temerarios mariti iocus relusit. Hanc controuersiam meminit me videre *Nasonem* declamare apud rhetorem Arellium Fuscum, cuius auditor fuit. Nam Latronis admirator erat cum diuersum sequeretur dicendi genus. habebat n. ille constans & decens & amabile ingenium. Oratio eius iam tum nihil aliud poterat videri, quam solutum

carmen. Adeo autem studiose Latronem audiuit, vt multas eius sententias in versus suos transtulerit. In armorum iudicio dixerat Latro: Mittamus arma in hostes, & petamus. *Naso* dixit:

Arma viri fortis medios mittantur in hostes,
Inde iubete peti. ——

& alium ex Suasoria sensum, quem à Latrone mutuatus est, memini Latronem in præfatione quadam dicere, quod scholastici quasi carmen didicerant, Non vides, vti immota fax torpeat, & exagitata reddat ignes? mollit viros ociũ, ferrum situ carpitur & rubiginẽ ducit; desidia dedocet. *Naso* dixit:

Vidi ego iactatas mota face crescere flammas:
Et rursus, nullo concutiente, mori.

Tunc autem cum studeret, habebatur bonus declamator. Hanc certe controuersiam ante Arellium Fuscum declamauit, vt mihi videbatur longe ingeniosius: excepto eo, quod, sine certo ordine per locos discurreret. Hæc illo dicente excepta memini: Quicquid laboris est, in hoc est, vt vxori virum, & viro vxorem diligere concedas. Necesse est deinde, iurare permittas, si amare permiseris. Quod habuisse nos iusiurandum putas? Tu nobis religiosum nomen fuisti. Si mentiremur, illa sibi iratum patrem inuocauit, ego socerum. Parce pater, parce socer: non peierauimus. Ecce obiurgator noster, quam effrænato amore fertur. quanquam esse * filiam preceris: charum quidem, quod illum ab indulgentia sua auocet. Dij boni, quomodo hic amauit vxorem? amat filiam, & abdicat: dolet periclitatam esse, & ab eo abducit, sine quo negat se posse viuere: queritur periculum eius, qua pæne caruit hic qui amare caute iubet. Facilius in amore finem impetres quam modum. tum hos ponis terminos, vt nihil faciant, nisi considerate; nihil promittant, nisi vt ius facturi, omnia verba ratione & fide ponderent. Senes sic amant. Pauca nosti, pater, crimina: & litigauimus aliquando, & cecidimus: & fortasse, quod non putas, peierauimus. Quid ad patres pertinet, quod amantes iurent? Si vis credere, nec ad deos pertinet. Non est quod tibi placeas vxor tanquam prima peccaueris. periit aliqua cum viro, petiit aliqua pro viro: illas tamen omnis ætas honorabit, omne celebrabit ingenium. Fer, socer, felicitatem tuam. magnum tibi quam paruo constat exemplum! in reliquum diligentiores facti sumus: errorem nostrum confitemur: exciderat iurantibus, esse tertium qui magis amaret: sic, dij, sit semper. Perseuera, socer, recipe filiam: ego qui peccaui, pœna dignus sum, quare vxore necata, socero causa sim orbitatis? Discedam è ciuitate, fugiam, exulabo: vtcunque potero, desiderium misera & crudeli patientia perferam. Morerer, si solus moriturus essem. Declamabat autem Naso raro controuersias, sed non nisi ethicas: libentius dicebat suasorias. molesta illi erat omnis argumentatio: verbis minime licenter vsus est, nisi in carminibus, in quibus non ignorauit vitia sua, sed amauit. Manifestum potest esse, quod rogatus aliquando ab amicis suis, vt tolleret tres versus, inuicem petiit, vt ipse tres exciperet, in quos nihil illis liceret. æqua lex visa est. scripserunt illi quos tolli vellent secreto, hic quos tutos esse vellet. in vtrisque codicillis iidem versus erant: ex quibus primum fuisse narrabat Albinouanus Pedo, qui inter arbitros fuit,

Semibouemque virum, semiuirumque bouem.

Secundum:

Et gelidum Boream egelidumque Notum.

Ex quo apparet, summi ingenij viro iudicium non defuisse ad compescendam licentiam carminum suorum, sed animum. Aiebat interim, decentiorem faciem esse, in qua aliquis næuus esset.

IN CONTROVERSIAM DECIMAM.

NICOLAVS FABER.

SI *parueris, viues.*] Suspicor locum hunc aliquot voculis defectuosum; videtur enim scriptum fuisse, *vide qua te lege constrinxeris. si parueris, non viues: si non parueris, viues.* Per legem pactum intelligo iureiurando sancitum, cui si paruerit, moriente marito, ei quoque moriendum est: si non paruerit, viuet.

Facilius potes carere eo qui spiritum debet,] Vide num scribendum sit, *facilius carere potes eo cui spiritum debes, quam eo cui impendisti?* id est, faciliusne abdicata carere potes patre, à quo vitam habes: quam diuortens marito, cui vitam tuam impendisti?

In diuinatione.] Lego, *in diuisione.*

Solutum carmen.] Id de se testatum reliquit Eleg. vlt. li. IIII. *Tristium.*

Tu nobis religiosum nomen] Forte legendũ, *numen.*

Dij boni? quomodo hic amauit vxorem] Persequitur tenerorum doctor amorum diuersos, immo contrarios amoris affectus, qui tamen difficile colligi ex edita lectione possunt. facilius certe si legamus, *Dij boni. Quomodo hic amauit vxorem, amat ille filiam. amat, & abducat.* en contrarij affectus. *dolet periclitatam esse, & ab eo abducit, sine quo negat se posse viuere: quærit periculum eius, qua pæne caruit hic qui amare caute iubet.* de amoris væsania cui non dictus Hylas? sed egregie præter ceteros apud Stobæum Plutarchus sermone LXII. ex lib. quod amor non sit iudicium.

Tum hos ponis terminos, Scriberem potius, *Tum hos ponis terminos, vt nihil faciant nisi cons. nihil prom. nisi vt ius fact. omnia verba ratione & fide ponderent?* cum interrogandi nota.

Prima peccaueris] Fortasse, *prima perieris*, videlicet pro marito: quod sequentia probant.

Qui inter arbitros] & amicos, vt patet ex elegia IX. ad eundem scripta, & vlt. l. IV. de Ponto. quo loci etiã sidereaũ appellat. I. vero Seneca epi. CXXIII. etiam elegantissimum fabulatorem fuisse notat.

Semibouemq; virũ.] Vereor ne hos duos versus quos segreges sibi fecerat ingeniosissimus poëta,

contem-

contempto domini imperio Grammatici corruperunt. De altero res clara est. nam extat eleg. xi. lib. ii. Amorum, quo loci ita vulgo legitur:

Et gelidum Boream, præcipitemque Notum.

Diserte enim optimus clarissimi Senatoris Cl. Puteani codex, *egelidumque Notum* legit. Alterum in Ouidij scriptis non reperiri puto.

SCHOTTVS.

S*I quid alteri obtigisset*] Rectius *accidisset*, in vet. li. & Epitoma. Formula est, qua εὐφημίας χάριν horrida mortis appellatio tegebatur, li. clxii. D. De verb. significat. Cicero. ii. de inuent. *Cuius heres non illo in testamento quisquam scriptus erat, si quid pupillo accidisset.* Plenius etiam dicebant, *Si quid humanum, vel humanitus acciderit: Et si quid contigerit* lib. xxxix. §. Seium D. legat. iii. Item, *Si quid ei eueniret* Pleni I. C. libri, quorum scrinia compilare nolo.

Ita patri placeam] His verbis iusiurandum concipiebatur. Sic inf. Controu. xxvii. *Ita mihi superstite filio mori liceat.* Et in ἀποκολοκυντώσει: *Ab hoc ego quemcunque audius, certa claraque adfero, Ita illum almum & felicem habeam.* Et Petronius: *Iunonem meam iratam habeam* Vide Suasor. viii. & Contr. xxviii.

Solemne est amantibus] Sic Tibullus lib. i. Eleg. iv.

Nec iurare time: Veneris periuria venti
Irrita per terras, & freta summa ferunt.

Et lib. iii. Eleg. 4.

Et si perque suos fallax iurabit ocellos,
Iunonemque suam perque suam Venerem,
Nulla fides inerit, periuria ridet amantum
Iuppiter & ventos irrita ferre iubet.

Propertius lib. ii. Eleg. xvi.

Non semper placidus periuros ridet amantum
Iuppiter, & surda negligit aure preces.

Et Ouid. i. Artium

Iuppiter ex alto periuria ridet amantum,
Et iubet Æolios irrita ferre Notos.

Horatius Oda eleganti lib. ii.

Vlla si iuris tibi peierati. &c.

Protagoras quoque apud Platonem in Philebo: Ὡς δὲ λόγος καὶ ἐν ταῖς ἡδοναῖς ταῖς περὶ τὰ ἀφροδίσια, αἳ δὴ μέγισται δοκοῦσιν εἶναι, καὶ τὸ ἐπιορκεῖν συγγνώμην εἴληφε παρὰ θεῶν, ὡς καθάπερ παίδων τῶν ἡδονῶν νοῦν οὐδὲ τὸν ὀλίγιστον κεκτημένων.

Et Callimachus:

Ὠμόσεν, ἀλλὰ λέγουσιν ἀληθέα, τοὺς ἐν ἔρωτι
Ὅρκους μὴ δύνειν οὔατ' ἐς ἀθανάτων.
Iurauit vere, sed vulgo vt fertur amantum
Iuramenta aures Cælicolum haud subeunt.

Ardentibus regis thorum miscuerunt] In Epitoma legitur concinnius: *Quædam se maritorum rogis* (vel vt vetus liber Ant. Augustini præfert *maritorum amore rogis*) *ardentibus miscuerunt.* Idemque omnis antiquitatis promus condus de Porcia Marci Catonis filia, Bruti vxore, interpretabatur, quæ ardentes ore carbones hausit. Plutarchus, Dio, Appianus & Valerius lib. iv. cap. vi. Inf. controu. xiii. *Alia desiderio viri attonita in ardentem rogum se misisse dicitur: Alia pro incolumitate mariti vicaria morte decidit.* Et contro. 32. *Aliqua spiritum viri redemit suo: aliqua se supra ardentem rogum misit.* Vnde Senec.

& hic, *se inmiserant* reponerem ex illo, *thorum immiscuerunt*, si li. vetus calculum adderet. Thracum autem feminarum hic mos. Herodotus Terpsichore, Mela li. ii. cap. ii. Solinus cap. xvi. Polyhistoris. Cicero vero Tusculan. v. Indicis matronis attribuit, & Propertius lib. iii. Eleg. xi.

Felix Eois lex funeris vna maritis,
Quos aurora suis rubra colorat equis.
Namque vbi mortifero iacta est fax vltima lecto
Vxorum fusis stat pia turba comis.
Et certamen habent leti quæ viua sequatur
Coniugium: pudor est non licuisse mori,
Ardent victrices, & flammæ pectora præbent,
Imponuntque suis ora perusta viris.

Respexistis non Dij dignos] Corruptus locus. Lego *Dij, Dij, quos nunquam violauimus*. q. migrauit assiuitate in g.

Iucunda sunt] In vet. *iocunda*: retineo tamen vulgarem scripturam, nam Cicero ii. de Finibus à *iuuando* deriuat potius, quam à ioco.

Tantum illis agi] Rom. editio *illius agi*, vel *illic* leg. vel *illos agere*: nam & accusandi casu in vet. scriptum repperi.

Quid spiritum debet, quam eò qui impendit] Id est facilius merito, cui vitam tuam cōdonaueras, quam patre, qui eam tibi generādo dedit, carere potes,

Relusit] pro, scommata remisit.

Quam solutum carmen] Testatur id de se ipse Naso Eleg. vlt. lib. iiii. Tristium:

Sponte sua numeros carmen veniebat ad aptos,
Et quod tentabam dicere, versus erat.

In armorum] Multi hoc titulo libros poëtæ ediderunt, de contentione armorum Achillis inter Aiacem & Vlyssem: de quo ille ipse Ouidius xiii. Metamorph. quæ est omnium scriptorum Ouidij, mea sententia, pars elegantissima. Scripsere & L. Attius, & M. Pacuuius. Varro item Togatorum doctissimus, de armorum iudicio, vt ex Festi Pompeij, Nonij Marcelli. & Prisciani libris didici.

Arma viri fortis] exstat hodieque xiii. Metamorph. Ouidij in extrema Aiacis oratione.

Arma viri fortis medios mittantur in hostes,
Inde iubete peti, & referentem ornate relatis.

Hoc stratagemate sæpe exercitū, fugam circumspectantem, aciesque inclinatas, instauratas esse accepimus. De Vibio Acceo Pelignæ cohortis Præfecto, vexillum ad recuperandum in Annibalis, vel vt Liuius, Annonis castra vallūq; iaciente, Valerio Flacco, & T. Pedanio, Valerius Maximus li. iii. c. ii. Erat enim capitale, signa & aquilam deserere. Legionis quoque Martiæ aquiliferum, ineundæ fugæ gratia iam conuersum, Cæsar obtorto collo retraxit. Comment. belli Gallici, lib. ii. Suetonius & Plutarchus. Vid. Iulium Frontinum li. ii. Stratag. cap. viii. & Polyænum.

Scholastici quasi carmen didicerant] M. Tullius ii. de Legib. *Ediscebamus pueri duodecim, vt carmen necessarium*, & apud Liuium, *Lex horrendi carminis.*

Mollit viros otium] Et hoc ipsum Ouidius est imitatus i. de Ponto, Eleg. vi.

Cernis vt ignauum corrumpant otia corpus?
Vt capiant vitium, ni moueantur aquæ?

Et i. Remedior.

Otia si tollas periere Cupidinis arcus,
Contemptaque iacent, & sine luce faces.

Ferrū sitn capitur] De ingenio idem Naso. v. Trist.

—— ingenium longa rubigine læsum
Torpet, & est multo quam fuit ante, minus.

Desidiam dedocet] Assentior vet. libro, qui *dedocens* leg. monet. Pertinent enim ad sequentia. *Desidiam dedocens* Naso dixit, vel referuntur à Seneca de Latronis verbis: nec enim verba Latronis vt esse credam, ioduci possum.

Vidi ego iactatas] Priscianus Ouidij versum paullo aliter legit.

Vidi ego iactatas motu flammescere flammas.

Equidem hoc elegantius puto, & venustius, ἰσ..νυμαῖς in eadem voce ludens: vt, *viuere vitam, ludere lusum, pugna pugnam*. Mox.

Et vidi nullo concutiente mori.

in editis legitur Nasonis lib. I. Amor. Elegia II. Corn. Tacitus, siue Fabij est. Dia. de Claris Oratorib. *Magna Eloquentia sicut flamma, materia alitur, & motibus excitatur, & vrendo clarescit.*

Tum hos opponis terminos] vet. lib. Couarru. *cui hos optionibus impetres terminos, quasi approbati custodiant.* Edita lectio perbelle habet si quid tamen mutandum, lege, *Tun' hos opponis terminos?*

Quod amantes iurent sibi, crede] Melius fort. *mihi crede.* Hæc iam sup. à me explicata ex Platone, Horatio, Tibullo, Propertio & Ouidio. Mox illud: *Sic Dij sit semper*: amantium blanditiæ, quales apud Catullum leguntur.

Scripserunt illi quos tolli vellent] Amplios in Epitoma est: *Conscripserunt illi quos tolli vellent, secreto: hic quos tutos esse vellet.* Idque erat alia manu ad oram vet. libri adscriptum: Sup. *Controuersias Ethicas*, de quibus nos sequenti Controu. extrema.

Semibouemque virum] Minotaurum intelligit, quem Theseus expugnauit, auspiciis Ariadnes. Plutarchus in Theseo, & Catullus de nuptiis Pelei & Thetidos. Laudatur ex eodem Ouidio illud:

Centimanumque Gygen, semibouemque virum.

Idem alibi *Semimarem* dixit, pro eo qui vtrunque sexum gereret: vt & de Hermaphrodito Ausonius Gallus:

Vidit semiuirum fons Salmacis Hermaphroditum.

Et gelidum Boream, egelidumque Notum] Totidem litteris in opt. illo libro scriptum reperi. Errat igitur Desiderius Batauus, & hunc secuti Germani, qui pentametrum esse negant, & Anapesticum esse putant, ex Ouidij Medea. Me vero, quod & alter Pentameter sit, magis mouet, vt hanc lectionem tuear, quam & vet. libri auctoritas comprobauit. Offendit fort. *m.* in *Boream* non elidi per ἐκθλιψιν, quod tamen sæpe accidisse monet Priscianus Cæsariensis lib. I. Fauet & carminis incisio, quæ à vulgo litteratorum *Cæsura* vocatur. Mihi tamen ne quid dissimulem, magis placet *Borean* per. *n.* legi: *Et gelidum Borean*. Exstat autem hic versus hodieq; li. II. Amorũ Elegia XI. Sed mutatus vt sit, ab iis, qui leuiter litteris tincti censuram olim librorum inuaserunt, qui voces, quas non intelligerent, furcillis eiiciebant, notas vero reponebant. Sic igitur circumfertur.

Et gelidum Boream, præcipitemque Notum.

Et in eadem Elegia:

Nec te præcipites extimuisse Notos.

Male vero vtrobiq; *egelidum* hic scripserunt: Diuersa enim: *Boreas*, quod à septentrione spiret, frigidus est, *Notus* quod à meridie, humidus. *νοτὶς* enim humor est Græce. Agellius li. II. ca. XXII. Quanquam autem *Egelidum* Seruius in VIII. Æneid. exponat, pro nimis gelido, hic tamen pro tepido, quod Græci χλιαρὸν vocant, capio, vt illud Catulli:

Iam ver egelidos refert tepores.

Et Columella lib. X. cap. XXVII.

Nunc ver egelidum, nunc formosissimus annus.

Cornelius Celsus lib. IIII. cap. XX. *Vinum austerum meracum, per æstatem frigidum, per hiemem egelidum.* Et Sueton. Augustum perfundi solitum ait egelida aqua; vel sole multo repefacta. De fluminibus sæpe vsurpatum video Virg. VIII. Æneid.

Et procul egelido secretum flumine vidit.

Quo loco non male quidam legunt: *Et procul è gelido, & secretũ* &c. vt sint duo verba. Et supr. idem flumen *gelidum* vocat. Et Ausonius de Imp.

Impiger egelido mouet arma Seuerus ab Istro.

Et epistola ad filium:

Iam super egelidæ stagnantia terga Mosellæ
Protulerat te, nate, rates.

In his E significationem mollit potius quam intendit, vt in *edurus*, non nihil durus, Virg. IV. Georg.

Eduramque pirum, & Spinos iam pruna ferentes.

Et Naso ipse alubi:

Sed neque te facilem iuueni promitte roganti:
Nec tamen edure, quod petit ille nega.

Pet. Nunnesius Valentinus, *Egelidum notum* pro non gelido exponit. Calidum enim *Notum* esse vulgo ex Physicis & Medicis notum. Idem ille Ouidius I. Metamorph.

—— madidis Notus euolat alis.

Tertium Nasonis versum à Criticis notatum, quando hic defecit esse: eum dicam, dum quid verius adfetatur, qui à Fabio aduocatur lib. IX. Institut. Oratoriat.

Cur ego non dicam Furia te furiam?

Vel potius illum, quem Fl. Sosipatro acceptum referimus, libro I.

Gausapa si sumpsit, gausapa sumpta probat.

in quo Ouidium secutus est Seneca: nescio an Tragicus, auctore Prisciano, li. VII. Gramm. quæ duo litteratorum loca, inter se componi à studiosis possunt. Offendit fortasse Criticos istos affectata in his ἀντιθέσεις, in qua acumen laudari solet: Tale illud sup. controu. VII. *Sparsum hominem inter scolasticos insanum, inter insanos scolasticum.* Vide Fabium lib. IX. cap. III.

Iudicium non defuisse, sed animum] Idem de Nasone Quinctiliani iudicium lib. X. *Ouidij Medea videtur mihi ostendere, quantum vir ille præstare potuerit, si ingenio suo temperare, quam indulgere maluisset.*

GRVTERVS & IVRETVS.

SI *quis alteri obtigisset*] Ita & Erasm. & Pal. pr. at quattuor alij decuriati, *si quid alteri accidisset*, quomodo citat Brissonius lib. I. de verb. sign. nec malum est. eo enim sermone mors denotatur. li. 25. ff. ad Trebellian. Cicero 2. de inuent. *si quid accidisset Cæsari, successorem potentiæ eius arbitrabantur.* Suetonius Aug. cap. vult. Iulias filiam neptemq; *si quid his accidisset, vetuit sepulchro suo inferri.* Eadem vis est verborum *si quid contigerit*. lib. 39. §. Seium. ff. de leg. 3.

Raptor

Raptor patrem suum non exorans. CONTROVERSIA XI.

LEX. *RAPTOR NISI SVVM ET RAPTÆ PATREM INTRA TRIGESIMVM DIEM EXORAVERIT, PEREAT.* Thema. *Raptor raptæ patrem exorauit: suum non exorat, accusat dementiæ.*

CONTRA RAPTOREM. *Porcij Latronis.* Moriar, inquit, moriar hodie: ego virum non fleo. Quid contremiscis senectus? quid lingua trepidas? quid oculi obstupuistis? nondum est trigesimus dies. Vitam rogas? dedi, & perdidisti. Mori inquit, filium vis. ego te mori volo: immo furor tuus, illa cæca & temeraria cupiditas: & inter hæc pater illius, qui nimis citu exoratus est. Quare tam cito senex ille remisit iniuriam? ne tristiore quidem vultu expugnatam filiæ pudicitiam tulit. timeo ne verum sit quod audio, ne nouo inauditoque more de nuptiis puellæ exoratus sit. *Cestij Pij.* Quo melius de re iudicare possitis, narrabo me iuuenem. habui patrem sanę mentis: nec tam seuerum scilicet, vt crudelis esset, nec tam indulgentem, vt incautus. Duxi vxorem, quam pater iusserat: & tamen nuptiarum mearum me pænitet. Fili, nonne sæpe excandui, sæpe reconciliatus sum, sæpe quod negaueră dedi? Ipse dispēsasti triginta dies: vt haberet primos socer, medios reus, nouissimos pater. Ne omnia vitia eius à prima adolescentia repetam, virginem rapuit, patrem accusat. Hæc intra triginta dies. Putas me accusatori promissurum, quod filio negaui? Impetraui, inquit, ab illo: alij aiunt illum à te. mediis me diebus accusas. Rapuisti virginem, cum tam libenter viueres? *Arellij Fusci Patris.* Moriar, inquit, etiamnum minaris: nondum rogas. Quid, inquit, rogabo? iam lassus es, nec illum adhuc rogasti. Non possum, inquit, exorare tam diu? Nouo more obijcit dementiæ constantiam. Quid? ergo tu poteris videre morientem filium? fortasse non potero: & ideo irascor, dum licet. *Pompeij Silonis.* Hæc audacia eius ex parte culpæ meæ est: nimium indulgenter nutritus est: omnia sibi putat licere: nec ille vnquam me rogauit. Ignouit, inquit. Ita alius ante me rogatus est? Non nosti condicionem legis tuæ: in hac qui pares sententias habent, pereunt. ipse ad alienam se misit, lex illum misit ad meam. *Raptor nisi & suum & raptæ patrem exorauerit, pereat.* Vis scire, lex vtrum maluerit? non exoratus irascitur. ex duobus patribus eum raptor accusat, qui legem sequitur. *Arellij Fusci.* Miraris me dubitare. ipsa lex inter mortem & nuptias dubia est. Quid me intempestiuæ proditis lacrymæ? Nondum erat tempus flendi. Non est quod quicquam tibi promisisse lacrymas putes. fleo, quod necesse mihi est spectare filium morientem. Quid facturus sim, adhuc nescio, vtique tu ante tricesimum diem nescies. Exorabis, inquis, patrem. Quid ergo mihi molestus es si hoc tibi satis est? O Dij, effregit fores? & identidem leges inuocantem coegit pati stuprum, nisi tam facile puellam exorauit, quam patrem. Mortem vita meruit, accusatione deprecatur. Consumuntur interim dies. Vter nostrum consumit? Rogo, inquit. Non est tuum me rogare. Nunc ego rogare debueram, qui periclitor. *Papirij Fabiani.* Demens sum, vides: turpiter viuo, meretricem amo, leges ignoro, dies tuos non numero: ad iudicem vocatus, non adsum. Ergo moriar, inquit. hoc si reo dicis, non curo: si iudici videbo: si dementi, non intelligo. Demens, inquit, es. & huic aliquis ignoscere potest, qui sic rogat? Vos mei iudices estis. iste habet suum iudicem. nec potest inexorabilem queri, quem nondum expertus est. *Iunij Gallionis.* Rogo, inquit. Num sic? si volebas rogare, admouisses propinquos, amicos, maiorum imagines, lacrymas, repetitos alte gemitus. Testor Deos, sic rogaturus fui puellæ patrem. Cum, inquit, multum in suppliciis habitum submiseris, cum dixeris: Pænitet quod rapui, quod te priorem non rogaui: cum dixeris te dementem fuisse, deliberabo cum amicis, deliberabo cum propinquis, deliberabo cum tua matre. Me miserum, quam pæne promisi? anime dura. heri fortior eras: & multum habeo quod deliberem. diuersi me affectus distringunt. inter reum & patrem distrahor. Hinc iniuria est, hinc natura. Quid properas? nemo tibi præter me rogandus est. Ergo, inquit, misereberis? nihil promitto ante tricesimum diem. Miserum me, quod tantum triginta diebus irasci possum. longiore tempore opus erat. Audi à demente exempla huic crimini. Denis vicenisque annis inter bella iuuentus consenuit: nos triginta dies ferre non possumus. Deliberabo, lex nihil vult temere fieri. Magna res est, inquit: delibera, cogita, tempus accipe. effregisti domum ciuis, vt dicis, etiam misericordis. Morere. non est hoc nocenti graue. Ego nihil peccaui: propter te mori cupio. ratio à me exigitur alienæ culpæ, non meæ potestatis. Quid ergo facturus es? non pronunciabo ante supremum. Quid sic miraris, si illum citius exorasti? facilius est iniuriam donare, quam crimen. Agedum in medium senex, cuius misericordia crudelis sum: non putasti mecum deliberandum? Vnde autem scis, quem filium habeam ego certe adhuc nescio, qualem filiam habeas. Nullum tempus vni verbo angustum est. Iam, inquit, angustum tempus est. & tibi vacat accusare? *Valij Rufi.* Quis vnquam præter me ignoscere iussus est, iam, inquit, tempus angustum est. ita non putas me subducere quantum superfit? Iam, inquit, tempus angustum est. Angustum erat, si duos rogare deberes. Angustum tempus est, exclamat: nescio quid rogem. Roga ergo. Me priorem rogare debuisti: non dico quia dignior sum, qui prius roger: quia pater tuus: id quod minimum est, propius habito. Huc videlicet illa pars legis pertinebat, vt suum patrem exoret. Patrem natus sic aliquis exorat, sic deprecatur? Apparet nunc te primum rogare. Demens sum: immo si vis argumentum, dabo tibi. filius meus moriturus est: nondum testamentum mutaui. *Cornelij Hispani.* Multi me affectus diducunt: necesse est de aliis querar, de aliis erubescam, de aliis timeam, de omnibus etiamnum deliberem. Ne ille quidem, quamuis dicatur nimis exorabilis, ignouisset, si sic rogatus esset.

Pars altera. Arellij Fusci Patris. Me miserum, pater. iræ tuæ detractum est nihil, & tempori multum. infelicior sum, quam si neutrum exorassem. Mortem timeo, postquam mihi homines gratulati sunt. Quid tibi, optime socer, pro ista misericordia tua, qua mihi & patri meo pepercisti, precer, nisi superstitem filiam? *Papirij Fabiani.* Non possum dissimulare, pater, quod illum exoraui, tuum beneficium est. certe cum exoratus est, hoc dixit: Aliud quidem suadebat dolor meus: sed quid faciam? patris tui misereor. Miserere pater: scis quam breuis sit aduocatio mea. Misereor, inquit, vis verum dicam, quid dixerit? patris tui. Vnde ego miser ab hoc patre veniēs timerem patrem? *Cestij Pij.* Timeo mortem, nec iam habeo cui peream. *Marillij.* Si tibi tam pertinax aduersum me odium est, audacter quid scis facturus, pronuntia. dic exorari te non posse, quid me incerta mortis expectatione suspendis? solicitus inter somnos quoque velut admotam ceruicibus meis securim expauesco. si non impetro vt viuam, hoc certe impetrem, ne diu moriar. Non est quod putetis legem in numero dierum angustam fuisse. lex illius, diu moriar. Responde, pater, si seruaturus es filium, iam tempus fuit: si occisurus, iam tempus est: non possum sustinere vltra hæc tormenta, diebus paucis & in me mihi aliud licet. *Blandi.* Ita parum contigit tibi, quod solus periclitante filio non rogas?

Diuisio. Latro sic diuisit, An intra tricesimum diem raptor agere possit: sicut non potest qui in custodia est, qui in carcere est. Si cum alio potest, An cum patre possit, cui vitæ mortisque arbitrium datum est. cum illi accusare eum liberum est, quem mortiferum est non exorasse. etiam si cum patre potest agere, An ob id possit cuius faciendi potestatem lex patri dedit. Ista enim ratione nihil licet, si aut exorari, aut accusari ei necesse est. deinde si possit agere, An debeat. Irascendi causam tractauit, quod alium prius rogauit, quod me non rogauit, quod etiam accusat. Si non exorauit filius, dementia est. tantum dementiam ferre non possum, cum adhuc an exoretur, incertum sit. Hic paterno affectu tractauit spem faciendi. non probabat Fuscum, qui paulo apertius agebat: * est controuersiam promittere. potest nihilominus & bonus agi pater, & non exoratus. *Fabianus* eam quæstionem fecit, & in ea multū moratus est: dementiæ non posse agi, nisi cum eo qui morbo fureret: in hoc enim latam esse legem, vt pater à filio sanari deberet, non vt regi. *Latro* eleganter dicebat quasdam esse quæstiones, quæ deberent inter res iudicatas referri: tanquam, An quicquid optauerit vir fortis, aut tyrannicida, accipere debeat: quasi iam pronuntiatum sit non debere. Nemo quæstionem hanc iam tractat, sicut ne illam quidem, An quicquid pater imperat, faciendū sit. Inter has putabat & hanc esse, An pater ob dementiam quæ morbo fieret, tantum accusari à filio debeat. Aiebat enim manifestius esse de lege & officio patris quæri, & fingi quasdam controuersias, in quibus pater furiosus probari non possit, nec absolui tamen propter nimiam impietatem, libidinem fœdam. Quid ergo, aiebat, nunquam vtar hac quæstione? vtar, sed cum aliis deficiar. *Pollio Asinius* dicebat, hoc Latronem videri tanquam forensem facere, vt ineptas quæstiones circuncideret. in nulla magis illū re scholasticum deprehēdi. Remittit, inquit, eam quæstionē quæ semper pro patribus valentissima est. Ego semper scio, nullum patri curatorem dari, quia iniquus pater sit, aut impius; sed quia furiosus: hoc autem in foro esse curatorem petere, quod in schola demētiæ agere. *Gallio* & superiore vsus est quæstione, & illam adiecit: An agi cum patre dementiæ possit, ob id quod facturus esset, non ob id quod fecerit neminem iniuriarum accusari, quod iniuriam facturus sit: non adulterij, quod adulterium commissurus sit: ne dementiæ quidem, quod demens facturus sit aliquid. Tu vero, inquit, mecū agis, non quod non exorasti, sed quod exoraturus non es: puta enim me hodie exorari. ergo demens videor, qui vno me verbo sanare possum? Lex triginta dies dedit: quia iudicauit aliquem duriorem futurum. Etiam si demens est, qui non exoratur à filio, num qui etiam vigesimo? ergo non potes hoc nomine damnare me, quod exoratus non sim: etiamnum enim exorari possum. Itaq; si quis vestrum agere mecum hoc crimen non potest, vt si quem ad triginta dies exorare possum; post triginta quæri non potest. aut crimē non habeo, aut accusatorem. *Silo Pompeius* fecit quæstionem, qua Gallio vsus est, nihil acturum adolescentem, etiam si damnauerit patrem. nihilominus enim periturum, quia lex nullam aliam salutis viam dedit raptori, quam si exorauerit patrem. *Latro* hæc omnia quasi membra in aliquam quæstionem incurrentia tractabat, non vt quæstionem: quanquam hoc ipsum in aliam aiebat quæstionē incurrere, in qua quæritur, An raptor possit accusare patrem intra tricesimū diem. Nam cum dico, nō potes accusare eum in cuius arbitrio positum est, moriaris, an viuas: non magis quam magistratū in ius vocare, quam de iudicibus tuis ferre sentētiam, non magis quam miles in imperatorem suum animaduertere, adiicio, Non potes accusare. nihil enim tibi proderit. etiam si damnaueris, morieris. Lex enim, si non exoraueris, perire te vult. non exoras autem, etiam si damnas. Quare hoc non quæstionis loco ponebat, quod imbecillum putabat. Apparet enim exigere legem ab eo, vt exoret patrem: qui non habet quem exoret. puta enim patrem alicuius esse tam palam furiosum, vt nihil intelligat: hūc exorari à filio non vult. Atqui eodem loco est manifestus. *Clemens Iustus* parum hoc putabat valens esse, tanquam quæstionem: satis valens, tanquam argumentum: & illam alteram satis valentem quæstionem, non posse cum patre agi eo nomine, quod non peccauerit: sed tractaturus iste iniquitatem tractationis ponebat cum diceret: Agere mecum dementiæ, etsi iam potest, nunquid enim peccaui? non sum exoratus, nondum tempus transiit, etiamnum exorari possum. quam iniquum est nondum esse me nocentem, esse iam reum!

Color. Omnes infamauerunt raptæ patrem, quasi cum raptore colludentem. *Gallio* dixit: Ingenuus virginem rapuit, si tamen rapuit. *Silo Pompeius* eandem suspicionem in omnia contulit. Exorauit, inquit, raptæ patrem. Ita tu, cum tam exorabilem patrem haberet, rapuisti? *Hispanus* dixit: Omnia cito facta sunt: iste cito rapuit, ille cito ignouit. nisi demens sum, est aliud suspicandum. *Argentarius* dixit: Rapta est, & statim exorata: immo nescio an exorata, deinde rapta. spero te inno-

innocentiorem fuisse quàm vis videri. Tu exorasse te dicis. Ego te exoratum puto: dic quid tibi cum socero conuenit? *Rufus Vibius* dixit: Dic mihi, quid tibi conuenerit, quando tibi nuptias promiserit. nec victum te hercules fateberis, cum dies venerit. *Asprenas* dixit: Iam, inquit, non multum reliquum est ex triginta diebus: si ex illo dies numerarẽ, cum primũ exorasti, aiunt iam triginta dies prætetisse. *Latro* dixit id quod inter sentẽtias scriptum est. adoriar: dic ergo verum. *Cestius* hac figura declamauit, vt rogaret patrem, tanquam exoratus esset raptæ pater: deinde ad hanc sententiam transit: Nũquid peiorem caussam habeo, si apud alterum iudicer? *Lucius* eadẽ figura declamauit, & *Hispo Romanus*: sed transit mollius. Scio quid responderi mihi possit: Facile est domestico iudici satisfacere. Videro te, cum ad raptæ patrem veneris. In hac Controuersia *Triarius* dixerat: Non scies an exores, nisi vltimus dies venerit: & tunc, quoad lucebit, perseuerabo. Deinde cum scholasticorum summo fragore: Et tu quisquis es carnifex, cum strictam sustuleris securim, antequam ferias, patrem respice. Belle deridebat hoc *Asinius Pollio*. Filius, inquit, ceruicem porrigat, carnifex manum tollat, deinde respiciat ad patrem, & dicat: *Agon?* quod fieri solet victimis. Sed ioco quoque remoto aiebat rem verissimam, non posse carnificem venire, nisi eo tempore quo iam pater exorari non posset. *Cestius* ex altera parte hoc colore vsus est: quia priorem rogasset raptæ patrem. Suspensum esse volui, statim illum securum esse nolui. De me quæritur, quod illum prius cogitare de patrimonio filij, quam de periculo volui. *Latro* hoc colore vsus est. Scitis periclitãtes alieno arbitrio agere: illi qui circa erãt sodales, qui occurrerãt amici paterni, aiebant: Eamus statim ad raptæ patrem. in huiusmodi casu illi rogantur: nam raptoris patres rogant. *Silo* Pompeius diuersum colorem huic secutus est. Non erit, inquit, duritia patris mei: item amici suaserunt, ad raptæ patrem iremus, ne nocerent apud illum quod tarde suum exoret patrem. *Hispo Romanus* bello docismo vsus est. Vultis, inquit, amici, eamus ad raptæ patrem? occurremus: ille domi est. *Fuscus Arellius* dixit: Ille prior rogatus est, qui magis timebatur. *Triarius* à parte adolescentis dixit: Timeo ne mutetur etiam exoratus. Huoc sensum non imprudẽter *Silo Pompeius* improbabat: aiebat enim non posse mutari semel latam sententiam. Quidam voluerunt videri, cito exoratum raptæ patrem: quidam tarde: *Fuscus Arellius* dixit: Magnam partem legis consumpsi: nec de mora queror: raptæ pater rogabatur. *Cestius* non probabat, & hac sententia vsus est, cum hunc colorem arguendum putaret: Vult videri rogatum diu raptæ patrem, effecit vt videatur eum diu non rogasse, malo autem videri hoc patrem tarde exorari, quam tarde rogari. *Hermagoras* solebat interdum diu schemata prosequi, interdum breuiter & fortius attingere: sicut in hac sententia fecit, cum suspicionem facere vellet, inter raptæ patrem & raptorem collusionis: πέπεικε, φησὶν, ὁ τῆς φθαρείσης πατὴρ ἤδη, ὡς τάχιον μονονοῦ πρὸ τῆς φθορᾶς. *Artemon* dixit: λέγε, σὺ τίς πρὸς πατέρα τῆς ἐφθαρμένης. ἀντιβολεῖ κεῖται σ' ἱκετεύειν. καὶ σιωπᾷς ἀεί. *Glycon* dixit: μαλακὰ ἀπεφῶ, σὺ μόνον ΕΡΗΣΡΤΕΗΣ ὅτι ἔσθλω ωΚΡ πότερον ἀπόθου μέσμηνα, ἢ πατὴρ ὅπη τὸ ἔλεον. Hunc sensum commodius dixit *Lepidus*, Neronis præceptor: Misereris, nisi etiam vltimo die egomet iam tui misereor. *Diocles Carystius* à parte patris ethicos dixit: ἰδὼν ὑμᾶς, ἰδὼν ἀλλοῦς. τίς ἄρ᾽ ἤγνοεν σε, εἰς τί παρῆγεν, εἰς τί παρεγίνετο, καὶ ταῦτα ὅτι ἐμὲ ἀνάγκας ὑπῆμοιον.

IN CONTROVERSIAM VNDECIMAM.

NICOLAVS FABER.

MORIAR, *inquit, moriar hodie.*] Quædam hic deesse videntur, nec dubito quin Latronis figuratam illam sententiã à Quinctiliano laudatam in hac Controuersia posuerit hoc loco Seneca, qua credibilem suspicionem fecit se exorari posse. Quinctiliani locus cap. II. lib. IX. sic habet: *Est latens & illa significatio, qua cum ius asperius petitur à iudice, fit et tamen spes aliqua clementiæ: non palam, ne paciscamur: sed per quandam credibilem suspicionem, vt in multis Controuersiis, sed in hac quoque. Raptor nisi intra trigesimum diem, & raptæ patrem & suum exorauerit, pereat. qui exorato raptæ patre suum non exorat, agit cum eo dementiæ. Nam si palam promittat hic pater, lis tollitur. Si nullam spem faciat, vt non demens, crudelis certe videatur, & à se iudicium auertat. Latro igitur optime, Occidet ergo? si potero.* Ad idem enim spectant quæ in hac Controuersia sequuntur. *Quid contremiscis senectus, quid lingua trepidas? quid oculi obstupuistis? nondum est tricesimus dies.* & plane cum illis Quinctiliani cohærere videntur.

Exorabis, inquit, Fortasse, *Exoraui, inquis, raptæ patrem.*

Mortem vita meruit,] Scribo, *mortem vitare meruit, accusatione deprecatus? Consumuntur* &c.

Senec.

Cum, inquit, multum in suppliciis habitum] Lego, *Cum, inquit, vultum in suppliciis habitum* &c.

Anime dura: heri fortior eras:] Quinctilianus loco quo supra legit, *dura anima hodie, dura, heri fortior fuisti,* hancque sententiam patri Gallioni tribuit, quem etiam Rhetoricorũ libros scripsisse cap. I. li. III. dicit. Duo igitur Iunij Galliones Rhetores fuerũt (non enim patrem vtroque loco vocaret, nisi vt à filio eiusdem nominis, æque celebri declamatore secerneret) hic videlicet amicus Sen. patris, quẽ ideo fere vbique hoc opere nostrum appellat, & cuius vnius sunt sententiæ, quæ Gallioni his libris adscribuntur: alter filius, quem non dubito quin ille ipse sit Gallio frater L. Senecæ, qui & Nouatus, per adoptionem in nomẽ & familiam Iuniorum receptus est. vt εὐστόχως coniecit I. Lipsius. Id enim indicat duplex eius nomen. Nam Iunium Annæũ Gallionem B. Hieronymus in Eusebiano Chronico vocat, quod duplicẽ eius familiam ostendit, Et à qua transit, & in quam admissus est. Fuit autem Gallio pater, quemadmodũ & filius Cordubensis. Is enim est Gallio quem inter claros Cordubenses dulcem vocat Statius, cui etiam Quinctilianus in dicẽdo

lenitatem tribuit, cum de hac ipsa sententia, quę in manu est, scribit, *remissus, & pro suo ingenio Gallio pater* &c. cuiusque Tacitus tinnitus perstringit quare non mirum est, si ex nominum, patriæ & studij similitudine, personarum confusio nata sit.

Raptor agere possit:] Omnes editiones, recenti Romana excepta, legunt, *an intra tricesimum diem raptor cum filio agere possit.* Hæc duo vocabula *cum filio*, vt corrupta prætermiserunt in editione Romana, quæ emendare præstiterat, & legere, *raptor cum alio agere possit.* Sequitur enim, *si cum alio agere possit*, &c.

Si non exorauit filius dementia est.] Hæc quæ sequuntur fortasse constabunt, si legamus, *si non exorauit filius, an dementia est? Tandem, an dementiæ agere possit, cum adhuc an exoretur incertum sit?* quod etsi à vestigiis editæ lectionis recedat, sententiæ tamen consecutio non aliud facile admittit:

Itaque si quis vestrum] Vult dicere dementiæ secum à filio raptore agi non posse ob id quod non exoretur, hoc dilemmate: quud ante tricesimum diem intra legem adhuc sit, ideoque agi nequeat: post tricesimum si non exoretur, raptor moriturus sit, & ita accusatore deficietur. quomodo autem id dicat, non video, nisi legamus. *Itaque filius agere mecum hoc crimine non potest. si quidem ante triginta dies exorari possum, post triginta queri non potest.* vel, *Itaque quis vestrum agere mecum me hoc crimine potest?* &c.

Qui non habet quem exoret.] At quomodo patrem exorabit qui non habet? Videtur igitur legendũ, *qui eum habet quem exoret*, id est qui exorari queat.

Atqui eodem loco est manifestus. Clemens Iustus] Non multis verbis opus est vt persuadeam legendum esse, *atqui eodem loco est manifestus demens. Iustus.* &c. quamuis vt verum fatear, non mihi liqueat quis ille sit Iustus Rhetor: nisi legamus, *Iunius parum hoc putabat valens esse.* In declamatione autem Quinctiliani cccxlix. eiusdem argumenti contrario errore legitur, *Quis est iste tam demens* cum legendum sit. *Quis est iste tam clemens?*

Sed tractaturus iste iniquitatem tractationis] Fortasse legendum est *iniquitatem actionis*, vel *accusationis*: & linea sequenti, *Agere mecum dementiæ etiam iam potes?* aliter vacillat locus?

Adoriar: dic ego verum] Fortasse legendum, *Moriar? dic ergo verum.* vt sint verba patris vrgentis filium ad confessionem collusionis eum raptæ patre nouo more, vt supra dixit, de filiæ nuptiis exorato. quasi diceret, interrogas an moriturus sis: fatere te non rapuisse, sed ex compacto cum patre raptæ raptum simulatum, vt ducere eam cogereris.

Cestius hac figura declamauit,] Id est, hoc ductu. Ita enim modum, quo tota causa agenda est, vocat Fortunatianus.

Agon?] De hac formula vide quæ B. Brissonius summi ordinis pręses, non magis dignitate quam ingenio, doctrina, atque eloquentia amplissimus, lib. primo egregij sui operis de formulis P.R. diligentissime collegit.

Cestius ex altera parte] Hæc Cestij à filio sunt excusante se cur raptæ patrem priorem rogauerit. eo nimirum colore, vt in gratiam sui patris fecisse videatur, ne scilicet diutius de filij periculo suspensus angeretur. Quare videndum, num ita legi debeat: *suspensum esse nolui, statim illum securum esse volui. de me queritur quod illum potius cogitare de matrimonio filij, quam de periculo volui.* Nam exorato puellæ patre de filij periculo solicitari nequit, cuius ipse est arbiter.

Item amici suaserunt.] Lego *Amici suaserunt ad raptæ patrem iremus, ne noceret apud illam quod tarde suum exoraremus patrem.* Ita fere habent præcedentes editiones.

Bello doctissimo] id est ἐνάργεια quæ Ciceroni de Orat. lib. III. euidentia & illustratio nominatur nempe qua, vt definit Rufinianus, formam rerum, & imaginem ita in oratione substituimus, vt lectoris oculis, præsentiæque subiiciamus. Quinctilianus cap. II. lib. VI. & IX.

SCHOTTVS.

R*APTOR nisi & suum*] Lege Fabium Quinct. lib. ix. cap. ij. extremo.

Mortem vita non meruit] Scriptum erat vitiose, *morte vitiationem meruit, accusatione deprecatus.* Quidam coniecerat legendum, *morte vita nunc meruit.*

Dies tuos non numero. In epitoma calamo exarata (quod tamen non sequor) absque negatione legitur: *Dies tuos numero.* Tale illud Ouidianum Metamorph.

Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Et apud Quinctilianum lib. ix. cap. iij. ἀντανάκλασις est eiusdem verbi contraria significatione. *Cum Proculeius quereretur de filio quod is mortem suam exspectaret: & ille dixisset, se vero non exspectare: immo,* inquit, *rogo exspectes*, quod & apud P. Rutilium in Figuris disertius legitur. Emendandum tamen sublata vna voce, ex illo Fabij loco, vt in Suasoriis admonui.

Quod deteriorem non rogaui] *Quod te priorem*, recte in membranis, & *rapui*, non vt in editis *rapuit.* Sic enim post paullo pater: *Me priorem rogare debuisti: non dico quia dignus sum qui prius roger, quia pater tuus; id quod minimum est*, (vel vt in veteri *quod nimium est*) *propius habito.*

Anime, dura] Respexit hunc locum Fabius li. 9. cap. 2. vbi multa de Declamatorum Controuersiis, legitque paullo aliter. *Latro igitur optime, occidet, si potero. Remissus & pro suo ingenio pater Gallio, dura anime hodie, dura: heri fortior fuisti.* Sic Catullus Carm. viij.

Sed obstinata mente perfer, obdura.

& C. Plinius lib. j. Epistol. *Nihil iam ne me quidem impetraturum tam obstinate magis magisque indurasse.*

Denis, vicenisque annis inter bella iuuentus consenuit] Dena stipendia equites faciebant: vt ex T. Liuij lib. 27. colligo. vicena vero, & quod excurrit pedites, vt Liuius libr. 42. Dion, Tacitus & Seruius in Virgilium. Deinde *veteranos* eos appellabant, auctore Suida.

Nisi superstitem filium] Sic Plautus Asinaria:

Sicut tuum vis vnicum gnatum tuæ
Superesse vitæ sospitem & superstitem;
Ita te obtestor.

Quod vitæ mortisque arbitrium datum est] Legendi I. C. de Patria potestate. Addam è Simplicio in Epictetum Philosophum Stoicum insignem locum, in gratiam eorum qui Philosophia ex Græcis fontibus purius hausta, & veteris Iuris cognitione mirifice delectantur. Οἱ δὲ παλαιοὶ

τῶν

τῶν Ῥωμαίων νόμοι, καὶ πρὸς τὴν τῆς φύσεως ὑπεροχὴν ἀποβλέψαντες, καὶ πρὸς τοὺς πόνους οὓς οἱ γονεῖς ὑπὲρ τῶν τέκνων ποιοῦσιν ἅμα, καὶ τοὺς παῖδας καταδουλῶσθαι ὑποτάξαι βουλόμενοι, καὶ τὰ τῶν γονέων εἶναι φυσικῇ φιλοστοργίᾳ θαρρήσαντες, καὶ παρασκευὴν εἰ βούλοιντο τοὺς παῖδας τοῖς γονεῦσιν ἐπιτρέψαι, καὶ φονεύειν ἀτιμωρήτως. οἱ δὲ ἔτι παλαιότεροι τοσοῦτον τοὺς γονέας ὑπέθεντο, ὡς καὶ θεοὺς αὐτοὺς ἐφ' ἡμῖν ἀγαθόν. ὑπολαβόντες δὲ τὴν θείαν ὑπεροχὴν, τοὺς τῶν γονέων ἀδελφοὺς θεοὺς ἐκάλουν, ἐνδεικνύμενοι τὴν τάξιν, ἣν τοὺς γονέας ἔχειν πρὸς τοὺς παῖδας τοὺς ἐκείνων ὑπελάμβανον. Eadem & Sex. Empiricus Philoſophus Pyrrhonius lib. 3. Hypotypoſeωn, vbi de morum leguinque apud omnes gentes varietate.

Dementiæ non poſſe agi] In veteri *Dementiam* accuſandi caſu reperi: non reiicio tamen vulgarem. Et Contro. xj. *Illos agi*: Et hac ipſa: *Ita ſi quis veſtrum agere mecum hoc crimē non poteſt*. Sic Cicero in Lælio *caput agi* & alibi dixit, vt legit & Agellius li. j. cap. iij. pro quo vulgo *de capite* ſubſtitutum eſt.

Niſi quis morbo fureret] Inſ. *Ego ſcio nullum patri curatorem dari, quia iniquus ſit, aut impius, ſed quia furioſus* Lex Decem viralis in xij. Tabulas relata: SI FVRIOSVS EXISTAT, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque eius poteſtas eſto. Cicero 2. de inuentione Rhetorica, & 3. Tuſcul. & Cornificius Rhetoric. lib. 1. ad Herennium, & Vlpianus Tit. xii. Inſtitut.

Inter res iudicatas referri] *Res iudicata* dicitur à I. C. quæ iudicis pronuntiatione finem controuerſiarum accepit: quod vel condemnatione, vel abſolutione contigit. l. 1 ff. de re iudic.

An quidquid optauerit vir fortis] Thema enim & hoc Contr. ſæpe numero fuit, vt ex Quinctil. l. ix. cap. ii. & Fabij Senis Declamatoribus didici, & ex Plinij Controuerſiis, de quibus Agellius lib. ix. cap. xvi.

Vtar & malis deficiar] Mirum quam variet vetus codex: habet enim *vt Arte malus deficiam*, in quo haud ſcio an reperterim non quod pueri in faba. Fort. *Archemorus* reſcribendum, qui adhuc infans à ſerpente occiſus eſt, teſte Statio Papinio: in cuius honorem annuus agon inſtitutus, qui ludi Nemeæ dicti. Achias lib. 1. Epigram. Nunneſius vero, *arte malus*, aut, *malis deficiar*: id eſt, cum hanc Quæſtionem ex præceptis artis addidero, qua efficiam, vt pater abſolui non poſſit, me malis explicabo.

Quod in Scholaſticam dementiam ageret] Corruptum ſane, pro *in Scholaſtica Dementia ageret*, niſi forte accuſandi caſum affectauit Rhetor, vt Sup. hac ipſa Controuer. admonui. Vide Cuiacium lib. ix. obſeruat. cap. xiii.

Eſt manifeſtus. Iuſtus] Aſteriſcus deeſſe aliquid ad ſenſum admonuit, quod de veteri reponimus: *Eſt manifeſtus demens. IVSTVS* autem hic Declamator non alibi nominatur: nefas tamen contra libros mutare in *Iunius*, aut *Fuſcus*, vt quidam auſi fuerunt. Numerum igitur hic Declamatorum augebit.

Cum reptore colludentem] Hoc eſt, dicis gratia, & perfunctorie accuſandi munere defungentem: Frequens eſt in I. C. ſcriptis, qui & Præuaricationis crimen vocant.

Quod cum ad ius lugebit] Hic crucem Grāmaticis fixam video Tentabam locum ſanare, parum aut Senec.

nihil à libro adiutus, qui & pro *quod* legit. Leg. igitur: *Et cum is dies lucebit*, vel potius, *& cum id iam lucebit*, more Comico, Plauti & Terentij, digitum in cælum intendendo. Sic enim ille in Amphitr.

Eamus Amphitruo, luceſcit hoc iam.

Et Curculione:

Nam hoc quidem, edepol, haud multo poſt luce lucebit.

Item Milite:

Vigila cum expergiſcere inquam: lucet hoc inquam.

Et Terentius Heautontim:

Luceſcit hoc iam: ceſſo pulſare oſtium.

Et Cicero 1. ad Atticum: *Catilina ſi iudicatum erit, meridie non lucere, certus erit competitor.* Quid ſi, *& cum Dius lucebit*, propius à vulgari legas? Vel, *Et cum id ius lugebis, perſeuerabo.*

Agon' quod fieri ſolet victimis? Hoc eſt ſeriamne? Quo verbo *Victimarius* idētidem vtebatur, priuſquam victimam cæderet. Locum hunc egregius ille Politianus Miſcellan. cap. 60. Ouidij illo 1. Faſtorum illuſtrauit.

Nominis eſſe poteſt ſuccinctus cauſſa miniſter,
Hoſtia cœlitibus quo feriente cadat:
Qui calido ſtrictos tincturus ſanguine cultros
Semper AGATNE rogat, nec niſi iuſſus AGIT.

Securi autem victimæ percutiebantur. Hinc enim Hoſtiam deriuat Feſtus, vel ex Feſto Paullus, ab hoſtire, quod ferire. Annæus Seneca lib. iii. Roman. Breuiarij: *Nec gladio, ſed vt victimas, ſecuri percutiunt.* Valer. quoque Maximus lib. ii. cap. vii. de Tito Manlio Torquato. Et ſæpe idē Ouidius cap. vii. Metamorph. iv. Triſtium & iv. Faſtor. item iv. de Ponto, & Virg. 2. Æneidos:

Quales mugitus fugit cum ſaucius aras
Taurus, & incertam excuſſit ceruice ſecurim.

Quid autem ſit *Lege agere*, dicam ad Controu. xxv. & xxxii.

Artemon dixit] Græca hic à fuga reuocauimus.

Diocles Caryſtius, à parte patris Ethicos dixit] ἠθικῶς autem dicere, quod & Albucio Controu. ſequēti tribuit, & Naſoni Controuerſ. x. extrema, eſt Hermogeni Rhetori præſtantiſſimo, vna de vi. Idearum generibus: quæ ſunt, μέγεθος, σαφήνεια, γοργότης, κάλλος ἢ ἐπιμέλεια, ἠθικὸς λόγος καὶ δεινότης, hoc eſt, *Magnitudo orationis, perſpicuitas, velocitas, venuſtas, morata oratio atque grauitas.* De quibus acute & diſerte Petr. Io. Nunneſius Inſtitut. Rhetoricarum libros iv. quos ad Hermogenis Methodum ita reuocauit, vt nihil in hoc genere editum hactenus accuratius.

GRVTERVS ET IVRETVS.

AGON? *quod fieri ſolet victimis*] quare belle Ouidius in Faſtis:

Qui calido ſtrictos tincturus ſanguine cultros
Semper agatne rogat, nec niſi iuſſus agit.

agon? hoc eſt *agone*? ex quo Agonaliorum ferias nomen inueniſſe nonnullus placuit. videatur Politianus lib. Miſcell. cap. 60. Briſſonius lib. de form.

Occurremus, ille domi eſt] Pal. & Eraſmus, *hoc curremus, ille domi eſt.*

Nepos ex meretrice susceptus. CONTROVERSIA XII.

THEMA. *Abdicauit quidam filium. abdicatus se contulit ad meretricem: ex ea sustulit filium. æger ad patrem misit. cum venisset, commendauit ei filium suum, & decessit. adoptauit puerum. ab altero filio accusatur dementiæ.*

PRO PATRE. *Porcij Latronis.* Qualem vidi! ipsa fungebatur officiis, sedula circa lectum ægrotantis in omnia discurrebat ministeria, non impulsis tantum, sed laniatis capillis. Vbi est, inquam, meretrix? Venit ad me cedulo, qui diceret: Filius antequam moritur, rogat venias. Non expectaui, dum iste permitteret. amens cucurri. Cetera quemadmodum narrem nescio: steterim, an sederim, quid locutus sim, quid audierim, nescin: hoc vnum scio. iacuisse me inter duos filios: accede huc puer, depositum, crimen meum: non habeo miser, cui te moriturus commendam. *Cestij Pij.* Recepi in sinum nepotem. Vultis, & hunc abdicem? duos filios tuli. huic numero iam assueui. Patrem accusat, fratrem infamat, infantem persequitur. Rogo vos non satius est meretricem amare, quam neminem? noui generis dementia arguitur, sanus eram, si non agnoscerem meos. Tradidit infantem, & expirauit: non habui cui redderem. Offerebam me propinquis, expectabam vt aliquis pro abdicato rogaret, nemo audebat propinquorum fratre cessante. illa videlicet in hac cogitatione tacebat. Nos rogabimus, cum frater non audeat? Meretricis, inquit, filium recepisti: nempe eius quæ meũ receperat. Fateor me aliquando insanum fuisse. Nescio quis esset abdicatus: meliorem extuli. *Papirij Fabiani.* Quã nihil in domo illa meretricia fœdi vidi! assidebat mulier tristi vultu affecta, ægro simillima ipsa, demissis in terram oculis. Pater, inquit, nihil tecum frater locutus est? in sinu meo & filium & animam deposuit. domum petruli. dementiam vocat, quod infantem non abdicaui. Quid facerem? negarem aliquid filio, cum ille rogaret pro filio? Ignosco tibi, quod tam durus es. ægrum fratrem nõ vidisti. Ille magni successor modo patrimonij natus in lectulo præcatio moriebatur. Non seruorum turba circunstabat, non amicorum: inter infantem & mulierculam, deficientis adolescentis spiritus in aduentum meum sustinebatur. Vt intraui, cadentes iam oculos ad nomen meum erexit, fugientemque animam retinuit. Pater, inquit, quod adhuc nihil deprecatus sum, non contumacia feci, fratri mandaueram. Indico tibi crimina mea: expirantem coheredem tuum ad vitam volui reuocari. Vt saluus esset, rogaui deos: &, licet dementiam voces, si vixisset, recepissem. *Arellij Fusci Patris.* Securior eram, quoniam putaueram illi omnia præstare fratrem, cum subito nũtiatum est, in vltimis esse filium: nec hoc à fratre. ô me miserum, quod solum nepotem recepi. *Albutij Sili.* Vt vidit vxorẽ, vidit & fratrem, circunspiciebat & patrem. *Iulij Bassi.* Tibi debeo mulier: quod habuit filius meus in qua domo ægrotaret. Pudet dicere: vt nepotem agnoscerem, rogatus sum. Non potest vno crimine dementia intelligi. Nemo sine vitio est. in Catone moderatio, in Cicerone constantia desideratur. ad summam, tres fuimus. omnes peccauimus: ego, quod abdicaui: frater, quod tacuit: tu, quod pro fratre non rogasti. Non sum vno herede contentus: duos habere volui: & quo magis cõcupiscã, habui. Misit ad me affectus æger, non ibo? mihi crede, aliter à dus de coherede. Cogitate & quis roget & quem roget. videbitis negare non posse, nisi qui accusare possit & patrem.

Altera pars. Portij Latronis. Quem honestius subiecit meretrix quam peperit. Pater istius incertus est. bene cum ipso ageretur, si & mater. *Fusci Arellij Patris.* Errat, si quis sit qui me putet pecunia moueri: primum assueui coheredem habere, deinde olim iam cum puero isto paterna diuisi, quia mulieri ille frater donauit plus quam pro sua parte. *Romani Hisponis.* Incidit in meretricem, inter omnia mala, fœcundam. Veræ inimicæ. Noscis quibus ante in cubiculum riualis venit, quam maritus. *Argentarij.* Cum abdicaret, aiebat: Hoc scilicet expectabo, donec hac è meretrice liberos tollas. Mulier, nescio an aduersus patrem iniuriosior sis, quod abstulisti illi heredem, an quod dedisti. *Albutij Sili.* Sine veniant illuc amici, sine propinqui: nunc erubescunt in domum meretricis accedere. Mulier quæ sine præfatione honeste nominari non potes, cedo istum puerũ nulli agnoscendum: sed mater asserat. Seuerissimus pater abdicauit etiam, quem sciebat suum. Erat in domo puer, qui omnes vocabat patres. Adoptauit eius filium, propter quem etiam suum eiecerat. *Cestij Pij.* Nullum genus iudicum recuso. si seueri erunt, nocebit isti, quod receperit meretricis filium: si clementes, quod abdicauit suum. Clamauit pater: In domum ergo meam meretrix veniet, aut (quod turpius est) filius ad illam ibit? Misi in domum nostram publicum puerum. Quis illis nuptiis interfuit, nisi aut abdicatus, aut abdicandus:

Diuisio. Latro sic diuisit, An pater ob illam adoptionem accusari possit, an ob hoc debeat: omnes infamauerunt adolescentem. quasi illius criminationibus factum sit, vt frater abdicaretur. Et ideo sententia laudatur *Fabiani*: Nihil tecum locutus sum. Cum hoc vnum puero noceat, quod ex meretrice natus est, omnes operam dederunt, vt quantum in Controuersia licebat, huic vitio mederetur, efficerentque nequid in illa videretur meretricis fuisse, nisi nomen. *Marillius* decenter hoc dixit, simul obiiciens fratri impietatem. Nihil, inquit, in illa domo meretricium fuit: scires, si mecum fuisses. *Albutius* ethicos, vt multi putant, dixit: certe laudatus est, cum diceret, Exeuntem prosecutus est. non probabat hanc *Messalla* sententiam: Non habebit, inquit, fiduciam, si mauult videri recepisse puerum quam abduxisse: & ea ratione eum adoptasse, non quia debuerit, sed quia secutus est. Fuit autem Messalla exactissimi ingenij in omnis quidem studiorũ partis, Latini vtique sermonis obseruator diligentissimus. Idem itaque cum audisset Latronem declamantem, dixit: Sua lingua disertus est. ingenium illi concessit, sermonem obiecit. Non tulit hanc contumeliã Latro, & pro Pythodoro

Messalæ

Messalæ orationem disertissimam recitauit, * quam suasoriam Theodoto declamauit per triduum; quæ dixerit, suo loco reddam, cum ad Suasorias venero.

Color. A parte adolescentis non vnus omnibus color placuit. Quidam personam eius qualem acceperant, introduxerunt duram & asperam. Ex quibus fuit & *Hispo Romanus. Iunius* vnũ aiebat efficiẽdum, vt non durus videretur, sed seuerus. In hac parte dixit nobilem illam sententiam, quam Fabius Maximus circumferebat: Venit assidue in domum meretrix: nõ recedit, paulum abest, quin nouerca sit. *Cestius* bella figura egit: Dementia, inquit, res est sanitati cõtraria. Non quæram extra exẽpla sani hominis, & quod pater me rogat, ipsum sibi comparabo. Fuit aliquando sanus: tunc quid faciebat? Oderat luxuriam: vt castigaret, nunc iam seuerus. senem putabitis sanum, si vobis in lupanari ostendero? Sic declamauit, vt fratri patrem daret accusatorem, & illum argueret sibiipsi comparandum. *Latro* fratri pepercit; puerum pressit, & dixit fratris filium non esse, & ne fratrem quidem hoc fieri voluisse. illa verba ab ægro impetrata. *Fabianus* ex omnibus istis colorem secutus est optimum, qui aiebat, dicere Messallam non tantum bonam partem adolescentis fieri, sed etiam honestam. obiecit patri, quod fratrem abdicasset, non schemate, sed certo. Nihil, inquit, peccauerat. amat meretricem. solet fieri. adolescens est. expecta. emendabitur, ducet vxorem, quare tunc non egisti dementiæ? Expectabat pœnitentiam tuam, aiebat, iam resipiet. Hoc per transitum obiicere cœpit, quod non recepisset, quod vidisset in lupanari habitantem. Abdicasti, inquit, vt emendares, non vt vitia augeres in dies. nullum illius vitium ætatis est. amor est. recipe antequam aliquid faciat; cur mox pudore moriatur. Ad vltimum obiecit illi, quod ægrum non sustulisset. Potest, inquit, cõualescere, si viderit penates suos, mitius certe morietur in paterno solo suo. Quare, inquit, tu apud fratrem non fuisti? & ego queror. Ille cum ad te mitteret, putauit se ad duos mittere. Vtinam tecum fuissem, pater: redisses illinc cum filio, sed tuo. De adoptione nouissime questus est & hac figura: Abstulisti mihi fratrem, cum quo natus sum, cum quo educatus sum, vt dares istum. Indignor hanc fratri meo contumeliam, vt huius vocetur pater. Sed vt aliquid iocer, *Fabianus Maximus* nobilissimus vir fuit, qui primus foro Romano hunc vomicum morbum, quo nunc laborat, intulit: de quo Seuerus Cassius, antequam ab illo reus ageretur, dixerat: Quasi disertus es, quasi formosus es, quasi diues es, vnum tantum es: non quasi, alapam.* Hanc Controuersiam cum declamaret Maximus, dixit: Quasi triculum tale, qualia sunt quæ basilicam infestant. Dicebat autem à patre, omnes aliquid ad nos imbecilli alter alterius onera detulimus. Accusator pater in vltimis annis, nepos in primis abdicatur: nullus autem, * Hæc subinde refero, quod æque vitandarum rerum exempla ponenda sunt, quam sequendarum. In hac Controuersia *Latro* contrariam rem Controuersiæ dixit, sed sibi. Declamabat illam, Cæsare Augusto audiente & Agrippa, cuius filios nepotes suos, Cæsar Lucium & Caium adoptaturus diebus illis videbatur. Erat Agrippa inter eos qui non nati sunt nobiles, sed facti. Cum diceret partem adolescentis Latro, & tractaret adoptionis locum, dixit: Nam isti adptione nobilitati fuerunt. hæc & alia in hanc sententiam. Mæcænas innuit patri, fascina recusare. finire iam quidam declamationem putabant. hanc malignam rem [* Mæcenas] esse: effecisse enim nobilem, non vt audiret quæ dicta erant à Cæsare, sed vt notaret. Tanta autem sub diuo Augusto libertas fuit, vt præpotenti tunc M. Agrippæ non defuerint, qui ignobilitatem exprobrarent. Vipsanius Agrippa fuerat, Vipsanij nomen quasi argomẽtum paternæ humilitatis sustulerat, & M. Agrippa dicebatur. cum defenderet reum, fuit accusator qui diceret M. Agrippam, & quod medium est, volebat Vipsanium intelligi. Fuit qui diceret: Concurrite, Agrippa malum habebis, responde diis. Ea in parte vtique mihi videtur admiratione dignus diuus Augustus, sub quo tantum licuit. Sed horũ non possum misereri, qui tanti putant caput potius quam dictum perdere. Latro dignus fuit misesatione, qui ne excusare quidem errorem suum potuit. Nihil est autem crudelius quam sic offendere, vt magis sis offensurus si satisfeceris.

IN CONTROVERSIAM DVODECIMAM.

NICOLAVS FABER.

O*FFEREBAM me propinquis,*] Latentem hic & inductam lacunam ab epitome expleuimus. quæ deinde sequuntur, *illa videlicet in hac cogitatione tacebat*, corrupta sunt sed curatu facilia. Nam si legamus, *illi videlicet in hac cogitatione tacebant: Nos rogabimus* &c. plane constabit oratio.

Vidit & fratrem, circumspiciebat & patrem.] Atqui videre fratrem absentem poterat æger? sed transposita sunt hæc vocabula alterum in alterius locum, legendumque, *vidit & patrem, circumspiciebat & fratrem,* id est num fratrem videret.

Cogitare & quis roget.] Melius ita hæc legi posse suspicor, *cogitare quis roget, quem roget: videbunt neminem rogare non posse.* &c.

Messalla exactissimi] De quo egregium exstat Senec. Quinctiliani elogium. *Messalla,* inquit cap. 1. lib. x. *nitidus & candidus, & quodammodo præ se ferens in dicendo nobilitatem suam.* recte. nam & nobilissimus & eloquentissimus fuit. Quandoquidem à Voluso & Valerio Poplicola originem per infinitos consulares & triumphales ducens Valerium Coruum sexies consulem, qui centum annos impleuit, à quo Coruini nomen posteris inditum, & Messalam senem, qui de familiis Romanis scripsit, adolescens adhuc ingenio ac prudentia Trium-viris formidabilis fuit. App. lib. iv. belli ciuil. Μεσσάλας δὲ ἐπιφανὴς νέος ἐς Βροῦτον ἔφυγε, καὶ αὐτὸν δείσαντες οἱ τρεῖς, τὸ ψήφισμα προέγραψαν οὕτως, & quæ sequuntur. nec gratia proscriptionis sibi facta vti voluit, quam diu spes optimatum partibus aliqua superfuit. Rebus

autem compositis, sub Augusto dignitate & eloquentia floruit. Consul enim, August, primusque Vrbis Præfectus fuit: quam tamen dignitatem paucis diebus exercuit, & eiurauit *quasi nescius exercendi*, inquit Tacitus. Nempe quod ita finxerit, nam re vera sexto die abdicauit parum ciuilem potestatem contestans. B. Hieronymus in Eusebij Chronico. ea ratione Dio primum Vrbis Præfectum Mæcenatem posuit. Plures orationes scripsit & vulgauit, multos etiam libros composuit, quorum auctoritate Plinius, Quinctilianus, Suetonius, & Sosipater Carisius vtuntur. quosdam etiā de singulis litteris, vt de littera S. Amatoria etiam scripsisse Plinius iunior Epistolarum lib. v. testis est. L. Seneca in ἀποκολ. disertissimum virum vocat. Tacitus de claris Orat. Cicerone mitiorem & dulciorem, & in verbis elaboratum magis iudicat. Quinctilianus orationis dignitatem ei præ ceteris tribuit. Cuius etiam eximiæ virtutes iudicio totius Senatus cōprobatæ sunt: per eum enim velut sui ordinis principem Cæsarem Augustum patrem patriæ salutauit. Suetonius cap. lviij. vir tamen tantus anno ætatis suæ lxx biennio antequam moreretur. omnium penitus, etiam proprij nominis oblitus est. Plinius lib. vii. cap. xxiv. B. Hieronymus ad Eusebium.

Sua lingua disertus est.] Sic L. Seneca: *Petronius homo Claudiana lingua disertus.*

Sermonem obiecit.] Rudem nempe & pinguem, qualem esse Cotdubensium poetarum dixit Cicero. Porro quæ deinceps sequuntur, corrupta & manca iudico.

Quam suasoriam Theodoto declamauit] Locus non vno modo corruptus, de quo nihil spondeo. puto tamen legendum *de Theodoto*. vulgare enim Suasoriatum thema in scholis fuit consultatio apud C. Cæsarem de pœna Theodoti. Quinctilianus cap. viii. lib. iii.

Vt castigaret, nunc iam seuerus.] Vide num aptius legamus, *vt castigaret tunc, etiam seuerius*, vel, *vt castigaret etiam seuerius*, inducta dictione *nunc*.

Qui aiebat,] Rectius fortasse, *quo aiebat*.

Non schemate,] id est, vt contrarium significaret, quemadmodum cum vel per ironiam, vel figuratè aliud dicitur, aliud autem significatur.

Fabianus Maximus] Scribendum *Fabius* ex præcedentibus. Maximi enim cognomen est Fabiorum. atque etiā vel fallor, vel is est Augusti amicus sua & vxoris loquacitate celebris, de quo apud Tacitum lib. 1. Ann. & Plutarchum περὶ ἀδολεσχ.

Et quod medium est] Veteres editiones, *& quod in medium est*. quod rectum est.

Dictum perdere] Quinctilianus cap. iv. lib. vi. *longe absit propositum illud, potius amicum quam dictum perdere*. Ita enim apud eum auctorem melius hæc legentur.

SCHOTTVS.

NACTVS *in lectulo precario moriebatur*] Recte in vet. lib *natus precario* autē dare, possidere, ducere, frequēs in I. C. libris vt ad præfationem lib. 1. Contr. admonui. Filios igitur patri nepotē moriens cōmendarat, preces adhibens potius: vt *Rogo*, vt *Peto*, vt *Deprecor*, &c. quam iussione vtens. Et Fidei commissa non ciuilibus verbis, sed precariuo modo relinquuntur, inquit Vlp. Tit. 25. Instit. hoc est, Non directis verbis. sed precatiuis I. verbis. ff. de vulg. subst. Et Isidorus lib. 5. c. 24. Etymolog. Terentius Eunucho:

Hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precario fac tradas.

Cadentes iam oculos] vt in dormiturientibus & morientibus accidere solet. Virg. 4. Georg. de Eurydice:

Fata vocant, conditque natantia lumina somnus.

Et lib. v. Æneidos extremo de Palinuro:

—— cunctantique natantia lumina soluit.

In Catone moderatio, in Cicerone constantia] Deesse videtur aliquid vel *est*, vel *desideratur*, aut quid simile. Quid si *immoderatio & inconstantia* legas, vt fere de Manlio & Gurgite Contro. xxv. M. Porcij Catonis seuere nimis acta censura prædicatur, & vino etiam plusculum indulgebat, domi parcus. Ciceronis quoque inconstantia notata ab æmulis. quo se crimine purgare nititur prolixa epistola ad Lentulum Spintherem. Hinc lepidus Laberij Mimi iocus, *duabus illum sellis sedere solitum*. Et bello ciuili dixerat: *Quem fugiam habeo, quem sequar nescio.* Macrob. lib. ii. cap. iii. Saturn. & lib. vii. cap. iii. Cicero, Plutarchus, & Seneca Controu. xviii.

In summa dementia] Asteriscus indicium est loci vitiati. Quid igitur? Spetemne medicinam à me fieri posse? Curandum, quando nulla pœna conatui proposita. Coniicio igitur leg. *In Sulla dementia*. Respexit fortasse Cæsaris ic cnm, qui Sullam litteras nescisse dicebat, quod se Dictatura abdicasset Suetonius cap. 77. iocatus in dictandi voce, quod est in scholis Magistrorum officium: & Dictator Rumæ olim appellatus Magister populi, qui & ipse Magistrum Equitum dicebat, Cicero lib. 1. de Repub. apud Senecam lib. 19. Epist L. Lucullus & ipse in dementiam incidit, cui M. Lucullus frater custos ex lege xii. datus est, auctore Plutarc. ex Corn. Nepote: sed hoc nomen lōgius abit à vulgari scriptura. Certe tribus, patri filiisque duobus totidem illustres opponit Seneca Legi etiam posset, ni fallor, *in Sulla dementia*, vt desiderata ἀντ ἀνανεν exaudiatur.

Alter tu à Dijs] *Tua* possessionis prouocabulum erat in peruetusto illo: mihi tamen si fas ab eo discedere, magis placet, *alter tu adu* vel *adsbis*.

Inter omnia mala fecundam vera inimica nescit quibus ante] Corrupta hæc vltimo loco posita, quæ non dubitassem expungere, quod in excerptis Epitomæ nihil amplius legatur, quam, *inter cetera mala & fecundam*: si iudicio meo niti potius, quam veteris libri auctoritati parere voluissem, in quo ita plane scriptum est: *Inter omnia malitia fecundam; vere inimice natis: quibus ante, &c.* Erit qui *Nostis* reponendum censebit pro *Noscis*.

Albutij Silli] Sup. hac ipsa Contr. *Silius est*, alibi *Silo*, vt *Pompeius Silo*, quæ ego per i scribenda censeo, vt Græci, qui σίλους eos vocant, qui naso sursum versus adunco & tepando deformes sunt, auctore Festo, qui & *Simi* dicuntur, Plin. l. ii. c. 37. *A naribus cognomina Simonum & Silorum.*

Declamitur per triduum] Vitiose ni fallor, in veteri erat *patri: dum qua dixerit* &c. & ex hoc loco Suasorias post Cōtrouer. scriptas ab Annæo colligas.

Fabius Maximus] Scriptura vetus maxime corruptam se esse de librario, clamat: Illud miror Fabianum hunc mox appellari, pagina prope eadem

eadem & diuersum esse à *Papirio Fabiano* Philosopho suspicor, qui in huius libri Præf. insigni elogio ornatus est.

Dementia res sanitati contraria] Cicero Tusculan. 4. *Nomen insaniæ significat mentis ægrotationem & morbum, id est, insanitatem & ægritudinem animi, quam appellarunt insaniam.*

Exempla sani hominis] E corruptis veteris scripturæ vestigiis diuino primum fuisse: *Exempla sani hominis atque patris. Intelligat: ipsum sibi comparabo;* De quo alij iudicabunt.

Amat meretricem: solet fieri] legibus ciuilibus nō id vetitum olim, sed lege diuina. Terēt. Adelph. Act. 1. Scena 11. vide inf. à me anotata Contr. 14.

Vitia augeres in dies] dioersa longe ab hac, prisca lectio, *nō vitia augeres*. vides nullum illius vitium: ætatis est, amoris est. vtraque recta lectio est.

Sed vt iocer] Alij *aliquid* addunt, liber antiquus, *Sed vt aliquid iocemur. Vomicus* autem *morbus* à *vomica*, aut à *vomendo* dicitur Senecæ. Fab. lib. 8. c. 6. Sordidam huiusmodi translationem vocat. *Non enim, si Cicero recte sentinam Reip. dixit fœditatem hominum significans; idcirco probem illud quoque veteris Oratoris: persecuisti Reip. vomicas. Vomitoria* etiam à vomendo, de quo Macrobius lib. 6. cap. 4. *Et in spectaculis vomitoria, vnde homines glomeratim ingredientes, in sedilia se fundunt, effunduntque.* Quo & Maro respexisse Seruio videtur; — *totis vomit ædibus vndam.* Non nemo leg. putabat *nouitium morbum.* Sed recte Seneca *vomicum morbum*, aut *vomicam* appellat, quem ex schola contractum in forum inuexerat. Hoc enim Suasoria 1. dixerat, corruptissimam rem omnium quæ vnquam dictæ sunt, ex quo homines diserti insanire cœperunt. Vbi pro insanis & corruptis sententiis subiicit illa: *Tumidum*, hoc est, inflatum, quod fiebat aliquando adiectione superuacanea, vt idem refert in eadem Suasoria. Vomica autem tumet. Nunc ad illud Seueri Cassij acute dictum in Fab. Maximum: *Quasi disertus es*, &c. Nam eorum quæ tument & splendent fallit species, vt vomicæ. Ita iste suo tumore orationis videbatur disertus, nec erat tamē: quales Sophistas describit Aristoteles initio Elenchor. Vnum tantum erat sine adiunctione τῶ *quasi*, halopanta certe: vt hic emendandum censeo: quasi dicat, Maximus, suo tumoris splendore, omnia, specie falsa Eloquentiæ, errore complebat, vt omnes ἁπλῶς in errorem inducerentur. Mox *quasi tricolum tale* deleo. τὸ *quasi*: vt iam explanatio loci obscurissima, plana sit; & vero ex proximo versu repetitum vocabulum irrepsit.

Vnum tantum es non quasi lapsam] Vetus ille Couarruianus liber, qui magno mihi ad hanc Senecæ operam præstandam primus auxilio fuit, *alapam* legit, nosque adveram, (nisi me amo) lectionem manu duxit. Emendo enim vt iam dixi *halopanta* vel *holophanta*: falso ioco significat hominē integre nequam & plane mendacem. Sic enim explicat Sex. Pompeius, & Nonius Marcellus. Plautus Curculione.

Halophantem, an Sycophantem hunc magis esse dicam, nescio.

De cuius loci sensu contra omnium sententiam Guil. Canterus li. 4. Nouar. c. 10. Qui hic *lapsanē* herbā nescio quā, in Heruagiana editione excogitarūt, lapsi mihi, Romane vt dicam, iudicio videntur: quibus hoc tantum imprecabor, vt ea victitent soli, Gratiisque litent. Amicus quidam meus, homo eruditus leg. diuinabat ex *alapam*, *lappam*, quæ est herba vulgaris, cuius aculeatum caput pungit trāseuntium vestimēta, & mordet, & mordendo adhæresсit, vt ait Plinius. Et quia Maximus vomicum morbum in scholam induxerat, id est, maledicendi saniem, (nam *vomica* perpetuam saniem ore suo vomit) ideo *lappā* vocat. Sed quando suum cuique pulchrum, eruditiores iudicium ferre volo. vt enim Theocritus ait:

Quæ minime sunt pulchra, ea pulchra vidētur amanti.

Basilicam infestant] Sic malo quam *infertant*, qood in editis legitur. Erant enim molesta seriis caussis & veris, huiusmodi friuola nimis venusta. In Basilica autem ius dicebatur. vide Præfat. lib. 5. Controu. Quod sequitur, *omnes aliquid ad nos*, sic corrige: *Omnes ad nos alendum imbecilli: alter alterius onera detulimus.* Sequitur autem tricolon: *Accusatur pater in vltimis annis; nepos in primis, adoptatur.* Sic enim repono ex Themate: *Nullus alit*, quæ & ipsa volgo mendosa. Nam filius alter decesserat, parens scilicet nepotis: alter accusabat patrem dementiæ: atque ita tricolon fuit integrum.

Nullus autem. Hæc subinde] Mendosus locus, vode nihil elicias. Leg. vt dixi, totidem pæne litteris, *Nullus alit*, Proponam tamen scripturam veterem licet corruptam. *Nullus autem hæc subinde refert: quid æqui tantarum rerum exempla ponenda sunt.* Edita lectio apertum continet sensum, prætulerat enim exemplum Fab. Maximi nimia vetustate & festiuitate corruptum. Post vero idem Nic. Fabro in mentem venisse video, nec inuideo.

Nepotes suos Cæsar C. & Lucium] Nepotes ex Agrippa & Iulia III. habuit, Caium, Lucium & Agrippam: neptes duas, Iuliam & Agrippinam. Caium & Lucium adoptauit domi, per æs & libram emptos à patre Agrippa, tenerosq; adhuc ad curam Reipub. admouit, & Consules designatos circum prouincias exercitusque dimisit. Hos in duodeuiginti mensium spatio amisit ambos, Caio in Lycia, Lucio Massiliæ defunctis. Sueton. cap. 64. & 65. Tacitus vero Historiarum initio primi Annalis, *Augustus M. Agrippam ignobilem loco, bonum militia & victoriæ socium, geminatis Consulatibus extulit. mox defuncto Marcello generum sumpsit Genitos Agrippa, Caium & Lucium in familiam Cæsarum induxerat*, Vidi argenteos nummos in altera parte Augusti facie, & titulo: CÆSAR AVGVSTVS. DIVI F. PATER PATRIÆ. In aduersa parte: C. L. CÆSARES AVGVSTI. F. COS: DESIG. PRINC. IVVENT.

Mecænas innuit patri fasciā recusantem] Ecquod monstrum hoc verbi? *an fas sitita recusare?* vel *fascia?* Minime Petrus Nunnesius Hispaniæ flos, *faria recusare* leg. diuinabat: hoc est Modum, quo nobilitabantur filij M. Agrippæ à Cæsare, quasi Mecœnas id Agrippæ innueret, irridens illius genus. Beda lib. de Orthographia, *Faria*, & *Fariam* dici ait, à quo *Bifaria* & *Bifariam*. Nec vero audax nimis hæc cōiectura videri cuiqoam debet: Mecœnatem enim abiecta verba & inusitata in omni & sermone & vitæ cultu vsque ad reprehensionem, affectasse Seneca Philoso-

phus ait, epist. 115. Suetonius ca. 86. & Macrobius lib. 2. Satur. ca. 4. Exstantque carmina illius mollibus & portentosis verbis, qualis & omnis ab eo acta vita, Epist. 102. & apud Isidorum lib. 19. Etymolog. cap. 32. quæ suis numeris restituere conati sunt, Alciatus, Turnebus, Scaliger, Bosius, Brissonius & Ianus Guilielmius.

Tanta autẽ Mecœnas] Ingeniose, vt omnia, vidit I. Lipsius hic à mala manu esse *Mecœnatis* vocẽ: & vero in optimo illo, cuius auctoritas apud me quidem longe plurimum valet, *Marcus* integre perscriptum erat; quod ferri potest, licet mox idem nomen repetat.

Respondr Diis ea in arte] Sic opt ille liber: *Responde Diis ea Marce, vtiq; mihi videtur, &c.* Fort. *ea Marce.* Ludit Orator in *Marci* prænomine, & *Agrippæ* cognomine: abstinet autem à *Vipsanij* gentilitio nomine, vt apparet, ignobili.

Concurrite] Respexit credo iactatũ illud famosum in Ventidium Bassum carmen, quod in Atticis noctibus legas lib. 15. cap. 4.

Concurrite omnes Augures, Aruspices,
Portentum inusitatum conflatum est recens,
Nam mulos qui fricabat, Consul factus est.

Caput potius quã digitum perdere] Lipsius noster, *quam dictum perdere.* Cuius diuinam coniecturam probo. Erat enim vetus verbum vt apparet ex Fabio lib. 9. cap. 3. de Risu: *Ludere nunquam voluimus, longeque absit propositum illud: Potius amicum quam dictum perdidi.*

Torta à tyranno pro marito. CONTROVERSIA XIII.

THEMA. *Torta à tyranno vxor, nunquid de tyrannicidio sciret, perseuerauit negare. postea maritus eius tyrannum occidit. illam sterilitatis nomine dimisit, intra quinquennium non parientem. Agitur ingrati.*

* PRO VXORE. *Porcij Latronis.* Si cum liberis torta est, & incaste: Escende, inquit, occide tyrannum. nisi occideris, indicabo. Subiniecta manu satelles: Quid moraris, inquit, iam exposita tormẽta sunt. Bene est, inquit mulier. ad stuprum vocor. Instabat quotidie viro vxor, exigebat tyrannicidium. Tempus est: Escende. Si nihil aliud, vt liberos habeas. nisi tyrannicidæ paritura non sum. Miraris, si eo tempore matrona dicere potuit, Escende, occide tyrannum? comes sequerer, nisi me inutilem dimisisset tyrannus: Escende. ego iam feci tyrannicidium meum. Eas nuptias tyrannicidium diducit, quas non diduxit tyrannus. *Cestij Pij.* Subito infelices nuptias oppressit tyrannus. Trahebantur matronæ, rapiebantur virgines: nihil tutum erat; nulli feliciores tunc videbantur, quam qui liberos non habebant. Quædam itaque elisere conceptos: quædam fœcunditatem suam moratæ sunt. Quod ad hanc pertinet, agit suæ fortunæ gratias, quod illo tempore nihil peperit. Tyrannus suspicatus est, istum nescio quid de tyrannicidio cogitare: siue isti aliquid excidit, siue magna consilia non bene vultus tegit. Vtique de vxoris garrulitate queri non potes, cum scias, quemadmodum taceat. Misit itaque satellites: Attrectate, inquit, vxorem, &, adiecit, si quos filios habet. Veniunt in domũ

* crudelissimi carnifices, in quorum vultibus erant tormenta. iactatur misera inter satellitum manus, & toto itinere non ducitur, sed trahitur, Isti de tyrannicidiu: audacteriam conciliũ indicemus. Iam enim puto licet. Nupsit isti propter liberos: sed infelices nuptias cito tyrannus oppressit. hoc publicum diuortium fuit. Rapitur in arcem mulier, inter satellitum manus vexatur atque distrahitur. Hanc aliquis etiam si non torqueatur, non parere miretur: imposita in eculeum, sæpius absentem virum respexit: quam præsentem tyrannum. Quam multas matres audiui illo tempore: Quidnam volui, quæ peperi? *Arellij Fusci patris.* Explicatur totus tyrannicæ crudelitatis aduersus infelicem feminam apparatus, & illa instrumenta virorum quoque animos ipso visu frangentia, ad excutiendam muliebri pectori constantiam proponuntur: instat tam denuntiationibus, quam tormẽtis tyrannus, & minando torquet. Tacet. Videt metũ tum tyranni vultum, videt oculos minaces, & tacet. plus tibi præstare non potuit, si de te liberos sustulisset. Cæduntur flagellis artus, verberibus corpus abrumpitur, exprimiturque ipsis vitalibus. Tacet. An sit tibi ista datura liberos nescio. tyrannicidium dedit. Ita est, mulier, non vis parere, delicata es, cruciatus puerperæ times. Fremebat indignatione captæ ciuitatis maritus, & consilio suo, & vxoris adiutorio fortior, quomodo occidam tyrannum? Quæ pars accedenti maxime vacat? vbi custodiæ cessant? vbi natura loci minore munimento virtutẽ submouet? Sic vir & vxor mentem exercebãt. miraris si transit quinquennium inter vxorem tortam, & virum occupatum? sæuiebat etiamnum tyrannus: torquebãtur in conspectu virorum vxores: pænitebat matres fœcunditatis suæ. *Hispo Romanus* inquit: Desiderabas liberos, vt sint quibus relinquas patrimonium. Ingrate, ita tu hac salua heredem non habes? nullum tormenti genus omisit, omnia membra laniata, omnes partes cõuulsæ sunt, scissum corpus flagellis exhaustũ, conuulsum tormẽtis. ignosceretis puto mulierculæ, si dixerit: Fessa est. *Hisponis Cornelij.* Contabatur ille: nec vllis adhortationibus in tyrannicidium poterat impelli. prorsus cum vxorem vidisses, posses timenti ignoscere. Assidue tormenta variantur: accẽduntur extincti ignes: tortor vocatur, sub quo mariti vxorem prodiderant. paciscí me tecum puta. Vt taceã, donas quinquennium? Quid tyrannicidio gloriaris? tanquam non facilius sit occidere tyrannum, quam sustinere? Duplici beneficio vxori suæ obligatus: & quod non est occisus, & quod occidit. Fastidit sterilem, qui fecit. *Iunij Gallionis.* Iostabat tyrannus. Torque. Illa pars etiam potest subiici in ignes, in illa parte iam exarsit cruor: seca, verbera, oculos lancina, faciam ne viro placeat. *Papirij Fabiani.* Describam nunc ego cruciatus, & miseram corporis patientiam inter tyrannica tormenta sæuientia: extincti sanguine refouebãtur ignes: hæc desinebat torqueri aliquando, vt sæpius posset. Exquisita verbera, laminæ, equuleus, quidquid antiqua sæuitia inuenerat, quicquid & noua adiecerat, quid amplius dicam? tyrannus torquebat, &

cum de tyrannicidio quæreret. O nos felices, quod nullis aucta puerperiis fuit. acuit hāc. fecit tyrannicidium ſilentio, certe tyrannicidam. Conuulſis laceratiſque mēbris, nec adhuc ſufficientibus, non dimiſſa eſt ex arce, ſed proiecta. Quid eſt quod vxorē dimiſeris? nunquid premit cenſum onera ſumptibus, & vt ſæculi mos eſt, in deterius luxu fluente, muliebris ambitio certamine mutuovſq; in publica damna priuatim inſanit? Nunquid gemmas & ex alieno litore petitos lapillos, & aurū veſtēq. nihil in matrona tecturam concupiuit? Si talis eſſet, facile illā corrupiſſet tyrannus. Expecta. poteſt parere. Non reſpondet ad propoſitum, nec ad certum diem fœcunditas. ſui iuris rerum natura eſt, nec ad leges humanas componitur: modo properat, modo vota præcurrit, modo lenta eſt & demoratur. Expecta modo. pariet. Quid dicis? non poteſt fieri. quare? quia torta eſt. Imputat tibi quod publicata eſt. imputat tibi quod torta eſt. imputat tibi quod ſterilis eſt. *Iulij Baſſi.* Aiebat tyrannus: Vre * cæde ventrem. *Argentarij.* Cæde ventrem, ne tyrannicidas pariat. *Triarij.* Non ex formula natura reſpondet, neque ad præſcriptum caſus obſequitur, ſemper expectari fortuna mauult, quam regi. Aliubi offenditur improuiſa ſegetum maturitas, aliubi ſeram magno fœnore moram redemit. Licet lex dies finiat, natura non recipit. Quid faciam? Non agam gracias, quod nō indicauit vxori meæ, ne votis in gratiam. Aiebat tyrannus: Indica. nulla tua culpa eſt, Cæditur. tacet. vtrum putas mirādum * eſſe, tuum tyrannicidium, an huius ſilentium? Expectaſſe aliqua per lōgum tempus maritū dicitur. quanta laus eſt ſeruaſſe, cum expectaſſe tanta ſit? Alia deſiderio viri attonita, in ardentem rogum ſe miſiſſe hæc nō cum viro arſiſſet, quæ pro viro arſit? alia pro incolumitate mariti vicaria morte decidit. Cedo hanc, nec in tormentis oppreſſam. morte amplius pro viro præſtitiſſet, ſi quid amplius elegiſſet tyrannus. *Marcelli.* Si tamen peccaſſet in partu, ignoſci ei poſſet. Nupſerat enim iſti occupato. Crudelior es etiam illo, quem occidiſti, tyranno. ille torſit & dimiſit ad virum. *Albutij Sili.* Vicerat ſæuitiam patientia: deerat iam ſanguis, ſuperabat fides. aliquando proiecta eſt. differebatur diſtortis manibus, emotis articulis, nondum in ſua membra artus redierant. Talem vxorem tortor dimiſit ad partum. Ingratus vocabatur, quod in præmio nullam vxoris fecerat mentionem. Res tuas tibi habe. inicere debuit manum, & ipſum inter res ſuas trahere. nihil amplius pati debes quam vxori. mihi crede maius fuit tyrannicidium pati, quam facere.

Pars altera Argentarij. Ego torta ſum. Merito obiiceres: niſi te vindicaſſem. *Fuluij Sparſi.* Vobiſcum, Iudices, loquor. **

Diuiſio. Controuerſia hæc reum facere primum, ſi materia patitur. Non accepi quidem, & reddidi: aut accepi quidem, ſed non potui reddere, aut iſta nouiſſima, non facere. Non quiſquis non reddidit beneficium, ingrati tenetur. animus æſtimandus eſt non reddentis. *Pollio Aſinius* aiebat nunquam tentandas eſſe quæſtiones: primam manifeſto obtinere poſſe, qua negamus nos beneficiū accepiſſe. perit tota cauſa, niſi in hoc vicit. Apparet enim ingratum eſſe, qui ne fatetur quidem ſe accepiſſe beneficium. *Gallio* noſter putat quotiens poſſit, hoc offerendum aduerſario: quotiens non poſſit, concupiſcendum: quotiens ne hoc quidem poſſit, tranſeundum, quaſi donemus, & poſſimus, quidem facere Controuerſiā, ſed nolimus. Idē Attico Vipſanio Appollodori diſcipulo placuit. Hoc ille amplius. Quoties non potuerimus, aiebat, an beneficium acceperimus, Controuerſiam facere, hoc modo faciamus, non eſſe tam magnum, quam ille dicat: ſicut in criminibus facimus, quotiēs negare non poſſumus, eſſe quidem crimen illud fatemur, ſed leuiore pœna dignum, quam accuſator arguat. *Latro* in hac Controuerſia non dubitabat facere primā quæſtionem, an beneficiū dederit. hoc in hæc diuiſit: Etiam ſi ſciſti de tyrannicidio viri, nec indicaſti, non eſt beneficium ſcelus non facere: deinde ne ſciſti quidem. Non enim tibi indicaui, nec tam magnum conſiliū, virilibus quoque animis graue, commiſi muliebri garrulitati: quæ id ſolum poteſt tacere, quod neſcit. Etiā ſi dedit beneficium, an receperit Occidi tyrannum, libertatē mihi, tibi vltionem reddidi pleniſſimam: perſecutus ſum nefarium hoſtem, illic occidi vbi torſerat. Dices me Reip. cauſa feciſſe. & tu Reip. cauſa tacuiſti. Tutus ſit, quod lege fecerit. Deinde vltima æquitatis tractatio. An quod fecit, facere debuerit. Hoc diuiſit in hæc duo: An iam certam ſterilitatem vxoris bonę ferre debeat: an ne ſterilis quidem pro certo ſit. Noui declamatores Poſmos ** cū Apollodoro, qui reus veneficij fuit, & à Pollione Aſinio defēſus, damnatus Maſſiliæ docuit, & hanc quæſtionem fecerunt in hanc Controuerſiam, An inter viros & vxores data beneficia, ingrati lege teneantur. Non eſt beneficium, ſed officium, facere quod debeas: vt ſi filius patri ſe dicat beneficium dare. Hanc quæſtionem fecit & Gallio noſter. *Blandus* in vltima parte Controueſiæ, qua de Republica diſputatur, quæſtionem fecit, An quinquennium numerari debeat excepta tyrānide. illud tempus non debere imputari quaſi ſterili, quo matres etiam editos partus abominatæ ſunt. illud tempus imputatur feminis in Rep. quando pariunt non plus tyranno. Huic ſubiecit, An etiā ſi & aliis imputari tēpus tyrannidis ſolet, huic non debeat. *Latro* ex ſuo * more has non quæſtiones putabat, ſed membra illius vltimæ partis, ex æquitatis quæſtione pendentia. An ſterilis quidem, altius reppeti: an non quæcunque quinquennio non peperit, ſterilis eſt. Quid enim ſi vir alicuius abfuerit toto pæne quinquēnio in peregrinatione? viro imputabitur. Quid ſi vir ægrotauerit? quid ſi maritus euiratus, inutilis in concubitu vxoris ſuæ iacuiſſet, imputatus fuit? quinquennio quæritis, quare non peperit? tyrannus erat. Nemo non cum parentibus ſuis querebatur, quod natus eſſet. Hæc, quod torta eſt; hic quod maritus occupatus tyrānicidio nō vacauit in vxoris voluptates. *Buteo* aridus quidem declamator, ſed prudens diuiſor Controuerſiarū, contra Latronem ſentiebat, *Blando* accedebat. Aliud enim eſſe aiebat, quæ intra quinquennium non potuit, non vtiq; ſterilis eſt: aliud, quæ intra quinquennium nō peperit, non ſtatim dimitti poteſt ſterilitatis nomine. Hic quæritur de conditione iuris: illic, de ſpe fœcunditatis. Sed Blandum quoque arguebat. aiebat enim ſic fuiſſe quærendum, An tyrannidis tempus excipi deberet: deinde, etiam ſi non in aliis, an inter has gradus eſt. Sed ipſe ſic hanc in partes quæſtionem diuidebat: An quæcunque quin-

quennio non peperit, tanquam sterilis dimitti possit. Posset enim accidere, quod Atheniensibus in * bello accidit, vt liberi & coniuges in aliquo tutiore loco deponãtur. Imputabitur hoc tẽpus feminis quo viros destituunt, non quo non habẽt. Sic tyrãnus non vetuisset istam parere quin interemisset. Et cum hoc vehementer impleuisset, & probasset, non omnes posse dimitti, si quinquennio non peperissent, tunc illo transiit, An hæc posset & hic etiamnũ. non hoc quærebat, an deberet dimitti, sed an posset. Et hoc contra Latronem dicebat: Quomodo istam quæstionẽ putas in æquitatis tractationem cadere, cum quid liceat quæratur, nõ quid oporteat? hæc enim, an hæc possit, per illum non posset, quia tyrannidem non ceperat. Aliquod tempus impune à legibus miseriæ faciunt. Non dico quia torta est, sed hoc adhuc, propter æquitatis tractationem reseruo. Sed non peperit, quia tu maxima in cogitatione occupatus, nihil de liberis cogitasti. *Passienus* vir eloquentissimus & temporis sui primus orator, hanc subtilitatem actionis non probabat in Latrone, sed assentiri dicebat ideo quæstiones tractãdas per se esse, si hæc mulier iusti repudij ageret, nõ ingrati. Ita non quæritur an legitime, sed an ingrate dimissa sit, itaque in æquitatis tractationem cadunt, etiam quæ iuris sunt. Nam cum quæratur. An potuerit hæc dimitti, etiam si licuit: apparet, quod vtique non oportuit, si ne licuit quidem. *Albutius* decentissime fecit. solebat enim fere in aliquas figuras declamationem describere, & prius egit iniusti repudij, deinde ingrati: in quibus putat esse, an vllum beneficium viro contulerit à quo tanquam inique dimissa. Hic omnes quæstiones ad sterilitatem & æstimationem quinquennij pertinentes libere tractauit, deinde transit in ingrati accusationem.

Color. Cestius pro viro introduxit colorem. Quo tempore vxor torta est, nihil adhuc de tyrannicidio cogitabam: postea cogitaui, & hæc ipsa cogitandi causa fuit, vxoris vltio. Vtrumque secutum est, vt illa marito insolentiam imputare non posset, maritus illi tyrannicidiũ posset. *Latro* dixit: Si iam tum de tyrannicidio cogitassem, vxori non indicassem. *Fabianus* philosophus colorem magis bono viro conuenientem introduxit, quam oratori callido. Dixit enim, & cogitasse tyrãnicidium, & vxori indicasse: & illam tum quidem fecisse, quod probam feminam facere oportuit: nunc peccare quod putet beneficium esse, recte facere. Hic color illi & illa parte profuisset: Si beneficiũ putas te dedisse quod tyrannicidium non prodidisti: Ego prior dedi, qui tibi tyrãnicidium credidi, repudium ex tuo * quo vis liberorum cupiditatem, quo semper vti tanquam vir eius debuisset, postea magis tanquam tyrannicida. *L. Vinicius*, Vinicij frater, Fabiani colorem valde probabat, & aiebat onerari vxorem vno modo posse, si nihil vnquam secretum ab illa maritus habuisset. Si dixerit, inquit, post tormẽta se de tyrannicidio cogitasse, tum tyrannicidium vxori melius deberi meruit, si torta tyrannicidã fecit, quam si tacuisset. Apparet & aliquid de tyrannicidio cogitatum, da quo tyrãnus vsque eo suspicatus est, vt torqueret. Dixerit, cogitasse quidem se de tyrannicidio ante tormẽta, sed vxori nõ indicasse: augebit vxoris beneficium. Liberius enim potuit, ait, tyrannicidium indicare, quod illi cõmissum non erat. Potuit enim vxor, etiam non indicante marito, tam magni cõsilij molitionem deprehendere. At si hunc colorem Fabiani sequor, mutam efficiam. Si olim de tyrannicidio cogitaui, honestior sum vetus tyrãnicida: & non priuatis, sed publicis malis ad vltionem impulsus. Si cum cogitatem non celaui vxorem: facilius persuadebo, me malum hodie maritum non esse, cui semper tam deditus fui. Ad vltimum hoc cõsequat. si quod audierat, tacuit, non beneficium est, sed fides. Hic est *L. Vinicius*, quo nemo ciuis Romanus in agendis causis præsentius habuit ingenium: quicquid longa cogitatio illi præstitura erat, prima intentio animi dabat: ex tempore causas agebat, sed non desiderabat hanc commendationem, vt ex tempore agere videretur. De hoc eleganter dixit diuus Augustus: Vnus Vinicius ingenium in numerato habet. *Hispo Romanus* maligne & accusatorie: Nihil, inquit, ego isti narraueram: ista, vt erat necesse, aliquid ex vultu, aliquid ex nocturnis vigiliis suspicata est. vnde emanauerit sermo, scietis. Videtis quo veniat tyrãnus, non ad amicum meum, non ad seruum sed ad istam, quæ nihil negotij habuisset, si tacuisset. Tua enim causa tacuisti: sciebas te petituram, si confessa esses tyrannicidium. *Hybreas* dixit.

IN CONTROVERSIAM DECIMAMTERTIAM.

NICOLAVS FABER.

EXPRIMITVRQVE *ipsis vitalibus. Tacet. an sit*] Hæc manca esse nullus nõ videt. deest enim quid exprimatur ipsis vitalibus. ceteræ editiones repræsentarunt sequentem lectionem *exprimiturque ipsis vitalibus, licet, restet an sit tibi, &c.* ex cuius vestigiis tentabam num legi posset, *exprimiturque ipsis vitalibus licor. Resp. an sit tibi ista datura liberos nescio tyrannidam dedit.* licorem siue liquorem interpretor saniem, quo in significatu apud Virgiliũ hoc reperi vocabulum Georg. III. Pestem enim describens dixit, *Rursus abundabat fluidus liquor*, id est humor sordidus, inquit Seruius. sed non mihi plane hoc satisfacit.

Actus hanc,] Paulo cõfidentior ero in huius loci emendatione, quam in præcedenti. puto enim legendum, *Tacuit. tunc fecit tyrannicidium silentio.*

Attico Vipsanio] M. Vipsanij Agrippæ generi Põponij Attici Ciceronis amicitia & Epistolis clari filio. id vt credam faciunt patris nomen, & aui cognomẽ, quibus tãquam hereditariis successit. Is autem Atticus Vipsanius non solum nomen aui materni, sed etiã studia velut creuit, adeo vt doctoris sui Apollodori diligentissime præcepta Græcè tradiderit. Quinctilianus cap. I. li. III. nisi fortasse Quinctiliani locus de Dionysio Attico Apollodori discipulo intelligendus est. καὶ γὰρ, vt ait Strabo σοφιστὴς ἦν ἱκανὸς, καὶ συγγραφεὺς, καὶ λογογράφος. quod verius est.

Passienus]

Paßienus] Pater Passieni oratoris Agrippinæ Netonis mariti, de quo B. Hieronymus ad Eusebium Olym.cxcii. hæc refert *Paßienus pater, declamator insignis, diem obiit.* Videtur autem is Passienus, pater patrem etiam habuisse eloquentia notum, obscuri tamen nominis & meriti. siquidem L. Seneca exul in Epigr. ad Crispum Passienum, huius filium scribit.

Maxima facundo vel auo vel gloria patri:

de quo infra præf. lib. iii. plura dicemus.

Si hac mulier iniusti repudij] Legendum *iniusti repudij*. Ab actione enim lis nomen accipit. Agit autem mulier, quia iniuste repudiatur vel ingrate: iniuste, si contra leges: ingrate, si contra bonos mores.

Vnus Vinicius.] Epitome legit, *L. Vinicius ingenium in numerato habet*. Id autem dicitur de actore, facile dicente, & ex tempore, vt vult Quinctilianus cap. v. li. vi. Quod si verum est, multum à tarditate P. Vinicij fratris abfuit, qui, vt refert L. Seneca Epist. xl. tractim dicebat, & tanquam dictaret, non diceret. fuere autem fratres M. Vinicij progeneri Augusti, cui Velleius suos libros inscripsit, de quibus apud eundem freqoẽs mentio, & Tacitum lib. vi.

SCHOTTVS.

ILLAM *sterilitatis nomine dimisit*] Censores Romæ iurare, ex animi sententia cogebant vxoremne duxisset liberorũ quærendorum gratia: & vero, prodigij simile, ad quingentesimum (male Tertullianus ad sexcentesimum) vrbis annum nullum Romæ diuortium fuisse. Primus enim Sp. Caruilius Ruga cognomine, vir nobilis vxori nuntium remisit, quod sterilis esset, anno DXXII. Val. Maximus lib. ii. cap. i. Dionysius Halicarnass. lib. ii. Plutarchus in Numa, & Agellius lib. iv cap. iii.

Ingrati actio est] Vetus liber. *agit illa ingrati.* Hæc quoque lex, vt pleraque harum Declamationum Atheniensium fuit. Valer. Max. lib. v. cap. iii. de Phocione, & li. ii. cap. vi. de Areopago.

Et incaste] Diuinabam *ingrate* legendum, vel *in catasta*. Catasta enim nõ solum lapis, in quo serui venibant, sed & cõpedes ligneæ quibus serui alligabantur, fortean & torquebantur: Anto. Augustinus ex cõiectura *sine liberis torta est & incassum.* Sed de *incaste* amplius pronuncio: nec satis intelligo illud. *subuecta manu satelles, &c.*

Terrebantur matronæ & premebantur] In veteri libro, vt & in Epitoma, *trahebantur matronæ & rapiebantur*: Rectius mea sentẽtia; agitur enim hic feminei sexus causa: quare & mox, *nulla feliciores tunc videbantur, quam quæ liberos non habebant.* Facies est Reipub. descripta sub tyrannis, qualis & direptæ vrbis apud Demosthenem Orat. περὶ παραπρεσβείας & Æschinem κατὰ Κτησιφῶντος, & in Progymnas. Theonis Sophistæ. Apud Latinos li. iv. Rhetoricor. ad Herennium & in C. Cæsaris oratione, referente Sallustio, & in Epistol. i. de Repub. ordinanda: & apud Tacitum Veronæ vrbis vastatæ hypotyposis li. iii. Historiæ Augustæ.

Non bene vultus tegit] Corrupte vetus liber *non beniuolis exhibuit*; scitum illud Poëtæ:

Heu quam difficile est crimen non prodere vultu?

Nunquid premit te onerosa sumptibus.] Vetus lectio sic fere: *Nunquid emittes onerosam sumptibus?* & mox

Senec.

luxu fluentem. Epitoma longe aliter: *Num premit censum onerosa sumptibus: & vt scelerimos est, in deterius, &c.* Ant. Augustinus: *Nunquid emitte onerosam sumptibus?* & mox *luxu fluentem*: Nunnesius veterem præfert: nam accusator loquitur plane cum viro, non vir cum vxore.

Nihil in matrona tectũ] Queritur & inf. de matronis minus honeste, quam posita veste, nudis. De pellucidis autem matronarum vestibus supr. vide ad Controuer. ix. Mox legitur in vet. *Expecta pariet.*

Non ex formula] Hoc est legũ præscripto, quod est certum. formulas enim actionum & stipulationum prisci I. Cti. componebant, vt sæpe Cicero testatur.

Alibi offenditur] Elegãter hæc Maro i. Georg.

Ventos & varium cœli prædiscere morem
Cura sit, ac patrios, cultusque habitusque locorum:
Et quid quaque ferat regio, & quid quaque recuset.
Hic segetes, illic veniunt felicius vuæ.
Arborei fœtus alibi, atque iniussa virescunt
Gramina: nonne vides croceos vt Tmolus odores;
India mittit ebur, molles sua thura Sabæi?
At Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus
Castorea: Eliadum palmas Epeiros equarum?
Continuo has leges, æternaque fœdera certis
Imposuit natura locis: quo tempore primum
Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem.

Quod non indicauit] video locum perturbatum. Tentabam, *Non agam gratias, quod non indicauerit vxor, Mede ne velis gratiam?* Mihi tamen, verum vt fatear, nondum satisfacio. Quidam sic, *quod non indicauerit vxor mea nepotis ingratiam*: Nunnesius vero *quod non indicauerit vxor mea, ne noter ingratia*, vt sit nomen ἀντὶ τοῦ ἀχαριστίας. Huius aduerbium vsitatum auctore Donato, legiturque *ingratis* vel *ingratiis* in Plauti Curcul. Terentij Eunucho, Lucretio li. iii. & v. Item in Corn. Nepotis Themistocle.

Igitur tacere putas] Vetus liber, *Igitur verum putas mirandum esse, tum Tyrannicidium an huius silentium.*

In ardẽtem rogum se misisse] vt Hasdrubalis vxor, ardente Carthagine, de qua Liuij Epitoma li. li. & Dido; De vtraque & Tertullianus libro ad Martyres, & in Apologetico.

Alia vicaria morte decidit] Eadem sup leguntur. Controu x initio & xxxii.

Vobiscum indices] Sic interpunge flagitante sensu: *Vobiscum indices loquor, controuersia hac reum facere: Primum si materia patitur, non accepi quidem, &c.*

Esse quidem crimen] Status Iuridicialis species *est Confessio*, qualis in Ciceronis Ligariana. Vide Fabium li. iii. & li. ix. cap. ii.

Noui Declamatores Pol * *cum Apollodoro*] Ẽ corruptis scripturæ veteris vestigiis *Polmos*, coniicio legendum *plurimos*, donec melioris exẽplaris copia sit, nam in aliis membranis *post nos. Posidonium* eum quem alij substituerunt, nondum in censum recipio: exspecto dum illi alibi laudari mihi ostendant.

An inter viros & vxores] *Ingrati* legitur non *ingrata*. Vide si va● li. xxiv. Pandectar. de Donatione inter virum & vxorem.

A nece Tyranni] Prisca lectio *exspectata tyrannide*; Rom. editio *excepta tyrannide*. Quid si *expectata nece tyranni* legas?

Quod Atheniensibus in bello accidit] Persico videlicet, quo suasit Themistocles, Appollinis oraculum interpretatus, vt Athenienses, aduẽtus Xerxis cum innumerabili exercitu territi, in naues se suaq; conferrẽt: vxores igitur cum liberis, quæque moueri possent omnia Salaminam. partim Trœzenem & Æginem asportarunt. Cicero III. Offic. Corn. Nepos in Themistocle. Iustinus li. II. Frontinus li. I. Strateg. & Herod. Vrania.

Et hoc cõtra Latronem dicebat] Supra enim Latro: *Vltima æquitatis tractatio, an quod fecerit facere debuerit.* Notum est illud Diui Paulli: *Omnia mihi licẽt, sed non omnia expediunt.*

Postea cogitaui] Adscribam veterem lectionem? *Postea cogitatam* (retineo tamen *cogitaui*) *& hæc ipsa cogitandi causa fuit vxoris vltio, vtrumque secutum est, vt illa, &c.*

Cui semper tã deditus fui] Qui *vxorius* est Virgilio & Horatio Catullus in Epithalamio, cum præpositione extulit:

Non tuus leuis in mala
Deditus vir adultera,
Probra turpia persequens.

Ex tempore causas agebat] Epitoma li. II. In eo quidem libro qui est Ant. Augustini viri nunquam satis laudati, illud *ex tẽpore* ad priora refert.

Vnus Vinicius ingeniũ] Respexit ad hoc Augusti dictum Fabius li. VI. cap. IV. *vt de actore facile dicẽte ex tempore diceretur, ingenium eum in numerato habere.* Diuus autem Hieronymus Epist. lxi. ad Pammachium coniunxit, veluti causam reddas: *En Lysias, inquit, noster, en Gracus, & vt aliquid de Neotericis inseram; Q. Haterius, qui ingenium in numerato habebat, vt sine monitore tacere non posset, de quo egregie Cæsar Augustus: Quinctus noster sufflaminandus* est. Vide præfat. lib. IV.

Hybreas dixit] Græca non integra præter illa extrema.... *τοῦ λάβε τὸ ξίφος.*

GRVTERVS & IVRETVS.

T*RAHEBANTVR matronæ, rapiebãtur virgines*] ita & Epitome, at Pal. pr. *terrebantur mat. & premebantur virg.*

Cum quid liceat quæratur, non quid oporteat] Consulatur de his P. Faber ad l. 144. de reg. iu.

Si nihil vnquam secretum ab illa maritus] Pal. ab aliena manu, *si nihil iam tum secretum ab illa*: quod placet. antea erat, *si nihil vnquam decretum ab illa mar. &c.*

Pater & filius luxuriosi. CONTROVERSIA XIV.

THEMA. *Quidam luxuriante filio luxuriari cœpit. accusatur à filio dementiæ. Contradicitur.*

PRO PATRE. *Porcij Latronis.* Vtriusque tamen comparetur luxuria. Tu consumis patrimonium patris tui: ego accusatoris mei. nauiga, milita, peregrinare, quære adolescens, vtere senex. Accusator meus inter se contrarios affectus habet: cupit reum damnari, crimen absolui. *Cestij Py.* Potest nobis conuenire. similes sumus, puta te patrem: dic quid me velis facere. Si tam bona fide frugi es, & hoc imitor. Te ego imitor, an tu me? Rogo vos. ego prior cœpi: tu posterior luxuriaris. Patrimonium, inquit, cõputemus. Sed tu senex, inquit, hoc dicit: Luxuria tua serius cœpit, citius desinet. *Arellij Fusci patris.* Sed tu, inquit, senex es. vnde scis te non futurum luxoriosum senem? Omnia à te vitia: quod vnguento coma madet, tuum est: quod laxior vsque in pedes tunica demittitur, tuum est. Quid est quod aliud à te senes discant: quid porro? domus nostra luxuriosos duos non capit? indulgentius te abdicare non potui. Ecquid mihi licet seniles annos meliore vita reficere? hoc nouissimũ meũ meritum est: sed quod tibi proxime imputo, pro te etiam luxuriosus factus sum. *Fabianus.* Noli pecuniã concupiscere. quid tibi dicam? Hæc est quæ auget discordiam, vrbes & terrarum orbem in bellum agitat, humanum genus cognatum natura, in fraudes & scelera mutua instigat: hæc est quæ senes corrumpit. Quidam summum bonum dixerunt voluptatem, & omnia ad corpus retulerũt. nihil est mihi opus præcipientibus. exemplum habeo, proposui quicquid tu feceris, facere. nauigabo, si nauigaris: militabo, si militaris. dic hodie quid putes melius. Sed illud excipio, ne obiicias, quod elegeris. *Blandi.* Obiicit luxuriam propriam, & hoc dicit adolescens: Frugaliter vixi quãdiu frugi patrem habui ante me desiste, ante me cœperas, *Blandi.* Senex luxuriaris. respõdeo tibi, Adolescens nauigaui. ego iam, inquit, desij, tu nondum. Non miror, si desisti prior: prior cœperas. *Mentonis.* Quod gaudium accepisti, vere luxurior. *Pompeij Silonis.* Si modo emendatus est filius meus (solet enim etiam luxuria simulari) suo quisque ordine reus sit. Vis me ducere vxorem. si nouercam haberes: iam abdicatus esses. *Vibij Galli.* Conuiuæ certe tui dicunt: Bibamus, moriendum est. Si intelligo, hoc nulli magis in domo dicitur, quam mihi. Ostendi tibi luxuriam, quam in te non videbas. Alliga me, dum te custodias. *P. Asprenatis.* Quia nihil proficiebam obiurgando, volui illi vitam suam ostendere. *Iunij Othonis.* Malam causam haberem, si alium accusatorem haberem. Malam causam haberem, si te filium non haberem.

Altera pars. Iunij Gallionis. A laudibus patris incipiam. hic adolescens temperatissimus, & lubricum tempus sine infamia transiit: duxit vxorem, filium sustulit, ad ætatem perduxit. iam senex factus est: nisi quod sibi bonum videt, luxuria vsque eo se proiecit, vt accusetur. Senex amẽs, senex ebrius, circundatus sertis, delibutus vnguento, & in præteritos annos se retro agens, & validus in voluptatibus quasi iuuenis exultans, nonne portentum est? Luxuriosus adolescens peccat: senex luxuriosus insanit, ætates exhauriunt, vitia lasciuiunt. *Papirij Fabiani.* Nauem in portu mergis. alter solito tempore labitur, alter insolito: alter alieno, alter suo: alter annos sequitur, alter senectuti repugnat. Non est luxuria tua. patrem videre volumus. Non simulas ista, sed facis: nec amantem imaginaris,

ginaris, sed amas: nec potentem adumbras, sed bibis: nec te doces dissipare bona, sed dissipas. Nemo vitia quæ odit, imitatur. Quis imperator ob hoc ipse de prœlio fugit, vt bene pugnaret exercitus? quis vt ambitum comprimeret, ipse honores mercatus est? quis vt seditionem leniret, turbauit rempublicam? Non coërcet vitia, qui prouocat.

DIVISIO. *Latro* sic diuisit. An ob hoc accusari pater possit. Hic illam vocalem quæstionem posuit, quam solebat fastidire Seleucius, minime solere patri obijci luxuriam, non magis quam auaritiam, quam iracundiam. Non vitia patris accusari solere, sed morbum: & si possit aliquid præter dementiam obijci patri, luxuria non possit: Alioquin filijs, inquit, abdicare permittis. hic de suo consumit, An si ob hoc pater accusari potest à filio, hæc vltionum exprobratio. Si ebrietatem obijcere patri solet ebrius: si petulantiam, iniuriæ damnatus. etiam si ob hoc accusari potest, etiam si à tali filio, An si ad castigandum filium hoc consilio vsus est, damnandus sit. Ait enim adolescēs: Quolibet alio genere debuisti me obiurgare. quid si adulterium vindicare vellet committendo? Turpe est sic castigare vitia, vt imiteris. Deinde an consilio luxurietur. Non enim cōcedit hoc filius: aut, inquit, Quare, si cœpisti sic emendare filium, cum emendaueris, non desinis? *Cestius Pater*, patris aiebat simulationem luxuriæ significandam magis quam profitendam: Ita, inquit, adparebit illum simulasse. si etiamnum simulat. si desinit simulare, ostendit iam sibi nihil prodesse ea consilia, quasi filius emēdatus sit. emendatum autem esse non concessit, & assidue, dixit, nihil magis sequi internallum hoc luxuria, etiam vere intermissa vitia vehementius surgere. *Latro* aperte putabat simulationem confitendam. Incipio, inquit, non tantum honestum senem, sed prudentem defendere: si quod vitium videri poterat, efficio concilium, quare potius significet, quam dicat frugi esse. *Blandus* hac figura declamat filium, & pro abdicato respondit. *Cestius* aiebat, adolescentis partem diligentius colorandam: facere illum rem non improbam, non ita patri remittere quod à patre ipsi remissum sit. Itaque sic narrauit, vt suam quoque luxuriam imputaret patri. non seueram fuisse disciplinam, non bene institutæ domus legem, quæ posset adolescentis mores formare, & à vitiis ætatis abducere: Quodammodo, inquit, ad luxuriam à patre præmissus sum. Vnguento cani madent, & comissator senex nulli nimis luxuriosus, sed parum sanus videtur. Merito in adolescentibus non omnem luxuriam vindicant: cito desinūt. Cum haberem luxuriæ istius exemplum, quæritis, quæ res mihi remedio fuerit? Ætas. Illa quæ faciebam, imputabat, me non discere. * Hunc sensum ipse *Cestius* sano genere dixit. Flauium Alfium auditorem suum, qui eandem rem lasciuius dixerat, obiurgauit. *Flauius* hoc modo dixit, cum desideria descripsisset, paulatim se ad frugalitatem redisse, & odio sibi vitium factum Hoc fuit, inquit, quare desinerem. Sentiebam, inquit, me senem fieri. *Cestius* hoc aiebat dulcius quidem, sed corrupit & vnam sententiam. Incredibile est, inquit, cum iuuenis sit, sensisse se senem fieri: & noluisse videri tam diu luxuriatum, donec sentiret se senem fieri. *Fuscus Arellius* dixit Non accusaturus patrem, sed me defensurus sum, ne aliena luxuria mea laudatio. Consilio luxuriantem filium istum emendo. Superuacuum in narratione hunc colorem habuit: subito furore collapsam patri mentem, meretricem dependentem collo senis, & parasitorum circumfusam regi turbam, sic cum riualibus rixari, & ebrietati nocturnæ addi item diem. Putaui initio & ego consilium esse, non morbum, desinet luxuriari: desinet, inquam, si propter me cœpit. Permanet in iuuenilibus vitiis: hoc turpius luxuriosus, quo diutius. Quid faciam? si suo more emendare patrem volo: luxuriādum est. *Silo Pompeius* patronum adolescenti dedit: quod non putabat in accusatoris persona Latro faciēdum, vt aliquis per patronum accusaret patrem. *Rufus Vibius*. Festiuum senem, qui in honorem filij sui adulescentis ebrius sit. In narratione hoc vsus est colore, solutum patrem, iam mentem eius labantem laudare cœpisse luxuriam. dicerem esse felicius: si his qui sibi amare permitterent, necessarium tantum habere, quantum acceperant: obiurgarent, interim quasi non commemorent. Rusticum, inquit, iuuenem, præmatura seueritas non est frugalitas, sed tristitia. Quid tu senex facies? non creditis hæc illum dixisse, qui dum vitia etiam obiurgare vult, luxuriatur? *Argentarius* hoc colore declamauit: Duo luxuriantur vna in domo: alter iuuenis, alter senex: alter filius, alter pater: vterque licenti cultu per publicum incedit. Alter vobis ait: Hoc concessum ætati. Vtor, & iuuenili lege fungor, id facio, quod pater meus fecit, cum iuuenis esset, negabit? bona ergo ætate cœpit simul primum hoc tirocinium adolescentiæ, quasi debitum ac solemne persoluere. Reuertar ad bonos mores, qui qualem causam habeant, videritis. Faciant etiam si non quod oportet fieri, at quod solet. Alter ait. Scio me nouum ciuitatis miraculum, incedere luxuriosum senem: sed hoc castigandi genus commouere visum. Vt emendaret filium, ipse peccare cœpit. at si auus viueret, nemo in domo luxuriosus non esset, tres luxuriosi fuissetis.

A parte patris. *Glycon Syricon* dixit: [illegible], *Agrotas Massiliensis* longe viuidiorem sententiam dixit, quam ceteri Græci declamatores, qui in hac controuersia tanquam riuales togati sunt. Dicebat autem Agrotas inculta: vt scires illum inter Græcos non fuisse, sententiis fortibus, vt scires illum inter Romanos fuisse. Sententia quæ laudatur, hæc fuit: [illegible]. *Damas Scombrus*: [illegible]. *Diocles Carystius*. [illegible]. *Hermagoras* raras sententias dicebat, sed argutas, & quæ auditorem diligentem penitus afficerent, securum & negligentem transcurrerent. In hac controuersia dixit: [illegible]. *Barbarus* dixit vulgatem sensum satis vulgariter. [illegible]. Elegantius [illegible] composuit *Hispo Romanus*. Placet vobis frugalitas mea, quod patrimonium seruo, quod acquisiui, vxorem mature duxi, semper dilexi, quod ad omnem me tutum fabulam præstiti. Illud affirmo, nihil tota vita frugalius feci. Rem ab omnibus dictam celebertime *Syriacus Vallius* dixit: Fili, quando vis, desinamus.

IN CONTROVERSIAM DECIMAMQVARTAM.

NIC. FABER.

NEC te doces.] Rectè ad oram postremæ editionis Germanicæ adnotatum est, legendum *nec dedoces*. Aliter enim legi huius sententiæ contextus non patitur.

Cestius pater] Vnius Cestij tantum hoc toto opere fit mentio. non video cur patrem appellet, immo potius ex sequenti effictum hoc vocabulum conicio, ideóque delendum.

Facere illum rem non improbam] Vide num delenda sit negatio, & scribendum, *facere illum rem improbam, non id patri remittere*, aut, si quis malit, *non id patri permittere, quod à patre ipsi permissum sit*. Nam ita legendum videtur, nisi forte *rem improbam* interpretemur pro *valde proba*, quo modo apud Virgilium *infracti Latini* lib. xii. dicuntur, & apud Iureconsultum *inaudire causam*. in L. Seneca lib. de Beata vita cap. xxxi. ad finem, quo loci legimus. *Nunc probemus quod prius diximus*. sex veteres quos vidi codices habent, *Nunc improbemus quod diximus prius*. qui si mendo vacant, vt mihi tanto consensu facile persuadeo, *improbare* hoc loco *magis*, vel, *omnino probare* significabit.

Sed corrupit & vnam sententiam.] Hæc controuersia tota mendis & lacunis scatet: videtur tamen hic locus sic restitui posse, si scribamus: *sed corrumpere bonam sententiam*. Et paulo post, *Et voluisse videri tamdiu luxuriatum*, non noluisse.

Glycon Syricon dixit.] Lege *Glycon Spyridion*.

SCHOTTVS.

QVIDAM luxuriante filio] Operæ precium erit contendere cū his Plauti comœdiam, quæ Asinaria inscribitur. & si tantum abs re otij, Casinam.

Quare adolescens, vtere senex] In eandem sententiam Seneca Philosophus epist. 35. *Iuueni parandum, seni vtendum*. Sic enim ibi leg. non *parendum*, docuit Pet. Faber lib. ii. Semestr. cap. xvi. Ennij versus est apud Ciceronem in Catone:

Sicut fortis equus spatio qui forte supremo
Vicit Olympia, nunc senio confectu quiescit.

Nauiga] vide Controu. xxxi. extremam.

Domus nostra luxuriosos] Respexit verbum vetus, *vna arbor non alit duos erithacos*. quo omnem imperij societatem infidam esse docetur.

Nihil mihi opus præceptoribus] Tale illud Horatij lib. ii. Sat. iii.

——*Sine ego prime*
Sen recte, hoc volui, ne sis patruus mihi.

Sed illud Scipionum non obijces] Scipio primo casu est in vet. libro: *& quid elegeris*. Equidem ad quod Scipionis dictum alludat diuinare nondum potui, nec spatium vacuum relictum video: Nisi forte ad continentiā Scipionis Africani respexit: qui capta Carthagine nouam virginem eleganti forma, in conspectum suum adduci vetuit, quod se cum imperio, non priuatum esse diceret. Verum facio libenter. vt certiora adducam, legamque, *sed illud scio non obijces, quod non elegeris*. Rectius tamen Faber, quem postea legi: *Sed illud excipio*.

Conuiuæ dicunt, Bibamus] Frequens hic sermo inter pocula eorum hominum, qui summam beatitudinem voluptate metiebantur: diuinis etiam litteris reprehensus, Esaiæ 22. Sapien. 2. Et 1. Corinth. 15. cap. *Edamus*, inquiunt, *& bibamus, cras enim moriemur*. Lipsius extremo lib. 1. Saturnal. quibus Macrobium vicisse mihi videtur, *viuamus* leg. putat: & Ammiani hiatum acute implet lib. xvi. *Viuamus, pereundum est: calumniatorem sic interpretatum & Catullus: Viuamus mea Lesbia*. Sed mihi de fide opt. libri discedere nefas videtur. Ægyptij in conuiuio sceletum inferebant, vt mortis memoria, qua gaudia finiri omniaque exstingui credebant, ad hilaritatem inuitarētur: vt ex Epigrammate Græco & Petronio Lipsius docet: quibus adde Plutarch. in Sympofio vii. Sapientum. Pleni his vocibus poëtarū libri: de Græcis Anacreon: de Latinis Catullus, Horatius, Tibullus, & Propertius, Lucretius lib. iii.

Hoc etiam faciunt, vbi discubuere, tenentque
Pocula sæpe homines, & inumbrant ora coronis:
Ex animo vt dicant, breuis hic est fructus homullis:
Iam fuerit, neque post vnquam reuocare licebit.

Et Martialis lib. ii. Epigram. lix.

Frange toros, pete vina, rosas cape, tingere nardo,
Ipse iubet mortis te meminisse Deus.

Senex Luxuriosus insanit] Natat pueris in ore Ouidianum illud:

Turpe senex miles, turpe senilis amor.

Ætates inhauriunt] Vetus lib. *Ætas & haurit & vitia lasciuiunt*. vnde conformatum; *ætas exhaurit vitia lasciuia* vel *exhauriat*. Virg.

Omnia fert ætas animum quoque.

Non est luxuria? Patrem videre velimus] Sic interpungo interrogationis nota, neque plane expeditus locus.

Nec te decet dissipare] Nihil variant membranæ. Fort. *Nec dedecet dissipare bona, sed dissipas*, Non, inquit, putas indecorum tibi prodigere parta. Vtitur Cicero 1. Offic. *Falli, errare, labi, decipitam dedecet, quam delirare & mente captum esse*.

Vocalem quæstionem posuit] Sic. inf. libri quarti præfat. de Albucio, *Sententiæ vocales & splendida*.

Simulationem significandam] Nescio cur vetus *significanda & profitenda* generandi casu, nisi forte Græco & veteri more, *caussa*, vel *gratia* exaudiendum.

Ad luxuriam à patre præmissus sum] Aliter longe codex ille Couar. *Ad luxuriam patris vnguento canis madentis & comessatorem senem. Itaque nulli nimis luxuriosus sed patrem sanus videbatur*. n. quo video redit vel simile verbum desiderari.

Vnguento canis madent] Sup. *vnguento coma madet*. & Controu. 1 x. *Madentem vnguentis hesternis: conuulneratum libidinibus, incedentem, vt feminis placeat, femina mollius, & cetera, quæ morbi, non indicij sunt*.

Et parasitorum circumfusam] Dura locutio pro *fusam circum regem turbam*. Vetus lectio veram fortasse suggeret, *& parasitorum circumfusam patris regem turpe sit, & rinalibus rixas, & ebrietati nocturna addi istam diem*. Quidam tentabat: *& parasitorum circumfusam*

circumfuſum gregem (cuius gloſſema eſt *turbam*) *& riualitatibus rixas, & ebrietati nocturna additum diem.* A qua voce ne ipſe quidem M. Tullius abhorruit. Sic.n.Tuſcul. IV. *Obtrectare alteri, aut illa vitioſa æmulatione quæ ſimilis riualitati eſt æmulari.*

Alter vobis ait hoc conceſſum] In veteri, *Alter vobis hoc ait conceſſum: ætate opus vtor, & iuuenali lege fungor.* Nondum ſana lectio: Quid ſi ἀρχαϊκῶς Seneca *ætatis opus vtor?* vt Comici, *Operam abutitur*, pro opera. & *iuuenalis* alibi pro *iuuenili* ſcriptum memini. Non longe abiero: Hac ipſa pag. *permanet iuuenalibus ſtudijs eo turpius luxurioſus quo diutius.* Porro de illius ſæculi licentia Terent. in Adelphis. Concubinatum quoque ea tempeſtate extra legis pœnam fuiſſe lib. XXV. Pandect. Tit. VII. ex Martiano, & Marcello I.C. colligitur. Verum Ariſtoteles lib. VII. Politic. & Chriſtiana religio merito damnant.

Glycon Syricon] Vereor ne leg. ſit *Scyridion* ſeu potius *Spyridion*. Sic enim appellatur extrema Controu. IX. Alibi fere concile *Glycon*.

Agrita pars inculta] fort. *Agrippa inculta, vt ſcires illum*: è veſtigiis lib. vet. *Agripta, & ſcire*. vel *Agrita parcius culta*. vel potius *Agreta*, Maſſilienſis ille qui iam nominatus eſt: ſed ὀνομαστότερον.

Damos Cambrus dixit] Prodigioſe hoc corruptũ nomẽ. Alibi *Damas* quidam nominatur, qui forte *Damaſceticus* Suaſoria I. Et vero ſic emendo: *Damaſus Scombrus* à ſcombro piſce ex Strabone, qui XIV. Trallibus oriundum Oratorem ait: ἐγένοντο δ' ἐξ ῥήτορες ὀνομαστοὶ Διονυσοκλῆς τε καὶ μετὰ τοῦτον Δάμασος ὁ Σκόμβρος. Et Dionyſocles quis ſcit an hic Diocles Caryſtius ſit, cuius & Cenſorinus de die Natali meminit? Græca hæc exculpſimus: εἴ τι μέλει ἐν δέοντι ἀνακωστεύειν. Ἀνακωστεύειν eſt ἀναπνεῖν dictum vt ἀναφῆλαι.

In hac Controuerſia dixit] Græca hic diu nos torſerunt, & vix tandem emerſimus. Hic lege: ὦ τύχη δεινῆς ταῦτα ἐκπέπλοντες ἀλλ' ἄλλοις ἐπιθῦμεν. *Barbarus* dixit vulgarem ſenſum ſatis vulgariter: γραῦς ἡ τέκνον, ὅτι νῦς, ἂν πάθῃ τι, ἀναφύει.

GRVT. & IVRETVS.

BIBAMVS, *moriendum eſt*] Lipſius lib. I. cap. XIX. Saturn. ſerm. emendat, *Viuamus.* nunquam enim hilarius ſe inuitabant, quin laceſſerent lætitiam hoc verbo, *viuamus, moriendum eſt*: quod & reſtituendum Marcellino lib. XVI. vbi id ipſum ſic interpretatus erat calumniator, tanquam machinaretur Dominus ille aliquid magnum, & cum exitij ſui metu coniunctum, aut tanquam id detorſiſſet in ſæuitiam Imperatoris, ſub quo omnibus pereundum eſſet.

Nec potantem adumbras] Pal. *poteſtatem*, quod natum à ſcribendi ratione compendiaria.

Peregrinus negotiator. CONTROVERSIA XV.

THEMA. *Quidam cum haberet formoſam vxorem peregre profectus eſt. in viciniam mulieris peregrinus mercator commigrauit. ter illam appellauit de ſtupro, adiecit preces. negauit illa, deceſſit mercator, teſtamento omnibus bonis hæredem eam reliquit, & adiecit elogion,* Quia pudicam comperi. *adit hereditatem: redit maritus, accuſat adulterij ex ſuſpicione.*

CONTRA VXOREM. *Porcij Latronis.* Quanquam eo prolapſi mores iam ſunt, vt nemo ad ſuſpicãda adulteria nimium credulus videri poſſit, tamen ego adeo longe ab eo vitio ſemper fui, vt etiam timeam, ne quis in me aut nimiam patientiam, aut nimium ſtuporem arguat, quod tam ſeram querelam detuli. Non accuſo adulteram, niſi diuitem factam: ex ea domo ream protraho, in qua iam nihil meum eſt. cum ego tandiu peregrinatus ſim, nullum periculum terra marique fugerim, plus iſta intra vnam viciniam, quam ego toto mari, quæſiuit. Poſt tantos impudicitiæ quæſtus, ſi tacere poſſim, confitendum habeo, hac me cauſa abfuiſſe, vt in acceſſione patrimonij peregrinando cũ vxore certarem. Illud, Iudices, mihi tormentũ eſt, quod notata iudicio veſtro, vt multiplicatam dotem perdat, plus tamen ex quæſtu habet, plus habitura eſt, quam quantũ damnatæ perdendum eſt. Tantum in iſtam diues amator effudit, vt poſt pœnam quoq; expediat fuiſſe adulterã. Quæ præceperim vxori proficiſcens, ſcio: cetera, quemadmodum adoleſcens formoſus, diues, ignotus, in viciniam formoſæ, & in abſentia viri nimium liberæ mulieris commigrauerit, quemadmodum aſſidua ſocietate quotidianæ per diem noctemq; libidinis exhauſtis viribus perierit, interrogate rumorem. Vos interrogo, Iudices, quid officij mei fuerit. Poteram ego ſaluo pudore meo nihil de hereditate ſuſpicari, in qua etiamnum auctor ab vxore dictus ſum? Veni nihil aliud quam vt fortunam meam querar. nam cauſam melius vos noſtis. Tempus eſt, Iudices, de vxore & marito credi, mulierem tam formoſam amari potuiſſe. Pudica forte ſic amari, ne ſollicitaretur, potuit. Neque eſt quod dicat: Non in meo iſtud arbitrio poſitum. Erraris vos Iudices, ſi nõ maritũ ad ſollicitandam matronam putatis irritamẽtum: ſpem corrumpendi quamuis facilem, quamuis amabilem ſexum. Si tãtum in formoſa ſperari poteſt, quantum placere poteſt, omnes formoſæ in ſe vniuerſos populos conuerterent. Matrona quæ ſe aduerſus ſollicitantes auiam volet, prodeat in tãtum ornata, ne immunda ſit: habeat comites eius ætatis, qui impudicos, ſi nihil aliud, verecundia annorum remoueant. ferat iacẽtes in terram oculos: aduerſus officioſum ſalutatorem inhumana potius quam inuerecunda ſit, etiam in neceſſariam reſalutandi vicem multo rubore confuſa longe ante impudicitiã neget ore, quam verbo in hac ſeruandæ integritatis cuſtodia. nulla libido irrumpet. Prodite mihi fronte in omne lenociniũ cõpoſita, paulo obſcœnius quam poſita veſte nudæ, exquiſito in omnes facetias ſermone, tãtum nõ vltro blãdiẽtes, vt quiſquis viderit, non metuat accedere. Deinde miramini, ſi cum tot argumẽtis pudicitiam proſcripſerit, cultu, inceſſu, facie, aliquis repertus eſt, qui incurreret, & reti adulteræ ſe non ſubduceret. Internuntium, puto ſollicitantis ſe, arripi & denudari iuſſit, & flagella & verbera, & omne genus cru-

ciatus poposcit, in plagas deterrimi mancipij vix imbecillitatem muliebris manus cōtinuit. Nemo sic negantem iterum rogat. Quotiens quod non vna peregrinareris questa es? apud quem indignata es? Abunde in argumentum pudicitiæ profuturum putas, si stuprum tantum negaueris, quod plerumque etiam impudicissima spe vberioris præmij de industria simulat. Quando de iniuria tua viro scripsisti, & ne in occasionem similis iniuriæ solitudo tua pateret, maturiorē reditū rogasti? & quanto decentius contumeliam penetralium meorum vxoris epistola, quam testamēto sollicitatoris cognoscerem! Misertimus omnis sæculi maritus, sic contēpta absentia mea, etiam nunc ioiuriā meam nescirem: si qui fecerat, tacere voluisset. Totiens sollicitantem in istam faciem qua placere poteras, conuertisti. Non omne ornamentum, veluti causam talis iniuriæ execrata es: Quod proximum est à promittēte, rogata stuprum, tacet. Inspicite adulteri censum ex eo impune, si quod adulteris edidit, si est aliquid quod non erit. Quid singillatim omnia percenseo? quicquid ego non emi in mundo tibi miser, vt maritus, cum omni censu meo inter munera adulteri lateo. *Sola mihi heres esto.* Quid ita? habes, inquit, scripsit causas. quia cum semel appellassem, cum iterū, cum tertio, non corrupi. O vos nimium felices, & aureo, quod aiunt, sæculo natos, si etiam qui impudicas quærunt, pudicas honorant. Omnium bonorum meorum, omnis pecuniæ meæ sola heres esto: quia corrumpi non potuit, quia tot sollicitationibus expugnari non potuit, quia tam fideliter pudicitiam custodiuit. Tace paulisper nomen auctoris: nunquid non testamentum viri crederetur? nullam esse in vxore suspicatur infamiam inter mutuum eius amorem: aut certe ita creditum. iam moriturus tabellas occupare, si vultis cum muneribus meis imponere, eclogium ex testamento adulteri petendum est. *Sola heres esto:* quamuis aliena, quamuis ignota: tantum quia pudica, quia incorrupta est. Quid? isti tam censorio adultero non mater est? non soror? non propinqua? aut nulla earum pudica est? Idcirco scilicet cum tātis diuitiis peregrinas vrbes in honorē pudicitiæ incognitæ perambulabat. Illic vbi natus est, nulla pudica erat. at illic vbi negotiatus, quia nulla non prostitura erat, vacuo testamēto pudica heres per errorem quæsita est. Ego adulteram arguo, quam in matrimonium recepi, qui communes ex illa liberos precatus sum, qui pudicam libentissime crederem Adeone iam ad omnem patientiam sæculi mos abiit, vt aduersus querimoniam viri vxor alieno teste defendatur? At hercules aduersus externorum quidem opiniones speciosissimum patrocinium erat: *Ego viro placeo.* At ego, si hunc morem inscribendi recipitis, in conspectu vestro ita scribam: *Vxor mea heres esto, quod peregrinante me adamata est, quod heres ab adolescente alieno ac libidinoso relicta est, quod tam infamem hereditatem adijt.* A duobus vos testamentis in consilium mitto. vtrum secuturi estis? quod ab adultero absoluitur, an quod damnatur à viro? Magnus est, pudicitiæ fructus pudicā credi: & aduersus omnes illecebras atque omnia delinimenta muliebris ingenij, est veluti solum ac firmamentum in nullam incidisse fabulam: nouos fortasse, non in omnium æstimationem occurrere: & horrenda multa, deinde ac varia daturus experimenta. femina quæ damnum pudicitiæ qui vis est, atque curandus est esse ac videri pudicam.

Cetera desunt. Quæ sequuntur, sumpta sunt ex Epitome.

Muliebrium vitiorum fundamentum auaritia est. Quæ potest non timere opinionem adulteri, potest non timere adulterium. Ex omni rupe conchylium trahitur, quo vestis cruentetur. Infœlices ancillarum greges laborant, vt adultera tenui veste perspicua fit, & nihil in corpore vxoris suæ plus maritus, quam quilibet alienus peregrinusque agnouerit. Frustra æstimabo esse indicia, sit tantum qui rogat, comperit pudicam, Omnes te impudicam loquuntur, pudicam tantum vnus, & peregrinus. Cui plus laudator quam accusator nocet. Vxorem meam nusquam audiui pudicam, nisi in adulteri eclogio. Deijce in terram oculos, & aures tuas externorū vocibus claude. Sibi quisque per te neget. Pudicam ille dixit, ego impudicam. Puto, plus creditis ciui, quam peregrino: marito, quam adultero. Ipsum eclogium corruptoris animo scripsit, *Quia pudicam*, inquit, *comperi*, quod nulli prætet me contigit.

Pars altera. Formosa est: hoc natura peccauit. Sine viro fuit: hoc maritus peccauit. Appellata est: hoc alius peccauit. Negauit: Hoc pudice. Heres relicta est: hoc feliciter. Hereditatem adiit: hoc consulto fecit.

IN CONTROVERSIAM DECIMAMQVINTAM.

NICOLAVS FABER.

IN *qua etiamnum auctor*] Non potuit enim in potestate mariti constituta, nisi eo auctore hereditatem sibi relictam cernere: sed ea mariti auctoritas τοῦ χρεῶν, absente marito, vel ignorante, interponebatur, ideoque ait se auctorem dictum, quia reipsa non fuit.

Si non maritum] Male hęc aliter in editione Romana, quę nos ex veteribus editionibus restituimus. Vult autem dicere quod Ouidius eleg. I v. lib. III. Amorum his versibus expressit.

Quicquid seruatur, cupimus magis: ipsaque furem
Cura vocat: pauci quod finit alter amant:
Nec facie placet ipsa sua, sed amore mariti:
Nescio quid, quod te ceperit esse putant.
& quæ sequuntur.

Quod adultero absoluitur,] Mallem *quo ab adultero absoluitur, an quo damnatur?*

SCHOTTVS.

ET *adiecit elogium*] In Testamentis & Legatis *Elogium*, titulus, vel caussa, datæ vel sublatæ hereditatis adiici solet. Pleni sunt I.C. lib. Quinctil. lib. VII. cap. IV. *Nonnunquam etiam reus hic totius summam*

summam constituit, si exheredatum à se filium pater testatus fuerit, Elogio, propterea quod is meretricem amauerit. Et Declam. cccxxv. *Elogium* vocat verba precaria de hereditate testitueda, in heredem collata. M. Tullius nunc in testamentis, nonuunquam, pro sepulcrorum monumentis, alias pro honorifica testificatione vsurpat: quæ & ipsa non exscribam. Nec me fugit quæ nuper exorta dissensio est inter Scaligerum, in Catalecta Virgiliana, & M. Anto. Muretum lib. xi. Variar. lect. c. xiij. Hic *Eclogium*, ille *Elogium* dicendum contendit. Manutius, & ni fallor Lambinus, *Eulogium* ex Græca consuetudine. Corruptus in hac voce & Fulgentius *de prisco sermone*. Tentabam, *Elogium est hereditatis etiam in malo.*

Longe ab eo vitio semper fui, vt etiam timeam] Diuersa ab his vetus scriptura, quam tamen probam esse præstare non ausim:

Tamen ego adeo longe ab eo vitio: iam patientiam egisti meam, ne quis in me.

Inqua etiamnum auctor] Ex obscuris & deprauatis vetustiss. libri vestigiis, suspicabar leg. *In quam etiam nomine auctoris vxore dictum est.* Iam vero nemini, paullum modo in I. C. scriptis versato, obscurum esse potest, qui in venditionibus *Auctores* & in Tutela appellentur, nam & in xii. Tabulis *Auctoritas* pro iure dominij. ADVERSVS HOSTEM ÆTERNA AVCTORITAS. Cicero I. offic.

Sic se inuerecundiam pignori] Deprauatus haud dubie & hic locus: nihilo melius in veteri, nisi quod *in verecundiam* in duas voces diducat: Tentabam addita vna syllaba *pignorari*, pro superare. quasi dicat: Matronem quæ continentes habeat oculos, etiam impudicos vincere, & quasi, sanæ mentis beneficio, sibi obstringere. Talis modus & in illo Ciceronis Phili. xiv. quem alibi explicat doctiss. Budæus. *Etenim Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignorari solet.*

Prodite mihi fronte] *Frontem compositam* accusandi casu in optimis codd. scriptum repperi, vnde coniiciat aliquis *porrigite* legendum.

Se non subduceret internuncium] Hæc vitiose hactenus edita. In vet. lib. noua hinc periodus auspicatur. *Internuntium puto illud sollicitantis arripuit.* *denudari iussit*, &c.

Misce vt maritus] Ante hæc interpungendum censeo, *Mundum autem muliebrem intelligit*

Ademit omnis patientia] in Epitoma *pudicitia* [illegible] tur: sed illud malo.

Atque omnia delinimenta] Proprium in Amoribus verbum: Turpilius Demetrio:

Videmirum ingenium ac delinificium mulierum:
Commorat hominem lacrymis.——

Et Afranius in Vopisco apud Nonium.

Si possent homines delinimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores anus:
Ætas & corpus tenerum, & morigeratio,
Hæc sunt venena formosarum mulierum:
Mala ætas nulla delinimenta inuenit

Solum ac firmamentum] Retineo copulam *ac*, licet à vet. libro abfuerit. Sic apud M. Tullium in Bruto Cæsar, *Solum ac fundamentum.* Hinc *in solum venire*. Varroni apud Nonium & Afranio, Ciceroni item lib. ix. epist. vlt. & I. de Natura Deor. quo de Hadrian. Turneb. lib. ix. Aduersarior. cap. II. Populum quoque fundum factum idem M. Tullius in Corneliana dixit, pro auctorem esse. à fundando & fundamento, non, vt quidam, à fundendo.

Nouas fortasse] Extrema hæc adeo deprauata, & mutila vt de medicina desperem: conandum tamen. In emendatione quidem vtendum coniectura, in mutilis vero restaurandis Epitoma libri secundi extrema supplebit ea, quæ hic temporis iniuria interciderunt, de auaritiæ detestatione in matronis. Suspicor igitur hic *nouos fortasse* legendum. Dolendum sane integram hanc vnius Porcij Latronis Declamatorum principis, actionem decurtatam ad nos peruenisse: Nec enim assentior Petreio, qui illam Epitomæ partem aliunde hinc assutam putat: Quadrant enim ad amussim, & *Alteram partem* pro vxore continet.

Et horrenda, multa deinde ac varia daturus experimenta] Hæc verba aliunde huc translata; neque enim hic quadrant. Deinceps sic lego: *Feminæ quæ damnum pudicitiæ cuius est, atque* (pro *statim*; Agellius lib. x. cap. xxvix. & Nonius) *curandum est, esse, ac videri pudicam.*

nec.

M. ANNÆI SENECÆ CONTROVERSIARVM

LIBER TERTIVS, [alijs SEPTIMVS.]

INSTATIS mihi quotidie de Albutio: non vltra vos differam, quamuis noo audierim frequenter, cum per totum annum quinquies sexiesue populo diceret, ad secretas exercitationes non multi irrumperent, quos tamen gratiæ suæ pænitebat. Alius erat cum turbæ se committebat: alius, cum paucitate contentus erat. Incipiebat enim sedens, & si quando illum produxerat calor, exsurgere audebat. Illa tempestiua in declamationibus eius philosophia sine modo tuuc, & sine fine euagabatur: raro totam controuersiam implebat. Non posses dicere diuisionem esse, non posses declamationem: tanquam declamationi multum deerat, tanquam diuisioni multum supererat. Cum populo diceret, omnes vires suas aduocabat, & ideo non desinebat. Sæpe declamante illo ter buccinauit, dum cupit in omni controuersia dicere, nec quicquid debet dici, sed quicquid potest. Argumēta enim argumētis colligebat: & quasi nihil esset satis firmū, omnes probationes probationibus aliis cōfirmabat. Erat & illud in argumentatione vitium, quod quæstiooem non tanquam partem conttouersiæ, sed tanquam conttouersiam implebat. Omnis quæstio suam probationem habebat, suam excusationem, suos excessus, suas indignationes, epilogum quoque suum. Ita vnam conttouersiam proponebat, plures dicebat. Quid igitur? omnis quæstio per numeros suos implenda non est? Est quidem, sed tanquam accessio, non tanquam summa. Nullum habile membrum est, si corpori par est. Splendor orationis, quantus nescio an in vllo alio fuerit. Non lexis magna, sed phrasis. Dicebat.n. citato & effuso cursu, sed præparato. Extemporalis illi facultas, vt affirmabant qui propius norant, non deerat, sed putabatur ipse sibi deesse. Sententiæ, quas optime Pollio Asinius albas vocabat, simplices, apertæ, nihil occultum, nihil insperatum afferentes, sed vocales & splendidæ. Affectus efficaciter mouit, figurabat egregie, præparabat suspiciose. Nihil est autem tam inimicum, quam manifesta præparatio, Apparet enim subesse nescio quid mali. Ideoque moderatio est adhibenda, vt illa sit præparatio, non confessio. Locum beate implebat. Non posses de inopia sermonis Latini queri, cum illum audires, tantum orationis cultæ fluebat. Nunquā se torsit quomodo diceret. Sufficiebat enim illi in quantum voluerat, explicandi vis. Itaq; ipse dicere solebat, cum vellet ostendere, nō hæsitare se in electione verborum: Cum rem animus occupauit, verba ambiunt. Inæqualitarem in illo mitari libebat. Splendidissimus erat. idem res dicebat omnium sordidissimas, *acetum, & puleium, & laternas, philerotem, spongias*: nihil putabat esse, quod dici in declamatione nō posset. Erat autem illa causa: timebat, ne scholasticus videretur. Dum alterum vitium deuitabat, incidebat in alterū: nec videbat, nimium orationis splendorem his admixtis sordibus non defendi, sed inquinari: & hoc æque omnium est, vt vitia sua excusare malint, quam effugere. Albutius enim non quomodo non esset scholasticus quærebat, sed quomodo non videretur. Nihil detrahebat ex superuacuo strepitu. Hæc sordida verba ad patrocinium aliorum afferebat. Hoc illi accidit inconstantia iudicij. Quem proxime dicentem cōmode audierat, imitari volebat. Memini omnibus illum rebus omissis apud Fabianum philosophum tanto iuniorem quam ipse erat, cū codicibus sedere. Memini admiratione Hermagoræ stupentem, ad imitationem eius ardescere: nulla fiducia ingenij sui, & ideo assidua mutatio. Itaque dum genera dicendi transfert, & modo exilis esse vult, nudisq; rebus hærere, modo horridus, & volens potius quam cultus, modo breuis & concinnus, modo nimis se attollit, modo nimis deprimit, ingenio suo illusit, & longe deterius senex dixit. Nihil enim ad profectum ætas ei proderat, cum semper studium eius esset nouū. Idiotismus est inter oratorias virtutes, res quæ raro procedit. Magno enim tēperamēto opus est, & occasione quadam. Hac virtute varie vsus est. Sępe illi bene cessit, sæpe decidit. nec tamen mirū est, si difficulter apprehēditur vitio tam vicina virtus. Hoc nemo præstitit vnquam Gallione nostro decentius. Iam adolescentulus cum declamaret apte, & conueniēter, & decēter, hoc genere vtebatur. Quod eo magis mirabar, quia tenera ætas refugit omne, non tātum quod sordidum, sed & quod sordido simile est. Raro Albutio respondebat fortuna, semper opinio: quāuis pænituisset, adire libebat. Tristis, sollicitus declamator, & qui de dictione sua timeret, etiam cum dixisset. Vsque eo nullū tempus securū erat, hæc illū sollicitudo fugauit è foro, & tantum vnius figuræ crudelis euentus. Nam in quodam iudicio centumuirali, cum diceretur iurisiurandi condicio aliquando facta ab aduersario, induxit eiusmodi figuram, qua illi omnia crimina retegeret. Placet, inquit, tibi rem iureiurando transigi? iura, sed ego iusiurandum dabo. Iura per patris cineres, qui inconditi sunt. Iura per patris memoriam, & executus est locū, quo perfecto surrexit. L. Aruntius ex diuerso ait: Accipimus condicionem. iurabit. Clamabat Albutius: Non detuli condicionem, schema dixi. Aruntius instabat, Cētumuiri rebus iam vltimis se parabant. Albutius clamabat: Ista ratione schemata de rerū natura tolluntur. Aruntius aiebat. Tollantur, poterimus sine illis viuere. Summa rei hæc fuit. Centumuiri dixerunt, dare ipsos secundum aduersarium Albutij, si iuraret ille. Iurauit.

rauit. Albutius non tulit hanc contumeliam, sed iratus calumniam sibi imposuit: nunquã enim amplius in foro dixit, homo summæ probitatis, qui nec facere iniuriã, nec pati sciret. Et solebat dicere: Quid habeo quare in foro dicam, quum plures me domi audiant, quam quenquam in foro? Cum volo, dico: quamdiu volo, assum vtri volo. & quamuis non fateretur, hoc delectabat illum in declamationibus, quod schemata sine periculo dicebantur. nec tamen in scholis effugere contumelias poterat Cestii, mordacissimi hominis. Cum in quadam controuersia dixisset Albutius; Quare calix si cecidit, frangitur: spongia si cecidit, non frangitur? aiebat Cestius: Ite ad illum cras declamabit vobis, quare turdi volent, cucurbitæ non volent. Cum dixisset Albutius in illo, qui fratrem parricidij damnatum exarmata naue dimisit, Imposuit fratrem in culeum ligneum: Cestius eãdem dicturus, sic exposuit cõtrouersiam. Quidam fratrem domi à patre damnatũ, nouerca accusante, cum accepisset ad supplicium, imposuit in culeum ligneũ, vt perueniret nescio quo terrarum. ingens risus omnium secutus est. Sed nec ipsi bene cessit declamatio. paucas enim res bene dixit. sed cum à scholasticis non laudaretur: Nemo, inquit, imponit hos in culeum ligneum, vt perueniant nescio quo terrarum, vbi calices franguntur si ceciderint, spongiæ non franguntur. Video quid velitis: sententias potius audire, quam iocos. fiat. Audite sententias in hac ipsa controuersia dictas.

IN PRÆFATIONEM LIB. III. CONTROVERSIARVM,

NICOLAVS FABER.

DE Albutio:] *C. Albutij Sili vita extat à Suetonio descripta lib. de claris Rhetoribus, à quo petenda est. B. Hieronymus in Chron. Silonem vocat, vereor ne corrupte, quem claruisse anno imperij Augusti* XXXII. *scribit. Rhetorica etiam quadam composuit, quæ reprehendit Quinctilianus, cap.* XVI. *lib.* II. *& cap.* III. *&* VIII. *lib.* III. *addito tamen elogio, quo eum non obscurum professorem, & auctorem dicit. Porro per c. scribendum est Albutij nomen, non per t. vt hic scribitur, & vulgo apud auctores. id autem probant lapides & Albucillæ nomen apud Tacitum. Idem de Porcio, Vinicio, & ceteris eiusmodi censendum est.*

Sæpe declamante illo ter buccinauit,] *Quod fiebat appetente nocte. Tragœdia Thyestes:*

Nondum in noctem vergente die
Tertia misit buccina signum.

Quomodo etiam intelligo locum Liuij lib. XXVI. Dimittens, *inquit,* Prætorium, tribunis militum ac præfectis sociorum imperauit, vti duobus milibus equitum denuntiarent, vt ad tertiam buccinam præsto essent. *quæ malo ad diei tempestatem referre, quam ad signum militare. Sequitur enim,* cum hoc equitatu nocte Teanum profectus.

Ita vnam controuersiam proponebat,] *Veteres quidam, in quibus optimus, habent,* Ita in vnam controuersiam proponebat plures dicebat excusationem suam. Quid igitur? *quam tamen lectionẽ non video cur editæ præferam. Quatenus autem dicendum sit, vide elegantem Plinij Iunioris ad Tacitum Epistolam lib. Epist.* I.

Inæqualitatem in illo mirari libebat] *Suetonius in eius vita:* Sed ex eo clarus propria auditoria instituit, solitus proposita controuersia sedens incipere, & calore demum prouectus consurgere & perorare. declamauit autem genere vario modo splendide atque ornate tumne, vsquequaque scholasticus existimaretur, circumcise & sordide, & tantum non triuialibus verbis. *Ita enim partim veteres libri partim rei veritas legendum esse hunc locum comprobant.*

Magno enim temperamento opus est,] *Vulgaris artificij non est, quæ per se vilia sunt, & sordent, tam aptæ disponere, vt cultui & ornamento sint. hoc idiotismus præstat, cum orator vulgaribus verbis & sordidis adeo prudenter vtitur, vt in hæc non incidisse, sed ve necessaria adsciuisse videatur. Exempla exstant apud Quinctilianum cap.* III. *lib.* VIII. *à Cicerone, alijsque auctoribus petita, quibus ipsam verborum humilitatem vim rebus aliquando adferre probat. Et Longinus περὶ ὕψους, ἔστιν, inquit, ὁ ἰδιωτισμὸς ἐνίοτε τοῦ κόσμου πολὺ ἐμφανιστικώτερον. ἐπιγινώσκεται γὰρ αὐτόθεν ἐκ τοῦ κοινοῦ βίου. τὸ δὲ σύνηθες ἤδη πιστότερον.*

Aruntius] *Emenda* Arruntius *per duplex* rr, *quemadmodum fasti & auctores Græci scribunt. Is est senator, & consularis frequenter Tacito sub imperio Tiberij dictus, quem diuitem, promptumque artibus egregijs, & pari fama publice Augustus dignum imperio, & ausurum, si casus daretur, iudicauit: cuius etiam sanctissimas artes alibi vocat idem auctor, interque eos recenset Suilius qui incorrupta vita & facundia ad summa peruenerunt. Clarior tamen morte bene vsus euasit, quam vide apud eundem Tacitum lib.* VI. *In quo fortasse etiam lib.* II. *in Pisonis iudicio.* T. Arruntius *inter patronos à Pisone petitos pro L. male scribitur. Nam T. Arruntij oratoris nulla mentio exstat, & excellentem oportet fuisse patronum, quem ante Asinium Gallum & Marcellum Æserninum, vel Piso petijt, vel Tacitus nominauit. Celebrem autem fuisse hanc Albutij fabulam in scholis, Quinctilianus auctor est cap.* II. *lib.* IX.

SCHOTTVS.

Q*Vinquies sexiesue populo diceret*) Erat in veteri *quinquies exiens vt populo diceret.* Natum fort. mendum quod huiusmodi in ES exeuntia N. littera addita efferrent: vt & *totiens* & *quotiens* perpetuo, non solum in libris nostris, sed & in Pand. Florentinis.

Incipiebat enim sedens] Suetonius de claris Rhetoribus. *Solitus Albutius proposita Controuersia sedens incipere* (recte Faernus, *inciperet*) *& calore demum prouectus consurgere ac perorare, declamare autem genere vario modo splendide atque ornate.* Idem impetus dicendi in Porcio Latrone, qui & ipse antequam dicere inciperet, sedens Quæstionem

eius quam dicturus erat, Controuersiæ proponebat. Seneca in præf. epitomæ Controuet.

Sæpe ter buccinauit.] Hoc est, ternas sæpe horas declamando exemit. *Buccina* enim antiquissimis temporibus horarum signum dabatur: quem morem ex castris in vrbem traductum puto. Fl. enim Vegetius inter signa militaria semiuocalia & *buccinam* nominat: quæ in semetipsum æreo circulo flectitur. Polybius lib. VI. vbi de Castrametatione Ro. ὁ γὰρ πρώτης σημαίας τῶν τριαρίων ταξίαρχος τὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖται τοῦ κατὰ φυλακὴν βυκανᾶν, Et mox: τὴν δὲ ἐπιμέλειαν τοῦ κατὰ φυλακὴν βυκανᾶν, ὡς ἀρτίως εἶπον, ἵνα σύμφωνον ᾖ τοῖς ἐφοδεύουσι πρὸς τοὺς φυλάττοντας οἱ τῆς πρώτης σημαίας τῶν τριαρίων ἐξ ἑκατέρου τοῦ στρατοπέδου ταξίαρχοι, καθ' ἡμέραν ποιοῦνται. *Princeps primi signi Triariorum curam gerit, vt competens Vigilijs signum tuba detur. Dandi autem signum buccina (vt paullo ante dixi) per singulas vigilias, quod circuitoribus conueniat cum vigilibus ductoribus ordinum primi signi Triariorum vtriusque legionis quotidie cura incumbit.* In foro vero caussæ ad clepsydram perorari solent, cum duæ horæ accusatori III. reo darentur, ex lege Pompeia, de qua Cicero in Bruto: quarto de Finib. initio lib. XII. ad Atticum epist. XLIX. & VII. ad Famil. epi. XXIV. Et Asconius Pedianus in Milonianam. De horologiorum prima inuentione, Plinius lib. II. cap. LXXVI. & lib. VII. cap. vltimo.

Suam executionem] Alij *excusationem* legunt. Locus sane decurtatus Integre enim in Epitoma sic legitur: *Sed tanquam Controuersiam implebat. Omnis quæstio suam propositionem habebat, suam exercitationem, suos excessus, suas indignationes, Epilogum quoque suum. Ita vnam Controuersiam exponebat, plures dicebat. Quid ergo? nam omnis quæstio per numeros suos implenda est? Quid ni? sed tanquam accessio, non tanquam summa.* Quæ à Typographis omissa, huc reuocanda sunt: sed retinendum plane *executionem* moneo. Fortunatianus enim lib. II. Rhetor. Scholast. *Quæ sunt partes probationis? Propositio, Executio, Conclusio*, Ita appellat. *Executionem*, quam Hermogenes ἐπεξεργασίαν apto omnino verbo, licet sub eo nomine & ἐπιχειρήματα Hermog. complectatur. nam δείνωσις, hoc est, indignatio pars est Epilogi. Excessus vero siue Digressiones certo loco non sedent, quibus quodammodo respondent αἱ εἰσβολαὶ τῶν χωρίων Hermogeni & multa τῆς διασκευῆς.

Quas Pollio albas vocabat] Sic & in Epitoma, etiam scripta: Couarruuianus tamen *albas violabat*. Acumen aliquod hic latet: suspicor leg. *albas violas vocabat*. Vulgarē vt non reiicio, ita in Couarruuiana videtur illud latere, quasi albas & puras sententias, hoc est, καθαρὰς καὶ ἀφελεῖς, tanquam μετρίως violaret Albutius næuo & fuco τοῦ κομμωτικοῦ κάλλους: sic enim accipe *sententias splendidas*, καὶ τὸν ὄγκον τῆς λέξεως, sic etiam interpretare, *vocales sententias*. Positum autem est in præceptis artis, vt τὸ ἁπλοῦν ἀφελῶς; effaretur, non περιττολογῶν, nisi subsit aliqua δεινότης, aut dedita opera conquiratur. Sed si hanc interpretationem sequeris, illa verba (*optime Asinius Pollio*) parenthesi erunt circumscribendæ: aut si hoc ἀσφαλέστερον vulgata, quod malim, retineatur.

Figurabat egregie] Sic de hoc ipso Albutio Controuersia XII. decentissime in aliquas *Figuras* declamationem describere, & Inf. de *Figurâ euentu.*

Nihil est tam inimicum] Monent studiose Rhetores, in his Cicero & Fabius, summi artificis esse, dicendi artem tegere, ne fucum auditori facere videaris. Sic præfat. lib. VI. *C. Silo partem Eloquentiæ putabat, eloquentiam abscondere.*

Idem res dicebat omnium sordidissimas] Hoc est, εὐτελεστάτας, de quibus Aristides Quinctilianus ἐν τῷ περὶ ἀφελοῦς λόγου, & Hermogenes illum secutus, sed breuius ἐν τῷ περὶ ἀφελείας. vbi & obseruatur à Criticis aliqua quod εὐτελῆ essent, & indigna Demosthene obelisco notata: quale illud, κοχλίας ἐρῶ ὑπὲρ βοιῶν, καὶ κατὰ τὸ θέρος ἐλαιῶν. Talia de aceto, puleio, laternis & spongijs: sunt enim hæc omnia sine vlla dubitatione εὐτελῆ.

Puleium, laternas, Philerotem] Ant. Augustinus v. c. legebat, *puleium, laternas, pilam, rotam*, sunt enim hæc in puerorū lusibus. In epitoma scripta addebatur, & *Damam*, notum animal ex Virgilio in Bucul.

Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.

vel potius liberti aut serui nomen *Dama* vel *Damas* frequens in Pandectis, vt pigeat loca exscribere: *Eros* item, & *Anteros*, Horatius.

Intererit multum, Dauusne loquatur, Erosue.

vt in vett. lapidib. C. CÆCILIVS C. L. EROS, quibus Notis Caiæ libertus Eros designatur: & apud Suetonium de illustr. Gramm. emendante Ios. Scaligero, *Staberius Eros emptus de catasta* cuius & Plinius meminit lib. XXXV. cap. XVII. quāquam vulgares libri *Taberium Erotem* Luculli illum libertum vocant. *Phileros* quoque serui nomen & Tabellarij apud M. Tullium Epist. ad Papirium Pætum: puer item in deliciis Valerio Æditua apud Agellium.

Quid faculam præfers Phileros, quæ nil opu' nobis?
Ibimus, hac lucet pectore flamma satis.

Sunt igitur ὑποκοριστικὰ ὀνόματα seruorum, aut meretricum, etiam apud Athenæum, ceterosque. Satis illud mihi Comœdiæ nouæ videri, quæ sunt εὐτελῆ & ἀφελῆ: qualia sexcenta apud Menandrum esse monet Hermogenes, qui & prudenter obseruat, vt hæc omnia genera verborum vitanda sint τῷ πολιτικῷ, vt etiam adhibenda Albutio certe, qui albas & simplices sententias sectabatur, adhibenda erant prorsus τὰ ἀφελῆ, imo ab eo studiose conquirenda. Epitomæ igitur lectionem hic sequor, in qua & *Pulegium* scriptum vidi, herba hortensis in vulgus nota, in qua lusit & Cicero, Titoni suo blandiens: *Cras*, inquit, *exspecto Lestam, etenim ad cuius rutam pulegio mihi tui sermonis vtendum est.* *Spongia* etiam sordido solet ministerio, exonerata aluo, adhiberi, de qua Seneca Philosophus epist. LXXI. Item vulneribus detergendis. Inf. de *spongia non volante* idem Albutius.

Dum alterum vitium euitabat] Hinc Satyricus.

Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.

Ad imitationem eius ardescere] *arescere* est in veteri Hunc alibi laudat Hermagoram: Cicero item in Bruto & de inuentione: laudat & Fabius lib. III. ca. I. VI. & vltimo.

Ætas ei nihil proderat] In Epitoma paullo aliter] *Nihil enim ei ætas proderat ad profectum, cum semper*

studium

studium esset nenam. Quæ & in vet. codice leguntur, sed aberat *ad profectum.*

Idiotismus est virtus oratoria] Hermogeni ideæ species est. Est enim ἀφέλεια vna ἐκ τῶν ἰδεῶν, quæ magnæ laudi est Oratoribus, etiam ἐν τοῖς πανηγυρικοῖς & in foro, quum personæ inducendæ sunt aut exprimendæ τῶν ἰδιωτῶν, vt idem Hermog. monet. vide & Fabium lib. III. cap. VI.

Vitio tam vicina virtus] Horat. in arte Poëtica:

Maxima pars vatum, pater, & iuuenes patre digni
Decipimur specie recti.

Iuuenalis Satyr. XIIII.

Fallit enim vitium specie virtutis, & vmbra.

Ouidius l. I. Remedij:

Et mala sunt vicina bonis, errore sub illo
Pro vitio virtus crimina sæpe tulit.

Raro. Albutio respondebat Fortuna] Præcedenti clausulæ annectitur, & hæc in Epitoma etiam scripta: *Quod eo magis mirabar, quia tenera ætas refugit omne non tantum quod sordidum, sed quod sordido simile est.*

Tristis sollicitus Declamator] Hæc aberant ab Epitomæ libro veteri, qui est Ant. Augustini.

Vnius figuræ crudelis euentus] Qui & à Suetonio lib. de claris Rhetoribus sic narratur: *Renunciauit foro partim pudore, partim metu: nam cum in lite quadam Centumuirali ab aduersario, quem, vt impium erga parentes incessebat, iusiurandum, quasi per figuram, sic obtulisset: iura per patris matrisque cineres, qui inconditi iacent, & alia in hunc modum: Arripiente eo conditionem, nec iudicibus aspernantibus, non sine magna sui inuidia negotium afflixit.* Eandem Historiam vt vulgo notam, refert & Fabius lib. IX. ca. II. extremo. *Vtilis etiam aliquando dissimulatio est vt in eo (nota enim fabula est) qui cum esset contra eum dictum, Iura per patroni* (fort. *patris*) *tui cineres, paratum se esse respondit: & Iudex condicione vsus est, clamante multum aduocato, schemata de rerum natura tolli: vt protinus etiam præceptum sit, eiusmodi Figuris vtendum temere non esse.*

Qua illi omnia crimina irrogaret.] In epitoma *qua illi omnia crimina retegeret.* At in veteri, *qua illius omnia tegeret.* puto tamen *detegeret* verum esse.

Et executus est locum] *Locum* vocat partem Controuersiæ, & τὸ *executus est*, valet hoc loco ἐξεργάζεσθαι, vt supra paullo docui de *executione*, & in Præfat. lib. III. Epitomæ. Ita sup. de eodem, quē locum imprudens pæne prætereram: *Locum beate implebat* id est, partem Controuersiæ aut Quæstionem ἐξεργάζεσθαι, & ad summum perducebat. Totam enim Controuersiam, vt initio dixit, nūquam implebat. Quod autem nomen *loci*, pro parte vsurpetur, Stoicum est, & Ciceroni familiare. Sic Apollodorus Stoicus apud Laërtium partes Philosophiæ τόπους nominabat.

Ex diuerso ait] Aliter epitoma scripta: *Acuntius ex diuerso, vt accepit conditionem, iurant, Clamabat Albutius: non tali conditione schema dixi:* quæ & ipsa vitiosa sunt.

Rebus iam vltimis separabant] An disiunctè leg. *se parabant?* quasi se rebus iam vltimis & caussa bene cognita, se ad sententiam pronuntiandam parabant.

Dare ipsos secundum aduersarium Albutij] Propria hæc iudicij formula, sic & Atilius Colatinus iudex captus inter C. Lutatium Cos. & Q. Valerium Prætorem, de triumpho altercātes, quod hic sponsione prouocaret, ni suo ductu Pœnica classis esset oppressa; ille imperium auspiciumque allegare posset: *Itaque*, inquit, *Lutati, quamuis adhuc tacueris, secundum te litem do.* Valer. Max. lib. II. cap. VIII.

Cum volo dico, quam diu volo] Murila & hæc: amplius est in Couarruuiano, & in Epitoma: *Cum volo dico: adsum vti volo, dico quamdiu volo.* Agnosco forense vocabulum: *Adesse* enim *patroni clientibus* dicuntur in caussis agendis. Cicero pro Cæcina, & in Topicis. Quinctilianus lib. XII. cap. III. *Quid si forte peritus iuris non aderit?* De hoc ad Controuersiam I.

Calix si cecidit, frangitur] nam vitro bibebant & sulphure fragmenta redimebant. Cophino Iudæus institor, vt hodieque Romæ, vitia sulphuratis per vicos gestare solebat, vt obseruauit Illustriss. Baronius Cardin. Tomo I. Annal. Ecclesiastic. Martialis epigrammate ad Priscum l. X.

Quæ sulphurato nolit empta ramento
Vatiniorum proxeneta fractorum.

Statius, Syluar. I.

Illic agmina confremunt Syrorum:
Hic plebs Scenica: quique comminutis
Permutant vitreis gregale sulphur.

Et Iuuenalis Satyr. V.

——ac iam
Quassatum, & rupto poscentem sulphura vitro.

Imposuit in culeum ligneum] Couarruuianus codex *culleum* geminata liquida ll. perpetuo scribit. In Epitoma vero scripta *in eculeum* legitur, quæ nota quæstionum machina est. Tamen *culeum* retineo, vt pro naui exarmata capiatur, vt hic & proxima sequenti Contro clarius indicatur. Parricidas autem in culeum insui solitos, vel ex Cicerone pro Sex. Roscio Amerino cognoscitur: & cæsi prius virgis *sanguineis*, vel, vt alij legunt *sanguineis*, cum cane, gallo, vipera & simia in mare deiiciebantur. Modestinus I. C. l. I. & penult. ff. ad L. Pompeiam de parricid. Si mare aberat longius, in proximum amnem: Constantinus C. de his qui patr. vel lib. occid. Quæ lex & in Cod. Theodosiano exstat: & Iustinianus lib. IIII. Institut. de publicis iudiciis: vbi Theophilus paraphrastes legendus. Iuuenalis Satyr. VIII. de Nerone:

Cuius supplicio non debuit vna parari
Simia, nec serpens vnus, nec culeus vnus.

De quo Imperatore parricida & Declamatio lepida est inter Fabianas. Primus autem Romæ *Poblicius Malleolus* hac pœna affectus est. Cornificius ad Herennium lib. I. & Cicero II. de Inuent. Eutropius lib. V. Epitama Liuij LXVIII. & Orosius lib. V. cap. XVI. Solon vero Atheniensium legislator, teste Plutarcho, nullam de parricidis legem tulit: quod neminem tam impium fore putaret: nec apud Romanos Romulus pœnam indixit: sed cædem omnem parricidium appellauit. Sed de hoc supplicij genere pluribus ad proximam Controu. extremam disseremus.

GRVTERVS & IVRETVS.

INfelices faces] v. c. Iureti, felices.

Filium veneno] v. c. Iureti, *veneficio.* rectius, vt similiter cadentibus respondeat.

Ita vnam controuer. prop.] v. c. *ita dum vnam c. p.*

Quomodo diceret] additur in v.c. Iur. *sed quid diceret.*

Puleium & lateritas] v.c. *puleium, & damna, & lat.*

Ne scholasticus videretur] pro, *ne*, v. c. Iureti habet, *vt*, quod rectius.

Qua illi omnia crimina irrogaret] Notat Gruterus alios codices habere, vel, *detegeret*, vel, *retegeret.* Vetus liber quo vsus sum refert, *regeret.* quod etsi pariter deprauatū sit, tamen inde verū eruere licet. Censeo igitur restitui debere, *regereret.* Similis næuus extat apud Ausoniū in carmine Paulini: *Ista suo retegenda loco*, vbi alij codices, *referenda*: cum plane castigari oporteat *regerenda*, quemadmodum diserte scriptum inueni in vetusta membrana. *Regerere*, pro *retorquere*, non ignotū est, sicque locutus auctor iat. *in caput inuenientium regerant.* Iuretus.

Cum volo dico, quandiu volo] Additur in v.c. Iureti *Aduer. nunc vt volo.*

De re ipsos secundum aduersar.] Est locutio imminuta & concisa. plene enim diceretur, *dare ipsos litem secundum adu.* quam formulam in locutionibus vsurpatam discimus ex Val. Maximo lib. & cap. 5. petatur hac de re Brissonius li. 11. cap. 11. Select. antiq. & lib. IIII. de verb. sign.

Ab archipirata filio dimissus. CONTROVERSIA XVI.

THEMA. *Mortua quidam vxore, ex qua duos filios habebat, duxit aliam. Alterum ex adolescentibus domo parricidij damnatum tradidit fratri puniendum: ille exarmato nauigio imposuit. Delatus adolescens ad piratas, archipirata factus est. Postea pater peregre profectus, captus est ab eo: & remissus in patriam, abdicat illum.*

CONTRA PATREM, *Albutij Silij.* De fratre nec iudicare audeo, nec loqui. Vno nomine gratias ago, & gratulor, quod patrem seruare potuit mori iussus. Tanta tempestate confusus, neque æstimare quicquam, neque dispicere potui. Plura timui crimina pater fortuna torquente, quam quæ videris ipse nosse indicabo. solutum mihi fratrem tradideris, an alligatum nescio. quantum ad meum stuporem attinet, etiam fugere potuit nec satis memineram, tale ministerium mihi pater an nouerca mandasset. ministerium an pœnam esse voluisset, vindictam parricidij, an parricidium. Insui fratrem culeo iubes? non possum pater. Non ignoscis, an non credis? ego contendo nec te quidem posse. Si quis tibi dixisset tyrannus: Veni, tuis manibus filium insue: in hoc opere potes oculis tuis, potes manibus vti? potes audire inclusi filij gemitum? si potes: timeo ne innocentem dānaueris. Si non potes: quid frater in fratrem non possit, patrem testem dedi. Quid accusas, quod impunitatem fratri dederim? in quo facto consilium meum victum est? à me frater vt viueret, non impetrauit: vt fugeret, non impetrauit. Nihil aliud impetrauit, quam vt aliter, quam in culeo moreretur. Causam malam habeo, vt inter fratres. Vbi spes? in gubernaculo nulla est. in remigio? ne hoc quidem. in comite? nemo repertus est naufragij comes. in velo? in arte? omnia pæne instrumenta circumcisa sunt. Adminiculū in spe nullum est. patri sum excusandus, an fratri? de filio tuo hoc respondeo, quādiu in patrio solo morari licet, cuius est protectus in mare, quicquid post exilium & naufragiū vel facit vel patitur, ab omni fœdere vitæ communis abstractus, pœnarum eius pars non est, nequitiæ opus est. sed alijs quærentibus, teipsum testem dabo, non esse piratam. Ego illi terræ, ego lucis conspectū, ego etiam mortis humanæ facultatem abstuli. Fortuna ipsa, quæ inserta eius est: nihil tamē illi præter mare reliquit. Moriendum est mihi. pater iussit. neq; ego te deprecor, ne moriar, nec tibi licet non facere quod iussus es. Inter patrem iratū & fratrem moriturum, arbitrium pietati tuæ necessarium suscipe. Sanguinem meum patri refer, culeum mihi remitte: volo mori, sed pura manu tua: hoc tuæ pietatis munus ad inferos perferam, [licuisse mihi per fratrem aliter quam parricidæ mori.] *Asinij Pollionis.* Æquas mihi præbere aures, dabo vobis etiam damnatum absoluendum. Viuit, inquit, frater. non credo. seruauit, inquit, me fecisti vt crederem. Hæc est summa rerum gestarū. In ea domo, in qua tam facile parricidium creditum est, ego fratrem occidere non potui, frater patrem Quid mihi cum ista tabula? semel mori volo. *Q. Haterij.* Emicabant densis vndique nubibus fulmina, & terribili fragore horridæ tempestates absconderant diem, imbres vndique, & omnia procellis sæuientia. Expectat, inquit, parricidam mare, intumuerat subitis tempestatibus mare. iustis quoque nauigijs horrendum Fateor, fateor dixi: fratrem tibi, si innocens est, fortunæ commendo, fragmentum infelix & iam nauigaturis omen: quod si quis gubernator vidisset; iter suum distulisset. Naufragus è littore emittitur. *Marcelli Æsernini.* Habes, inquam, frater, si innocens es, nauigium: si nocens, culeum. non potui facere parricidium, & quam facile erramus homines, factum putaui. deliberabam, an paterem patri. Frater, inquit, tu primus in domo parricidium facies inuenire, etiam locum à naufragijs nauigium. *Argentarij.* Quod iusseras, factum est: perit frater. Viuit, inquit, & me dimisit. bono argumento probatur viuere. Vtrasque ad cælum manus sustulit. Si nihil vnquam impie cogitaui, si patrem meum etiam damnatus dilign, Dij immortales rerum iudices adeste. si aliter sentiret, infelicia sibi imprecatus est maria sic nauem suam texit. *Blandi.* Iacebat in littore nauigium: quod etiam integrum infeliciter vexerat. Credam parricidam, si tibi proficiscenti nauigium suum reddidit. Subito mihi ferrum non sentienti cum animo pariter excidit, torpent manus, & nescio qua perturbatione tenebræ stupentibus offunduntur oculis. intellexi quam difficile esset, parricidium facere; etiam quod imperasset pater. Ita mihi, quæ sola miseros in domo nostra respicis, fortuna succurras, ita mihi contingat aut honeste viuere, aut mori: ita ex domo nostra ego sim vltimus reus, vt iste mirabat, meliorem se nouercam habuisse, quam fratrem. *Cornelij Hispani.* Fateor, volui occidere: sed tunc intellexi, quam difficile esset parricidium. Ego, inquit, occidere patrem nolui: ne nunc quidem possum. Pater noster nauigauit sereno die, tranquillo mari, auspicato itinere, integra naui: Quid hoc est? nauigauit

damnatus

I

damnatus felicius, quam qui damnauerat. Vade, inquit, patrem te habere mihi non licuit: habebo patronum, reuertere. Magnum pietatis argumentum, filio carus pater, etiam post supplicium. Vtrum vobis videtur innocentiam apud piratas didicisse, an ne apud piratas quidem perdidisse? *Arellij Fusci Patris.* Potuit patrem occidere: & quem testem timebat abdicatus à patre? Quo me conferam? in mare? non possum: iratos habeo piratas. Cum traditus est mihi frater, imperatumq; vt sumerem supplicium, si qua est fides, tentari me putaui, an possem parricidium facere. *Porcij Latronis.* Perietas pater, nisi in parricidam incidisses. *Triarij* In naufragio nauigabat: parum est quod non occidit patrem, immo etiam integra naui dimisit patrē * resolutis cōpagibus, infelix omen nauigaturis. Insue me * culeo: certe sentiam maria, non ea videbo. Scissa quoque vela fecerant sinus, & armatas classes naufraga præcesserat ratis: scites nauigare qui seruaturus esset patrem. Et iam pirata dicitur: iterum falso crimine male audit. *Cestij Pij.* Erat nauigium, immo fuerat: sed adhuc crudelis & pertinax nouerca, post omnia deuicta nihilominus sæuit, maria iam quiescunt, prædones iam miserentur, fratri iam parcunt. Ibamus præter sepulcrum matris, ille mortem timens, ego scelus: expecta, vide an fortuna nobis obiiciat scelus. Iacebat nauigium peruetus, & attritum salo, vix vnius capax animæ. Veni ad vos, victoriam pulchram petiturus, vt probem me patricidam. Nō occidisti, inquit fratrem nouerca, audiui iucundissimam vocem: fateor me parricidam, occidi fratrem: tutus sum, pater, si hoc probetur? imposui in exarmatam nauem: non est occidere? Nouercæ quidem nunquam satis priuignus occiditur. Multas rerum natura mortis vias aperuit, & multis itineribus fata decurrunt: & hæc est conditio miserrima humani generis, quod nascimur vno modo, multis morimur: laqueus, gladius, præceps locus, venenum, naufragium, mille aliæ mortes insidiantur huic miserrimæ animæ, & hoc occidere vocatur, sed diutius. Si quis nunc stat in turba, & hoc dicit: Huic quisquam parcat, qui fratrem suum occidit, & occidisse se probat? Componis in domo par, vt alter scelere sit parricida, alter ministerio Impositus est in nauem frater: qualem nauem? scitis, nihil esse periculosius, quam etiam instructa nauigia. parua materia se iungit fatu. Quid si vero non rudentibus committitur illa anima, non velis, non gubernaculo defenditur? Exarmata nauis, & vtroque patens latere. imponitur miser in naufragium; nauigio per se pessum ituro, pondus insuitur. Ecce nauem diuinitas armat. subito visa sunt vela, subito nauis cœpit & regere se, & attollere. Magnum est præsidiū in periculis innocentia. Sæuum mare inuoluitur, procellæ spumante impetu latera nauigij vrgent, pulsatur vndique nauis periculis: innocentia tamen tuta est. O maria iustiora iudicijs. O mitiores procellæ patre, quam eiecistis animam! Nec hoc tantum diuinitus gestum est, quod peruenit tutus in portum: excipitur classe prædonum. Habeat pater mentem nauigandi. capietur iudex, vt illum pœniteat sententiæ suæ. Damnare me nouerca parricidij potuit: parricidam facere nec damnando quidem potuit. Cognosce innocentiam meam in mari, quam domi noluisti. Complexu, osculis prosecutus est: sic patrem parricida dimisit. *Iunij Gallionis.* Multa non agnosco: frater domi damnatus est, ego in publico: illi obiectum est quod parricidium fecerit, mihi quod non fecerim. ille negabat: mihi nouo patrocinio vtendum est. Fratrem occidi: in ea domo in qua parricida damnatur, hæc innocentia est. Video vos inuitos audire hoc genus defensionis: malo itaque me vobis innocentem probari quam patri. Fratrem non occidi, non potui fratrem occidere. Idem timuimus, idem doluimus, idem fleuimus: eundem patrem habuimus, eandem matrem, eandem nouercam: mitioris natura pectoris sum, mollioris animi. Non idem omnibus mortalibus natura tribuit ingenium: animus meus durior est, illius clementior: apud piratas quoque inuenitur, qui non possit occidere: putas me dicturum, ne alius occideret? Si mater noster viueret, puto illi tradidisset. Quod proximum fuit, mihi tradidit. Vtrum vobis videtur per manus patris punire filium voluisse, an ablegare priuignum? pudet me patrocinij mei. Timeo, ne, cum cœpero narrare quid fecerim, dicatis: Certe negabis te posse hominem occidere. *Musæ.* Traditus est frater puniendus mihi potissimum. quo istud proposito pater feceris, apud plerosque disputationem habet. Ego, si quid mitius illo tempore voluit fieri, non intellexi. Imposui multum recusantem, & insui culeo postulantem. Obijcis mihi molliorem animum, alius mitior est plusquam debet, alius seuerior est quam necesse est: medijs alius affectibus inter vtrumque positus, totus in sua potestate est. Quidam & accusare & damnare possunt, & occidere: quidam tam mites sunt, vt non possint in caput ne testimonium quidem dicere. Non possum hominem occidere: hoc vitium & apud piratas inuenitur. Alij viuere sine reipublicæ administratione non possunt: alijs in priuato latere, & extra omnem inuidiam secessisse præcipua tranquillitas est: alijs non potest persuaderi, vt matrimonio obligentur: alijs, vt careant: sunt qui castra timeant, sunt qui cicatricibus suis gaudeant. In tanta morum varietate, videte quantulum sit quod excusem. non ambitioni, non inertiæ veniam peto: misericors sum, non possum occidere hominem. Gratulare pater naturæ meæ. nunquam eiusmodi filius parricidium faciet. Hoc vitium à te traxisse videor. Non putatis misericordem, qui quem damnauit, fratri puniendum dedit? Centurio Luculli Mithridatem non potuit occidere: dextera simul ac mente languit: pro bone Iupiter, Mitridatem quam non dubium parricidam. *Pompeij Silonis.* Gaude pater, neuter ex filijs tuis parricidium fecit: dimisi in portum naufragum. Vis pater scire, accusator nocentior sit, an reus? Conijce in alteram nauem nouercam: illa faciat votum, precetur, si neminem innocentem accusauit, si priuignum immerentem non oppressit: in eos piratas incidat, qui nesciant captos dimittere.

Pars altera. Musæ. Parricida meus in mari regnat. *Sepullij Bassi.* Nega tu parricidam fuisse, quem scis esse piratam. *Gauij Sabini.* Facinus indignum, parricida damnatus post pœnam potuit dicere patri suo, Mitere.

Diuisio. Latro in has quæstiones diuisit: An licuerit illi quod iubebat pater, facere. Non licet,

inquit, patrē necare. Ille damnatus erat. non enim iudicio publico ceciderat. ignosce, si diligentior sum, cum videam hominē tam facile damnari. Timeo ne quis me parricidij postulet. facile est si dicenda sit domi causa. etiam nocens absolutionem sperare potero. in foro quid respondebo? Occidi fratrem. Parricidam me quoque vocant, quod non assui reo. Si licuit, an debuerit. Nocens est iste, sed mihi frater est. naturæ iura sacra sunt etiam apud piratas. Quid de me iudicaturus es, si fecero? puto difficulter postea in me parricidium credes. Etiam si debuit parere patri, an ignoscendum sit illi, si non potui. Fatebor, inquit, quod forte offensurum est aures, patri parere volui, fratrem occidere non potui. Obortæ sunt subito tenebræ, diriguit animus, sublapsum est intercepto spiritu corpus. nō possum fratrem occidere. Pone hoc loco piratam. non poterit. Quidam occidere hominem tantum non possunt. Quorundam aduersus hostes deficit manus. Fratris quoque beneficium non est tam magnū, pater, quam putas. Non ille te noluit occidere, sed non potuit. Nouissimas illas partes fecit. Quamuis non occiderit, si tamen potuit damnatū, an abdicari debeat. Dicit enim pater, Si non poteras, negasses, & misisses ad me, non posse te. Hoc loco Latro dixit rem valde laudatā. Dixisses, inquit, te non posse. Ita tu nesciebas? putasti me posse occidere? Quid ergo sic loquebaris, tanquam virū parricidij condēnasses? Deinde an punierit fratrem. Hæc descriptio supplicij, quod dixit grauius etiam culeo fuisse: & adiecit, hoc die illū pœnas dare inter barbaros inclusum, per quos necesse est illi patre populari capere. Sed ne per illos quidem necesse est parricidium facere. Hac diuisione vsi sunt, quibus placuit & illius causam defendere: inter quos & *Geminus Varius* fuit, qui aiebat adolescentem optimam causam habere, si non occidit fratrem etiam nocentem: meliorem tamen, si non occidit, innocentem. Partitam autem materiam fecit erga has quæstiones Geminus, & quibus idem placuit: An abdicari non debeat, etiam si nocentem fratrem non occidit. hic dixit, Non licuit, non debui, nō potui. An innocentem non occiderit. Bellam rem Geminus hoc loco dixit, cum cœpisset per omneis numeros fratrem tanquam reum defendere. Dicet, inquit, aliquis. Tam sero defendis? Non potui citius. Hodie primum res in forum delata est. Nouissime, an etiam nocentem satis punierit.

Color. De colore inter maximos & oratores & declamatores disputatum est, vtrumne aliquid deberet dici in nouercam, an nihil. *P. Asprenas & Albutius*, & præter oratores magna bonorum rhetorum manus in hanc partem transierunt, vt in nouercam inueherentur. Fuerunt & illi qui non quidem palam dicerent, sed per suspiciones & figuras: quam rem non probabat *Passienus*, & aiebat, minus verecundum esse, aut tolerabile, infamare nouercam quam accusare. Quidam principia tantum habuerunt in sua potestate, deinde ablati sunt impetu. Excusatius est autem, in malum colorem incidere, quam transire. *Latro* illum introduxit colorem rectum in narratione, quo per totam actionem vsus est: Non potui occidere. Et cum descripsisset ingenti spiritu titubantem, & interrogatione fratris occidendi concidentem, dixit: Nouerca aliud quære in priuignum tuum crimen. hic parricidium non potest facere. *Cestius* colore alio vsus est. Transibamus, inquit, secundum matris sepulcrum, inuocare cœpit manes eius. motus sum. Et puerili sensu colorem trāsiit: Quid facerem? inquit: occidere pater iubebat. mater vetabat. & cum colorem dixit: Hæc mecū cogitaui, Non est imperatum vt manu occiderem, non vt laqueo, non vt mari: eligere supplicij genus liberum est. *Fuscus Arellius* hoc colore vsus est: Tentari me à patre putaui: Vno, inquit, supplicio alterum filium punire, alterum experiri vult. *Albutius* in argumentis plura posuit, & omnes fere colores contrectauit. In narratione hoc colore vsus est, & dixit: Hoc vnum mihi præsta beneficium: sine me tanquam parricidam mori. *Argentarius.* Non tanquam frater essem: sed huius consilij inuentor, dixit: Cogitaui quid facerem. Tandem inueni, quomodo parricidium vindicarem sine parricidio. *Passienus* hoc colore vsus est: Non putaui patrem vtique velle occidi filium. Videbatur mihi omnia misericordiæ adiumenta præparasse, quod domi cognouerat, quod iuuet suos. Fratri, inquam, tradidit. age si parcere voluisset, cui tradidisset? *Pollio Asinius* dixit in nouercam. itaque illo colore vsus est: Cogitaui mecum quid liceret, quid oporteret. si tantum, inquam, nefas commissum est, nullæ meæ partes sunt ad expiandum scelus. Triumuiris opus est, comitio, carnifice. Tanti sceleris, non magis priuatum potest esse supplicium, quam iudicium. *Marcellus* dixit ita: Si iste parricidium fecit, ideo & ego faciam? & illam quam supra sententiam retuli: Habes, inquam, frater. *Varius Geminus* & ipse dixit: Nolui occidere. Egregie, inquam, nouerca inter priuignos diuisit odium, aliter alium aggressa est. alteri parricidium obijcit, alteri mandat. & hac illum figura defendit in narratione. Interrogaui fratrem. Apud quem prætorem causam dixisti? apud nullum, inquit. Quis accusator fuit? nemo. Quis testis? immo qui testes? Vni enim etiam de minore scelere non creditur. Nemo, inquit. Quis de te pronuntiauit? nemo. Quid porro inquit? Ego si reus fuissem, ad te non misissem? *Sepullius Bassus* hoc colore vsus est: Non habui parricidæ instrumenta, non culeum, non serpentes, parricidam tamen in maria proieci. *Hispanus* duro colore vsus est: Hoc, inquit; supplicium tanquam grauius elegi. Quid iste, inquam, insuetur, & statim omnem sensum supplicij effugiet? immo sollicitus pendeat, & quod ne insuti quidem parricidæ patiuntur, ipse pœnam suam spectet: nihil speret, timeat omnia, peius debet quam ceteri parricidæ mori. à patre damnatus est. Et hoc colore per totam declamationem vsus est, vt diceret, hoc se tanquam grauius elegisse. Displicebat color hic prudentibus. Quam enim spem habeat absolutionis, si nec paruit, nec pepercit? *Haterius* hoc colore vsus est: Diu mecum disputaui. parricida est, quem non testis probant, non iudex coarguit? quid ergo? innocens, quem condemnat pater? Inueni æque pœnam simillimam reo, mersam, non tamen ex toto perditam ratem, quæ vel punire fratrem posset, vel absoluere. *Triarius* & ipse quasi sententiam de fratre ferre voluisset, egit, & dixit. Tandem ad cælum manibus leuatis: Quicquid est, inquā, quod terris imperat, quod regnat profundo, quicquid est quod ex sublimi res spectat humanas, inuoco. damnatus alto committitur. Dij iudicate post patrem. Hæc sententia dicebatur ex

Græco

Græco translata; sed Græca corruptior est: *Ποσειδῶν ἀνεχώρησεν* [illegible] *βασιλείας. ἀπόξενοι πατρίδος, κατὰ πατέρα* [illegible]. A parte Patris, quod ab archipirata dimissus est sic *(esus*. Pœnam, inquit, putauit mihi hanc esse morte grauiorem, & sic posuit in narratione: Rogabam vt occideret, non impetraui. *Varius Geminus* ait: In hoc me dimisit, non quia volebat saluum esse, sed ad patrocinium suum: vt quia non nunc occiderat, videretur nec ante voluisse. *Latro* dixit: Quis porro vno me miserior est, qui vitam parricidæ debeo? *Diocles Carystius* eleganter sensum in procemio posuit pro adolescēte, cum diceret causas se abdicationis non inuenire, luxuriæ se occasionem non habuisse, parricidium sibi non obiici, & contra reos se minime laborare: Fortasse, inquit, queritur, quod captum non redemerit. adiecit: [illegible]. Et cum tractaret in vltima parte, debere patrem nosse vitia liberorum, & ferre vtique in vnico, adiecit: [illegible]. *Artemon* in descriptione tempestatis laudatus est, & belle accessit ad eam. [illegible]. Et cum de ipso nauigio diceret, pulchre cœpit: [illegible]. Et vltimum descriptionis suæ sententiam proposuit [illegible]. Et ad partem narrationis eleganter transit: [illegible], supple [illegible]. *Glycon* dixit.

Soleo dicere vobis, Cestium Latinorum verborum inopia hominem Græcum laborasse, sensibus abundasse. Itaque quotiens lætius aliquid describere ausus est, totiens substitit: vtique cum se ad imitationem magni alicuius ingenij direxerat, sicut in hac Controuersia fecit. Nam in narratione, cum fratrem traditum sibi describeret, placuit sibi in hac explicatione vna & infelici: Nox erat concubia, & omnia, Iudices, canentia sideribus muta erant. *Montanus Iulius*, qui comis fuit, quique egregius poëta, aiebat illum imitari voluisse Virgilij descriptionem:

Nox erat, & terras animalia fessa per omnes,
Altum, pecudumque genus sopor altus habebat.

At Virgilij imitationem bene cessisse, qui illos optimos versus Varronis expressisset in melius.

Desierant latrare canes, vrbesque silebant.
Omnia noctis erant placida composta quiete.

Solebat Ouidius de his versibus dicere, potuisse fieri longe meliores, si secundi versus vltima pars abscinderetur, & sic desineret:

Omnia noctis erant.

Varro quem voluit sensum, optime explicuit. Ouidius in illius versu suum sensum inuenit: aliud enim intercisus versus significaturus est, aliud totus significat.

IN CONTROVERSIAM DECIMAMSEXTAM.

NICOLAVS FABER.

P*LVRA timui*] Sic veteres editiones, quod leui mutatione corrigi, & emendari potest: *Plura tibi crimina pater.*

Vt inter fratres,] Fortasse rectius, *vel inter fratres,* aut potius, *vel inter patres*: id est, vel à patribus, quorum interest filios obsequentes esse, vt nimis hac in re obsequens, & in fratrem crudelis condemnabor.

In patrio solo morari] Vulgo hæc habetur lectio, quam edendam curauimus: veteres tamen editiones. *quamdiu in primo solo morari*, repræsentant.

Pœnarum eius pars non est,] Immo vero pœnarum pas esse videtur, vt qui naufragus & exul sit, cogatur etiam piraticam facere: quare vide ne delenda sit negatio.

Habes, inquam frater, si innocens es,] Andromacha in Troade Tragœdia:

fata si miseros iuuant,
Habes salutem: fata si vitam negant,
Habes sepulchrum.

Frater, inquit, tu primus.] Misere acceptus erat hic locus, cuius partem ex Epitome restituimus. Quę restant autem corrupta, fortasse leuius se habebunt, si legamus: *inueni relictum etiam à naufragis nauigium.*

Pater noster nauigauit] Epit. *profectus pater sereno die.*

Quam eiecistis animam] Ita legunt veteres editiones, Romana vero, *quam effetistis animam*, neutra satisfacit: quare præstat locum adsterisco notare.

Capictur iudex] Fortasse, *capiatur iudex.*

Animus meus durior est, illius] quid si legamus. *animus huius durior est, illius, clementior*: Et linea sequenti, *putaui me electum, ne alius occideret*, deleta interrogandi nota?

Pro bone Iupiter, Mithridatem quam non dubium] Ep. *Mithridatem, Dij boni, quam non dubium, &c.*

Ille damnatus erat,] Ex sequentibus liquet scribendum, *ille indemnatus erat.* Consilio enim damnatus pro condemnato non habetur, & apud Rhetores Græcos lex, qua filios occidere parentibus licet, *ἀκρίτων νόμος* dicitur Sopoter in *διαιρέσεων* opere, [illegible]. Calpurnius Flaccus declam. XXIV. *lege indemnatorum, interficiendum pater filium carnifici tradidit.* Itaque & apud Fortunatianum li. I. duobus locis scribendum coniicio, *indemnatos liberos occidere liceat. tres filios lege indemnatorum*, id est, *ἀκρίτων νόμῳ*, *occidit, reus est vxori malæ tractationis.*

Hoc die] Legendum, *hodie.*

Patre populari capere.] Ita omnes editiones legunt Romana excepta, quæ emendauit, *per quos necesse est populari, patrem capere*, aptius fortasse legemus, *patriam populari, patrem capere.*

Erga has quæstiones] Lego, *in has quęstiones.*

P. Asprenas & Albutius,] Veteres editiones

P. Dsenus & Albutius. Ex quibus vestigiis scribendum colligo, *Passienus & Albutius*, Sequentia enim docent Passienum in nouercam aperte dicendum censuisse.

Et puerili sensu] Vereor ne legendum sit, *& pari sensu.*

Sine me tanquam] Addenda est negatio, legendumque, *sine me non tanquam parricidam mori.* Absurdum enim pœnam in quam damnatus est, pro beneficio petere. Similis est supra, Albutij color: *Culeum mihi remitte, mori volo*, & quæ sequuntur.

Non tanquam frater essem:] Videnum scribendum sit, *non tanquam frater esset huius consilij inuentor, dixit.* contrario nempe præcedenti colore.

Quid porro] Ceteræ editiones habent, *Quid pater?* quod non improbo, maxime si legamus, *Quid pater? inquit. Ego si reus fuissem, ad te non misissem.*

Hominem Græcum] Smyrneus enim erat. B. Hieronymus in Eusebij Chronico: *Cestius Smyrnaus Rhetor Latine Romæ docuit.*

Et omnia indices,] Veteres editiones, *Et omnino indices.*

Montanus Iulius,] Heroicis versibus, & elegis celebris poëta, atque etiam amicitia Tiberij, & frigore suo tempore notus. Seneca Philosophus Ep. cxxiii. Ouidius Eleg. vlt. li. iv. de Ponto:

Quique vel imparibus numeris, Montane, vel æquis
Sufficis, & gemino carmine nomen habes.

Cuius etiam mentio fit in fragmentis Senecæ Philosophi, quæ ante eius opera excudi curauimus.

At Virgilij imitationem] Fortasse, *At Virgilio imitationem bene cessisse.* Porro optimi illi versus Varonis an Atacini, quod quibusdam videtur, an potius Romanorum doctissimi? quod magis puto. Nam cum Varronis simpliciter esse dixerit, intelligo eius esse, qui celebrior & notior hoc nomine fuit.

SCHOTTVS.

EXarmato nauigio] *Exarmata* nauis dicitur, quæ malo rostro, antenna, ceterisq; armamentis suis spoliata est. Paullus l. 2. De ad L. Rhodiam de iactu. *Si conseruatis mercibus deterior facta sit nauis aut si quid exarmauerit, nulla facienda est collatio.* Et in Græcorum legibus naualibus: Ἐὰν δέ τις κλέψῃ σκεύη πλοίου ὅτι τῶν ἐν τῷ πλοίῳ χρηματιζόντων, τουτέστι σχοινίων τε καννάβινων ἢ ἀρμένων, ἢ διφθέρων, καὶ λοιπῶν διπλᾶ ἀποδιδότω, ὁ τὰ σῦλα ποιήσας τὰς ζημίας. *Si quis armamenta nauis, aut quid aliud naui necessarium subduxerit, veluti funes cannabinos, aut vela, aut cilicia, aut simile quid, damnum passo in duplum reponito.* Iidem Græci vocāt ἀνερμάτιστον πλοῖον. vt Chrysostomus in aureis illis, quomodo Suidas nominat, περὶ ἱερωσύνης libris, dialogo primo. πάντα γὰρ ἐκεῖνα ῥίψας ἀθρόως καὶ μηδὲ εἰς τούτου καλῴδιον, ὥσπερ ἀνερμάτιστον πλοῖον εἰς πέλαγος ἡμᾶς ἄπειρον ἀφῆκας. *Quippe repudiatis illis omnibus, & ne admissis à te in animi penetralia in immensum nos coniecisti pelagus nec secus quam exarmatum nauigium.* Contra *Armata*, quæ armamentis necessariis instructa est L. 34. D. de rebus auctorit. Iudic. possid. & L. 5. D. qui potiores in pignore &c. Ceterum non dissimilem historiam de Tarii filio parricida, Massiliam ablegato, lege apud Senecam fil. libro 1. de Clementia cap. xv. & infr. *parricidij actio.* Controu. xx.

Nec satis memini) Longe aliter hæc in veteri concepta: *Plura timui crimina, pater, natura torquente, quam quæ videris ipse nosse. Indictabo: Solutum mihi fratrem tradideris, an alligatum nescio.*

Volo mori, sed pura manu tua] Hoc est, manu tua à cæde & sanguine innoxia. Sic Seneca Philos. li. 3. Natur. Quæst. *Quid est præcipuum? Non admittere in animum mala consilia, puras ad cælum manus.* Herodoto est, ἁγνὸς τὰς χεῖρας. Lege notas supra ad Suasor. vi.

Vitam suam abstulisset] Vetus liber disertim præfert, sine litura: *Quod si quis gubernator vidisset, vitem suum distulisset. Naufragus à littore emittitur.* Fort. *Vitem suam*, vel potius *vitem suam* scripsit Seneca: Vel *suum* pro *suorum.* Equidem, verum vt fatear, *vitem* nauiculatorum gestamen fuisse, nullus legit, sed Centurionum, sed militiæ Ducum frequenter Plinio lib. 5. cap. 7. Satyr. 8. & 14. Iuuenali, Martiali item lib. 10. 26. Lucano lib. 6. & Silio lib. 6. & 12 & I.C. Marciano L. Milites. §. Irreuerens. De re militari, Tacito Annali 1. & Pithoco lib. 1. Aduersarior. Snbs. cap. 15. Hic locus mihi aurem vellit, vt alterum in Tibullio elegantissimo Poeta, Eleg. 1. tentem:

Hic ego dux, milesque bonus. Vos signa tubæque
Ite procul, cupidis vulnera ferte viris.
Ferte & opes: ego composito securus aceruo
Vites despiciam, despiciamque famem.

Ita omnibus litteris scriptum est in vetustiss. codice, *Vites* non *Dves.* Contemnam, inquit, si modica mihi facultas suppeditabit, duo militiæ mala, imperia pœnasque Ducum, & annonæ caritatem in castris. Est enim hic comparatio Militiæ & Amoris. Sed in his amplectendis, suo quisque iudicio vtatur.

Fratrem inquit Turrinus] Corrupta hæc quis non videt? Turrino nullus hic locus. Restituendum ex Epitoma. *Frater, inquit, tu primus in domo parricidium facies?* Mox tentabam: *Inuenis reliquum etiam à naufragiis nauigium.* Vel *relictum etiam à naufragijs nauigium.* Idque à veteri manu ductus, in quo est, *inuenire locum à naufragiis nauigium.* Iam *relicum* sæpe olim librarios pro *reliquum* scribere solitos non ignorant, qui veteres libros tractant. Sed vulgata retineri potest: *Inuenire etiam locum à naufragiis nauigium*, id est, post naufragia etiam nauigia aliquo loco superesse.

Vtrasque ad cælum manus sustulit] Mos hic deprecantium, manus ad cœlum tendere ac tollere: pleni Poëtarum libri, Virgilius 11. Æneidos:

At pater Anchises oculos ad sidera lætus
Extulit, & cœlo palmas cum voce tetendit.

Et lib. 1. Æneidos:

—— & duplices tendens ad sidera palmas
Talia voce refert: O terque quaterque beati, &c.

Ouidius 1. Tristium, Eleg. vlt.

Ipse gubernator tollens ad sidera palmas.
Exposcit votis immemor artis opem.

Aristoteles, si modo illius est, lib. de mundo ad Alexandrum, hac gentium etiam barbararum consuetudine Deum esse conuincit: μαρτυρεῖ δὲ, καὶ ὁ βίος ἅπας τὴν ἄνω χώραν ἀποδοὺς θεῷ, καὶ γὰρ πάντες οἱ ἄνθρωποι ἀνατείνομεν τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν εὐχὰς ποιούμενοι. Quæ sic Apuleius exscripsit, vel vt Nunnesius indicat, Græculus aliquis Apule-

ium

tum Græce redditum Aristotelis titulo beauit. *Nam halatus oratium hic est, vt manibus extensis ad cælum precemur.* Iufr. Triarius dixit, *ad cælum manibus lentis.* Erat & vota facientium, & admirantium hic gestus, vt alij ante me monuerunt.

Credam, parricidam fi tibi] In veteri, *credam parricida? Mihi ferrum non sentienti cum animo pariter excidit.* Reliqua absunt, & quo pertineant, non video, nisi cum interrogatione efferantur.

Ita mihi honeste dicere] *Viuere* coniicio legendum. Iohan. Petreius *vincere*: Vter verius nemini dubium esse potest. Sic enim veteres iusiurandum concipiebant ITA VIVAM. Cicero lib. 2. ad Famil. epist. 13. & li. 5. ad Atticum epist. xv. Et Valerius Maximus li. 9. cap. 14. de Bruto eademque leguntur apud Senecam philoso. epist. 83. vt recte emendat Stepha. Pigij correctionem doctiss. Brissonius li. 8. formul. vide sup. Suasor. 7. & alias sæpe. Talis & hæc formula ITA SIM FELIX. Augustus apud Suetonium in Tiberio cap. xxi. *Vale iucundissime & ita sim felix, vir fortissime*, Proper. li. 1. Eleg. vii. Atque ita sim felix primo contendis Homero. Et Seneca Philosophus in ἀποκολοκυντώσει: Ita illum almum & felicem habeam.

An me apud pueros quidem perdidisse] Quamuis hæc absint à veteri meo, retineo tamen auctoritate Epitomæ etiam scriptæ: rectiusque videtur: *Anne apud &c.*

Scissa quoque vela] E vestigiis eruo, *scio quoque vela nunc feruent sinus.*

Multas rerum natura] Plinius li. 25. cap. 3. Natur. historiæ. *Ea vitæ conditio est, vt mori plerunque etiam optimi portus sit.* Et li. 28. cap. 1. *Ex omnibus bonis, quæ homini Natura tribuit, nihil melius tempestiua morte: in easque id optimum, quod illam sibi quisque præstare potest.* Sic & Salmanticæ ad Tormin Fl. sepulchrum Ferdinandi Nunnesij Pintiani hominis eruditissimi, atque adeo de Plinio ipso, Mela & Seneca bene meriti, hoc elogio inscriptum vidimus: OPTIMVM VITÆ BONVM MORS.

Componis in domo pat] Translatum à gladiatoribus, quorum paria inter se *componi* & *committi* dicebantur. Cicero de perfecto Oratore: *Æschines tanquam Æserninus, vt ait Lucilius, cum Pacidiano componitur.* Versus Lucilij est, li. iv. Satyr referente Nonio:

Æserninus fuit flacco ore, vux equidem
Samnis, spurcus homo, vita illa dignu' locoq;
Cum Pacidiano componier, optimus multo
Post homines natos gladiator qui fuit vnus.

Et Epist. ad M. Cælium, octaua, *gladiatorum compositiones* dixit. Horatius vero Satyra vii. li. 1.

—— vti non
Compositus melius cum Bito Bacchius ——

Plinius li. viii. cap. xii. De Antiparhia. *Quamquis aliam tantæ discordiæ causam attulerit nisi naturæ spectaculum sibi paria componentis?* Vbi de veteri libro, legit. I. Lipsius, *nisi naturam spectaculum sibi ac paria componendum*: li. ii. Saturn. cap. xix. & Isidorus li. xviii. Etymol. de Secutore: *ideoque cum Retiario componebatur.*

Parua materia se iungit fato] Fata, erat in veteri Iuuenalis Satyr. xii.

Senec.

Inncte & ventis animam committe, dolato
Confisus ligno, digitis à morte remotus
Quattuor, aut septem si sit latissima tæda.

Et Sat. xiv.

Curatoris eget, qui nauem mercibus implet
Ad summum latus, & tabula distinguitur vna

Theon Sophista ἐν τοῖς ... [illegible]

O maria, insuota mil ...] Cicero quoque Comitia mari contendit in Planciana: Euripo quoque & freto in Mureniana.

Capietur iudex] Iuris formulam agnosco. Iudicem enim *accipere*, vel *sumere* litigantes dicuntur loca in promptu his qui iuris tractatione delectantur.

Alij viuere fine R.P.] De varijs hominum studijs gemina sunt cum his, quæ Horatius Oda & Satyra r.

An non putas misericordem] Hæc appinguntur fini præcedentis periodi. *Hoc vinum à te transisse videor, an non? Putas misericordem quiquem &c.*

Mithridatem non potuit occidere] Bithocus percussor hic & Gallus miles vocatur, in Epitoma Liuiana lib. ci. Βίτοιτος Appiano in Mithridatico. *Sitochus* Auctori de viris Illustrib. ca. lxxvj. Idemque refert de Caio Mario, cap. lxvj. & inf. Controu. sequenti. Quod eo moneo libentius, quo turpius hic, tanquam in salebra quidem hæsitauit.

Quam nō dubium parricidam?] Nota ea sunt ex Iustino lib. 38. Appiano in Mithridatico & Plutarcho in Pompeii & Luculli vita. Notum & illud vno nuntio, atque vna litterarum significatione, innumerabilem ciuium Roman. vim in Asia trucidandam curasse, ex Ciceronis Maniliana, & pro Flacco, Plutarcho in Sulla, Appiano in Mithrid. Liuij Epitoma lib. lxxviij. & Valerio li. 9. c. 11. Et Memnoni in excerptis ca. 33. in Photij μυριοβίβλῳ. pag 378. Gr.

Nega tu parricidam fuisse] In vet. integris literis *Nega dum parricidam.* Dictum fortasse ea forma, qua Cicero non semel *Itera --- dum eadem ista mihi*: non vt inepti quidam *Iterandum.*

Quod forte offensurum est] Plura in opt. illo: *Quod forte ipse offensurum est aures, fratrem offensurum est. Patri parere nolui, fratrem occidere non potui.* Quid si legamus? *Quod fortasse aures patrum est offensurum: Patri parere nolui.*

Non poterat. Quidam occidere] Appingenda hæc initio sequentis comprehensionis leg. q. *Non poterit quidem occidere: Hominem tantum non possum.* Argumentum ductum est ex comparatione Maiorum: Hominem non possum occidere, multo minus fratrem.

Per quos necesse est illis] Hic aqua mihi hæret. fort. leg. *Per quos necesse illis patrem exuli capere*, vel, *in mari capere.* Nec enim *exularis* pro *exuli* Latinum puto. Tentabam & hoc modo: *Per quos necesse est illis patrem capularem capere. Capularis senex* quis sit, vel pueri sciunt: sed doctiss. Nunnesius nodum soluit, legitque *Per quos necesse est illi patre populari carere.*

Triumuiri opus est] III. Viri Capitales Romæ, de

capite ciuis cognoscebant; his & carceris & animaduersionis cura cōmissa. Hinc Ciceronis iocus ex ambiguo lib. VII. ad Familiares: *Triumuiros vites censeo, audio capitales esse: mallem auro, argento, ære essent*, vt est à pet. Bembo Card. in epistolis primo notarum. Addam & alia in suppliciis parricidarum à me obseruata. Malleolo enim, quod matrem necasset, damnato folliculo lupino os obuolutum est, & soleæ ligneæ pedibus inductæ sunt, & in carcerem ductus est. Auctor Rhetoricor. ad Herennium: Mox virgis sanguineis, (vt diximus paullo ante ad lib. huius III. procemium) cædebantur, deinde culeo insuti, cum cane, gallo, vipera & simia in mare proiiciebantur. Modestinus IC. LIX. D. ad L. Pompeiam de parricid. Vehebantur autem parricidæ plaustro, nigris bobus iuncto, atrocis criminis causa, vt ex Græcorum glossis, alibi credo, non lectum didici: Ἐγένετο νόμος τις τοιοῦτος τοῖς πρώτοις πᾶσιν ἀνθρώποις, ὥστε πατροκτόνους τιμωρεῖσθαι, δημοσίως εἰς μολγὸν ἐμβληθέντας μετὰ ἐχίδνης, καὶ κυνὸς καὶ πιθήκου, καὶ ἀλέκτορος, ἀσέβων ζώων ἀσεβεῖς ἀνθρώπους, καὶ ἐπὶ τούτοις ἁμάξαις ἐζευγμένης μελανοῖς βουσὶν κατενεχθῆναι εἰς θάλασσαν, καὶ ῥιφθῆναι εἰς βαθύ. Ἔδειξα οὖν ὑπόδειγμα τιμωρίας, ἵνα μᾶλλον φοβηθῶσιν οὕτως ἄνομον ἔργον ἐργάσασθαι.

Quidquid est, quod terris imperat] Sic Deum inuocabant vt in hac ipsa Controu. ex Aristotele docui: Sic Mela & Plinius. *Omne igitur hoc, quidquid id est, cui mundi cœlique nomen indidimus, vnum est, & vno ambitu se cunctaque amplectitur.* Græca veterum exemplarium subsidio hiatibus expletis prope constituta sunt.

Nox erat & terras] Virgilij est Æneid. VIII. vers. XXVI. Non dissimilis intempestæ noctis descriptio lib. III.

Nox erat & terris animalia somnus habebat.

Rursum Æneid. IV.

Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem
Corpora per terras, siluæque & sæua quierant
Æquora; cum media voluuntur sidera lapsu:
Cum tacet omnis ager, pecudes pictæque volucres,
Quæque lacus late liquidos, quæque aspera dumis
Rura tenent, somno positæ sub nocte silenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.
At non infelix animi Phœnissa, nec vnquam
Soluitur in somnos.

Quæ ideo integra adscripsi, vt priora ex Apollonij Rhodij li. III. Argonotic. translata esse ostendam. Sic enim vers. DCCXLIII.

Νὺξ μὲν ἔπειτ' ἐπὶ γαῖαν ἄγεν κνέφας οἱ δ' ἐνὶ πόντῳ
Ναῦται εἰς Ἑλίκην τε καὶ ἀστέρας Ὠρίωνος
Ἔδρακον ἐκ νηῶν. ὕπνοιο δὲ καί τις ὁδίτης
Ἤδη καὶ πυλαωρὸς ἐέλδετο. καί τινα παίδων
Μητέρα τεθνεώτων ἀδινὸν περὶ κῶμ' ἐκάλυπτεν
Οὐδὲ κυνῶν ὑλακὴ ἔτ' ἀνὰ πτόλιν οὐ θρόος ἦεν
Ἠχήεις. σιγὴ δὲ μελαινομένην ἔχεν ὄρφνην
Ἀλλὰ μάλ' οὐ Μήδειαν ἐπὶ γλυκερὸς λάβεν ὕπνος.

Placida composita quiete] Vario Atacinus Græcas litteras annos iam natus XXXV. auide arripuit Olympiade CLXXIV. Eusebius in Chronicis. Hic Apollonij Rhodij ἀργοναυτικὰ latine reddidit. Sic enim lib. III. ver. DCCXLVIII.

Οὐδὲ κυνῶν ὑλακὴ ἔτ' ἀνὰ πτόλιν οὐ θρόος ἦεν
Ἠχήεις, σιγὴ δὲ μελαινομένην ἔχεν ὄρφνην.

Alter Varronis versus citatur à Seneca Philos. epist. 57. vbi male vulgo legitur:

—— *tacita composita quiete.*

Nam *placida* explicat; quanquam ne quid dissimulem, *tacita* propius ad Græcum σιγὰ accedit. Sequor tamen ver. libri & Senecæ ipsius auctoritatem.

Et sic desineret, omnia noctis erant] Idem in ipsius Ouidij versibus, quod hic damnat in Virgilio notatum à Scauro: vt extrema Contro. 28. videre est. Idem quoque de Ouidij versu iudicare soleo (cur enim mihi non liceat, quod ipse sibi in Marone licuisse iudicauit?) desinere, aut alia inchoare debuisse in illo I. Metam.

Iamque mare & tellus nullum discrimen habebant;
Omnia pontus erat; deerant quoque littora ponto.

Postremum enim Hemistichium, vt pannus purpuræ adsutus videtur, quanquam aliter Nunnesius noster, qui postremum hoc hemistichium ἐπεξήγησιν prioris esse putat, quæ familiaris est Poetis & Oratoribus: quin etiam ἀπιθανώτερον esse ait, quæ magna laus in scribendo vt docet Aristoteles lib. III. Rheto. quasi *littora* & *pontus* κατ' αἴσθησιν dicantur. Est præterea illa virtus τῆς διατριβῆς καὶ τοῦ πνεύματος ἐν τῇ λέξει, de qua Hermogenes in Ideis, & in methodo τῆς δεινότητος, qua virtute fit Oratio λαμπροτέρα, ὡς δὲ τὰ μικρὰ μεγάλως posse dicere magna laus est oratoris: Poetæ vero cuius proprium μέγεθος multo maior: sic & τὰ σκοτεινὰ λαμπρῶς efferre non minima est & Oratoris & Poetæ laus, τί δὲ σκοτεινότερον τοῦ χάους; Et si fatetur luxuriam ingenij Ouidiani: hoc tamen loco non condonandum illi, sed requiri putat. Nec longe abhorrent ab his illa, licet ἐν τῷ πάθει dicantur.

—— *fuimus Troes, fuit Ilium & ingens*
Gloria Dardanidum ——

πολὺ μὲν ἐν τῇ φύσει πλεῖστον δ' ἐν τῇ τέχνῃ. Sic acute disserebat. Nunnesius Philosophor. & Oratorum æui nostri flos: qui, quod de Carneade dictum, quod vult, extorquet. Sed Critici iudicabunt.

IO. PETREIVS.

M*ori iussus*] fortassis melius, *occidere iussus*, non enim ille videbatur mori. Quid si dicatur, intelligendum de altero fratre, & distinguendum?

Patrem testem] fortassis melius. *pater testem dedit*, ipse testimonio est.

Vtrasque ad cælum] Etiam Prosopopœiam finxit, & debet illud, *si* rursum suppleri; *si patrem meum damnatus diligo.*

Ita mihi] Hic locus emendatior est, quam in declamationibus, sed fortassis non *dicere*, sed *vincere* potius scribendum est. Si enim illi licebat honeste dicere, quid erat quod præcaretur?

Popillus

Popilius Ciceronis interfector. CONTROVERSIA XVII.

LEX. *DE MORIBVS SIT ACTIO.* Thema. *Popilium parricidij reum Cicero defendit: absolutus est. proscriptum Ciceronem ab Antonio missus occidit Popilius, & caput eius ad Antonium retulit. accusatur de moribus.*

CONTRA POPILIVM. *Basßi Sepulij.* Si accusasset Cicero Popilium, viueret. Occidit Ciceronem Popilius. Puto iam creditis occisum ab isto patrem. vt vno icto pereat: tantum dabo. pro Cicerone sic liceat pacisci. *Gabij Sabini.* Quod vnum potuimus, effecimus, vt veniret tempus, quo Popilius Ciceronem desideraret. Popili potes, inquit, Ciceronem occidere? Pro te vel patrem. *Porcij Latronis.* Prorsus occisurus Ciceronem, debebat, incipere à patre. Antonius, inquit, iussit. Non pudet te Popili? Imperator te tuus credidit posse parricidium facere. Abscidit caput, amputauit manum: effecit vt minimum in illo esset crimen, quod Ciceronem occidit. Facinus indignum. felicissime licet cedat actio, id solum efficiemus, vt qui occidit Ciceronem, tantum erubescat. Pro dij boni, occisum Ciceronem, malos mores voco. *Albucij Sili.* Cæde ceruices tanti viri, & humero tenus recisum amputa caput, I nunc, & nega te parricidam. Hoc vnum tamen feliciter fecisti, quod ante occidis patrem quam Ciceronem. Facilius Cicero pro parricidio iudices mouit, quam pro se clientem. Ad vos hoc patroni exemplum pertinet. nullos magis odit Popilius, quam quibus plurimum debet. Vbicunque estis, Iudices, qui in istum reum sederatis, ecquid pœnitet absoluisse? *Argentarius.* Impius est, ingratus est: audeo dicere, parricida. Sēsit qui defenderat. Respice forum: hic sub Cicerone sedisti: respice rostra: hic supra Ciceronem stetisti. Quantum eloquentia tua Cicero potuit? Popilius de moribus reus est. abscidit ceruices loquentis: hæc est absoluti clientis post lōgum tempus salutatio. Parce iam quæso, Popili. Nihil tibi nisi occidendum Ciceronem mandauit Antonius. Duo fecit parricidia: quorum alterum audistis, alterum vidistis. *Cestij Pij.* Si dixero, Adolescentia turpis est, infamis pueritia est: respondebit, Iam ista Cicero defendit. Non pudet Popili? accusator tuus viuit: quid tam commune, quam spiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis? Parricida sic etiam tu perisses. *Fuluij Sparsi.* Non credidisset facturum Popilium Antonius, nisi in mentem illi venisset. illum & parricidium fecisse. Facinus indignum: à me defenditur Cicero, cum Popilium Cicero defenderit. *Mentonis.* Nō magis quisquam alius occidere Ciceronem potuit præter Popilium, quam nemo Popilium præter Ciceronem defendere. parricidam quem viuus negauit Cicero, occisus ostendit. Fortunam Ciceronis. Antonius illum proscripsit, qui accusatus est. Popilius occidit, qui defensus est. Si damnatus esses, carnifex te culeo totum insuisset. Video quid respondeat. Non credet Antonius occisum Ciceronē à Popilio, nisi ei signum attulerit. *Triarij.* Præsta Ciceroni quod propinqui Catilinæ, quod amici Verri præstiterunt. Proscriptum transi. Ne à mortuo quidem manus abstinet, lacerat occisum. Popili, hoc parricidium tertium tuum est. *Pōpeij Silonis.* Nunquid magis exornerare te possum? præsta Ciceroni quod Antonius. *Cornelij Hispani.* Dic Antonio: Ego istud scelus facere possum & patrem occidi. Securi erant amici Ciceronis, postquam ad illum Popilius missus est. *Arellij Fusci patris.* Potuisti Ciceronem occidere? at quam bene persuaserat nobis Cicero, parricidium te facere non posse. Occidisti tu Ciceronem loquentem? Nunquid, inquit, & aliquis ex tuis venerat index, an nemo Ciceroni timendus est, qui cum Popilio venit? *Q. Haterii.* Qui modo Italiæ humeris relatus est, nunc sic à Popilio refertur? proposito in rostris capite Ciceronis, cum viuius metu omnia tenerentur, gemitus tamen populi liber fuit. *Iulij Baßi.* Proscriptus, inquit erat Cicero. pater certe tuus proscriptus non fuit. *Blandi.* Dij manes, Popilij senis, occisi & inultæ patris vmbræ Cicero te persequuntur, vt quem negasti, parricidam sentias. *Capitonis.* Deduxi ad vos reum omnium, quos terra sustinet, nocentissimum, ingratum. impium, percussorem, bis parricidam: nec tamen timeo. Patroni viderint. nemo à Popilio quidem, nisi post beneficium occiditur. Nec damnationem tamen istius despero. non enim à Cicerone nunc defenditur. Timeo ne causæ non satisf. ciam. maior causa est, occisum à Popilio Ciceronem queri, quam fuit aliquando probare non occisum patrem. Ciceronem quisquam potuit occidere, qui audiuit? Minturnensis palus exulem Marium non hausit. Cimber etiam in carcere vidit imperantem. prætor iter à conspectu exulis flexit. Qui in crepidine viderat Mariū in sella figurauit. Non possumus de Popilio queri: eodem loco patronum habuit, quo patrem. Pompeius terrarum marisque domitor, Hortensij se clientem libenter confessus est. Hortēsius bona Pompeij, non Pompeium defenderat. Romulus, horum mœnium conditor, & sacratus cælo parens, non tantam vrbem fecit, quantam Cicero seruauit. Metellus in Vestæ æde extinxit incēdium: Cicero Romę. Glorietur Hannibale Scipio, Pyrrho Fabricius, Antiocho alter Scipio, Perse Paulus, Spartaco Crassus, Sertorio & Mithridate Pompeius. nemo hostis Catilina propius accessit. Fert appensum conto caput, & desluente sangine hunc ipsum inquinat locum, in quo pro Popilio dixerat. *Butonis.* Quantæ fuit eloquentiæ? probauit ab eo non occisum patrem, à quo occidi poterat etiam Cicero. *Marulli.* Si inimicus essem patronis, optarem vt reus absolueretur. Turpe iudicium, in ea ciuitate Ciceronem non defendi, in qua defendi potuit etiam Popilius.

Diuisio. Popilium pauci ex historicis tradiderunt interfectorem Ciceronis: sed hi quoque non parricidij reum à Cicerone defensum, sed in priuato iudicio. Declamatoribus placuit, parricidam reum fuisse. Sic autem eum accusant, tanquam defendi non posset: cum adeo possit absolui, vt ne accusari quidem potuerit. *Latronis* non placebat illum sic accusari, quomodo quidam accusauerunt: Obiicio tibi quod occidisti hominem, quod ciuem, quod senatorem, quod consularem, quod Ciceronem,

Senec.

quod patronum tuum. Hac enim ratione non aggrauari indignationem, sed fatigari. statim illo veniendum est,ad quod properat auditor. Nam in reliquis adeo bonam causam habet Popilius, vt detracto eo quod patronum occidit, nihil negotij habiturus sit. Patrocinium eios est ciuilis belli necessitas. Itaque nolo per illos reum gradus ducere. quos potest tutius euadere. Licuit enim in bello & ciuem & senatorem & consularem occidere: nec in hoc crimen est, quod Ciceronem, sed qood patronom. *Latro* accusauit illum de moribus: primum quod sic vixisset, vt causam parricidij diceret: deinde, quod patronum suum occidisset. Et fecit has quæstiones, An posset eo nomine accusari, quo absolutus est. Si quis, inquit, hodie volet me parricidij postulare, non poterit. Quomodo crimen quod obiici non potest, puniri potest? An in bello ciuili acta obiici nō possint. Honeste dixit, cū hūc locum tractaret *Varius Geminus*. Si illa, inquit, tempora in crimen vocas, dicis non de hominis, sed de Reip. moribus. Si potest, quod ciuili bello actum est, obiici, an hæc obiici debeant. Hanc quæstionem in illa diuisit. An etiam si necesse ei fuit facere, non sit tamen ignoscendum. ad quædam enim nulla deber necessitas compellere. Hoc loco *Latro* dixit summis clamoribus: Ita tu Popili, si Antonius iussisset, patrem tuum occideres? Deinde, an non fuerit ei necesse: Potuisti excusare te, potuisti præmittere aliquem ad Ciceronem, vt sciret & fugeret. Necesse certe non fuit, manum caputque præcidere mortuo.

Dolor. Colorem pro Popilio *Latro* simplicem habuit, necessitate coactum fecisse. & hoc loco illam sententiam dixit: Miraris, si eo tempore necesse fuit Popilio occidere. quo Ciceroni mori? *Albutius* dixit in pœnā Ciceronis electum amicissimum Ciceronis, quasi exprobraturus per hoc illi suam fortunam esset. Molestius, inquit, feret, se à Popilio occidi, quam occidi. *Marcellus Æserninus* eundem colorem aliter induxit: Cogitabat, inquit, Antonius secum: Quod Ciceroni excogitabat supplicium? Occidi iussero? olim iam aduersus hunc metum emuniuit animum. Scit mortem nec immaturā esse cōsulari, nec miserā sapienti: sed aliquid noui quod non expectat, quod non timet: non indignabitur ceruicem hosti porrigere, indignabitur clienti. Popilium aliquis vocet, vt sciat quantum illi defensi rei profuerint. *Silo Pompeius* hoc colore vsus est, Offendebatur, inquit, proscriptione, & quædam liberius loqoebatur. non miror. Ciceronis cliens est: tanto magis occide Ciceronem tuum. Et dixit, non suæ infirmitatis sententiam: Vtarq; inquit, sed diuerso genere punitus est. Ciceronis proscriptio fuit, occidi: mea, occidere. *Marillus* præceptor noster sic narrauit: Iussit, inquit, imperator, iussit victor, iussit qui proscribebat: ego illi negare quicquā possem, cui nihil negare poterat Respublica? *Blandus.* Hoc, inquit, loco, volui me excusare. dixi, Cicero me defendit. respondit, Scio. me accusauit. I ergo vt scias plus sibi Antonij accusationem nocuisse, quam Popilij defensionem profuisse. *Buteo* hoc colore: Vocetur, inquit, ille Ciceronianus, ille cliens, amicus. Excogitaoi quomodo Cicero sua periret manu. *Cestius* hoc colore: Durissima, inquit, mihi militia in Antonij castris fuit ob hoc ipsū, quod Ciceronis eram cliens. difficillima mihi expeditiones dabantur. Tunc quoque vocatus sum quasi ad pœnam. I, inquit, occide Ciceronem: Nec credam, inquit, nisi attuleris caput. magisque admiratus est potentiam suam, quod Ciceronem Popilio non licebat non occidere. *Fuscus Arellius* hoc colore vsus est: Antonij se partes secutum, vt si quid posset, Ciceroni prodesset: facta proscriptione ad genua se Antonij procidisse, deprecatum pro Cicerone: offensum Antonium, eo magis dixisse: Occide, qoem mori non vis. Hic color displicebat Passieno, quia ad testem docit. nam si hoc fecit Popilius, non tantum qood defendat habet, sed habet quod glorietur. *Hispo Romanus* vehementi colore vsus est, & duro. Patronum enim Popilio dedit, & dixit aliter se causam acturum Popilij, aliter Antonij: pro Popilio dicturum, Occidere nolui, coactus sum: pro Antonio dicturum, Occidi Ciceronē oportuit. & dixit locum, aliter non potuisse pacari Rē. quam si ille turbator otij ē Rep. sublatus esset. Solus ex declamatoribus io Ciceronem inuectus est: Qoid ille, inquit, cum Antooium hostem iudicaret, & omnes Antonij milites, non intelligebat se & Popilium proscripsisse? Hic color prima facie asperior est, sed ab illo egregie tractatus est. *Varius* qoidem minos dixit: Cū imperasset mihi Antonius, passus sum, ne aliquis P. Clodij mitteretur, qui cootumeliis afficeret, antequam occideret, & viuum laniaret. *Argentarius* dixit: Vocatus veni, post proscriptionem Antonius terribilior erat factus etiam suis. Iussus sum Ciceronem occidere: quid facerem? Non parere vno modo poteram, si me occidissem: hoc nec Cicero poterat. A parte accusatoris illo loco, quo Popilius venit, nemo non aliquid noui voluit dicere. *Latro* ait: Præcluserat fores, nemo ad proscriptum recipiebatur. Popilius vt venir, admissus est. *Cestius* dixit: Vt renunriatum est Ciceroni, ait: Popilio semper vaco. *Hispanus Cornelius* fecit etiam querentem Cicerooem: Popili, tam sero? *Albutius* dixit: Quid est, Popili? ecquid tuto lateo? nunquid motandus est locos? Inepte *Audienus Paulus*, qui induxit Ciceronem, tum maxime orationem pro Popilio legentem. *Et Murrhedius* non est passus hanc Controuersiam transire, sine aliqua stuporis sui nota. Descripsit enim ferentem manum & caput Ciceronis Popilium, dixit Popilio: Quanto aliter teus Ciceronis tenebas manum eius?

IN CONTROVERSIAM DECIMAMSEPTIMAM.

NICOLAVS FABER.

POPILIVM *Parricidij reum*] Plutarchus in vita Ciceronis, Appianus ἐμφυλ. lib. 4. Valerius Maximus cap. III. lib. V.

Exemplum pertinet.] Epitome, *Spectat exemplum.* *Parricida.*] Fortasse, *parricida est.*

Quid tam cōmune est,] Locus insignis ad litteram ex Cicero-

ex Ciceronis oratione pro Roscio Amerino exscriptus.de quo quid ipse senserit senex, vide eius Oratorem, & Quinctilianum cap.vi.lib.xii. Et sane mirum Cestium infensissimum Ciceroni, ab eo tamen hanc sententiam mutuatum. Porro ex Cicerone colligo loco horum, *parricida fie etiam tu perisses*, legendum, *parricida bis etiam tu caruisses*. Sequitur enim in ea Ciceronis oratione de parricidis, *Ita viuunt dum possunt, vt ducere animam de cælo non queant: ita moriuntur, vt eorum ossa terram non tangant: ita iactantur fluctibus, vt nunquam abluantur: ita postremo eijciuntur, vt ne ad saxa mortui quidem conquiescant.*

Quod amici Verri] Legendum, *quod amici Verris*. Hoc enim ait: Ne in Ciceronem eius cliens crudelior sit quam amici Verris & Catilinæ ab eo damnatorum: proscriptum transi.

In carcere] Epitome legit, *Cimber in capto vidit imperatorem*. Valerius Maximus Marium in priuata domo clausum dicit: Appianus ἐν οἴκῳ ζοφώδει, ἐν σπάδιῳ: Plutarchus ἐν μέρει τῶν δωμάτων: Plinius vero iunior in carcerem coniectum, vt non multum intersit quomodo scribatur.

Prætor iter à conspectu exulis] Longe aliter Plutarchus de Sextilio Prætore Africæ in vita Marij.

Turpe indicium,] Fortasse rectius, *turpe iudicium*.

Sed hi quoque] Fortasse melius, *& hi quoque*.

Sed quod patronum] Recentiores editiones post hæc verba, *sed quod patronum*, addunt, *Naturale est autem, vt quod in nullo patrono fieri oportuit, indignius sit factum in Ciceronem patronum*. quæ tamen clausula à veteribus editionib. abest, & ab Erasmiana ptima, & vereor ne postea male irrepserit in textum ex ora libri. Cum enim dixerit Latro, Popilij crimen esse, non quod Ciceronem occiderit, sed quod patronum, studiosus qui hoc agitate voluit, fortasse ad marginem hanc clausulam addidit, quę postea in textu recepta est: vt omittam non satis apte dictum illud *naturale esse*. quam ideo exclusimus.

Obijci non possint] Videtur superflua negatio. Sequitur enim paulo post, *si potest quod ciuili bello actum est*.

Scit mortem nec immaturam] Catil.iv.& Philip.ii.

Cum tu hil negare poteras Reipublicæ] Laberius apud Macrobium:

Et enim ipsi Dij negare, cui nihil potuerunt,
Hominem me denegare quis posset pati?

Respondit, scio me accusauit.] Fortasse melius, *respondit, sed me accusauit*.

Hic color displicebat Passieno.] Quinctilianus ca.ii. lib.iv. de colore: *fingenda vero meminerimus qua non cadunt in testem*.

Non t. nunquod defendat non habet.] Vide ne delenda sit posterior negatio.

Varius quidem minus] Lego, *Varius Geminus*. Nec enim in hoc Gemini colore quidquam est quod conferri cum colore Hispsonis possit, vt minus dixisse videatur. Huc autem Varium Geminum B. Hieronymus lib.i. aduersus Iouini. sublimem oratorem vocat, cuius etiam dictum hoc laudat, *Qui non litigat cælebs est*.

SCHOTTVS.

DE *Moribus fit actio*] de qua vide Iac. Ræuardum I. C. insignem Variorum lib. 4. c. 13. Senec.

Tantum dabo pro Cicerone] M. Antonius allato capite & manu Ciceronis, C. Popillium Lænatem (sic enim *Popilij* nomen gemino ll. in Fastis legitur) coronauit: & quod infensissimum hostem sustulisset, decies centena millia H. S. præmio dedit, auctore Appiano. Hoc igitur Bassus ait: se tantundem daturum modo vno ictu pereat Cicero, non laniato capite, manu resecta, & lingua acu puncta. Estque Ciceronis, vt apparet imitatio, in ea quæ est in Verrem de supplicijs de Sextio? *Quid vt vno ictu securis afferam mortem filio tuo, quid dabis? ne diu crucietur? ne sæpius feriatur? ne cum sensu doloris aliquo aut cruciatu spiritus auferatur? Ipsi etiam adolescentes cum Sextio de eadem plaga, & de vno ictu loquebantur.*

Qui in istum centum sederatis] Agnosco forense vocabulum. Cicero in Miloniana, & pro Rabirio Postumo: *Modo vos ijdem in A. Gabinium iudices sedistis*. Plinius lib. 6. Epist. penult. *Sedebant iudices centum & octoginta, tot enim quatuor consilijs conscribuntur: ingens vtrimque aduocatorum & numerosa subsellia, astantium corona, latissimum iudicium multiplici circulo ambibat.*

Accusator tuus viuit] Contraria ex his collige. q. d. Pudeat accusatorem tuum viuere, & patronum à te occisum. Vel sic. Nondum periculo liberatus est: viuit enim, qui te olim parricidij accusauerat, & nunc iustius poterit.

Quid tam commune] Desumpta ad verbum ex Ciceronis oratione pro Sex. Roscio Amerino parricidij reo, additu q. αὐτολεξεὶ. *Ita viuunt dum possunt, vt ducere animam de cælo non queant; ita moriuntur, vt eorum ossa terra non tangat, ita iactantur fluctibus, vt nunquam abluantur; ita postremo eijciuntur, vt ne ad saxa quidem mortui conquiescant*. Quem locum & Senex laudauit lib. de perfecto Oratore & Quinctilianus lib.7 c.6.

Ciceronem loquentem] *Moriar*, inquit, *in patria sæpius seruata*. Liuius apud hunc ipsum Senecam sup. Suasor.7. quæ cum hac Controu. diligenter est comparanda.

Nunquid & aliquis venerat index] Adolescentem quendam, Quincti Ciceronis fratris libertum, cui Philologo nomen, Lænati dixisse, lectica Ciceronem per siluestres & opacas ambulationes ad mare deferri, auctor est Plutarchus.

Qui cum Popilio venit] Venit Herennius quidam Centurio, cum Lænate Tribuno militū, stipantibus aliquot militibus.

Italia humeris relatus est] Conatr. cod. *in Italiam* præfert, vt & Frobenia editio prima anni CIↃ.IↃ.XXII. Ciceronis verba respexit, in extrema orat. Post reditum in Senatu: *Cum me, inquit, vestra auctoritas arcessierit, populus Rom. reuocauerit, Resp. implorarit: Italia cuncta pene suis humeris me portauerit.* Quod Plutarchus infr. veritatem dictum fuisse, minusque quam res esset, ait: Tanto enim studio, tantaque lætitia reuerrēti Ciceroni Italiæ ciuicates occurrerunt, vt festos dies agere aduentus eius videretur. Tu vide Pisonianam & Sextianam, & quam post reditum in Senatu & ad populum habuit, itemque epist.1.lib.iv.ad Atticum.

Gemitus tamen Popilij liber] Reponendum *populi*. Ea enim Tyrannis impendere videbatur, vt ne vultu quidem, vel suspirio tristitiam præ se ferre ciuibus liceret. Sic enim epist.r.li.10. ad Famil. *Antonij tanta est non insolentia (nam id quidem vulgare*

vitium est] *sed immanitas, non modo vt vocem, sed ne vultum quidem liberum possis fere cuiusquam.*

Pater certe tuus proscriptus non fuit] q. d. Cur igitur occidisti.

Dij manes] Aliter in veteri: *Di manes Popillij senis & inulta patris, Cicero, te persequuntur animæ.* Alij *vmbra* legunt. Religiose de mortuis veteres loquebantur. Itaque *ignoscerent sibi Manes* præfati, se memoriam eorum sollicitare oolle, dicebant. *Manes* autem à mano, quod est bonum, derioant Varro v. de ling. Lat. Festus & Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 3.

Omnium quos terra sustinet] Iurgantium est in comœdiis Plautus Pœnulo.

——homini, si modo leno est homo?
Quantum hominum terra sustinet, sacerrime.

Et Homerus Iliad. 6.

ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης.

Vnde poëta nescio qui

——*Telluris inutile pondus.* & *Terræ onus.* prou.

Cimber etiam in carcere] Gallus hic percussor, quem vultus auctoritate Marius deterruit, *fuisse* dicitur in scriptore oostro de viris Illust. cap. 67. *Cimber* à Plotarcho, Appiano & Valerio li. 2. c. 10. Sup. Contr. 1. *Quis crederet iacentem super crepidinem Marium, fuisse consulem aut futurum? Sellam* aotem curulem intelligit. Petreius vero pro, finxit sibi in sella consulari, non male.

Hortensii se clientem] Plutarchus in Pompeio legendus, de peculatus accusatione à morte patris Strabonis. Cicero in Bruto: *Hortensius cum Philippo iam pro Cn. Pompeij bonis dicente, in illa caussa adolescens cum esset, princeps fuit.*

Romulus horũ mœnium cõditor] Ciceroni Catilin. 3. *Romulum, qui hanc vrbem condidit, ad Deos immortales beneuolentia famaque sustulimus.* Cuius orationis initium cum his componere iubeo.

Metellus in Vestæ æde] L. Cæcilius Metellus Palladium, cum ædes Vestæ arderet, inter ipsos ignes, incolume seruauit, cæcusque factus est. Epitoma Liuij lib. 19. Plinius lib. 7. cap. 43. & Valer. Max. lib. 1. cap. 5. Incendium vero extinxisse nullibi legi. Vereor ne αἰσχρουργία sit, nec ipse Aonæum, nisi præuaricari velim, à lata culpa ῥᾳθυμίας libero. vide inf. lib. 4. Epitomæ, Declamat. 2.

Glorietur Hannibale] Recte in veteri, *reuocato Hannibale.* Hic *P. Scipio Africanus maior* dictus est: alter vero, qui Antiochum Syriæ regem deuicit, *L. Scipio Asiaticus.*

Popillium pauci ex historicis] Nunc cootra omnes quotquot exstant Historici, ei cædem M. Tullij, vnius omnium quos Sol vidit, eloquentissimi, flagitiosissimumque crimen ἀχαριστίας imputant, Appianus, Plutarchus, Dion, Liuius, Valerius, omnesque quorum ὑπομνήματα Suas. 7. Seneca recensuit.

Non parricidij reum] C. Popillium Lænatem Trib. militum, Picenæ regionis rogatu M. Cœlij, non mioore cura, quam eloquentia, defendisse Ciceronem eumque caussa admodum dubia fluctuantem saluum remisisse domum, refert, Plutarchus, & Valerius lib. 5. cap. 3. Oratio vero intercidit: Non igitur contra sentientibus fides habenda est.

Vt causam parricidij diceret] *Differeret* in vet. non sequor tamen, est enim verum illud, & fori proprium vocabulum.

Si potest quod] Corrupta hæc in veteri, vnde hæc eruebam: quæ nihil in sensu variant: *Si quod ciuili bello actum est, post obiiciant, an hoc obiici debeat*

Mortem nec immaturam] Ex catilinaria 4. & Philippica 2. vt copiose ad Suasoriam 6. annotare memini.

Ceruicem hosti porrigere] Ductum à victimis sacrificiorum, quæ ceruicem præbere dicebantur. (Hortensius autem primus *Ceruicem* dixit, Ascõ. in Verrinas, & Fabius lib. 8. c. 3.) Seneca fil. l. 2. Natural. Quæstionum cap. 59. *Nonne contemneres eum, qui inter perituros constitutus, beneficij loco peteret, vt vltimus ceruicem praberet?*

Offendebatur, inquit, proscrip.] In veteri *offendebat proscriptionem*, vt tanquam à Popillio in Ciceronem vsurpatum sit.

Marillus preceptor noster] de quo sup. in proœmio lib. 1. Contr. Vnaque Porcium Latronem ei operam dedisse: sed *Marullus* in editis legitur pro *Marillus*: quomodo membranæ vtrobique præferunt.

Qua ad testem ducit] Deprauatum hoc, vt suspicor, nec iuuant membranæ, Fort. Prouerbij specie dixit, *ad restim ducit.* Petreius vero sic: *ad petendum testimonium eius rei.* Vere Ant. August. *quia testem adducit.*

Ne aliquis P. Clodij] Probo veterem scripturam: *Ne aliquis P. Clodij cliens mitteretur.* Appianus enim clientem Clodij, acerrimi inimici Ciceronis, Popillio Lænati viam, qua lectica deportabatur, ostendisse refert.

Precluserat fores] Falsum id: immo in campo lectica vehebatur: Vt Plutarchus, Liuius, Appianus & Historici Suasor. 7. diserte omnes prodiderunt.

Nunquid mutandus est locus, inepte, ab idibus] in obscuris lib. vet. vestigiis, erat, *Inepte abit dies*: Quod in Catulli Epithalamio frequẽs. Vel vt in Vatic. cod. *Abi diebus.* Quid si *Inepte ab adib.*? vulgarem retinet Brissonius, vt luserit in consuetudinem migrandi veterum Romanorum, qui Kalendis Quinctilibus ædes cõmutare solent; quod olim ex Iurisconsultor. libris & Martiali lib. 12. Epigramm. 32. Cicerone lib. 2. epist. 2. ad Q. Fratrem, & Suetonij Tiberio c. 35. docuit summum Hispaniæ, omnisque Iuris & Antiquitatis ornamentum Ant. Augustinus lib. 4. Emẽdationum cap. 14. Fefellit tameo memoria Brissonium qui lib. 6. Formular. *Idibus Iulij*, noo *Kalendis* migrari solitũ, exscripsit. Sed fieri potest ad Idus vsque produci tempus solitum. Cicero epist. 2. lib. 13. ad famil. Iam vero 7. Idus Decembris an. DCCX. Vrbis cond. M. Tullium occisum, ipsamque eloquentię vocem sublatam, testimonio Tullij Tironis liberti, colligit Cor. Tacitus, siue potius M. Fabius est, in Dialogo de Oratoribus. Acute igitur Albotius Iduum meminit, q. d. An non mihi domos tutissimum refugium? coget ne Popillius inquilinum me ipsis Idibus, non exspectatis Calendis Quinctilib. migrare? hoc est intempestiua morte abire. Ioannes Petreius hoc in Popillij ore ponit, respondentis Tullio: Oportuit te iam ab Idibus mutasse locũ. Sed scopum mihi ferire Ant. Aug. videtur hac lectione: *Nunquid mutandus est locus? Inepte Auidius Paullus* vel *Auidienus quidam induxit Ciceronem.* Nomen sane aliquod vel *Aufidii Bassi vel Æmilii*

Paulli,

Paulli, aut simile, hic corruptum esse, libenter assentior. Qui hæc non probabit, ei ego illud Eueni Parij opponam.

Σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἔστω, ἐμοὶ δὲ τάδε.

Quanto aliter] Respexit morem reorum & cliẽtum Roman. qui sordidati manum prensabant, vt & candidati: Superiora idem Augustinus, *& Popilij manum dedit Populo*, à mala manu esse putabat, leg. que; *& dixit Populo*. Rectius vero Nunnesius reponebat: *Et M. Tullij manum dedit Popilio*: sensu plano, & prono librariorum errore, nomina uominibus frequenter commutantium.

IO. PETREIVS.

R*ESPICE forum*] A loco petitur indignitas quemadmodum apud Liuium & pater ille Horatiorum.

Ciceronem loquentem] Quoniam hæc dicitur protulisse: *Moriar saltem in patria à me toties seruata.* Sup. Suasoria vii.

Qui in crepidine] fioxit sibi in sella consulari.

Pompeius terrarum] Defuncto Strabone patre, extemplo Pompeius peculatus accusatus est: Refert Plutarchus in eius vita. In eo autem iudicio, non de vita, sed de bonis amittendis agebatur.

Alter Scipio] *Lucius* qui dictus est *Asiaticus*; apud Plutarchum.

An etiam si necesse] & ita vel propter hoc necesse non est, quia licet mori: vt acute Fabius in Deliberatione, lib. 3. cap. 8.

Ad testem ducit] id est, ad petendum testimonium eius rei. Nihil autem fingi debet eorum quæ in testem caduot, vt recte Fabius dixit.

Inepte ab] Fortassis est respondeotis Popilij, *Oportuit te iam ab Idib. mutasse.*

Ter abdicatus venenum terens. CONTROVERSIA XVIII.

T*HEMA. Ter abdicatus, ter absolutus deprehensus est à patre in secreta domus parte medicamentum terens. interrogatus, quid esset? dixit, venenum: & velle se mori. & effudit. accusatur parricidij.*

PRO FILIO. *Cestij Pij.* Dic quid commiserim. certe nec secreta te fallunt. dimittam te: intelligetis cui parauerim. dic quid ante commiserim: nisi forte contentus es reo obijcere particidium, parricidæ nihil. *Argentarij.* Volo mori, quia reus fui. quid ergo, reus viuet. quia sordidatus assidebit pater? Reuertar ad venenum, quando iniqua fortuna nullo me periculo defungi semel passa est. *Albutij Sili.* Quare ergo noo moreris? Noo iuuat me mori, si quem alium iuuet. Vt interuenit pater, in has cogitationes abij: Ergo quisquam tam infelix fuit? ergo quisquam me magis odit, quam ego? misereri mei cœpit. *Varij Gemini.* Ter, inquit, abdicatus es. Videris mihi pater obiicere, quod iandiu viuam, quod venio, quod pro me loquor. Nolite mirari: tam iucundum est innocentibus mori, quam miseris defendi. *Cornelij Hispani.* Scio quosdam periclitanteis illa iactare, Nunc primum causam dico, hoc ego dicere non possum. Iterum reus fui: nec dubito: quin vobis in odium venerim, cum ipse me oderim. *Porcij Latronis.* Ter causam dixit: accessit ad hæc supplicia mea venenum: hoc si tibi satis non est, viuam.

ALTERA PARS. *Albutij Sili.* Testor deos immortales, hoc me tribus iam cauisse abdicationibus, ne in domo mea venenum deprehenderem. Parricidij reus viuit, qui abdicatus mori voluit, In quam angusto domus meæ fortuna posita est, aut patri pereundum est, aut filio. Quid habes. quare me mori velis? Viuunt orbi, viuunt naufragi, viuunt etiam quibus contigerunt liberi. Ter abdicatus sum se mori velle dicat, vitam rogat. Teneo parricidã, quod apparet, etiam in suam mortem paratissimum *Cornelij Hispani.* Nolite mirari, si debitas vires dolori meo non exhibuero: tribus iudicijs experti estis, patres accusare non posse. *Vibij Rufi.* Cum tantum est quod fateris, quantum est quod negas? Tu venenum quæsisti, tu venenum emisti, tu venenum intulisti in eam domum, in qua habebas inimicum patrem. recte vitam odisses, si iam tibi parricidium obiecissem. Vis scire quid peccaueris? iodica quis tibi vendiderit. dicetur illi: Tu venenum vendebas cuiquam? tu ter abdicato vendebas. sine dubio sciebas cui daturus esset. ita hoc ego iudicio filij mortẽ moror. Si me eum isto includitis, moriar: vt vobis hanc faciam inuidiam, quam iste mihi facere voluit. *Varij Gemini.* Quæritis, filius meus venenum cui parauerit? nõ bibit. *Pompeij Silonis.* Mihi, inquit, paraui. & hoc est patri parare. Absolutus mori vult: reus viuit. *Musa.* Habuit malum medicamentum Mithridates. Quis enim alius debebat habere, quam parricida? habuit, inquit, Demosthenes venenum, & vixit. Id est, ego tibi pater, quod Demostheni Philippus. *Porcij Latronis.* Cum abdicarem, si quid obieceram, aiebat, Nunquid deprehendisti? non tamẽ habebitis quod multum de eo dubitetis: quod negat, parricidium est; quod confitetur, venenum. Mori, inquit, volo viuo patre: & hoc parricidium est. Miser æque timui ne biberet venenum, quam ne daret. *Arellij Fusci patris.* Mihi, inquit, paraui venenum oe quis dubitet an alium possit occidere. *Iunij Othonis patris.* Reus est parricidij, qui mauult mori, quam patrem videre. quomodo vultis, magis probem vobis illum noluisse? non vult mori. Mori, inquit, volui. quare? quia ter vicisti. Si mihi creditis, parricidium facere voluit: si isti, à me parricidium fieri voluit. Qualis est reus, cuius hoc vnũ patrocinium est, indignum se vita fuisse? Dico tam inuisum tibi patrem fuisse, vt occidere volueris: tam inuisum ipse coofiteris, vt mori volueris.

DIVISIO. Non puto vos exigere diuisionem, cum coniecturalis sit Controuersia. habet tamen dissimilem ceteris cõiecturam, & duplicem: nõ quomodo solet aut inter duos reos, cum alterum coarguimus: aut inter duo crimina, cũ alterũ probamus, vt id alterius fiat probatio: tãquam cum dicimus

adulteram fuisse, vt credatur etiam propter hoc venefica. In vno homine coniectura duplex est. quærimus enim, vtrum venenum in suam mortem, an in patris parauerit.

Color. Si hic color displicet pro adolescente, quo dixit Latro, vt nihil mutaret, sed diceret: Mori volui tædio abdicationis, & infelicitatis assiduæ, cum in hoc tãtum sordes ponerem, vt cum maiore tormento positas resumerẽ, & absolutio mihi vni, non finis esset periculi, sed initium: incipit præter coniecturam, & illa prima vulgatis in eiusmodi Cõtrouersiis & pertrita quæstio incurrere, an venenum habere in mortem suam liceat. *Albutius* illo colore pro adolescente dixit, non fuisse venenum. Cum putarem, inquit, odio esse patri meo, volui experiri affectum eius quomodo mentionem mortis meæ ferret. itaque palam, & ita vt interueniret pater, tenui. *Fuscus Arellius* eodem colore vsus est, sed aliter: Non dixit, Experiri patrem volui, sed vt miserabilem me patri facerẽ. *Murrhedius* pro cetero stupore suo dixit, medicamentum se parasse ad somnum: quia assiduæ sollicitudines, vigiliarũ sibi facerent consuetudinem. Vsus colore est, & Publianam sententiam dixit: Abdicationes inquit, suas veneno diluit. Et iterum: Mortem, inquit, meam effudi. Memini nos, cum loqueretur de hoc genere sententiarum, quo iam infecta erant adolescentulorum omnium ingenia, queri de Publio, quasi iam ille hanc insaniam introduxisset. *Cassius Seuerus*, summus Publij amator, aiebat, non illius hoc vitium esse, sed illorum, qui illum ex parte, qua transire deberent, imitarentur, quæ apud eum melius essent dicta: quam apud quenquam comicum, tragicumque, aut Romanum, aut Græcum: vt illum versum, quo aiebat vnum versum inueniri non posse meliorem:

Tam deest auaro quod habet, quam quod non habet.

& illud de eadem re dictum:

Desunt luxuriæ multa, auaritiæ omnia.

& illos versus, qui huic quoque ter abdicato possent conuenire:

O vita misero longa, felici breuis.

Et plurimos deinceps versus referebat Publij disertissimos. Deinde auctorẽ huius vitij, quod ex captione vnius verbi plura significantis nascitur, aiebat Pomponiũ Attellanarum scriptorem fuisse, à quo primũ ad Laberiũ transisse hoc studium imitandi, deinde ad Ciceronem, qui illud ad virtutum studia transtulisset. Nam vt transeam innumerabilia, quæ Cicero in orationibus, aut in sermone dixit, & nota vt non referam à Laberio dicta, cum Mimi eius, quicquid modo tolerabile habent, tale habeant: id quod Cicero in Laberium. Diuus Iulius ludis suis Mimũ produxit, deinde equestri illũ ordini redditum iussit ire sessum in equestria: omnes ita se coarctauerunt, vt venientem non reciperent, multosque tunc in senatum legerat Cæsar, & vt repleret exhaustum bello ciuili ordinem, & vt his qui bene de partibus meruerant, gratiam referet. Cicero in vtramque rem iocatus, misit ad Laberium transeuntem: Recepissem te, nisi anguste sederem. Laberius ad Ciceronẽ remisit: Atqui soles duabus sellis sedere. Quia Cicero maleaudiebat tanquam nec Pompeio certus amicus, nec Cæsari, sed vtriusque adulator. Vterque elegantissime: sed neuter in hoc genere seruat modum. Ab his huius studij diffusa est in plures imitatio. Sed vt ad Controuersiã redeam, *Cassius Seuerus* aiebat, placere sibi illum colorem. Mori volui. Et quasdam dixit inter disputandũ sententias: Tertio, inquit, cum abdicarer, aiebam: Nihil tanti est. infelicem hanc animam, quam totiens exagitat pater & infestat, semel recipiat. Sed illud rursus dicebat: Mihi serua istum animum. facies quod voles absolutus Quare ergo nunc non moreris? dicet aliquis: Primum, non semper idem miseris libet, nõnunquam iuuat cum fortuna sua concurrere, illam fatigare. Deinde verum vis, quare non moriar interim? quia puto te velle. *Otho Iunius* ineptam sententiam videbatur dixisse: Non multum interest mea. aut enim me, aut filium meum voluit occidere.

IN CONTROVERSIAM DECIMAMOCTAVAM.

NICOLAVS FABER.

D*IMITTAM te:*] Veteres editiones, *dimittam tete*. legendum videtur, *dimittite intelligetis cui pararerim*.

Quid ergo reus viuet,] veteres editiones, *quid ergo mori reus viuet? viuet quia sordidatus*. Fortasse, *Quid ergo mortis reus viuit? viuit quia sordidatus assidebis pater*. vel, *quid ergo reus viuis? viuo quia sordidatus*. quod tamen non mihi satisfacit.

Vt credatur etiam propter hoc venefica] Rato M. Catonis iudicio, qui nullam adulteram non inde veneficam dixit. Quinctilianus cap. xi. lib. v.

Quæ apud eum melius essent dicta,] Aptius fortasse, *Quædam apud eum melius esse dicta*, &c.

Quo aiebat vnum versum] Lego *quo aiebat vno, versum*, &c.

Tale habeant id quod Cicero] Fortasse suppleri potest hic locus, si legamus: *tale habeant, quale id quod Cicero in Laberium. Laberium D. Iulius* &c. Quæ autẽ hic cõfusa erant, ex Epitome, & Historia quæ apud Macrobiũ lib. ii. legitur suo loco reposui.

Mihi serua istum animum.] Ex coniectura lego, *mihi seruo istum animum: faciam quod voles*, &c. vel, *mihi serua istum animum: faciam quod voles*, &c. id est permitte me meo arbitrio mori: absolutus. quod cupis moriar.

SCHOTTVS.

Q*Vam ego miser memet cæpi*] Verior scriptura vetus, quæ & in Epitoma: *Ergo quisquam me magis odit, quam ego? Misereri mei cæpi.*

Habuit malum medicamentum Mithridates] Medicamentum pro veneno, vt Græcis φάρμακον accipi

accipi Nonius Marcellus docuit, & à Medis veneficis (haud scio quam recte) deriuat, auctoritate Virgilij 2. Georg.

Media fert succos tristeis, tardumque saporem
Felicis mali——

M. Varro περὶ ἐξαγωγῆς: *Quærit ibidem ab Hannibale cur biberit medicamentum: Quia Romanis*, inquit, *me Prusiades tradere volebat*. Male igitur Perreius hoc verbum *μόνον* esse negat: ideoque additum est signanter *malum*. De Mithridate vero à Pharnace filio in turre obsesso, Epitoma Liuij lib. CII. & sic scriptor noster de viris illustribus c. LXXVI. *Venenum sumpsit: cum id tardius subiret, quia aduersum venena multis antea medicaminibus corpus firmauerat, immissum percussorem Gallum Sithocum, auctoritate, vultus territum reuocauit, & in cædem suam manum trepidantis admouit*. Tu lege Plinium lib. XXIII. cap. VIII. & XXV. ca. II. & XXIX. ca. I. Iustinus li. XXXVII. & XXXVIII. & Valerium libr. IX. cap. II. De paricidiis illius annotaui ad Controu. XVI.

Habuit Demosthenes venenum] Mortuum esse tradit Philochorus epoto veneno: Satyrus autem historiæ scriptor, Aristo, & Pappus, cuius historiam consarcinauit Hermippus, veneno imbutũ fuisse Calamum, quo scribere epistolam cœperit, eoque gustato, ipsum periisse. Eratosthenes, iampridem sibi à Macedonibus metuentem, in annulo, quem pro armilla gestabat in brachio, venenum tulisse. Sunt qui dicant, contento spiritu mortem sibi parasse: alij venenum hausisse, quod in sigillo habebat. Hęc Plutarchus in vita, & Decem Rhetorum libello. Pro *vixit* autem, in veteri scriptum erat, *vinit*. Suspicor *bibit* leg. nam hausto veneno interiit.

Parricidium facere voluit] Hæc mutila sunt: omissum enim alterum Dilemmatis membrum, quod, vt sæpe fit eædem pæne voces repeterentur, verum id esse vet. libri auctoritate didici, in quo additur, *Si isti; à me parricidium fieri voluit. Qualis est reus*, &c.

Vt occidere voluerit] Amplius & hic, in opt. illo, qui mihi ad hasce emendationes Cynosura fuit: adiectum enim continenter: *Ipse fatetur tam inuisum sibi fuisse, vt occidere se voluerit*: Sed *se*, alia manu additum.

MVRRHEDIVS *pro stupore*] Sup. extrema ea Controuer. quæ hanc proximè antecedit, eundem Rhetorem *stuporis* arguit.

Imitarentur] De Cacozelia, vitiosaque imitatione nos ad Suasor. VII. & Controu. XXXIV. *Multi sunt, qui detracto verbo, aut mutato, aut adiecto, putant se alienas sententias lucrifecisse*. Sic Cassius Seuerus.

Melius erant dicta, quam apud quemquam Comicum Tragicumque.] Eadem Seneca fil. lib. I. de Tranquillitate vitæ cap. XI. *Publius*, inquit, *Tragicis Comicisque vehementior ingenijs, quoties mimicas ineptias, & verba ad summam caueam spectantia reliquit, inter multa alia cothurno, non tantum sipario fortiora, & hoc ait:*

Cuiuis potest accidere, quod cuiquam potest.

Non absimilis locus de hoc versu in Consolat. ad Martiam cap. IX. emendatus à Lipsio nostro Elector. cap. X. feliciter.

Tam deest auaro] Huiusmodi Mimi aliquot Publij Syri referũtur à Macrobio, lib. II. Satur. c. 7. Senec.

& à Philosopho de Tranquillitate vitæ, cap. XI. & epist. VIII. ad Lucilium. Hanc Fabius inter Sententias retulit lib. VIII. cap. V. init.

Desunt luxuria multa] Aliter Epistola CIX. ad Lucilium Seneca filius:

Desunt inopiæ multa, auaritiæ omnia:
In nullum auarus bonus est, & in se pessimus.

Ex captione vnius verbi plura signif.] Talia fere iocularia omnia Ciceronis, in quibus acumen spectatur. Tale illud ex VI. Annali Ennij de sexto Annali.

Qui potes ingentes causas euoluere belli:

Et Fabius lib. VI.

Pomponium Attellanarũ] Quæ fabulę sunt, salibus & iocis conditæ, ab Oscis deriuatæ, vetustate celebres, de quibus leg. Liuius initio lib. 7. Nonius in *Bidente*, hæc citat Pomponij in Attellana. *Mars tibi voueo facturum, si vnquam redierit, bidente Verre.*

Deinde ad Ciceronem] Iocis Ciceronem delectatum vsque ad reprehensionem æmulorum, vt dicax atque adeo scurrilis Orator appellaretur, vel ex II. lib. de Orat. constat. Item ex Quinctil. lib. VI. cap. III. Macrobio lib. II. Saturnal. cap. III. & lib. VII. c. III. & Plutarcho. Si extarent Quincti fratris, vel Tironis liberti, III. libri *de Iocis* M. Ciceronis, sitim vrbano homini explere possent: quamquam plus studij in congerendis dicteriis, quam iudicij in digerendis adhibuisse Fabio videatur Consule Petr. Fabrum, lib. II. Semestrium cap. VI.

Equestri illum ordini] Eadem referuntur à Macrobio lib. II. & VII. Saturnal. cap. III. Asinius vero Pollio lib. X. epist. XXXII. ad Famil. de Balbo eadem fere narrat: *Ludis, quos Gadibus fecit, Herennium Gallum histrionem, summo ludorum die, annulo aureo donatum, in quatuordecim sessum deduxit: tot enim fecerat ordines equestris loci.*

IO. PETREIVS.

ERGO *quisquam*] Aliter est in Declamatione; *Quisquam ne me magis odit quam ego? misereri mei cœpi.*

Habuit malum] Neque enim indifferẽs est apud Latinos *Medicamentum*, quemadmodum apud Græcos, *Pharmacum*. Refellit autem adducta pro filio exempla.

Idem ego tibi] Tam sum tibi inuisus quam Demostheni Philippus.

Sordes] Vestem sordidam, qualem habent rei.

Abdicationes, inquit, suas] In Amphibolia lepos est, nam *diluere*, defendere est, & miscere in poculum. Diluit igitur abdicationes suas veneno, qui abdicationum inuidiam epoto veneno in patrem transferre voluit.

Qua transire] *quam*, fortassis melius. Imitatur fugienda.

De captione vnius verbi] Quando in alium intellectum verba deflectimus, quam ab eo dicta fuerãt, cum quo agimus. Cum quidam Ciceronem rogaret, ecquid nosset de Sexto Annali, qui tunc testis erat: Ille cœpit versum recitare ex sexto Annali Ennij:

Qui potes ingentis causas euoluere belli.

Fabius li. 6. c. 3. Instit. Orat. Interim nos ipsi, vel respondẽtes, vel loquentes, Amphibolia vtimur. Cum itidem quidam interrogaret, quo tempore Clodius fuisset occisus: idem ei respondit, Sero.

Attellanarum] *Attellanæ*, ab Attellana ciuitate Oſcorum, argumentis, dictiſque iocularibus. Fabius eadem de re fere agens. ca. de Riſu. *In primis* inquit, *ex Amphibolia, neq. illa obſcura quæ Attellanæ more captantur, nec alia vulgo iactantur à viliſſimo quoque conuerſa, in maledictum fere ambiguitate.*

Aut filium meum] Si de alio filio intelligit, ineptum. Non n. neceſſe eſt, ſi patrem nolit, velle fratrem occidere: ſi ſeipſum, multo ineptius: Non enim dolebat pater, illum mori, quod filius eſſet, ſed quod inuidioſum id ſibi exiſtimaret.

Mater cæca filium retinens. CONTROVERSIA XIX.

LEX. *LIBERI PARENTES ALANT AVT VINCIANTVR.* Thema. *Quidam cum haberet vxorem, & ex ea filium, peregre profectus, & à piratis captus, ſcripſit de redemptione epiſtolas vxori & filio. Vxor flendo oculos perdidit. filium euntem ad redemptionem patris alimenta poſcit. Non remanentem, alligari vult.*

PRO MATRE. *Ceſtij Pij.* Non eſt quod mulieris affectum lege æſtimetis, quia minatur: omnia fecit, ne filius alligetur. Nauigaturus reliquit vxori filium: nec adhuc cæca erat. *Albutij Sili.* Deducite filium. itaque tene, complectere. audeo dicere, hoc par ne piratæ quidem diuiderent. ſi vellet filium alligare, pateretur ire quo properat. Ergo tu adoleſcens, matri tuæ nec decem menſium quidem alimenta reddes? ſi paſcere nõ vis matrem, expecta ſaltem vt efferas. *Triarij.* Legem attulit, qua catenas minetur, cauſam qua timet. *Marcelli Æſernini.* Si perſeueras, me quoque ad piratas trahe: impetrabo ab illis alimenta, & virum meum. *Fuluij Sparſi.* Mater ſi non paſcitur, moritura eſt. Pater etiam ſi non redimitur, paſcitur tamen. *Iulij Baſſi.* Patri tuo ſuperſunt & oculi & alimenta.

ALTERA PARS. *Ceſtij Pij.* Matrem meam imitari volo. amare me docuit. Vnis vinculis duos alligat. Si matri exemplo pius eſſe voluero. etiam oculos patri debeo. *Arellij Fuſci Patris.* Deſertorem tuum apud patrem inuenies. *Varij Gemini.* Qualis fortuna eſt, cui victo mater catenas denuntiat, victori eundum eſt ad piratas? Omnia licet patri præſtem, meliorem tamen habuit vxorem Quam multi me putant, quia nolim ad patrem redimendum ire, cum matre colludere. *Fuluij Sparſi.* Matri nihil timeo, ſi eam apud vos relinquo: patri quid timeo, ſi eum apud piratas relinquo? *Buteonis.* Oculos certe eruam mihi, ne plus marito præſtiterit vxor.

DIVISIO. *Latro* hanc Controuerſiam, quaſi eſſet tota officij, declamauit. nullas quæſtiones iuris inſeruit, ſed comparauit inter ſe incommoda patris & matris: & tanquam quæreret, dixit: Vtrum ad redimendum potius captum patrem filius ire deberet, an ad alendam cæcam matrẽ ſubſiſtere. Et ſic eam diuiſit, vt diceret: Hoc quod pater deſiderat, vtile eſt patri. Nouiſſime tractauit, ne patri quidem vtile. vtique ſi ſciat matrem in hac eſſe fortuna, non paſſurum. In epilogis vehemens fuit. *Apollonius Græcus & Buteo* fatuam quæſtionem mouerunt primam. An lex quæ de alendis parentibus lata eſt, ad patris tantum nomen pertineat. Illi ſunt omnia priuilegia data: & ipſam pœnam non alentium, eſſe ſignum non muliebris poteſtatis. Res eſt ineptior quam vt coarguenda ſit: itaque trãſeo. Illud vnum quod dicebat *Pollio Aſinius*, referam: Nunquam tentari debere in cauſa verecunda improbam quæſtionem. *Hiſpo Romanus* illam mouit quæſtionem, An lex de alendis parẽtibus non pertineret ad matres. Vt viuis parentibus, filius, inquit, familiæ nulli poterit ſeruire niſi patri omni alia ſeruitute liber eſt. Puta enim te alimenta petere ab eo, quem pater mittat peregre, quem nauigare iubeat: primæ partes ſunt patris, ſecũdæ matris. *Albutius* non iuris fecit illam quæſtionem, ſed æquitatis: ita tamen, vt iuri adiungeret, & matris prius eſſe, quam patris officium. *Silo Pompeius* illam fecit quæſtionem: An quotiens duobus communis eſſet poteſtas, eius tota fieret, qui præſens eſſet. Puta, inquit, te ſeruum eſſe communem, huic domino ſeruies, qui præſens eſt. puta fundum eſſe communem; is fructus percipiet, qui præſens eſt. Illam quæſtionem huic duram ſubiecit: An nunc pater nullum ius in filium habeat. Quomodo, inquit, ciuis iura habeat, qui liberi hominis non habet? pater habet nullam in te poteſtatem: mater in totius legis poſſeſſione eſt. Eſt iam non commune illi ius in te, ſed proprium. *Varius Geminus* ſic diuiſit: An non ſemper filius cogi poſſit, vt matrem alat. Deinde, An nunc cogendus non ſit. Non ſemper, inquit, filius cogitur. Tranſeo illos qui non poſſunt, ægrotos & inutiles. Aliquis ad propellendũ hoſtem proficiſcitur, in cuius vnius militia poſita eſt ſalus publica, hunc retinebit mater? puta legatum, de ſumpta Rep. puta fœderis, huic mater vincula inijciet? Per partes comparando vtrunq; officium: Ille, inquit, peregre eſt, tu domi: ille captus, tu libera: ille inter piratas, tu inter ciues: ille alligatus, tu ſoluta es. at tu cæca es. ille hoc infelicior quod videt. Quid enim videt? catenas ſuas, & cædes, & vulnera, & cruces eorũ qui non redimuntur. At periculoſum eſt. Quam multi nihil pro patribus periculoſum putauerunt, niſi domi manere & flere? *Latro* dixit, pro matre ſubmiſſe & leniter agendum. non enim vindictam, inquit, ſed miſericordiam quærit: & cum eo adoleſcente conſiſtit, in quo ita exigit pietatem, vt impediat. Aiebat itaq; verbis horridioribus abſtinendum, quotiens talis materia incidiſſet. ipſam orationem ad habitum eius, quem mouere volumus ad affectus, molliendam. in epilogis nos quoque vocem de induſtria infringere, & vultum deijcere, & dare operam, ne diſſimilis ſit orationi orator: compoſitionem quoque illis minorem conuenire. *Caluus*, qui diu cum Cicerone iniquiſſimam litem de principatu eloquentiæ habuit, vſque eo violentus actor & concitatus fuit, vt in media actione eius ſurgeret Vatinius reus, & exclamaret. Rogo vos Iudices, nũ ſi iſte diſertus eſt, ideo me dãnari oportet? Idem poſtea cum videret, à cliẽtibus Catonis rei ſui Pollionem Aſiniũ circunuentum in foro cæ, imponi ſe ſupra cippum iuſſit: (Erat enim paruulus ſtatura, propter quod etiam Catullus in hendecaſyllabis

vocat

vocat illum Salaputium disertum) & iurauit si quam iniuriam Cato Pollioni Asinio accusatori suo fecisset, se in eum iuraturũ Kalumniam: nec vnquam postea Pollio à Catone aduocatisque eius aut re, aut verbo violatus est. Solebat præterea excedere subsellia sua, & impetu elatus vsque in aduersariorum partes transcurrere. Et carmina quoque eius, quamuis ioca sint, plena sunt ingentis animi. Dicit de Pompeio:

Fasciola qui crura ligat, digito caput vno
Scalpit, quid credas hunc sibi velle virum?

Compositio quoque eius in actionibus ad exemplum Demosthenis riget: nihil in illa placidum, nihil lene est, omnia excitata & fluctuantia. Hic tamen in epilogo quem pro Messio tunc tertio causam dicente habuit, non tantum leniter componit. sed cum dicit: Credite mihi, non est turpe misereri: & omnia in illo epilogo fere non tantum emollitæ cõpositionis sunt, sed infractæ. In hac controuersia Publianam sententiam dedit. *Vetus* quidam rhetor, staturę pusillæ, in quem Euctemon homo venustissimi ingenij Græce dixit: Antequam te viderem, nescio rhetor an soratos esses. Fuit autem *Cestij* sententia: Captus est, inquit, pater, si te capti mouent, & hæc capta est, & quasi non intellexissemus, ait: Nescitis dici captos luminibus? & illud dixit: Mittes tamen epistolam infructuosam. odisse illam debes. hæc est quę matrem tuam excæcauit. & illam falsissimam, in quam multi incidunt: Propter hoc ipsum, inquit, magis flebilis est, quod non potest flere. Et iterũ loquir: Lacrymæ matri desunt, causæ supersunt: tanquam cœci flere non soleant. Memini *Crispum* quendam antiquum rhetorem, in illa cõtrouersia viri fortis qui tertium filium retinet, cum alter filius in tyrannicidio perdidisset oculos, alter in acie manus: Exsurgite nunc viua cadauera, rogate pro fratre. Sed quid ego meos derideo? alter quos roget, non videt: alter quos roget, nõ habet. Multis compositio belle sonantis sententiæ imposuit. Itaque memini *Latronem Porcium*, vt exprobraret hanc audiendi scholasticis negligentiam, maxime quia Triarius compositione verborum belle cadentium multos scholasticos delectabat, omnes decipiebat, in quadam controuersia, cum magna quasi fluerent & concitata sic locum conclusisse: Inter sepulchra monumenta sunt. Et cum scholastici magno clamore laudarent, inuectus est in eos vt debuit: & hoc effecit, vt in reliquum etiam quæ bene dicta erant, tardius laudarent, dum insidias vererentur. *Glycon* dixit: πρόσθες, μῆτερ, ἴδε λαβοῦ τέκνον. Ταλαιπωρε, ὁρᾷς, βαίνει σοι. ἱκετεύει σ᾽. εἰ μὴ, φωνὴ, ὦ τρέφεις, ὀπίσω μένον, ἵνα θύῃς. *Hybreas* in hac Controuersia dixit: τέκνον, κἂν με φεύγῃς, καταφεύξομαί σ᾽ ἐπιστῶσι. Nec quibusdam corruptum videbatur. *Romanus* tamen.*

IN CONTROVERSIAM DECIMAMNONAM.

NICOLAVS FABER.

D*Educite filium, itaque tene,*] Quid si legamus, *Deduc me fili.*

Patri quid timeo, si eum apud piratas relinquo?] Absunt à veteribus editionibus, & prima Frobeniana.

Et tanquam quæreret, dixit] Videtur hoc postremum vocabulum non suo loco positum, legendumque: *& tanquam quæreret vtrum ad redimendum potius captum patrem filius ire deberet, an ad alendum cæcam matrem subsistere, dixit. Et sic.*

Ne patri quidem vtile: vtique si sciat] At patris sciẽtia non efficeret, vt quod ei alias vtile esset, inutile redderetur. Veteres editiones legunt, *ne patri quidem velle, vtique si sciant.* rectius igitur legemus, *ne patrem quidem velle, vtique si sciat,* &c. quod planum est.

Caluus, qui diu cum Cicerone iniquissimam litem de principatu] C. Licinius Caluus C. Licinij Macri, vt ex Valerio Max. didicimus, filius magni nominis orator fuit, adeo vt quidam non dubitarint eum cunctis præponere: quod eo mirum magis, quia certum est circa tricesimum ætatis annum vita defunctum. Natus est C. Mario & Cn. Carbone III. Coss. inquit Plinius, & Cicero Epist. vlt. lib. xv. Epistolarum ad Consules, & alios de eo, vt qui iam vixerat, loquitur. quam tamen constat missã Cæsare II. & Seruilio Isaurico Coss. id est xxxIV. anno post natum Caluum, vt præproperatam mortem ei iniuriam fecisse nõ dubium sit. Quinctilianus ei orationis sanctitatem, & iudicium, Cicero præter iudicium, doctrinam & elegantiam tribuit, nimiam tamẽ religionem in oratione in eo reprehẽdit. Constat tamen nullum insigne fere iudiciũ extitisse, dum in foro viguit, cuius non pars ipse aut cum Cicerone, aut in Ciceronẽ fuerit. Quod attinet ad hæc tria iudicia, quorum hic mẽtio est: Vatinium accusauit Caluus, freqnẽti inquit Tacitus, totius ciuitatis cõcursu, vereor ne semel atq; iterum. Plures enim accusationes Calui in Vatiniũ idem auctor laudat: in quibus illa egregia dicta fuit sentẽtia, *Factum esse ambitum omnes scitis, & vos hoc scire omnes sciunt.* L. Seneca epist XCIII. Vatinio in vtraque causa Cicero adfuit. C. Catonem, & Messium cum Caluo tuitus est Cicero, accusauit Asinius Pollio. Meminit etiã Tacitus orationis Calui in Drusum, quem Cicero à se defẽsum ad Atticum scribit. Hæc ex Cicerone de claris orat. epist. xv. & xvI. lib. IV. ad Atticum, Valerio Maximo cap. II. lib. IV. & XII. lib. IX. Asconio in oration. pro Scauro, Plinio, cap. XLIX. lib. VII. Quinctiliano cap. I. & II. lib. X. & X. lib. XII. & Tacito de oratoribus colligere licet.

Vatinius reus] Vatiniũ accusauit Caluus paulo maior XX. annis Tacitus de orat. & Quinctilianus cap. VI. lib. XII. In qua actione Calui idem auctor cap. IV. lib. VI. refert, cum reus candido frontem sudario tergeret, idq; ipsum accusator

in inuidiam vocaret, facetissime Vatinianum respondisse: *Quamuis reus sum, & panem candidum edo.*

In forcea] Veteres editiones: *insueta* leguot, quod nihil est vocabulum. ex quo Erasmus *in sorne* fecit, quam lectionem ceteræ secutæ sunt editiones.

Paruulus statura] & admodum iuuenis. Vode festiuissime Salaputium dictus est. de quo vocabulo vide quæ litteratorum princeps Scaliger in Catullū. & Virgilij Catalecta scripsit. Post asellum eoim diaria non præbeo.

Solebat præterea excedere subsellia sua] In eiusmodi oratores vrbane Cassius Seuerus lineam poposcit. Quioctilianus cap. vlt. lib. xi.

Quamuis ioca sint] Fortasse, *iocosa sint.* quamuis & edita ferri possit. Porro non solum ingentis animi, sed & amarissimi fuerunt, quale est præter distichon infra positum in Pompeium illud fragmentum apud Suetooium in Cæsarem,

——Bithynia quicquid,
Et prædicator Cæsaris vnquam habuit.

& Hipponacteum carmen, de quo Cicero epist. xxv. lib. vii. Epistolarum ad Marium. Quemadmodum igitur summus orator, ita optimus fuit Epigrammatum scriptor: vt Gellius cap. ix. lib. xi. & Plinius iunior epist. xxvi. lib. v. non dubitarint eum in æquo cum Catullo ponere: cuius etiam versum ex Hendecasyllabis adducit idem Gellius cap. xii. lib. vii. Pedianus ad Ciceronis orationem in Anton. & Catullum elegātis Hendecasyllabi à Caluo compositi io Curiooem meminit. idem Plinius epist. iii. lib. vi. inter eos illum recenset, qui & dignitate ornati, & moribus serij iocosa nihilominus & amatoria scripserunt.

Fasciola qui crura ligat,] Mordacissimum hoc distichō ex Catalectis veterum Poëtarum eiusdem Scaligeri suppleui & emēdaui. de cuius recta dispunctione sponsor erit Plutarchus, qui Pōpeio mollitiem à Claudio obiectā scriptum reliquit, cum redempta, perditorum hominum multitudine, ipse Claudius ex eminenti loco qoæreret, *τίς ἐστιν αὐτοκράτωρ ἀκόλαστος, τίς ἀνὴρ ἄνδρα ζητεῖ, τίς ἑνὶ δακτύλῳ κνᾶται τὴν κεφαλήν*, illi vero in modum chori alternis canentis ad singula responderent, Πομπήϊος.

Nescio rhetor an forathes esses.] Quidam legendum cōiiciunt, *an orator esses*: in qua lectione summam illam venustatem Euctemonis oon video quare præstat locum depooere.

Lacrimæ matri desunt,] Eadem tamen sententia vsus est auctor Thebaidos tragœdiæ, in qua cæcus Oedipus hæc loquitur,

Lacrimæ supererant, has quoque eripui mihi.

nisi quis dicat magni ioteresse vtrum quis erutos an extinctos oculos habeat: quod verum est.

Alter quos roget non habet.] Lege, *quo roget non habet.* Operarum est lapsus.

SCHOTTVS.

NVnc cum matre colludere] Audio forēse vocabulum, quo frequenter I. C. vtuotur, de his qui perfunctorie accusatoris munere defunguntur. l. 1. ff. ad L. Iuliam de adult. *Nisi pater maritum infamem, aut arguat aut doceat colludere magis cum vxore, quam ex animo accusare; postponitur marito.* Et lib. xix. *Si per collusionem cum adultero confiterit fueritque absolutus, dedit mulieri nuptæ aduersus omnes securitatem.*

Nulli poterit seruire nisi patri] Cui ea olim potestas legibus data, vt cum in filium esset vitę necisque potestas, venūdare etiam ter posset ex Lege Romulea, & Decemuirali. Dionysius li. ii. Antiquit. Rom. Vlpianus cap. 10. Institut. & Iustinianus lib. 1. Instit. cap. de patr. potestate. Vide & Sex. Empiricum lib. iii. Hypotyposeon, & quæ controuer. xi. ex Simplicio in Arrianum adootaui.

Primæ partes sunt patris] Ductum à Comicorum personis, quæ in actione potiores, primarum, secundarumq; partium dicuntur. Cicero pro Flacco. *Quis vnquam Græcus Comœdiam scripsit, in qua seruus primarum partium non Lydius esset?* Et sæpius in Verrinis.

Puta [*te*] *seruum esse cōmunem*] Expunge auctore illo opt. libro *te* pronomen: Est enim à mala manu. De communi seruo I. C. lib. xlv. Pandect. Tit. iii. de stipular. seru. Licet & nominatim alicui ex dominis stipulari, vel traditam rem accipere, vt ei soli acquirat. Sed si oon oōminatim domino stipuletur, sed iussu vnius dominorum, hoc iure vtimur, vt soli ei acquirat, cuius iussu stipulatus est. v. vi. vii. D. codē & Iustinianus Instit. lib. iii. Tit. xviii. *Si iussu vnius eorum, aut nominatim alicui eorum stipulatus est, tunc soli eorum acquiritur.* & Tit. xxix. *Communem seruum pro dominica parte dominos acquirere certum est, excepto eo, quod nominatim vni stipulando, aut per traditionem accipiendo, illi soli acquirit.*

Quomodo ciuis in iura] Qui enim in bello captus, hostium potitus erat, maxima capitis diminutione ciuitatis Ro & libertatis ius amittebat, donec rediens, postliminij id iure recuperaret. Iustinianus lib. 1. Tit. ii. Instit. & xvi.

De summa Rep.] Repugnāte li. veteri qui, Reip. præfert, retineo editam lectionem auferendi casu. Sic enim frequentius veteres: *de summa Repub. agere*: quod in hunc vsque diem in multis etiam Ciceronis libris corruptum est Phili. iii. Catil. iii. (nam in iv. Orat. *de vniuersa Rep.* dixit) pro Sextio, pro Flacco, & iv. Verr. & in Liuij xxvi. & xlii. Taciti li. ii. & Suetonij Iulio cap. xxviii.

Puta fœderis] Exaudiēdum *gratia*, vel *caussa* Grę co more, nisi Reipulicæ legas cum veteri libro, & *τὸ puta sit ἤγουν.* q. d. cuius Reipub. nimirum fœderis Pertinet autem id ad Fecialem patrisq; patrati, & Clarigatoris officium, vt vel bella indicerent, vel fœdera sancirent, vt auctor est Liuius & Seruius.

Ceteras sunt] *Catastas suas* in veteri Couarr. lego, quæ & compedes ligoeæ fuot, Tibullo li. ii. & *Catastas* Martiali lib. xii. & Vitruuio libro viii. cap. iv.

Cum Cicerone iniquissimam litem] Caluum enim exanguem & tritum Ciceroni videri, cum ille contra Ciceronem solutum & eneruem dixerit, Tacitus scribit Dialogo de Orator. quē, ne multa colligam, lege, & Cicerouem epist. xxi. libro xv. ad famil. & in Bruto: Fabium quoque lib. x. cap. 1.

Violentus accusator & concitatus] Sic Basileæ editum

tum, Romæ vero *Actor*, vt & in Epitoma legitur. Tacitus exanguem (vt iam diximus) & attritum Ciceroni viſum Caluum ait, & Cicero in Bruto nimia religione attenuatam orationē vocat: extremo quoque lib. xv. ad Familiares vi caruiſſe ait. *Multa*, inquit, *erant & recondita littera vis non erat, ad eam igitur hortabar. In excitando autem, & in acuendo plurimum valet, ſi laudes eum quem cohortere.*

Surgeret Vatinius] Meminit & huius actionis in Vatinium Seneca fil. epiſt. xcv. ex qua hæc ſententia eſt. *Factum eſſe ambitum ſcitis: & hoc vos ſcire omnes ſciunt.* Tacitus de Orat. *At Hercule in hominum ſtudioſorum manib. verſantur accuſationes, quæ in Vatinium conſcribuntur: ac præcipue ſecunda ex his oratio. Eſt enim verbis ornata, & ſententiis auribus iudicum accommodata.*

Num ſi iſte diſertus eſt] Non diſſimilis illa Iuliani Imp. vox apud Ammianum Marcellinum, lib. xviii. Cum enim Numerium Narbonenſis prouinciæ Rectorem peculatus accuſaſſet, crimē ille dilueret, *Ecquis*, inquit, *nocens, ſi inficiari ſufficit?* Subiecit Iulianus ſapienter: *Ecquis tandem innocens ſi accuſaſſe ſufficiet?*

A clientibus Catonis rei ſui] Tacitus: *Altero & vicesimo anno Aſinius Pollio C. Catonem non multo ætate antecedens, Caluus Vatinium iis orationibus inſecuti ſunt, quas hodieque cum admiratione legimus.* Et: *Quotus quiſque Calui orationem in Aſitium* (lego *Aſinium*) *aut in Druſum legit? at Hercule in hominum ſtudioſorum manibus verſantur accuſationes, quæ in Vatinium conſcribuntur.*

Circumuentum in ſorite] Quæ eſt aceruatio ſeu congeries, cauillationum ſpecies, qua plurimum Chryſippus valuiſſe dicitur, Perſius Satyr. vlt.

Inuentus Chryſippe tui finitor acerui.

Circumuenire autem, & *circumſcribere*, forenſia vocabula ſunt.

Erat paruulus ſtatura] Teſtatur id Ouid.

Par fuit exigui ſimiliſque licentia Calui.

Salaputium diſertum] Exſtat hodie in Catulli Epigram. lr.

Riſi neſcio quem modo in corona.
Qui, cum mirifice Vatiniana
Meus crimina Caluus explicaſſet,
Admirans ait hæc, manuſque tollens
Dy magni Salaputium diſertum.

Salaputium erat integris litteris in opt. illo Couar. quem toties merito laudo. Legit Scaliger V. C. *L. Salaputium* etiam Catalectis, atque nutricum eſſe infantibus blandientium vocem. Turnebi hominis cetera doctiſſimi, coniectura, nec mihi, nec ipſi (ſi reuiuiſcat) auctori placet lib. xxi. cap. xxvi. Aduerſar. & lib. xxiv. cap. xxiii. Manutij tamen apud Muretum, quæ & Honorati Ioānis Valentini apud Achillem Statium, lectio, *Salaputium diſertum*, ne quid diſſimulem, Senecæ loco non ſatis quadrat: quaſi ſaliens in cippum, quod geous hominum nugi vendulum Itali hodieque *Saltimbāco* nominat. Vidi in poſtrema Senecę editione, & vix riſum tenui, *Salapuſium* adſcriptum à ſale & puſio: ſcilicet quod ſalſus & puſillus eſſet: quod iam olim Perreio viro erudito excidiſſe ſcio doleo: nam cetera interpretum Catulli monſtra, ſi recenſere velim, & otio abuti, & riſum captare videar: De ſale enim multa, quibus anima Senec.

pro ſale eſt. Deprehendi & nuper Ioannem Ludouicum Draſſicanū Commentario in Politiani Nutricia *Solopychium* in Catullo leg. cenſuiſſe vocabulo ex Oſc, ac Græco compoſito. *Solum* enim reſte Feſto, oſci integrum, vnde *Sollers* appellant. πῆχυς Græcis *cubitus* eſt, quaſi dixeris hominem integri cubiti, ſiue bipedalis moduli. *Iuuenalis* de pigmæis:

—Tota cohors cubito non longior vno.

Se in eum iuraturum calumniam] hoc eſt accuſaturum ſe eum, licet clientem ſuum, iuraturumque non calumniandi ſe cauſſa accuſare, nec falſum crimen intendere. Vel ſic: *iuraturum ſe calumniam contra eum, qui moleſtus eſſe pergeret*; hoc eſt ſe calumniandi cauſſa ad Pollionem accuſandum veniſſe: Iuris formula hæc etiam frequēs in legum libris. *Iuſiurandum de calumnia*, vt L. xxxiv. §. Datur autem. D. de iureiurando. Item *de calumnia iurare*. l. 7. & 13. §. Qui damni. D. de Damn. infect. (hoc enim caput 13. Prætoris edictum explicat, quaſi dixerit Caluus, iuraturū, ni deſiſteret moleſtus eſſe Cato Pollioni, ſe non calumnioſe, nō fraudulenter agere, vt hac ratione aduerſarios etiam iurare, & forte an peierare, cogeret. Sed quod in litteris liceat, ex Satyræ Varronianæ inſcriptione, *Cras credam, hodie nihil*. Voluit enim Orator litem finiri, nec à rei ſui clīētibus aduerſarium Pollionem cauillationibus circumſcribi. Sic *Kalumniā habere* dixit Annæus extrema Controu. 27. & 9. Syrtacus Vallius homo diſertus, *ad Kalumniam* iurauit. Ceterum *Kalumnia* vocem per K. ſcribi iuſſi, ſi operæ parebunt, à verbo *Kaluor*, pro decipio: quæ vox in 12. tabulis reperitur. inde *Kalumniatores* qui per fraudem & fruſtrationem alios vexant litib. l. 233. ff. de verb. ſignific. & Priſcianus li. 10. Gram. illud Salluſtij laudat ex li. 3. hiſtoriar. *Contra ille Kaluitatus. Kalui.* inquit, *pro decipi: & puto Kalumniam ex hoc eſſe deriuatam.* Sic ille. Non diſſimilis hiſtoria de T. Manlij animo nec opinato erga patrem L. Manlium A. F. apud Cic. 3. offic. Liuium lib. 7. Valerium lib. 5. cap. 4. & Auctorem de viris illuſtribus cap. 28.

Impetu latus vſque in aduerſ. partes.] In veteri erat *elatus*, vitioſum id in oratore. *Procurſio* (inquit Fabius lib. 11.) *opportuna, breuis, moderata, rara. Conueniens etiam ambulatio quædā propter immodicas laudationum moras. quamquam Cicero rarum inceſſum, neque ita longum probat: Decurſare vero, & quod Domitius Afer de Sura Manilio dixit ſatagere ineptiſſimum: Vrbaneque Flauius Virginius interrogauit de quodam ſuo antiſophiſta, quot millia paſſuum declamaſſet.*

Carmina quānis iocoſa ſunt] *Iocoſa* legiſſe video Politianum Miſcel. cap. vii. Poëtam etiam fuiſſe Caluum ex Catullo, Propertio, Suetonio, & Cicerone lib. vii. epiſt. xxv. ad Famil. conſtat. Laſciua quoque ſcripſiſſe Ouid. ii. Triſt. oſtendit.

Digito caput vno ſcalpit] In verſuum numeros legitimos hic locus in opt. illo lib. redigitur, quomodo edendum curaui. Huc reſpexit & infr. Controu. xxx. *In Cn. Pompeium terra marique victorem, fuit, qui carmen componeret, vno, vt ait, digito caput ſcalpentem.* Et Ammianus Marcellinus l. xvii. *Nec non etiam in Pompeium obtrectatores iniqui multa ſcrutantes, cum nihil, vnde vituperari debeteti nueniretur, duo hæc obſeruarunt ludibrioſa & irrita: quod genuino quodam more caput digito vno ſcalpebat: quodque ali-*

quamdiu tegendi vlceris caussa deformis fasciola candida crus colligabat: quorum alterum factitare vt dissolutum; alterum vt nouarum rerum cupidum asserebant, nihil interesse oblatrantis argumento subfrigido, quam partem corporis redimeret regiæ maiestatis insigni. Hinc Iosephus Scaliger versum implere tentauit lib. Auloniar. Lect. cap. xxvii. & in Catalectis:

> *Fasciola qui crura tegit, digito caput vno*
> *Scalpit, quid credas hunc sibi velle virum?*

Fateturq; ingeoue, in quadam scheda distichon aliter suppletum vidisse, credo Pet. Pithœi hominis doctissimi: vt vtrum amplectatur animi dubius sit;

> *Magnus, quem metuunt homines, digito caput vno*
> *Scalpit, quid credas hunc sibi velle virum?*

Similia autem conuicia in Pompeium à P. Clodio iactata refert Plutarchus. Huc respexit & Iuuenalis Sat. ix. extrem.

> *Quæ digito scalpunt vno caput, altera maior*
> *Spes superest——*

Ad exemplum Demosthenis] De hoc critici iudicant, neruosa argumentisque compacta oratione, Cicerone esse superiorem. Vide Fabium, Plutarchum, Dionysiom Longinum περὶ ὕψους. & de hoc Caluo Plinius minor. li. 1. Ep. 11. Demostheni esse similiorem quam M. Tullium, vide & Turnebum lib. xxviii. cap. xxii.

In quem Euctemon] vetus liber *quam Euctemon* sine præpositione præfert. non recte. & P. Syri sententia io eodem desideratur.

Nescio Rhetor an Soratos esses] *Soratos* scriptum, sed R. sup. appositum, quasi *Sorator*, σωρὸς, aceruus, cui pusiones breuisqoe staturæ homines vulgi sermone hodieq; comparantur. Composita itaque de ridiculi gratia voa est ex Græca σωροῦ, & Latioa Orat. Io. Petreius σώρακος diuinabat, quod & Iul. Polluci vocabulũ, quo histrionũ suppellea ferebatur. Periculosa quidem coniectandi ratio; nec enim membranæ iuuãt. Venerat in mentem & alia coniectura, ἱέραξ fort. leg. cuius auis nota garrulitas est in sophistis reprehensa, & deformis habitus, vel κοράκιον, vt ludat & in *Coracis* Siculi Rhetoris nomine, qui primus artis dicendi auctor esse creditur. Cicero in Bruto, & Fabius lib. iii. cap. 1. Hoios discipulos *Tisias*, præstans & ipse persuadendi facultate: de quo dictum κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν diserte relatum à Sex. Empyrico li. aduers. Mathem. Sed apponam & Petr. Iohannis Nunnesij coniecturas. An Latinom, inquit, & nouum nomen *Sorator*, quasi semi-orator (vt sestertium) ob staturam posillam? In hãc tamen sententiam videtur dici non potoisse ab Euctemone antequam illum videret. An *Sorator?* fictum ea sorice, qui ex voce & auribus magis quam ex conspectu agnoscitur. Fugit namque lucem: et refcratur ad eandem staturam, quasi prius illum audisset, vt soricem, qui suo indicio perit quam ne cernere potuisset. An *Socraticus?* quod sententiam Publianam dedisset (hoc est, docuisset. vt *Dare fabulam*) quod magis est Philosophi quam Rhetoris, & quidẽ moralis, io quo genere princeps fuit Socrates. Sed omnia incerta. nam in ceruo postulat præuisum fuisse, quod liquido negat Euctemon: quare φιλοσοφητικοῖς καὶ μαντικωτάτοις mandabo. Illud *nescio*, non video, qui stare possit, leg. videtur, *Nesciebam Rhetor*, &c.

Captos luminibus) Iocus ex ἀμφιβολίᾳ. Nam & cœci luminibus capti dicũtur. Virgilius 1. Georg.

> *Aut oculis capti fodere cubilia talpa.*

Bellasonantis sententiæ nomen] Recte viderat Petreius *nomen* expungendum: cuius coniectura opt. libri & Rom. editionis auctoritate cõfirmatur, & *belle-sonantis*, ex eodem, per Hyphen repono.

In hac Contro. dixit] Græca exsculpere licuit omnia: [illegible] Nisi quod in fine oihil amplius, quam in editis est, sic *Romanus tamen*.

PETREIVS.

Ergo, I adolescens] Permissio iracunda, *I sequere Italiam ventis.*

At periculosum est] hoc sic est distinguendum; *at periculosum est*, vt sit αὐτοπρόσωπον, Ea autem quæ sequuntur solutio; *nihil nisi domi manere & flere*, flendo enim tu amisisti oculos.

Pro matre submisse] bene cum hiis quadrat præceptum Horatianum:

> *Telephus & Peleus, cum pauper & exul vterq;*
> *Proycit ampullas, & sesquipedalia verba:*
> *Si dicentis erunt fortunis absona dicta,*
> *Romani tollent equites peditesque cachinnum.*

Caluus] Quoniam de hoc genere sedatiore & molliore orationis loquebatur, fecit mẽtionem *Calui*, qui erat coocitatior. De hoc autem *Caluo* etiam meminit Cicero in episto. quadã ad Treboniom lib. xv. Et de hoc *Caluo* meminit Fabius: cui alibi *iudicium*, alibi *sanctitatem* tribuit in dicendo.

Sallupitium] Apud Catullum est *Salaputium* hoc versu:

> *Dij magni, Salaputium disertum.*

Est autem *Salupatius*, aut *Salapusius* vox per iocum facta, à sale, & pusio, quo nomine appellat *Caluũ*, qood statura pusio videretur, sed in mordacitate & dicacitate, plurimum haberet salis.

Circumuentum in sorite] Is *circumueniri* dicitur, cui insidiæ instruuntur, qui captiose deluditur. *Sorites* autem argumentatioois genus est, quam coacervationem appellamus.

Iuraturum calumniam] *Calumniam iurare* dicebatur, qui iurabat, se non calumniose, non fraudulenter agere. Vnde qui huius sacramenti oblitus improbe ad litigandum processerit, præter hoc quod peierat, etiam litis impensas, atque damna aduersario sarcire cogitur, & hoc iusiurandum petitum, neque prætermitti: neque recusari potest per vtrumque litigatorem, per aduocatos vtriusque partis. Intelligit igitur, se iuraturum calumniam, vt oblato iureiurando, etiam aduersarij cogerentur iurare.

Rhetor an Soratos] Si diuinare licet in alienis scriptis, nusquã alibi maior occasio quam in his Senecæ Controuersiis, quæ tam sunt deprauatæ, vt quæ videntur emendatissima, suspecta sint. Hoc autem loco si licet immutare illud *Soratos*, aliquis sensus erit, ita vt pro *Soratos* dicamus σώρακον. Est autem *Soratos* vasculũ ficoum, cui fortassis propter paruam & obesam staturam, Rhetorem similem dixit:

Antequam te viderem] antequam te plane ea facie hominem agnoscerem; vas ficubus plenum putaui.

putaui. Vel, *Ante eum viderem.* Sed in tanta peruersitate exemplarium: nihil certi sit: Diuinet alius.

Nomen imposuit] Fortassis detrahendum est *nomen*, vt dicamus solum: *imposuit*, id est, delusit, & fecit vt non animum aduerterent: Vel, *imposuit nomen* sententiæ, cum reuera non esset.

Quinquennis testis in procuratorem. CONTROVERSIA XX.

THEMA. Mortua quidam vxore, ex qua filium habebat, duxit aliam: sustulit ex ea filium. Habebat procuratorem in domo speciosum. Cum frequenter essent iurgia nouercæ & priuigni, iussit eum semigrare. Ille trans parietem habitationem conduxit. Rumor erat de adulterio procuratoris & matris familiæ. Quodam tempore pater familias in cubiculo occisus inuentus est, vxor vulnerata, communis paries perfossus: puer iubetur percussorem cognoscere, ille procuratorem digito denotauit, accusat filius procuratorem cædis, ille filium parricidij.

Arellii Fusci patris. Vt audiui clamorem, si qua est fides, deprehensos à patre adulteros putaui. Quis ferret te voluntariam testem in forum venientem, etiam si venires dictura pro filio? miserrime puer, quamuis periclitor, plus tamen pro te timeo. nimium fraternis insistis vestigiis: itaque iam tibi cum matre non conuenit. Quamdiu mater vixit, pater me fuit procuratore contentus. Non facile fit parricidium. Vis scire quantum natura possit? etiam infans pro patre loquitur. *Triarii.* Viuo patre adultera, moriente conscia, mortuo testis. Aliquis vno teste contentus est? dabo puerũ. aliquis vno teste non contentus est? dabo populum. Obiicit priuigno parricidium, filio mendacium. Intrat procurator qua solebat. Dic puer, quis patrem tuum occiderit. dic audacter. eundẽ nominas, quem populus. Nox placet sceleri: prorsus adulteri tempus. Habui patrem tam bonum, vt cum vxorẽ habere vellet, tamen me nouercam habere noluerit. Quo mihi lumen? tantũ admissuro nefas optanda nox est. Quid, inquit, ante peccaui? dissimile est. meměro enim de homicida queri. potest tirocinium esse homicidium, parricidium nõ potest. Lumen attulisti vt discerneres. erat illic quam leuiter vulnerare deberes. Videmus adactum in præcordia gladium. sic ego nouercam vulnerassem. Frater, quæro an videris procuratorem proxima nocte, nihil de prioribus quæro. *Vibii Galli.* Ego taceam de adulterio, quod persequitur etiam populus? ego taceam de parricidio, quod persequitur etiam puer? Testor vos Iudices. saluum patrem reliqui. O magnam in contrariũ sæculi nostri peruersitatem: inuentus est qui patrem posset occidere, & nouercam non posset. Et iam si quis occidere patrem non potest, nouercam potest. *Sepullii Bassi.* Dum perfodio parietem; aliquis sentiet. Cuius vis leuissimum somnum: pueri, an senis, an mediæ ætatis? Pueri? frater sentiet. senis? pater. mediæ ætatis? nouerca. Quærerẽ quam sordida domo natus esset, si vllam habuisset: nunc inquisitionem nostram humilitate effugit. Non miror si nescis, quã difficile sit patrem occidere, cum incertum habeas patrẽ. *Albutii Sili.* Quæro à te mulier, an filio tuo credendũ putes. Liceat mihi nutrire puerũ: ne cum matre illi ne cum tutore queat conuenire. Tres in cubiculo sunt. patrem occidis; puerũ contemnis; adulteram non times. Singuli se serui libertiq; offerebãt: puer stabat ante omnes: percussor latebat post adulteram. Quid ante peccaui? cuius vxorem corrupi? quod si fecissem, hominem occidere possem: patrem non possem. Bonos habeo testes. timet hunc in aliena potestate. Aspice corpus patris, quã grauis plaga, quam alte adactus est gladius, sic ego nouercam percussissem. *Cestii Pii.* Adulterum te esse, non vnum testem dabo, non corruptum. dabo multos: dabo etiam pueros. Patrem tam grauiter percussi, quam debui nouercam: nouercam ne sic quidem, quemadmodum patrem. *Iulii Bassi.* Tibi fuit necessarium lumen, ne eam occideres, propter quam occidebas: mihi superuacuum erat, ne instrumento parricidij, detegerem parricidium. Si rerum natura pateretur, obliuiscendum mihi erat patris, dum occiderem. Maiore licentia, quæ non videmus agimus: & quamuis non minor sit atrocitas facinoris, formido minor est. Si patrem occidi, totus mihi lectus purgandus est, cui parcam non habeo. Non possum gloriari vltione patris: frater illam meus occupauit. *Blandi.* Quam difficile est filio, patrem vulnerare; quam facile priuigno, nouercam occidere. *Varii Gemini.* Patrem: inquit, occidisti. Testor vos & Iudices, nihil leuiter hæ manus faciunt: vtrum non habui potestatem? atqui vulnerata es. hui: nolui te occidere? atqui vulnerata es: leuiter vulnerata es quam diligenter seruata es. Tu testimoniũ dic, & ostende non vulnus, sed argumentum. percussor ille quàm timuit, ne occideret! *Porcii Latronis.* Quare lumen affero? fortius parricidium faciam si non videro patrem. Occidere aliquis patrem, antequam nouercam, potest: nouercam, ne post patrem quidem post? *Triarii.* Aliquis parricidio puras manus seruat, & inde incipit quo peruenire difficile est?

Diuisio. Has controuersias, quæ & accusationem habent, non eodem ordine omnes declamauerunt. quidam fuerunt, qui ante defenderent quam accusarent: ex quibus *Latro* fuit. *Fuscus Arellius*: Debet, inquit, reus in epilogo desinere. optime autem epilogum contexit defensioni: & homines magis defendenti quam accusanti fauent. Vltima sit pars, quæ iudicem fauentem possit admittere. Quidam permiscuerunt accusationem ac defensionem, vt per comparationem duorum reorum irent, & crimen simul repulissent, statim transferrent: ex quibus fuit *Cestius*. Hoc non semper expedit. vtriq; qui imbecilliorem partem habent: non est vtile, cominus cõgredi: facilius latent, quæ non comparantur. In hac controuersia duo vel tres rei. nouerca enim procuratori coniungitur. Itaque à filij parte vtique aiebat prius accusandum: quia vnum debebat crimen defendere, duo obiicere, & adulterij & cædis. si qua sint ex vtraque parte difficilia, non colorem, sed argumentationem deside-

rant. Itaque ne modum excedam, prætereo. Circa vulnus nouercæ quidam bellas res dixerunt quidam ineptas: immo multi ineptas. Prius illa quæ belle dicta sunt, referã. *Fuscus.* Vt districta leui vulnere est cutis. non credas factum manu priuigni, credas amatoris. *Paßienus* ait: Tam leuiter te vulnerauit dextera illa cui nec paries obstitit, nec pater? *Varius Geminus* dixit: Da ferrum testi meo: fortius feriet. *Cestius* dixit, cum descripsisset quã leue vulnus esset: Nocueras, inquit, mihi: si amicæ tuæ nocere potuisses. *Niger Brutidius* quotidiano verbo satis significanter vsus est: Riualem, occidit: amicam sauciauit. *Hispo Romanus* eiusdem generis rem dixit: Ostende nouerca, ostende id quod amator tuus vellicauit. *Bassus Sepullius* dixit: Maritum occidit, adulteram strinxit. Ex illis qui res ineptas dixerant, primus ibi ante omnes *Musa* vester: qui cum vulnus nouercæ descripsisset, adiecit: At hercules pater meus tanquam paries perfossus est. *Murrhedius* patrocinium putat esse, quod causæ suæ sanguinem misit. *Nepos Licinius* ait: Non est istud vulnus, sed ludentis adulteri morsus. *Senianus* ex illa stultorum nota sententiam protulit. Non vulnerauit, inquit, nouercam, sed viri sui sanguine aspersit. cum illic vulnerata ponatur. *Vinitius*, exactissimi vir ingenij, qui nec dicere res ineptas, nec ferre poterat, solebat hanc sententiam Seniani deridere, & similem illi referre in oratione dictam Montani Votieni. *Senianus* in hac eadem controuersia dixerat: Nihil puero est teste certius, vtique quinquenni. Nam & ad eos peruenit annos, vt intelligat: & nondum ad eos, quibus fingat. Et hæc definitio, inquit, ridicula est, nihil esse puero teste certius, vtique quinquenni: puta, nec si quadrimus puer, testis est, nec si sex annorum. Illud venustissime adijciebat: Putes, inquit, aliquid agi. omnia in hac sententia circumspecti hominis sunt, finitio, exceptio. Nihil est autem inamabilius, quam diligens stultitia. *Montani Votieni* sententiam huic aiebat esse similem, & deridebat. Acre omnino & experrectum est animal, canis vtique cathenarius paratus. Erat autem non æquus ipsi Montano, accusauerat illum apud Cæsarem à colonia Narbonẽsi rogatus. at Montanus adeo toto animo scholasticus erat, vt eodem die quo accusatus à Vinitio decertauerit. in Vinitij actionem sententias suas referebat. Eleganter illud dixit *Surdinus*: Rogo, nunquid putas illum alteram partem declamasse? Grauis scholasticos morbus inuasit. exempla cum dixerunt, volunt & illa ad aliquod controuersiæ thema redigere. Hoc vt aliquando faciendum est, cum res patitur, ita ineptissimum est luctari cum materia, & longe arcessere, sic quomodo fecit in hac controuersia Musa, qui cum diceret pro filio locum de indulgentia liberorum in parentes, venit ad filium Crœsi, & ait: Mutus in periculo patris naturalia vocis impedimenta rupit, qui plus quam quinquennio tacuerat. quia quinquennis puer ponitur, putauit vbicunque nominatum esset quinquennium, sententiam fieri. quia Larroni bene cesserat, qui cum diluisset vulnus exiguum. dixit: Aspicite istam vix adparentem cicatricem: rogo vos, non puteris puerulum fecisse, & ne puerulum quidem quinquennem? *Gallus Vibius* improbam dixit sententiam, cum cędem describeret. Occidit, inquit, maritum, nouercam lęsit, puero pepercit, etiam hunc putabat suum. Valdè enim puero Cestius aiebat parcendum. Itaque dixit, cum laudaret eius testimonium: Procurator * natus es. *Hermagoras* hunc sensum decentius posuit: *μάρτυος ἀδιαφθόρημα*. *Blandi* sententia laudabatur, cum descripsisset à puero demonstratum procuratorem. O digitum multa significantem. *Euctemon* dixit: *μητρυιὰ χθὲς ἐμοῦ μαίνεται, ὦ ναίων εὐσεβῶς, ὦ παιδίον ἄξιον σὺ πατρὸς ὅλον ἐκ πατρός.* *Murrhedius* mimico genere fatuam sententiam dixit, cum dixisset nouercam disputare contra filij sui testimonium: Facit, inquit, quod solet. pro amatore sanguini suo non parcit. *Nicocrates Lacon* aridus & exsuccus declamator dixit: *τί με ἰδὼν μαίνεται ἑώρακα, τί δ' ἐμοῦ κατηγορεῖν;* *Hermagoras* cum miserabilem dixisset pueri conditionem esse, qui infestus nouercæ & procuratori redderetur, dixit iam procuratorem clamare: *ἐκ ἴσω ὑμέτερος.*

IN CONTROVERSIAM VIGESIMAM.

NICOLAVS FABER.

M*Emento enim de homicida queri.*] Deesse videtur negatio, legendumque, *non queri.* Non enim hic de homicida tantum queritur, sed de parricida. De parricidio autem non æque facile creditur ac homicidio. Cicero pro Roscio Amerino in hoc totus est. Sic infra in præfatione li. x. *Omnia*, inquit, *vsque ad vltimum tumorem perducta, vt nõ extra sanitatem sed extra naturam essent.* id est, non tantum extra sanitatem, sed etiam, &c.

Non mirar si nescis,] Cicero in eadem oratione, *Si tibi fortuna non dedit vt certo patre nascerere? ex quo intelligere posses qui animus patrius in liberos esset: at natura certe dedit, vt humanitatis non parum haberes.*

Nec cum tutore queat conuenire.] Fortasse legendum, *ne cum procuratore queat conuenire.* Tutoris enim nulla hic mentio.

Bonos habeo testes.] Veteres editiones, *bonis habeo pratestes.*

Quam difficile est filio,] Aliquantulo rectius fortasse, *tam difficile est filio patrem vulnerare quam &c.*

Vtrum non habui potestatem?] Locus hic confusus est. qui aliquanto melius se habere videbitur, si legamus *vtrum non habui potestatem. vel nolui te occidere? atqui vulnerata es.* potui igitur, te occidere. Alterum autem enthymematis membrum vel intercidit, vel ideo omissum, quia nulla ratio est cur nouercam infestam & adulterij suspectam priuignus occidere noluerit.

Quod causæ sua sanguinem misit.] Quid si scribatur? *quod amicæ sua sanguinem misit.* voce enim sanguinis in obscœnis vsus est infra hac controuersia,

Facit quod facere ſolet: pro amatore ſanguini ſuo non parcit. Petronius: *Nunquam finies hunc ignem, niſi ſanguine exſtinxeris.* Iuuenalis Satyra I. *Accipiat ſane mercedem ſanguinis.* nempe ex medicorum doctrina, non Ariſtotelis.

A colonis Narbonenſi] Vnde ipſe erat. Martialis l. VIIII.

> *Quem pulcherrima iam redire Narbo,*
> *Docti patria Narbo Votieni,*
> *Ad leges iubet.*

Et B. Hieronymus in Euſebij Chronico: *Votienus Montanus Narbonenſis orator in Balearibus inſulis moritur, illic à Tiberio relegatus.* Et hæc ad annum Tyberij XIIII. retulit B. Hieronymus. Tacitus autem biennio ante. Cornelio Coſſo & Aſinio Agrippa Coſſ. eundem Votienum cognitione habita ob contumelias in principem dictas pœnis maieſtatis adfectum li. Annal. IIII. notauit. quod ad deportationem cum publicatione bonorum refero. Ita illa immanis bellua omnium inſignium virorum, qui felix Auguſti imperium doctrina & eruditione illuſtrarunt, eaitio fuit.

At Montanus adeo toto animo ſcholaſticus] Vel omnia fallunt, vel hoc dicit, Montanum adeo ſcholaſticum fuiſſe, vt cum accuſatori Vinicio reſponderet, ſententias ab eo in accuſatione dictas in ſuam actionem tam aperte transferret, vt recte Surdinus dixerit videri accuſatoris partem declamaſſe. Scholaſticum enim vitium eſt, cum imitari ſtudueris eadem dicere. Quod ſi verum eſt, videretur non incommode legi poſſe, *at Montanus adeo toto animo ſcholaſticus erat, vt eodem die quo accuſatus à Vinicio, decertauerit: in ſuam actionem Vinicii ſententias referret. Elegãter illud dixit.* Niſi fortaſſe hæc αἰτι-ώως dicta ſint, qualia apud auctores non pauca deprehendimus.

Procurator natus es.] Hæc eſt lectio veterum editionum. Ceteræ, *procuratori natus es*, vel, *procuratore natus es*, corrupte. Nam ſi ſcriptum eſſet, *procuratore natus es*, Ceſtius contra præceptum faceret. quo iubet puero parcendũ: nec procuratori natus dici poteſt, qui eius malo natus eſt. quod ſi coniicere licet potius cẽſerem legẽdũ, *procuratore natus nõ es.*

SCHOTTVS.

SI qua eſt fides] Quiritantium formula opem implorantium, vel Deorum, vt ſæpe in Plauto & Terent. & Donat. in Andr. Act. IV. vel hominũ; Eaempla paſſim obuia in T. Liuij libris omnib. in Cicer. & aliis. Seneca fil. ep. XV. *Nemo ſtatim Quiritium fidem implorat*, hoc eſt, auxilium cum miſeratione depoſcit Seru. in II. Æneid. Feſtus, & M. Var. li. V. de ling. Lat. & ſup. Contr. IV. *Fili, Tuam fidem.*

Aliquis vno teſte contentus eſt] In ep. l. VII. negatiue legitur, *Aliquis non eſt vno teſte cõtentus*: At in perantiquo vidi, *Nemo eſt vno teſte contentus*: quod verum eſſe puto. Sic enim idem Seneca ſup. Cont. XVI. *Quis teſtis? imo qui teſtes? vni enim, etiam de minori ſcelere, non creditur.* & Imp. vnius teſtimonio nõ eſſe credendum pronũtiauit. L. Maritus §. ff. de Quæſt. Nataq; omnibus in lingua diuinum illud oraculum: *In ore duorũ vel trium &c.* Niſi forte hic interrogationis ſigno leg. *Aliquis vno teſte contentus eſt?*

Pueri an ſenis? an mediæ ætatis?] Senibus, quis dubitat, leuiſſimum eſſe ſomnum? quod & ſanguine defecti, & curis affecti, ægritudinem animi non ferant: quæ ſomnum abrumpunt, Ariſtoteles, Galenus, & Artemidorus.

Senec.

Hominem occidere, bonos habeo teſtes] Librarij errore factum puto, vt duo priora illa verba in eodem verſu bis inculcata legãtur: quare qui me audiet, obelo fodiet. Liber vetus, qui & eodem vitio laborat, ſic legit: *hominem occidere bonis habeo præteſtes.* non recte.

Vtique quinquenni] Atqui impuberi teſti minime credendum lege Iulia de vi. cauetur. L. Teſtium I. D. de Teſtib.

Et deridebat hanc in omne] Fort. *hoc nomine* leg. vt ſententiæ verba, quæ proxime ſequuntur, irrideat. Notum canes cathenis alligatos ad fores excubare ſolitos, inſcribiq; ſolere CAVE CANEM: Ea Petronio Arbitro etiam homines, cuſtodes portarum, ex Suetonio de illuſtrib. Gramm. vide inf. Contr. XXX.

Decertauerit in Vinitii actionem] In veteri legitur, *deſectauit me Vicinii actio eſt ſententias eius referebat*: quæ cum corrupta eſſe facile videam, vulgatem retineo, quaſi Montanus læſus à Vinicio, in eius actionem ſententias ſuas torqueret.

Mutus in periculo patris] Herodotus li. I. Ἀλισκομένου δὲ τοῦ τείχεος, ᾔιε γάρ τις Περσέων ἀλλογνώσας Κροῖσον ὡς ἀποκτενέων, Κροῖσος μὲν νυν ὁρέων ἐπιόντα ὑπὸ τῆς παρεούσης συμφορῆς, παρημελήκεε. οὐδέ τι οἱ διέφερε πληγέντι ἀποθανεῖν, ὁ δὲ παῖς οὗτος ὁ ἄφωνος, ὡς εἶδε ἐπιόντα τὸν Πέρσην, ὑπὸ δέους τε καὶ κακοῦ ἔρρηξε φωνήν. εἶπε δὲ Ἄνθρωπε, μὴ κτεῖνε Κροῖσον. οὗτος μὲν δὴ τοῦτο πρῶτον ἐφθέγξατο, μετὰ δὲ τοῦτο ἤδη ἐφώνεε τὸν πάντα χρόνον τῆς ζόης.

Procuratore natus es] Malo veterem ſcripturam *Procuratore natus eſt.* Mox in eodem HERMACOTAS, pro, *Hermagoras*, vt fere alibi ſemper & apud Quinctilianum ſcribitur. Quomodo & in libris ſuis ſcriptum vidiſſe ait Ferd. Pintianus. Sed ego nihil à publica lectione: nam ὁ Ἑρμῆς καὶ ἡ ἀγορὰ habent aliquid commune. Adhæc T pro Γ in Græcis ſæpe irrepſit, vt apud Ptolomæũ in Tarraconenſi prouincia Etelaſta pro Egelaſta: quod Nunneſius obſeruauit. Græca Euctemonis ſententia integre exſculpta eſt deſiitq; ἁπλῶς eſſe Declamatio. Sic enim clauditur: ὦ ἴστε ἡμέτερα.

GRVTERVS & IVRETVS.

NIhil eſſe puero teſte certius] Merito hanc ſententiam Seiani reprehendi autumat Duarenus ad ff. item Cod. de teſtib. quod quotidie experiamur quam ſit lubricum teſtimonium pueri: At Fornerius ad li. CCIIII. de verb. ſign. vt non iuſtum legitimi teſtimonij pondus aſſertioni puerili tribuit, ita nec plane ſi quid apte de iis quæ ſub ſenſum eius ætatis cadunt, dixerit, aſpernandum putat. nam & Iuuenalis:

> *Maxima debetur puero reuerentia. ſi quid*
> *Turpe paras, pueri ne tu contempſeris annos.*

IO. PETREIVS.

MEmento enim de homicida] Non dubitem *de parricida* legendum. Ab ipſa autem atrocitate probat, non potuiſſe illud eſſe primum, nemo repente fuit turpiſſimus.

Quærerem quam] In *fortuna* conſiderantur, genus patria, diuitiæ. In *Natura* Valetudo, forma, robur, velocitas. In *Animo* diſciplinæ, & virtutes.

Humilitate effugit] Tam est obscuro loco natus, vt vel terræ filius credatur, & vt ille ait, *fraterculus gigantum.*

Musa] hunc suspicor fuisse illum Augusti medicum, qui *Antonius Musa* dicebatur.

Quod causæ suæ] Hoc multo magis est ridiculum. Quemadmodum febricitantes leuari solent sanguinis missione: ita ille causam, quæ laborabat, visus est misso sanguine subleuasse. Stultissimum causam malam cum ægroto conferre, sed multo stultius, sanguinem.

Exceptio] Exceptionem, quod non quouis puero dixit, sed quinquenni.

Decertauerit] In schola declamatoria.

Digito multa] fortassis, impudico, & ideo videbatur illum ootare adulterij.

Dementiæ accusatur, qui seruo filiam iunxit. CONTROVERSIA XXI.

THEMA. *Tyrannus permisit seruis, dominas suas rapere. Profugerunt principes ciuitatis. Inter eos, qui filium & filiam habebat, profectus est peregre. cum omnes serui dominas suas vitiassent, seruus eius virginem seruauit. occiso tyrannno reuersi sunt principes, in crucem seruos sustulerunt. Ille manumisso filiam iunxit, accusatur dementiæ.*

CONTRA PATREM. *Argentarij.* Haberemus solatium, si has noptias fecisset tyrannus, non pater. habe nunc illi honorem: fac dotalem: sine dnminam custodiat. Sanum putatis esse, qui mauult tyranoum imitari quam seruum? pater noster honestis parentibus natus. qui enim aliter condicionem matris nostræ habere potuisset, si tantum ingenuus fuisset? *Cestij Py.* Soror, opto tibi perpetuam sterilitatem. Cum dicerem, Manumittamus seruum: aiebat: Expectemus sororias nuptias. Ergo tibi soror, vt honestos habeas liberos, adulterãdũ est? Fecit se similem tyranno, filiam raptis, libertum cruciariis. Plus seruo dominus permisit, quam tyrannus. Qui fecit has nuptias, iosanus est, aut tyrannus. Quis hoc potest credere, optandum filiæ fuisse, ne finiretur tyrannis, ne rediret pater? Si interrogauero patrem, quod grauissimum in tyrannide fuerit scelus: si sanus est, respoodebit, Quod dominæ seruis collocatæ sunt. *Fuluij Sparsi.* Eligitur maritus, quem sanos pater dotalem dedisset. gener tuus ipsis ouptiis crucem meruit. Egregium generum cui nihil est gloriosius, quam quod inter cruciarios non est. Grauissima quoque ipsi seruo facta est iniuria. dominam suam noo licoit illi seruare viriginẽ. *Blandi.* Fecit etiam seruo iniuriam, cum derraxit abstinentiæ gloriã: nuptiis suis manumissos est. O matrimonium omni adulterio turpius. *Iulij Bassi.* Liberata Rep. quod me tristem vidistis nolite mirari. nobis etiamnũ viuit tyrannus. Virginitatem quã sub tyranno seruauerat, perdidit sub patre. Dic furcifer, cui sororem meam virginem seruasti? dic, si placet, mihi. Non vitiauit, inquit, cum liceret illi. Itane dignus est ouptiis, quia indignus est cruce? ex cella migrabit in cubiculum suæ dominæ, vel domina ex cubiculo suo migrabit in cellam. *Cornelij Hispani.* Melioris condicionis sunt vitiatæ quam virgo: illis mutare noptias cootigit. Quare tyrannicida præmium accepisti? etiamnum aliqua ex edicto tyranni oupta est. qui edictum tyranni fugerat, redit cum edicto. Demẽtia hoc patris factum est, ne tyrannum accusare posset. Quod ille, inquit, filiam meam virginem alteri seruauit. Nunc maritus est qui sub tyranno quoq; nihil aliud potuit quam raptor esse. Is qui dotalis destinatus erat, custos relictus est. propositũ est edictũ, quod ne ferremus, fugimus. nihil per totum publicæ seruitutis spatium indignius visum est, nihil diis hominibusq; minus ferendum. itaq; tyrannus post hoc occisus est. Desponsa est puella: omnia ex edicto tyranni facta sunt. *Albutij Sili.* Egregius gener, cuius hæc vna gloria est, quod comparatus cruciarijs frugalior est. Melius seruus custodiuit dominam, quam pater filiam. Propitius pater ita filiam suam collocauit, quemadmodum iratus tyrannus alienas. Inimici tibi nepotes precantur. Cum sanus pater fuit, ne has videret nuptias, fugit. Parũ putatis magnum argumentum dementiæ, quod egit tyrannum in mortem, patres in exiliũ, seruos in crucem? quomodo qui sic fugis, sic collocas? Honestius exules, quam socer. Si voles inuenire generi tui propinqoos, ad crucem eundum est. *Arellij Fusci patris.* Ex seruo gener, & ex domina vxor, ex domino socer est factus. quis has nuptias non tyranni potet? Patrem tyranni criminibus accuso, tyrannom patris. Quid de tyranno loquor? patri similis est. Quid de patre non querar? tyranno similis est. Misertima soror, sub tyranno patrẽ desiderabas, sub patre tyrãnũ desideras. In filia tua coëgisti, qood tyrannus tantum permiserat. Nunc nobis, pater, si sanus es, exulandum est. Quid. n. miserius accidere potest, quam is status in libertate, quẽ ceteri vix ferunt in seruitute? fugimus, ne seruiremus. Felicitatem nostram in calamitatem conuertit. Aliquando enim fuit satios, cum ceteris contumeliam ferre quam liberatis omnibus, solos in tyrannidem reiici. Seruo libertatem dedit, filiæ seruitutem. Seruo filiam dedit, ionocentiam abstulit. Nescio quid sibi velit, quod serui meritum laudat: tyrannum enim laudare debebat. Seruus non stultus tergum & caput suum delicũs præsentibus prætulit. Si dicit se timuisse tantum, laudabo, & hanc illi etiam nunc optabo mentem. Ceteræ honestos inuenerunt seruos: hæc talem habet, quales illæ in tyrannide habuerunt. Soror mea ancillulæ pellex est, sed vt domina nuberet, conseruula de cellula exacta ẽst. Nullum in tyranno maius scelus fuit, quam quod tibi libuit imitari. O te soror miseram, quod ista non sub tyranoo passa es: iam enim pati desisses. Hoc tu putas præmiũ esse. Quia dominam non violauit, violet quantũ volet. Iste vero, vt dicis, iniuriam tibi fecit: qui affinitatem tuam moratus est. Si non cessasset, iam fortasse ex illo nepotes haberemus. Habeamus generũ, si possumus, parem: sin minus, non erubescendum: cui coguatus sit aliquis, cui sacra aliqua & penetralia, in quæ dedocatur vxor quem adiungamus ad domum, non quem ex censu deleamus. *Porcij Latronis.* Qui omoia tuleramus, hoc fugimus. Vocat seruum: & quia

quia crucem non meruerat, mereri iubet. Itane furcifer tu potuisti dominam complecti? putasti autem te per tyrannum victurum, aut semper futurum patrem? Felicissimi videbuntur, quibus contigerit raptus tyrannus. Ita sine dubio beneficium dedit, qui custodiuit dominam à stupro, se à cruce. Cum infelici face ad dotalem suum noua nupta deduceretur, si qua fides est, exhorrui, quasi repositum esset edictum. Cogitabam, quem sorori virum eligerem. simpliciter fatebor, fastidiebam iam eas conditiones, quæ ante profectionem fuerant. aiebam, Illo tempore & aliæ virgines erant. Non vitiauit, inquit, sub tyrannide. O nos felices, si ne nunc quidem. *Triarius.* Age, hoc non est præmium, vnum spectare omnium cruces? Certum habeo, si habuisset tyrannus filiam, non scripsisset edictum. Indicit festum diem, aperiri iubet maiorum imagines, cum maxime tegendæ sunt. *Varij Gemini.* Eadem hora & libertum fecit, & generum. hoc fecit quod tyrannus non cogit, nisi cum irascitur: seruus ne tunc quidem facit cum cogitur. Generum habes, qualem? vt illi laudationē suam reddam: nempe frugi seruum. Seruis tuis paritura fratres. Quātum ad expositionem rerum pertinet, sunt quidem acerba tyrannidis mala, tamen tristiora exponam, quæ post tyrannidem gesta sunt. non dubitabam quin esset tyrannicidæ nuptura. si sub tyranno vitiata esset, haberemus. Hoc non tibi vni accidit. Nondum tyrannum occisum puto, etiam nunc tyrannicas nuptias video. *Marilli.* Nunc sciam, an merito libertatem acceperis, si liber non merueris crucem. hoc quod obiicio, qui in pluribus fecit occisus est. *L. Vinitij.* Nunc in domo nostra matrimonium est: cuius me puderet, etiam si raptus esset. Quam miseros putatis iudices esse eos, quibus quidem duo quæ miserrima fuerunt, optanda sunt, tyrannus, & raptor. Vna generi tui commendatio est, quod se aliquando ista puella putauit indignum. *Vallij Syriaci.* In eadem conditione iudices sumus, vt consolari debeamus sororem, quod aut rapta non sit, aut nupserit. & tamen quid ille meruit, quandiu per dominum licuit, innocentissimus seruus. *Sepullij Bassi.* Nuptias clausa domo fecimus. in contubernium deducta serui domina est: ita iste dexteram sororis meæ, nisi dum manumittitur, non contigit. *Pollionis Asinij.* Inter nuptiales fescenninos in crucem generi nostri iocabantur. Miserrimum egisse me diem memini, quo seruire cœpit resp. Miserrimum diem egisse memini, quo ne exilium fugimus inter hos dies sororis nuptias numero. Miserrima soror, fortasse vernularum tuorum nouerca es. Pater, volo ducere vxorem: dic quam mihi ex ancillis despondeas.

Contra. Albutij Sili. Seruauit dominam. si quis tyranno indicasset, solus in cruce pependisset.

Diuisio. Latro in has quæstiones diuisit: An etiam si non debuit filiam sic collocare, damnari tamen ob hoc non possit dementiæ. Licet, inquit, mihi filiam meam cui velim collocare. isto modo & repudium remisero genero. Accusor. Male collocasti filiam: & multi alij. Quid tibi videntur hi, qui abdicant filias suas? auati. Sed mala causa est: nec ob hanc damnabor. Tu patrem debes dementem accusare, non sanum regere. Ego istud an sine ratione fecerim, videbimus: satis est, si sana mente feci. Deinde, An sic filiam collocare debuerit. Hoc in hæc diuisit, An etiam si meruit seruus, non tamen sic illi referenda fuerit gratia; Deinde, An bene meruerit. De facto serui primum disputauit: deinde animo. Factum quale? Non dominam constuprauit. Auge beneficia: nec dominum occidit, nec domino venenum dedit. Non est beneficium, scelere abstinere. Et tyrannus permisit dominam rapere, non coegit. De hoc beneficio non est quod laudes seruum: alioquin iniuriam fecit, si non subducta est iniuriæ, sed reseruata: tunc tamen solatium fuisset, cum multis pati. Denique quod aliæ in tyrannide passæ sunt, hæc in libertate: ceteræ absentibus suis, hæc præsentibus. In aliis stuprum vocabatur, in hac matrimonium: in aliis finis expectabatur iniuriæ, in hac nullus. denique illarum stupratores suffixi sunt, huius manumissus. Deinde de animo serui.

Color. Latro colorem à parte filii, quare non vitiasset seruus, hunc fecit: timuisse illum supplicium, scisse futurum vt liberata Rep. omnes pœnas, qui contaminassent dominas suas, darent: & aduentare iam tempus vltimum tyrannidis videbatur, cum ad summam esset perducta rabiem: quæ nunquam nisi ex desperatione fit. Itaque cum videret, inquit, suffigi cruci seruos, clamabat: Hoc ego futurum sciebam. In vltima oratione *Latro* dixit: Serui quoque nomine tecum queri possum: quem qui frugi fuerat, nequam fecisti. *Albutius* hoc colore vsus est. Immatura etiamnum puella, nec adhuc iniuriæ idonea, & ideo illam non abduximus, quia ætatis beneficio tyrannidem sentire non poterat. *Cestius* dixit: Ego plane non sum detracturus seruo suam laudem: habuit bonam mentem, sperauit posse fieri, vt si virginem seruasset, nuptiis dominæ manumitteretur. *Varius Geminus* ait: Fortassis amicam habebat. hac delectatus abstinuit. nam quidam virginum concubitum refugiunt. fortasse sciuit illam non esse passuram, & illud quod nequam quoq; seruos interdum frugi facit, malam fortunam timuit. & hanc sententiā quæ valde circumlata est, adiecit: An etiam furcifer auderet cum domina concumbere, nisi illi pater permisisset? & illud dixit: Ad hoc pater ab exilio redibas? In exilium ergo quid fugimus? *Buteo* voluit videri reuera mente lapsum patrem, & in narratione hoc dixit: Quam mæstus venit domum ab edicto tyranni! quantum in sinu filiæ fleuit. puto illo tempore mentem esse concussam. *Varius Geminus* dixit de abstinentia: Sic contaminare dominam suam, & trahere in cellam non est ausus. nisi forte hoc modo mauis narrem. Iam tunc sperare sororis nuptias cœperat. A parte patris magis defensione opus esse dicebat Latro, quam colore. *Varius Geminus* factum ipsum defendit, magnos viros fecisse, vt libertinas vxores duceret. M. Cato, inquit, coloni sui filiam duxit vxorem. Sed ingenuam. Respondeam: Sed Cato, plus interest inter te & Catonem, quam inter libertum & colonum. Quam multa bona haberet subiectus, & obsequens maritus. Non petulantiam timebit, non verborū contumeliam, non pellicem, nō repudium. Filiam meam semper domi habeo: quam eo magis desidero, quod habeo, diua illa fide. Inde factum liberti laudauit. *Albutius* hęc philosophatus est. dixit, neminem natum liberum esse, neminem seruum: hæc postea nomina

ſingulis impoſuiſſe fortunam. Denique, inquit, ſcis & nos nuper ſeruos fuiſſe. Retulit Seruium regem. *Silo Pompeius* hoc colore vſus dixit: Exhauſtum tyrannidis iniuriis patrimonium. non habuiſſe ſe dotem quam daret. *Argentarius* voluit videri puella volente ſe feciſſe. Viſa eſt, inquit, indulgere illi: certe debuit. *Gauius Sabinus* hoc colore vſus eſt, vt inquantum poſſet dignitatem ſuam deſtrueret,& humilitatem confiteretur. Et ideo,inquit,facilius potuit. Non vitiaui, quia nemo in domum noſtram oculos dirigebat: & fueram, inquit, facere cui collocarem: quærendus mihi erat gener aliquis libertinus.quid ergo?alieno potius liberto?hunc iam noui ſcio cuius affectus in nos ſit.ſi moriar,ſcio me meam filiam apud hunc tutorem relicturum. Et hanc ſententiam adiecit,quæ valde excepta eſt: Eum non contempſi generum, qui tyrannum contempſerat. *Actius Poſtumus* hoc colore vſus eſt: Nihil eſt, inquit, inuidia periculoſius. hanc ſapientes viri veluti peſtiferam vitandam eſſe præcipiunt. hanc ita vincens inuidiam eram. Hic nūc nobis obiicit fortunam liberorum noſtrorum. oderant filiam meam feminæ, me patres quaſi publici mali ſegregem exprobratorem: quo vno modo honeſte potui, feci filiam meam ceteris ſimilem. fortuna mea publicæ partis detracta omnis inuidia eſt: filiam non habeo honeſtiorem quam vos, ſeruum frugaliorem habui quam vos. *Hiſpo Romanus* dixerat: Maritum autem ego iſtum vocem, raptorem ſerotinum. verbum hoc quaſi amputanti, quod non erat vſurpatum, quibuſdam diſplicebat, eiuſdem verbi explicatione, vt extra reprehenſionem eſſet, vſus eſt. *Gauius Sabinus* cum diceret, nondum eſſe conſummatam aduerſus ſeruos publicam vindictam: Etiamnum in domo noſtra reſiduus raptor eſt. *Saturninus Furius*, qui volens vel condemnauit, maius nomen in foro quam in declamationibus habuit: ſolebat tamen tam honeſte declamare, vt ſcires illum huic materiæ non minus idoneum eſſe, ſed minus familiarem. Is in hac controuerſia cum L. Lamiæ filio declamaret, dixit ſententiam: ὁ μὲν πατὴρ χείρων γέγονε [illegible], ὁ δὲ δοῦλος ἑαυτοῦ. Ex tabellis emptionis multi ſententiam trahere tentauerunt. *Albutius* dixit: Profer mihi tabellas. quid hoc eſt? generum ſocer mancipio accepit. *Triarius* dixit: Fugitiuum, erronem non eſſe: Ita, ſi malum auctorem habemus, gener noſter non fugitiuus eſt. *Blandus* dixit: Relegamus auctoritatis tabellas, furtis noxaque ſolutus: hæc generi noſtri laudatio eſt? *Gallio* dixit: Furtis noxaque ſolutus eſt. *Sparſus* dixit: Oſtende tabellas. quid nobis cum iſto genero? prior dominus promiſit, fugitiuum non eſſe. Gratulor vobis poſteri. patrem fugitiuum non habebitis. *Varius Geminus* dixit: Erronem non eſſe: adiicio, fugitiuum non eſſe: adiicio, furtis noxaque ſolutum omnquid de generi tui nobilitate detraxi? *Pollio* aiebat ridere ſe, quod declamatores decreuiſſent hunc vtique emptitium eſſe: Mirari vos puto, quod in hac controuerſia omnes declamatores mentis ſuæ fuerint. *Nepos Mamilius* cum hortaretur libertum ad repudium ſororis, dixit: Refer nobis gratiam, &tu ſororem meam manumitte. *Nepos Licinius* illi non ceſſit, dixit enim: Sub illa ſubſellia tranſite ſerui, tranſite liberti, empta cognatio. & cum illum ſenſum elegantem, & ab omnibus iactatum, ſubripuiſſet: Soror, opto tibi ſterilitatem: adiecit: Nec eſt quod mireris me timere partum tuum: audio ſic naſci tyrannos.

IN CONTROVERSIAM VIGESIMAMPRIMAM.

NICOLAVS FABER.

PVtaſti autem te per tyrannum*] Vide ne legendum ſit, *putaſti aut ſemper tyrannum victurum.*

Raptus tyrannus] Lego, *feliciſſimæ videbuntur quibus contigerit raptus Tyranni* id eſt, à tyranno cap. ſic ſupra. *O te ſoror. miſeram, quod iſta non ſub tyranno paſſa es.*

Diua illa fide,] Locus à me depoſitus, quem malui bona fide ex veteribus editionibus edere, quam vt interpolatus eſt in ceteris, quæ ita legunt: *quam eo magis deſidero quod habeo, deinde fide factum liberti.* nihilo certe ſanius, imo ſi quo deterius, quod locum nihilo integriorem reddit, & ad ſanitatem veſtigia perturbat, & confundit.

Facilius potuit. Non vitiaui,] Sabinus pro patre colorem ex ſuæ fortunæ tenuitate ſumpſit, ſe pauperem, nulloque vnquam in numero habitum, vt non difficile fuerit ſeruo in domo non notabili & inobſeruata, edicto tyranni non parere, virginemque filiam conſeruare: extincto autem tyranno, ſe de collocanda filia cogitaſſe, cui ingenui hominis conditionem re ex exigua inuenire non potuit, libertini quærenda fuit, nec vllum alium extitiſſe, cuius exploratiores haberet mores, quam ſerui à ſe manumiſſi, quem ideo ceteris prætulerit, hæc ait. quæ tamen loco corrupto non ſatis expreſſa ſunt, niſi manus ei adhibeatur. Vide igitur ne ita legi debeat: *Et ideo, inquit, facilius potuit non vitiare: quia nemo in domum noſtram oculos dirigebat, nec fueram inuenturus facile, cui collocarem: quærendus mihi erat gener aliquis libertinus.* & linea ſequenti, *ſcio me meam filiam apud hunc tuto relicturum.*

Fortuna mea publicæ partis detracta] Lego, *fortuna mea publicæ par. detracta omnis inuidia eſt.*

Tranſite ſerui, tranſite liberi,] Epitome, *Conuenite ſerui, conuenite liberti.*

SCHOTTVS.

D*Ominabus ſuis nubant*] Rectius in Epitoma. *Tyrannus permiſit ſeruis dominas ſuas rapere.* Nam *ducere* viri, *nubere* feminæ dicuntur: niſi data opera, vt ſup. Contro. vi. dixit, quod dominas ſerui ducerent: qui enim ditioribus potentioribuſque matronis in manus conueniunt ſeruiuntque, *nubere* venuſte eos Martialis ait lib. viii.

—— vxori nubere nolo meæ.

Nubere, inquit, Nonius, etiam viri dicuntur, vt hodieque apud Italos. Pomponius penulatis.

Sed

Sed meus frater postquam videt me inde eiectũ domo,
Nupsit posterius dotata vetula, varicosæ Afræ.

Vetus. D. Matthæi interpres cap. XXII. *In resurrectione neque nubent, neque nubentur:* Græcis est, ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσιν, οὔτ' ἐκγαμίζονται. Non dissimilis autem de Vulsiniis historia apud Hetruscos, qui cum seruos temere manumisissent, oppressi ab iisdem sunt, vt tantum non dominas duxerint. Anno vero v. c. CDXXCVIII. à M. Fuluio Flacco victi, in seruitutemq; reuocati sunt, auctore Val. Maximo lib. IX. cap. I. L. Annæo Seneca li. I. Historiæ Rom. cap. XXI. Orosio li. IV. cap. V. & Sex. Victore de viris illustrib. cap. XXXVI. & Zonara.

Fecit se similem tyranno filiam rapto cruciariis libertum] Locus ænigmate obscurior, sic forte clarior euadet. *Fecit se similem tyranno*, quia, quod tyrannus fecit, idem & ipse. *Fecit filiam similem raptis*, quia, quod passæ sunt raptæ, idem & ipsa patitur. *Fecit libertum similem cruciariis*, quia, quod fecerunt cruciarij & σταυρωθέντες, idem nunc libertus ipsius facit.

Libertum cruciariis] Male in vet. *crucariis*. Dictus enim *cruciarius seruus*, qui cruci affixus pendet: ea forma qua *fructuarius seruus*, in quo vsum fructum quis habet, sæpe in I.C. libris. Est & furcifer seruorum sæpe nomen in Comœdiis: de quo Plutarchus ἐν αἰτίαις.

Quem sanus pater dotalem dedisset.] *Dotalem seruum* accipio, qui in dotis partem cessit: vt *dotale prædium* L. V. ff. soluto matrim. & *dotales res*, quæ sunt ex dote comparatæ l. XXII. §. vlt. ff. eod. & de fundo Dotali Tit. est in Pandect. lib. XXIII.

Custos relictus est] Solent enim custodes vxoribus apponi, & virginib. L. Attius apud Priscianum, & Carisium de Iunone, quæ pellices odit, & Argum πανόπτην.

Custodem assiduum Iunoni apposuit virgini.

M. Tullius in ea rep. quam è Platonis conformabat lib. IV. *Nunc vero mulieribus Præfectus præponatur, qui apud Græcos creari solet: sed sit Censor, qui viros doceat moderari vxoribus.* Etiam in militiam proficiscentibus adolescentibus, vt ad V. Æneid. Seruius docuit, & nos alibi.

Quam is status in libertate quem] Decurtata hæc in vet. & vereor vt recte: adeo verum est libris antiquis cum iudicio, atque delectu, vt condimentis, vtendum: nec vsquequaque fidendum, vt ne latum quidem vnguem discedere liceat. Sic enim præfert. *Is status in libertatem, quem ceteri vix in seruitutem fugimus. Felicitatem nostram in calamitatem conuertit.*

Cui sacra aliqua & penetralia] Vxor in sacra mariti concedere nuptiis dicebatur: quod res sacra coniugium sit. Catullus in nuptiis Iuliæ & Manlei.

Quæ tuis careat sacris
Non queat dare præsides
Terra finibus ——

Quem extensum doleamus] Hoc est, cruciatum, vel in patibulo, vel in eculeo, vt serui solent. Sunt enim hæc seruorum propria, *crux, cella, contubernium, verna, furcifer*. Mox, Latronis illud, *per Tyrannum victurum, à vinco* explicat Petreius, non necessario.

Cum infelici face] Quæ in nuptiis à quinque pueris nouæ nuptæ præferri solet. Plutarc. Problem. Ibidem Catullus.

Senec.

Tollite ô pueri faces.
—— *Viden' vt faces*
Splendidas quatiunt comas.

Plautus Casina. *Primum omnium lucebis nouæ nuptæ facem.* Sed de ritu nuptiarum, quoniam protrita satis sunt, nihil addo ad diligentiam Brissonij & Tiraquelli.

Aperiri iubet maiorum imagines] Apparet hinc non in funus solum cereas maiorum imagines produci ex atriis solere, vt ex Iuuenali, Valerio, & Tacito constat: verum etiam in nuptiis easdẽ ostentari solere. Cum igitur tam infelices & dispares nuptiæ sint, puta serui cum filia herili, velandas potius, quam ostentandas eas esse, inquit Trarius.

Nempe frugi seruum] Hoc enim elogio bonos vẽdituri commendabant. Leges in eam rem testes dabo L. ea quæ D. de contr. empt. & l. Sciendum. ff. de Ædilic. edict. & Plinius li. I. Epist. XX. *Frugi seruum, vt bonæ fidei mancipium* Appuleius commendat. lib. IIII. Milesiarum. Contra *Nequam seruus* hic in Latronis ore & Varij Gemini, & apud Ciceronem, & alibi reperitur.

In contubernium deducta domini serua] Sic seruile connubium, non matrimonium vocare prudentes solent. Paulus I.C. l. II. Sententiar. Tit. XX. multisq; locis, quæ colligere nec libet, nec licet. Reperiuntur & in iisdem plenis omnis eruditionis libris, *Contubernales* seruorum *vxores*. *Consortium* à Iustiniano Imp. appellari video lib. III. Institut. Tit. VII. de seruili cognat. quod Constantino *Contubernium* est l. cum ancillis. C. de incest. nupt.

Inter nuptias fescenninos iocabantur] Idem Catnllus.

Nec diu taceat procax
Fescennina locutio,
Neu nuces pueris neget.

De his carminibus summa verborum licentia in sponsos iactari solitis Horat. l. II. epist. I. ad Augustum. & Liuius lib. VII. initio. Plinius. li. XV. cap. XXII. *Nuptialium fescenninorum nuces comites.* In Rom. edition. *inter nuptiales* de coniectura editur contra libb. vett.

Nec adultero dominam venum dedit] Recte in vet. & in Epitoma, *Nec adulter domino venenum dedit:*] quæ qui non probabit, næ ille faciet imperite.

Non est beneficium scelere abstinere] Sic & Cicero Philip. II. de M. Antonio ait, ingrati se accusasse, quod vitam cum posset, non sustulisset: quod idem latroni ius esset: vitamque ei acceptam referre oporteret.

Habuit bonam mentem] Et hæc præstari in mancipiis solet: Horat. lib. II. Satyr. III.

—— *Sanus vtrisque*
Auribus atque oculis, Mentem nisi litigiosus
Exciperet dominus, cum venderet ——

vbi Acronem, si vacat, lege.

M. Cato coloni sui filiam] Cato grandæous Salonij scribæ clientis sui filiam duxit, & ætate & conditione disparem. Plutarchus Catone.

Quod habeo. Deinde fide factum] Locus aliis deploratus. *Fidele factum* coniectabam, sed inspecto opt. illo Couarr. cod. aliam longe interpunctionem obseruaui: *Quam eo magis desidero quod abeo: digna ille fide, Inde factum Liberti damnauit.*

Albutius & Phanens) Hunc ego, siue Deus, siue Dea est, in censum Declamatorum, vt recipiam, nondum à me impetrare potui: cum quia non alibi laudatur, tum vet. libri auctoritate, in quo sic lego: *Albutius & Philosophatus dixit*: vbi hæc legi malim, quam, vt amicus, *est*. Natum autem mendum, ex compendio. *Phatus*: & sane Philosophicus est locus de *Libertate & Seruitute*. Qua de Aristoteles lib. I. πολιτικῶν.

Retulit Seruium regem] vet. liber, & qui Epitomen hinc consarcinauit, *seruum* legisse video. *Seruus*, inquit, *rex fuit*. Sup. Contr. VI. *Seruium regem tulit Roma: in cuius virtutibus humilitate nominis nihil est clarius.*

Et fueram, inquit, facere] Corrupta hæc, qua ab interpunctione, qua à verbis. Censeo itaque leg. *Sueueram inquit facere. Ex fueram,* factum *fueram*: vel potius: *quia nemo in domum nostram oculos dirigebat ad puellam: quid facerem? cui collocarem? Quærendus mihi erat gener &c.* vel *dirigebat: & verear, inquit, facere.*

Nihil est inuidia periculosius] *Inuidia Siculi non inuenere tyranni Maius tormentum*, inquit Flaccus. Sed sup. de Inuid. Contr. VIII.

Publici mali segregem] Vtitur & Philosophus lib. IV. de beneficiis cap. XVIII. *Quoniam ceteris animalibus in tutelam sui satis virium est. quacunque vaga nascuntur, & acturæ vitam segregem armata sunt. Segregem* ea forma συνθέτου ὄνομα est, qua contra ab Horatio lib. I. Od. XXXVI.

Contaminato congrege turpium
Morbo virorum.

vt doctissimus Iosephus Scaliger animaduertit l. I. Ausonian. lect. cap. XVII.

Quasi amputandi] Retineo vsitatam lectionem ex fide vet. libri: quod est agricolarum, vindemiarum tempore vites secantium, & racemos amputantium. *Serotinum* enim mere rusticum vocabulum: Hinc *poma, vua & pira serotina*. Columella lib. III. *Locis frigidis & autumni temporibus aquosis præcoces serito: locis hibernis, serotina.* & li. VIII. cap. V. Fugit igitur ratio eos, qui hic *occupantes* ad oram allinere ausi sunt, & aliena occupare, non vacua tentarunt.

Cum diceret] Præpone Sophistæ nomen ex fide illius lib. opt. & Froben. edit. primæ GAVIVS SABINVS. qui & frequenter alias loquens inducitur.

Ex tabellis emptionis] Quibus emptum eum ex lapide constabat. *Mancipio* autem ait, alludens ad res *mancipi*, & rerum *mancipationem*, quæ fiebat libripende, & quinque superstitibus præsentib. *Mancipio* ergo accipi seruus dicebatur, pro quo venditor, si vitium deprehenderetur, præstiturum se de damno pollicebatur, vt I. C. diserte. Tit. de Ædilitio edict. & Boetius in Topica Ciceronis. Tacitus lib. III. Annal. *Seruos quoq; Syllam actor publicus mancipio acceperat.* Io. Petreius recte hunc locum ex Budæo, vt suspicor, explanauit.

Fugitiuum erroneum non esse, & Furtis noxaque solutum] vsitata hæc ex edicto Ædilium stipulatio in mancipiorum venditionibus, vt constat ex Iurisconsultorum responsis, quæ in Tit. de Ædilicio Edicto retulit Trebonianus ex Vlpiano, Paullo & Pomponio I. C. li. XXI. Pandect. nec rarius in eo, qui hunc excipit, Tit. de Euictionibus quæ vt omnia, accurate sunt, & diligenter à doctissimo Brissonio collecta li. VI. Formular. Cicero Offic. III. *Nec vero in in prædiis solum Ius ciuile ductum à Natura malitiam fraudemque vindicat, sed in mancipiorum venditione venditorum fraus omnis excluditur. Qui enim scire debuit, de sanitate, de fuga, de furtis, præstat edicto Ædilium.* Et M. Varro lib. II. Rei rusticæ cap. X. *In pastorum emtione solet accedere peculium, aut si excipiet, stipulatio intercedere, sanum eum esse, furtis, noxisque solutum.* Et Iulianus in L. hæc stipulatio ff. de Verbor. signif. & Vlpianus in l. Si legati. ff. de leg. I. & l. Si à substituto. §. Hæres, ff. eodem.

GRVTERVS ET IVRETVS.

IN *contuberniam deducta serui domina est*] nempe inter seruos non *matrimonium* sed *cõtubernium* contrahi dicitur, vt scribit Paulus l. II. Sentent. cap. XX. & pluribus locis probat Brissonius l. III. de verb. sign. item Torrentius ad Suetonij Vespasianum cap. III.

Neminem natum esse liberum] Vide in hanc sententiam plura apud P. Fabrum, & Ræuardum ad lib. CXXII. de reg. iur.

IO. PETREIVS.

F*Ac dotalem*] *Dotalis seruus* est, qui in dote filiæ datur: Quasi diceret: hoc erat summum quod illi debebas tribuere.

Ex tella] *Cellam* dicit serui, *cubiculum* virginis: quasi vero id sit in te indignissimum: Quale est quod citatur à Fabio cap. de sententiis: *Alexandrum sepelio, & hoc quisquam spectabit ex tecto*, li. VIII. cap. V.

Nos quem doleamus extensum] cruciatum vel in patibulo, vel in eculeo, quod serui solent.

Per tyrannum victurum] à verbo *vinco* is est; id est futurum vt opera tyranni vinceres, & id quod aliter consequi non poteras, sic consequeris.

Tyrannus] *Tyranno* suspicor legendum, id est, tyranno iubente: & est simile illi superiori. *O te sororem miseram quod ista non sub tyranno passa es, iam enim pati desisses.*

Quasi repositum] Quasi etiam nunc edictum tyranni esset.

Etiamsi raptus] Ea forma qua dicimus, *raptus est virginum.*

Quasi amputandi] fortassis à vindemiantibus & amputantibus racemos, qui durioris acini vuas, atque ideo sero maturescentes, relinquunt.

Mancipio accipit] Illæ res *mãcipio accipi* dicebãtur, quæ ita transibant in emptoris dominũ, vt si postea aliquod in his vitium deprehenderetur, venditor se euictionem præstaturum polliceretur, & ad redhibitionem teneretur, satisfacturus emptori pro eo damno: & id ipsum est *Mancipio dare*: Vt si seruus fur fugitiuus esset, qui vendiderat, id dãnũ pensare teneretur, atq; ita stipulatio fiebat, *sanum esse, furtis, noxisque solutum*: qui neque quicquam furatus esset quod dominus teneretur restituere, neq; damnum cuiquam dedisset. Seruus enim, qui cuipiam damnum dedisset, iuxta legem Aquiliam noxa est. Est autem *Noxa* nomen generale, quo pœna, culpa, detrimentum significatur. Dixit generum *mancipio accepisse* ad seruitutem & emptionem alludens, quasi hunc, quem nunc accipit generum, olim mancipio acceperit.

Cauete proditorem. CONTROVERSIA XXII.

LEx. *PRODITIONIS SIT ACTIO.* Thema. *Pater & filius imperium petierunt. Prælatus eſt patri filius. Bellum commiſit cum hoſte: captus eſt. miſsi ſunt decem legati ad redimendum imperatorem. euntibus illis occurrit pater cum auro: dixit ſero ſe aurum ad redemptionem tuliſſe. filium ſuum crucifixum eſſe. illi peruenerunt ad crucifixum imperatorem. quibus ille dixit:* Cauete proditorem. *Accuſatur pater proditionis.*

CONTRA PATREM. *Albutij Sil.* Quid deſideratis vltra? imperator ſupplicium tulit, proditor pretium. Triſtiorem iſtum vidimus, cum filius imperator renũtiatus eſt, quam cum captus. Redde rationem, quemadmodum redieris tutus ſenex, ſolus, cum auro: cum etiam imperatores capiãtur. Imperator adoleſcens renuntiatus eſt omnibus lætis, præter patrem. *Ceſtij Py.* Plus accepit auri, quam quod poſſet abſcondi. nolite mirari. & imperatorem, & filium vendiderat: *Cauete proditorem.* Iam comitiis cauimus. Abſtuliſſent tibi aurum hoſtes, niſi dediſſent. Cum de redemptione ageretur, omnes in curia fuerunt, præter competitorem. Indicium fuit, morientis breue, filij verecundum. *Blandi.* Quomodo te dimiſerunt? ſi nihil aliud, & ducem genuiſti, & dux eſſe voluiſti. Si non decreueramus, conſilium noſtrum expectari debuit: ſi decreueramus, officium. *Arellij Fuſci Patris.* Vnde tam graues paterni ſinus? nunquid oſſa filij reportant? Expectat videlicet iudicia veſtra reus: tanquam neſciat quid de illo ſentiatis. Non tu ſemel apud hoſtem fuiſti, ſed nos ſemel legatos miſimus: Imperator nõ audet nominare te, tanquam patrem. *Iunij Gallionis.* Fuit adoleſcens optimus, verecundiſſimus: qui patri ſuo ceſſiſſet, ſi ſalua pietate potuiſſet. Iterum vobis inter patrem & filium iudicandum eſt. Candidatus proceſſit contra patrem, ſi ſilẽtium eius intelligere ſciſſetis, & tunc vobis verecunde indicauerat. Habebas apud hoſtes auctoritatem: apparebat te Reip. iraſci. Legati noſtri aurum ferebant: pater afferebat. Dixeras illos ſero venturos: nonne peruenerunt? ſero imperatorem noſtrum conuenerunt. Imperator iſtum accuſat, nos ſubſcribimus. hoc fuit imperatoris noſtri teſtamentum. Obiice, inquit, aliqua anteactæ vitæ crimina. non poſſum. Verecundum competitorem habuiſti. multum tacebat. quod poſſum tibi maius crimen obiicere? filius tibi tuus credi Rempublicam noluit. Non eſt quod dicas, Quem miſi ad hoſtes: tanquam ipſe ire non poſſes: cur tam cito reuerteris? Diutius nos contra filium rogaſti, quam pro filio hoſtem. Num immobilis diriguiſti? num illi quaſi & ipſe affixus hæſiſti? quid tam cito recedis? etiamnum viuit, etiamnum loquitur. receſſurus interroga, ſi quid velit mandare. Voce proditionem coarguit, ſilentio proditorem. Intelligo quanto periculo iſtum offendam. quemadmodum enim iſte accuſationem vindicauit? cruce. Omnibus argumentis premitur, dabo qui viderint, dabo qui audierint, dabo aurum, dabo teſtem, & ne quid de dignitate dubitari poſſit, imperatorem. De hoc vtrum volet, dicat: inimicus eſt, hunc indicauit. Aurum tantum habuerat, vt appareret etiam non quærentibus: tantum ſuſpectus erat, vt quemuis potius quam vos admoneret. *Proditorem Cauete.* Optimus adoleſcens, optimus imperator, qui Reip. curam agere ne in cruce quidem deſiit. Tibi non dixit, dignum te non putauit filius, cui diceret: *Caue Proditorem. Varij Gemini.* Nolite omnia expectare ab accuſatore, & occupato & verecundo. rem intelligite. crimina audiſtis: quæritis anteactæ vitæ crimina? non habet: nihil vnquã tibi filius obiicere voluit. Tam cito laſſatæ preces tuæ ſunt. quid faciet miſer? Nec imperator poteſt tacere proditionem, nec filius loqui proditorem. *Porcij Latronis.* Quid abitis? itaque iam peruenit vſque ad crucem. Vereor ne tam ſero caueamus, quam imperator noſtet: qui non ante intellexit proditionem, quam proditus eſt: nec vnquam præſentius periculum fuit. Reſpublica ſine imperatore eſt, proditor ſine cuſtode. Quid eſt quare tibi hoſtes pepercerint? Et imperatoris noſtri pater es, & aurum habes, & legatus non es. Si tibi dicã, Expecta dum legati mittuntur: filius tibi publice remittetur: dices: Paternus affectus non ſuſtinet moram: rapit me deſiderium filij: etiam ſi redimere viuum non potero, mortuum redimam. Nunquam tam durus hoſtis fuit, vt paternis lacrymis non flecteretur. Vt ignoſcam tibi, quod tam cito iſti: obiiciam, quod tam cito rediſti. dic quid dixerit tibi? an nihil cum patre loqui voluit? *Cauete Proditorem.* hoc dixit: Videte ne quis nocte inſciis cuſtodibus exeat, ne quis Rep. ignorante ad hoſtẽ perueniat: ne quis ex hoſtium caſtris grauis auro reuertatur. Nihil deeſt indicio. Si quid de proditione quæritis, imperator vobis dicet: ſi quid de proditore, legati.

PARS ALTERA. *Arellij Fuſci Patris.* Quantum eſt prætium, quo vendo, vt filium pater ſpectem in cruce, filius patrem de cruce? tanti & imperatorem & parricidium vendidi. Gratulabantur omnes repulſo magis quam deſignato nimis ambitioſe. Nunc pænitet. & filium & patriam vendidit: tam exiguum auri accepit, vt vnus ſenex portare poſſet.

DIVISIO. In hac Controuerſia, etiam ſi coniecturalis eſt, habetque quaſi certum tritumque iter: fuit tamen aliqua inter declamantes diſſenſio. *Latro* ſemper cõtrahebat, & quidquid poterat tuto relinquere, præteribat. Itaque & quæſtionum numerum minuebat, & locos nunquam attrahebat: illos quoque quos occupauerat, non diu dicebat, ſed valenter. Hoc erat itaque præceptum eius, quẽdam declamatorem tamquam prætorẽ facere debere, minuendæ litis cauſa, quod in hac controuerſia fecit: non enim curauit dicere, nullam eſſe factam proditionem, ſed ſe proditorem non eſſe. Et ſuſpectus, inquit, iudici eſt, qui plus quam ſe defendit: & nolo cum filij voce pugnare, vt imperatorem & filium mentitum dicam: præſertim cum odium aduerſus filium obiiciatur patri. *Albutius* in duas partes declamationem diuiſit. primum negauit illam eſſe proditionem: deinde vt eſſet, ad ſe non pertinere.

COLOR. Colorem contra patrem *Silo Pompeius* hunc introduxit, odio illum Reipub. à qua repulſus

erat, fecisse, & odio ipsius filij quem oderat: & quia competiuerit, & quia vicerit. *Varius Geminus* dixit statim petijsse patrem hoc proposito imperium, vt proderet: hominem auarum & lucro inhiantem: & quia noti mores eius erant, victum ab eo competitore, à quo vinci fas non erat, nisi hominem turpissimum. Ante comitia, inquit, paratus erat & pecuniam accipere & filium prodere: post comitia paratus erat pecuniam dare, vt filium proderet. Vt captus est dux: aiebamus, inquit, Non potest hoc sine proditione fieri. excusauimus nos imperatori. diximus perseuerasse ad redemptionẽ, quamuis deterruisset pater. Hoc loco ille respondit: *Cauete proditorem. Blandus* dixit, ægre ferentem pudorem repulsæ, voluisse occidi filium, vt in eius locum substitueretur ipse. *Hispo Romanus*. Vltionem, inquit, suam hosti vendidit: tam facile, inquit, exiit: nocte peruenit ad hostes, rediit: vt scires illum nõ tunc primum fecisse. *Argentarius* dixit: Perfer ad senatum mandata filij tui. necesse est tibi multa dixerit. legatis quoq; aliqua mandauit fortasse proditoris nomen patri dixit. Indica nobis. Nihil, inquit, dixit mihi. Sublata omnis quæstio est. Quæritis quem dixerit? videte cui nihil dixerit. Pro patre de comitiis hoc color *Latronis* fuit. Ne quis filium meum vinceret, timui: itaque professus sum, vt auctoritate mea deterrerem futuros competitores: deinde ipse filio meo cessi. *Albutius* hoc colore vsus est: Aiebat, inquit, talem imperatorem fieri debere, qualis Scipio fuisset: talem senem, qualis Maximus fuit: senẽ nihil temere facturum. vtriusque populo copiam fecit. *Cestius* hoc colore vsus est. Noueram vitia filij mei: sciebam esse acrem adolescentem, fortem, sed incõsideratum, temerarium. Itaque petij imperium Reip. causa filij mei, quem idoneum ad tantum sustiuendum onus non putabam. *Fuscus Arellius* dixit, in hoc se competisse, vt hostium animi frangerentur, cum audissent posse Rempublicã vel in vna domo duos eligere. *Hispo Romanus* simpliciter putauit agendum. Inepti, inquit, hi colores sunt, componantur competitores. hoc itaque egit colore vt quereretur de exitu comitiorum: adolescentulos omnes conspirasse, quasi de ætatis comparatione ageretur: facile itaque victum senem non ambientem. De me, inquit, queri non potestis: clamaui. Non est vobis vtilis huius ætatis imperator. Mansit itaque illi & post comitia eadem contumacia: nihil referebat ad patrem, nihil communicabat: itaque captus est. & cum descripsisset quam imperite disposuisset aciem, quemadmodum in exploratis locorum insidiis oppressa eius temeritas esset, adiecit: Hoc erat quod vobis clamabam, Ducem senem eligite. *Otho Iunius Pater*: Præsagiis quibusdam, & insomniis hanc fortunam prænuntiantibus agnita re, competisse dixit. erat autem ex somniatoribus totus. vbicunque illum defecerat color, somnium narrabat. De eo quod inscio senatu egressus est, *Latro* sic colorauit: decretum non expectasse, amentem & attonitum protinus præcurrisse. *Albutius* hoc colore vsus est: Semper de duce cito cõstitui. longum erat expectare: ad summam festinaui, nec occurri. *Varius Geminus* dixit: Maluisse solum ire. hostes enim auctoritate legatorum non moueri, ad lacrymas patrum sæpe flecti. *Silo Pompeius* ait: Putaui vtilius esse, priuata illum pecunia redimi. minoris enim posse æstimari, quam si tanquam imperator redimeretur. *Argentarius* ait: Nihil tam iniquum erat, quam legatos ad redemptionem mitti. nunquam. n. reddidissent, quem sic desiderari publice iudicassent. Itaque præcucurri rogaturus, & hoc dicturus: Exercitus cõtemnit illum, Resp. relinquit. *Blandus* ait: Cogitaui mihi quid facerem, contentus ne essem paternis lacrimis, an comitatu publico preces meas adiuuarem: tandem venit in mẽtem, Troianum regem ad redemptionem filij sine legatis isse, & cum auro. *Sepullius Bassus* ait, non expectasse se curiam, quia putauerit futuros, qui redimendũ negarẽt, quod factum apud Romanos sæpius erat: itaque ante se voluisse redimere, quam posset aliquid de non redimendo cõstitui. *Cestius* dixit: Non quæsiui secretos tramites, & occultum iter: proditor scilicet eadem via veni, qua legati. De voce filij colorem *Albutius* hunc fecit: Pudebat illum, inquit, quod captus erat, quærebat aliquod fortunæ suæ patrocinium: voluit videri non culpa sua, sed proditione hoc sibi accidisse: itaque nomen adiicere non potuit. *Fuscus Arellius* dixit, alienatum iam suppliciis animum, & errantem has voces effudisse sine argumentis, sine reo. *Varius Geminus* omnia complexus est: Potest, inquit, propter hoc, potest propter illud: ego vobis idem suadeo, *Cauete proditorem*. hoc si cauere vultis, imperatores senes facite. Illud & in hac Controuersia & in omni vitandum aiebat *Cestius*, quotiens aliqua vox poneretur, ne ad illam quasi ad sententiam decurramus, sicut in hac apud Cestium quidam auditor hoc modo cœpit: *Vt verbis ducis vestri scilicet, Iudices, incipiam. Cauete proditorem.* sic finiuit declamationem, vt diceret, *In quibus vitam finit imperator, Cauete proditorem.* Hoc sententiæ genus *Cestius* ἠχὼ vocabat, & dicẽti discipulo statim exclamabat: ὑπὲρ τὴν ἠχώ. vt in illa Suasoria, in qua deliberat Alexãder, an Oceanum nauiget: cum exaudita vox esset. *Quousque inuicte?* ab ipsa voce quidã cœpit declamare, & in hanc desiit. Ait illi Cestius desinenti: *εἰ σοὶ μὴ λέξω, σὺ δ' ἄρξομαι.* Et alter, cum descriptis Alexandri victoriis, gentibus perdomitis, nouissime poneret: *Quousque inuicte?* exclamauit Cestius: *Et tu quousque?* *Otho* pater hoc colore vsus est pro patre. dixit enim molestum fuisse imperatori, quod illum suffixum legati intuebantur itaque vt ab hoc illos spectaculo arceret, & exoneraret verecundiam suam, id dixisse, quo audito festinarent. Itaque dixisse illum, non, *Caueant proditorem*: sed, *Cauete*: quasi ipsis legatis esset periculum, ne proderentur.

IN CONTROVERSIAM VICESIMAMSECVNDAM.

NICOLAVS FABER.

NEGAVIT *illam esse proditionem:*] Melius fortasse, *negauit vllam esse proditionem.*

Agnita re, comperisse dixit.] Veteres editiones, *agitatur re*: ceteræ, *agitatur re comperisse*: οὐδὲν ὑγιές.

Erat

Erat autem ex somniatoribus totus.] Quod coloris genus sua facilitate auctoritatem perdidisset, dicit Quinctilianus.

SCHOTTVS.

NVNQVID *ossa filij*] Sic apud Fabium lib. 8. cap. 5. Matri ossa quidam è capite filij lecta tenenda dederat, Sententiæ gratia *Infelicissima inquit femina, nondum extulisti filium & iam ossa legisti.*

Imperator istum accusat, nec subscribimus] *Subscribere* in crimen accusatores solēt libellis, quos dabāt. vt Paul. I. C. L. 3. & Vlpianus l. 7. ff. de Accusat. & pluribus locis. Asconius in diuinationem de aliis scriptorib. apud M. Tullium.

Quemuis potius quam vos] referri videtur ad legatos. Sed Petreius ad *patrem*, rectè: legitque *ad hunc*, vt respondeat illi: *Dignum te non putauit filius, cui diceret: cauete proditionem.* Duo autem libri vett. non habent *potius*, Græcorum more, qui μᾶλλον sæpe exaudiunt.

Proditor fine custode] vide Val. Maximum lib. 9. de custodia, qua vsi sunt quibus domestici suspecti fuerunt.

Grauis auro reuertatur] Eleganter vt Virgilius Bucol.

Nonnunquam grauis ære domum mihi dextra redibat.
Quod & in Moreto exstat.

Filius patrem de cruce] Ergo non laqueo, sed clauis cruci affigebantur, vt & ex Appuleio docet Lipsius l. 1. Electorum ca. XVIII. quibus adde Lucianum in Prometheo.

Tanti & Imperatorem] Cum interrogatione Petreius efferet, vt ob atrocitatem reddatur incredibile.

Patriam vendidit] Virg. 6. Æneid.

Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem
Imposuit: fixit leges pretio, atque refixit.

Prætorem facere debere minuendæ litis caussa] Hoc est, resecando inutilia. Cum autem alia multa, vt lites, Reip bono citissime finirentur, Prudentes olim sanciuerunt: tum illud humanæ vitæ arctissimum vinculum Iurisiurandi religionem, vt Caius I. C. ait l. 1. ff. de Iureiur. & l. Properandum. 13. C. de iudic.

Erat ex somniatorib. totus] Vid. quæ supra adnotaui extrema Controu. 9. vbi Antiphontis somniorum libris comparat.

Priamum regem] Et à πρίασθαι Græci deriuant. Virgil.

Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros,
Exanimemque auro corpus vendebat Achilles.

Troianum tamen hic plures libb. vett. præferunt.

Quod factum apud Rom.] Vt de captiuis redimendis missus à Carthaginensib. primo bello Punico Attilius Regulus, censuitque non redimendos Cic. 3. offic. Appius Cæcus de non redimendis Pyrrhi captiuis sententiam dixit, quos rex gratis remisit. 1. offic. de clade Cannensi captis cæsisque Romanis. Idem 3 Offic. & Agell. lib. 7. cap. 18.

CESTIVS hoc vocabat] Locus hic, simul inspexi negotium mihi facessit, credo item aliis, qui cum iudicio veteres scriptores legunt, quod bis in eodem versu idem prouocabulum temere positum sit, statim, nisi me amo, veram lectionem erui, de Græcis quæ in editis desiderabantur. Lego itaque CESTIVS *Echo vocabat*: Sic. n. Græca. quæ reposita sunt ὑπὲρ τῶν ἔργων. Post vero non longe Homericum hoc Hemistichium ex eodem libro addimus: *Ἐν σοὶ δ' ἄρξομαι.* Tale Virgilij illud in Pharmaceutria:

A te principium, tibi desinet. ——
Et Horatij Epist. 1.

Prima dicte mihi, summa dicende Camœna.
In illo vero venusta trāslatio, quod imago vocis, quæ Græcis Ἠχὼ, resonet, Rhetores vulgo ἐπανάληψιν vocant. Iul. Rufinianus ex Lucilio adfert: *Vel consilio vestrum, quod dicitis, olim cœlicolæ adfuissemus priore concilio*: In poetis frequens est hæc figura: Virg.

Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo.
Tale illud Martialis lib. 8. Epigram. 21.

Phosphore redde diem, quid gaudia nostra moraris?
Cæsare venturo, Phosphore redde diem.

Et alterum infra initio Controu. 30. Nunnesius noster hanc emendationem mirifice probabat, seque olim in extremo Seruij Centimetro restituisse ad me Barcinone scripsit, *Echoicum carmen*, pro *Heroico*: cum similis, inquit Seruius, est vltima syllaba præcedentis: vt

Exerces mentes fraternas gratia malen. leg.
Exercet mentes fraternas, grata malis.

Qui Ausonij vulgo esse putatur. Sed hunc Seruij locum in Nomenclatura antea emēdauit Iunius. Hoc genus carminis vulgo Leoninum vocant; quod fortasse corruptum ex *Echoum* aut *Echoicum*. Cur enim *Leoninum* vocetur? Quam ἐπανάληψιν, vt dixi & ἐπαναδίπλωσιν, Hermogenes vero κύκλον *Circulum* lib. 4. de Inuentione nominat. Tale illud Maronis 9. Æneid.

I nunc, & verbis virtutem illude superbis.
Et Horatij —— *esse pares res. Ridiculus mus*. Nominis *Leonini* rationem inuestigat. Cæsar Scaliger lib. 2. Poetices cap. 29.

Tu autem quousque] *& tu quousque*, Vat. cod. legit. Respexit initium Catilinariæ 1. *Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra?* Vt sup. quoque Suasoria 7. extrema.

IO. PETREIVS.

SVBSCRIBIMVS] *subscriptores* dicebantur qui principi accusationis adiungebantur, vt dum illæ subleuantur, hi agerent. Asconius in diuinationem. Dicit igitur filium, quasi præcipuum accusatorem fuisse.

Quam vos] fortassis *quam hunc*, vt respondeat illi. *Dignum te non putauit filius, cui diceret, Caue proditionem.*

Tanti & Imperatorem] cum interrogatione dicendum: & ab atrocitate facit incredibile.

Habet certum] non est hoc membrum respondens aduersatiuæ: propterea addendum, *Estque habetque* & melius fortasse, *haberetque*. sed illud est membrum respondens, *fuit tamen* &c.

Mutanda optio raptore conuicto. CONTROVERSIA XXIII.

LEX. *RAPTA RAPTORIS AVT MORTEM, AVT INDOTATAS NVPTIAS OPTET.* Thema. *Rapta producta, nuptias optauit. Qui dicebatur rapuisse, raptorem se negauit. Conuictus est. Illa optionem petit. Contradicitur.*

CONTRA RAPTAM, *Albutij Sili.* Præter quam quod in omni discrimine periculosa libertas est, meruit puella vt taceremus: misericors in nos etiam antequam rogaremus, fuit. inhumana libertas est, si vincimus aduersus iudices. Non oporter tibi amplius quam semel licete optare; omnis nimia potentia saluberrime breuitare cõstringirur. qui potest condẽnare, possit semel: qui potest occidere, possit semel: aut si qua iteratio recipi potest, in pænitentiam morris recipienda est. Proponire vobis iam supplicij faciem, carnificem, securim. alicui hoc semel licere, nimium est. exorata sum, conde gladium: irata sum, repeto optionem. & non semel mori satius est? occide iam non vitiatorem, sed virum. *Porcij Latronis.* Periculosius est negare taptum, quam commisisse. in hanc perturbationem adolescens perductus erat, vt ignoratet, quid fecisset: non refugiebat tamen puellæ nuptias. fauebat tantum sibi, vt innocens duceret. itaque nihil aliud petit quam libertatem, vt honestius duceret. Ita apud vos Iudices, tutius est peccare quam etubescere? Dignior pœna etat, si id peccasset, quod meminisse posset. Exsurge adolescens, & sine vllo respectu pudoris ad pedes te puellæ demitte: accedite & vos amici propinquique, & tu mater & pater: quid tu puella? ecquid te horum lacrimæ mouent? Non eo, inquit ad illum magistratum. non dissimulo, metuo te puella, si nusquam togari vis, nisi vbi occidere potest. Grauius punipr nunc, cum me peccasse pudet, quam cum peccaui. Quæ post iniuriam ignoscit, perdidit misericordiã. *Cestij Pij.* Venit ad vos, vestro beneficio retenturus puellæ beneficium. optauit nuptias: neque adhuc sciebat, quam verecundum maritum esset habitura. Raptorem dimisisti: virũ occides? aiebat iudex: Quid habes, quod tam pertinaciter neges, nuptias optat. minus est ergo quod vitiauit, quam quod negauit? *Q. Haterij.* non sum, inqnit opratura mortem, sed volo, mihi licere & mortem optare. quam potestas ista delectat, crudelis est. *Blandi.* Ergo nos iniuriam periculosius negauimus, quam fecimus. *Iunij Gallionis.* Quadam nocte. quid dicam? Non negare iam non audeo. Nox, vinum, error. quid irasceris puella? iam non negat. Non diligenter causa mea acta est. dum nihil timetis, facilius me puellæ credidistis. Confitẽdum est vitium nostrum. nos nuptiis fecimus moram. Siue adhuc esset vitiata, siue non esset, visa est indigna matrimonio, quæ hominem posset occidere. Tibi consulebam, ne dicereris vitiatori nupta. si per te licuisset, honestiorem maritũ habuisses. Tu negasti? O hominem impudentem: ita tu non ante magistratus tribunal, in conspectu populi, in medio foro clamitasti: Ego virginem rapui? Neminem habere tam obsequentem maritum potes: hic iam nihil negauit. *Varij Gemini.* Exponam vobis rerum otdinem, sic tanquam ab eo didicerim, qui quid fecerit, nescit. *Vibij Galli.* Vbi estis qui dicebatis: Nihil interest tua, Confitere, confitere: quia honestius putasti raprori nubere. Sit, inquit, mihi heres, si quis intra decem menses natus fuerit. * nunquid negat? Surge adolescens: dic, Rapui, vitiaui: incipe scire quod nescis: miraris si tibi non credit? multum est de quo timet.

PARS ALTERA. *P. Asprenatis.* Nescio vtro iudicio aduersarius fuerit imptobior: priore id egit ne quam omnino pœnam stupri penderet: hoc id agit, vt ipse optet, ex duobus à lege constitutis suppliciis, vtrum velir pendere. Fatetur enim impune se habere maluisse, quam ducere vxorem: vxorem ducere malle, quam mori. antea legem vitiationis euertere conatus est, nũc trãsferre vult, aduocatos rogat, iudices rogat, omnes potius quam vitiatam. Vtinam non hoc illum liberaret metu, quod iudicis sui nouit clementiam. nobis clamabat se innocentem: si quid peccasset, mori non recusare. Aderat raptori populus: nec quicquam magis suspectam faciebat vitiatæ causam, quã lenitas optionis. Si tibi iam de stupro tuo liquet, est quædam proxima innocentiæ verecundia, præbere se legibus: tu vero meruisti quidem morrem illa infitiatione. ignorasti an peccasses, innocens esse voluisti, causam haberes: reuertere ad partes puella, quandoquidem totiens iam rogas, quæ rogari ipsa debueras.

DIVISIO. *Latro* tres fecit quæstiones, an illa optio iusta fuerit. Non fuit, inquit, iusta: non enim constabat te raptotem esse. Nihil refert, inquit, an negauetit: erat.n. taptor, etiam ita si negabat, & iusta fuit optio. An si iniusta optio fuit, reuocari possit. Optio, inquit, semel puellæ datur: immutabilis est, semel emissa. Iudex quam tulit de reo tabellam, reuocare non potest. quæsitor non mutabit pronuntiationem suam. Nihil tam ciuile, tam vtile est, quam breuem potestatem esse, quæ magna est: si volet & alteram suam optionem reuocare, & deinde tertiam, nunquam constabit quid futurum sit: cum illa quod optauetit, possit sequenti semper optione tescindere. Tertiam fecit quæstionem, An si possit aliquãdo reuocari optio nunc debeat. Hæc defensio adolescentis, qui negauit se vitiasse. *Fuscus* & ordinem mutauit quæstionum, & numerum auxit: fecit enim primam quæstionem, An rapta non possit amplius optare quam semel. Potest, inquit. lex enim non adiecit, quotiens optet, sed ex quibus. Aut hoc, inquit, aut illud. Non adiicit, Neque amplius, quam semel. Contra ait: Lex iu-* bet te alterutrum optare. Tu hodie si mortem optaris, facies quod nunquam factum est: vtrumque optauetis. Etiam si non licet, inquit, amplius quam semel, & mortem oprabis & nuptias. Ego nondum optaui: optio est enim, quæ legitime fit: illa non est facta legitime. si prætor defuisset, nunquid optionem vocares? Si rapta defuisset? raptor non fuit. Non est illa optio: sermo est. An proximo

iudicio

iudicio confirmata sit optio. Rapta ait: Agebatur apud iudices, vtrum deberet raptæ esse optio: non iudicatum est raptam esse debere: rapta sit. Non, inquit puella: quæsitum est enim, an ego in raptorem ius haberem: iudicatum est habere me: vti debeo. Non possum ante legem habere, quam raptorem. Nouissimam quæstionem fecit æquitatis, An raptæ debeat esse optio. *Passienus* hanc vltimam partem sic diuidebat: An si adolescens malo aduersus puellam animo infitiatus est raptũ, vt nuptias effugeret, dignus sit qui iterum fortunam subeat optionis recusatæ. deinde, an malo animo fecerit. *Varius Geminus*: Vltimæ quæstioni vel parti, inquit, quid debeat fieri, quæritur. Duo hæc adiiciebat, quæ per se quæri putabat: An si puella pro certo adolescentis mortem optatura est, non debeat illi permitti optio, tam crudeliter vsuræ sua potestate. deinde, An mortem optatura sit. Quid est, inquit, quare velis optare, nisi quod nuptias non vis? Hoc non tantum patimur, sed rogamus.

COLOR. Color pro adolescente introductus est à Latrone talis, vt diceret, se ebriũ fuisse, & ignorare quid fecerit: hoc die magis credere de facto suo, quam scire: recusasse autem, nõ ne duceret vxorem, sed vt sua voluntate duceret: & iudices non audisse solicitos: faciles fuisse quasi de nuptiis ageretur. *Varius Geminus* raptam confessus est, & dixit, nihil tam contrarium esse adolescenti, quam etiã num negare: ne non tantum raptam, sed etiam iudicem offendat. *Cestius* nec Latronem secutus est dicentem, nescisse se, hodieque nescire: nec Varium Geminum confitentem se non rapuisse, apertius negauit. Virum, inquit, inuenire non poterat, Iudices. Tertiam sententiam secutus est. Si rapuit, indignum est puellam inuitam raptam esse: si non rapuit, nonne indignum est fieri illum maritum? *Silo Pompeius* dixit, adolescentem verecundum natura, & rustici pudoris, non sustinuisse confessionem. Non placebat Latroni color. Minus, inquit, ignoscetur illi, si scit se rapuisse, & sciens mentitus est. Contradicebat Silo. posse illi fidem fieri, aliquem nescire an rapuerit. *Hispanus Cornelius*: Non subducere illi, inquit, maritum volui, sed honestiorem dare. Digna est, inquit, tam misericors puella, quæ non videatur nupsisse raptori. *Hispo Romanus* ait, illos sodales qui ipsum impulerant, circumstetisse & dixisse: Non est hæc quam rapuisti. timuit, ne illi, quam rapuerat, faceret iniuriam. *Argentarius* dixit. Vellem mortem optasses. non esset hic raptor iudicatus. Non causa tua illũ premit, sed optio. Dum vnusquisque iudex dicit, quid habet quod tantopere recuset, putat de capite agi: & ipse ait, se non velle ducere vxorem, sed titulum recusare. Nempe victus ducet vxorem. Non est solicite de eo iudicandum, cui damnato gratulandum. *Silo* hoc colore vsus est: Confusum adolescentem subito, & tanto tumultu parum sibi constitisse: & negasse, quia perturbatus erat: perseuerasse, quia negauerat.

IN CONTROVERSIAM VIGESIMAMTERTIAM.

NICOLAVS FABER.

AGEBATVR *apud indices,*] Hæc corrupta esse nemo est qui nõ videat nec enim proximo iudicio agi potuit, vtrum raptę deberet esse optio, quam ei lex tribuit: sed an quæ educta fuerat, & ex lege raptarum optauerat, rapta fuisset. nam nisi rapta fuerit, ius optandi non habet. negabat autem raptam fuisse reus. Quare si quid audaciuscule tentare liceat, libenter scriberem, *Raptor ait. agebatur apud iudices vtrum raptæ esset optio: iudicatum raptæ esse. rapta sit. Non, inquit puella: quæsitum est enim,* &c. quare eum ait actum esse vtrum raptæ esset optio, id est, verũque quæ optauerat, rapta fuisset, vt ei optandi ius fuerit.

Nec Varium Geminum confitentem se non rapuisse:] At hoc negare est. & tamen supra Varius Geminus fassus est se rapuisse. remouenda igitur negatio, legendumque, *confitentem se rapuisse.* quæ autem deinde sequuntur, mutila sunt.

Se non velle ducere vxorem. In editione Romana negationem abstulerunt. Fortasse leuior erit mutatio, & aptior lectio, si legamus, *se non nolle vxorem ducere.*

SCHOTTVS.

BREVITATE *constringeretur*] Deesse aliquid putabat Petreius, additque *cautum est*: vel quid simile: sed huiusmodi accessione nihil hic opus est.

Senec.

Proponite vobis iam supplicij causam] Diuerse rectiusque in Epit: *Proponite vobis illam supplicij faciem, carnificem, securim. Hoc semel licere nimium est.* Ioan. quoque Petreius sagaciter loci vitium indagauit, legitque: *Proponite vobis iam supplicij faciem, carnificem: si cui tamen hoc semel liceret, nimium est.*

Si quis intra decem menses.] Postumus intra decem menses natus legitimus habetur, & heres fit: tot enim menses partui plerumque destinantur. Virgilius.

Matri longa decem tulerunt fastidia menses.

Sic Plautus Sticho, & Cistellaria: Cæcilius in Plotio, Pomponius in Hirnea, & Propertius. Gallus quoque Aquilins, postumos etiam nepotes ab auis institui posse sic ait: *Si filius meus viuo me morietur, tum si quis mihi ex eo nepos, siue quæ neptis post mortem meam in decem mensibus proximis, quibus filius meus morietur, natus nataque erit, hæredes sunto.* L. Gallus ff. de lib. & postum: —— Post X. menses natum Vlpianus ad legitimam hereditatem non admittit, in l. intestato ff. de suis & legit. heredit. Septimo etiam mense & nono vitalis partus hereditatem cernit: vt ex Hippocratis sententia Paullus I. C. respondit lib. nonodecimo Responsor. in l. Septimo. 12. ff. de Statu hom. & Diuus Pius Imp. apud Vlpianum in l. 3. ff. de suis & legit. hered. ex eodẽ Hippocrate de septimestri & octimestri partu Herodotus lib. vi. de Demarato Aristonis filio. Philo de Antiquit. Iu-

dæor. & Macrobius lib. 1. cap. vi. Somnii Scip. Tullia quoque Cicer. filia *ἑπταμηνιαῖον ἔτεκεν*. Cicero lib. x. ad Atticum. Octauo vero minime vitalis partus: de quo Aristoteles lib. vii. cap. iv. Histor. animal. & ex eo Plinius lib. vii. cap. v. Hippocrates de natura ferus, quamquam de auctore dubitat Galenus: Plutarchus lib. v. de placitis Philosoph. cap. xviii. Agellius l. iii. cap. xvi. Censorinus de die Natali, & Ausonius Eidyllio xii. Paullus quoque I.C. lib. iv. Sententiar. Tit. ix. ad S.C. Tertull. *Septimo*, inquit, *mense natus matri prodest: ratio enim Pythagorei numeri admittitur, vt septimo mense pleno & decimo partus maturior videatur.* De quo numero Cicero iii. de natura Deor. Macrobius lib. 1. Somnij, & Alexander Aphrodiseus siue Trallianus potius, vt Theodorus Gaza & Hieron. Mercurialis censent Problematis, & D. Augustinus apud Gratianum c. *Non obseruetis.* xxvi. qu. vii. Nouissime Iustin. Nouell. xxxix. De restitut. & ea quæ parit vndec. mense, impudicitiæ matronam arguit, quæ vndecimo post viri mortem mense peperit, & donatione ante nuptias à marito oblata, non tamen liberos, priuat. Sed ipsum Græce loquentem audiamos: *ἐπεὶ γὰρ ἐξήκοντος τοῦ ἔτους κατὰ τὸν ἑνδέκατον μῆνα παραινέσασα ἔτεκεν. ὥστε μὴ εἶναι δυνατὸν εἰπεῖν, ὡς ἐκ τοῦ τελευτήσαντος γένοιτο τὸ βρέφος. οὐ γὰρ εἰς τοσοῦτον ὁ κύησις ἐξετάζεται χρόνον. εἰκότως οἱ παῖδες μὲν τῷ θαυμαστῷ τῆς μητρὸς τοκετῷ μὴ βλαβέντες μένοι τὴν γονικὴν κληρονομίαν τοῦ πατρὸς ἄξιοι λαβεῖν δωρεὰν καὶ μὴ κερδαίνειν ὀφείλειν τὴν γυναῖκα παρὰ τοῦ ἀνδρὸς, ὃν οὕτω δῆλον ἐτίμησεν.*

Iudex quam tulit.] quia pronuntiata sententia iudex esse desinit. Vlpianus in l. Iudex. ff. de re iudic. legitur autem in Epitoma etiam scripta: *Iudex dat tabellam, reuocare sententiam quam tulit, non potest.* & *Quæsitor* malo, quam *Quæstor*. Virgil.

Quæsitor Minos, vrnam monet.

Permitti optio tam crudeliter vsura.] Aliter in veteri. *Non debeas illi permitti optare vsura sua potestate:* hoc est arbitratu suo.

Alia mitti timuit.] Videor in veteri illo legisse. *Alias mittis: timuit ne illi, quam rapuerit faceret iniuriam.* vt non de Rhetore, sed raptore adolescente fingantur dicta. Quid si legas, *alias mitis?* Ioan. Petreius non longe à veteri lectione abijt. *Aliam mitti. Timuit, ne illi, quam rapuerat, iniuriam faceret.*

GRVTERVS ET IVRETVS.

R*Euocare non potest, &c.*] Apuleius 1. Florid. *Tabella semel lecta, nec augeri littera vna nec minui potest.* & hoc quidem certe distat *sententia* ab *interlocutione*, quæ & corrigi & mutari potest l. quod iussit. ff. de re iudic. vide hac de re Cujacium Paratitl. in lib. 7. Cod. tit. 44. & Langlæum lib. 6. cap. 5. Ocij Semest.

Optio est enim quæ legitime fit.] Pluribus hæc explicat P. Faber lib. 2. Semest. cap. 22.

IO. PETREIVS.

P*Ræterquam.*] ex aliquo membro præcedente hoc videtur detruncatum, nec cum sequentibus continuandum.

Si vincimus.] hoc etiam abscissum est: videtur autem velle, si vincimos aduersus iudices, quorum sententia conuicti sumus.

Constringeretur.] videtur supplendom, *cautum est*, aut quid simile.

Proponite vobis.] hunc locum sic licet emendare: *Proponite vobis iam supplicij facem, carnificem. Si cui tamen hoc semel liceret, nimium est.* Quæ sequuntur autem, videntur quasi per Prosopopœiam dicta, id est, si hoc ita fiat, vt singulis momentis liceat illi optare, nonne vobis indignum videtur?

Quid te.] melius, *Ecquid te puella hæc? ecquid te horum &c.* ἐπιδεικτικῶς matrem designat.

Alia lege.] *à lege* fortassis: neque enim alia lex est, qua nunc indicatur: Vel, *alia lege*, quam qua conuictus est.

Caussam haberes.] fortasse supplendum, *cum malam causam haberes.*

An illa interrogatio.] *optio* legendum. Nam de optione est triplex quæstio, an iustum fuerit optare illius nuptias, cum nondum constaret esse raptorem: Et si iniustum fuit, an possit mutari: Et si mutari possit aliquando, an nunc debeat.

Sed ex quibus.] Sic hæc distinguenda: Potest, inquit, lex enim non adijcit quoties, sed ex quibus, aut hoc, inquit, aut illud non adijcit, neque amplius quam semel.

An proximo.] hic locus sic videtur emendandus, *Rapta, ait, non agebatur apud iudices vtrum deberes rapta esse optio, non iudicatum est raptæ esse debere, sed quod rapta sit: Si rapta diceret, quod in illo iudicio agebatur de optione, quomodo postea non iudicaretur de illo, sed tantum modo an rapta fuisset.*

Vltimæ quæstioni.] Sic videtur emendandum, *vltimæ quæstioni vel parti, in qua quid debeat fieri quæritur, duo hæc adijciebat.*

Se non rapuisse.] melius *sed.*

Posse vlli.] *nulli*, plane legendum est.

Aliam mitti.] sic videtur emendandum: *aliam mitti timuit, ne illi quam rapuerat iniuriam faceret.*

Putet de capite.] vel legendum cum interrogatione *putat de capite agi*, vel, *ne putet.*

Se non velle.] detrahendum *non*: vt dicatur se velle ducere vxorem, sed non nomine raptoris.

M. ANNÆI

M. ANNÆI SENECÆ CONTROVERSIARVM

LIBER QVARTVS.

[Vulgo Nonus.]

IAM videbar promiſſum meum impleſſe. Circumſpiciebam tamen, nunquid me præteriret. Vltro Votieni Moptani mentionē intuliſtis: & velim vos ſubiode aliqua nomina mihi offerte, quibus aduocetur memoria: quæ quando ſenilis per ſe marcet, admonita, & aliquando laceſſita, facile ſe colliget. *Montanus Votienus* adeo nunquam oſtentatioois declamauit cauſa, vt ne exercitatus quidem declamauerit. Rationem quærenti mihi ait: Vtram vis? honeſtam, an veram? Si honeſtam, ne male aſſueſcam. Qui declamationem parat, ſcribit non vt viocat, ſed vt placeat. Omnia itaque lenocinia ita conquirit: argumentationes quia moleſtæ ſunt, & minimum habent floris, relinquit: ſententiis explicationibuſque audienteis delinire contentus eſt. Cupit enim ſe approbate, non cauſam. Sequitur autem hoc vſque in forum declamatores vitium, vt neceſſaria deſerant, dum ſpecioſa ſectātur. Accedit etiam illud, quod aduerſarios quamuis fatuos fingunt, reſpondent illis & quæ volunt, & cum volunt. Pręterea nihil eſt quod errorem aliquo damno caſtiget: ſtultitia eorum gratuita eſt. Vix itaque in foro futurus periculoſus ſtupor diſcuti poteſt: qui creuit, dum tutus eſt. Quid, qood laudationibus crebris ſuſtinētur, & memoria illorum aſſueuit certis interuallis quieſcere? Cum ventū eſt in forum, & deſiit illos ad omnem geſtum plauſus excipere, aut deficiunt, aut labant. Adiice nunc, qood ab aliis nullius interuētu excutitur. Nemo ridet, nemo ex induſtria obloquitur: familiares ſunt omniom vultus. In foro, vt nihil aliud, ipſum illos forum turbat: hoc quod vulgo narratur an verum ſit, tu melius potes ſcire. Declamatotiæ virtutis *Latronem Porcium* vnicum exēplum, cum pro reo in Hiſpania Ruſtico Porcio propinquo ſuo diceret, vſque eo eſſe confuſum, vt à ſolœciſmo inciperet: nec ante potuiſſe confirmari, tectum ac parietes deſiderantem, quam impetrauit vt iudicium ex foro in baſilicam transferretur. Vſque eo ingenia iu ſcholaſticis exercitationibus delicate nutriuntur, vt clamorem, ſilētium, riſum, cælum denique pati neſciant. Non eſt autem vtilis exercitatio, niſi quę operi ſimillima eſt illi ad quod exercet: itaqoe dutior ſolet eſſe vero certamine. Gladiatores grauioribus armis diſcunt quā pugnant: diutius illos magiſter armatos quam aduerſarius ſuſtinet. Luctantes binos ſimul ac ternos fatigant, vt facilius ſingulis reſiſtant. Curſores quod intra exiguum ſpatium de velocitate eorum iudicetur, id ſæpe in exetcitatione decurrunt, quod ſemel decurſuri ſunt in certamine. Multiplicatur ex induſtria labur, quo condiſcimus, vt leuetur quo decernimus. In ſcholaſticis declamationibus contra euenit: omnia molliora, & ſolutiora ſunt. in foro partem accipiunt, in ſchola eligunt: illie iudici blandiuntur, hic inſeruiont: illic inter fremitum circumſonantis turbæ intendendus animus eſt, vox ad aures iudicis perferenda eſt: hic ex vultu dicentis pendent omninm vultus. Itaque velut ex vmbroſo & obſcuro prodeuntes loco, clatæ lucis fulgor obcæcat: ſic iſtos à ſcholis in forū tranſeuntes, omnia tanquam noua & inuſitata perturbant: nec ante in oratorem corroborantur, quam multis perdomiti contumeliis, puerilem animum ſcholaſticis deliciis languidum vero labore durarunt. *Lepidus*, vir egregius, & qui declamatorio non ſtudio. **

IN PRÆFATIONEM LIB. IV. CONTROVERSIARVM,

NICOLAVS FABER.

VT *ne exercitatus quidem*] Quid ſi *vt ne exercitationis quidem declamauerit*, legamus.

Qui declamationem parat,] Corrupram illam declamandi rationem eleganter expreſſerunt Petronius Arbiter initio ſuorum fragmentorum, Quinctilianus cap. XI. lib. II. & cap. V. lib. X. in quo etiam Porcij exemplum, quod hie narratur, recitat: item Tacitus dialogo de oratoribus, & Plinius epiſt. XIV. lib. II. Mirot tamen cur Plinius dixerit illam corruptionem à Licinio Largo originem ſumpſiſſe, qui ſub Claudio vixit, quo tempure in foro viguit Domitius Afer: cum ex his libris appareat ſub Auguſto & populum admiſiſſe declamatores, & à puritate illa qua ſob Cicerone fuit, iam tum illud ſtudium plurimum deflexiſſe.

Laudationibus crebris] Declamātibus enim ad finem cuiuſque clauſulæ ab auditoribus vt plurimum vel recta cœna, vel ſportula redemptis acclamabatur, EVGE, BELLE, O HOMINEM LITTERATVM, ϕET SOPHOS: nec declamantibus ſolum verum etiam recitantibus ſua ſcripta, atque orantibus in foro patronis: ſed his parcius & modeſtius. vt præter auctores proxime præcedenti notatione à nobis memoratos probant Horatius epiſt. XIX. lib. I. Perſius Satyra I.

Martialis li. III. & VIII. & L. Seneca epist. lxxxix. Insignis eius tei locus apud Tertullianum contra Valentinianos. *In Esclis*, scribit ille, *Carthaginensibus fuit rigidissimus Rhetor Latinus Phosphorus nomine: cum virum fortem peroraret, Venio, inquit, ad vos, optimi ciues, de prælio cum victoria mea, cum felicitate vestra ampliatus, gloriosus, fortunatus, maximus, triumphalis. & Scholastici statim familiæ Phosphori φεῦ acclamant.*

Non est autem vtilis exercitatio,] Ita Quinctilianus declamationibus ad veritatē accomodatis adolescentem exerceri præcipit subditque: *tum causas vel easdem quas agi audierit. stilo & ipse componat. vel alias veras modo, & vtrumque tractet: & quod in gladiatoribus fieri videmus, tetiariis exerceatur, vt fecisse Brutum diximus pro Milone.* Qoid sit tetiatiis exerceri, vt hanc mendam eximam, quemadmodum Brutus pro Milone fecit, nemo ctedo dicet. Nā quod hoc loco de tetiatiis & mirmilonibus narrant, ἀπροσδιόνυσον est. corruptum locum docent vetera exemplaria, quæ *derectoriis*, vel *de Rhetoricis* scriptum exhibent. Melius fortasse legemus, *decretoriis exerceatur* id est, seriis, & ad verum certamen aptis, quibus lusoria arma opponuntur. L. Seneca epist. cxvII. *Remoue ista lusoria arma: decretoriis opus est.* Idem illud vocabulum apud eundem Quinctilianum, cap. v. li. vI. corruptum extat. quo loci hæc habentur, *pugnamque illam decertatoriam imperitis ac pullata turbæ relinquūt.* Legendum enim, vt in manuscriptis, & antiquis editionibus, *decretoriam illam pugnam*, id est, vetam & seriam.

Lepidus, vir egregius,] M. Lepidum accipio præceptorem Neronis Drusi, quem in præfat. lib. x. cum Scauto declamasse, & C. Tacitus lib. II. Cn. Pisoni cædis Germanici teo adfuisse tradunt.

SCHOTTVS.

M*EMORIA senilis marcet per se*] multa in hanc sententiam queritur, prima Præfat. Seneca & apud Liuium Licinius Caluus lib. v. ab V. C.

Vt ne exercitatus] Quid si *excitatus*. mox *honestam rationem* videtur vocare, quam inf. *Speciosam*, post paullo quas *Explicationes* vocat? Dilationes credo, & excessus aut Locos esse.

Vt iudicium ex foro in Basilicam] Eadem Fabius lib. x. cap. v. extrem. *Quemadmodum forensibus certaminibus exercitatos, & quasi militantes reficit ac reparat hac velut sagina dicendi; sic adolescentes non debent nimium in falsa rerum imagine detineri, & inanibus simulacris: vsque adeo vt difficile ab his digressis, sit assuefacere, ne ab illa, in qua prope consenuerint, vmbra, vera discrimina velut quemdam solem reformident. Quod accidisse etiam Porcio Latroni, qui primus clari nominis professor fuit, traditur. vt cum is summam in scholis obtinenti, caussa in foro esset oranda, impense petierit vt subsellia in basilicam transferrentur.* De his in vmbra educatis Ἐσκιατραφηκόσιν Declamatoribus vide Præfationem lib. III. Controu. & Fabium lib. XII. cap. x. ex Bruto Ciceronis.

Luctanter binos simul ac ternos] In veteri *luncta thenas binor* legitur: quæ licet non probem, fidei tamen liberandæ adscribere placuit. fortasse leg. *Lucta Athenis binos simul ac ternos fatigauit*: de quo velim eruditiores iudicent. Infra vero, *Declamatorio non studio.* Sic Tacitus, siue is Quinctiliani est De Oratoribus, *Non forensibus tamen negotiis, & Declamatorio studio ingenia vestra exercetis.*

Cimon ingratus Calliæ. CONTROVERSIA XXIV.

LEX. *ADVLTERVM CVM ADVLTERA QVI DEPREHENDERIT, DVM VTRVMQVE INTERFICIAT, SINE FRAVDE SIT. INGRATI SIT ACTIO.*

Thema. *Miltiades peculatus damnatus, in carcere alligatus decessit. Cimon filius eius vt eum sepeliret, vicarium se pro corpore patris dedit. Callias sordide diues natus, redemit eum à Republica & pecuniam soluit. eique filiam suam collocauit, quam ille deprehensam in adulterio, deprecante patre occidit. Ingrati reus est.*

PRO CIMONE. *Albutij Sili.* Non me mouet periculum meum. semper nos in malis nostris non fortunam sed causam spectauimus. Non dubito, quin Callias redempturus Miltiadem, si iam habuisset filiam nubilem. *Musa.* Aliud alius pati non potest. mihi adulterium carcer est. *Arellij Fusci Patris.* Nihil, inquit, filiæ plus possum dare quam Cimonem virum. quando mihi contingent ex eo nepotes? Ferrum à lege mihi traditum, ad vindictam pudicitiæ, proiiciam? Perdidisti pecuniam Callias, si tales soluisti manus. Damnatus peculatus, nihil aliud heredi suo relinquit, quam se patrem. *Cestij Pij.* Non potest generosus animus contumeliam pati. Merito tu ex Cimone nepotes habere concupisti. Quid magis in me probasti quam carcerem? non sum innocētior quam pater: ne felicior quidem. Hoc vnum interest inter patentis & filij fortunam, quod illius calamitatum exitus fuit carcer, mearum initium. Exponam vobis, quam in neminem meorum ingratus sim. Vnus Miltiadis census inuentus est Cimon filius: nec hic quidem quicquam habuit, quod dare pro patre præter seipsum posset. In Cynegyri domo sperare nuptias poteram, in Callimachi. nec verebar, ne Cynegyrus pluris suas æstimaret manus. Redemptus Cimon redemptoris felicitas est. *Votieni Montani.* Faciam dicat, non accepi beneficium. alter reddidit. Certe beneficium reddam, cum tam honestum desideraris quam dedisti. Ego adulteros dimittam? quid aliud facerem, si adhuc alligatas haberem manus? egit me attonitum dolor. Non mehercule sic exorasset Miltiades pater. Nihil Calliæ debeo, nisi liber sim. Est vir egregius Callias, est misericors: sed vtinam tantum aduersus bonos. Maior iniuria est, si nunc manus Cimonis alligantur, quam fuit beneficium quo tunc solutæ sunt. Non iste iniquiore animo filiam amisit, quam ego vxorem: sed æquiore animo impudicam pati voluit. Vis diuitias tuas abscondere, cum in eos inciderint qui mendicitate censentur? Nihil habet

domus

domus nostra melius quod ostendat, quam paupertatem. Da pecuniam Miltiadi, qua damnationem luat, nocens erit: da Cimoni qua patrem redimat, pius nõ erit. *Vibij Galli.* Nullo mihi felicior videor, quam quod Miltiadis pretium fui. Alligatus iacebat Persicæ potentiæ vindex, libertatis publicæ assertor. alligatus iacebat crimen ingratæ ciuitatis. Adulteram dimittam patri? adulteram, cui non tam glorior, quod filius sim Miltiadis, quam quod vicarius. Quid: tu pœnam putas pro Miltiade alligari? Si adulterum solum occidero, exulandum est. quid faciam? non occidam, plus quam præstitisti exigis: pro carcere exilium. Neutrum occidam, plus quam præstitisti exigis. vnum beneficiũ dedisti: duo petis. Magnum vterque beneficium, dum datis, recepistis. Cimon, quod Miltiadem redemit: tu, quod Cimonem. Videbatur mihi omnis maiorum meorum circa me turba fremere dicentium: Vbi sunt illæ manus quæ soluere Miltiadem? Non mihi occurrit indulgentia vxoris: non Callias socer: nõ vllius aut rei, aut beneficij memoria: feci quod soleo, nihil aliud aspexi quam patrem. *Mentonis.* Cogita adulteros esse pro quibus rogas, cogita qualium misereri soleas. Turpe est, ab eodem dimitti & adulteros & Cimonem. Ego sum, qui referre gratiam ne mortuis quidẽ desino. Ita mihi veros habere liberos contingat. quod quantum sit Miltiades expertus est. *Porcij Latronis.* Ego adulteros dimittam? ardet cupiditate vindictæ animus. Has manus continere non posset Miltiades, quas alligare potuit. Si in hoc solutus sum, redde me carceri. Ille Græciæ seruator, & Persarũ vindex, Orientisque domitor, cui modo tam insignem triumphum fortuna de hoste detulerat, damnatus est peculatus, ob hoc videlicet ipsum, vt innocẽtia eius, quæ alioquin latere potuerat, ipsa damnatione ostenderetur. damnatus est innocens. Quis in ciuitate misericors est? nunc occasio misericordiæ venit. Miltiades redimendus est. Redemi corpus tuum, Miltiade, ne funeri quidem interfuturus, in quod meipsum impenderem. Misereor accusatoris mei, non quia perdidit filiam, sed quia habuit. Dignus erat Callias habere tales, quales redemit. Quod si me in hanc stuprorum patientiam redemisti, matrimonio carcerem præfero. Honestius patri alligor, quam adultero soluor. Vt audiui esse qui pecuniam numeraret, miratus sum fuisse in ciuitate nostra quenquam, qui Cimonem redimere quam Miltiadem maluisset. Ego ne patrem quidem meum, nisi innocens fuisset, redemissem. *Blandi.* Obiiciat licet vincula: nunquam tamen efficiet, vt non magis carcere glorier quã matrimonio. Diuersi sunt hominum affectus. tu fortasse Callia vincula ferre nõ potes: ego adulteram vxorem. Effugient ergo adulteri, tanquam alligatas Cimonis manus? *Argentarij.* Redemptum me protinus appellare cœpit de filiæ nuptiis. Statim, inquam, Callias experitur an gratus sim: habe filiam sine Cimone. pro vna rogat, duos eripit. *Fuluij Sparsi.* Die nunc, Ego te carcere exemi dum ego respõdeam, Ego me carceri tradidi. Nunquam effici poterit, vt melius actũ putem quod à Callia redemptus sum, quam quod pro Miltiade alligatus. Filia tua abstulit tibi generũ Cimonem. Ductus est pater meus in carcerem, etiamnum captiuis suis plenum. *Iunij Gallionis.* Beneficium, inquit, tibi dedi, quod filiam tibi collocaui. Nunc vero Miltiade grauiorem fortunam carcere sustines. Callias tecum communicare dignatus est. Ego me redemptum putabam, filiæ istius emptus sum. Steterunt ante oculos meos maiorum imagines, immissusque sede sua Miltiades, maiestate imperatoria refulsit, & iterum meas inuocauit manus, *Iunij Bassi.* Calliæ filiam vxorem duxi. hanc tibi pater iniuriã feci, dum ingratus esse nolo. Placeas tibi licet, & istas iactes diuitias: tantidem tamen redemi patrem, quanti à te redemptus sum.

Divisio. *Latro* in has quæstiones diuisit: An quisquis gratiam non retulit, cum possit, ingrati teneatur. Multa, inquit, interueniunt, propter quæ non debeam facere, etiam si possim. Si non tenetur, quisquis non retulit gratiam, cum posset, an hic teneatur. Hoc in hæc diuisit. An possit ob id damnari, quod lege fecit: deinde, an facere debuerit. Nouissime, an si affectu & indignatione ablatus, non fuit in sua potestate, ignoscendum illi sit. Hoc non tanquam quæstionem, sed, vt illi mos erat, pro tractatione aut loco. *Montanus Votienus* quæstionem hanc adiecit: An gratiã retulerit Cimon Calliæ, Tuli, inquit, filiam tuam vxorem: filia tua Miltiadis nurus facta est. non putas beneficium, habere cõmunes cum Miltiade nepotes? *Gallio* illam quæstionem duram inuit, sed diligenter executus est, quæ solet esse in ingrati Controuersiis prima, an beneficium acceperit. Non erat, inquit, mihi pœna in carcere esse. mea voluntate illo perueneram. ita me putas libentius in cubiculo iacuisse? Nullus tum erat locus Athenis honestior, quã qui Miltiadem habuerat. Deinde & illam subiunxit quæstionem, An teneatur is qui beneficium acceperit, quod nõ petiit. Non rogaui, inquit, te. dedisti istud iactationi tuæ putasti ad gloriam tuam pertinere. ita tu non accepisses beneficium, si tibi soluere Miltiadem contigisset? *Silo Pompeius* à parte Calliæ duo beneficia dixit se dedisse, quod redemisset, & quod egenti filiam collocasset. hoc quod secundum posuit, nemo alius pro beneficio imputauit, in quo adeo non est dubium an beneficium non dederit, vt dubium sit an acceperit. *Niger Brutidius* illas præterea quæstiones fecit, An si sua causa fecit hoc Callias, vt redimeret Cimonem, an sit beneficium. Beneficium enim est, inquit, quod totum eius causa præstatur, in quem confertur. Vbi aliquis ex eo aut sperat quid, aut præparat, non est beneficium, sed consiliũ, & diu executus est, & argumentis, & exemplis. Deinde, an sua causa fecerit Callias. Voluisti, inquit, opinionẽ sordium illustri facto effugere. petisti ex hoc æternam memoriam. Non magis poterat ignotum esse, à quo Cimon solutus esset, quam pro quo alligatus. Voluisti habere generum nobilẽ, pium. *Hispo Romanus* duram quæstionem fecit: An retulerit gratiam hoc ipso quod occidit. Liberaui, inquit, te dedecore summo, inuito tibi beneficium dedi. non est quod mireris. Nam & metu non rogantem redemisti. Hoc loco commemorauit illos patres, qui filias vitiatas occiderunt, qui incluserunt.

Color. *Celsi & Gallioni & Latroni & Montano* placuit, vt nihil in Calliam diceretur cõtumeliose, & redemptorem, & socerum, & infelicem. *Cestius* multa in auarum & in fœneratorem, & mensularium, & lenonẽ dixit, dum vult illud probare, reddidisse se beneficium, quod talem socerum habere

sustinuisset. *Latro* dixit: Filiam tuam dimittam. quid adultero faciam? pro vno togas, duos eripis. Hanc *Hybreas* aliter dixit sententiam: σὺ δ', μοιχέ, τί ποιῶν, μὴ καὶ σὺ καλλίας ταύτης ἴδῃς. Hæc tota diuersa sententia est à priore, etiamsi ex eadem est petita materia. Illa non est similis, sed eadem, quam dixit prior *Addeus* rhetor, ex Asianis non proiecti nominis: deinde *Arellius Fuscus*: ἀχάριστον σοὶ δοκῶ, Καλλία, ὃς οὐδὲν σοῦ μοι τὸ χάριν ἔδωκας ἰδεῖν. Hanc sic tractauit *Arellius Fuscus*: Non dices me Callia ingratum: vnde redemeris, cogita. Memini deinde Fuscum cum hæc à discipulis sententia ei obiiceretur, non infitiari, transtulisse se eam in Latinum, & aiebat non commendationis se id, aut furti, sed exercitationis causa facere. Do, inquit, operam, vt cum optimis sententiis certem: nec illas corrumpere conor, sed vincere. Tum deinde retulit quandam Thucydidis sententiam: δειναὶ γὰρ αἱ εὐπραξίαι συγκρύψαι, καὶ συσκιάσαι τὰ ἑκάστων ἁμαρτήματα. deinde Sallustianam, *Res secundæ mire sunt vitiis obtentui*. cum sit præcipua in Thucydide virtus breuitatis: hac eum Sallustius vicit, & in suis illum castris cæcidit. Nam in sententia Græca tam breui habes, quæ saluo sensu detrahas. deme vel συγκρύψαι, vel συσκιάσαι. deme ἑκάστων. constabit sensus, etiam si non æque comptus, æque tamen integer. At ex Sallustij sententia nihil demi sine detrimento sensus potest. T. autẽ Liuius tam iniquus Sallustio fuit, vt hanc ipsam sententiam & tanquam translatam, & tanquã corruptam dum trãsfertur, obiiceret Sallustio. Nec hoc amore Thucydidis facit, vt illum præferat, laudat, quem non timet: & facilius putat posse à se Sallustium vinci, si ante à Thucydide vincatur. *Cestius* colorem hunc pro Callia habuit, obiecit vltro Cimoni, quod passus esset vxorem suam adulteram fieri, quod non custodisset, quod expectasset dum superueniret pater, vt spectator calamitatis suæ fieret: Iam, inquit, etiam si dimiseris, ingratus es. ego non expectaueram dum rogaret. *Hispo Romanus* hunc colorem secutus est, & dixit adolescentem tumidum, & nobilitatis suæ cogitatione insolentem, inuisa habuisse beneficia sua, moleste ferentem socerum suum dici Calliam. Item omnem operam dedisse, vt mores puellæ in vitia non tantum labi pateretur, sed ipse impelleret, vt haberet iustam dimittendi caussam. Nactum eam occasionem intermisisse, sed expectasse etiam dum superueniret pater: hoc se cogitasse, Expectat me: vult mecum pares rationes facere. fecisset. si non ostendisset patri adulteram filiam. *Gorgonius* in hac Controuersia fœdo genere cacozeliæ vsus, dixit: Istud publicum adulterium est, sub Miltiadis trophæis concumbere. *Dorion* cum descripsisset gloriæ sibi fuisse carcerem, nunquam non se illam fortunam ostentasse, dixit: ὅτ' οὐκ ἦλθεν Καλλίας, ταῖς πέδαις ἀπηγχόνισα, *Hybreas* dixit: συγγνώμην ἔχω μοι.

IN CONTROVERSIAM VIGESIMAMQVARTAM.

NICOLAVS FABER.

MILTIADES *peculatus damnatus*,] Contra historiã hoc thema: Callias enim Cimonem à Repub. redemit non data ei filia, sed eius accepta sorore Elpinice. Plutarchus & Probus.

Ne felicior] Veteres editiones repræsentant sequentem lectionem, *nec licitor qua licitor quidem*.

Cynegyrus Scribe, *Cynægyrus*, Græce Κυναίγειρος. de quo Herodotus li. vi.

Vis diuitias tuas abscondere.] Suspicor mendum esse in verbo *abscondere*, legendumque *ostendere*, vel *ostentare*. videtur enim hoc dicere, ita tu mihi diuitias, quas cum filia dedisti, ostentas & imputas, cum nulla te quam paupertate clarior sim. Nihil assero.

An teneatur is qui beneficium accepit, quod non petiuit.] Id est, quod is qui dedit sua, non eius cui dedit, causa contulit. Nam qui beneficium non petenti dedit, eius tamen cui dedit causa, duplici nomine eum adstringit, nempe quia accepit, & quia rogãdi necessitate liberauit. De hac autem quæstione & illa quæ à Brutidio infra mota est, L. Seneca cap. xii. & sequentib. lib. vi. de beneficiis.

Dedisti illud iactationi tuæ,] Hoc est quod L. Seneca dicit, *morbo suo morem gessit, ambitioni dedit*.

Tum deinde retulit quandam Thucydidis sententiam.] Hæc Græca ab optimo P. Pithœi codice suppleuimus, quæ etiam Lud. Carrio in doctis suis & laboriosis lectionibus antiquis suos codices ex parte habuisse notauit: frustra tamen in iis quæ Thucydidis supersunt, quærentur, vt ἁμάρτημα prodigiosæ memoriæ senis videatur. Apud Demosthenem extant duobus locis, nẽpe Olynth. II. & in orat. ad epist. Philippi, nisi quod in hac loco horum verborum, τὰ ἑκάστων ἁμαρτήματα, habetur τὰς ἁμαρτίας τῶν ἀνθρώπων in illa vero τὰ τοιαῦτα ὀνείδη. Et fortasse à Thucydide præclaram sententiam ex quodam opere quod interciderit, sumptam pauculis immutatis, mutuari summus oratorum potuit. Sallustij autem sententia in Marci Lepidi oratione inter fragmẽta Sallustiana reperietur. Nec enim verisimile est Liuium tentasse Sallustium cum Demosthene componere, à quo vt studio, ita dicendi genere toto cœlo distat: aut in insigni fabula tam crasse impegisse Senecã, vt pro Thucydidis loco à Liuio collato locum Demosthenis sumpserit. Reliqua quæ in huius Controuersiæ fine Græca sunt à Vialartio accepimus.

SCHOTTVS.

M*iltiades peculatus damnatus*] *Miltiades* quinq. syllabis constanter scriptum repperi à librario, qui de *Militia* nescio quid somniaret. Græcis est Μιλτιάδης. Varij autẽ varie narrant: vt vel alios ipse legerit Seneca, vel declamatores ipsi, aut certe arbitratu suo thesin finxerint. Narrant enim accusatum Athenis Miltiadẽ proditionis, à Xantippo, quod Parũ insulam, cum expugnare potuisset, à rege Persarum corruptus, obsidione soluisset. Capitis igitur absolutum, lite æstimata, quantus

quantus in claſſem ſumptus factus erat, pecunia quinquaginta Talentorum multatum: cumque ſoluendo non eſſet, in vinculis vitam finiiſſe: filium etiam Cimonem in eadem vincula, donec ſolueret; compactum. Ei ſoror erat Elpinice, quam ſi ducere ſibi Cimon permitteret, Callias non tam generoſus, quam pecunioſus, pecuniam ſe ſoluturū promiſit. Sic Plutarchus & fere Herodotus libr. vi. extrem. & Corn. Nepos, qui vulgo Æmilius Probus. Iuſtinus vero, Miltiadē ob crimē peculatus, vt noſter quoque Seneca in carcerem coniectum, ibique defunctum. Cimonem autem trāſlatis in ſe vinculis ad ſepulturam eum redemiſſe. Sic ille li. 2. extremo, & Valerius lib. 5. cap. 3. & 4. Herodotos ὑπ' Ἀθηναίων ἀπάτης εἵνεκα accuſatum ait Miltiadem, & quinquaginta talenta à Callia accepta ſoluiſſe Cimonem. Quæ cum ita ſint, male Lambinus Probi interpres, *ſexaginta Talenta* numerat. Solus, quod ſciam, Seneca Calliam ſocerum Cimonis facit, non Elpinices ſororis Cimonis maritū, forte quod caſtas iuuentutis aures in ſcholis ſe offenſurum putaret. Athenis quidem licebat cum conſanguinea ſorore, non tamen germana contrahere, vt Muretus docet lib. 7. cap. 1. & lib. 15. cap. 5. Variar. Lectionum. Turnebus quoque lib. 18. Aduerſar. cap. 13. à quibus diſcedit elegantis vir ingenij Ioan. à Vvouruer. Notis eruditis ad M. Minucij Felicis Octauium.

Callias ſordide diues natus] Recte Pintianus, *Callias diues ſordide natus*, vt & Cotar. lib. præfert, & Nepos Cornelius in Cimone, *Non tam generoſus quam pecunioſus.*

Nec licetor qua licetor quidem] Romæ editur: *ne feliciter quidem.* Petreius longius à veteri, vulgarique ſcriptura: *nec infelicior, quamquam infelicior quidem.* In veteri: *Nec licetor, quam licetor quidem*, pro, non emo filiam tuam, hac ſtipulatione, vt adulterum domi viderem. Propius autem abeſt vox *felicior*, verum ea religio animum meum inceſſit, nihil vt temere immutandum putem. Vel *licetor* παθητικῶς accipio, pro licitatori ſubiicior: negat Cimon ſe venundari, ne quidem ea pecunia, quam pro redemptione Callias dederat: quod impudicam filiam nuptum ſibi dediſſet. Ceteroquin ἐνεργητικῶς Cicero 3. Offic. *Non licitatorem venditor, nec qui contra liceatur, emptor apponet.* Perſius quoque.

Et centum Græcos curto centuſſe licetur.

Vnus Miltiadis cenſus] Sic de hoc ipſo Valerius li. v. *Hanc hereditatem paternam, maximi ducis filius, & futurus ipſe ætatis ſuæ dux maximus, ſolum ſe creuiſſe* (ſic enim in vet. lib. legitur) *catenas ſcilicet & carcerem gloriari potuit.* De Cynægito & Callimacho ſup. Suaſor. v. & Plutarch. parall. minorib. initio.

Sed vtinam tantum] Negationē addit Petreius, *non tantum.* Sed in veteri longe alia eſt interpunctio.

Quam paupertatem] De qua ſup. Contro. vi. *Vindex* autem libertatis aſſertor: vnde I. Ctis *Liberali cauſſa manu aſſerere.* Et Virginius Rufus ſepulchro ſuo inſcribi iuſſit.

Hic ſitus eſt Rufus, pulſo qui vindice quondam
Imperium aſſeruit, non ſibi, ſed patriæ.

Plinius lib. ix. Epiſt. xix.

Si adulterum ſolum dimitterem] *Occiderem* erat in vett. libris, tueor tamen vulgarem. Lex enim Iulia de adult. qui adulterum domi ſuæ deprehenſum dimiſiſſet, vxoremve adulteram retineret, vt lenocinij reum, eadem, qua & adulterum, pœna coercebat, hoc eſt, in inſulam relegabat: nam occidere vtrumque corpus, dum incontinenti id fieret, impune olim licuiſſe ſup. docui. Veram videri hanc coniecturam paret ex Vlpiano in l. 29. ff de adul. & l. 2. C. eod. Et ex Paullo li. 2. Sentētiar. Tit. 27 & l. Auxilium: ff. de minorib. l. 3. § Sed etſi. ff. de accuſationib. De Claudio quodam Gorgo, idem Vlpianus in l. 2. ff ad l. Iul. de adult.

Perſarum vindex] Sup. *Iacebat Perſicæ potentiæ vindex, libertatis publicæ aſſertor, iacebat nomen ingratæ ciuitatis*, & in baſi Hermiæ Miltiadis, cuius mihi exemplum oſtendit vir clariſſ. Anton. Auguſtinus.

Qui Perſas bello vicit, Marathonis in armis,
Ciuibus ingratis, & patria interiit.
Πάντες Μιλτιάδη τοῦτ' ἔργα ἴσασιν,
Πέρσαι καὶ Μαραθὼν σῆς ἀρετῆς τέμενος.

Habes Calliam] *habe filiam* Romæ editur. *Habes en Calliam*, lego ex illa ſcriptura *m Calliam*: hoc eſt, deſiniit eſſe Callias Cimonis ſocer. Petreius in ſenſu eruendo, cetera non indiligens, hic laborat, neque ſe expedire poſſe hunc nodum fatetur.

Pro vno rogat, duos eripit] Inf. legitur, *pro vno rogat, duos eripit*, in Latronis ſermone, vt de filia eiuſque mœcho loquatur. Quomodo & hic leg. cenſeo.

Ductus eſt pater meus in carcerem, &c.] Indignum ſemper eſt iudicatum, vt quo hoſtes ipſi duces victoria potiti alios coniecerant, eodem ducerentur: & inhumanum eas manus vinculis alligari, quæ hoſtem cecidiſſent, patriamque ſeruaſſent. T. Liuius de Manlio Capitolino lib. vi. & de L. Scipione Aſiatico, quem Ti. Sempronius Gracchus, licet inimicus, intercedens in vincula duci prohibuit: Idem lib. xxviii. extremo; Valerius libr. iiii. cap. 1. & Agellius lib. vii. cap. xix.

Beneficium eſt] Hac tota de re Seneca F. ſeptem libris diſerte egit. Tu vide li. 1. cap. vi.

Filias vitiatas occiderunt] Orchamus Babylonior. rex Thœn filiā apud Ouidium iv. Metamorph. eruditi plura exempla collegerunt, Muretus & Canterus.

Fœneratorem & menſularium] Hos alij *menſarios*, alij *argentarios* vocant, Græci τραπεζίτας. Liuius li. vii. ab V. C. *Solutionem æris alieni in publicam curam conuerterunt, quinqueuiris creatis, quos menſarios à depoſitione publica pecuniæ appellarunt.* & li. xxiii. Romæ propter penuriam argenti, Triumuiros *Menſarios* rogatione Minucij Trib. pleb. factos ait. *Nummularios* autem frequenter I. Ctorum filij appellant.

Thucydidis ſententiam] Diſerte in optimo illo lib. qui mihi in emendando Rhetore facem prætulit, ceteriſque tribus calamo exaratis, Demoſthenis hæc ſententia, quæ Olynt. 2. hodieque legitur expreſſa eſt, variant tamen vltima verba: Sic enim de Philippo. qui vitia recte factis tegere nollet, Demoſthenes: αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰ τοιαῦτα ὀνείδη. Repetit eadem more ſuo idem orator, in oratione ad Philippi epiſtolam: καὶ συσκιάζει τὰς ἁμαρτίας εἰς τῶν

αἰσθόμενον. εἰ δέ τι πταίσειε τὸ τ' ἀκριβῶς διαγλυφθέντα τούτων. Thucydidis autem Græcorum historicorum principis locum, quem exstare quidam negant, ideoque frustra quæsitum iri affirmant, notauimus pridem libris Obseruationum per saturam, & tanquam digitum in fontea intendendo commonstrauimus legi in Orat. Cleonis lib. 3. belli Peloponesiaci his verbis. *Εἴωθε δὲ τῶν πόλεων, αἷς ἂν μάλιστα, καὶ δι' ἐλαχίστου ἀπροσδόκητος εὐπραγία ἔλθῃ, ἐς ὕβριν τρέπειν.* Quam etiam sententiam vt elegantem exscripsit, similibusque comparatis illustrauit Clemens Alexandrinus Stromat. li. 6. initio. Hanc meo iudicio *Crispus Romana primus in historia*, feliciter, vt voluit, expressit, quos inuicem composuisse T. Liuium testatur sic Seneca: non vero confert cum Demosthene lõge vberiore, Sallustium, vt dissimilem. Illud tamen certum est, libenter fecisse oratorem, vt Historicorum, qui tum erant, principem studiose imitaretur exprimeretq. quippe quem eo nomine octies sua ipse manu integrum exscripserit, vt auctor est Dionysius Halicarnasseus, & Lucianus. *πρὸς ἀπαίδευτον, καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον.* Sic enim ait: *τὰ τοῦ Θουκυδίδου, ὅσα περὶ τοῦ Δημοσθένους, καὶ αὐτὰ ὀκτάκις μεταγεγραμμένα εὑρέθη χειρός.* Et Agathius Smyrnæus lib. II. Histor. de Chosroe rege Persarum, quem Aristotelem legendo deuorasse, non secus atque Thucydidæ historias Demosthenem, ait: *καὶ πλέον φασιν, ὅτι δὲ ὅλον τὸν Σταγειρίτην κατάποτον εἴη, μᾶλλον ἢ ὁ ῥήτωρ Παιανιεὺς τὸν Ὀλόρου. τῶν δὲ Πλάτωνος τοῦ Ἀρίστωνος ἀναπέπλησται δογμάτων.* Quæ prodigiose olim ab interprete conuersa, emendauit Iunius Animaduers. li. 2. cap. III. Nam & Dionysius Olori filium Thucydidem vocat, in libro scripto, qui fuit Francisci Mendozij Cardin Burgensis. Quo modo & Carolus Sigonius hunc locum emendauit in fragm. Ciceronis. Dionysij verba in Methodo *ἐπιστολῶν* hæc sunt: *Παραδείγματα αὐτῶν ὀλίγα ἔστω, καὶ περὶ τῶν ἀρχαίων. τοῦ μὲν κοινοῦ καὶ πολιτικοῦ παράγει τὸν τοῦ λόγου* (rescribe *Ὀλόρου*) *καὶ περὶ τοῦ τοῦ Ἀρίστωνος.* De Chostoe autem legendus Suidas in *Σταγειρίτης*, & in *χοσρόης*.

Res secunda] Exstat lib. I. Historiar. Sallustij in orat. M. Æmilij Lepidi Cos. citatque vetus Horatij interpres in librum primum Epist. XVIII. Lud. Carrio I.C. legendus lib. II. Antiq. Lection. cap. X.

Vult mecum pares rationes facere] I Ctorum est & hoc. Scæuola in l. vlt. §. Marito ff. de doli exceptione, & Seneca f. Epist. XIX. *Poteram tecum & hac Mæcenatis sententia parem facere rationem.* Idem epist. IX. & lib. II. de Beneficiis. *Paria facere.* & lib. VI. *parem rationem resignare* dixit. & Africanus I. C. *Adscribere parem rationem* in l. Qui filium. ff. de manum. Testam. Interdum vero *Pariare* apud eosdem auctores: vnde conformati *Pariator* & *Pariarius*, Græcis *ἀπαρτισμός*: loca exscribere putidæ esse diligentiæ videatur & erudite, vt omnia, Ant. Augustinus collegit, Emendat. lib. IV. cap. XII. Vide & quæ extrema Controu. IX. adnotaui.

Gorgonius] *Gargonius* in vet. integre per primam vocalem, quem & *amabilissimum* vocat Suasor. vlt. & *Gargius* quidam infr. extrema Contr. XXXIV. sed & *Gorgias* sup. Contro. IV.

Catozelia] De hac nos Suasor. VIII. & mox in ea quæ proxime sequitur Controu. XXV. extr.

Ὅτ' εἰσῖν δεῖ γαλίας] Dubium est ex obscuris imperiti librarij characterib. si modo ita appellari debent, adeo peruerse scriptæ litteræ, an *Κωτίλος* sit.

IO. PETREIVS.

REDEMPTVRVS] addendum, *fuisset*: id autem argumento est propter filiam redemisse.

Quando mihi] *si* videtur addendum, aut optantis est.

Nec liceor, qua liceor quidem] Emendandum videtur. *nec infelicior, quamquam infelicior quidem.* Cum hoc facit quod sequitur; *Hoc vnũ interest inter, &c. quasi hoc infelicior sim, quod illius calamitatum exitus sunt carcer, mearum initium.*

Non accepi beneficium] Corruptus hic locus est: si ad Calliam referatur, sic videtur emendari posse: *Non accepi beneficium, ante reddidi*, & est obiectione dicat Cimon magnum mihi dedisse beneficium quod filiam meam vxorem duxerit: ante autem quam id faceret, ego iam reddideram, illum soluendo: Si referatur ad Cimonem, quod melius est, dicam, *Non accepi beneficium, alterum reddidit*: ob hoc enim ipsum quod reddidi, videor non accepisse. Quod autem sequitur, sic legitur in Excerptis: *Reddam beneficium, cum tam honestum desideraris, quam dedisti*, id est exigis à me beneficij pensationem, sed in re turpi: non sum ingratus, cum se tam honesta offerat occasio, quam tibi oblata fuit, cum me soluisti; reddam.

Sed vtinam tantum] *Non* videtur addendum. Vtinam non soli boni essent iniutiis malorum expositi.

Adulteram cui] emendandum, *qui* Retineri tamen potest, pro, *apud quam.*

Exulandum est] Melius *esset.*

Duo potis] vt vtrumque seruem, vtrumque enim corpus interfici oportebat, aut neutrum.

Habes Calliam] nisi dicat, *habes Calliam.* i. nepotem tui nominis, sine Cimone, quoniam ab adultero genitus, non intelligo quid sibi velit.

Vitiatas acciderunt] Hippomenes Atheniensium princeps, filiam Limonem in adulterio deprehensam, vna cum ferociore equo conclusit, nec huic, nec illi cibum præbens. Equus igitur fame in rabiem actus, puellam deuorauit. Ouid. in Ibin.

Solaque Limone pœnam ne senseris illam:
Et tua dente ferox viscera carpat equus.

Ex Asianis] luxuriantibus & sine modo redundantibus.

Fœdo genere] propter verbum, quod addit, *concumbere.*

Flaminius

Flaminius inter cœnam reum puniens. CONTROVERSIA XXV.

THEMA. *Flaminius prætor inter cœnam à meretrice rogatus, quæ aiebat se nunquam decollari hominem vidisse, vnum ex damnatis occidit. Accusatur maiestatis.*

CONTRA FLAMINIVM. *Mentonis.* Iam etiam perituri dormiebant. peragitur totus ordo supplicij, ne quid se meretrix negaret vidisse. O miserum, si quis meretricem offendit. O miseram matrem familię si cuius formæ meretrix inuidet: nihil petēti prætor negaturus est. *Musæ.* Hic est Flaminius qui exiturus in prouinciam, vxorem à porta dimisit. *Argentarij.* Non obijcio luxuriam, non obijcio histrionum iocos. apud vos refrixerunt. in conuiuio nihil aliud quam occiditis. Qui in carcere vixerunt, in conuiuio perierunt. *Blandi.* Feriatur in foro, omnes videant, meretrix audiat. Reliquiæ prætoris vnco trahebantur. Maiestatem læsam dixissem, si exeunti tibi lictor à cōspecto meretricem non summouisset. *Vibij Rufi.* Paratus erat accusator com commentarijs, aiebat, Quid si meretrix desiderarit? In hoc te cum vxore non misimus? Vt salua prouincia sit, optemus meretrici bonam mentem. Dedimus tibi legatū, dedimos quæstorem, vt tu cum meretrice cœnares? meretrix vxoris loco accubuit, immo prætoris. *P. Asprenatis.* Vni fortasse osculo donauit homicidium. Etiam carnifices cœnatori manus abluunt. *Porcij Latronis.* Ne à sobrio quidem lictore percussos est. Nō inquiro in totum annum, vna nocte contentus sum. Bibe lictor, vt fortius ferias. Ecquid intelligitis, quomodo damnatus sit, qui sic occisus est? quid scio, an in cuius gratiam occisus est, in eiusdem etiam dānatus sit? Quantū tibi perdiderat, tantum tu meretrici dedisti. Si negaret, quos testes haberem? quis enim in illo conuiuio fuit, cui tecum sit credendum? Facilius est, vt qui meretrici multa dederit, homicidium neget, quam vt qui hoc quoque dedit, quicquam denegarit. Nunquam istud mulierum oculis ostendi solet, aut ista iam sæpe vidisset. *Iulij Bassi.* Inter temulentas reliquias sumptuosissimæ cœnæ, & fastidiosos sob ebrietate cibos, modo excisum caput humanum fertur. Inter purgamēta & iactus cœnantium, & sparsam in conoiuio scobem, humanus sanguis euerritor. Gratulor sorti tuæ prouincia, quod desiderante tale spectaculum meretrice, plenum carcerem damnatis habuisti. Seruum si verberare voluisses, extra conoiuium abduxisses. *Romani Hispanis.* Quis ferret te, si in triclinio too iudicium coegisses? Scelus est, in conuiuio damnari hominem: quid occidere? ad arbitrium meretricis de reo pronunciasti: nisi forte facilius in honorem eius decollas, quam iudicas. *Fuluij Sparsi.* Coctactam sanguine humano mensam loquor, strictas in triclinio secures. Quis credat ista aut concupisse meretricem, aut fecisse prætorem? Cadauer, secures, sanguinem loqoor. Quis inter hæc de conuiuio cogitat? Hominem, inquit, occidi, nūquam vidi. alio quam Flaminio prætore omnia alia vidisti? *Silonis Pompeij.* Virum nobilissimum, & tantis honoribus functum turpiter meretrix clemētem fecisset, crudelem fecit. Nunquam vidi. adijce si vis, nec alio prætore videre potes. *Albutij Sili.* Si quis autem est, Iudices, qui desideret, vt prætoris referam crudelitatem, quot præter hunc iugulauerit, quot innoxios damnauerit, quot carcere incluserit: huic ego me satisfacturum polliceor. vno cōoiuio, cum sua prætura reum euoluam. Instituuntor ab isto in prouincia epulæ, & magnifico apparatu extruitur conuiuium, distinguuntur argenteis poculis aurea quid multa? * è carcere in conuioium prætoris, coi stupenti misero meretrix arridet. Interim virgæ promuntur, & victima crudelitatis ante mensam ac deos trucidatur. Me miserum, imperij Romani terrore lusisti. O qui crudelitate superasti omnes tyrannos, soli tibi inter epulas voluptati fuit moriētium gemitus. hic vltimus apparatus cœnæ fuit, In eodem triclinio video prætorem, amatorem, scorta, cædes. Meretrix prætori, prætor prouinciæ imperat. In cōuiuio cōstituitur catenatos: qui cum languenteis prætoris istius aspexit oculos, existimans ipsum prætoris beneficiū dimitti, gratias isti agere, & vtrisque manibos mensam tenens; Dij, inquit, immortales tibi parem gratiam referāt. Quicūque in eodem triclinio accubabat, alius vbertim demisso capite flebat: alius auertebat ab illa crudelitate oculos: alius ridebat, quo gratior esset meretrici. hic iste inter varios conuiuarum vultus submoueri iubet: miserum stare ad præbēdas ceruices immotum. Interim distinguitur mora poculis. nec sobrij quidem carnificis manu, ciuis Romanus occisus est. Nun peto, quo minus securi percutiatur: illud rogo, legi potius quam scorto cadat. Memēto terrorem imperio quæri, non oblectamenta mulierculis. Quid ego nuuc referam, Iudices, ludorum genera, saltationes, & illud dedecoris certamen, prętorne se mollius moueret, an meretrix? *Capitonis.* Exsurgite nūc Bruti, Horatij, Decij, & cetera decora imperij. Vestri fasces, vestrę secures, in quantum, pro bone Iupiter! dedecus reciderunt! Istis obscœnæ puellę iocantur. Quid si per Deos immortales nullo solemni die, populo inspectāte, in foro conuiuium habuisses? non minuisses maiestatem imperij nostri? atqui, quid interest conuiuiom in forum, an forum in conuiuium attrahas? Deinde descripsit, qualiter in foro decolletur. Ascendit prætor tribunal, inspectante prouincia: noxiæ post terga ligantur manus, statim intento ac tristi omnium vultu, fit à præcone silētium: adhibentur deinde legitima verba: canitur ex altera parte classicum. nunquid vobis videor describere conuiuiales iocos? Heu quam dissimilis exitus initiis adest! Accusauit te: quis? Iudicarunt te: qui? Te prætor damnatum pronuntiauit: occidit meretrix. *Buteonis* Vt iste cum amica cœnaret iucūdius, homo occisus est. Nunquid Iudices, vnquam pro rostris vidistis prætorem cum meretrice cœnantem? *Votieni Montani.* Qui sic conuiuatur, quomodo irascitur? Damnaturi iurant nihil se gratiæ, nihil precibus dare. postulo, vt in hanc legem iures. Maiestas populi Romani per omnes natioοes, per omnes diffusa prouincias, in sinu meretricio iacet. Ea imperat prætori nostro, quæ prostitit: cuius

osculo nemo se abstinuit, nisi qui pepercit suo. Conuiuas tuos ipsa narra: fuere credo tribuni, fuere præfecti, fuere equites Romani: cum ijs ergo prætor. *Cassij Seueri.* Ne de seruo quidem aut captiuo, omni loco aut omni genere, aut per quos libebit, aut cum quibus libebit, supplicium sumi fas est, adhibeturque ad ea magistratus ob custodiam, non lætitiam. *Triarij.* Quo crimine damnatus est? cædis. non tamen in conuiuio occiderat. Animaduerte diligenter, meretrix; ne iterum homicidium roges.

DIVISIO. *Montanus Votienus* has putabat quæstiones esse: An quod quis in magistratu peccauit, proles vindicari possit maiestatis læsæ. Reus enim quod tueri se facto non potest, ad ius confugit, & dicit se hac lege non teneri. Num quicquid peccauit in magistratu aliquis, maiestatem lædit? Puta aliquem, dum magistratus est, patrem suum occidere, veneno vxorem suam necare. Puto, non hac lege causam dicet, sed illis parricidij & veneficij. Vis scire, non à quo fiat, ad rem pertinere, sed quid fiat? priuatus potest accusari maiestatis læsæ, si quid fecit quo populi Romani maiestatem læderet. Puta amicam habet Proconsul: ideo maiestatis damnabitur? quod amplius dico, puta matronam corrupit, dum Proconsul est: adulterij causam dicit, non maiestatis. Singula, inquit, æstima quæ obiicis. si tantum amicam habuisset, nunquid accusares? quod animaduertisset in aliquem nullo rogante, nunquid accusari possit? Si non omne non recte factum hac lege vindicari potest, an id quod sub auctoritate publica geritur? Nam cum adulterium committit, tanquam ciuis peccat, item cum veneficium. cum animaduertit, auctoritate publica vtitur. in eo autem quod sub prætextu publicæ maiestatis agitur, quicquid peccatur, maiestatis actione vindicandum est. Dic.n. mihi, si cum animaduertere debeat, nec legitimo cultu ac more solemni vsus, interdiu tribunal conscenderit conuiuali veste: si cum classicum canere debeat, symphoniam canere iusserit, nō lædet maiestatem: atqui quod fecit, fœdius est, & comparauit. Deinde si potest vindicari maiestatis lege id quod proconsul, maiestatis publicæ & iuri apparatus est peccauit, an hoc possit. Non potest, inquit: nihil .n. detractũ est populi Romani magnitudini. Is lædit populi Romani maiestatem, qui aliquid publico nomine facit: tanquam si legatus falsa mandata affert, sic adiuntur tanquam populus Romanus illa dederit. Imperator fœdus percussit, videtur populus Romanus percussisse, & continetur inito fœdere. nunc nec viribus quicquam populi Romani detractum est, nec opinioni. ei imputatur, si quid fecit, non populo Romano. At ex te ceteros æstimāt. Nonne & ante hunc alij fuerunt, ex quibus æstimari possit? & post hunc erunt. At singulorum vitia nemo vrbibus ascribit. Attamen factum ipsum turpe est. Et multa alia: nec ideo illis populi Romani maiestas læditur. Nemo pæne sine vitio est: ille iracundus est, ille libidinosus est: non tamen si quid in aliquo est mali, eo statim maiestas læditur. Deinde ad facti ipsius æstimationem venit, & dixit hæc obijci, quod meretricem habuit, quod aliquem occidit, quod noctu, quod in conuiuio, quod rogante meretrice. *Silo Pompeius* has adecit quæstiones: An si quod ei facere licuit fecit, non possit maiestatis lege accusari. Potest, inquit, hæc enim lex, quid oporteat, quærit: aliæ, quid liceat. Licet ire in lupanar. Si præcedentibus fascibus prætor deduceretur in lupanar, maiestatem lædet: atqui quod licet fecerit. Licet qua quis velit veste vti. Si prætor ius in veste seruili vel muliebri dixerit, violauerit maiestatem. Deinde illam fecit quæstionē, An ei hoc facere licuerit. Non licuit, inquit, illo loco, aut illo tempore; aut ex illa causa occidere. Quædam quæ licent, tempore & loco mutato non licent.

Color. De colore, inquit, quæritur, quo vti debeat is, qui pro Flaminio dicit. Quædam controuersiæ sunt, in quibus factum defendi non potest, excusari potest: ex quibus est & hæc. Non possumus efficere vt propter hoc non sit reprehendendus: non speramus vt Flaminium iudex probet, sed vt dimittat. sic agere debemus, tanquam pro facto non emendato, non scelerato tamen. Itaque negabat se pro Flaminio narraturum *Montanus*, sed quæ obiiciuntur responsurum. Aiebat autem illam sententiam Rufi Vibij, colorem actionis esse bonum. *Senecio* dixit, bonum se habere animum pro reo, in quo libido omnis intra meretricem esset, crudelitas intra carcerem. Ipse Montanus illum locum pulcerrime tractauit, quam multa populus Romanus in suis imperatoribus tulerit: In Gurgite luxuriam, in Manlio impotentiam, cui non nocuit & filium & victorem occidere: in Sylla crudelitatem, in Lucullo auaritiam. In prætore, inquit, cum illi constiterit abstinentia, diligentiam, excutiatis, quomodo vna nocte cœnauerit. vtrum tamen; inquit, iniqui est quod obijciunt, quod dānatus perierit meretrice postulante, prætorem perire damnato. Colorem *Fuscus Arellius* hunc introduxit: ebrium fuisse. nescisse quid fecerit. *Silo Pompeius* hoc colore vsus est: Non putauit ad rem pertinere, vbi aut quando periret qui perire deberet. *Triarius* ineptum introduxit colorem: Sermo erat, inquit, in conuiuio, contemni nimiam prætoris lenitatem: alios fuisse prætores, qui quotidie animaduerterent. huius anno nullum esse occisum. Dixit aliquis ex conuiuis: Tu ergo nūquam iratus? dixit & mulier. Ergo iratus, quod clementia sua contemptui esset: Curabo, inquit, sciant non deesse mihi sceleratum, quem videre lucem vltra non oportet. Occisus est, qui damnatus. vbi? in prætorio. quo tempore? Est enim vllum tempus quo nocens perire non debeat? *Gallus Vibius* dixit: Meretrix orauit. timebam mehercules, ne exorasset: vt aut occideretur indemnatus, aut damnatus viueret. Ex altera parte multa bene dicta sunt, multa corrupte: in descriptione supplicij vtique illi qui voluerūt omnia legitima supplicij verba in sentētias trahere in vitia inciderunt: tanquam dixit *Triarius*, Summoue, audi, lictor? summoue à prætore meretricem. hoc loco non male adiecit, Verbera: sed vide ne virgæ tuæ pocula nostra disturbent. Despolia, meretrix agnoscis hoc verbum? certe prouincia agnoscit, *Silo Pompeius*, homo qui iudicio censebatur, & ipse ad hanc descriptionem accessit, minimum tamen mali fecit: ait, Animaduerte meretrix. Age lege. quicquam enim lege hic agitur? *Hispanus* dixit: Age lege: tibi dicitur, Flamini: viue sine meretrice, cœna sine carnifice. *Argentarius* in quæ solebat

schemata,

ſchemata, attrectationem violentiſſimam fregit. Age lege: ſcis, inquit, quid dicat? interdiu age, in foro age. ſtupet lictor. idem dicit, quod meretrix tua: hoc nunquam ſe vidiſſe. *Montanus Votienus* dixit: Percuſſurus lictor ad prætorem reſpexit, prætor ad meretricē. *Vibius Gallus* dixit: Lictori, quia bene percuſſerat, propinatum eſt. Illud quod tanquam Latronis circumfertur, non eſſe Latronis. pro teſtimonio dico, & Latronem à ſententia inepte tumultuoſa vindico. ipſe enim audiui Florum quendam auditorem Latronis dicētem, non apud Latronem: neque enim illi mos erat quemcunque audire declamātem. declamabat ipſe tātum: & aiebat ſe non eſſe magiſtrum, ſed exemplum. Nec vlli alij contigiſſe ſuo, quam apud Græcos Nicetæ, apud Romanos Latroni, vt diſcipuli non audiri deſiderarent: ſed contenti eſſent audire. Initio contumeliæ cauſa à deridentibus, diſcipuli Latronis *auditores* vocabantur: deinde in vſu verbum eſſe cœpit: & promiſcue poni pro diſcipulo auditor. hoc erat non patientiam ſuam, ſed eloquentiam vendere. Vt ad Florum reuertar, ille dixit in Flaminio: Refulſit inter priuata pocula publicæ ſecuris acies: inter temulentas ebriorom reliquias humanum euertitur caput. Nunquam Latro ſic compoſuiſſet, vt quia publicam ſecurim dicturus erat diceret, priuata pucula: neque in tam mollem compoſitionem eius ſententia euanuiſſet, neque tam incredibiles vnquam figuras compingebat, vt in ipſo triclinio inter lectos & iocos & menſas percuſſum deſcriberet. Ille cum in hac controuerſia deſcripſiſſet atrocitatem ſupplicij, adiecit: Quid exhorruiſtis, Iudices? meretricios luſus loquor. Et ille dixit minus notam ſententiam, ſed non minus bonam: In ſocium noſtrum prætor populi Romani animaduertit, cum priuata voce, tumultuario tribunali, ebrius fortaſſe, nec calciatus quidem, niſi ſi vt omnia ſpectaret meretrix, diligenter exegit. *Rufus Vibius* erat qui antiquo genere diceret. belle ceſſit illi ſententia ſordidioris notæ Pretor ad occidendum hominem ſoleas popoſcit. Alteram eiuſdem generis, ſed non eiuſdem ſucceſſus ſententiam. cum deploraſſet conditionem violatam maieſtatis, conſuetudinem maiorum deſcripſiſſet, qua ſemper voluiſſent ad ſupplicium aduocari, ſententiam dixit: At nunc à prætore lege actum eſt ad lucernam. *Pollio* tamen *Aſinius* aiebat hanc ſe ſententiam recipere. *T. Liuius* de oratoribus, qui verba antiqua & ſordida conſectantur, & orationis obſcuritatem ſeueritatem putant, aiebat Miltiadem rhetorem eleganter dixiſſe: ἐπὶ τὸ πλεῖον μαίνονται. tamen in ijs etiam ſi minus eſt inſaniæ, minus ſpei eſt. Illi qui tument, & abundantia laborant: plus habent furoris, ſed plus etiam corporis. Semper autem ad ſanitatem procliuius eſt, quod poteſt detractione curari. illi ſuccurri non poteſt, qui ſimul & inſanit & deficit. Sed ne hoc genus protegere videar, in Flaminio tumidiſſime dixit *Murrhedius*: Prætorem noſtrum in illa ferali cœna ſaginatum meretrici, ſinu excitabitis occiſuri. Et illud tetracolon: Seruiebat forum cubiculo, prętor meretrici, carcer conuiuio, dies nocti. Nouiſſima pars ſine ſenſu dicta eſt, vt impleretur circuitus: quem enim ſenſum habet, Seruiebat dies nocti? Hanc ideo ſententiam retuli, quia & in tricolis, & in omnibus huius generis ſententiis curamus vt numerus cōſtet, non curamus vt ſenſus. Omnia autem genera corruptarum quoque ſententiarum de induſtria pono: quia facilius quid imitandum, & quid vitandum ſit, docemus exemplo: & certe illud genus cacozeliæ eſt, quod amaritudine verborum quaſi aggrauatur. Iam res petit, vt in hac controuerſia referamus id quod *Licinius Nepos* dixit: Reus damnatus eſt legi, perijt fornici. & illud quod *Senianus* dixit, habet ſui generis inſaniam, cum diceret, nocte non debere ſumi ſupplicium, poſt longam deſcriptionem, cum nunc demum ne victimæ quidem occiduntur. Et ad hanc controuerſiam Græci appoſuerunt manum. dixit in hac *Nicetes*: ὡς ὑπνοῦντα, ὅτι συμπόσιον ἦν, ἀστεῖον. *Euclemon* dixit: ΠΑΝΤΕ-CEMON ZONO TIECATO. *Glaucippus Cappadox* cum cœnam luxurioſam deſcripſiſſet, indignam maieſtate prætoris, adiecit: ἀπαγόρευμαι ὑμῖν καὶ τὸν καιρόν.** Hoc idem elegantius dixit *Adderus*, cum deſcripſiſſet cœnam nocturnam: ὡς ἐρωτικὸς ὁ καιρός. *Nicetes* dixit: ὑδὲ ἦν τι πιθανῶς ἀναστρεφόμενον ἀκαίρον, ἐυτυχῆ ὑδὲ ἔφη. *Artemon* eodem loco aliam dixit ſententiam: ὑδὲ ἦν τι πιθανῶς ἀναστρεφόμενον ἀκαίρον. τὸ μὲν ὑδέν. *Glycon* dixit: ὡς δ' ἀπλούστερον, ὅτε ἐν τῷ δικαστηρίῳ πέρας ἦν, καὶ ἱστορία ἐγένετο, ἔκραξέ τις ταλας, Εμὲ ἄπαγε. Εγὼ γὰρ ἀδικῶ, ὁ καὶ ἀπῆγεν.

IN CONTROVERSIAM VIGESIMAMQVINTAM.

NICOLAVS FABER.

F*Laminius prætor*,] Ex hiſtoria petitum thema, prout narratur à Valerio Antiate apud Liuiū, & Valerio Maximo. Ceteri enim longe aliter factum exponunt: omnes tamen Proconſulem fuiſſe, non Prætorem, conueniunt, niſi ex notis hic ſit natus error. vide Ciceronem de Senectute, Liuium lib. xxxix. & Plutarchum in M. Catonis, & T. Flaminij vitis.

Cui tecum ſit credendum?] Fortaſſe melius, *Quis enim in illo conuiuio fuit tecum, cui ſit credendum?*

Alio quam Flaminio Prætore] Hæc officere rectitudini orationis videntur, quibus reiectis in lineam tertiam conſtabit ſenſus.

Nunquam vidi. Adyce ſi vis.] Hic inſero quæ notatione proxima delenda duxi: & lego, *Adyce ſi vis, nec alio Prætore quam Flaminio videre poſſum.*

An quod quis in magiſtratu peccauit, proles] Hæc immutauerunt in editione Romana poſtrema, edideruntque, *An quod quis in magiſtratu peccauit Procos. vindicari poßit maieſtatis lege reus.* Quæ lectio tanto deterior eſt quāto à veteri quam repręſentauimus, longius abeſt. Vbique enim Prętorem, non Proconſulem vocat. Si licet aliquid audaciuſcule tētari, legendum cenſerem. *An quicquid in magiſtratu peccauit Prætor, vindicari poßit maieſtatis*

Seuec.

lege? Reus enim tum tueri se facto non potest, ad ius confugit, & dicit se hac lege non teneri.

Quod Proconsul, maiestatis publicæ] In controuersiis quæstiones ex quæstionibus nascuntur. Supra quæstionem executus est, an quicquid in magistratu quis peccat, lege maiestatis vindicandum sit, conclusitque id tantum hac lege vindicãdum quod prætextu maiestatis publicæ admissum est. quærendum igitur nunc venit, An hoc factum prætextu maiestatis sit admissum. quod facit, si legamus: *Deinde si potest vindicari maiestatis lege id quod prætextu maiestatis, & iuris, & apparatus peccauit, an hoc possit.* non puto de hac lectione quẽquam controuersiam facturum.

Non tamen si quid in aliquo est mali] Ceteræ editiones habent, *non tametsi tum aliquo imitatum est malis*, corrupte.

Diligentiam extutiatis,] Conijcio legendum, *cum illi constiterit abstinentia, diligentia, extutiatis quomodo vna nocte cenauerit.*

Vtrum tamen, inquit, iniqui est] Videtur legendum *vtrum tamen, inquit, iniquius est. Obijciunt quod damnatus perierit meretricis: postulant Prætorem perire damnato.*

Animaduerte meretrix. Verba sunt Prætoris meretricem attentam ad supplicium reddentis, vulgataque formula lictorem percutere iubentis. Magistratus enim cum occidere imperabat, *Lege Agere* iubebat, atrocitatem facti verbo mitiore temperans. Aliquando tamen legendum putaui: *Animaduertere meretrix iubet*, LEGE AGA vt velit dicere meretricẽ officio prætoris functum. quod nos admonet, vt de ea re locum lib. 1. de ira, à multis varie versatum hic adponamus, quemadmodum rectissime habetur in Gryphiana editione, si particulam, &, quæ in illa vacat, deleamus. Is sic se habet. *Itaque si peruersa induenda magistratui vestis, & conuocanda classico concio est procedam in tribunali non furens, non infestus, sed vultu leni, & magis graui quam rabida voce illa solennia verba concipiam, & lege agi iubebo.* quemadmodum etiam Liuius lib. XXVI. scribit, *præconi imperauit, vt lictores lege agere iuberet.* quod editionem Gryphianam confirmat.

Attrectationem violentissimam fregit,] Attrectationis vocabulum hoc loco frustra esse existimo, suspicorque legendũ, *in qua solebat schemata tractionem violentissimam fregit*, vt supra, controuersia v. lib. II. Albucium dixit solitum in figuras controuersiam diuidere. quod in toto faciebat Albutius, id in parte fecit Argentarius.

Quemcunque audire declamantem.] Sequentia probant legendum esse: *quemquam audire declamantem.*

Nec vlli alij contigisse suo,] Fortasse, *contigisse scio.*

Ad supplicium aduocari,] Vel reponendum, vel potius subaudiendum vocabulum *concionem.* Classico enim aduocabatur concio Tacitus lib. II. de P. Martio, & L. Seneca.

SCHOTTVS.

F*Laminius Prætor*] Bis hic peccatum. Est enim *L. Quinctius Flamininus*, Titi frater, non *Flaminius*: ne duo gentis diuersæ nomina misceantur, gens & hæc plebeia: *Flaminini* vero Quinctia Patricia familia est *Proconsulem quoque* fuisse suspicor, non *Prætorem*; cum quod in veteri sic sæpe appelletur, natumque mendum sit ex singulis litteris P R. quibus & *Prætoris & Proconsulis* nomen inchoatur: tum quia *Cõsularem* vocat in M. Catone, Auctor de Viris illust. *Consulem in Gallia* Liuij Epitoma lib. XXXIX. & *Consulatus honore defunctum* ait Valer. Maximus lib 4. cap. 5 Cicero in Catone septimo anno id accidisse post Consulatum anni DLXI. cum L. Domitio Ahenobarbo, & Plutarchus in Catone, qui in veteri Ciceronis libro octauus annus est, in fastis Capitolinis DLXIX. post V. C. quo à M. Porcio Catone, & Valerio Flacco Censoribus Senatu motus est *L. Flamininus*: nec honorum gradus, vt ignominia notatum, repetisse legimus. Equidem alterũ facile tolero, memor *Prætorem* nonnũquam dictum *Consulem*, qui cum imperio in prouincias mittebatur, à Græcis præsertim scriptoribus & vice versa: in exercitu quoque Imperatorem à præeundo: in foro vero à iure dicundo *Prætorem* nominatum: & *Prætorium tabernaculum, cohortem, portamque Prætoriam*, & *Prætorianos*, vt & *Consulem* à consulendo Cic. II. de leg. Exempla passim obuia.

A meretrice rogatus] Sic & apud Liuium lib. 39. Valerius Antias: ad Placentinæ famosæ mulieris, cuius amore deperibat, preces, ex vinculis securi quemdam percuti iussisse: quod se neminem gladio feriri vidisse diceret. Liuius vero & ex eo Plutarchus in Quinctio & Catone, puerum Philippum Pœnum, id impetrasse refert, vt sua manu Gallum quemdam transfugam confoderet. Romæ enim obsequij ipsius caussa, sub ipsum gladiatorium spectaculum se discessisse iactabat. Sed Catonem ipsum Ciceronis verbis audiamus: *Inuitus feci, vt fortissimi viri T. Flaminini fratrem L. Flamininum è senatu eijcerem, septem annis postquam Consul fuisset: sed notandam putaui libidinem. Ille enim cum esset Cos. in Gallia exoratus in conuiuio à scorto est, vt securi feriret aliquem eorum, qui in vinculis essent damnati rei capitalis. Hic Tito fratre suo Censore, qui proximus ante me fuerat, elapsus est: mihi vero & Flacco neutiquam probari potuit tam flagitiosa, & iam perdita libido, quæ cum probro priuato coniungeret imperij dedecus.* Tu vide & Val. Maximum lib. II. cap. IX. Non dissimile illud in sacris litteris, rogante meretricula saltatrice indicta caussa capite truncatum innocentissimum hominem D. Ioannẽ Baptistam. Marci VI. Matth. XIV. Luc. III.

Nunquam decollare hominem] vtitur & *decollandi* voce L. Fenestella lib. II. Epitoma Histor. de C. Cæsare animaduertente in piratas, à quibus dum Rhodum, studiorum caussa, peteret, captus fuerat, apud Diomedem lib. 1. Gramm. Aliter enim Suetonius & Plutarchus.

Si cuius femina] *forma* lego ex optimo illo lib. in quo & *quoius* diserte, pro *cuius* scriptũ est: vt hinc de probitate & antiquitate iudicare liceat. Io. Petreius locum corruptum subodoratus erat; qui vel *Si cui fœmina* tentabat: vel eo sensu, si alicuius vxori meretrix inuideat. Omnino scripta lectio vera est.

Obijcio lenocinium] Aberant hæ duæ voces à veteri, & sane non huc pertinent. Mox in eodem: *Obijcio histrionum totos annuos ? reuixerunt. In conuiuio nihil aliud nisi occiditis.* Quæ & ipsa non sunt integra.

R. liquiæ

Reliquiæ Prætoris] Ἀνάλεκτα respexit quæ conuiuiorum propria, in quibus cadauer hoc numerat. Et vero solent sontes vnco impacto trahi in Gemonias scalas. Nota res ex Cic. Philippicis, & Augustorum scriptoribus. Hoc moneo, quia sudat Petreius, cur *vncus Prætoris* dicatur.

Lictor à conspectu] Inf. Triarius: *submoue, audis lictor; submoue à Prætore meretricem.* vide Contro. II. & XXXV. & quæ accurate, vt omnia, doctiss. Lipsius lib. I. Electorum cap. XXIII. de Lictoribus attulit.

Accusator cum commentarijs] Hinc & *Commentarienses* dicti I. Ctis, quorum manu acta subnotabantur, quoties apud fiscum ageretur. Sic enim Paullus lib. V. Sententiarum: *Quoties* inquit, *apud fiscum agitur, actorum potestas postulanda est, vt merito ijs liceat, eaque manu Commentariensis adnotanda sunt. Quod si aliter proferantur, is qui ita protulerit, caussa cadit.* L. in fraudem ff. de Iure fisci. Diotus & carceris custos *Commentariensis* ab ijsdem Prudentibus sup. Controuer. IX. *Aliqua saltem ex Commentarijs amici tui describe.*

In hoc tecum vxorem non misimus, vt salua] Sic vetus lib. integris litteris, quomodo Lipsius noster ἀνεπέχως leg. viderat, sed hac interpunctione: *In hoc tecum vxorem non misimus? vt salua prouincia sit, optemus meretrici bonam mentem.* Petreius & ipse interrogationem vulgari apponit, *In hoc tecum vxore non misimus?* In hoc sita est Prouinciæ salus, vt meretrix non insaniat. Hinc disce maritis in Prouincias proficiscentibus vxores domi relictas. Apertius sup. Ant. Musa. *Hic est Flamininus, qui exiturus in Prouinciam vxorem à porta dimisit.* Et apud Tacitum III. Annalium: *Severus Cæcina censuit, ne quem magistratum, cui Prouincia obuenisset, vxor, comitaretur.* Tu vide & Sueton. in Augusto cap. XXIII.

Optemus meretrici bonam mentem] Hoc est, propitios Deos. Seneca Philosop. epist. III. *Iubeo te habere mentem bonam, hoc est, propitios Deos omnes, quos habet placatos & fauentes, quisquis sibi se propitiauit.* Amentibus contra *Deos iratos* esse dicebãt. Loca diligentissime collegit Brissonius lib. I. Formul. Quæ non exscribo. Mox illud, *vna nocte contentus sum.* Repetitur totidem verbis lib. V. Epist. Declam. VI.

Quantum tibi perdiderat] Sic & in vet. laborat tamen sensus: Petreius acute *Quantum tibi P. R. dederat*: prono errore librariis obiecto ex singularibus litteris P. R. Quam tibi, inquit, in vitam necemque aliorum potestatem pop. Rom. dederat, eam tu scorto dedisti.

Humanus sanguis euertitur] Quanquam ita membraneus liber, malo tamen *euerritur*, vt inf. Flotus. *Inter temulentas ebriorum reliquias humanum euerritur caput. Scobem* autem accipio puluisculum, qui à scobina, hoc est, lima & serra decidit. Seduli famuli vt hodieque in Belgio arena, splendoris gratia, marmorea pauimenta aspergere, & mundare solent: & apud Horatium Catius Epicureus, gulæ mancipium, inter mundicias numerat lib. II. Satyr. IV.

Vilibus in scopis, in mappis, in scobe quantus
Consistit sumptus? Neglectis flagitium ingens.

M. Varro lib. VI. de ling. Latina. *Attius in Nerrelaria: scobinam ego illam actutum adrasi. Scobinam à scobe: lima enim materia fabrilis est.* Sic ille. Verior igitur lectio, vt dixi, *euerritur humanus sanguis*, præ illa, *euertitur*.

Scelus est in conuiuio damnari] Imitatus est Rhetor hic Cic. locum extremo lib. V. Verrina. de supplicijs: *Facinus*, inquit, *est vinciri ciuem Rom. scelus verberari: prope parricidium necari. Quid dicam in crucem tollere? Verbo satis digno tam nefaria res appellari nullo modo potest.*

Victima crudelitatis ante mensam ac Deos trucidatur] Eadem de hac ipsa re T. Liuius lib. XXXIX. *Facinus sæuum atque atrox, inter pocula atque epulas, vbi libare Dijs dapes, vbi bene precari mos esset, ad spectaculum scorti procacis, in sinu Consulis recubantis, mactatam humanam victimam esse, & cruore mensam aspersam.* Vide sup. contr. XI. extrema.

Securi percutiatur: legi cadat] Sacrorũ verba sunt. Ouid 4. Tristium.

Candidaque adducta collum percussa securi
Victima, purpureo sanguine tingit humum.

Et Virgil. I. Æneid.

Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.

Propertius lib. 4. Eleg. VI.

Et cadat ante meos icta iuuenca focos.

Supra *Ceruicem porrigere*, eadem translatione dixit Contr. XVII.

Terrorem imperio quæri] Oedipus apud Senecam Tragicum:

——Odia qui nimium timet,
Regnare nescit: Regna custodit metus.

Fit à Præcone silentium] Præconis hoc officium, *Audientiam facere.* Plautus Asinariæ prologo:

Face iam nunc, præco, omnem auritum populum.

Appuleius lib. III. Metamorph. *Iamque sublimi suggestu Magistratibus residentibus, iam Præcone silentium clamante.* Et diserte Xiphilinus ex Dione in Hadriani vita. Fiebat & manu eius qui dicturus esset inf. Contr. XXVII.

Legitima verba] Lex horrendi carminis erat: *I lictor, colliga manus, caput obnubito, arbori infelici suspendito.* Liu. lib. VIII. & IX. Cicero pro C. Rabirio perduellionis reo. Seneca philosoph. *Sollemnia verba* vocat, lib. I. de Ira cap. XVI. Liuius aliique *certa verba*.

Canitur classicum] Inf. Montanus Votienus: *Si cum classicum debeat, Symphoniam canere iusserit.* Ergo vt in funere accinebatur, in maiori quidem, tuba, in minori, vt puerorum, tibia; Lutatius in VI. Thebaid. Statij: ita & in supplicijs classicũ canebatur. Plura exempla doctissimus Lipsius ad II. Taciti Ann. attulit ex Plutarcho in Gracchis, & Appiano lib. I. Bell. ciuilium. De Latinis vero; Varrone lib. V. de Ling. Latina & Seneca Philosopho, ep. XVI & de Ira lib. I. c. XVI. quem locum inf. de legis Actione apponam.

Quis? Populus Romanus] In veteri *Qui?* C. R. hoc est, ciues Rom. & mox *iudicarunt te: Qui?* T R. hoc est, Triumuiri capitales: de quibus sup. quæ mihi germana lectio videtur, sic TR. C. Sed vtrobique C R. scripsisse. quisquam Senecam autumet, ex litterarumque vt fit, compendijs locum contaminatum. Innumeris enim locis peccant librarij, cum pro P. R. nunc, populus Rom. alias Prætor, nonnunquam etiam inuerso ordine R. P. Respub. exscribunt. Talis & infra interrogatio in Triarij sermone est.

Num quid indices] Aliter lib. vetustus: *Numquid*

vidi, quod pro rostris vidisti, Prætorem cum mer. cœnantem? Fort. leg. *Numquid tu quoque pro rostris* &c.

Nihil se gratiæ, nihil precibus dare] Hinc iudices iuratos sententiam dicere toties ait Cicero lib. II. de Inuent. & pro Cluentio. In pronuntiando quoque se *Ex animi sui sententia facere* profitebantur. Auctor Fabius Declam. CCCXIII. idque ex Clemente lib. II. Constitut. Apostolic. cap. LII. & Basilij epistola ad Eustachium, docet doctissimus Brissonius lib. V. Formul.

Peccauit proles vindicari possit] Mend[...]osos locus ex compendiis litterarum *prol.* Lego ex veteris libri fide: *An quod quis in magistratu peccauit Proconsul, vindicari possit maiestatis lege reus.* Quo libri præsidio Petreius destitutus sic commutabat: *An quod quis in magistratu peccauit, vindicari possit, prout læsæ maiestatis reus.* Sed recte habet scriptura vetus. Et statim, *Vnum enim quod*, &c. fort. leg. *Cum enim quis tueri se facto non potest.* In forensibus enim negotiis sæpe disputatur, sitne facti an Iuris Quæstio.

Se hac lege non teneri] Ad *Exceptiones*. I. Ctorum pertinet. Rhetores etiam criminis Translationẽ in statibus numerant. Videndus Fabius lib. 7. c. 4. Talis fortasse & apud Q. Voconiũ Ciceronis Prætoris actio, pro A. Clueotio Habito, veneficij à T. Atio accusato. Ostendit enim post longam defensionem, qua eum falsa infamia, pecuniam in iudicio olim versatam liberat, non ea, qua accusator vellet, Cluentium lege teneri. At vero Nunnesius translationem illam criminis in Cluentiana, quia πραγματικὴ ἀντίληψις est, non esse statum docet, sed κεφάλαιον, vt docet Hermogenes: & quoniam in ea parum est dignitatis, cum ponitur initio, quod videamur diffidere, recte monet Sopater, post defensionem adhibendam esse, diutiusque nos in ea commorari posse. Sic enim ille ex Sopatro lib. II. Institut. Rhetoric. quibus libris nihil vidi in hoc genere scriptum eruditius, aut accuratius, ex Græcorum, Latinorumque fontibus.

Maiestatis læsæ: siquid fecerit] Fort. *Maiestatis lege, si quid fecit, fecerit.* Nam in veteri lib. scriptum erat *Fecit.* & sic, veteres in legibus condendis loqui solitos, vel vna illa pro Cluentio Oratio declarat, in qua lege Corneliæ de veneficiis caput excutitur. QVI VENENVM MALVM FECIT. FECERIT.

Pop. Rom. maiestatem læderet.] M. Tullius Catone maiore, de hoc ipso Flaminino: *Tam flagitiosa & perdita libido, quæ cum probo priuato coniungeret imperij dedecus.*

Sub prætextu publicæ maiestatis] Vetus liber *prætexto*, neut. gen. nec amplius habet. Videtur tamen deesse altera vox *maiestatis*, omissa fortasse à librario vt superuacanea, quod per errorem bis positam putaret. Petreius igitur sic sarciebat: *In eo autem quod sub prætextu publicæ maiestatis fit, maiestatis actione vindicandum est.*

Maiestatis publicæ & iuri & apparatus est.] Locus inexplicabilis à scriptura, quia mutilus est, à coniectura fortasse non item, si Petreium audis. Hũc enim sensum eruit Etiamsi teneatur lege maiestatis, quatenus Proconsularẽ maiestatem imminuit; an etiam teneatur publicæ maiestatis læsæ, quod eius opera pop. Rom. apud exteras nationes male audiuit?

Si legatus falsa mandata adferi] *Aufert* in veteri est, et sic interpollatum: *Si claudit in curiam, quam illa P.R. dederat.* Emendo adiutus etiam ab Epitoma; *Sic audiuntur, tanquam illa P.R. dederit.* Nam vulgaris lectio sana non est cum negatione. Alias legi queat: *vel aliter quam P.R. dederit.* Huc autem pertinet lex de Legationibus lib. L. Pandect. & caput legis Iuliæ maiestatis lib. XLVIII. quo reus est, qui hostibus pop. Romani nuncium, litterasue miserit, signumue dederit, feceritue dolo malo, quo hostes pop. Rom. consilio iuuentur aduersus Remp.

Et continetur inito fœdere] *Indigno fœdere* exaratum vidi. De Mancino hostibus dedito, nec fœdere teneri populũ Rom. voluisse, memoriæ tereferunt. Frequenter itaque Senatus eos, qui cum hostibus iniussu suo fœdera fecissent, dedendos curauit: vt T. Veturium, & Sp. Postumium Samnitibus, cum his Ti. Numiciũ, & Q. Melium Trib. plebis pacis auctores. Multis post annis C. Hostilius Mancinus Numantinis deditus, nec receptus. Cic. III. Offic. & L. vlt. ff. de Legationibus.

Lex quid oporteat, aliæ quid liceat] Tale illud Diui Paulli: *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.* I. Corinth. VI. & X. capp.

In Gurgite luxuriam] Q. Fabius Gurges Q. Rulliani F. M. N. primo luxuriosus, post à paternis virtutibus non degenerauit. Nam ter Cõsularis, bis Triumphalis, & Censorius, ac Princeps Senatus quater, vt ex Fastis Capitolinis colligo. Macrob. lib. III. Satur. cap. XIII. *Ad viros venio triumphales, quos victores gentium luxuria vicit: & vt taceam Gurgitem à deuorato patrimonio cognominatum, quia insignibus virtutis secuta, vitia prioris compensauit ætatis: in quam foueam luxus & superbiæ Metellus Pius successuum continuatione peruenit.* Plutarchus quoq; λαιμαργὸν alibi nominat.

In Manlio impotentiam.] T. Manlius L. F. A. N. Imperiosus, Torquati cognomine, perindulgens in patrem, acerbe seuerus in filium, quod contra imperium suum in hostem pugnauerat, necari eum licet victorem iussit. Sallust. Iugurth. Hinc *Manliana imperia* in Prou. cesserunt. Liuius l. 4. ab 5. c. Valer. lib. II. cap. VII. & alibi. Agellius li. IX. cap. XIII. De Sullæ crudelitate & Luculli diuitiis, Lege Plutarch. Varronem, Ciceronem & Horatium Epist. VI. In Epitoma vero omissa illa sunt, *In Gurgite luxuriam*, legiturque *In Lucullo luxuriam, in multis auaritiam.* Non dissimilia de Catone & Cicerone initio Contro. XII. de Manlio vero XXXII.

Iniqui est quod] Petreius emendat; *iniquius est, quod obijciunt*, &c. *an Prætoris perire damnato:* Liber tamen vetus nihil ab edito variat.

Ergo nunquam iratus] Male hæc interpunguntur. Lege: *Ille ergo nunquam iratus, quod clementia sua contemtui esset, curabo, inquit, sciant.*

Occisus est, quia damnatus sub Prætorio fuerit] Concinnius hæc in Epitoma per interrogationes: *Occisus est. Quis? Damnatus. vbi? In Prætorio. Quo tempore?*

Ne exorasset, vt occideretur] Postrema hæc vox aberat à veteri, & locus decurtatus. Equidem sic concinnabam. *Timebam, me Hercules, ne exorasset*

vt aut

...autindemnatus occideretur : aut damnatus viueret: quomodo & Petreio leg. videbatur.

Despolia] In ambiguo ludit. Est enim & amantium, & Prætorum, lictorem in reum animaduertere iubentium, *Nudare*, & *Spoliare*; Virgas item & secures expediri iubebant Liu. lib. II. de Volerone, & lib. VIII. Dionysius Halicarnass. ... dixit. Plutarch. in Cicerone ... Valerius Maximus lib. II. cap. II. & Cicero v. Verrina.

Age lege] Formula & hæc magistratuum, supplicium de aliquo sumi iubentium: vt ex Liuio apparet lib. XXVI. & Valerio lib. III. ca VIII. Eandem enim vterque formulam tribuit Q. Fuluio Flacco. Quæ solennia verba respexisse Senecam putant, lib. I. de Ira cap. XVI. Quem locum altius repetam, quod iudiciorum morem, & nostra vehementer illustret. *Itaque*, inquit, *& si per uersa induenda Magistratui vestis, & conuocanda classico contio est, procedam in tribunal, non furens, nec infestus, sed vultu leni, & illa solennia verba, leni magis graviique, quam rabida voce concipiam, & Agi iubebo non iratus, sed seuerus.* Erat & in legitimis actionibus, *Lege agere* idem, quod iure experiri; apud Terentium Phormione, vbi Donatus legendus, & Plautus Aulularia, Cicero pro Cæcina, & I. de Oratore, & III. Verr. Valer. lib. VII. cap. VII. Plinius lib. VII. cap. V. Agellius lib. XX. cap. IX. & Pomponius I.C. in L. II. ff. de Orig. Iuris. *Augescente*, inquit, *ciuitate, quia deerant quædam genera Agendi, non post multum temporis spatium Sex. Aelius alias actiones composuit.* Debentur hæc Brissonij summi viri diligentiæ. vide & inf. Contro. XXX. & XXXII.

Mollem compositionem] Quam pueriles figuræ illæ sint τῶν ἀντιθέτων, ἰσοκώλων, καὶ παρίσων, docet Dionys. Halicarnass. in Lysia, ex Theophrasto, & in Isocrate, exagitatum illum fuisse propter nimium vsum figurarum huiusmodi, à Philonico Dialectico, & ab Hieronymo Peripatetico. Easdem vocat Θεατρικὰ σχήματα in lib. de Idiomate Thucydidæ. Lucilius quoque idem irrisit apud Agellium l. XVIII. cap. VIII. Mitto quæ M. Tullius de nimia festiuitate, qua isti vtebantur, in Oratore, aliique disputant.

Prætor soleas poposcit] Solent enim accumbentes, in tricliniis calceos ponere, ne stragula fœdarent. Martial. li. V. Epig. XCVII.

Deposui soleas adfertur protinus ingens
Inter lactucas, oxygarumque liber.

Et Plinius li. III. Epist. I. de Sporinna: *Mane lectulo continetur: hora secunda calceos poscit: ambulat millia passuum tria.*

Qui verba antiqua & sordida] Quæ Cæsar tanquam scopulum effugere iubet. Notatus hoc nomine Salloftius à Lenæo apud Suetonium, & Epigrammate ...

Et verba antiqui multum furate Catonis
Crispe Iugurthinæ conditor historiæ.

Vid. Fabium li. VIII. cap. III. & Agellium li. IX. cap. VII.

Semper ad sanitatem proclinis est] Idem Fabij consilium li. II. cap. IV. *Ipsis*, inquit, *doctoribus non esse cura velim, vt teneras adhuc mentes, more nutricum, mollius alant: & satiari, velut quadam iucundioris disciplinæ lacte patiantur. Facile remedium vbertatis; sterilia nullo labore vincuntur. Materiam esse primum volo, vel abundantiorem, atque vltra, quam oporteat; fusam. Multum inde decoquent anni, multum r. tio limabit: aliquid velut vsu ipso deteretur, sit modo, vnde excidi possit, & quod exsculpi.*

Illud genus Cacozelia] Ea mala affectatio est, de qua Fabius libro VIII. capite III. & sup. Seneca Controuer. XXIV. extrema, & nos in Suasor. VII.

Niceres dixit.] Græca probe constituta, biatum explent. Nisi quod negotium illud facessit ΑΝΗΠΟΑΚΕΤΤΤΧ τὸ ὅλον.

GRVTERVS & IVRETVS.

Vxorem à porta dimisit] Vxorem non comitatam maritum cui prouincia obuenerat, locus iste & seqq. indicant. Nec in crebro vsu etiã temporibus Augusti, vt ex Suetonij verbis apparet cap. XXIV. *hibernisque demum mensibus, permisit vxorem interuisere.* sed irrepsit Agrippina Germanico in prouincijs comes, ipsi Augusto Liuia. hęc fere Lipsius ad lib. III. Ann. Taciti. vbi etat, *Nequem magistratum cui prouincia obuenisset, vxor comitaretur.*

Meretricem non submisisset] nempe obseruabatur lictoribus, vt *submouerent* personas infames, puta lenones & meretrices, credo ne cursu vt proprie dicam obscæno, maiestas populi principis contaminaretur. Lipsius lib. I. Elect. cap. XXIII.

Alia quid luest] Interpretatur isthæc egregie P. Faber ad leg. CXXXXIV. de reg. iur. qui à lectore videatur, & videbit hercle non pœnitenda.

IO. PETREIVS.

Flamininus Prætor] Omnes dicunt illum tunc Imperatorem fuisse, sed & *imperator Prætor* dicebatur, vnde & *Prætorium* eius tabernaculum Maiestatis autem accusatus, quoniam videtur imminuisse dignitatem magistratus, cum in mancipij delicias hominem occidi iusserit: Mancipium autem illud masculũ dicit fuisse Plutarch. alij aliter.

Si cuius femina] Vetus li. *Si cuius forma*: fort. *Si cui femina.* Miseram matrem familias si contingat, vt ei meretrix inuideat, nam illi nihil Prætor negabit. Vel, *si cuius feminæ*, si alicuius vxori, quid non optabis in illam, quæ hominem voluit occidi?

Prætoris vnco] Prætoris intelligit, vel ipsum Prætorem vncum impegisse cadaueri, vel *vnco Prætoris*, quemadmodum dicimus, *fasces Consulis*, etiam si ipse Consul non gestet, sed eius lictor, vel *Prætoris*, ad *reliquas* referatur, vt illæ sint reliquæ ex tam immani Prætoris conuiuio.

Non misimus?] ibi subsistendum, cum interrogatione. *In hoc te (in prouinciam) cum vxore non misimus? vt salua prouincia sit, optemus meretrici bonam mentem.* In hoc sita est prouinciæ salus, si meretrix non insaniat; alioqui quicquid petierit, dõnabitur.

Perdiderat] ego arbitror legendom potius, *Populus Romanus dederat*: & fuit facile decipi libratium, cum ita ſctiptum forte teperiſſet, *P. Rom. dederat*, & putaus ſe emendare, peruertit omnia. Et erit ſenſus, quantum tibi Po. Rom. dedit poteſtaris in necem & vitam aliorum, id tu omne dediſti meretrici.

Inde minuerit] In Declamationum Epitoma legitur, *quidquam negaret*.

Scobes] pului ſculus eſt, qui è lignis decidit, aut alia materia quæ cum ſcobina i. lima tenuatur, vel ſerra ſecatur. Intelligit antem micas, & id genus analecta, quæ ſunt reliquiæ, & purgamenta ciborum, ſub menſam decidentia.

Reum euoluam] vno conuiuio explicabo omnia præturæ flagitia & accuſationis crimina. *Euoluere* enim alte repetito principio narrare. Ennius VI. Annali. *Qui potes ingentis cauſas euoluere belli.*

Conuiuium pratoris] adde, educitur.

Proles vindicare] Sic emenda: *an quod quis in magiſtratu peccauit, vendicari poſsit, prout læſæ maieſtatis reus.*

Maieſtatis actione] hic videntur deeſſe hæc verba; *In eo quod ſub prætextu publicæ maieſtatis ſit, maieſtatis actione vindicatum eſt.*

Deinde ſi poteſt] Licet coniectare qoid ſibi velit, quamuis emendare non ſit facile. Etiamſi teneatur læſæ maieſtatis, quatenus Procõſulatem maieſtatem imminuit, an etiam teneatur publicæ maieſtatis læſæ. i. quia totius populi maieſtatem imminuerit, quo minus ipſe Pop. Rom. apud alias nationes bene audiat.

Vtrum tamen &c.] lege potius, *Vtrum tamen, inquit, iniquius eſt, quod obijciunt, quia damnatus perierit meretrice poſtulante, an Pratori perire damnato.*

Dixit, & mulier] Sic diſtingue, *dixit & mulier*: & addatur: *Ille ergo nunquam iratus, quia clementia ſua contemptui eſſet: curabo, inquit &c.*

Ne exoraſſet] Sic emenda: *Timebam, me Hercules ne exoraſſet, vt occideretur indemnatus, aut damnatus vineret.*

Deſpolia] inoerecundum hoc eſt, qood ſe meretrices deſpoliare ſoleant in lupanari.

Age lege] *Lege agit*, qui ex lege actionem intendit: & *lege agit* qui ex lege viuit, & pro *attrectationem* forte *affectationem* legendum.

Interdiu age] Fort. *Interim, Age*: vel *Iure age.*

Tetracolo] clauſula quatuor æqualium membrorum.

Expoſitum repetens è duobus. CONTROVERSIA XXVI.

LEx. *PER VIM METVMQVE GESTA, NE SINT RATA.* Alia. *PACTA CONVENTA LEGIBVS FACTA, RATA SINT.* Alia. *EXPOSITVM QVI AGNORIT, SOLVTIS ALIMENTIS RECIPIAT.* Thema. *Quidam duos expoſitos ſuſtulit, educauit. quærenti patri naturali pollicitus eſt ſe indicaturum vbi eſſent, ſi ſibi alterum ex illis dediſſet. pactum interpoſitum eſt. reddit illi duos. repetit vnum.*

PRO PATRE. *Arellij Fuſci Patris.* Aequum eſt, vt com alienis diuidamus liberos, quos non diuidimus cum matribus? ſi alterum non abſtuleris, vtrumque habebis, quid faciam? vtrumque genui, vtrumque deſideraui: pro vtroque pactus ſum. *Albutij Sili.* Vna nati ſunt, vna expoſiti, vna educati, redditi potiſſimum diſtrahuntur. diſtraxit illos fortuna aliquando à parentibus, nunquam ab ipſis. Miſeremini, Iudices, grauis inuidia eſt. *Iunij Gallionis.* Duos expoſui: quia alterum eligere non poteram. pericl or ne qui cum duobus liberis in iudicium veni, ſine vllo reuertar. Nam quem perdam, eligere non poſſum. cauſa pacti mei fuit, vt haberem filios: conſummatio, vt perderẽ. pro filijs tibi debeo, non filios. Pete quantum vis pro diſciplinis, imputa quantum vis pro alimentis: licet plus petas, dum ne minus reddas. Maiores noſtri viderunt, quam effuſa eſſet indulgentia pro ſuis timentium, quam parata quicquid poſceretur dare. Itaq; pro patre lex, non cum educatore pacta eſt, Non potui obligari de eis, qui in mea poteſtate non erãt. ſi vis, ex æquo diuidamus: at habeatur vtriuſque ratio: habeam ego tamdiu duos, quamdiu tu habuiſti. Nolite timere pueri. non didocam vos. aut vtrumq; habebo, aut neutrum. in auctione fratres quamuis hoſtilis haſta non diuidit. Plus quiddam eſt geminos eſſe, quam fratres. perdit vterq; gratiam ſuam, niſi cum altero eſt. *Fuluij Sparſi.* Ignoſcere mihi aduerſarius debet, meos retinenti, cum ipſe alienos concupiſcat. repetit quod adbuc habuit, retineo quod modo agnoui. Agnitio diuidet, quos iunxit etiam expoſitio? *Cornelij Hiſpani.* Dic vter obſequentior ſit, vter indulgentior. vterque, inquis. Miraris, ſi iam meos diuidere non poſſum? omnia pro filio paciſcor, præter filium. *Votieni Montani* Ego vero ne patrocinium quidem habeo. ſi tam facile filios remitto, libenter expoſui. Reddere iſtud eſt liberos, an eripere? Vtroque modo perdẽdi erant, vel paciſcenti, vel neganti. pactus ſum flens tremenſque tanquam cum exponerem. *Coſtij Py.* Ne diuiderem filios, vna expoſui. Iſte quoque duos ſuſtulit, qoi tantum vno contentus eſt. Iterum cogor exponere.

ALTERA PARS. *Iunij Gallionis* contra. Expeditæ partes veſtræ ſunt. vtrumque ex hoc iudicio poteſtis patrem dimittere. *Mentonis.* Iſte aſſueuit carere liberis: ego etiam ſi vnum accipiam, neceſſe eſt torquear. duobus aſſueui. Quid vnquam commiſi? & habes domi quos de me interroges. nihil vnquam ſine illis feci, niſi indicium. Vim vocas, quæ te patrem fecit? ſine herede manere me, qui paulo ante habui filios duos tales, vt ex illis vnus quilibet ſatis ſit. *Pompeij Silonis.* Videte quam modeſte agam, ego ſuſtuli, ego educaui, ego reddidi: iſte eligat. *Vibij Ruſi.* Salui ſunt, inquam, liberi tui. poſt hanc vim meam iſte me oſculatus eſt. *Paſsieni.* Cedo mihi tabulas teſtamenti, plures in

teſtamenta

testamento habeo quam in pacto: hoc testamentum delere non cogito. si meos filios heredes facere non possum, tuos faciam: preces meas ad filios transferam. hoc enim nomen licebit, puto, mihi vsurpare, dum litigo. *Arellij Fusci Patris.* Fertis hoc optimi iuuenes? ego vos expositos sustuli, ego educaui, ego ægrotantibus assedi: senem me fecistis, & relinquitis. *Argentarius.* In ista vi duos filios perdidi.

D I V I S I O. *Latro* sic diuisit: In re vis aut necessitas sit. Nulla, inquit, vis est: arma, lex & vincula, & vltimum periculum complectitur: quorũ nihil fuit in tua persona. Illic, ait, vis est & necessitas, vbi velim nolim succumbendum est. mihi erat necesse. non enim poteram habere alterum filium, nisi alterum promisissem. Respondetur. Primum non est vis, vbi aliquid expediendæ rei causa patiendũ est, sed ratio. tanquã, Quia non possum domũ habere, nisi hanc emero. nulla alia venalis est. hanc occasionem videt venditor, & premit. non tamen hanc emptionem rescindes: alioqui in infinitum calumnia excedet. Dicet alius: Necesse mihi erat. tibi necesse? quare? primum etiamnũ carere poteras. deinde & alia via poteras inuenire, sperare alium indicem. An aliter inuenire nõ poteras? ergo hoc tibi plus præstiti. An si est in re vis & necessitas, ita tamen rescindantur quæ per vim & necessitatẽ gesta sunt, si vis & necessitas à paciscente adhibita est. Nihil, inquit, mea, an tu cogaris, si nõ à me cogeris. meam culpam oportet esse, vt mea pœna sit. Non, inquit. neq; enim lex adhibenti vim irascitur, sed passo succurrit: & iniquum illi videtur, id ratum esse quod aliquis non quia voluit, pactus est, sed quia coactus est. nihil autem refert per quem illi necesse fuit. iniquum enim quod rescinditur facit fortuna eius qui passus est, non persona facientis. Deinde an ab hoc vis admota sit. Tu, inquit, mihi vim admouisti, qui non aliter indicabas, quam si pactus essem. Non est, inquit, admouere vim aliquid eum certa condicione promittere si qua vis est, à te tibi adhibita est, quod & sponte & ad exonerandum se venisset, vt tantum patri redderet, quantum educatori superfuisset.

Color. Pro educatore *Gallio* hunc colorem secutus est, se misericordia motum. Cum viderem, inquit, orbum sine herede esse, dixit modo ipse qui auidus est. Possumus duo patres esse. & dixit illam amabilem sententiam: Da itaque nunc pœnas misericors. *Montanus Votienus* sic cœpit: Si quis me vidit, Iudices, modo duorum liberorum patrem, nunc solitudine periclitantem, certum habeo, dicit crudelem indicem. Et summisse cum aduersario egit: rogauit, vt altero contentus esset. Et illam sumpsit contradictionem: Nescio, inquit, vtrum. & dixit: Mihi crede, qui illos optime noui: vtrum vis elige. ideo sic pactus sum, quia nihil intererat. *Hispo Romanus* erat natura, qui asperiorem dicendi viam sequeretur. Itaq; hoc colore egit, vt inueheretur tanquam in malum patrem, & diceret, crudeliter exponentem: perfide recuperantem. In hoc, inquit, repetit, non quia habere vult, sed quia eripere. irascitur mihi quod duos educaui, quod indicaui. Et cũ descripsisset sæuitiam exponentis, adiecit: Etiamnum mihi videtur eiusdem animi, eiusdem duritiæ: quia nihil putat se debere ei, qui liberos suos educauit. Durus est pater, crudelis est. nolite credere ex illa feritate tam subitã mutationem. Sinite me in vno filio experiri. Dixerat in hac controuersia illam quæstionem, qua dicebat se nequaquam vim adhibuisse: Quid ergo? quis adhibuit vim? tu tibi. Non est quod dicas, Quis sibijpsi vim adhibet? solet fieri. ecce ego ipse mihi nocui. & illud dixit: Placet mihi in irritum reuocari quæ gesta sunt dono quod indicauerim. *Argentarius* dixit ex altera parte, miseriorem se nunc esse, quam cum ignoraret suos. & cum tormenta patrij animi descripsisset, ait: Etiam nunc pacisci volo. quid do, vt liberos meos recipiam? quid do, ne agnouerim? Indignabatur *Cestius*, detorqueri ab illo totiens, & mutari sententias suas: Quid putatis, aiebat, Argentarium esse? Cestij simius est. Solebat & Græce dicere: ὁ πίθηκός μου. Fuerat enim Argentarius Cestij auditor, & erat imitator. Aiebat inuicem: Quid putatis esse Cestium, nisi Cestij cinerem? & sic solebat iurare: Per manes præceptoris mei Cestij: cum Cestius viueret. Omnibus autem insistebat vestigijs Cestij: æque ex tempore dicebat, æque contumeliose, multa interponebat: illud tamen optima fide præstitit, cum vterque Græcus esset, vt nunquam Græce declamaret; illos semper admiraretur, qui non fuerunt contenti vnius linguæ eloquentia. cum Latine declamauerant, toga posita, sumpto pallio, quasi persona mutata, redibant, & Græce declamabant: ex quibus fuit *Sabinus Clodius*, in quem vno die & Græce & Latine declamantem multa vrbane dicta sunt. Dixit Haterius quibusdam querentibus, pusillas mercedes eum accepisse; cum duas res doceret, nunquam magnas mercedes accepisse eos, qui φιλοσοφήματα docerent. *Mæcenas* dixit: Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη. *Cassius Seuerus* venustissimam rem ex omnibus. qui ab auditione eius cum rediret, interrogatus quomodo dixisset, respõdit: Male καὶ κακῶς. *Glycon* dixit: οὐ ἀμφοτέρους μοι μὴ ἀποδῷς, ἀπώλεσας αὐτῶν τὸ δίδυμον. *Gallio* autem elegantissime dixit à parte patris, cum in vltima parte testamenti figuram tractaret: Quando ego mortuus ero, tunc mihi heres fit: vis interrogem, vter? *Triarius* dixit à parte educatoris: Ergo ego tollere potui, educare potui, tacere non potui?

IN CONTROVERSIAM VIGESIMAMSEXTAM.

NICOLAVS FABER.

SI *alterum non abstuleris,*] Veteres editiones habent: *si alterum non abstulerim: non habebis* nulla sine mendo.

Non cum educatore] Fortasse, *non pro educatore facta est.*

Iste eligat.] In excerptis, *iste electurus est,* habetur.

In re vis aut necessitas sit.] legendum puto, *An in re vis & necessitas sit.* Succedit enim huic quæstio: *An si est in re vis & necessitas &c.* Quæ posterior quæstio à Diocletiano & Maximiano Imperatoribus in venditione, & pignore rei familiaris necessitate contractis deciditur in codice Iustinianeo.

Et ad exonerandum] Lego, *& ad exorandum se venisset.*

Dono quod indicauerim.] Videtur scribendum, *damno quod indicauerim.*

Cestij simius est.] Ceteræ editiones habent, *certissimum ius est.* ex quibus vocabulis *Cestij simius est* effeceram. quam coniecturam mihi deinde confirmarunt Græca hæc P. Chiaconij quæ proxima subiiciuntur, πίθηκος μου, & Romana editio, in qua *Castosimius est* vno vocabulo reposuerunt. Nec dubitaui id præferre & in textum admittere, quod vetustę lectioni propius accedeter.

Τυδείδην δ' ἐκ ἂν] Græca Chiaconij habent, *Τυδείδην δ' ἐκ ἂν γνοίης ποτέροισι.* nos tamen maluimus sequi vestigia optimi codicis Pithoeani, quæ hunc versum repræsentant, & vulgatum Homeri textum, in quo ita habetur Iliados ε.

Male ἢ κακῶς.] Insignis locus ex optimo Pithœi codice restitutus, ex quo solo vel vrbanitatem Cassii dignoscere possumus.

SCHOTTVS.

PEr vim, viqne gesta] Nugatio hæc: Tentabam *per vim vtque gesta.* Epitoma vero, *per vim, metumque gesta non sint rata.* Pertinet autem ad eam M. Tullij disputationem lib. III. Offic. *Sitne fides hosti seruanda:* (quem mibi nunc campum ingredi non vacat) ad eumque libri IV. Pandect. Tit. II. *Quod metus caussa* & lib. XXXXIII. Tit. XXII. *Quod vi aut clam.*

Expositum qui agnouerit] Tale fere argumentum Comœdiarum Plautinarum: repertis enim legitimis parentibus earum, quæ expositæ fuerant, in matrimonium amantibus dantur. De solutione quoq; expensarum videndus Terent. in Heautont. & de hoc lemmate, Fabius l. VII. cap. I. initio.

Sustulit & educauit] Diuersa enim hæc *Tolli* enim dicebantur veteri superstitione, cum terram cõmunem omnium parentem, recens nati infantes attigissent: hinc educari an exponi vellent, parentes deliberabant. Terent.

Quidquid natum esset decreuerunt tollere.

De ritu autẽ illo M. Varro, Plinius, Statius, Tertullianus, & D. Aug. Turneb. li. II. c. VI. lib. IV. cap. XIV. & lib. XXII. cap. XI.

Hostilis hasta] captiui sub hasta venibant, Valerius li. VI. ca. V. *P. Claudius Camerinos ductu atq; auspiciis suis captos sub hasta vendidit.* Et Iosephus li. XIV. Antiquit. Iudaic. cap. XXII. ὅπως οἵ τινες ἐλεύθεροι ὄντες ὑπὸ δόρυ ἐπράχθησαν. Etiam *sub corona* C. Cęsar Venetorum omni senatu necato reliquos vẽdidit, li. III. belli Gallici. Vide Varr. lib. II. rei Rusticæ cap. X. & Agellium lib. VII. cap. IV. Nam & bona reique omnes, quæ publice venirent, voce Præconis *Hastæ subiici* solere Paullus ex Festo, aliique ex Cicerone, Seneca, Valerio, Iuuenali & Macrobio docuerunt.

Hanc occasionem vidit venditor & premit] forte *premit*, pro ingenti pretio onerat. De his M. Tullius III. offic. disserit, propterea quod sæpe incidant caussæ, cum repugnare Vtilitas Honestati videatur: de mercatore, qui Rhodum Alexandria magnum frumenti numerum aduexerit, aliasque naues onustas aduentare tacuerit. De domum pestilentem proscribente, ædesque vitiosas, & male materiatas vendente, & vitia tacente. De C. item Canio Equite Rom. à Pythio argentario, Syracusis, in villæ vẽditione circumscripto.

Argentarium esse] Nomen quoque ipsum à ioco non abhorret: *Argentariorum* enim est, qui & *Mensularij* sup. Controu. 24. ex alienis bonis, pecuniaque quæstum facere. In veteri fere legitur, *Quid putatis, inquit, Argentarius ecce*, Nibil tamen demuto.

Certissimum ius est] Emendo *Cestii Simius est. Simius* enim is dicebatur, qui studiose aliquem imitaretur: quemadmodum solet simia, vt forma, ita & gestu hominem referre.

Simia quam similis turpissima bestia nobis.

Ennius apud Ciceronem I. De Natura Deorum. Horat. Sat. X. li. I.

—— neque simius iste
Nil præter Caluum & doctus cantare Catullum.

Plinius Epist. V. lib. I. De M. Regulo. *Rustici Aruleni periculum fouerat, exsultauerat morte: adeo vt librum recitaret, publicaretque, in quo Rusticum insectatur, atque etiam Stoicorum simiam appellat.* Et Sidonius Apollinaris Epist. I. Ad Constantium; *De M. Tullio silere in stilo Epistolari melius puto; quem nec Iulius Titianus, totum sub nominibus illustrium feminarum digna similitudine expressit: propter quod illum ceteri quique Frontinianorum, vtpote consectaneum æmulati, cum veternosum dicendi genus imitaretur, Oratorum simiam nuncupauerunt.* Cicero quoque ὑπομνηματισμῷ lib. VII. Epist. ad Marium. *Hic simiolus animi caussa me, in quem inueheretur delegerat.* Græci quoque πιθηκίζειν pro fallere dicunt. Hinc & Aristophanes δημοπιθήκους velut populares simias vocat, qui plebi assentantur.

Non contenti vnius linguæ eloquentia] Idem admirari solent Critici Græca nimis temere, à quibusdam orationib. inseri, ostentandi potius causa, quam quod res exposcere videatur: vt fit, dum aut venustiora Græca sunt, aut σημαντικώτερα vel cum litteris interceptis nolumus consilia & arcana ad plures dimanare, his, tanquam notis vti solemus. Aliter M. Tullius Græca se Latinis interponere negat Tuscul. I. & Græca verba inculcantes iure optimo rideri ait. I. Offi. vt Lucilium Horatius Satyra. X.

At magnum fecit, quod verbis Græca Latinis
Miscuit.

Exstantque huiusmodi Lucilii versus, apud Ciceronem li. I. & II. de finibus & lib. V. M. Crassum ἀγέλαστον Græce vocasse Lucilium. In L. vero Crassum oratorem hos versus iactabat:

Quam lepidæ lexes, compostæ vt tesserulæ omnes
Arte pauimento, atque emblemate vermiculato.

Afranius in Prodigo, referente Nonio Marcello:

Nam me pudet, vbi mecum loquitur Numerius
Aliquid suffero, Græce irridet me illico.

Toga

Toga poſita, ſumto pallio] Illa enim Romanorum, hoc Græcorum. Sic de Valerio Liciniano Plinius Iunior lib. IV. Epiſt. x. qui cum in Sicilia profiteretur, in Pallio declamitabat Latine: *Cum* inquit, *Graco pallio amictus intereſſet, (carent enim toga iure, quibus aqua & igni interdictum eſt.) poſtquam ſe compoſuit, circumſpexitque habitum ſuum. Latine, inquit, declamaturus ſum, dicens triſtia & miſeranda.*

Ceſtij cinerem.] Significat fort. per iocum, Ceſtio ſeni exaruiſſe iam ſtilum, dicendique copiam imminutam, quod in cinerem ligna exuſta vertantur. Cineri itaque, quo nihil aridius, comparat: vt ille viciſſim Argentarium, Orationum ſuarũ ſimium vocat. In vet. erat *Ceſticinus*, quaſi à Veneris cingulo κεςῷ, quo amores conciliantur, iocum traxerit: verum *Ceſtij* quo dixi ſenſu magis placet. CESTIVS autem abſque diphthongo excudendum perpetuo curaui. Sic enim gentis Platoriæ cognomen CESTIANVS in lapidibus litteratis, & nummis quamplurimis apud Ant. Auguſtinum ſcriptum vidi M. & L. PLÆTOR. CEST. CÆSTVM vero pro pugilum armis cũ loris ex tergore bouis manibus inductis per Æ. tanquam à cædendo, ſcribi video, vt Veneris cingulum *Ceſtum* per E. auctore Seruio.

Ερμηνεύματα] Latinis litteris erat in vet. *Frmenium acta*, vitioſe. Luſiſſe autem in voce puto, quæ interpretationem ſignificat obſcuri vocabuli, vt perſpicua fiat, præſertim vero, vt veritas puteo Democriti immenſa emergat: cuius, vt ſimplex eſt oratio, ita indiget ſæpe explanatione: quæ, vt fit, odium parit. Reſpexit itaque, vt conijcio, illa Euripidis in Phœniſſis.

Α'πλῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ,
Κ' οὐ ποικίλων δεῖ τἄνδιχ' ἑρμηνευμάτων.

Sic & vulgus ſordidum iactat, eos qui Philoſophiæ earumque litterarum, quæ vere humanos efficiunt, tractatione delectantur, ieiunare. Scholaſticam autem & hanc vocem eſſe, vel inde colligo, quod in veterum exſtat Dialogis apud Gloſſographum: ἐμάνθανον ἑρμηνεύματα, *Interpretationes edidici.*

GRVTERVS & IVRETVS.

M*Ale εἶ, κακῶς*] ſic recte reſtitutum à clariſſimo viro Nic. Fabro. Sed cum ſuperiores editt. habeãt, *male vicit*: non video, cur alij editores vocem *vicit* eiecerint, quæ poſt dictionẽ Græcam addi debuit. nec enim ocioſa eſt, eodemque ſenſu accipi debet quo dixit Seneca lib. Suaſor. II. *Inter plures ſententias videtur palmam meruiſſe. Dixit enim, &c.* Iuretus.

IO. PETREIVS.

G*Rauis inuidia*] potius legerem, *grauis iniuria.*
Itaque pro patre] videtur emendandum, *Itaque pro patre lex, non pro educatore lata eſt*, Magis enim patri fauet, cum dicit, vt ſolutis alimentis recipiat.

Modo ignoui] Forte, *agnoui* leg.

Sine herede] Fort. *Sine herede heredem.* Nam tu agnoſcis filiũ, & nihil illi debes relinquere, quoniam eum ego adopto; & ita quod filio erat obuenturum, ad te redit.

In re vis] Fort. *an in re vis.*

Cum eſſet neceſſe] aliquid hic deeſt, vel *dicis eſſe neceſſe*, vt ſit obiectio.

Dicet alius] Ego hunc locum ita diſtinguerem; *Dicet alius neceſſe mihi erat, Tibi neceſſe? carere primum etiam non poteras? deinde & alia via &c.* quomodo erat neceſſe tibi habere, ſi primum carere potuiſti.

Nihil autem] videtur hic redundare, *quam & illo* potius quam *illic* legendum.

Ad exonerandum] *ad exorandum*, potius legerem;

Da itaque] ſit ſe ipſum alloquentis. Tu igitur qui miſericordia motus patri indicaſti, da nunc pœnas miſericordiæ tuæ.

Argentarium eſſe] alluſit fortaſſe ad nomen *argentarij*, qui quemadmodũ commutant pecuniam; ſic ille commutabat ſententias.

A filio in arce pulſatus. CONTROVERSIA XXVII.

LEx. *QVI PATREM PVLSAVERIT, MANVS EI PRÆCIDANTVR.* Thema *Tyrannus patrem in arcem cum duobus filijs acceſſit. imperauit adoleſcentibus, vt patrem caderent. Alter ex his præcipitauit ſe, alter cecidit. Poſtea in amicitiam tyranni acceptus, occiſo tyranno, præmium accepit. Reus fit caſi patris. Petuntur manus eius. defendit pater.*

PRO FILIO. *Ceſtij Pij.* Felicior eſſem, ſi plures reos defenderem. *Triarij.* Hæc vulnera quæ in ore videtis meo, poſtea feci quam dimiſſus ſum. *Iunij Gallionis.* Gratias ago filio, quod me non reliquit ſolum tyranno. quod manu illius vſus ſum, ego iuſſi. itaque crimini meo aſſum: Amicus, inquit, tyranni fuit age, hoc tantum filius meus in arce ſimulauit? Procumbo ad genua veſtra, Iudices, ille contumax, qui cum vapularem, non rogaui. *Muſæ*, Occiſus eſt tyrannus. à quo putatis, niſi ab eo qui patrẽ pulſare non poterat? præcidetis tyrannicidæ manus. quid hoc eſt? integer tyrannus iacet. præciduntur tyrannicidæ manus, patri præcidite, ne vindicem filium, propter quem ne à tyranno quidẽ impune vapulaui. Poſtquam occupauit arcem, ſecuti ſunt illum homicidæ, ſecuti venefici, ſecuti quiſquis pulſare patrem poterat. neceſſe fuit patrem cædere, tam hercules quam neceſſe fuit ſpoliare templa, virgines rapere. Aiebam: Fili, fortius feri. tyrannus ſpectat. Si talis erat filius meus, qualem deſcribitis, neſcio cui magis expedierit tyrannũ viuere. O quantum iſtis debemus manibus, per quas iam nihil neceſſe eſt? Occidit tyrannum. ſic huius iratæ manus feriunt. Cum occideret tyrannum, ſic aiebat: Pater interficit, pater te ferit. ſic feriunt qui volunt. Tecum fili inconſideratæ pietatis queror;

Validius patrem cæcidisti quam iussit tyrannus iratus. iacenti ipsas cadaueris manus in me ingessi. *Fuluij Sparsi.* Tales fuerunt, ex quibus posset alter contemnere tyrannum, alter occidere. *Iullij Bassi.* Compressas filij manus in os meum impegi, cædentem consolatus sum. *Porcij Latronis.* Cæde, inquit, patrem, dum ego negligens sum: præcipitauit se ex arce filius. hoc non est patri parcere, sed sibi. Dura fili. ad tyrannum tibi per patrem eundum est. Tenent ecce cruentum tyranni caput. nunc illas præcidite, *Blandi.* Vt vidi tyrannicidam ex arce descendentem, nihil prius quam manus osculatus sum. *Pompeij Silonis.* Vtrum ex filijs meis probatis? alter se occidit, alter tyrannum. nemo ius habet in istas manus, meæ sunt istæ. Etiam cum tyranno seruirent, mihi paruerunt. ita mihi superstite filio mori liceat, vt ego illum qui mori maluit, parricidam vocaui. *Arellij Fusci Patris.* Rogo vos per securitatem publicã, per modo restitutæ libertatis lætitiam, per coniuges liberosque vestros nemo tam suppliciter audiuit me rogantem, cum vapularem. Quam languidæ cædentis erant manus! non putares illas tyrannicidium posse facere: istæ mihi salutares porrexerunt cibos, istæ potiones; nunquam tamen indulgentiores sensi manus, quam cum me cæderent. *Votieni Montani.* Pereant, inquit, potius. qui sunt, qui tam fortiter loquantur? Vix inuentus est, qui tyrannum occideret. Fili fortius, inquam, feri, ne nos colludere tyrannus intelligat. suspensas leuiter admouebat manus. filius simulabat ictus, pater gemitus. Si qua est fides, iratus filium extuli, quod me non cæciderat. Necessitas magnum humanæ infelicitatis patrocinium est. Hæc exusat Saguntinos, quamuis non cæciderint patres, sed occiderint: hæc excusat Romanos, quos ad seruilem dilectum Cannensis ruina compulit, quæ quicquid coëgit, defendit. Ille quoque mihi pepercisset, si vnicus fuisset. Ille me fratri relinquebat, hic tyranno. Etiamnum, inquit, in facie tua vulnera apparent. Fili, nocet tibi, quod tam cito occidisti tyrannum. *Mentonis.* Quæritis, quis hæc fecit vulnera? ille cuius cæcidit me in funere manus. Ita mihi libero & viuere contingat & mori, ita oculos meos filij manus operiant, vt ego inter liberos meos fortior steti.

Ex altera parte *Arellij Fusci patris.* Tandiu cædidit patrem, donec placeret tyranno satelles. quid? Tu tyrannicidium facere non potes, nisi in parricidio exercueris manus? Pater, inquit, adest. malo. non enim tantũ patrem, etiam patronũ cæcidisti. *Iullij Bassi.* Quoniam eo scelerum peruentum est, vt parricidæ pater adsit, non istius aduocationi adsum. defendit quamuis nocentem. Ecquid agnoscitis indulgentiam illius? Frater qui maluit perire quam patrem cædere, infelix causam suam cum fratre iungebat. exclamat iste: Nihil illi mandaui. ego tibi & pro illo satisfaciam. Vt validius, inquit, cæderet: Pro Rep. inquit, feci. Vis tu pudorem habere, nec imputare Reip. idem quod tyranno? Pater, inquit, mihi adest. At mehercules frater non adesset. Habuisti, quod tyranno iactares, frater maluit mori quisquis cædendus erat, isti tradebatur. Tyrannum, inquit, occidi. at patrem quantulominus quam occidisti? *Pompeij Silonis.* Gaudeo in subsellijs istius esse patrem. quomodo. n. aliter efficere potuissem, vt vulnera eius videretis? Non multum refert mea, vbi sit. ab hac parte crimen obijcitur, ab illa ostenditur. Grauior testis esse solet, qui à reo surgit. Talis prorsus pater, quem nemo alius posset cædere, nisi amicus esse posset tyranni. Frater perijt, ne parricidium aut faceret, aut videret. In illa præcipitia non minus, inquam, fratrem fugit quam tyrannum. *Cornelij Hispani.* Descendebat cruentus pater, vexato laceratoque corpore vix agnoscendus. putares duos fuisse qui cæcidissent. fecit quod debebat. qui patrem cæciderat, amicum occidit. *Cestij Pij.* Ego, inquit, cæsus sum. pœnam remitto. Mirarer, nisi pro tam bono patre fuisset, qui mori vellet. Dignus est quem inuitum vindicetis. Itane apud vos tantũ crudeles patres vindicantur? Pater, inquit, iussit. ergo frater tuus impius fuit, qui patri non paruit. Si quando lente parebant satellites, aiebat tyrannus: Non spectatis quemadmodum patrem cæciderit? *Qui patrem cæciderit, manus eius præcidantur.* Hanc legem mo-

* riens laudauit tyrannus. Nouissime inter filium & patrem tyrannus intercessit. * An non quisquis patrem cæciderit, puniatur. In lege, inquit nihil excipitur: sed multa quamuis non excipiantur, intelliguntur. Et scriptum legis angustum est, interpretatio diffusa est: quædam vero tam manifesta sunt, vt nullam cautionem desiderent. Quid legis interest, excipere, ne fraudi sit ei qui per insaniam patrẽ pulsauit: cum illi non supplicio, sed remedio opus sit? Quid opus est caueri lege, ne puniatur infans, si pulsauerit patrem? quid opus est caueri, ne puniatur, si quis aut patrem sopitum, aut subita corporis grauitate collapsum excitauit: cum illa non iniuria, sed medicina fuerit? Nondum de propria, sed de communi causa loquor. Si officiose quis cæcidit patrem, non pulsauit, puniri debet?

Diuisio. Hanc quæstionem in partes plureis diuisit, An tutus sit qui tyranno iubente fecit. Cogitate quam multa tyrannus exegerit. Pro publica innocentia est: non licere hoc quoque tyrannis, vt nos faciant nocentes. Tyranno iubente fecit. miserior fuit ipso vapulante. Non est impudica quæ arcessita fuit à tyranno. non dicitur sacrilegus, qui deorum immortalium dona manibus suis tulit ad tyrãnum, aut qui funestas tyranni imagines inter effigies deorum immortalium consecrauit. An tutus sit, qui patre iubente fecit. Non cæcidit, sed paruit. & illud dixit in narrationibus: Stabat contumaci frater vultu. intellexit non posse cogi à tyranno. An tutus sit, qui pro patria facit. An hic pro patria fecerit. Item, An illo iam tẽpore cogitationem tyrannicidij habuerit, & hoc animo cæciderit, vt aditum faceret sibi ad amicitiam tyranni. *Montanus* & illam quæstionem vltimam fecit: An etiam si quid peccatum est, tanto merito redemptũ sit. *Gallio* illam quæstionem primam fecit: An vltio cæsi patris, nullius sit nisi patris. Inuitum, inquit, me nemo vindicaret, si à quolibet alieno cæsus essem, & nollem agere iniuriarum: nemo nomine meo ageret. atqui nihil interest: pœna maior est eius qui cæcidit, ius idem eius qui cæsus est. Contra ait omnibus actionẽ dari. non enim priuatam esse iniuriam, sed publicam: itaq; nec taxatione defungi damnatum: aut iniuriarum pœna, sed manus pendere: ad omnes patres pertinere hoc exemplum, ad omnes filios, & ad ipsam Remp. tales esse qui fiant tyrãni, certe qui tyrannorum amici. Et vltimas has fecit quæstiones: An si pro animo fecit, non teneatur:

An bono animo fecerit. Et in illa quæstione Latronis, An tutus est qui patre volente fecerit. Nunc, inquit, fingis in filij patrocinium, sed tunc noluisti. Et adiecit: Ne dixeris idem voluisse patrem quod tyrannum. Quæritis, veri paruerit? Tyrannus illum amauit, tanquam sibi paruisset. Pater, inquit, voluit. ita tu non tyranno tantum, sed patri dignus parricidio visus es? Cum descripsisset impium in patrem, adiecit: Tyrannum quoque tunc cum amare deberes, occidisti.

Color. *Montanus* partem accusatoris declamauit, & hoc colore vsus est: Indulgentissimum fuisse in filios patrem: nimiam pietatem eius fuisse notam tyranno. Itaq; illum qui quæreret pudicis dolorem ex impudicitia, contumacibus ex seruitute, piissimo patri tormentum quæsisse ex filiorum impietate: & induxit illum animose loquentem, qui iussus est prior patrem cædere. Quid si non cæcidero, inquit, quid facturus es? torquebis? occides? plus est quod imperas, quam quod minaris. Certamen erat in vno homine, vtrum plus posset natura, an tyrannus. Cæde, inquit: non cædo. verbera: non ferio. Hæc fratre audiente. Et illud dixit, cum promitteret amicitiam tyrannus: Magis præmium extimui tyranni, quam imperium. Et cum descripsisset citatrices patris: Et forma est adhuc faciei, dixit, ab vtroque cæsum putes. *Montanus* tamen aiebat, nihil posse melius dici. Ex hac parte tyrannus iubet, ex altera lex vetat. morieris, si cæcideris: morere, ne cædas. *Cestius* dixit: Tyrannus imperat vt patrem cædas. non est nouum: noluisti facere. Laudaturum me putas? ego vero non laudo. alterius ista gloria est. tu fratrem imitatus es. *Argentarius* dixit: Tu patrem cæcidisti, cum & legem nosses, & fratrem. *Mõtanus* dixit: Parricida esse voluisti: violasti patris corpus, fratris beneficium. Ab altera hoc colore omnes declamauerunt tanquã patre iubente fecisset. *Triarius*, dixit: In filij mei manus incurri. *Bassus Iulius*: Ego me filij mei manibus cæcidi. *Haterius* dixit: Ago gratias tyrãno, quod alterum filium meum custodiri iussit, ne mori posset. *Cestius* ait in narratione: Tyrannus iubet cædere, exposita tormenta sunt: quid faciat? moriatur, inquis. hoc dicis: ne cædat patrem, occidat. *Fuscus Arellius* dixit: Complecti volo istas manus, optime de me etiam ante tyrannicidium meritas. *Gallio* dixit: Viderit quantum tibi se putet debere, Resp. ego plus me quam illam debere tibi iudico. difficilius est quod me iubente fecisti. *Montanus Votienus* dixit in narratione: Si perseueras fili, fratrem sequar. Videris vtrum patrem cædere malis, an occidere. Hanc Controuersiam & ab *Iulio Sabino* bene declamari memini, cum describeret tyrannum occisum, & eum ingenti gloria ex arce deductum. O te parricidam: nisi post tyrannicidium quoque intelligis, quanto melius frater tuus perierit, quam tu occideris. Illud no probaui, quod multa in re seuera tentauit salse dicere. Erat autẽ vrbanissimus homo, vt vobis sæpe narraui vt quicquid illi in eloquentia deerat, vrbanitate pensaret. Meminimus cũ illũ Syriacus Vallius, homo disertus, accusaret, & videret Latinũ Kalumniam testem circa coronam indicij obseruari, & totiens occurrere eunti Syriaco, & quærere, quid haberet spei: deinde post iudiciũ, cum Syriacus gratias illi ageret, quod tantam curam sui egisset: At mehercules, inquit, timebam, ne vno rhetore plus haberemus, & testis productus cum interrogatus esset, an accepisset à patre sestertia? dixit quod accepisset: an haberet? negauit. Deinde interrogatus, an Kalumniã haberet? Ipse, inquit, negligentiam meam nosti; an habeam, nescio: accepisse me scio. & in Domitium nobilissimum virum in consulatu cum thermas prospicientes viam sacrã ædificasset, cœpisset deinde rhetores circumire, & declamare: Ego, inquit, sciebam hoc te facturum, & matri tuæ querenti de tua desidia dixeram: πρῶτον κολυμβᾶν, δεύτερον δὲ γράμματα. Duas eius vrbanes res præterire non possum. Secutus erat in prouinciam Cretam Oppium Flamam Proconsulem. Græci cœperunt in theatro postulare, vt Sabinus maximum magistratum gereret. Mos autem est, barbam capillumque magistratui Cretensium summittere. Surrexit Sabinus, & silentium fecit, deinde ait: Hunc magistratum ego Romæ bis gessi. bis causam dixerat. Græci non bene intellexerũt, sed bene precati Cæsari petebant, vt honorem Sabinus & tertio gereret. Postea deinde offendit illos tota comitum cohors: oppressi sunt in templo ab omni multitudine, quæ postulabat, vt Romã Sabinus cum Turdo proficisceretur. Erat inter infames maxime & inuisos homines Turdus. Cum Turdus promitteret iturum se, vt inde posset exire. Sabinus silentio facto, ait: Ego ad Cæsarem non sum iturus cum mattea. Postea hoc Sabino cum causam diceret, obiectum est. Multa illũ diserte dixisse memini. Cum introductus esset ex carcere in senatum, postulaturus vt diaria acciperet, tunc dixit de fame questus: Nihil onerosum à vobis peto, sed vt me aut mori velitis, aut viuere. atque illud dixit: Nolite, inquit, superbe audire hominem calamitosum.

Sæpe qui misereri potuit, misericordiam rogat.

Et cum dixisset Senianus locupletes in carcere esse: Homo, inquit, adhuc indẽnatus, vt possim viuere parricidas panem rogo. Cum mouisset homines & flebili oratione & diserta, rediit tamen ad sales. rogauit vt in Lautumias transferretur: Non est, inquit, quenquam vestrum decipiat nomen ipsum Lautumiæ, illa animo meo lauta res est. Hoc retuli, vt & ipsum hominem ex aliqua parte nossetis: & illud sciretis, quam difficile sit, naturam suam effugere. Quomodo posset ab illo obtineri, ne in declamationibus iocaretur, qui iocabatur in miseriis ac periculis suis: in quibus iocari cum non debuisse, quis nescit? potuisse, quis credit? *Murrhedius* non degenerauit in hac Cõtrouersia. nam colorem stultissimum induxit. Voluit, inquit, & hic fratris sequi exemplum. dum retineo, dum luctor, visus est patrem cæcidisse. Vnum ex his quos audiui declamantes, scio *Mentonem* vsum non patrono patre, sed aduocato. ipsum tyrannicidam induxit dicentem, & colore vsus est: Non iussum se à patre, quia aiebat incredibile omnibus videri, patrem coram tyranno cædi se iussisse: sed initum esse tyrannicidæ consilium, vt per hoc ad amicitiam perueniret, per amicitiam ad tyrannicidium. Hæc eius sententia laudata est, cum describeret se patri manus afferentem: Nihil in toto tyrannicidio difficilius feci. Illud dixit: Iam cum factum esset tyrannicidium, si me frater non reliquisset. Et illud dixit: Vos ego tunc respexi templa, leges, Resp. nam si me tantum spectasem, facile tyrannum effugisem, illa, qua frater effugerat.

IN CONTROVERSIAM VIGESIMAMSEPTIMAM.

NICOLAVS FABER.

PRÆCIDVNTVR *tyrannicidæ manus,*] Aliquanto fortasse melius, *Præcidentur tyrannicidæ manus?* vel, *præcidetis tyrannicidæ manus?* Veteres tamen editiones totum hunc locum longe aliter exprimunt, quæ sic habent, *Præcidetis tyrannicidæ manus? quid hoc est? inter tyrannos iacet præcisa tyrannicidæ manus arci prædit ane vindicem filium.* Ex cuius corruptæ lectionis vestigiis, hæc quam habemus lectio expressa est.

Ille quoque mihi pepercisset.] Deesse negationem existimo. vult enim dicere, filium, qui se præcipitauit, patri non parciturum fuisse quin cæcidisset: si & ipse vnicus fuisset, id est, nisi fratrem habuisset, cui patrem relinqueret. Quare non mirum, si is qui solus remanserat, cæciderit. Tyranno enim patrem relicturus fuerat. Qui sensus vt effici possit, legendum est. *Ille quoque mihi non pepercisset.*

An non quisquis] Quæ deinceps sequuntur, diuisionis esse apparet, cuius in veteribus editionibus in hac Controuersia nulla est distinctio. qua ratione hic quædam deesse, locumque asteriscis notandum duco.

Cæcidit patrem, non pulsauit, Vide ne legendum sit, *aut pulsauit.* Vel *non pulsauit,* id est non tantum pulsauit. vt aliis locis notauimus.

Et cum descripsisset] Sanior fortasse erit locus, si ita legamus: *Et cum descripsisset cicatrices patris, deformem adhuc faciem, dixit: Ab vtroque,* &c.

Morieris si cæcideris:] Videtur legendũ, *ni cæcideris,* vt sint verba tyranni comminantis.

Quot accepisset:] Fortasse, *quod accepisset.*

Domitium nobilissimum virum] Auumne Neronis quem arrogantem & profusum in Nerone fuisse dicit Suetonius, an patrem?

Πρῶτον κολυμβᾶν. AP. Chiaconio sunt hæc Græca. Pueri autem prius litteras, deinde nare discebant, quod & Augustum suos liberos docuisse ait Suetonius: vnde prouerbium. μηδὲ νεῖν, μηδὲ γράμματα. At Syriacus contra fecisse Domitium ludebat, qui prius thermas ædificauerat, quarum pars κολυμβήθρα: ceu piscina natationi apta erat, deinde Rhetoras sectabatur.

Cum matiea] Mattea, siue Mattya, aut Matteola, ita enim per *tt* duplex potius quam per *c* & *t* scribendum hoc vocabulum docent origo Græca, & manuscripti libri, genus esse cibi delicatissimi docet Athenæus lib. XIV. Vnde pro cibo quocunque exquisito sumitur, vel apud Latinos. Martialis lib. XIII.

Inter aues turdus, si quis me iudice certet?
Inter quadrupedes mattya prima lepus.

Sic enim hoc distichon legendum monuerunt docti viri. & ματτυάζειν pro delicate viuere. Eadem fortasse ratione Sabinus hic Turdum ματτυάζοντα, Matteam dicit. vel potius obscœnius quid latet, & quemadmodum Terentianus miles speciosum adulescentem leporem, ita Sabinus Turdum Matteam vocat. supra enim inter infames fuisse dictum est.

Sed initium] Ceteræ editiones: *sed in iis esse tyrannicidæ consilium.* Ex quibus efficio, *sed iussisse tyrannicidij consilium, vt per hoc* &c.

SCHOTTVS.

QVI *patrem pulsauerit, manus ei præcidantur*] Huiusce legis caput repperi in Allegoriis Homericis Heraclidis Pontici. Sic enim ait: Οἱ νομοθέται τοὺς πατροτύπτας χειροκοποῦντες, τὸ διακονῆσαν αὐτοῖ μέρος ἐξαιρέτως ἀποτέμνοντες. *Legislatores patris percussoribus manus amputant: illam præcipue partem mutilantes quæ scelus commisit.* Male igitur Germanicus interpres reddit, *parricidas*, pro eo, qui patrem pulsauerit. Nam de Parricidarum pœna supra dicere memini Controu. 16. & ad proœmium lib. 3. in fine.

Patri præcidite, ne vindicem] *Archipregite* erat in veteri, ad oram vero alia manu adscriptum, *arci predite*: quæ etsi manifeste corrupta sunt, debui tamen, fidei meæ liberandæ, appendere.

Iratus tyrannus] Vetus li. sic interpungit: *Iratus iacents ipsas cadaueris manus in me ingessi,* vt patris sit sermo de filio, qui se præcipitauit. Petreius vero: *Iacents ipsas tanquam cadaueri manus in me ingessisti,* vt filium à quo cæsus erat, inspectante Tyranno, alloquatur.

Ita mihi superstite] Iurabant sollemni more per res sibi carissimas: non solum autem per suum ipsi caput, sed & liberorum, & Cæsaris, & amicorum. Vlpianus in l. 3. & 4. §. fin. ff. de iureiuran. *Ceterum si ego detuli, vt per Deum iurares, tu per caput tuum iurasti vel filiorum tuorum.* Et infra in hac ipsa Controu. Mento. *Ita mihi libero, & viuere contingat & mori. Ita oculos meos filij manus operiant.* Et lib. VI. Epitomæ Decl. 1. *Ita mihi contingat patrem vtrique nostrum placari.* Vid. & Contro. XI. Apud Terentium Heautont. Act. 5. Sostrata Clitiphonti filio iurat, hoc modo:

Ita mihi atque huic sis superstes, vt ex me atque hoc natus es.

Cic. 2. de Nat. Deor. *Qui tota die precabantur, & immolabant vt sibi liberi sui superstites essent, superstitiosi sunt appellati.* Plin. lib. 2. Epist. vlt. De Regulo. *Clamat moriens Verannia Pisonis: O hominem nequam, perfidum, ac plusquam periurum: qui sibi per salutem filij sui peierasset. Facit hoc Regulus, non minus scelerate quam frequenter: quod iram Deorum, quos ipse quotidie fallit, in caput infelicis pueri detestatur.* Seneca quoque filius Consolatione ad Heluiam matrem de M. Annæo Lucano: *Deos oro contingat hunc habere nobis superstitem. In me omnis fatorum crudelitas lassata consistat.*

Necessitas magnum imbecilitatis] *Infelicitatis* scriptum vidi in Epitoma, nihil tamen demuto. De hac elegantes Laberij Mimi versus extant apud Macrobium lib. 2. Satur. cap. 7.

Necessitas cuius auersi cursus impetum
Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt:
Quo me detrusit pæne extremis sensibus.

Excu-

Fxcuſat Saguntinos] Leg. Liuius.l.21. Abiit in Prouerb. *Saguntina fames.* Libet ex Petronij Satyrico inſignem locum apponere: *Saguntini oppreſſi ab Hānibale, humanas edere carnes, nec hæreditatem expectabāt, petani* (leg. *Petilini* ex Liuio li.23. & Frontino li.4. cap.5.) *idem fecerunt in vltima fame: nec quicquam in hac epulatione captabant, niſi tantum ne eſurirent. Cum eſſet Numantia à Scipione capta, inuentæ ſunt matres quæ liberorum ſuorum tenerent ſemeſa in ſinu corpora.* Hæc ille.

Ad ſeruilem delectum Cannenſis ruina] Liu.l.23. Dictatorem M. Iunium, poſt cladem Cannenſem, ſeruitiorum octo millia publice empta armaſſe refert. Appianus vero in Hannibalicis, Senatum octo millia ſeruorum dominis vltro donantibus manumiſiſſe. Tu lege Macrobium li.1. cap.11. & Feſtum de Volonib. & Oroſium li.4. cap.16. & Senecam li.6. Ep. Declam.7.

Ita oculos meos filij manus] Parentum hoc votum, vt filios ſuperſtites relinquant: qui vltimum hoc officium præſtent, vt oculos morientib. claudant. Virg.9. Æneid,

—— nec te tua funera mater
Produxi, preſſiue oculos, aut vulnera laui.

& Romæ inſcriptio vetus in ædib. Delphinorū.

QVOD DOCVIT NATAM PATRI
PRÆSTARE SEPVLCRO
HOC CONTRA NATÆ PRÆSTITIT IPSE PATER.

Ouidius de morte Tibulli:

Hic certe manibus fugientes preſſit ocellos
Mater, & in cineres vltima dona tulit.

M. Varro de lege Mania, apud Nonium (quæ de manibus erat, vt contra Crinitum docet Guicchiardus Gallus funeralium l.1.) ſanciebat, *Ne filij parētibus oculos luci claro ſugillarent.* Eundem ritum tradunt Homerus Iliad. λ'. & Odyſſ. λ'. Euripides in Hecuba & in Phœniſs. Sophocles in Aiace, Stobæus in ſermone de exilio, Plutarc. in Cōſolat. ad Apolloo. & alia ad vxorem, Fabius, Plinius, & alij. Propertius:

At mihi non oculos quiſquam inclinauit euntis;
Condita ſunt veſtra lumina noſtra manu.

Sic *comprimere*, & *condere oculos* dixit ſæpius Naſo, quam vt colligere velim Statius item & Seneca in Troadibus.

Pater adſit] Tanquam aduocatus, quo de nns ſup. Controu. prima. & *Aduocationi* adeſſe nolle ait. Solebat enim *Aduocationibus* interdici cauſidicis, vel in perpetuum, vel ad tēpus, qui quamuis iniquam cauſam, vel nocentem quemuis, vt hodie plerique defenderent. Sic enim Lex Moris D. de Pœnis. & Vlpianus in L. Remunerandi. §. vltimo ff. de Mand. refert CL. Saturninum Prætorem Aduocationibus cuidā interdixiſse. Quid vero *Aduocationem petere*, vid. Cont.8. & I.Ctos de Teſtib. quos à reo grauiores ſurgere mox Annæus ait.

Ille non dicitur ſacrilegus] *Sacerdos* additus ex Epitoma, etiam ſcripta, vbi & illud præmittit: *Non eſt impudica, quę accerſita eſt à tyranno.*

Qui funeſtas Tyranni imagines] Vt qui Cæſaris ſtatuas vetuſtate corruptas reficit, non contrahere crimen maieſtatis, Martianus reſpondit in l.55. ff. ad l. Iul. Maieſt. At vero ſi cōſecratas cōflauerit, hac lege tenetur l. qui ſtatuas 6. & l. Famoſi. 7. §.

fin. ff. eod. Niſi ſi pro reprobatæ fuerint l. cuiuſq; 4. §. hoc crimine ff. eodem.

An vltio cæſi patris, nullius ſit patris] optime vetus liber, *nullius ſit niſi patris:* quomodo & in epitoma, etiam ſcripta li. IX. Declam. IV. integre legitur, Poſt non longe ſic emendo: *Pœna maior eſt eius qui cecidit, ius eius qui cæſus eſt.* Idque ex auctoritate veteris libri Epitomæ in Bibliotheca Ant. Auguſtini V. CL. Noſter enim hic vocibus aliquot detruncatus eſt.

Ne vno Rhetore plus haberemus] hoc eſt, ne duo Oratores viderentur. Clodius enim Sabinus Græce & Latine declamitare vno die ſolebat: vt ſup. Contr.26. extrema.

Πρῶτον κολυμβᾶν] Reſpexit ad illud prouerbium, *μήτε νεῖν, μήτε γράμματα;* Neque natare, neque litteras nouit: vſurpatum à Platone, 3. de leg. & Ariſtide in Apologia quatuor virum. Tranquillus in Aug. cap.64. *Nepotes Caium, Lucium & Agrippam, litteras & natare, aliaque rudimenta per ſe plerumque docuit.* Et in Caligula cap.54. de ſaltandi eius & aurigandi arte: *Hic tam docilis ad cetera, natare neſcit.*

Occium Elammam Proconſulem] Refugiunt aures meæ hoc gentis nomen, putoque verum eſſe *Oppium* vel *Appium*: vtrumque enim varie in varijs edit. circumfertur in Epitoma li.9.

Barbam capillumq; ſubmittere Cretenſium magiſtratus] Pertinet ad auctoritatem barbam comamque alere, omniſque Græcia id ſeruabat: vbi & barbati Philoſophi, quos *Caſces* Ennius vocat, barbam aluerunt. Hinc pro maioribus *Barbatos* dixit Cicero pro Murena & pro Sextio: Item pro Cælio: *Aliquis*, inquit, *mihi ab inferis excitandus eſt ex barbatis illis.* Poſt, Punici belli temporibus tonſores è Sicilia in vrbem adduxit P. Licinius Mena, ad annum V.C.454. Sic enim Plinij locum emendo li.7. Natur. hiſt. cap.59. ex Varronis li.2. extremo Rei Ruſticæ. Dehinc conſuetudo increbuit, vt barbam iuuenes alerent, raderent ſenes. Hinc *Barbatulos iuuenes*, qui ſua lanugine ſibi placerent, coniurationis reos vocat M. Tullius Catil.2. & 1. ad Atticum. Xiphilinus quoque ex Dione Cæſares omnes ad Hadrianum vſque barbam ponere ſolitos obſeruauit. Hæc commemoro, vt ab his minutis animaduerſionibus feſſum lectorem reficiam: quibus adde & Decl. 2. lib. 4. Epitomæ.

Et ſilentium fecit] Recte in Couarruuiano, & Epitoma, etiam ſcripta, additur, *ſilentium manu fecit.* Hic enim geſtus manu fiebat, cum ſilentium imperaret is, qui verba facturus eſſet. Item præconis voce, vt ad 25. Controu. notauimus. Sed & plena exemplorum omnis antiquitas.

Bis cauſſam dixerat] In luctu & reatu Romani atra veſte induti (vnde & *ſordidati* dicebantur) barbam capillumque ſubmittebant. Liu. li. 6. *Coniecto in carcerem Manlio ſatis conſtat magnam partem plebis veſtem mutaſſe, multos mortales capillum ac barbam promiſiſſe, obuerſatamque veſtibulo carceris mœſtam turbam.* Et de P. Scipione Agellius ex Annalib. cum eſſet reus die dicta ad populum, à CL. Aſellio Trib. pleb. neque barbam radi deſiiſſe, nec pulla ſed candida veſte, nulloq; reorum cultu fuiſſe vſum ait lib.3. cap.4. Noct. Attic. Exteri contra in luctu tondebantur, Suetonius in

Senec.

Caligula de Germanici morte c.4. *Regulos quoſdam barbam poſuiſſe, & vxorum capita raſiſſe, ad indicium maximi luctus.*

Bene interpretati à Cæſare petebant] Placet impenſe vetus ſcriptura, quæ & in Epitoma legitur ad oram depicta, *Bene precati Cæſari petebant.* Nam hic mos erat petentium vt principis ſalutem ſecũdo voto præfarentur, hac vel ſimili forma: *Ita mihi contingat Cæſare ſuperſtite mori.* Apud Ciceronem ad Atticum Balbus l.IX. *Te, ita incolumi Cæſare moriar, tanti facio, vt paucos æque ac te caros habeam.* Vid. ſup. Suaſor.7. & Controu.10. Exemplum illuſtre voti pro Claudij Cæſaris ſalute exſtat apud Senecam philoſophum, li.1. de conſolat. ad Polybium, cap. XXXI.

Erat inter infames Turdus] I. Lipſius noſter Electorum li.1. cap.XVI. huius hominis, mollis, atque ignauia infamis nomen reponit Epiſt.XCV. Senecæ fil. ad Lucilium: *Iſti quos publica quies aliis laborantib. molliter habet, Turdi illi ſunt tuti contumeliæ cauſſa*: vbi tamẽ Gruterus mallet reſtitui mſſ. omnium lectionem, *Turturillæ ſunt*: vti q; cum habeamus diſerte in Gloſſario Iſidori: *Turturillæ ita dictus locus, in quo corruptelæ fiebant: quod ibi turturi operi daretur, id eſt panem* emend. *peni.*

Non ſum iturus cum mattea] *Matta* Petreius emendat: eſt enim altera vox nihil: Hæc vero voracem ſignificat à Græco μάττειν, quod Ariſtophani eſt *vorare*: & *Mattici* à Paullo è Feſto Pompeio, dicuntur homines magnis malis, atq; ore late patenti. Sed rectius Iac. Dalechampius vir doctiſſ. *Mattya* legit, in Notis ad Athenæum: qui li.XIII. *Ματτύης* de eius vocis veriloquio ex Apollodoro Atheniensi. Ganeonem enim, cupediarium, guloſum & lautiſſimi cibi (quem *mattyam* vocant) auidiſſimum ſignificat. Sic & Cœlium Rhodiginum Antiquarium legere illud Martialis memini li.X. cap.XII.

Inter quadrupedes Mattya prima lepus.

Vt diariam acciperet] De alimentis eorum, qui in carcere vincti, nos quædam l.1. Obſeruat. per Saturam, & Lipſius li.1. Electorum cap.VIII. & li.II. cap XV.

Nomen ipſum Lautumiæ minime lauta res eſt] Ita lego cum auctoritate li. Couar. tum ex Epitoma (quamquam in editis quibuſdam *animo meo* legatur, pro *minime*, vt ſibi conſtet locus in παρονομασίᾳ καὶ παρηχήσει *lautitiæ & Lautumiæ.* Quamuis autem *Latomus* dicatur, *Lautumias* tamen veteres potius, quam *Latomias*: vt *Laucon* Petronius Arbiter, pro *Laocon*; & *Laudicea* pro *Laodicea.* Plinius Epiſt.XIV. l.II. & *Laumentum* Liuius Andronicus pro *Laomedonte*: & in Feſto Ioſephus Scaliger emendauit. *Lautumiarum* autem meminit Varro li.IV. de ling. Latina: *Quod Syracuſis*, inquit, *vbi de cauſſa cuſtodiuntur Latomiæ, exinde Lautumia translatum.* Cicero quoque in Verrinis, & Plinius li.IX cap.XXXVII. de Ariſtomene, vbi Ferdinandus Pintianus, Hiſpaniæ, dum vixit, columen litterarum, vt & hoc ipſo loco, rectam ſcripturam inſtaurauit.

IO. PETREIVS.

A*GE hoc*] Melius, *an hoc.* An illud verius eſt, id à meo filio in præſentia tyranni ſimulatum.

Validius] Hoc non videtur pertinere ad patrem: Niſi hoc ipſum argumento eſt, quod tam fortiter feriret, id voluntate patris factum. Id autem quod ſequitur ita videtur emendandum: *iacenti ipſas, tanquam cadaueri, manus in me ingeſſiſti.*

Occupauit] *præcipitauit* lege.

Nec imputare] *Nec* in affirmatiuam videtur conuertenda, detracta etiam interrogatione. Quid mirum eſt, ſi tu velis habere pudorem, & dicere te Reip. cauſſa feciſſe, quod propter tyrannum feceris.

Habuit, inquit] tametſi dicat, *inquit*, non eſt intelligenda obiectio: nam multis locis hoc verbum ponitur ocioſum in his declamationib. Hoc nimirum potuiſti iactare tyranno, quod cum frater maluiſſet mori, quam patrem cædere, tu id feciſti.

Qui patre iubente fecit] Adſcribenda interrogationis nota.

Quantum ſibi] vtroque loco *tibi* legendum puto.

Cum mattea] Credo legendum *cum matta.* Nam *matta* culcitra erat, vilibus & ſordidis rebus repleta, vt paleis, iunco, cui ſimilem fecit hominem impurum & ſordidum.

Minime lauta] In declamationibus legitur. *Illa animo meo lauta res eſt.* Locus eſt in interpretatione nominis.

Priuignus ab auo raptus nouercæ. CONTROVERSIA XXVIII.

LEx. *DE VI SIT ACTIO.* Thema. *Quidam duos filios ſub nouerca amiſit, dubiis crudelitatis & veneni ſignis. Tertium filium maternus auus rapuit, qui ad viſendos nepotes ægros non fuerat admiſſus. quærenti patri per præconem, dixit apud ſe eſſe, accuſatur de vi.*

Iunii Gallionis. Violentus & impotens ſenex hominem liberum ſinu meo rapui. quod ſeruare tibi difficile eſt, aoo dona. Quotiens miſerum me puer audies? à nooerca quis es, fugitiue reductus es. Habui filiam, quamuis iſte vnus filius ſuperſit, fœcundam. Quam indolgẽter puerperia diuiſit. natus eſt filius: dixit, Filius hic meus eſt. natus eſt alter: dixit, Hic matris eſt. natus eſt tertius: dixit, Hic aut eſt. Cum quæreret filium, erant qui ſuaderent & dicerent: Tace, meruit excludi. *Ceſtii Pii.* Quam cauſam rapiendi habebat impoteos ſenex? nunquid fratres eius occideram? Ignoſcite mihi, ſi tantum filiæ meæ mandata narro. hanc ſolam ex meis morientem vidi. habui filiam: de omnibus meis, HABVI, dicendum. Habitu vagabatur lugubri, ſordidaque prætexta: omnes illius miſerebantur, quoſdam etiam dicenteis audiui: Quid? iſte puer matrem non habet? patrem non habet? auum non habet? *Arellii Fuſci Patris.* Tres filios filiæ meæ debes, vnum mihi: ſine apud me nutriatur. Quid times? ne non admit-

admittare, cum veneris? exposuisse hactenus iuuet. Iam nnoc fortuna, aut nouerca narranda est. vt vidit me, hæsit complexibus meis, puerum osculabar miser, interrogaham de fratribus: dum interrogo, dum fleo, perueneram domum. Rogo ne hoc causam meam peiorem fęcerit, quod illę quem rapui vnicus erat. *Votiens Montani.* Mittis præconem. adiice illi omnia insignia. *Hic puer matrem perdidit, fratres amisit, nouercam habet.* Affirmo tibi, non indicabit quisquis fuerit. Erras, & vehementer erras, filios quos perdidisti, non quæris: non perdidisti. Vtra tandem iustior querela est pater ab auo vnum repetit. auus duos à patre. *Vibu Rufi.* Raptor ille & imporens, dum moriūtur nepotes mihi, ad ianuam steti: plus habeo quod auo, quam quod reo timendum sit. *Fului Sparsi.* Vnus perit, alter perit: totiens fortunam accusas, nunquam nouercam. Facinus indignum: puer ad supplicium in domo aui à patre quæritur. Ad ægrotantes nepotes veni, non sum admissus: hæc vis vera fuit. *Argentarii.* Pater quos conscios habuit, nescio: domi non fui: amissa filia volui aliquem adoptare ex nepotibus: sed aiebam, Quid necesse est? quotiens videre volam, in domum veniam: quotiens volam, in domum abducam: agamus tanquam affines. Tres habes filios. diuidamus: & vide quam non improbam diuisionem desiderem ex tribus vnum posco. Vtinam omnes, quos perdidit, quæreret. *Bland.* Cum tradere vellem puerum, nescio quis exclamauit: Puer, nunc peristi. nihil vobis subtraham. quidni? præconi quoq; omnia indicaui. *Mentonis.* Rapui nepotem, habeo. redderem, si pater quæreret.

Divisio. *Montanus Votienus* in has quæstiones diuisit, An in re vis sit. Nulla, inquit, vis est, quæ arma, quæ pugnam, quæ vulneta non habet. Volo mihi describi comitatum istius tumultus. Quæ turba est: vnus puer, & vnus senex. Rapuisti, inquit, filium meum. immo nepotem meum sustuli, immo venientem non potui excludere. An si pro illo fuit, fieri vim, quæ facta dicitur, non teneatur qui fecit. Vis iniuriosa damnatur: solet enim esse & salutaris. Cum latrones aliquid obsiderent, si perfodissem villam armata manu, cōiugem, liberos eius rapuissem, accusari possem: Quod viuit puer, beneficium meū est. Et medici alligant, & corporibus nostris, vt medeantur, vim afferūt. An pro illo fuerit rapi. Hoc loco accusatio nouercæ, & insectatio patris tam patienter suos perdentis: *Gallio* & illā quæstionem fecit, & prius sumendam quæstionem putauit ex persona, quam ex re: An cum auo nepotis nomine agi possit. Non magis, inquit, quam cum patre filij nomine, non magis quam cū matre. Habet sua iura natura: & hoc inter auum patremq; interest, quod auo suos seruare licet. patri etiam occidere. Non potes, ioquit, sic mecum agere tanquam cum alieno, vt dicas: Quid tibi cum illo, qui est intestati filius? tuus heres futurus sit, quam dementem alligaturus est? quædam iura non lege, sed natura nobis attributa. Si nepotem suum auus peccantem aliquid, & inter lasciuos iocos petulantius lascioientem feriret, num iniuriarum quisquam cum illo ageret? Et vltimam illam *Gallio* fecit, cum tractasset illa: Licet mihi vt prosim facere. deinde, huic profuit. An auo ignoscendum sit cum pro nepote, affectu elatus, fecerit. Hoc loco tractauit, quam indignum esset damnari illum ab hoc. *Latro* duas vltimas quæstiones aliter posuit, & plus complexus est. Etiam si vim fecit; an tamen damnari non possit, si bono animo fecerit, ait enim, & de animo fieri Controuersiam auo, & dicere patrem: Non vt nepotem seruaret, fecit, sed vt infamaret vxorem meam, tanquam veneficam, me tanquam veneficæ mancipatum, cui male liberi sui committerentur.

Color. Colore ergo hoc *Latro* eodem vsus est pro patre, vt diceret, ne viua quidem vxore bene sibi cum socero conuenisse: mortua vero professas inimicitias illum gessisse secum. languente vero puero, illum venisse, cum conuicio, cum vociferatione nefaria, & dicentem & auspicantem quicquid accidit: auctores habere amicos se, ne admitteret hominem, non ad officium nepotum, sed inuidiam & contumeliam generi venientem, qui ad sanos nepotes nunquam dignatus esset accedere: medicos vero suasisse ne veniret, ne puerum confunderet: & impleret suspicionibus. *Silonis Pompeii* color fuit, vt latroni videbatur, qui Controuersiæ repugnaret. dixit enim, venisse auum ad imbecillum puerum, ad ægros non semper proximos admitti: vtique ad eos qui grauiter ægrotant, sæpe & patrem non admissum. Sic auo quoque intempestiue venienti dictum, Nunc non potes: statim cum conuicio abisse. in altero idem fecisse. *Latro* aiebat huuc colorem optimum esse, si recitasset, se recipi non posse: quia ponatur, Non est admissus: sub hoc themate intelligere nos, non hoc illi dictum, Nunc non potes: sed ex toto, Non potes. *Gallio* vtrumque miscuit, & hoc colore qui videri non potest alioquin thema euertere, parcius vsus est. Dictum est, inquit illi. Quiescit puer, paulum commorare medici vetuerunt quemquam admitti. scitis solere dicere illos: Nec si pater venerit. Protinus iste clamare cœpit, Testor me non admitii: & tantum non tabellis signatis denuntiare. Auum distuleram, accusatorem exclusi. Iterum, inquit, venit cum conuicio. Iam vnum occidistis, alterum occiditis. Nihil est miserius, quam vbi alicui ex miseria sua inuidia quæritur. Non est admissus, cum diceret se nepotem suum non videre velle, sed inspicere. Sic egit: Veni, non vt istum accusarem, sed vt me defenderem. *Gallio* hoc colore vsus est? Non admisi auum, quia dictum erat mihi, hoc illum animo venire, vt raperet.

Ex altera parte colorem hunc *Cestius* introduxit: Timuisse se de puero. Frustra, inqoit, duos occiderat nouerca. & ait: Vellem ad vos nocentior venirem reus, vellem tres raperem. *Argentarius* hoc colore vsus est. rogatum à puero auum. Negabat, inquit, posse se viuere, si in illa relinqueretur domo. *Hispanus* hoc colore vsus est, affectu esse ablatum. Sustuli, inquit, nepotem meum. Non potoi, inquit, satiari osculis, non potui ab illo tam cito distrahi. Nolite mirari: post longum tempus illum videram. *Albutius* hoc colore vsus est, vt diceret: Noluisse illum in tam infausta domo educari, ex qua duo iam fratres elati essent: ei qui postea decessit, inter causas morieodi casum fratris fuisse. Et seruauit hunc colorem, ne quid in nouercam, ne quid in patrem diceret: aiebat, iūstissimum futurum auum, si tantum se defendere voluisset. Quid ergo? quare rapuisti? amabam. huic maxime ab initio animū meum addixeram. In domo vestra nihil præter ipsam domum timui. Si apud me duo decessissent, ex domo

mea illum transtulissem. *Marcellum Marcium* aiebat sic narrasse : Puer me secutus est. non criminor vobis illum. quicquid est, potius quam illius periculo fiat, ego rapui. Vbi est? inquit. Viuit, saluus est: veni, cum voles adspicere. Redde, inquit, patri suo. ego asper, Age, monstrabo si vis, quis ante me tibi filios abstulerit. *Varius Geminus* eundem sensum dixit : Quæ est ista tam sera pietas, tam præpostera? quærere tuns à tertio incipis. *Montanus Votienus*, homo rarissimi, etiam si non emendatissimi ingenij, vitium suum quod in orationibus non euitabat, in scholasticis quoque euitare non potuit: sed in orationibus, quia laxior est materia, minus earũdē annotatur iteratio. In scholasticis si eadem sunt quæ dicuntur quia pauca sunt, notantur. Memini illum pro Galla Numasia apud centumuiros tirocinium ponere. Ex vncia heres erat patris sui Galla. obiiciebatur illi veneficium. dixit rem disertissimam, & omnibus sæculis duraturam, quia nescio an quicquam melius in eo genere causarũ dictum. Vnciam nec filiæ deberi, nec veneficæ. Non fuit contentus, adiecit : In paternis tabulis filiæ locus, aut suus deberur, aut nullus. etiamnum adiecit: Relinquis nocenti nimium, innocenti parum. Ne sic quidem satiare se potuit, adiecit: Non potest filia tam anguste paternis tabulis adhærere, quas aut totas possidere debet, aut totas perdere: & plura multa, quæ memoria non repeto. Ex iis quædam in orationem contulit, & alia plura quam dixerat, adiecit. nihil non ex eis bellum est, si solum sit: nihil nõ rursus ex eis alteri obstat. Idem in hac declamatione fecisse eum memini. Erras pater, inquit, & vehementer erras. quos perdidisti, non quæris : quem quæris, non perdidisti. Deinde : Puer iste inuentus perit. Deinde : Quisquis puero fauet, ne inueniatur optet. Deinde : Puer nisi auum sequitur, fratres secuturus est. Desine quærere : quem si inueneris, sic perdes, vt inuenire non possis. & deinde : Rapuit istum auus ne raperet nouerca. Et deinde : Vnum tantum pater ex liberis suis quærit, qui saluus est. *Glycon* hunc sensum semel dixit, sed genere corrupto : τοῦτο τὸ παιδίον ἅπαξ εὑρεθὲν τότε ἀπολεῖται. Habet hoc *Montanus* vitium. sententias suas repetendo corrumpit. dum non est contentus vnam rem semel bene dicere, efficit, ne bene dixerit. & propter hoc & alia, quibus orator potest poetæ similis videri, solebat Scaurus Montanum inter oratores Ouidium vocare. Nam & Ouidius nescit, quod bene cessit, relinquere. Non multa referam, quæ Montaniana Scaurus vocabat. Vno hoc contentus ero. Cum Polyxena esset abducta, vt ad tumulum Achillis immolaretur, Hecuba dixit :

—— cinis ipse sepulti
In genus hoc pugnat.

poterat hoc contentus esse, adiecit :

—— tumulo quoque sensimus hostem.

Nec hoc contentus adiecit :

Æacidæ fœcunda fui.

aiebat autem Scaurus rem veram : Non minus magnam virtutem esse, scire desinere, quam scire dicere.

IN CONTROVERSIAM VIGESIMAMOCTAVAM.

NICOLAVS FABER.

MITIS *præconem.*] Rectius fortasse, *Mitte præconem, adiice illi omnia insignia : Hic puer matrem perdidit, fratres amisit, nouercam habet : affirmo tibi, non indicabit quisquis fauerit.* Alludit autem ad formulam præconiorum, quibus res perditæ conquirebantur, additis notis quibus dignoscerentur. Moschus εἰδυλ. α. in amoris fugitiui præconio:

Ἐστὶ δ' ὁ παῖς περιβώητος. ἐν εἴκοσι πᾶσι μάθοις νιν.
Χρῶτα μὲν οὐ λευκὸς, πυρὶ δ' εἴκελος. ὄμματα δ' αὐτῷ.
Δριμύλα καὶ φλογόεντα.

Quæ facta dicitur,] Lego, *cui facta dicitur*, & linea sequenti, *cum latrones aliquem obsiderent*, &c.

Qui tibi cum illo] Emendatior fortasse erit locus, si scribas, *quid tibi cum illo : qui intestati heres futurus sit.* vel propius ad corruptæ scripturæ vestigia : *Quid tibi cum illo ? qui intestati suus heres futurus sit ?* quamuis tamen ex filia nepos auo non suus heres sit. Sed exacta illa vocabulorum iuris significatio in scholis non obseruabatur.

Timuisse se de puero. Frustra.] Vide ne legendum sit, *timuisse se de puero : nec frustra, inquit : duos enim*, &c.

Τοῦτο τὸ παιδίον] Hæc Græca, & quæ deinceps in his libris adiecimus, à Chiaconio sunt.

SCHOTTVS.

QVID *times ne admittare cum veneris?*] In Epitoma lib. IX. *Quid times? ne non admittare cum veneris*, Varie autem particulam *ne* post verba Metus accipi, pueri olim didicimus.

Ad supplicium indicari à patre] Quantum ex scriptura colligo, *indicatur à patris* scripsit Seneca : nihil tamen temere affirmo.

Cum Latrones aliquid obsiderent] Ἀναχόλουθον esse quis non videt eorum, qui in his litteris non admodum hospites sunt? Lego itaque cum interrogationis nota; *Cum latrones aliquis obsiderent armata manu si perfodissem villam, coniugem, liberosque rapuissem, accusari posset beneficium meum?* Sic fere optimus ille Couarruuianus, & Epitoma, quam ipsam eadem opera persanabo. Ita enim legendum censeo ex fide vet. lib. Aut. Augustini; *si quis armata manu obsessam à latronibus coniugem liberosque rapuisset, beneficium est.* Pintianus vero. *Si cuius obsessam, &c. rapuissem, beneficium erit meum.*

Quod auo seruare licet, patri etiam occidere] Atqui pari iure auus, paterque. Nam & in aui potestate esse no

esse nepotem & neptem; non secus atque filius patria potestate continetur, docet Vlpianus in l. 4. ff. de his qui sui vel alien. iur. & Iustinianus lib. 1. Instit. De patria potest. Et auo superstite, pater in filios potestatem non habet, sed auus in cuius potestate est & ipse pater. Argumentq l. sic eueniet. 21. ff. ad l. Iul. Maiest. Sed hic auus maternus esse fingitur, cui ius illud legibus adiudicatum est. De patria autem potestate nos sup. ex Simplicio, & Sexto Empirico Contr. xi.

Qui est intestati filius] Io. Petreius, *qui est intestatæ filius*, legebat, vt ad nouercam, quæ sine testamẽto decesserat, referatur. Forte in nomine ambiguitas, vt *intestatus* sit, qui in xii. Tabulis *intestabilis* est, & qui sine testamento decedit.

Tirocinium ponere] Pro deponere, hoc est miles esse cœpit. Nam à Centumuiralib. caussis auspicari in foro solitum, vt in scholis fere ab Homero & Hesiodo, auctor est Plinius Iunior.

Quod bene cessit] *gessit* male vetus liber Epitomæ: Sic enim & Cornelius Nepos in Terentij vita apud Donat. *Auctore certo*, inquit, *comperi C. Lælium quondam in Puteolano Cal. Martiis admonitum ab vxore, temperius vt discumberet, petijsse ab ea ne interpellaretur: Serius tandem triclinium ingressum dixisse; non sæpe in scribendo magis successisse sibi.* In quo illud admonere visum, Kal. Martias matronarum Romæ diem fuisse, vt Aeron ad illud Horatij li. 3. Od. 8.

Martialis cælebs quid agam Calendis?

Matronalia, inquit, *dicebantur, quod mariti pro conseruatione coniugij supplicabant: eratque dies festus propriæ matronis.* Patet itaq; cur vxor Lælium temperius discumbere vt genio indulgeret, optarit. Sed de his nos in fragmentis Nepotianis ex Tibullo & Martiali.

Vt ad tumulum Achillis immolaretur] Immo iam immolata erat Polyxena, cum sic Hecuba quiritaretur. vt ex Ouidij lib. 13. Metamorph. didici. vbi & legitur:

In genus hoc sæuit ——

vide quæ adnoraui extrema Controu. xvi.

Non minus magnam] Sic de Protogene Apelles pictor insignis, omnia sibi cum illo paria esse, aut illi meliora, sed vno se præstare, quod manum ille de tabula tollere nesciret, memorabili præcepto nocere sæpe nimiam diligentiam. Plinius lib. 35. Natu. Histor. cap. 10.

IO. PETREIVS.

AVdies] sic coniungenda sunt, *audies à nouerca:* vt sit hæc nouercæ oratio, *Quis est?* quod est verbum dedignantis & fastidientis, & illa, *fugitiue reductus es.*

Natus est filius] hoc referendum est ad generum, nisi malis illic legere, *filius hic eius est*, vt sint verba matris diuidentis filios præsente marito.

Rapiendi habebat] lege, *habebam.*

Impotens] non est in turpi intellectu, quẽadmodum dicimus Tyrannos *impotentes*, sed inualidos.

De omnibus] De omnibus ijs possum dicere, habui. vt illud Terentianum, in Heautontim. *Quid dixi habere me? imo habui, Chreme.*

Quos perdidisti] Figura est in ambiguitate verbi; nam *perdimus* quem occidimus.

Quam pro patre] *Quam cum patre*, potius videtur legendum, & ex sequentibus, & præcedentibus nam dicit & cum auo & cum matre.

Intestati] quondam mortui; vel ad patrem potius referatur, de quo, inquit Fabius, in patre blanditur, in summa non consentit.

Videre sed inspicere] Diuisit, vt alterum sit officij verbum alterum suspicionis.

Sic egit] videtur deesse nomen alicuius alterius Declamatoris: pertinent autem ad patrem, quæ sequuntur.

Æacida fœcunda fui] habui tam numerosam sobolem, vt essent quos perderet Achilles.

Filia conscia in veneno priuigni. CONTROVERSIA XXIX.

LEx. *VENEFICA TORQVEATVR, DONEC CONSCIOS INDICET.* Thema. *Quidam mortua vxore, ex qua filium habebat, duxit aliam: & ex ea filiam sustulit. decessit adolescens. accusauit maritus nouercam veneficij. damnata cum torqueretur, dixit consciam filiam. petitur ad supplicium puella. pater defendit.*

PRO FILIA. *Cestij Pij.* Non est quod putetis has lacrymas aut filiæ esse, aut me patrem. Non prodesset tibi puella ne hoc quidẽ, quod te frater amauit, nisi mater odisset. Hoc me odisti nouerca, quod scisti consciam me, eligi pœnæ. Dixit, Ante actam, eius vitam excutiamus. *Fuluij Sparsi.* Sicaria mulier, filiæ quoque nouerca, ne mori quidem potuit, nisi & occideret. Inter gladiatores victoris quoque condicio pessima est, cum moriente pugnantis. Nullum magis aduersarium timeas, quam qui viuere non potest, occidere potest. *Vibij Galli.* Concitatissima in mortem rabies est: desperatione vltima in furorem animus impellitur. Quædam feræ tela omnia commordent, & ad mortis auctorem per vulnera sua ruunt. Abiecta missione gladiator, quem armatus fugerat, nudus insequitur. Præcipitat non quod impulit tantum trahunt, sed quod occurrit: & naturali quodam deploratæ mentis affectu morientibus gratissimum est commori. *Votieni Montani.* Dum filium vindico, vbi grauissime mihi nocere possit, ostendit. ô mendacium simile veneficio! Sic credibile esse in sorore parricidium creditis? non timeo ne quis hoc in sorore credat, quod ego vix probaui in nouerca. Natam mihi filiam quasi futuræ pacis obsidem sustuli: aiebam, Dum matris meminit, obliuiscetur nouercæ. at illa dum nouercæ meminit, matris oblita est. Filia, inquit, mihi consciã est. post hanc vocem remissa putares tormenta similis facta torquenti est. Soror fratri venenum dedit? quamdiu luctati sumus, vt crederetur nouerca priuigno dedisse. Nouerca quod volueras consecuta est, damnasse iam pœnitet. *Argentarij.* Facio rem, Iudices, non nouam; liberos meos à nouerca vindico. Peto, ne quia filium vindicaui, filiam perdam. Nisi succurritis, nouerca vicit, ego victus sum. Duxi, nescio peiorem vxorem, an nouercã. Hoc mihi

catior est, quod tam inuisa matri fuit. *Cornely Hispani.* Si conscia esset, neminem exspectarem: scitis quemadmodum veneficam oderim. Instabam tormentis: aiebam, Morere peius quam odisti. Non satis mihi ardere ignes videbãtur, non satis insidere verbera. dixit: Si quid adiicere tormẽtis tuis possum, puto iubebo filiam afferri. Vocet huc aliquis matrẽ. quid expauisti puella? quid ad sinus meos refugisti? quid extimuisti tanquã nouercam? *Marilly.* Ne inter supplicia quidem desinit occidere. & hanc quisquam putet nõ potuisse venenum sine conscia dare? Puella, quæ occidisse fratrem dicitur, quid ante peccauit? nouerca quoque ante occidit priuignum quam filiam. &, bonæ spei est, quætitis argumentum? matri suæ nõ placet. *Arelly Fusci.* Etiam cineribus tuis infesta est nouerca. quod vnum potest, persequitur sororem tuam. Quid adhuc potest nosse, nisi fratrem? prosit illi apud vos, quod illã pater laudat, prosit quod talis mater accusat. *Mentonis.* Non misereris huius? miserior est quam frater. Ille habuit sine dubio nouercam torquere. Consecuta es mulier quod voluisti. solus omnium magis sensi nouercam, cum perdidi. *Porcij Latronis.* Habui filium tam bonum, vt illũ amare posset etiã nouerca: nisi in eam incidisset quę posset etiam filiam odisse. Huc mea scelera reciderunt, vt parricidium puellare sit. ætas, si magnitudinem rei non intelligit, non est idonea parricidio. Sed veneficæ, inquit, filia est. Si parentes inspiciuntur, cur non potius patri videatur similis, cui placet, quam matri cui displicet? Deniq; non recuso, quo minus in illa vel matris exigatur imitatio. illa cum huius ętatis erat, nec nouerca erat, nec venefica. *Albutij Sili.* Duxi vxorem, nullis adhuc inquinatam fabulis. nec miror, innocentem tunc fuisse: adhuc puella erat. *Blandi.* Vt scelerata sit, nempe matri suæ similis est: ante veneficiũ oportet faciat, quam parricidium. Filia, inquit, conscia est. Dij te perdant. etiam cum torqueris, occidisti. Seruus tortus Catonem consciũ furti dixit. Quid agitis? verum plus credatis tormentis, an Catoni? *Buteonis.* Si conscius à te puella quæretur, nominato patrem. Quod nouerca tam sero, puella tam cito? Filia, inquit, conscia est. Male pereas: at ego te putabam vnius nouercam. *Triarij.* Filia, inquit, tua conscia est. Videbatur sibi post hanc vocem vicisse. Amissum fratrẽ fleuit in funere, totius populi habitum lacrymis suis expressit: itaque illam nouerca peius perire voluit quam priuignum. Filia, inquit, conscia est. Hoc vltimum fuit nouercæ veneficium. *Q. Hatery.* Sucurrite quæso, ne cum torta sit quæ filium meum occiderat, filiam etiam dum torquetur, occiderit. Liberos semper effero vnius mulieris aut mendacio, aut veneno. Non flet quãtum ream satis est. quemadmodum illi extorquebo lacrymas? afferte mihi imaginem fratris. video subito desiderio fletus concitatos nunquid talem vultum, cum mater torqueretur, habuit.

Pars altera. *Triarij.* Si odissemus te, pateremur cum eiusmodi filia viuere. Quarũdam ferarum catuli cum rabie nascuntur: venena statim à radicibus pestifera sunt. Quantum illi ad scelera ætatis adiecit, quod illam nouerca peperit? Quid illa, quæ fratrem in moram patri sequenti sparsit? Habemus exemplum, quod & sorori conueniat, & virgini.

Divisio. *Cestius* in duas partes coniecturam diuisit, & primum quæsiuit, An conscia illi opus fuerit: deinde, Si opus fuit, an hanc habuerit. Non seruauit autem modum. Nam & illum locum diu tractauit, non posse sororem in mortem fratris impelli. Et iterum tam puellam voluit videri, vt nulli esset idonea ministerio. Itaque elegantissime deridebat, *Montanus Votienus* in hac Controuersia ineptias rhetorum, quod sic declamarent, tanquam hæc quæ nominata est, infans esset: nec intelligerent si talis esset, ne futuram quidem ream. Itaq; hoc debemus, inquit, proponere nobis: puellam eius ætatis, in qua torta, credibile scelus illud quidẽ, sed intollerabile esse aiebat. Induxerat Cestius matrem dicentem filiæ: Da fratri venenum. *Triarius* multo rem magis ineptam, quia non inuenit illam, sed cõcupiuit: nam excessus sententiam traxit. Induxerat nouercam dicentem: da fratri venenum. fecit illam respondẽtem: Mater & mihi da. quid enim est tam absurdum, quam matrem sic loquentem cum puella, Da fratri venenum? Non ferebant nec illam Triarij sentẽtiam, qua aliter *Haterius* vsus est, cum ad epilogum peruenisset. Hoc loco debebat reus flere: nõ flet puella. inueniat quemadmodum fleat aliquis, hoc est imaginem fratris. Illa enim si tam puella est, vt dicat, Mater, quid est venenũ? non potest tantæ pietatis esse, vt eam imago fratris in lacrymas cõcitet. Tantus autem error est in omnibus studiis, maxime in eloquentia, cuius regula incerta est, vt vitia quidam sua & intelligant & ament. *Cestius* pueriliter se dixisse intelligebat: Mater, quid est venenum? Deridebat enim *Murrhedum*, qui hanc sententiam imitatus est in epilogo, cum alloqui cœpisset puellam, & diceret: Compone te in periclitantium habitum, profunde lacrymas, manus ad genua dimitte, rea es. fecerat respondẽtem puellam: Pater, quid est rea? Et aiebat Cestius: Quod si ad deridendum me dixit, homo venustus fuit. Et ego nunc scio, me ineptam sententiam dicere. Multa autem dico, non quia mihi placent, sed quia audientibus placitura sunt. Et illud *Rufi Vibij* tolerabilius aiebat esse, sed & ipsum aliqua obiurgatione dignũ. dixerat in epilogo: Nutrix rea tolle. Illud in *Haterio*, qui & promisit oratorem, & pręstitit, negabat se posse ferre quod dixerat: Hęc rea non mittenda in exilium, sed ferenda est. Cum sciret, inquit, in exilium exportandos locari solere. quid enim intelligi vult hac sententia, nisi ex toto puellam ambulare non posse? Vsque in exilium: verum est, sed nec mater eius potuisset. *Silo* à parte patris cõparationem fecit inter se matris & filiæ. totam hac figura declamauit. Non sum, inquit, vobis dicturus, qualis debeat esse venefica: operam perdam, si cœpero describere, debere esse ætate prouectam, vsu exercitatam, inuisam viro, quæ possit etiam filiam occidere. Superuacuum est vti pluribus verbis. in hac ipsa causa habemus veneficæ exemplar. Compara eius inter se duas reas. nec est quod quæratis aliquem, qui cognitionem vestram per omnes comparationis parteis ducat. ego vobis dicam, quomodo illam accusauerim. Ego illi obieci anteactam vitam: vos illi potestis obiicere? Et sic omnia circumiit, & comparando defendit. Illam quæstiunculam, quæ in prima parte tractata erat à quibusdam, Non illi vtique fuisse opus & conscia, sic transcurrit: Aiebat, inquit, tota actione rea hæc, Quam consciam habueram. ego negabam illi opus fuisse. aiebam, In eadem

domo

domo eras, venenum notum erat, nouercæ occasio facilis consumenti, non eras suspecta, nemo te timebat propter sororem. Ex altera parte hoc vsus est colore: Nouercam video venenum dedisse, vt filia sua sola heres esset: eandem illi & consciam fuisse veneficij, & causam. Omnes declamatores aiebat voluisse aliquid noui dicere, eo loco quo nominabat nouerca filiam consciam. dixit, inquit, *Hybreas*: τί οὖν ὁ ψεύσεται κατὰ τῆς ἰδίας θυγατρός, ἀλλ᾽ ἀ κατὰ τῆς ἐμῆς. Hanc sententiam *Fuscus Arellius* cum esset ex Asia, non casu dixit, sed transtulit ad verbum quidem: Quid ergo, inquit, mentita est de filia sua? immo de mea. Modestius hanc sententiam vertit *Haterius*: quid ergo? mentita est, quæ nihil lamentabatur de accusatoris sui filia? *Cestius* dixit: Nominauit priuigni sui sororem. *Albutius* dixit: Quid habuit quod dubitaret, an parceret filiæ eius à quo occidebatur, sorori eius quem occiderat? *Triarius* dixit: Quid ergo mater mentita est? tolle matris nomen, post damnationem nouerca est. *Blandus* dixit: Nominabo istam quæ patri affuit, istam quæ mortuo fratre ac matre non fleuit. *Silo Pompeius* dixit: Filia, inquit, mihi conscia est. post hoc, eundem vultum eius notaui, quem videram moriente priuigno. *Montanus Votienus* Marcellum Marcium amicum suum, cuius frequenter mentionem in scriptis suis facit, tanquam hominis diserti, aiebat hanc dixisse sententiam: Inuenit quomodo damnata accusaret, moriens occideret, torta torqueret. non est hoc indicium, sed alterum nouercę veneficium. *Latro* dixerat, cum descripsisset tormẽta: Instabam super caput non accusator, sed tortor: ipse ignes subiiciebam, ipse ad intendendum eculeum manus admouebam. ego non bibam sanguinem istius, non eruam oculos? filium mihi eripuit: nisi citius illam oppressissem, & filiam abstulisset. *Triarius* dixit: Cum accusarem, obieci veneficium. In vltima parte inter preces meas excitaui puellam ad vltionem fratris sui. Hæc res maxime, Iudices, mouit, hæc maxime nouercam offendit. *Albutius* dixit: Postquam nominauit filiam, ad me respexit: videlicet vt sciret, an satis torsisset. *Nicetes* egregie dixit in hoc eodem loco. Ἐμοῦ δ᾽ ἐμοί, ἡ θυγάτηρ. καὶ προσπίπτουσα ἐν τούτῳ. *Montanus* cum diceret illum locum quamuis sceleratos parentes, velle tamen innocẽtes liberos suos esse, dixit: Potest ista filiam veneficam fingere, si potest facere. difficilius est filios inquinare, quam perdere. & illud: Fauete sæculo, Iudices, cum ingentia scelera ferat, ne etiam immatura tulerit. fauete. nullum scelus commissum sit, nisi quod solet. fauete, vt potius non desierit nouerca parricidium facere, quam soror cœperit. Damnare illam potui, effugere non potui. Sero fecisti nouerca. si hoc ante dixisses, potuisti præuaricationem pacisci. recte cum damnareris, animosa eras. recte nihil potes facere. si qua fides, accusator insidias reæ timui, nusquam à sinu meo dimisi puellam, ipse omnes prægustaui cibos. O incaura futuri mortalitas. postquam ad tortorem perduxi nouercam, timere de filia desij.

Color. Omnes illo colore vsi sunt, nominatam à nouerca filiam in dolorem patris. *Gallio* plura dixit. Fortasse, inquit, hanc nominauit, vt veros conscios celaret: fortasse, vt quia acerrime instabat accusator, hoc metu territus finem tormentis imponeret: fortasse in dolore tormentorum stupefacta nesciuit quid loqueretur. Nouissime dixit, fortasse in hoc, vt quæ pœnas veneficij dabat, accusationis exigeret. Illum sensum adiecit: Ex meis hoc affectibus æstimo. cum tum ira, tum odio furerem, circumspiciebam omnes vltionis vias, oblitus innocentiæ. si proprios habuisset liberos nouerca, occidissem. In hanc ipsam quotiens impetum facere volui? sed propter hoc à me tuta erat, quod à matre non erat.

IN CONTROVERSIAM VIGESIMAMNONAM.

NICOLAVS FABER.

VBI grauissime mihi nocere possit ostendit.] Vide num aptius sit, *offendit*.

Vocet hunc aliquis matrem.] Immo filiam. Nam mater vincta aderat. Quare lego. *vocet hanc aliquis. Matrem quid expauisti puella.*

Huc mea scelera] Aliquanto rectius: *Huc ne scelera reciderunt, vt parricidiũ puellare sit?* cum interrogandi nota.

Totius populi habitum] Quid si *gemitum* legas?

In qua torta, credibile] Videtur vox *torta* huic loco obesse, legendumque, *In qua credibile scelus illud quidem, sed intolerabile esset. Induxerat*, &c. ceteris deletis.

Non posse? vsque in exilium.] Aliquot vocabula desunt, vt huius loci fulciatur sententia. Vult enim dicere sententiam Haterij ideo ineptam, quia omnes licet in exilium mitti dicantur, tamen feruntur, deportandique locantur. Per exilium enim deportationem intelligit, quæ veneficis irrogabatur, quemadmodum apud Ouidium.

Quippe relegatus, non exul dicor in illo.

id est non deportatus. Quare puella rea non magis in exilium portanda est quam cæteri exules. Quod si, inquit, intelligit penitus per ætatem ambulare non posse, eo ineptior est sententia, quod in tantula ætate veneficium ne suspicari quidem potest. Si autem intelligit ambulare quidem posse, sed non vsque ad exilij locum, nec mater eius posset. Solent enim in longinquas, & extremas insulas deportari, vt in Gyaras, Seriphum, Oasim. Quare parua adiectione videtur legendum: *Quid enim intelligi vult hac sententia, nisi ex toto puellam ambulare non posse? Nam si vsque in exilium, verum est: sed nec mater eius potuisset.* Repetendum autem ἀπὸ κοινοῦ post hæc verba, *Nam si vsque in exilium*, intelligi vult puellam ambulare non posse.

Quid ergo, mentita est quæ nihil lamentabatur.] Veterum editionum hæc est lectio, *quæ nihil lamentaretur de accusatoris sui filia.*] cuius vestigia sequens scribendum conicio: *Quid ergo? mentita est? quidni*

illa mentiretur, de accusatoris sui filia? quod maxime cum Græcis, quæ paulo ante habentur, congruit.

Mortuo fratre ac matre non flenit.] Etiam hoc loco aliquid deesse iudico. Probabile enim est Blandum voluisse dicere, matrem apud se dixisse se filiam nominaturam, quia patri accusanti adfuerit, mortuoq. fratre fleuerit, accusata matre non fleuerit, legendumque esse, *Nominabo istam quæ patri affuit. istam quæ mortuo fratre flenit, accusata matre non flenit.*

SCHOTTVS.

V*ICTORIS quoque conditio*] D. Cyprianus Epistola ad Donatum, Lactantius, Prudentius, & alij frequentes de crudeli spectaculo gladiatorum, quæ diligenter colligit Brissonius ad L. Dominica Cod. Theodos. De spectaculis.

Quædam feræ] vt torpedo, cuius venenum per hamum & virgam, manum piscatoris occupat, vt torpore captus cadat. Oppianus lib. II. Halieuticon. & canis lapidem mordet, vt Pacuuius in Armor. Iudicio apud Nonium Marcellum, Plinius lib. XXIX. cap. V. & Gregorius Nyss. Hom. de S. Stephano.

Abscissa missione] Nimirum hoc erat sine missione gladiatores dare, de qua re multa Lipsius noster lib. II. Saturn. Sermonum cap. XXI. Huc referens & Flacci illud;

Ne populum extrema toties exoret arena.

Nocere possit, ostendit] *Offendit* malebat Petreius, quem miror edita lectione offensum. Mox rectius legitur in Epitoma. *O veneficium simile mendacio!*

Nullis inquinatum fabulis] pro sermonibus quibus detrahitur sup. Controu. XV. *Aduersus omnes illecebras, atque omnia delinimenta muliebris ingenij est veluti solum firmamentum, in nullam incidisse fabulam.*

Seruus tortus Catonem] male transpositis vocibus hæc in Epitoma leguntur: *Seruus, furti tortus Catonem conscium dixit.* vide infra Controu. XXX.

Quid illa quæ fratrem] Intelligit Absyrtum, quem Medea occidit. De qua sic M. Tullius in Maniliana. *Ex Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur: quam prædicant in fuga, fratris sui membra in iis locis, qua se parens prosequeretur, dissipauisse, vt eorum collectio dispersa, mærorque patris celeritatem persequendi retardaret.*

Magnus ad genua] De hoc supplicantium more, vt genua contingerent, nos sup. ad Contr. tertiā, & XXXII. *Ad quorum eas genua, nescit.*

Non mittenda in exilium, sed ferenda] Adolescentem admodum filiā fuisse significat, vt de veneficio cogitare non potuerit, luditque in exsilij morem, quoniam *Deportati in insulas*, & præcise etiam *Deportati* dicebantur.

Exportandos locari]. Ctorum phrasis, quib. merces vehendæ locari à dominis dicuntur: conduci vero à nauiculariis. l. 2. & vlt. ff. de l. Rhodia de iactu M. Varro Præfat. l. de re Rustica II. De Romanor. luxu. *Frumentum locamus, qui nobis aduehat, qui saturi fiamus, ex Africa & Sardinia, & nauibus vindemiam condimus ex insula Coa & Chia.* Velleius Paterculus lib. II. de Mummio Achaico. *Capta Corintho maximorum artificum perfectas manibus tabulas, & statuas in Italiam portandas locauit.*

O incauta futuri mortalitas] expressit illud diuini poëtæ X. Æneidos.

Nescia mens hominum fati sortisque futuræ,
Et seruare modum rebus sublata secundis.

IO. PETREIVS.

E*LIGI pæna*] aliquid hic deesse videtur, *voluisti*, aut quid simile.

Abscissa missione] præcisa spe salutis, cum populum extrema non possit arena exorare, vt Horatius inquit. Mox lego, *vbi grauissime mihi nocere possit offendit*; pro *ostendit*.

Si incredibile] Fort. melius hoc cum superiore continuaretur.

Veneficium simile est mendacio] hoc melius legitur in Declamationibus: *O mendacium simile veneficio.*

* *Non timeo*] ab hoc incipiatur sequens clausula.

Sine dubio nouercam] Hic videtur deesse alterum membrum fortasse, *Hæc cum putasset se habere matrem, habebat nouercam.*

Quid illa, quæ fratrem] Medeam intelligit, vnde *Tomos* est appellata à dissipato corpore, vt pater in legendis membris moraretur.

Cum sciret, inquit] *Enim*, quod est inferius, transferendum huc est, *Cum enim sciret.*

Facilis conniuentis] Vide potius an, *committentis.*

Damnare illum] Fort. *illam.* nam quamuis illam damnarim, nondum effugi illius insidias, quæ mihi nunc filiam vult eripere.

M. ANNÆI

M. ANNÆI SENECÆ CONTROVERSIARVM

LIBER QVINTVS.

[Alijs Decimus.]

Seneca Nouato, Senecæ, Melæ filijs, Salutem.

QVOD vltra mihi molesti sitis, non est. Interrogate, si qua vultis, & sinite me ab istis iuuenilibus studijs ad senectutem meam reuerti. Fatebor vobis, iam res tædio est. Primo libenter assilui, velut optimam vitæ meæ partem mihi reducturus: deinde iam pudet, quamdiu non seriam rem agam. Scholastica studia leuiter tractata delectant: contrectata & propius admota, fastidio sunt. Sinite ergo me semel exhaurire memoriam meam, & admittite vel adactum iureiurando, quod adfirmem dixisse me quæ sciui, quæque audiui, quæque ad hanc rem pertinere credidi. Pertinere autem ad rem non puto, quomodo L. Magius gener T. Liuij declamauerit, quamuis aliquo tempore suum populum habuit, cum illum homines non in ipsius honorem laudarent, sed in soceri ferrent: quomodo L. Asprenas, aut Quinctilianus declamauerit: transeo istos, quorum fama cum ipsis extincta est. De Scauro si me interrogatis, cum illum mecum audieritis, iniqui estis. Non noui quenquam, cuius ingenio P. R. pertinacius ignouerit. Dicebat negligenter sæpe causam in ipsis subsellijs. sæpe dum amicitur, dicebat: deinde litiganti similior quam agenti, cupiebat euocare aliquam vocem aduersariorum, & in altercatione vires suas nouerat. Nihil erat illo venustius, nihil paratius: genus dicendi antiquum, verborum quoque non vulgarium grauitas, ipse cultus habitusque corporis, mire ad auctoritatem oratoriam aptatus. Sed ex ijs omnibus scire posses, non quantum oratorem præstaret Scaurus, sed quantum desereret. Pleræque actiones malæ, in omnibus tamen aliquod magni neglectique ingenij vestigium extabat. raro aliqua actio bona, sed quam fortunæ imputares. Sed illum longa, immo perpetua desidia eo perduxerat, vt nihil curare vellet, nihil posset. Orationes septem edidit, quæ deinde senatusconsulto combustæ sunt. Bene cum illis ignis egerat. Sed exstant libelli, qui cum fama eius lugent, multoque dissolutiores ipsis actionibus. Illas enim cum destituerit cura, calor adiuuat: ij caloris minus habent, negligentiæ non minus. Declamantem audiuimus, nouissime quidem cum M. Lepido ita, vt quod difficillimum erat, sibi displiceret. De Labieno interrogatis? Declamauit non quidem populo, sed egregie. Non admittebat populum: & quia nondum hæc consuetudo erat inducta, & quia putabat turpe ac friuolæ iactationis. faciebat enim censorium supercilium, cum alius animo esset. Magnus orator, qui per multa impedimenta eluctatus, ad famam ingenij, confitentibus magis hominibus peruenerat, quam volentibus. Summa egestas erat, summa infamia, summum odium. Magna autem debet esse eloquentia, quæ inuitis placeat, cum ingenia fauor hominum ostendat, fauor alat, quantam vim esse oportet, quæ inter obstantia erumpat? Nemo erat, qui cum homini omnia obiecerat, ingenio multum tribueret. Color orationis antiquæ, vigor nouæ. Cultus inter nostrum ac prius sæculum medius, vt illum posset vtraque pars sibi vindicare. Libertas tanta, vt libertatis nomen excederet. vt quia passim ordines hominesque laniabat, Rabienus vocaretur. animus per vitia ingens, & ad similitudinem ingenij sui violentus, & qui Pompeianos spiritus nondum in tanta pace posuisset. In hunc primum excogitata est noua pœna. effectum est enim per inimicos, vt omnes eius libri incenderentur. Res noua & insueta, supplicia de studijs sumi. Bono hercule publico, ista in pœnas ingeniosa crudelitas post Ciceronem inuenta est. Quid enim futurum fuit, si ingenium Ciceronis triumuiris libuisset proscribere? Sunt dij immortales lenti quidem, sed certi vindices generis humani, & magna exempla in caput inuenientium regerunt: vt iustissima patiendi vice, quod quisque alieno excogitauit supplicio, sæpe excipiat suo. Quæ vos dementissimi homines tanta vecordia agitat? parum videlicet in pœnas notæ crudelitatis est. conquirite in vosmetipsos noua, quibus pereatis: & si quid ab omni patientia rerum natura subduxit, sicut ingenium memoriamque nominis, inuenite quemadmodum perducatis ad eandem rem corporis mala. Facem studijs subdere, & in monumenta disciplinarum animaduertere, quanta & quam non contenta certa materia sæuitia est? Dij melius quod eo sæculo ista ingeniorum supplicia cœperunt, quo & ingenia desierunt. Eius qui hanc in scripta Labieni sententiam dixerat, postea viuentis adhuc scripta combusta sunt: iam non malo exemplo, quia suo. Non tulit hanc Labienus contumeliam, nec superstes esse ingenio suo voluit, sed in monumenta se maiorum suorum ferri iussit, atque ita includi: veritus scilicet, ne ignis qui nomini suo subiectus erat, corpori negaretur: non finiuit tantum seipse, sed etiam sepeliuit. Memini aliquando cum recitaret historiam, magnam partem conuoluisse, & dixisse: Hæc quæ transeo, post mortem meam legentur. Quanta in illis libertas fuit, quam etiam Labienus extimuit? Cassij Seueri, hominis Labieno iunctissimi, belle dicta res ferebatur. Illo tempore quo libri Labieni ex S. C. vrebantur: Nunc me, inquit, viuum vri oportet, qui illos edidici. Monstrabo vobis bellum libellum, quem à Gallione vestro petatis. Recitauit rescri-

ptum Labieni pro Batyllo Mæcenatis, in quo suspicietis adolescentis animum, illos dentes ad mordendũ prouocantis. Puto iam nihil, quod interrogetis, restat. Musa rhetor: quem interdum soletis audire, licet Mela meus contrahat frontem, multum habuit ingenij, nihil cordis. Omnia vsque ad vltimũ tumorem perducta, vt nõ extra sanitatem, sed extra naturam essent. Quis enim ferret hominem de siphonibus dicẽtem, Cælo repluunt: de sparsionibus, Odoratos imbres: & in cultũ viridium, Cælatas siluas: & in pictura, Nemora surgentia? Aut illud quod de subitis mortibus memini eum dicentem, cum vos me illo perduxissetis: Quicquid auium volitat, quicquid piscium natat, quicquid ferarũ discurrit, nostris sepelitur ventribus. Quære nunc, cur subito moriamur: mortibus viuimus. Non ergo & si iam manumissus erat, debuit de corio eius nobis satisfieri. Non sum ex iudicibus seuerissimis, qui omnia ad exactã regulam redigam. Multa donanda ingenijs puto: sed donanda vitia, non portenta sunt. Si qua tamen tolerabiliter dicta sunt, non subtraham, ne plura videãtur, vel subijcietis vos. Oscus non incommode dixit, sed sibi nocuit: dum nihil sine schemate dicere cupit, oratio eius non figurata erat, sed praua. Itaque non inurbane Pacatus rhetor, cum illi Massilię mane occurrisset, schemate illum salutauit. Poteram, inquit, dicere: Aue Osce. Ipse ab eloquentia multum aberat, natus ad contumelias omnium ingeniis inurendas. Nulli non impressit aliquid, quod effugere non posset. Ille Passieno, prima eius syllaba in Græcum mutata, obscœnum nomen imposuit. declamatori subtili, sed arido. ille Sparso dixit, scholam communem cum rhetore quodam habenti: Tu potes Controuersiam intelligere, qui non intelligis te laterem lauare? Sparsus autem dicebat valenter, sed dure. Ad imitationem Latronis se direxerat: non tamen vnquam similis illi erat, nisi cum eadem diceret. Vtebatur suis verbis, Latronis sententiis. Cum Basso certamen illi fuit, quem vos quoque audistis, homine diserto: cui demptam velim quam consectabatur amaritudinem & simulationem actionis oratoriæ. Nihil indecentius, quam vbi scholasticus quod non nouit, imitatur. Amabam itaque Capitonem, cuius declamatio est de Popilio hæc quæ meo Latroni subijcitur. Bona fide Scholasticus erat, in his declamationibus quæ illi bene cesserunt, nulli non post primum Tetracolon præferendus. Primum Tetracolon quorum faciam, quæritis? Latronis, Fusci, Albutij, Gallionis. Hi quotiens conflixissent, penes Latronem gloria fuisset, penes Gallionem palma: reliquos, vt vobis videtur, componite. Ego vobis omnium feci potestatem. hos minus nobiles sinite in partem abire. Paternum, Moderatum, Fabium, & si quis est nec clari nominis, nec ignoti. Dum in his ad satietatem vestram me præstiterim, permittite me mihi & aliquos, quos non nostis, ex sinu proferre: quibus quo minus ad famam peruenerint, non ingenium defuit, sed locus. Bene declamauit Gauius Silo; cui Cæsar Augustus, cum frequenter causas agentem in Terracinensi colonia vidisset, plenum testimonium reddidit. dixit enim: Nunquam audiui patrem familias disertiorem. Erat qui patrem familias præferret, oratorem subduceret. Partem enim eloquentiæ putabat, eloquentiam abscondere. Solebat declamare studiose Turrinus Clodius, cuius filius fraterno vobis amore coniunctus est, adolescens summæ eloquentiæ futurus, nisi mallet exercere quantum habet, quam sequi quantum cõsequi posset. Sed Turrinus Clodius multum de viribus remiserat, dum Appollodorum sequitur, & summam legem dicendi eum putat. Tantum tamen illi superfuit virium, quantum valeret, etiam si ars abesset. Sententias dicebat excitatas, insidiose aliquid petentes. Nunquam non de colore Latroni Controuersiam fecit. Latro nunquam solebat disputare in conuiuio, at aliquando declamare ex tempore solebat. Dicebat quosdam esse colores, prima faciẽ duros, asperos: eos non posse, nisi actione probari. Negabat itaque vlli placere posse, nisi totum nossent se, & suas vires, & illarum fiducia aliis metuenda & prærupta euadere. Multa se non persuadere iudici, sed auferre. Turrinus contra nihil probare, nisi tutum: non quia imbecillus erat, sed quia circumspectus. causas nemo proposuit diligentius, nemo respondit paratius: & pecuniam itaque & dignitatem, quam primùm in prouincia Hispania habuit, eloquẽtiæ debuit. Natus quidem erat patre splendidissimo, auo D. Iulij hospite: sed ciuili bello attenuatæ domus nobilis vires excitauit, & ita ad summam perduxit dignitatem, vt si quid illi defuit, scias locum defuisse. Inde filius quoque eius, id est, meus (nunquam enim illum à vobis distinxi) habet in dicendo paternam diligentiam, quæ vires ex industria retũdit. Hoc & in ipso genere vitæ sequitur ad summa euasurus iuuenis, nisi modicis contentus esset. ideo dignus est, cuius tam modestis cupiditatibus fortuna præstet fidem. Horum nomina nõ me à nimio fauore, sed à certo posuisse iudicio scietis: cum sententias eorum retulero, aut pares notissimorum auctorum sententiis, aut præferendas.

IN PRÆFATIONEM LIB. V. CONTROVERSIARVM.

NICOLAVS FABER.

L. Asprenas.] *Fortasse, P. frater.*

Quinctilianus] *Auus ne M. Fabij Quinctiliani Rhetoris, cuius elegantissimi & doctissimi oratoriarum institutionum libri frequentantur? Non puto. Is enim patris sui declamatoris mentionem facit, nullam aui. Quemadmodum etiam non existimo quæ Quinctiliani vulgata sunt CXLV. ex maiore numero superstites declamationes, huius esse Quinctiliani, de quo quærimus. Nam quomodo exstinctis & obliteratis tot egregiorum oratorum vigilijs, Asiniorum dico, Passienorum, Viniciorum, Porcij Latronis, Gallionis, ceterorumque primæ classis, ad nos vsque perdurare potuerit, qui vix quidem suo tempore innotuit, & cuius memoriam cum eo exstinctam noster auctor ait? Et sane illæ declamationes felicis Augusti sæculi vel ingenium, vel loquendi formulam non sapiunt. Nam declamator ille semper aduocati nomen pro patrono vsurpat, quod ante Neronis sæculum factitatum non fuisse, ab alijs obseruatum est. Supra declamatione II lib. VI.*

lib. VI. Aduocatus is dicitur qui causam egit, sed ex excerptis ea sunt, in quibus qui collegit quædam mutauit, & ad suum captum accommodauit. At vero in controuersiis integris aperte vbique, quemadmodum apud ceteros huius seculi auctores, hæc distinguuntur vocabula. Supra declamatione IV. lib. IX. Scio, inquit, Mentonem vsum non patrono patre, sed aduocato. Meminit idem declamator legis quæ in tricesimum diem pœnalia iudicia differt, quæ siue Tiberianum est Senatusconsultum, siue Theodosij lex, sub Augusto floruisse non potuit, qui illius legis mentionem facit. Nec tamen earum auctor dictu facilis, cum veteres vnius tantum Quinctiliani Rhetoris & declamatoris meminerint, quem in declamationibus laudant, nempe iis integris, quæ post oratorias institutiones, velut eiusdem auctoris eduntur. Ita enim B. Hieronymus ad Præsidium controuersiæ meminit, in qua pauper dolet ob interitum apum floribus ab impotentissimo diuite venenatis: & in Præfatione ad Quæstiones Hebraicas, quæ ex Quinctiliano de se dicit, latentem inuenit inuidia, ex eadem sunt controuersia. Quo fit vt vero simile sit illas recentioris cuiusdam auctoris esse, quibus quia auctor ignorabatur, Quinctiliani notissimi declamatoris nomen adscriptum sit. Ita enim Trebellius Pollio in Postumo iuniore, Postumi declamationes Quinctiliani declamationibus sua ætate insertas testatur, de quibus tamen iudicium sustineo.

De Scauro] Mamercum Scaurum intelligit, cuius apud Tacitum lib. VI. hoc legimus elogium. Mamercus dein Scaurus, inquit, rursum postulatur, insignis nobilitate & orandis causis, vita probrosus. Et lib. III. Satisfactum Corbuloni per Mamercum, qui patruus simul ac vitricus Sullæ & oratorum ea tempestate vberrimus erat. Sane impuritate vitæ quam eloquentia notior est antiquorum scriptis. de quo infra in Suasoriis.

Cum fama eius lugent,] Vtrumque enim male audit. male autea pugnant legebatur.

Cum M. Lepido] Is est fortasse quem supra Neronis præceptorem dixit.

De Labieno] Miror historiographos, qui Augusti vitam scripserunt, & maxime Suetonium in recensendis Imperatorii facinoribus malis etiam curiosum tam nouum illud supplicij genus, mortemque nobilis & clari viri non vulgarem silentio prætermisisse. ille enim auctor solum in Caligula scriptum reliquit, Caium T. Labieni scripta Senatusconsulto abolita requiri, & esse in manibus, permisisse. Is autem Labienus nepos fortasse T. Labieni fuit eius, qui cum egregiam Iulio Cæsari operam in Gallia nauasset, bello tamen ciuili à partibus optimatium stetit, & filius eius, quem Parthorum auxilio pop. Rom. bellum indixisse, Mylasamque in Hybreæ contumeliam & vindictam diruisse Strabo l. XIII. & Dio li. XLVIII. produnt. Tribus enim illis Titi prænomen fuit, Cuiuscumque filius fuerit, gentis suæ ferociam animo retinuisse constat, & vt animi quibusdam vitiis, ita etiam in loquendi libertate & magnis ingenij virtutibus clarum extitisse. eius auctoritate & scriptis vtuntur Quinctilianus cap. IX. lib. I. & III. lib. IX. & Sosipater.

Summa infamia. summum odium.] Vt enim aduersarij patronum Asinius Pollio pro Vrbinia heredibus inter argumenta malæ causæ posuerat. Quinctilianus cap. I. lib. IV.

Ad eandem rem corporis mala.] Quid velit dicere hoc loco, percipere mihi videor. Exaggerat enim eorum crudelitatem, qui non contenti in ea sæuire, quæ sæuitiæ obnoxia sunt, etiam ad ea conentur crudelitatem suam extendere, & eisdem corporis malis subiicere, quæ natura pati non possunt. quale est ingenium, & quæ ex ingenio fama nominis propagetur. Quomodo autem dicat, non video. Nam illud significare non possunt hæc verba, ad eandem rem corporis mala. Optimus P. Pithæi codex habebat ad eandem corporis: quibus postea suprascriptæ sunt duæ illæ voculæ rem & mala. ceteri nihil mutant: nihilominus tamen locum corruptum existimo. vide igitur ne legendum sit, ad eadem corporis mala, id est, ad eadem mala, quibus corpus obnoxium est.

Batyllo Mæcenatis] Vide quæ de Batyllo Mæcenatis doctissime I. Lipsius scripsit in primum Annalem Taciti.

Syllaba in Græcum mutata,] Nemo non ad hunc locum aliquid conatus est. Æmarus Ranconetus vir excellentis ingenij & iudicij, legebat prima eius syllaba in Gras. mutata, nempe vt Passienum Grassienum vocaret, velut larcosum: quod ex clarissimi atque eruditissimi Senatoris Ioan. Iacobi Lauernij libro manu eiusdem Ranconeti hoc loco notato didicisse lubens profiteor.

Declamatori subtili, sed arido.] Itane vero noster auctor Passienum aridum vocauit? At supra virum eloquentissimum, & sui temporis primum oratorem dixit. & ex his quæ infra controuersia penultima habentur, tanti nominis fuisse apparet, vt cum Augustus Asinium Pollionem Passieno commendaret, Pollio ingenue fassus sit, ideo tanti viri gratiam se complecti nolle, ne eius claritudine ac splendore ipsius fama propius admota exstingueretur. Et sane suspicor hæc transposita, & ita restituenda suo loco: obscœnum nomen ei imposuit. Ille Spatso declamatori subtili, sed arido dixit, &c.

Declamatio de Popilio.] In controuersia de Popilio supra Capitonis nulla mentio, vnde apparet multa deesse in Controuersiis.

Penes Lattonem gloria fuisset, penes Gallionem palma:] Atqui fieri potest vt non apud æquos iudices penes eundem gloria, penes quem palma, & palma penes eum sit, cuius est victoria? An quod cultior & ornatior Gallio suauitate sua perfundebat animos audientium, non perfringebat, & tantum concinnitatis suæ, quod de Demetrio Phalereo scribit Cicero, memoriam, non quemadmodum Latro fortius & concitatius dicendi genus sectatus τὸ κέντρον ἐγκατέλιπεν τοῖς ἀκροωμένοις? vt in Gallione plus artis & cultus, in Latrone plus naturæ & virium fuerit.

Gauius Silo:] Male antea Caius, contra veteres libros, & rationem. Nusquam enim noster auctor ex prænomine suos Rhetoras denominauit, sed ex nomine, vel cognomine. Gauij autem nomen inter Romana nomina notum probauit doctissimus Carrio Emend. primo.

SCHOTTVS.

Dicebat negligenter in ipsis subselliis] In epitoma scripta quæ & hanc præfat. continet. sic legitur, Dicebat sæpe caussam in ipsis subselliis. Couarruuianus vero: Dicebat negligenter sæpe caussam in ipsis subselliis, sæpe dum admonetur dicebat. Sed amicitur retineo. Post non longe in eodem: Cupiebat aliquem euocare aduersariorum, & in altercationes venire. Vires suas nouerat. quæ ex fide bona repræsentate volui: sana vero esse præstare non ausim.

Nouissime quidem lepide] In epitoma scripta: & nouissime quidem Lepido: quod & in libris suis omnibus se reperisse affirmat Pintianus, & haud scio an proprium viri nomen Lepidum sit leg. Nam in ora Labienum alia manu adscriptum vidi.

De Labieno interrogatis] Couar. *De rabie nunc interrogatus declamauit non quidem populo, &c.* & infr. in eodem: *Rabies vocaretur*, pro quo editi libri *Rabienus*. De hoc in Prooemio lib. IV. Epit. *Homo*, inquit, *mentis quam linguæ amarioris*. Hunc esse historicum illum apparet, de quo Suetonius in Caligula cap. XVI. *T. Labieni, Cordi, Cremutij, Caßij Seueri scripta Senatusconsultis abolita, requiri & esse in manibus lectitarique permisit: quando maxime sua interesset, vt facta quæque posteris tradantur.*

Aestimola iactationis affectare] In Couarr. *adfectantem, immo Censorium supercilium*: & Epitoma scripta *actionis* præfert, nõ *iactationis*. Quid *friuolum magis*, nos initio Contr. IX.

Pompeianos spiritus posuisset] Vera hæc lectio. T. Labienus primo Cæsaris partes secutus, eiusque in Gallia legatus, post Pompeianus fuit. Cæsar. Comm. belli Gallici, & I. de bello Ciuili: Post contra Cæsarem dimicans victus est Hirtius lib. V. belli Africi. Idemne Historicus ille sit ἐπέχω: Seneca sane vnum eundemque facere videtur.

Res noua, & insueta supplicia] In epitoma, *& instituta*: sed vera est Couarruuiana scriptura, *& inusitata*. Sic Nero in Fabricij Vientonis libros, quibus Codiculorum nomen dederat, sæuiit: *conuictumque* (inquit Tacitus XIV. Annali) *Vientonem Italia depulit, & libros exuri iußit, conquisitos, lectitatosque, donec cum periculo parabantur: mox licentia habendi obliuionem attulit.* Et Cremutij Cordi historias bellorum ciuilium, per Ædiles cremãdos patres censuerunt, anno ab V. C. 778. vt idem Annali. IV. *Sed manserunt occultati editi. Quomagis*, inquit, *socordiam eorum irridere libet, qui præsenti potentia credunt exstingui posse etiam sequentis æui memoriam. Nam contra punitis ingeniis gliscit auctoritas: neque aliud externi reges, aut qui eadem sæuitia vsi sunt, nisi dedecus sibi atque illis gloriam peperere.* Tu lege & Agricolæ vitam eiusdem Taciti. Libri quoq; Numæ Pompilij, terra exarati, quod inanes quasdam sacrorũ caussas continerent, patrũ decreto cremati sunt, Ann. V. C. 583. Liuius lib. XXXX. Plutarch. in Numa, Suetonius in August. ca. XXXI. & ibi Torrentius: Lactantius lib. II. cap. XXII. Similia colligit P. Iacobus Gretserus lib. singulari de libris damnatæ lectionis, & Notis ad Minutij Octauium Ioan. à Vvoruel. pag. 117. Plinius lib. XIII. ca. XIII. Valer. Maximus cap. XXII. lib. I. Augustinus lib. VII. cap. XXXIV. Ciuitatis Dei, ex Varronis V. Rerum Rom.

Bono Hercules publico] Epitoma vetus, *bono Hercules supplicio: ista pœna ingeniosa crudelitas*: Priora non probo. Vetus enim illud, quod & in lapidibus litteratis inspicitur, in quibus μοναδικὰ γράμματα visuntur. B.P.N. vel B.R.P.N. hoc est, bono publico, vel bono Reip. natus. Inf. Contron. XXXII. *Crudelem bono publico fuisse periturum*. Et Seneca filius lib. II. de Tranquill. vitæ cap. VIII. De sapiente loquens emendante Lipsio nostro: *Bono publico natus sibi & aliis salutaris, nihil concupiscet, nihil flebit, qui Rationi innixus per humanos casus, diuino incedit animo.*

Si Triumuiri libros] Malim veterem lectionem Couarr. libri: *Si Triumuiris libuisset, & ingenium Ciceronis proscribere?* Tu lege Suasoriam VII.

Sunt Dij lenti quidem] Eadem Valerius Max. li. I. cap. II. *Lento gradu ad vindictam sui diuina procedit ira, tarditatemque supplicij grauitate compensat.* Iuuenal. Sat. XIII.

Vt sit magna, tamen certe lenta ira Deorum est.

Tibullus quoque:

Ah miser, & si quis primo periuria celat.
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

Et poëtarum prope Deus Odyss. θ:

Οὐκ ἀρετᾷ κακὰ ἔργα· κιχάνει τοι βραδὺς ὠκύν.

Idem etiam Aten Deam mollibus & teneris pedibus inducit. Horatius quoque:

Raro antecedentem scelestum
Deseruit pede pœna claudo.

Et *Dij laneos pedes* habere veteri verbo dicuntur. Vide & Plutarchi libellum *De sera numinis vindicta*.

In caput inuenientium] Tale illud Hesiodium:

Οἱ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ, ἄλλῳ κακὰ τεύχων
Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

De Phalaridis tauro, adeoq; exemplorum plena est omnis vetustas, in auctores pœnas recidere solere hinc illud, *suo capiti*: & Mamerci Scauri ad Asinium Pollionem: *Quidquid mali dixi mihi & capiti meo.* Seneca fil. lib. IV. de Beneficiis cap. XXXI.

Conquirite in vos metipsos noua, quibus pereat] Absunt hæc omnia à Couarr. In Epitoma vero scripta: *Conquirite in vos ne ipsos noua quibus peremtus est: si quid ab omni, &c.* Mox in eodem Couarr. *Si quid ingenium memoriamque nominis inuenit, ægre admodum reducatis ad eandem rem corporis.*

Quam non contenta] In veteri Couarr. *Quam non contempta certa materia sæuitiæ est?* pro, *non contemnenda*. Sup. quoque initio Contro. XXV. In eodem libro scriptum erat non recte, *vna nocte contemptus sum*: prono errore ex affinitate vocum librariis obiecto.

Dij melius] Deprecantis est, & abominãtis: Fabius Declamat. 321. *Hoc primum veluti mentiumque animique tentati veneno sumus, sed Dij melius*, Et Valerius lib. VI. cap. I. ext. *Dij melius, quod hunc animum viris earum non dederunt.* In Poetis ita frequens, vt vel vnus Naso sitim explere queat. Integrũ erat: *Dij melius faciant*, apud Plautum familiare. Horat. lib. I. Serm. Sat. IV.

Di bene fecerunt, inopis me quodque pusilli
Finxerunt animi, raro & perpauca loquentis.

Pro Bacillo Mæcenate] Lipsius homo doctissimus *pro Batyllo Mæcenatis*: Equidem in Couarr. *Labieno* dandi casu reppeti, vnde non nemo conijciat legendum: *Recitauit rescriptum Labieno pro Bathyllo à Mæcenate.* In Epit. scripta: *Rescribunt Labieno pro Bacillo Mæcenate.* Corrupta & hæc vox Præfat. li. III. Declamat. *Si Pantomimus essem, Patillus essem*, vbi alij *Partilius* ad oram alleuerunt, inepte. In veteri Ant. Augustini *Batillus* est, ad quem locum nos plura ex Phædro Augusti liberto attulimus; Rescribe *Bathyllus*, cuius etiam nomen in Suida corruptum esse monuit idem Lipsius, dict. ὄρχησις. Nam pro Παλλάδιν ἢ Βαθυλίδιν legendum Βαθύλλου. Fuit hic in deliciis Mæcenati, Horatius Epod. XIV.

Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo
Anacreonta Teium ——

& Tacitus Annali I. *Indulserat Ludicro Augustus, dum Mæcenati obtemperat effuso in amorem Bathylli.*

Quis

Quis enim ferret hominem typhonibus] Sic Gryphij operæ ediderunt, nescio quid de vento somniantes, Couart. libet: *Quis enim ferat ho. de Simponibus*, quod forte retinendum vt σιμπούνιον Romanæ vocis *Simpuli*, *& Simpuuij*. Epitoma vero, *quis enim feret hom. de Seponibus dicentem*. Emenda vt in Paris. *de Siphonibus*, quæ tubos & canales, vnde aqua effluit, designant. Plinius lib. II. cap. LXV. De aqua; *In summis iugis erumpente, quo spiritu acta, & terra pondere expressa, Siphonum modo, emicat*. Columella lib. III. cap. X. *Naturali spiritu omne alimentum vincentis, quasi quadam anima, per medullam, trunci velut per siphonem, quem διαβήτην vocant mechanici, trahitur in summa*, Strabo li. V. γεωγραφ. σίφωνας καὶ κρουνὺς vocat. Iuuenal. Satyr. VI.

Effigiemque Deæ longis siphonibus implet.

Vlpianus I. C. inter incẽdiorum subsidia numerat in l. Quæsitum. §. Acetum. ff. de act. & l. Fistulam. ff. de seruis l. Fines. l. Fundi. ff. de not. empt. li. II. l. Omnis C. de Aquæ duct. & Isidorus li. XX. Etymolog. Plinius quoque li. X. Epist. ad Traian. de Nicomediensi incendio. Idem li. V. ad Apoll. *Siphunculum* ὑπονοεισακῶς dixit.

Cælo repuerunt] *Replunnt* malo quod est in omnibus antiquis, etiam Pintiani: qui tamen *cælo replunnt* conicit leg.

Odoratos imbres] *Adoratos imbres*, quomodo Had. Turnebus hic etiam leg. putabat. li. III. Aduers. cap. VIII. in Epitoma scriptum. Liber Couar. verius *odoratorij imbres*. Solent enim in Amphitheatris tubi seu fistulæ, liquorem odoratum è croco, euomere, quo spectantes iucunde aspergebantur. quæ vt hic & à Seneca filio *Sparsio* vocatur Epist. 91. & lib. II. Quæst. Natural. cap. IX. Id me docuit harum litterarum princeps Lipsius li. de Amphitheatro cap. XVI. prolato & illo Apuleij loco lib. X. extremo fabulæ Milesiæ: *Tunc de summo montis cacumine, per quandam latentem fistulam, in excelsum prorumpit vnda, croco diluta, Sparsimque defluens pascentes circa capellas odorato perpluit imbre*. Reliqua inde petas licet.

De corio eius nobis satisfieri] In Epitoma scripta apparet scriptum fuisse, *de corio canis*. Vid. Adagia. vt & infra, quid *Laterem lauare*.

Haue Osce] Schema ex ambiguo, nã & *Osce* vocandi casus est, & Oscam linguã notat. leg. Festus. Et *haue* cum aspiratione scripsisse veteres etiam litterati lapides loquuntur, & libri, quo salus precabatur. Exempla innumera etiam exstãt apud Senecam fil. lib. VI. de Benefic. cap. XXXIV. Quinctil. lib. I. cap. VI. Inst. *Multum est litteratus, qui sine adspiratione secunda syllaba salutauit, Aueto.* Apparet igitur *Haue* antea veteres dixisse cũ H.

Ille Passieno prima eius syllaba] Quatuor viri insignis eruditionis hic sudarunt, & vereor ne frustra. Lud. Cælius Rodigin. li. II. cap. XIII. antiq. lect. *Physienum* appellatum putat, sed longius abit à vero nomine. Io. Brodæus lib. II. Miscellaneorum cap. XVIII. *Paschienum* nuncupatum putat vt πάσχειν Demostheni περὶ στεφάνου, Xiphilino, & Luciano in Alectrione. Tertio vero pedam Had. Iunius Animaduersor. lib. I. cap. XIV. *Passienum* Oratorem calumniose ab Osco vocatum *Paschaenum*. Ant. Couarrunias *Phasianum* legebat. Aristophanis enim interpres in Acharnanibus φασιανὸν, pro *Sycophanta* παρὰ τὸν φαίνειν dictum adnotant, & Herodianus in fragment. φασιανοὶ ἵπποι, φασιανοὶ καὶ ὄρνεις. Vide Suidam, Thomam Magistrum, & eundem Aristophanis interpretem in Nebul. & Athenæum. Nota vero eius auis Colchicæ, & mollities, & in Apicij popinis, lautitia. At *Sycophantæ* nomen infame potius quam obscœnum. Turnebus aliter legit lib. III. Aduersar. cap. VIII. *Prima eius syllaba in Cra commutata*: vt non Græcum hic nomen reponat, sed *Crassienum* appellatum putet, pro Passieno Lector arbitrabitur, cui libentius assentior. Ceterum de Crispo Passieno Oratore Plinius lib. XVI. cap. vltim. Suetonius Nerone cap. VI. Quinctilianus lib. VI. cap. II. & Seneca lib. IV. Natur. Quæst. Initio.

Quæ meo Latroni subijciuntur] In vtroq; veteri, quo vsus sum, legitur: *quæ iniecto Latroni subijciuntur*. Tu vide Contro. XVIII. Capitonis ἀκρομεταμ.

Primum Tetracolon] *Tetradeum* est vtrobique in Couar. In Epitoma scriptum *Tetradea* Græcorũ more: In vtroque etiam quinque nomina, præter quaternarij numerum. Pintianus tamen *Cestij* nomen tollit ex omni vetere, vt ait, lectione, *Tetradeum* Suidæ diuerte τὸ τετράχορον ποιητικόν: ε antem in longum transire Latinorum Priscianus li. I & alij obseruarunt. Rectissime igitur Couarruuianus Codex, cõtra atque Turnebus li. III. ca. VIII. Aliud enim τετράκωλον, de quo sup. Contr. XXV. & li. IX. Declamat. II. Epitomæ.

Penes Latronem gloria fuisset] Hæc in vtroq; scripto aberant.

Caius Silo] Peccatum sæpenumero in sophistarum nominibus, vt antea admonui. Huius enim libri Controuer. XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIV. *Gauius Silo* scribitur. At vero ibidem & Suasor. III. *Pompeius Silo* est, tanquam diuersi sint. Item Controu. XXV. Et in Præfat. lib. III. Epitomes: Vnde suspicari liceat *Caium Pompeium Silonem* integrum nomen fuisse.

In Trachmensi colonia] In Epitoma veteri, *Terracinensi*. In Couarr. *Tarraconensi*. Vtrumque repperit & Pintianus, probatque alterum, *Tarraconensi* ex Plinio li. III. & Strabone li. V. Artem quoque persuadendi ab Oratore tegendam dixit præf. li. IV.

At aliquando declamare ex tempore] In Couar. *aut aliquam quod declamare poterat tempore decebat, &c.* Epitoma vetus eadẽ præfert, nisi quod vox *tempore* aberat. Confer cum his Præfat. lib. I. Controuer.

Eos nõ posse nisi actione probari] in Epitoma scripta lũge aliter. Locum integrum apponam, vt comparari cum editis queat: *Eos non posse actione approbari. Negabat vtique vlla* (*vllas* Couar. liber) *placere posse, nisi totum nosceret. Reis res suas: & illarum fiducia aliis metuenda, & præcipita audere multa. Se non persuadere iudici, sed auferre.* Equidem pro *audere*, *suadere* conieceram leg. *Adire* abj

Sed circumspectus causam] In Epitoma, *sed circũspectus censet* & amplius illud: *Nemo diligentius exposuit, nemo respondit paratius.*

Et dignitatem eloquẽtiæ] Hic omissa multa quæ in Epitoma, & scripta & edita integre leguntur, ad oram vero Couar. codicis alta manu, perantiqua tamen, adscripta erant, hæc fere: *Et pecuniam itaque & dignitatem quamprimum in prouincia Hispania habuit, eloquentia debuit. Natus quidem erat splendidissimo aut Diui Iulij hospite, sed ciuili bello attenuatas*

Senec.

domos nobiles viro (ſic enim in veteri vtroque repperi for. *viros*) *excitaunt, & ita ad ſummam perduxit dignitatem: vt ſi quid illi deſuit ſcias toto defuiſſe.*

OPSOPOEVS.

ODeratos imbres] Turnebus aduerſatiorum lib. III. cap. VIII. Reprehenditur à Seneca lib. x. declamationum Muſa, vt affectate & putide loquutus, cum ſifones dixit cœlo repluiſſe, & ſparſiones odoraros imbres vocauit. Sed cur obſecro *odoratos imbres* vocauit? an quod odorati liquores vnguentaque & aromata ſpargerentur? vt Mart. epigr. III. Amphitheat. ait,

Et ſilices nymbis hic maduere ſuis,

Et verom fortaſſe quis putet, conueni tamen qui *adoratos* legeret, quod ſparſionẽ populus adoret imbrem ſimulantem. Statius lib. I. Syluarum de ſparſione:

Hunc rorem veniens profudit Eurus.
Quicquid nobile Ponticis nucetis
Fœcundis cadit aut iugis Idumetis:
Quod ramis pia germinat Damaſcus.

Subiicitque.

Non tantis hyas inſerena nymbis
Terras obruit, aut ſoluta pleias

Et paulo poſt:

Dum noſtri Iouis hi ferantur imbres.

Iterum:

Diues ſparſio quos agit tumultus?

Itaque *adoratos* id eſt populo optatos & ſalutatos ſupino & ſuſpicienti, iubilantique, libentios legerim: Lipſij libro de Amphitheatro, cap. XVI. In imo & ſummo Amphitheat. diſpoſitæ erant fiſtulæ, ea arte & fine, vt odoratum quendam humorem eiacularentur leuiter & inſpergerent in ſedẽtes. Is humor è croco plerumque. Sen. epiſt. xc. & lib. II. Quæſt. Natur. Apuleius lib. x. *Tunc de ſummo montis cacumine per quandam latentem fiſtulam in excelſum prorumpit vino crocus diluta, ſparſimque defluens paſcentes circa capellas odorato perpluit imbre.* Bene Apuleius, *odorato imbre.* quia è fiſtulis illis, per minuta quædam foramina ſtillabat is liquor in modum imbris. Et ſignare locutus eſt Antonius Muſa apud Senecam patrem, qui *ſparſiones, odoratos imbres* dixit. Vbi magnus ille Turnebus à ſe & à vero abit, dum tentat ſufficere *adoratos imbres* & perperam ad miſſilia refert.

Ille Paſsieno prima eius ſyllaba in gracũ mutata] Cælius antiq. lect. li. XI. cap. XIII. Quid hiſce innuatur, perobſcurum eſt. Coniectura ipſe ducor, vt *Phyſsienum* putem appellatum, veluti eſſet mentulatus follis. Nam phyſan dici follem, norunt omnes: ſinos vero mentula eſt. quod Ariſtoph. docet interpres. vnde Sileni deflexum nomen eſt. Brodæus Miſcellaneorum lib. II. cap. XVIII. Ludouicus Cælius *Phyſienum* appellarum putat, veluti eſſet mentulatus follis. Ego *Paſchienum* arbitror nuncupatum, quaſi pathicum ἢ παχητικόν. πάχειν enim Græcis plerunque hanc ſignificationem habet. Demoſthen. περὶ στεφάν. ἐκεινων ἅπαντες ἴσασι χαλκεύειν, ἐκ τῶ πάντα ποιεῖν ἢ πάχειν δυναμένη. Xiphilinus ἅτε καὶ ἐσείζοντο τῶ σημεῖον εἶχεν αὐτὸν ὄντα παχητικῶς. Hadr. Iunius animad. li. I. cap. XIV. Apud Senecam Controuerſiarum lib. VI. locus extat vel maxime lucis egens, ſed non eius quem Cælius illi addere contendit vndecimi lib. cap. XIII. Verba auctoris ſunt de Oſco rhetore, qui natus ad inurendas omnium ingeniis contumelias, nulli non impreſſit aliquid, quod effugere non poſſet. *Ille*, inquit, *Paſsieno, prima eius ſyllaba in Græcum mutata, obſcœnum nomen impoſuit, declamatori ſubtili, ſed arido.* Quibus verbis quid innuatur, perobſcurum eſſe non inficiatur Cælius: ſed coniectura duci ſe ait, vt *phyſienum* putet appellatum, veluti eſſet mentulatus follis, à φυσᾶν, quod follem ſignificat à ſpirandi argumento, & σίνος, quæ vox Ariſtophani mentulã ſonet. quod nimis lõge petitũ, immo extortũ verius, cui non ſuboleat? nam vt omittã cõpoſitionis ius, quod reclamat: quis neſcit non vulgati iſta eſſe vſus vocabula in eo ſenſo? ſed Comici peculiare alterum in obſcœni membri ſignificatione: quando proprium pæne ſit illius, obliquis interdum verborum inuolucris potius quam tecto ſenſu prolatis vti. Ego vero ſimplicius venuſtiuſque Paſſienum oratorem (cuius & apud Tacit. fit mentio) calomnioſo nomine *paſchænum* ab Oſco audiſſe affirmauerim: πάχηνον nimirum, quod velut pathicum & moliebria patientem deſignare illum voluerit, ſpurci nominis aſpergine, παρὰ τὸ πάχειν αὐτά, quod infanda pateretur: à quo verbo & παχητίας, Latino vocabolo non ignotiores pathici & cinædi nominantur. Turnebus aduerſariorum lib. III. cap. VIII. In Seneca ſcribitur de Oſco ad contumelias omnibus inurendas nato. *Ille Paſsieno prima eius ſyllaba in Græcum mutata obſcœnum nomen impoſuit.* Non leoe tormentum multorum ingeniis locus ille admouit. nomen enim Græcum quod obſcœnum ſit quærunt, ac miſerum in modum ſe quærendo fatigantes, laborem & operam ludunt. Ego legendum ſuſpicor: *in cra commutata*, vt Paſſienum ab eo *Craſsienum* appellatum fuiſſe, vt craſſum, hebetẽ & tardum intelligamus. nec enim obſcœnum in libidine tantum dicitur, ſed etiam in omni turpitudine. Turpe autem eſt alicui tarditatis maculam illini & ſtuporis, quod illa deprauatione fiebar. Poſt hos omnes Ranconetus *in Gras commutata* ſuffecit, vt iam ſupra à Cl. V. Nic. Fabro adnotatum eſt, & mihi indicauit ſummi ingenij, iudicij & ſãctitatis vir Cl. Poteanus. Et ſic Paſſienus, Graſſieous dictus fuit, quaſi hircum olens ob libidinem. γράσος enim Græcis hirci virus & alatum fœtorem notat & γράσων hominem hircoſum. Is autem odor acrior & fœtidior iis qui frequentes ſunt ad Venerea ſigna vt docet Ariſtot. probl. ιγ'. ſect. δ'.

Bona fide Scholaſticus erat] Turneb. aduerſ. li. III. cap. VIII. *bona fide ſcholaſticus erat*, valet, ſine diſſimulatione. eum enim ſcholaſticarum declamat. non pœnitebat, genuſq; dicendi declamatorium non diſſimulabat, nec forenſe affectabat, atque ſimulabat, quod ſophiſtæ alij faciebant.

Idem eiſdem li. & cap. *Nullis non*, inquit Seneca *poſt primum tetracolum præferendus.* Hic primum tetracolum per tranſlationem vocat Seneca quatuor primi nominis declamatores. ſunt autẽ tetracola conuerſiones quatuor membris cõprehenſæ, vt tricola tribus: quæ tum ſunt elegantiſſima & arguriſſima, cum paria paribus relata habent. Idem libro v. Controuer. xxv. & lib. IX. declam.

declam. II. *Et illud tetracolo: Seruiebat forum cubiculo, praetor meretrici, carcer conuiuio, dies nocti.* Iterum, ibid. lib. v. Controuer. & IX. declam. II. *Hanc ideo sententiam retuli, quia & in tricolis, & in omnibus huius generis sententiis curamus vt numerus constet, non curamus vt sensus.*

Lugens pauperis filius diuitem sequens. CONTROVERSIA XXX.

LEX. *Iniuriarum sit actio.* Thema. *Quidam cum haberet filium, & diuitem inimicum, occisus, inspoliatus inuentus est. Adolescens sordidatus diuitem sequebatur. Diues eduxit eum in ius, & postulauit, si quid suspicaretur, accusaret se. Pauper ait: Accusabo, cum potero: & nihilominus sordidatus diuitem sequebatur. Cum peteret honores diues, repulsus est. Accusat iniuriarum pauperem.*

PRO PAVPERE. *Vibij Galli.* Gratias diuiti, quod quos odit, reos iam facere contentus est. interdiu publico nobis interdicitur: quærite quid nocte fiat. Non ambulabis, inquit, eadē via qua ego, non calcabis vestigia mea, non offeres delicatis oculis sordidatam vestem, non flebis inuito me, non tacebis: perieramus, si hic magistratus esset. *Albutij Sili.* Quod sordidatus fui, luctus est: quod fleui pietas est: quod non accusaui, timoris est: quod repulsus est, vestrum est. Non taceam, qui adhuc viuo, quod tacui? Nostis populi loquacis suspiciones. Quare iste honores illo viuo nunquam petiit? ego vero omnes quæso, omnes vt me in inquisitionem paternæ mortis adiuuent: & ad tua genua diues venissem, nisi timerem, ne inuidiam tibi fieri diceres: & iampridem hoc animo sequor, occasionem loquendi capto: nec mehercules possum dicere, inhumanitate tua fieri quod nō audeo. sed vitium me meum sequitur. Taceo. vtinam hoc vitium habuisset & pater. dum libere loquitur, multos offendit: neque te puto solum in ciuitate habuit inimicum. Vt iste ait, causam meam populo probaui. *Iullij Bassi.* Quando autem istis diuitibus non sordidati sumus? accusa, inquit, pauper, diuitem, egens candidatum. ego accusem? ambulare mihi meo arbitrio nō licet. In ius vocauit. Accusa, inquit: reum me perage, perora, quis accusare sic loquentem potest? Cur, inquit, me sequeris? quasi aliud iter pauperes, aliud diuites habeant. *Cestij Pij.* Non essem reus, si accusassem. barba demissa, sordidatus cum criminibus meis ad vos veni. Omnia licet fiant, nō desinam inquirere percussorem: & fortasse iam inueni. Quam subito pater meus in media ciuitate: Quid me intueris? quid obseruas? quid dicam? subductus est? *Arellij Fusci Patris.* Incedere magno comitatu, splendido cultu, non est fortunæ meæ: ista diuites possunt: satis est, si viuimus. Cum spoliatum cadauer non sit, quis fuerit percussor, nescio. quisquis fuit, quasi diues spolia contempsit. Quare, inquit, me sequeris per publicum? facinus indignum commissum est: diues & pauper per eadem vestigia incessimus. *Osci.* Accusa, inquit, vbi est qui primo cœperat? Vellem pater meus quoque à te non discessisset. viueret. Quare, inquit, me reum non facis? quia accusatorem me non times. Mortuo patre meo, metuo enim ne quis iniuriam sibi fieri putet, si dixero occisum. Occisus est pater meus: à quo? si permittis, nescio. *Iunij Gallionis.* Quid iste accusanti fecisset, qui persequitur tacentem? cur non agis? quia vis tecum agi. Nunquid nunc tibi iniuriam facio sordidatus? quod reo licet, lugenti non licet? Quid potui patri meo minus præstare? in honorem eius vestem mutaui. *Fuluij Sparsi.* Sordidatus es, inquit, flες. hoc dicis: Pauperis occisi filius pauper es. Pater meus in media ciuitate saluis legibus occisus est. quis hoc sine lacrymis narrare possit? non deponam has sordes, nisi inuenero cui induam. Quis occidit patrem meum? nescio. nihil amplius testari possum, quam hanc vocem meam: Adhuc nescio. Delibero interim, vt induam vestem quam patri meo reliquit percussor. Cur me sequeris? magistratus post terga sua non summouet. *Argentarij.* Non vis patrem meum fleam? lacessere nos vltro non solebat. *Clodij Turrini patris.* Quare, inquit, sordes sumpsisti? quid igitur? ne lugebo quidem quem vindicare nō possum: nulli iniuriam facio nisi patri, quem adhuc tacitus fleo. *Porcij Latronis.* Cuius necessarius, ita crudeliter interempti patris dolor est. Nihil fortius est, quam quod gemit. Accusa, inquit, me, vnde tam securus es? inuenisse videris, quis alius occiderit. Non erat præda quam grassator sequeretur, sed erat virtus summa, firmissimum ignoti munimentum, contumax aduersus fastidium diuitiarum innocentia. Hæc ab inimico petita sunt spolia. Nescio quomodo miserum esse interdum in miseria iuuat, & plerunque omnis dolor per lacrymas effluit. Nimium funere nostro exultat. Non solebat viuo illo prouocare nos vt reus fieret. Si quis omnium mortalium miseriarum inter necessarias super occisum patrem lacrymas, increditam adhuc inertiam miratus est, in hac indignitate præsentis periculi omnem suam ponat admirationem. Si pauper accusandi diuitis animos non sumpsit, miramini? quia tacet, reus est. Per has lacrymas, per hunc squalorem, per hæc necessaria omnibus periclitantibus instrumenta, non inuidiosum vestræ misericordiæ præmium petimus, vt absoluto sic esse tanquam reo liceat. Potens iste & gratiosus, & quod ne ipse quidem negat, diues fuit, & qui nihil vnquam sibi putaret timendum, etiam reo. Crescere deinde in dies odium alterius impotentia, alterius libertate. Diues nihil aliud quam nos pauperes existimare, nos nihil aliud quam innocentes, inter quotidianas acies semper inuicti. quis de nostra interim [illegible] cogitauerit, nescio: quod dissimulari non potest, scio quis optauerit. Venit iste cum turba clientium & parasitorum, & aduersus paupertatem totam regiam suam effundit. Cur me non accusas. non post [illegible]? vix temperabat quin diceret: Quid ego in te accusatorem non audeam, qui [illegible] endum eum putaui, qui tantum mecum litigauerat? Ciuitates plerunque finitimæ [illegible] discor[illegible] bello [illegible]ment. Inter ciuilia bella tātum in vltionem satis est,

quantum quisque ad maledicendum occupauit. M. Cicero qua violentia in absentiam Metelli strepit? M. Cato Pulchro obiiciente furtorum crimina, audiuit. Quæ maior indignitas esse potuit illius * sæculi, quam aut Pulcher accusator, aut reus Cato? In Cn. Pompeium terra marique victorem fuit qui carmen componeret, vno, vt ait, digito caput scalpentem. Fuit aliquis qui licentia carminis tres auratos currus contemneret. M. Bruti sacratissimam eloquentiam lacerat, cum quidam eius ciuili sanguine non inquinatas solum manus, sed infectas ait: atque ille tamen cum tres consulatus, ac tres triumphos scinderet, adeo nō timuit, ne esset reus, vt etiam disertus esse curauerit. Solus hic est in vestra ciuitate innocentior Catone, nobilior Metello, fortior Pompeio.

Diuisio. Latro sic diuisit, An in re iniuria sit. Nulla, inquit, iniuria est. Sordidatus sum, inquam: multi faciunt. Omnia iniuriæ genera comprehensa sunt. pulsare non licet, conuicium facere contra bonos mores non licet. Hoc loco *Scaurus* dixit: Noua formula Iniuriarum componitur, quod nihil contra bonos mores fecit. Etiam si in re iniuria est, An si non malo animo fecit, tutus sit. An malo animo faciat. Hoc *Latro* in duas quæstiones diuisit, An si credidit, ob hoc ipsum patrem suum occisum, & propter hoc secutus est, ignoscendum illi sit. Deinde, An credidit. *Gallio* illam primam fecit quæstionem: An quod liceat cuiquam facere, si faciat, iniuria non teneatur. Licet, inquit, flere, licet ambulare qua velis, sumere nihil, inquit, vt & alienum iniuriarum facere. Sordidatus es, non queror: sed si sordes tuæ inuidiam mihi concitant, queror.

Color. De colore quæsitum est. Quidam aperte inuecti sunt in diuitem: quidam ex toto nihil dixerunt: quidam secuti sunt mediam viam. Cum præter hæc nihil sit, *Latro* volebat videri inuenisse quartum genus, vt hoc modo in diuitem diceret: Tu quidem non fecisti, sed tamen ego habui causas propter quas possem decipi, & de te aliquid frustra suspicari, quia inspoliatus pauper inuentus est. Hoc est autem medium illud genus nec dimittendi diuitem, nec accusandi. Nam & dimittere non debet, quem distulit: & accusare propter hoc ipsum non debet, quia distulit. *Albutius* nihil dixit in diuitem. Hoc colore declamauit: Committit iniuriarum, inquit, si quem non postulauit, accusat. Quare, inquit, sequeris me? vt aliquando mei miserearis, vt desinas afflictam domum persequi, vt scias me in hoc habitu accusare non posse, vt concupiscas gloriam vindicatæ mortis. Tu solus potes, si voles, inuenire quis occiderit, tu accusare. At me quidam propter hoc suspectum habent. Potes discutere istam suspicionem quære quis fecerit. Vt scias, inquit, te inuidiam mihi facere: cum dixissem, Accusa me: non negasti te accusaturum, sed respondisti, Accusabo cum potero. Ignosce mihi, non magis adhuc quemquam accusare possum quam absoluere. quæro quis fecerit. Hæc leuia argumenta sunt, hæc vana sunt quæ alios tangunt: quod inimicus est, quod ille inspoliatus inuētus est non est quare accusem, est quare suspicer. *Rufus Vibius* hoc colore posuit: Sordidatus sum, lugeo: sequor te, vt tutior sim: timeo nescio quem, illum qui patrem meum occidit. scio me, quamdiu tecum sum, perire non posse. Dum hunc colorem sequitur *Murrhedius*, ineptissime dixit: Quare te sequor? pater meus quia solus inambulat, occisus est. *Osci* color non placuit Gallioni Sequor, inquit, vt inueniam quis fecerit. hoc mecum cogito: Quisquis est ille qui fecit, volet hoc inimico imputare, ad diuitem veniet. Multo, inquit, hoc iniuriosius est, si inquirendi causa facit, si non tantum in conuicium, sed periculum diuitis sequitur. *Gallio* subtiliter agendum putauit, & ad positionē controuersiæ colorem actionis dirigendum, vt diceret: Suspicor à te patrem meum occisum. quis enim illum alius oderat magis? quis impotens alius est? vestem enim illius sine dubio nescio quis percussor non concupiscebat. Dicet aliquis: Quid ergo? si inimicus est, protinus interfector est? non. ideo non accuso. *Hispo Romanus* palam accusauit, & dixit: Non causam sibi deesse, sed vires. etiam hanc sententiam in procemio, magno cum assensu hominum dixit: Eum accusatorem habeo, qui se reum non esse miratur. *Bassus Iulius* in hac controuersia dixit: Quare me sequeris per publicum? facinus indignum, Iudices, factum est, pauper & diues eandem terram calcamus. Consectari autem solebat res sordidas, & inueniebat qui illas vnice suspiceret. Memini illum declamantem declarasse controuersiam de lenone, qui decem iuuenibus denuntiauit, ne in lupanar accederent, & foueam igne repletam terra superiecta obruit, in quam adolescentibus lapsis & consumptis accusatur Reip. læsæ. Apud illum declamantem Albutius fastidiosus auditor, eos quibus inuidere poterat, admirabatur. Hanc Bassi sententiam non mehercules referrem si canem ad hostium alligasses. Idem Latronis illas sentētias aiebat tumidas magis esse quā fortes. Summa hominum admiratione circunferebantur: Lugent argumenta patres & ossa liberorum coniecturam diuidunt. & illam: Producta sacerdos tuam, & illam: Super cineres liberorum nostrorum lupanar de quantum est. Ipse vtique laudabat: itaque docuerat. Nam in hac ipsa cōtrouersia ne Bassus quidem videbatur aliquid dixisse sordidius. dixit ipse: Itane peribunt decem iuuenes propter dipondios tuos? *Euctemon* à filij parte cum patrem suum narrasset solum sine comite oppressum & occisum dixit: διὰ τοῦτο ἀσφαλέστατον ὑπὲρ μετὰ πλειόνων ἀσιγᾶτιν & idem: διὰ τί σιγῶ· ὁ πατήρ μου λέγων ἀπέθανεν. *Hermagoras* dixit: κοινὸν μὲν ἰδία, ὦ πάντες πόλιν, οἱ δὲ πλούσιοι τῶν αὐτῶν. Illud in narratione: ὑπό τινος αἰσχρῶν ἐκ ὁδῷ. Ἔχει ἐχθρὸς φόνον τις, ἢ ἀρίστη γῆς, * καὶ ὃ τὸ ῥεῖν ὕδωρ γίνεται, * al. v. c. καὶ ὁ χεῖν δυνατόν. *Artemon* dixit: ὅταν εὕρω τὸν φονέα, τότ' αὖ γράψομαι καὶ ποτε δεῖ, ἂν εὕρω πένητα.

NIC. FABER.

IN CONTROVERSIAM TRIGESIMAM.

NIC. FABER.

M. *Cicero qua violentia*] Absit vt noster auctor fulmen illud dicendi strepere dixerit, aut Cicero in maximum & constantissimum virum vnquam stylum suum strinxerit: qui vix octo annos natus erat, cum in exilium Marcellus pulsus est. quod satis ex Gellio cap. xxviii. li. xv. & eodem Cicerone in orat. pro Sextio Balbo, & in Pisonem, clarum est. Locus igitur corruptus est. aliquando putaui legendum *Cn. Carbo*, quem ex historia constat suis seditiosis concionibus, vt absens Marcellus hostis iudicaretur, effecisse. Sed quàm longe à veteri scriptura?

Sordidatus sum, inquam:] Vereor ne hoc loco vera lectio exscribentes fugerit. Potius enim legendum videtur: *Sordidatus sum? iniuriam nulli facio. Omnia iniuriæ genera*, &c. Et ad finem sententiæ, post hæc: *conuicium facere contra bonos mores non licet*: vel addendum, vel intelligendum est. *nulli sordidatum esse non licet*: quæ si non ad textus emendationem faciant, ad intelligentiam tamen conducunt.

An si credidit, ob hoc ipsum] Lego, *ab eo ipso patrem suum occisum* id est à diuite.

Sumere nihil, inquit, vt & alium] Non multum à vestigiis editæ lectionis & vitiatæ discedemus, propiusque à sana lectione fortasse stabimus, si legamus, *licet, inquit, flere, licet ambulare qua velis: sed nihil, inquit, licet in alienam iniuriam facere*: quod & quæ sequuntur, verum probant. In edicto autem Prætoris cautum erat: *Ne quid infam indi causa fiat. Proinde*, addit Vlpianus li. LXXVIII. ad edictum, *quodcunq; quis fecerit, vel dixerit, vt alium infamet, erit actio iniuriarum. Hæc autem fere sunt, quæ ad infamiam alicuius sunt: vt puta, in inuidiam alicuius veste lugubri vtitur, aut squallida, aut si barbam dimitteret*, &c.

Si quem non postulauit,] Veteres editiones legunt, *siquidem non postulauit*, cæteræ: *si qui non postulauit*: Neutram sanam, ne hanc quidem Romanam arbitror. Quare locus asterisco notandus.

Lupanar de quantum est.] Fortasse, *Lupanar esse quantum est?* Cetera depono.

SCHOTTVS.

C*Vr non agis? Quia vis tecum agi*] Proprium fori vocabulum *Agere*, vt Controu. XXV. & XXXII. *Lege agere*: extatque lepidum epigramm. apud Martialem lib. 1.

Semper agis causas, & res agis. Attale semper.
Est, non est, quod agas, Attale semper agis.
Si res & caussa desunt, agis Attale mulas:
Attale, ne quod agas desit, agas animam.

Magistratus seruos post terga non summouent] sed obuios potiùs per lictores, vt via decedant Nota res ex Liuij li. 3. & supra Controu. XXV. in Triarij sermone. *Seruos* autem hic recte fortasse omittit Rom. editio.

Non erat præda quam] Diuersa ab his in Epit. *Non erat in illo præda, quam grassator appeteret. Erat summa virtus, contumax aduersus diuitiarum fastidium innocentia.*

Quis de nostra interim morte cogitauerit] In eadem legitur, *Quis cædem machinatus est? scire non possum. Quod dissimulari non potest.*

Senec.

Ciuitates plerumque finitimæ] Caussam dissensionum ciuilium inter finitimos semper fuisse tyrannidis metum, Demosthenes ait. Olynth. I: ὅλως ἄπιστον οἶμαι ταῖς πολιτείαις ἡ τυραννίς, ἄλλως τε κἂν ὅμορον χώραν ἔχων.

Cicero qua violentia in absentiam Metelli] Hoc est in absentem Metellum. Is est Declamatoris nostri, vel aliorum, ex quorum sensu loquitur, loquendi genius. Q. Metellus Nepos Trib. Pleb. Silano & Murena Coss. anno 691. ad populum tertio quoque verbo orationis suæ Ciceronem appellauerat, clamans, non licuisse ei Lentulum, Cethegum, & reliquos ciues indicta caussa necare, vt scribit Epist. 11. lib. 5. ad Famil. Et Dio. lib. 38. Cicero forti animo restitit, & orationem contra concionem Metelli absentis scripsit, cum ille prior scripsisset. Idem li. 1. Epist. 10. & li. 11. Epist. 12. ad Attic. Quam orationē, quod à se scriptam esse fateatur negligentius, intercidisse puto: laudant tamen ex ea quædam, Fabius li 9. cap. 3. Agellius li. 18. cap. 7. Fortunatianus in Rhetor. & Priscianus li. 9. & 10. Ioan Petreius vero contra veteris libri auctoritatem legit. *C. Marius pro M. Cicero*: quod ille Metelli legatus cum esset bello Iugurthino, petendi gratia missione impetrata, absentem detraxerit, imperiumq; Consul abstulerit auctore Sallustio: sed, verum vt fatear, non assentior.

M. Cato Pulchro obiiciente] supra Controu. XXIX. *Seruus tortus Catonem conscium furti dixit.* Notum enim ex Asconio in Miloniana, seruos in dominū caput torqueri non solere, nisi caussa incestus & coniurationis. Item ex Cicerone pro Deiotaro, & in Partit. *Catonem* quoque minorem ab Asinio Pollione accusatum constat ex Controu. XIX. Peculiare gentis Porciæ Cato enim maior Censorius quater & quadragies caussam dixit scribente Plinio: & Orationes amplius centum quinquaginta se legisse Cicero in Bruto testatur. *De Calui* in Cn. Pompeium digito caput scalpentem, dicterio, dixi ad Controu. XIX.

M. Bruti sacratissimam] *Sacratissimi viri* apparet scriptum fuisse. Bruti eloquentiam Cicero in eo libro quem de claris Oratoribus ipsi inscripsit, mirifice laudat: quamquam diuersum ab illo dicendi genus amplexus sit: Fabius etiam versus orationi inserere solitum ait li. 9. cap. 4. qui & li. de Oratorib. de Bruti scriptis: nisi Taciti is Dialogus est. Rursum Petreius sollemne illud mutandi studium seruat, & *M. Tullium Bruto* supponit, quem supra sede sua exturbarat, propter inuectiuam illam falso C. Sallustio inscriptam, in qua Declamator ille, quisquis est. huiusmodi calumniam in M. Tullium congessit: *Cuius* inquit, *nulla pars corporis turpitudine vacat: lingua vana, manus rapacissima, gula immensa, pedes fugaces: quæ honeste nominari non possunt inhonestissima.* Quem ego locum ex oratione, siue ea Epistola est, secunda de R. P. ordinanda totidem pæne verbis legi animaduerti. Quid *infectæ manus*, dixi initio Suasor. VI.

Quia inimicus, quia inspoliatus] Hæc ad coniecturalem statum probationesque *ἀτέχνους* pertinent, de quibus Aristoteles 1. Rhetor. artis. & Fabius li. V. cap. 9. & Li. 7. c. 2.

Si canem ad ostium alligasses] De hac canum custodia quædam ex Petronio adnotaui Controu. XX. & ex Sueton. de claris Rhetor. Io. Brodæus Miscellan. li. 3. cap. 3.

Patres & ossa liberorum] Cimmericæ hic tenebræ, fortasse interpunctionis, vel affectati sermonis, aut vtriusque potius vitio. li. vet. sic fere. *Coniecturam diuidunt & illam, Producta Sacerdote statuam illam super cineres lib. nost. Lupanar ad e-quantum est. Ipse autem laudabat.* In quibus nihil me videre fateor, nec est tanti res ea, in qua desudare oporteat. Græca vero Declamantiũ dicta integra apposuimus ope membranarum adiuti. Nisi quod in Couarruuiani vestigijs in extremo Hermagoræ dicto fere deprehendas *xoi ŭ pŭr dwa-µérn.*

IO. PETREIVS.

QVod fleui, pietas est] Fortasse *pietatis est.*

Habuit inimicum] Figuratæ: hæ sunt præstigiæ, quas dicit Fabius: tanto dispeodio hanc affectauit Figuram Declamator.

Cum subito pater meus] pet Apostropheo excurrit à media sententia, quasi dicturus esset, *ab isto interfectus est*; & propterea interserit, *Quid me intueris?* deinde quasi ab inexpectato subiecit, *subductus est.*

Cuius necessarius] Fort. *Ciuis.*

Ignotimonumentum] Vide an *Munimẽtum* leg. Non petebat spolia aut diuitias ex eius nece, sed volebat tollere de medio hominem innocentem, & innocentia aduersus diuitem pugnantem.

Ciuitates quoque] quorsum hæc spectant non satis constat, nisi id velit dicere; mirum non est me moueri morte patris, cum finitimæ ciuitates bello concitentur, audita aliena discordia.

M. Cicero qua violentia] Ego non dobitem hoc immutandum sic *Caius Marius* quod Librarius transposuit: neque enim Cicero vnquam in absentem Metellum qoicquam dixit, Metellus qoidem Nepos fuit, in quem iocatus est Cicero, sed non in absentiam eius, oeque illa fuit *violentia*, sed vrbanitas & dicacitas. C. autem Marius crimiuando Metellum absentem apud populum ad imperium peruenit, eum ille iam fere domuisset Iugurtham, vt Sallust & Plutarch. in eius vita testantur.

M. Cato, Pulchro obiiciente] Vide an hoc sit, quod ait Plutar. in vita Catonis, quamobrem Catoni tunc omnes potentes & clari inuidebant, & imprimis ipse Pompeius, quod putabat Catonis gloriam suæ poteotiæ officere: atque ea de caussa semper quosdam submittebat calumniatores in Catonem, quorum vnus P. Clodius, qui rursus cum populo in gratiam reoersus, eriminabatur, multum argenti sibi in Cypro expilauisse, nam & Clodios ex familia *Pulchrorum* erat, in gente Claudia.

Tres auratos] intelligit per hoc triplicem triumphum, quem ex tribus orbis partibus consecutus est, quod nemini ante contigisse narrat Plutarch.

M. Bruti] Suspicarer *M. Tully* potius leg. quod illi à Sallustio obiectum est.

Noua formula] *Formulæ* erant conceptiones, id est comprehensiones certorum verborum, quib. intendebatur actio.

Sumere nihil] vide an hoc pacto emendandum sit, *sumere inquit nihil licet alienum, vt & iniuriam facere.*

Non caussam sibi esse] Hie videntur desiderari nonnulla.

Declarasse controuersiam] *Declamasse* fortasse.

De quantum est] Fort. *deiectum est*, vel, *lupanar decidit quantum est.*

Dixisse, sordidius dixit ipse] Fort. *dixisse sordidius quam dixit ipse.*

Dipondios tuos] Quæstum, quem faciebat ex prostibulo quem fortasse illi iuuenes eripere voluerant. Hinc & Diobolares meretrices.

Vir fortis non cedens forti patri. CONTROVERSIA XXXI.

LEx. *VIR FORTIS, QVOD PRÆMIVM VOLET, OPTET. PLVRES IVDICIO CONTENDANT.* Thema. *Pater & filius fortiter fecerunt. Petit pater à filio, vt sibi cederet. ille non vult. iudicio contendit. vicit patrem petit pro præmio statuam patri. pater ipsum abdicat.*

Iuny Gallionis. Quem optem huius iudicij euentum oescio, cum crimen meum sit, vieisse. Videtis, quemadmodum in hoc quoqoe iudicio opera sua iactat: & miratur quisquam, si hoc patre natus, gloriæ cupidior est? Faciles habetis partes, viros fortes iungite. Dissidemus, quia nimium similes sumus. Cum exiremus in aciem, aiebat: Si adolesceos essem, nemo pugnaret fortius. maiorum quoque suorum virtutes referebat, sed omnibus se præferebat. Cum ad ætatem tuam peruenero, non contendam cum vllo, quamuis si exemplum tuum sequi volnero, etiam cum filio cõtendam. Quia patriæ iudiciũ habeo, patris perdidi. Dicam abdicanti, Non luxuriabor, non amabo. hãc emendationem criminum meorum non possom promittere. ego vero pugnabo & fortiter, & fortissime. Vidi patrem iam senem loricam induentem: multum est pugnare cum exemplo. Iudicium vocatur, quo pater & filius spolia contulimus. Ecce amitto: ego tibi cedere possum, seni non possum. Quod contendi, legis: quod vici, iudicium: quod pugnaui, patris est. volui cedere: concurrerunt iuuenes, ætatis causa agebatur. Vici non filius patrem, sed iouenis senem. Ego vici, sed omnes patri gratulati sunt. parui adolescens, magnis exemplis deceptus sum, dum eogito mecum Horatium Etruscas acies corpore suo summouentem, & Mucium in hostilia arma ruentem: & dum te Deci eogito, qui & ipse noluisti patri cedere. Transibo in subsellia tua, complectar inuitum. licet repugnes, fortior sum.

Fului

Fuluii Sparsi. Necesse fuit mihi fortiter militare: pugnandum habebam non imperatori tantum, sed patri. Si tu vicisses, diceretur: Patri cessit: abdicationem enim timuit. Solebas enim semper optare, vt cõtingeret tibi habere filium meliorem. Iudicium vocas duplicem domus nostræ triumphum? *Clodii Turrini.* Tu Mucio diceres, Non est quod ostendas istam manum. Tu Scipioni post deletam Carthaginem, Tace? Loquax est virtus nec ostendit se tantum, sed ingerit. Aiunt etiã nunc quidam, Pater cessit filio, & in hoc abdicas, vt verũ videatur fuisse certamen. Opta pater, vt & à nepote vincaris. Postea, inquit, fortiter pugnare poteris. vnde scio? vulneribus me senẽ feci. Quis te felicior? tu omnes vicisti, te filius. Quãto honestius modo pater & filius inter se cõtenderant, honestiorẽ facturus victum vter vicisset. Dubito quid faciam. tace? sed silentium videtur cõfessio. Narrem virtutes meas? sed illud quoq; nouum accidit mihi, quod vni abdicato meas narrare non concessit. Processi in aciem coram patre. Fortiter, inquit, pugna. Turpe est adolescenti, vinci à sene. Auidus sum gloriæ: hoc si vitium est, paternum est. fortis sum: nunquid improbas pater? aut iam abdicabis. si viro fortissimo sum fortior: dicã tamen audacter, Fortissimus sum: nec timeo: in ea ciuitate hoc crimẽ, in qua fortes etiam senes nouimus. *Iulii Bassi.* Ad te quoq; ignominiæ meæ pars redũdat. Pudeat te pater, sià filio abdicando victus es. *Arellii Fusci.* Ignosce, iuuenis errraui: ambitiosus non ero, cum senex fuero. *Gauii Silonis.* Vtrum putas vicisse? ego præmium tantum habeo, tu & præmium, & virum fortem. Permittente lege fecit, immo in eadem re & habet legem, & timet.

Divisio *** Contra ait: Si quid fecit quod non licet, lex vindicabit. sed quicquid licet non oportet. Pater non quæritur de scelere filij, sed de officio. Deinde vtatur quisque sua lege, tibi illud licuit, & mihi hoc licet. abdicare liberos liceat. est aliqua lex, quæ filio patrem præferat? Si potest abdicari, etiam propter id quod lege permittente fecit: An abdicari etiam propter hoc non possit, quod præmium accepit. Non potest, inquit, in ea re priuatim puniri, in qua publice honoratur. Eidem rei non potest præmiũ dari, & nota denuntiari. Cetera iura puto paterno imperio subiecta esse: hoc ius maius est ceteris quod victoria de summa virtute quæritur. Non potes propter hanc legem filium abdicare, propter quam à filio victus es. Si potes abdicare, An debeat. hoc diuisit: An etiam si non debeat cum patre contendere, ignoscendum tamen sit, si adolescens gloriæ cupiditate lapsus est. Deinde, An contendere debuerit. Tum, inquit, & honestum certamen erat, & tutum. Quid enim est gloriosius quàm aut virum fortem vincere, aut vinci à filio? si non debuisset contendere, non vicisset. Et potuit fieri, vt si hic tibi cessisset, alius quis ad certamen procederet: qui nunc non processit, quia sciebat nihil sibi profuturum, si te vicisset, cum deberet à filio tuo vinci nulla laus tua fuisset. apparuisset enim illam victoriam non viri fortis fuisse, sed patris. silentio virtutes nostræ transissent: nunc illustratus es, dum conferuntur. *Turrinus* hoc loco belle dixit: Plures tibi inuidere cœperunt, postquam victus es. Itaq; noui generis res accidit: filius vicerat. omnes aiebant: O felicem patrem. Nouissimam fecit quæstionem, An etiam si quid iudicio peccauit, præmio emendauerit. Hoc loco dixit: *Gallio* illam sententiam, quæ valde excepta est: Cum diu deprecatus esset, ait si nihil profecero, quid me facturum putas? ad templum iturum, aut ad Deos supplicem? ad tuas statuas confugiam. *Silo Pompeius* tentauit & in hac controuersia illam quæstionem, quam in omnibus virorum fortium abdicationibus putabat esse tenendam, An vir fortis abdicari possit: aiebat in nulla magis controuersia illam posse tractari. Non potes, inquit, eum abdicare, qui te potest vincere. Miraris, si patria lege subducitur, quæ & comparatur & præfertur?

Color. Colorem pro adolescente *Gallio* illum dixit: Meæ, inquit iuuenis, ætatis causa agi videbatur. cum dubitaret exaudisse quendam dicentem: Nihil agis, ego tibi cedo, illi non cedo. *Celsus* hoc colore vsus est, putasse se ipsi patri honestius hoc esse, certe domui, laudes vtriusque in foro inspici. *Montanus Votienus* ait; Cognoui non quid imperares, sed quid præcepisses: dixeras semper, cum me hortareris ad gloriã, vt nulli cederem. Inuidiosa omnibus in illo iudicio fortuna tua videbatur, cum quæreretur, vtrum pugnasses felicius, an genuisses. Nõ est quod putes me visum illis fortiorem? decepti sunt, pater: iudicauerunt non quod erat, sed quod te malle crediderunt. *Argentarius* ait: Occasionem beneficij quæstu non concupiui accipere: præmium habet alter, alter percipit. *Fuscus Arellius* pater ait: Si nauigare imperasses, per hibernos fluctus egissem ratem: si peregrinari, nihil fuisset iubente te durum. hanc rem imperabas difficilem forti viro, vinci. *Blandus* hoc colore narrauit: Pater mihi obiecit quod illi vna re non cesserim? Ego multiplicabo crimina mea. Nunquã illi quotiens recte faciendum fuit, cessi: semper volui videri frugalior, videri volui laboriosior. nam cum ad vires ventum erat, etiam ipse cedebat: non ego illum vincebam, sed ætas. *Turrinus* hoc colore vsus est: Volui, inquit, cedere, sed erant qui dicerent, non licere. hoc enim modo legem salubertimam tolli. Disputaturi contra præmium patris videbantur, & dicturi: Non licet inter se cedere fortibus. non ipsorum tantum causa agitur, sed publica. omniũ interest scire, quis sit fortissimus. His vocibus hominum missus sum ad id certamen, in quo ad istum vtraq; pertineret victoria. Quid putatis me dicturum fortiorem me visum? falsum est. cum hoc quoque, quod ego fortis eram, istius esset. Quid ergo? quare vicerim, quæritis? Visum est ad ruborem totius iuuentutis pertinere, neminem pugnasse fortius, quàm senem. Et cum dixisset se præmia in patrem contulisse: dixit, Vici te pater: sed nempe vici tibi. *Albutius* hoc colore narrauit: Noluit, inquit, videri per collusionẽ patri titulũ fortissimi viri contigisse. Non cessi ante iudicium. vt in iudicio cederem: & feci. Nihil aliud quàm laudaui patrem, virtutes eius retuli: visus sum propter hoc ipsum præmio dignus. *Silo Gauius* ait: Solebas mihi pater inter dignorum virorum exempla narrare quædam etiam domestica. aiebas autem: Patrem fortem virum habuisti. vide vt tu sis fortior. processi tecum in aciem, nec illinc multi redimus, omnis gloria in vna domo erat. Iubebat Resp. fortes viros recognoscere. O quantam ego cupiditatem gloriæ in patre meo vidi, quàm iuuenilem! Contendere me vetabat imperio, iubebat exemplo.

Ventum est in iudicium, omnium quos ego noui, res inuidiosissima, quærebatur de patre meo vtrum fortior esset, an felicior. *Oseus* hoc colore narrauit. Erant qui accederent, & dicerent: Roga patrem tuum, cedat tibi. non est vtile Reip. hostium excitare animos. excitabuntur, si scierint, neminem in hac ciuitate esse fortiorem quam senem. illi me coegerunt, quasi tunc quoq; aliquid præstiturus essem Reip. venire in iudicium; in quo quid habet? ego sum iudicatus iunior. *Dento* dixit: Timeo ne ob hoc ipsum patri vilior fiam. ego sciam an vsquam gloriosus sit. *Triarius* hoc colore vsus est: In iudicio volui tibi cedere, vt non imperasse videreris, sed vicisse. & cessi. defunctorie causam meam egissem? notum sit illum cedere quia parum est illi, non putabat. *Nicetes* in hac controuersia dixit: εἰ ὁ [illegible] ὑπὸ τῶν [illegible] ΗΜΕΙΣ [illegible], [illegible]. τίς [illegible], [illegible] φίλοι, [illegible] χαίρων. [illegible], [illegible] πατρὸς [illegible]; *Scaurus* hunc sensum aliter dixit: O si auus meus interesset iudicio, quam libenter spectaret & discordiam nostram! Clamasset mihi: non est quod cedas, ipse mihi nunquam cessit. *Labienus* partem patris declamauit, & dixit quod etiam desertoribus licet: Nolo habitare cum aduersario meo, non capit idem contubernium fortem virum & victum. Statuam, inquit, tibi posui. imo ne possem vnquam me victum obliuisci, ignominiam meam in æs incidisti.

IN CONTROVERSIAM TRIGESIMAMPRIMAM.

NIC. FABER.

C*Ontra ait:*] Hæc sunt ex diuisione, cuius principium intercidisse pater: quæ paulo infra male in ceteris editionibus distincta est.

Cum dubitaret exaudisse quendam] Veteres editiones, *cum dubitaret ex ordine suo quem dicentem &c.*

Occasionē beneficii quæstu non concupiui] Quid si scribatur, *occasionem beneficii quæsii. Non concupiui accipere præmium, habet alter &c.* Et sane speciosus est ille filij color, quo dicit ideo patri cedere noluisse ancipitem palmam, vt cum sibi adiudicata esset, certam & propriam cedendo, liberalius cum eo ageret.

SCHOTTVS.

V*Icit pater: accepit primum*] Liber Couarr. *Vicit patrem præmio statuas patris precium Abdicatur:* Repone *petit* pro *precium* ex Epit. Hoc autem Thema tractatum à Plinio auctor est Gellius lib. IX. cap. XVI. Noct. Attic. Clœlia quoque virgo Romana, obses Porsenæ regi data, quod virili animo Tiberim equo tranasset, repetita & dedita, virtutis ergo, optione illi à rege data, legeret, quos vellet; virgines impuberes legisse dicitur, vt hostili iniuriæ obnoxiæ esse desinerent, Liuius li. II.

Ecce amitto] Sic editi, quos mihi videre contigit ad vnum omnes: malim *admitto*, quæ confessio est, q. d. concedam me patri inferiorem, quia filius sum: seni non item, quia adolescens.

Pugnandum non Imperatori] Merus ἰδιωτισμὸς est: quale illud Catulli: ——*noli pugnare duobus.*
Et Virg. ——*Solus tibi certet Amyntas.*
& ——*placitone etiam pugnabis amori?*

Silentium videtur confessio] I. Cus in ore natat illud Pauli: *Qui tacet non vtique fatetur: sed tamen verum est eum non negare.* li. CXLII. ff. de reg. Iur. vide & li. XLII. Pandect. Tit. de confessi. Cicero alibi, *Dum tacent, clamant.*

Miraris si patri ac legi] Vet. cod. *si patris lege subducitur*; non longe hinc abierat Petreius, *si patri hac lege subducitur.*

Cum dubitaret ex ordine suo] li. Antiquus, *Cum dubitaret ex ordine, scio quem dicentem* [illegible]: Fort. *Cum dubitarem ex ordine scio aliquem dicere. En nihil agis.* Idem Petreius defectum locum supplebat; *Cum dubitaret, induxit ex ordine suo quendam dicentem.*

Si nauigare imperasses, si peregrinari] Supra alibi hæc coniungit: *Nauiga, milita, peregrinare.* Contr. IX. & XIV. initio.

Quod etiam desertoribus licet] Solent enim transfugæ æquo animo cum aduersarijs degere, idque sibi ius fasque esse existimant. Nicetæ Græcam sententiam librorum ope integre apposuimus.

IO. PETREIVS.

F*Acileis habetis patres*] vide an potius *partes*, vt sit sensus: Facile vos potestis expedire hoc iudicio, æquitas per se patet, vt viros fortes iungatis, nec alterum ab altero abdicatione separetis.

Horatium] *Coclitem* intelligit, qui dum pons dirueretur, totam aciem sustinuit. Probat exemplis in fortitudine nulli, neq; patri cedendum: quamquam de parentibus horum virorum non fiat mentio; nisi de Decijs, qui secuti sunt idem genus mortis, atque illam deuotionem, vt Cicero inquit, in Orat. pro Rabirio: sed satis est, quod illorum exemplis incitabatur ad fortiter agendum.

Si patri ac legi] legendum arbitror, *Si patri hac lege subducitur.* Nam si dicat, *ac legi*, intelligitur lex, per quam patribus licet abdicare: Modo autem non est hæc eadem, cum lege virorum fortium, per quam patri comparatur, & præfertur, *Patri* autem *subducitur*, idem est ac si dicat, eius abdicationi subtrahitur.

Suæ ætatis] omnium adolescentium.

Cum dubitaret] videtur hic deesse aliquod verbum *induxit*, aut simile, vt sit sensus: Cum ille dubitaret an patri cederet, induxit, vel finxit quendam adulescentem, sic loquentem: Propterea loco *quem*, reponendum est *quendam.*

Iudicatus iunior] Ac per hoc fortior; per Metalepsin aliud ex alio intelligitur.

Demens

Demens quod mori coegerit filiam. CONTROVERSIA XXXII.

LEx. *Dementiæ sit actio.* Thema. *Bello ciuili quædam virum secuta est, cum in diuersa parte haberet patrem, & fratrem. victis partibus suis, & occiso marito, venit ad patrem, non recepta in domum, dixit, Quemadmodum tibi vis satisfaciam? Ille respondit: Morere. suspendit se ante ianuam eius. Accusatur pater à filio dementiæ.*

Contra patrem. *Porcii Latronis.* Sic sibi satisfieri ne victor quidem voluit: excusauit victos, qui restituit. Quoniam reposcis vitam, quam dedisti, accipe. Nullum fuit in proscriptione mulieris caput. *Osci.* Inquinasti filiæ sanguine penates. quanquam quid loquor penates, tanquam in domo perierit? Allatum ad se Cæsar Pompeij caput, fleuit, & hoc illi propter filiam præstitit. *Arellii Fusci.* Quemadmodum tibi vis faciam satis? Hoc ipso satisfecisse debuerat puella. Filiam habuit adeo piam & in maritum & in patrem, vt alterum vsque in mortem secura sit: alteri etiam per mortem satisfecerit. quam periculose eum offendo, qui simul irasci cœpit, nescit ignoscere? *Clodij Turrini patris.* Morere. Quid aliud meruerat, si satisfacere nollet? Nisi occupasses soror, fortasse pater tibi satisfecisset. Hoc certum habeo, vnusquisque vestrum suadebat puellæ: Ad iratum patrem venis: in quas potes te compone blanditias: roga, deprecare: si nihil proficies, habes quemadmodum cogas: morituram te denuncia. Hoc quod ignouisti, victor, ad viros pertinet: illi tibi gratias agunt. nam feminas, ne si irasceteris quidem, proscripsisses. Quare secuta es virum? Adeo tibi vetera exempla exciderunt bonarum coniugum quibus filiam solebas sanus hortari? Aliqua spiritum viri redemit suo: aliqua se supra ardentis rogum misit. impendisset se puella viro, nisi seruasset patri. *Fuluij Sparsi.* Filia ante limen paternum in cruore suo volutatur. quid exhorruistis? paterna satisfactio est. Nostis domus nostræ legem: aut dicendum mihi, aut moriendum est. Qualis est ista satisfactio, qua filia exoratum patrem sibi non sentit? *Albutij Sili.* Vtræ meliores partes essent, soli videbantur iudicare dij posse. Si vis satisfacere mihi, morere. Quod ad me attinet, irascare malo. Si parricidium est, fuisse in diuersis partibus, nunquam defendisset apud Cæsarem Ligarium Cicero. Marce Tulli, quam leue iudicasti crimen, de quo confessus es! Dona filiam, si misericors es, deprecanti: si hostis, edicto: si pater, naturæ: si iudex, causæ: si iratus es, fratri. *Buteonis.* Ante ipsum limen domus decessit, ne dubitari posset, vtrum marito perisset, an patri. vbi studuisti? vbi audisti? nego te istuc in bello didicisse. *Marillij.* Meruerat, inquit, mori, etiamnum accusas? certe iam tibi satisfactum est. O nouum monstrum. irato victore viuendum est: exorato patre moriendum est. *Paßieni.* Vtinam interuenissem, non satisfecisses sola patri. Furiosum te dicerem, si pro genero non rogasses. Secutus est gener diuersas partes, vxor suas. *Labieni.* Hoc obsequio consequatur denique; vt intra domum moriatur. M. Cato, quo viro nihil speciosius ciuilis tempestas abstulit, potuit beneficio Cæsaris viuere, sicut Tullius, si voluisset. Optima ciuilis belli defensio, obliuio est. *Musæ.* Allato ad se capite Cn. Pompeij, Cæsar auertisse oculos dicitur: quod tu ne in morte filiæ quidem fecisti. *Cornelij Hispani.* Peruagata est illa crudelis belli fortuna omnem ordinem, & vsque ad vltimæ plebis supplicia descendit. nihil in ciuitate nostra immune victoris iræ præter feminas fuit. Hanc laudem miseræ vrbi seruare licuit. At tu pater, vt victor insanis. *Mentonis.* Semel repulsa, iterum redit: iterum repulsa, tertio rogat: non fatigatur, scit exorari etiam hostes. O te crudelem, nisi iam tibi & pro genero satisfactum est: Non ignoro, in quanto periculo sim. nescit placari iratus, & hoc etiam si filiæ excanduit. *Triarii.* An non exorares victorem pro alio pater? Morere, inquit. Illi quoque quibus animaduertere in damnatos necesse est, non dicunt *Occide*, non *Morere*: sed *Age lege*: crudelitatem imperij verbo mitiore subducunt.

Pars altera. *Turrinus Clodius* belle dixit: Nolite mirari si durioribus vtar: non sum processurus vltra verba: minabor, deinde ignoscam fecit & victor.

Divisio. *Latro* vsus est in hac controuersia illa vulgata quæstione: An possit agi cum patre ob vllam aliam rem, quam ob dementiam. Impotens sum, immitis, non tamen demens. Mores tuos patri debes approbare, non patris regere. Dic, Desipis, nihil intelligis. ego sanitatis meæ, si potuero, argumenta colligã: dicam in senatu non stulte sententiã: Quid tibi videor fecisse dementer? Patres male egi? damnare non potes patrem propter verba, immo propter verbũ. Si damnari dementiæ aliquis pater, etiam non demens, ob aliquod improbandũ factum potest, an hic possit. Hoc in duo diuisit. An etiam si hoc animo dixit, vt filiam mori vellet, damnandus tamen non sit. Hic accusario filiæ, cõtrarias parteis à patre sequentis, cum illam ipsa natura publicis excepisset malis. Animaduertit Manlius in filium, & victorem: animaduertit Brutus in liberos non factos hosteis, sed futuros. vide an sub ijs exemplis patri fortius tantum loqui liceat. Deinde, An non eo animo dixerit, vt eam mori vellet. Dixit, inquit, iratus, cum vellet castigare non occidere. *Gallio* & illam quæstionem fecit, An non ob id puella perierit, quod pater illi tam dure responderit. Perijt, inquit, propter desiderium viri: alioquin vnius verbi amaritudinem morte pensasset? Immo mulier præceps, temeraria, insano flagrans amore & attonito, quæ virum patre relicto secuta fuerat, res viri consecuta est. *Silo Pompeius* huic quæstioni præponebat illam, ex qua in hanc transitus sit, An etiam si propter hoc verbum patris perijt, damnari tamen pater non debeat, nec enim euentus imputari debet cuiusque rei, sed consilium. Si

post hoc verbum puella vixisset, nunquid patrem dementiæ damnare posses? atqui hoc verbo si quid factum est, non à patre, sed à puella factum est. Non oportet autem illius temeritatem, dementiam videri patris. Post hanc quæstionem faciebat illam, An ob hoc perierit.

Color. Color à parte accusatoris simplex est: ait patrem durum fuisse, crudelem, bono publico eum fuisse periturum. Dixit dure, inquit, eo vultu, ea affirmatione vt videretur non iubere tantum, sed occidere. Hoc loco dixit *Turrinus Clodius*: Hoc post bellum, immo post edictum: & adiecit, Nunc intelligit Resp. Imperator, quantum tibi debeat, cui sine sanguine satisfactum est. Omnes enim dixerunt, patre nolente illam nupsisse. *Gallio* dixit: Nondum mihi videbatur scire quid meruisset. volui illam intelligere crimen suum. *Cestius* hoc loco: Contumaciter, inquit, rogauit, sic quomodo & periit: non vultu demisso, non summissioribus verbis, nondum tanquam victa: nihil agnoui filiæ, nihil victæ. Primum quare ad me non fratrem suum misit? an etiam fratri irascitur? *Argentarius*. Nos duces exorauimus, quorum liberi in diuersis partibus fuerant. diximus. Ignosce nobis seueris esse, si licuerit esse securis. Quid peccaui, quod filiam ex hostium castris venientem non primo verbo recepi? *Turrinus Clodius* ait: Volui fratrem sorori dare beneficium. eo durius loquar, vt ille me pro sorore sua deprecetur. Primum quare me solum rogat, cum debeat duobus satisfacere? *Silo Gauius* dixit: Volui, inquam, mora torquere: sine inquam, iterum ac tertio roget. Nec mitissimus quidem victor statim ignouit. *Labienus* ait: Non sum statim exoratus: & si vixisset, non essem fractus primis vocibus eius: ne tertio quidem rogatus, aut quarto. At victor cito exoratus est. Noli mirari: facilius est ignoscere bello quam parricidio. *Hispanus* de morte eius hoc dixit: Iterum illam nobis vir abduxit. *Albutius*. Tuto me, ait, putaui loqui fortius. non dubitaui enim quin frater illi dicturus esset: Non est quod timeas, exorabitur: si difficilior erit, illum ego rogabo. & si rogasses, adolescens, fecissem, non magis tibi ego, quam sorori tuæ maritus. *Montanus Votienus* dixit: Non est quod putes illam cecidisse ita patris: cui vixerat, periit. illa se cui addixit, impendit. Et eundem sensum in argumentis, cum dixit non propter patrem illam petiisse. Quid ergo, inquis? propter quem? Scis illam virum habuisse, pro quo mori posset.

IN CONTROVERSIAM TRIGESIMAMSECVNDAM.

NIC. FABER.

QVædam deesse huic controuersiæ, ex exceptis liquet, quibus hæc pro patre habentur, quæ hic non exstant, *Etiam morte patri quæsiuit inuidiam.*

SCHOTTVS.

C*Æsar Pompeij caput*] Inf. Antonius Musa. *Allato ad se Cn. Pompeij capite Cæsar auertisse oculos dicitur.*

Aliqua se super ardentis rogum misit] Sup. Contr. x. fusius. *Quædam ardentibus rogis torum miscuerunt: quædam vicaria maritorum salutem anima redemerunt* & XIII. Triarius. *Alia desiderio viri attonita, in ardentem se rogum misit.*

Quam lene indicasti crimen] Respexit initium Ligarianæ, plenum Ironiæ. *Nouum crimen C. Cæsar, & ante hunc diem inauditum, propinquus meus Q. Tubero detulit Q. Ligarium in Africa fuisse.* Confessio vero post paullo subiicitur, quæ & per totam orationem cum deprecatione fusa est: *Habes, Tubero, quod est accusatori maxime optandum, confitentem reum.*

Iratus es fratri] Fratri condona iram, qui pro sorore deprecatur. Inf. tamen hoc se consilio pater duriorem ad filiæ preces fuisse ait, vt frater pro illa rogaret.

M. Cato] Vricensis nimirum de quo nos Suasor. VI. quæ est deliberatio, *an Cicero Antonium deprecetur.*

Optima ciuilis belli] Græci Athenis ἀμνηστίας ψήφισμα, quæ est rerum præteritarum obliuio, tulerunt. Sic enim ipse, cuius hic meminit, Cicero Philipp. I. in M. Antonium. *Quantum in me fuit ieci fundamenta pacis, Atheniensium renouaui vetus exemplum, quo tum in sedandis discordiis vsa erat ciuitas illa, atque omnem memoriam discordiarum obliuione sempiterna delendam censui.* Hoc decretum comperio primo à Trasybulo Athenis latum. Val. Maximus l. IV. cap. I. & Orosius lib. II. cap. XVII. Romæ vero M. Tullius post cædem C. Iulij Cæsaris ferre tentauit, Philipp. vt dixi, prima, & Paterculus lib. II. Iterum sub Tiberio Claudio reuocatum. Idem Orosius lib. VII. cap. VI. Rursum ab Aureliano Imp. ἀμνηστία decreta, vt in eius vita Vopiscus.

An non exorares] Argumentum est à comparatione maiorum: si pro te patrem victorem exorare non potuisti, quid si pro alio deprecata esses?

Sed age lege] Mala hic interpunctio est in editis. Vetus quoq; liber hic turbat. Sic enim legit: *Morere sed occide: sed agente lege*: Rectius in Epitoma: *Non dicunt occide, non Morere, sed Age lege.* Natum mendum librariorum vitio & ignoratione prisci ritus, quo εὐφημίας χάριν hac formula Magistratus, animaduerti in aliquem more maiorum iubebat. Liuius li. XXVI. de Q. Fuluio Flacco Procos. Acceptas litteras neq; resolutas cum in gremio imposuisset, præconi imperauit, vt lictores *lege agere* iuberet. Et mox pronuntiasse refert: Lictor viro forti adde virgas, & in eum primum *lege age.* Idem etiam eadem formula expressit Valerius li. III. cap. VIII. Reliqua vide sup. in Flaminino, quæ est Con. XXV. & rursum XXX. & Iac. Ræuardum ad l. 123. ff. de reg. iuris.

Non patris exigere] Vetus liber *non patris recedere,* scripserat. fort. *non patris regere*, vt in Epitoma,

ma, etiam scripta, post repperi. vel sic absque negatione *patri cedere*, Vulgarem tamen non damno.

Animaduertit Manlius] De Bruto securi filios percutiente. Liuius li.II. de Manlianis imperiis li.IV. & sup. XXIX. & XXV.

An sub his exemplis] Apertior videtur Epitomæ prisca lectio: *Vide an sub his exemplis liceat patri forti tantum loqui.*

Nec enim euentus] Recte Ouid. Heroid. Epist. II.

Exitus acta probat: careat successibus opto,
Quisquis ab euentu facta notanda putat.

Non magis tibi ego] Dictum puto, pro, non tu me pluris facis, fili, quam soror tu maritum? signo itaque interrogationis hæc notabam.

IO. PETREIVS.

QVI *simul irasci*] cuius iracundia nescit misericordiam. forte legendum sit. *cum semel irasci cœpit.*

Pater tibi] Potius crederem legendum *sibi* Nisi tu necem præoccupasses, fortasse pater inrulisset, vt sibi satisfaceret: Nam quod dicat patrem satisfacturum filiæ, quod diuersas partes fuisset secutus, non quadrat admodum, nisi per irrisionem dicatur.

Ne si irasceris quidem] Malo *irasceteris.*

Paterna satisfactio est] ὑπομονὴ id est, sustentatio; Quiduis enim aliud videbatur addicturus, & adiecit præter spem; Atque si hoc admiramini, audire illud quod longe mirabilius est, se occidisse vt patri satisfaceret.

Aut dicendum] Legend. suspicor *aut vincendum* Nam & à me postulabit similem satisfactionem, nisi vinco. Nisi dicat *sic dicendum est*, mihi sic agendum, vt illum dementiæ accusem.

De quo confessus es] Ita enim ille dicit pro Ligario, *Vide, quæso Tubero, vt qui de meo facto non dubitem dicere, de Ligarij non audeam confiteri.*

Edicto] quo edictum est, vt esset iniuriarum obliuio post ciuilia bella ἀμνηστία hæc Atheniensibus.

Vbi studuisti] fortasse, *vbi istud vidisti:* Quidquid sit, illud innuit, nec in bello tantam crudelitatem ipsum potuisse discere.

Calcata quæstione] trita, & communi.

Non magis tibi ego] perinde ego tibi fui, atque sorori maritus. Tu enim securus es me, illa virum.

Debilitans expositos. CONTROVERSIA XXXIII.

LEx. *REIP. LAESAE SIT ACTIO.* Thema. *Quidam expositos debilitabat, & debilitatos mendicare cogebat, ac mercedem exigebat ab eis. Reip. læsa accusatur.*

CONTRA DEBILITANTEM EXPOSITOS. *Porcij Latronis.* Æstimate, quale sit scelus istius, quo factũ est ne læsi patres liberos suos aut agnoscant, aut recipiant. etiam confessas iniurias tacēt. Vectigalis istius crudelitas fuit, eo magis quod omnes præter istum misericordes sumus. Mēdicares, nisi tot mendicos fecisses. Effecit scelestus iste, vt nouo more nihil esset miserius expositis, quã tolli: parentibus quam agnoscere. *Cassii Seueri.* Huic cæci innitentes baculis vagantur; huic trunca brachia circumferuntur, huic conuulsi pedum articuli sunt, & torti tali, huic elisa crura, illius, inuiolatis pedibus cruribusque, femina contudit: aliter in quemque sæuiens ossifragus iste, alterius brachia amputat, alterius eneruat: alium distorquet, alium delumbat: alterius diminutas scapulas in deforme tuber extundit, & risum in crudelitate captat. Produc agedum familiam semiuiuam, tremulam, debilem, cæcam, mancam, famelicam: ostende nobis captiuos tuos. Volo mehercules nosse illum specum tuum, illam humanarum calamitatum officinam, illud infantium spoliarium. Sua cuique calamitas tãquam ars assignatur. Huic recta membra sunt: &, si nemo obster naturæ, proceritas micabit. ita frangatur, vt humo se alleuare non possit, sed pedum crurumque resolutis vertebris reptet: huic extirpentur radicitus. huic speciosa facies est. potest formosus mendicus esse. reliqua membra inualida sint, vt fortunæ iniquitas in beneficia sua sæuiẽris magis hominum animos peruellat. Sine satellitibus tyrannus calamitates humanas dispensat. *Vibij Galli.* Intuemini debilia infelicium membra, nescio qua tabe consumpta: illi præcisas manus, illi erutos oculos, illi cõtractos pedes. Quid exhorrescitis? sic iste miseretur. Tot membra franguntur, vt vnum ventrem impleant: &, ô nouum monstrum, integer alitur, debiles alunt. *Albutij Sili.* Perissent, inquit. ita non sic infelicius supersunt, quam perituri fuerant? Perissent, inquit. interroga patres, vtrum maluerint. Eruãtur, inquit, oculi illius, huius præcidantur manus. Quanti ex his fortes viri? quanti tyrannicidæ? quanti futuri sacerdotes? Nec puto incredibile in hac fortuna loquor. certe ex hac turba origo Romanæ gentis apparuit. Egregius educator plus acceptum crudelitati, quam expensum misericordiæ refert. *Triarij.* Perissent, inquit, Puto, experieris nos non esse crudeles. tamen nemo non nostrum, cum istis stipem porrigeret, mortem precatus est. Surge tu debilis: conatur, & corruit. Surge tu mute: sed quid excitaris? rogare non potes. Surge tu cæce: sed ad quorum eas genua, nescis. O te inter omnes debiles ante hoc iudicium felicissimum, quod istum dominum non videbas: in hoc iudicio infelicissimum, quod istum reum non vides. Expositos aluerunt etiam feræ, satisfuturæ mites si præterissent. *Cornelij Hispani,* Ergo si illis temporibus iste carnifex apparuisset, conditorem suum Roma non haberet. Timeo ne hoc prosit reo, quod nemo ex his quenquam videri vult suum. *Iulij Bassi.* Intuemini vtramque partem, & ei succurrite, quæ miserabilior est. liceat videre mercenarios tuos. hic cæcus est, hic debilis, hic mutus. His tu mori non permittis? Vis in te iudices more tuo misericordes sint? tuo exemplo? *Argentarij.* Quorum cum vbique audiantur preces, in sua tantum causa cessant. Adiiciamus aliquid ad quæstum deme huic oculos, illi manus. *Arellij Fusci Patris.* Præcidatur, inquit, lingua. genus est rogandi, rogare

non poſſe. Miſeremini horum omnium, Iudices, quorum miſereri etiam ſingulorum ſoletis. *Ceſtij Pij.* Vt hanc cauſam ſuſciperem, ne ab eis quidem rogatus ſum, pro quibus ago. quid enim miſeri rogare ſciũt, niſi ſtipem? quid infelix iſte peccauit aliud, quam quod natus eſt? *Clodij Turrini Patris.* Age ſi quis agnouerit ſuum, petes alimenta, tanquam aluerit: non eſt quod timeas, nemo agnoſcet. O miſerum ſi quis alimenta ſoo dat: o miſerum, ſi negat. Ita nos iſtis vindictam negaturos putas, quibus ne id quidem negamus, quod tibi daturi ſunt? Et quod eſt indigniſſimum, crudelis cum ſit, miſericordia publica alitur. Venite miſeri, & hodie primum vobis rogate. *Mentani.* Errant miſeri circa parentum ſuorum domos: & fortaſſe aliquis à patre alimenta non impetrat. Nulli plus reddunt integra mancipia. Cur tu tam exiguum refers? via eſte quas poterat, vt non rogares, vt non acciperes: ſpiritum tibi non relinquerem, niſi crudelior futurus eſſem tu relinquendo. Tibi captura quotidiana non reſpondet. apparet te nondum hominibus ſatis miſerum videri. *Gauij Silonis.* Tu, inquit, in illa vicinia mendicabis, tu ad limen accedes: & crudelis, miſeris parentum domos demonſtrat. Hic non facile ſtipem impetrat? etiamnum aliquid illi detrahatur. *Iunij Gallionis.* Serua oculos, vt videat quem roget: ſerua manus, vt habeat quibus ſtipem accipiat. Occurrunt nuptiis omina dira, fatis publicis auſpicia feralia. Feriatis maxime ac ſolẽnibus & hilaritati dicatis diebus ſemianimes iſti greges oberrant. ãie fortaſſe aliquis acceptam ſtipem portat ad deos. *Fului Sparſi.* Scio, Iudices, variis quemque cauſis ad accuſandum ſolere compelli. quoſdam ambitio gloriæ, quam ex damnato petierunt, prouocauit: alios odia & ſimultates protraxerũt: non dubito fuiſſe quoſdam qui præmium peterent: ego omnibus ceteros impellẽtibus cauſis vaco. Quæ enim gloria eſt in tam ſordido reo? quæ ſimultates, vt non eas quoq. contraxiſſe pudeat: aut quod præmium, cum ſtimulant ij, qui ſe alere non poſſunt? Non is eſt qui rogare neſciat. etiam docere ſolet. Quos affectus veſtros optare debeam, neſcio: ſi miſericordiæ proniores fueritis, crimina rei vobis oſtendam ſi verum fuerit. At reum hunc nos publice paſcimus. Exigitur à te talio. nõ habes totidem membra quot debes. Lupa oblita feritatis, placidior, velut fœtibus ſuis præbuiſſe vbera fertur. Sic lupa venit ad infantes: expectemus hominem. Gratulor tibi Roma, quod in cõditores tuos homo non incidit. Ergo cum de publica miſericordia cogitares, tam crudelis eſſe potuiſti? Proxima, inquit, die hic plurimũ retulit: faciendus eſt huic ſimilis alter. hic ſatis retulit, fiat & alius miſer ad hoc exemplum. Ite nunc, inquit, & alimẽta mihi quærite. Tu, inquit, qui oculos non habes, per oculos rogato. tu, inquit, qui manus perdidiſti, pet manus rogato. Tu pet illa membra quæ trahis debilia, per ea quiſque quæ non habet, ambiat. O miſeros qui ſic rogant: miſeriores, qui ſic rogantur. Ecce, neſcio quis. Meus, inquit, filius ſi viueret, huic fortaſſis ſimilis eſſet. Num, inquit, ego meum tranſeo? Alius, inquit: Potuit meus in eundem incidere dominum. quid ſi incidit? omnes omnibus conſerunt, dum vnuſquiſque timet ne ſuo neget.

PARS ALTERA. *Arellij Fuſci.* Debilitaſti, inquit, plus illi: patres nocuerant.

DIVISIO. *Latro* ſic diuiſit, An læſa ſit Reſp. Primum quod reip. crimen conſtare oportet. deinde tunc reum quæri. An læſa ſit Reſp. non ſolet argumentis probari. Manifeſta ſtatim Reip. damna ſunt, ſi muri diruti ſunt, ſi claſſis incenſa eſt, ſi exercitus amiſſus, ſi vectigalia diminota. hoc damnũ quod tu obiicis, non videbat. Dic mihi, quando remp. læſit? cum vnum expoſitum debilitauit? atqui etiam qui occidit vnum, non tamen Reip. læſæ tenetur reus, ſed cædis etiam qui duos, etiam qui plures. Dic mihi, quis numerus efficiat, vt læſa videatur Reſp. Duo debilitantur, nondum Reſp. Infantes perdidit, & infelices. Potuerunt, inquit, duces fieri, potuerunt etiã ſacrilegi eſſe & homicidæ: potuerũt & perire. Attamen crudelem rem facit & laniſta, nec damnatur Reip. læſæ: & leno qui cogit inuitas, pati ſtuprum, nec lædit Remp. Ego nunc non laudari reum deſidero, ſed abſolui. noceat hoc illi, cum honores petit. Poteſt aliquis & non eſſe homo honeſtus, & eſſe innocens reus. Deinde an ſi læſa ſit Reſp. ab hoc læſa ſit. Non à me, inquit, ſed à parentibus qui proiecerunt. Hic crudelis, vt multum illis abſtulerit, vitam reddidit. Contra, ait. Illi ſingulos exponunt, tu omnes debilitas: illi ſpem, tu inſtrumenta viuendi detrahis. Deinde, An teneatur Reip. læſæ, ſi fecit quod ei facere licet. Non potuit, inquit, vlla res lege damnari, quæ legi innititur. Si domum meam diruam, nunquid dices me Remp. lædere? Et poteras deſcribere, quam inhumanum ſit, illos parietes maiorum in noſtræ vſque perductos memoriam, in hoſtilem modum deiici. In agris meis arbuſta ſuccidere velim. Deinde, An hoc licuerit illi facere. licuit, inquit. Expoſiti, inquit, in nullo numero ſunt: ſerui ſunt hoc legum latori viſum eſt. denique ſi non licet, habeot legem talionis. agere ſinguli iniuriarum poſſunt. Reip. quidem læſæ non poteſt agi eorum nomine, qui extra Rempublicam ſunt. Non poteſt pro omnibus agi, pro quibus ſingulis non poteſt. Scio quoſdam putare quæſtionem eſſe, An poſſit à priuato homine lædi Reſpublica *Sparſum.* certe ita declamare memini. Quod ſi quiſquam recipit, & illã recipiet: An à muliere poſſit, an à ſene, an à paupere poſſit: quorum nihil vnquam quæritur. Sed dici tamen ſolet, quomodo cum illa quæſtio tractatur, An Reſpublica læſa ſit, totiens reus in argumenta non læſæ Reipublicæ nõ dicit: ne potuit quidem lædi à priuato, à paupere, ab ægro, ab infante. *Gallio* fecit illam quæſtionem, An in expoſitis lædi poſſit Reſpublica. Non poteſt. inquit. An lædi poſſit in aliqua ſoi parte: hæc nulla Reipublicæ pars eſt. non in cenſu illos inuenies, non in teſtamentis. Sed hæc quoque in illam incurrit, An Reſpublica læſa ſit. dicitur enim: Ne lædi quidem potuit in eis, quos non habebat.

COLOR. Pro illo qui debilitat expoſitos, pauci admodũ dixerunt. Dixit *Gallio*, & hoc colore vſus eſt: Egentem hominem, & qui ne ſe quidem alere, nedum alios poſſet, ſuſtuliſſe eos, qui iam relicti ſine ſpe vix ſpiritum traherẽt: quibus non iniuria fieret ſi aliquid detraheretur; ſed beneficio cederet, ſi vita ſeruaretur. Faciant inuidiam, alicui oculos deeſſe, alicui manus. dicant illos per hunc tam miſere viuere, dum fateantur per hunc viuere. *Gallio* illud quoque in argumentis tentauit: Adeo, inquit, hæc res non nocuit Reip. vt poſſit videri etiã profuiſſe. Pauciores erunt, qui exponant filios. *Turrinus*

Clo.lius

Clodius hoc colore vsus est: Multos patres exponere solitos inutiles partus. Nascuntur, inquit, quid. in statim aliqua parte corporis mulctati, infirmi, & in nullam spem idonei: quos parentes sui proijcere magis, quam exponunt: aliqui etiam vernulas, aut omine infausto editos, aut corpore inualidus abijciunt. Ex his aliquos hic sustulit, & eas partes quæ cuique possent miserabiliores esse, miseratus abstulit: stipem rogant & vnius misericordia viuunt, omnium aluntur. At res fœda est, mendicos habere, à mendicis ali, inter debiles versari. Age non pudet vos ex hoc producere contubernio reum, à quo dicatis læsam Remp.? & sic descendit ad argumenta, vt diceret: Quomodo hic potuit lædere? *Silo Pompeius* illo colore vsus est: Misericordē fuisse, voluisse vitam dare, sed non potuisse alere: itaque eo compulsum, vt vnusquisque aliquam partem corporis prō toto dependeret. *Labienus* tam diserte declamauit partem eius, qui debilitabat expositos, quam nemo alteram partem: cū illam omnes disertissimi viri, vel ad experimenta suarum virium dixerint. Illum autem locum vehemētissime dixit. Vacare homines huic cogitationi, vt curent quid homo mendicus inter mendicos faciat? Principes, inquit, viri contra naturam diuitias suas exercent: excisorum greges habent, exoletos suos, vt ad longiorem patientiā impudicitiæ idonei sint, amputant. & quia ipsos pudet viros esse, id agunt, vt quam pauci viri sint. His nemo succurrit delicatis & formosis debilibus. Curatis qui ex solitudine infantes auferat, periturus nisi auferantur: non curatis, quod isti beati solitudines suas ingenuorum ergastulis excolunt: non curatis, quod iuuenum miserorum simplicitatem circumueniunt, & speciosissimum quemque maxime idoneum castris in ludum coniiciunt. In mentem vobis venit misereri horum, quod membra non habeant? quid illorum, quod frustra habent? Hoc genere insectatus sæculi vitia, egregia figura, inquinatum & infamem reum, maiorum criminum impunitate defendit. Celebris hæc apud Græcos Controuersia est. Multa ab illis pulchre dicta sunt, à quibus non abstinuerūt nostri manus multa corrupte, quibus non cesserunt. *Nicetes* dixit: [illegible]. Hunc dixit sensum *P. Asprenas*. eodem modo, vno verbo propriore vsus: Hunc alunt qui alimenta poscunt, quibus crudelis est qui negat. Circa hunc sensum est & ille à *Quintiliano* dictus: Nescio vtrumne vos miserabiliores dicant, quod alimenta accipitis, an quod huic datis. Accipitis enim, quia debiles estis. Et datis per quem debiles estis. *Addens* rhetor: [illegible]. Hunc sensum quidam Latini dixerunt: sed sic, vt putem illos non mutuatos hanc sententiam, sed imitatos. *Blandus* dixit: Porrigit aliqua mendico rogata stipem. Vtique si peperit, exposuit. ô quam misera cogitatio porrigentis est! hic fortasse meus est. *Oscus* dixit: Qui iam porrexit plurimus stipem, suo negat. *Arellius Fuscus* dixit: Alit rogata filium mater: misera, si scit suum esse: misera, si nescit. *Artemon* dixit: [illegible]. Hanc sententiam, *Latro Porcius* virilius dixit, qui non potest furto suspectus esse. Græcos enim & contemnebat & ignorabat. cum descripsisset debiles artus omnium, & alios incursantes, alios repentes, adiecit: Pro dij boni, ab his aliquis alitur integer? ΔΑΜΑΣΣΟΜΒΡΟΣ dixit: [illegible]. Hunc sensum *Cestius* transtulit. Effecisti, inquit, vt maius periculum esset educari, quam exponi. *Fuscus Arellius* aliter dixit: Illa adhuc in miseræ sortis infantia timebantur, feræ, serpentesque, & inimicus teneris artubus rigor, & inopia: inter expositorum pericula non numerabamus educatorem. *Glycon* corruptam dixit sententiam: [illegible]. Et illam: [illegible]. Sed nostri quoque bene insanierunt. *Murredius* dixit: Producitur miserorum longus ordo, maior pars se sine se trahit. Et *Licinius Nepos*: Vt soluendo sis in pœnas quotiens tibi renascendum est? Illud *Sparsus* dixit, quod non corruptum tantum, sed contrarium dicebat esse Montanus. Solus plura habes membra, quam tot hominibus reliquisti. Ita enim hic potest videri læsisse rempublicam, si multi sunt debilitati. Apparet autem non multos esse, si plura habet membra, quam debilitatis reliquit. Et illud æque ab illo aiebat corrupte dictum: Pro dij, erunt plures mendici, quam membra. Græcas sententias in hoc refero, vt possitis æstimare, primum quam facilis Græcæ eloquentiæ in Latinum transitus sit. & quam omne, quod bene potest dici, commune omnibus gentibus sit: deinde vt ingenia ingeniis conferatis & cogitetis Latinam linguam facultatis nō minus habere, licentiæ minus. *Labieni* sententiam separaui, quia locuti de illa homines erant. Sed vbi quotidianum diurnum & mendicantium quæstus recognoscit, tu hodie minus attulisti. cedo lora. gaudeo me non omnes emancasse. Quid fles? quid rogas? plus retulisses, si sic rogasses. Dixerat & illam sententiam: Date miseris, quod vnum percipere gaudium possunt. Aliquis ex illis damnatum istum videat, aliquis audiat, [illegible]. *Glycon* dixit: [illegible]. *Vinicius* summus amator Ouidij, hunc aiebat sensum disertissime apud Nasonem Ouidium esse positum, quem ad fingendas similes sententias aiebat esse memoria tenendum. Occiso Achille hoc epiphunema apponit:

> *Quod Priamus gaudere senex post Hectora posset,*
> *Hoc fuit.* ——

Cassius Seuerus dixerat: Ostende nobis captiuos. *Iulius Bassus* dixerat: Ostende nobis mercenatios tuos. *Labienus* commodius videbatur dixisse: Ostende nobis alumnos tuos. *P. Asprenas*. dixit, cum induxisset stipem porrigentem mendico, O infelicem patrem! & hoc qui dicit, fortasse pater est.

IN CONTROVERSIAM TRIGESIMAMTERTIAM.

NICOLAVS FABER.

CESTII Seueri.] Legendum, *Cassij Seueri*. Cestius enim non Seuerus, sed Pius dicebatur eiusque sententiæ inferius habentur.

Magis hominum animos peruellat.] Fortasse aptius, *percellat*.

Genus est rogandi, rogare non posse.] B. Hieronymus in Epistola ad Pammachiam super obitu Polinæ, multa ex hac Controuersia imitatus, & mutuatus est. *Alius*, inquit, *tumenti aqualiculo mortem parturit, alius elinguis & mutus, & ne hoc quidem habens vnde roget, magis rogat dum rogare non potest. hic debilitatus*, &c. *à paruo non sibi mendicat stipem*, &c.

Cum stimulant ij, qui se alere non possunt?] Recta hæc videtur lectio, rationemque exprimit cur non possit videri contra legem Cinciam ad miserorum patrocinium accessisse: qui tamen excerpta collegit, videtur legisse, *Cum istum alunt, qui se alere non possunt.*

An læsa sit Respubl. non solet argumentis] Quinctilianus declamat. cclx. *Aliquis caput hominis perperam petit, vt terreat, vt occidat. Resp. læsa? Quædam sunt, iudices, ad quorum pronunciationem oculi sufficiunt. Satis erit accusatori ostendere si quid hic læserit, aliqua operum publicorum incensa, euersa, corrupta nauális, & quæ vulgo male destructa sunt.* Ex quibus colligo hic legendum, *hoc damnum quod tu obiicis, non videtur*, non autem *non videbat*.

Ad longiorem patientiam impudicitiæ idonei sint] Vereor ne illud vocabulum *impudicitiæ* glossema sit. patientiæ enim vocabulum in obscœnis est apud auctores, impudicitiamque præcipue in maribus denotat. Petronius, *Ephebus*, inquit, *plenæ maturitatis & annis ad patiendum gestientibus*. Et alibi, *accessi tentaturus an pateretur iniuriam*. & L. Seneca xvi. cap. lib. 1. natur. quæstionum; *Est aliqua etiam prostitutis modestia: & illa corpora publico obiecta ludibrio aliquid quo infelix patientia lateat, obtrudunt*. Sic cap. xiii. de Beata vita *impudicitiæ* vocabulum ex glossemate, *patientiæ* voce exclusa, in textum irrepsit, vt, Deo iuuante, in prætermissis ad eum auctorem dicemus. Porro B. Hieronymus primo in Iouinianum ad hunc locum respexisse videtur, cum in longam securamque libidinem exsectum spadonem dixit.

In ludum conijciunt.] Epist. *detrudunt*.

Miserabiliores dicant, Fortasse, *dicam*.

P. Asprenates] Lege *P. Asprenas*, vt in præcedentibus. Is autem est P. Nonius Asprenas, quem supra diximus à Cassio Seuero veneficij accusatum, ab Asinio Pollione defensum. Fuit autem inter Augusti familiares, ita vt eo accusato senatum consuluerit Augustus quid sui officij esset in amici causa, causamque dicenti in subselliis adstiterit. Suetonius in Augusto lvj.

SCHOTTVS.

AVT *vt agnoscant aut recipiant*] Assentior Petreio qui negatiue legit, *aut ne agnoscant*, Ex Epitoma in qua legitur. *Factum est ne liberos patres, aut agnoscant, aut recipiant.*

Et si nemo obstet natura] viderat idem deesse aliquid, legitque: *Et si nemo obstet naturæ procera, proceritas tamen mutabitur*. Ego vero fidem lib. vet. sequor, in quo scriptum repperi: *Et si nemo obstet nimia naturæ proceritas mutabitur.*

Quid si sacerdos] Quem integrum esse oportet, nulla corporis parte mutilum. Tu vide Decl. 11. lib. 4. Epitomæ Item etiam iure Pontificio religiose cautum, ne mutilati sacris nostris initientur. Can. Præcipimus, Dist. 33. & can. Exposuisti, C. de corpore vitiatis ord.

Nec puto incredibile] In Epitoma, *Num incredibilia loquor? Ex fortuna*, &c. Vetus noster longe aliter: *Nec puto incredibilem hac fortuna loqui: certe ex hac turba origo Romana gentis apparet*. De prima aduenarum colluuie pastorum & Latronum in asylo à Romulo patefacto, diserte Orosius lib. 11. cap. iv. & Iuuenalis Satyr. viii.

Et tamen vt longe repetas, longeque reuoluas
Nomen, ab infami gentem deducis asylo.
Maiorum primus, quisquis fuit ille, tuorum
Aut pastor fuit, aut illud quod dicere nolo.

Ant. Augustinus ad expositos Romulum & Remum referri mauult.

Plus acceptum, quam expensum refert] Sumptum à tabulis rationum. Sic Plinius li. 2. cap. 7. de fortuna: *Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta: & in tota ratione mortalium, sola vtramque paginam facit.*

Via est qua poterat.] Locus manifeste mẽdosus, quamobrem asterisco notaui: si quis coniecturæ locus sic lego. *Vit isti quos poteras*: vel, *via isti qua poteras*. Obiurgantis enim educatoris verba sunt ad alumnos, quod via decederent, ne stipem poscerent: hinc vacuas domum referre manus. In veteri erat, *vitus est quas pot'at*. Quid si etiam? *Demiasti quo ad poteras*. In Curiana editione, *quia esse quoque poterat* leg. conijcitur.

Spiritum tamen relinquerem] Petreij coniectura optimi illius libri auctoritate probatur: nam *Spiritum tibi non relinquerem*, diserte præfert. *Capturæ* vocabulo, sequiori notione, pro sordido quæstu, & meretricio, vtitur sup. Controu. 11.

Sacris publicis tristia auspicia] Sacra male ominatis vocibus interrumpebantur. Hinc *linguis fauete* præco tenontiabat, & *Hoc age*: imperans nimirum silentium, & à scæuis vocibus abstinendum. Seneca lib. de vita beata ad Gallionem: *Multo magis tristia auspicia sacra turbabant*. Male igitur in Epitoma *sacris publicis* legitur. De festis vero sollemnibus doctissimus I. C. Brissonius & alij, ad Tit. Cod. Theodosiani multa accurate collegerunt, qui nobis hunc laborem adimunt.

Si otium fuerit] Rom. editio: *si verum fuerit. Si fuerit* vetus codex, & alia manu *otium* adscriptum Petreius tamen *si odium fuerit*, vt misericordiæ sit appositum membrum, cui sequentia adhærent. Sup. quoque idem legi mauult. *portat ad eos*. Mihi vulgaris non displicet. Quidam, inquit, ab im-

puro

puro homine ſtipem acceptam, quod nefas, Diis offerunt, qui puri puris victimis delectantur.

Nondum Reſpublica] *laeditur* addit Petreius, non neceſſario: Negat Remp. ex duobus conſtare, vt & collegium. Neratius Priſcos in l. 85. ff. de reg. turis, & Ariſtoteles in Politicis: *Decem homines faciunt populum.* Non igitur crimen eſſe Reip. laeſae. Subiicitur locus perturbatior. ſoſpicor enim ex tribus vocibus, *ſuadere* vnam eſſe conflatam: vel potius tempora eſſe praepoſtero ordine collocata, legendumque: *Inuenes quis ſuadet infantes perdere & infelices.*

Expoſiti nullo numero ſunt, ſerui ſunt, hoc legumlatori viſum eſt] Infantes expoſitos ſeruos olim fuiſſe eorũ, qui eos ſuſceperãt, ſignificat vt & paullo poſt: *Reſp. laeſa eorum nomine agi non poteſt, qui extra Remp. ſunt.* Quod confirmatur ex Traiani ad Plinium Epiſtola 72. lib. 10. & li. 1. C. Thaod. de infant. expoſ. ac praeterea ex lege. 8. de pignor. & Hypotec. iuncta l. ſexta eiuſdem tituli, cum ſit vtraque ex li. 73. Vlpiani ad edictum. vbi quod dicitur de alumno, accipiendum eſt de ſeruo alumno, ac proinde de expoſito. De antiquato hoc iure vide Cuiacium ad Tit. 1. lib. 1. Sent. Paulli & Fuil. Ranchinum lib. 1. varia. cap. 2.

Non poteſt, inquit] Repetir iterũ vet. codex. *Reſp.* legitque, *Reſp. laedi an poſſit.*

Non in cenſu illos inuenies, non in teſtamentis] *De cenſu* multa Antiqoarij, quae non ex ſcribo. Illud tantum addam, ex Aſconio, ſextam claſſem Proletariorum & capite cẽſorum fuiſſe, de quibus Agellius l. XVI. cap. X. cumque I. Ctis profeſſionũ aliae Cenſuales, aliae Natales appellentur; illis patrimonium quiſque his parentes liberos, domi natos apud acta profitebantur. Qui vero expoſiti vtrumque parentem ignorabant: Itaque nomina in Cenſorias tabulas non referebantur, nec in cenſom recipiebantur. Ergo nec hereditatem adibant: quod teſtamenti factio ciuitatis Romanae ius ſit. Legendus Briſſonius Antiquit. li. 1. cap. VI.

Omine infauſto editos abiiciunt] Monſtroſi partus Romuli lege abiici iubebantur. quod & in 12. Tabulas relatum ex Cicerone didici. Sic enim li. 2. de legib. de Tribonatu loquens: *Cum eſſet cito ablegatus, tanquam ex 12. Tabulis inſignis ad deformitatem puer.* vide Vlp. in l. Quaeret aliquis 135. ff. de verbor. ſignificat.

Vt ad longiorem patientiam] Semiramis prima omnium (ô flagitiom ingens) teneros mares caſtrauit. Ammianus Marcellinus li. XIV. Ouid. li. II. Eleg. III. Amor. & Claudianus li. 1. in Eutropiom.

Idoneum caſtris in ludum conijciunt] De lodo gladiatorio intelligo. Non recte igitur in Epitoma etiam ſcripta: *Idoneum caſtris illudunt, detrahunt.* Ad oram vero *detradunt*, pro il*l**detrahunt.*

Non mutuatos] Recte in veteri illo: *vt putem illos non mutuari hanc ſententiam, ſed imitari*: eſtque pulcra *maiorovaria.*

Solus plura habes mẽbra] Foluius Sparſus ſup. *Exigitur à te talio: non habes totidem membra, quot debes.* Lex talionis hinc vſqoe à ſacris Moſis legibus, & XII. Tabolis Decemoiralibus arceſſitur.

Facultatis non minus, licentiae minus.] De Latinae linguae copia, non ſemel Cicero, quae tamen ie- Senec.

tuna eſt, ſi cum Graeca cõponatur. De Graecorum praeſertim poetarum libertate Martialis lepidum extat Epigramma lib. IX.

Dicunt tinentis tamen poetae,
Sed Graci, quibus eſt nihil negatum:
Et quos ape ape licet ſonare:
Nobis non licet eſſe tam diſertis,
Qui Muſas colimus ſeueriores.

Vnicus ſummus] P. *Vinicius* emendo, qui & Controu. XX. extrema *exactiſſimi ingeny* laudatur quod dicere res ineptas, nec ferre poſſet. Huic frater *Lucy* praenomine, Declamator & ipſe inducitur Contr. XIII. & XXI.

Merendarios tuos] Lo ſit forte in voce fictiria, qood merendam adferrent educatori ſuo haec mendicabula. Petreius *mercenarios* diuinabat, qoa etiam voce Baſſus in haa ipſa Controu. vtitur, propius tamen abeſt *mcendarios*, & Feſtus *Mercedonias* à mercede ſoluenda dictos olim ait.

IO. PETREIVS.

LIBEROS ſuos aut vt] hic videtur ſine dobio addendum *ne*, vel *non*, quod in Declamationom Excerpris habetur: tametſi locus integer non eſt. Eſt autem ſenſus: Cum ille has iniurias negare non poſſet, qui dubitauit, tamen parentes eas diſſimulant ad ſe non pertinere, ne tales filios vel agnoſcant, vel recipiant.

Etſi nemo obſtet.] videtur hic aliquid deeſſe: forte ſic melius emendabitor: *Huic recta membra ſunt, & ſi nemo obſtet natura, procera: proceritas tamen mutabitur.*

Niſi ſtipem] alteram patrem ambiguitatis ſumit; nam *rogare* eſt precari, & petere ſtipem hic.

Vis eſſe] hic locus deprauatus eſt, videtur autem hoc voluiſſe. Minus feciſti quam poteras, vt non rogareris, vt non acciperes: vt ſit obiurgatio educatoris, Tu dediſti operam ne tantam pecuniam aut ſtipem acciperes.

Spiritum tamen] hic videtur addendum *non*, vt ſit ſenſus, Non permitterem viuere, niſi in permittendo eſſet maior crudelitas.

Portat ad Deos] potius legerem *portat ad eos*: A te aliqois ſomit ſtipem, quam deinde miſeriores illos iudicans, illis dat.

Non is eſt] de educatore intelligendum, ille enim etiam alios docet, quemadmodum rogẽt ſtipem, Eſt etiam ambiguum.

Sic etiam] potius legam, *ſi odium.* Si moueminl miſericordia erga illum, oſtendam vobis eius crimina, ſi odio, at reum honc publice paſcimus.

Etiam qui] *etiam ſi*, potios lege.

Nondum Reſpub.] *laeditur* videtur addendum: Et eſt argumentum à paritate in numero.

Non in cenſu] nam qui cioes erant, in tabulas cenſus inſerebantur, & ius condendi teſtamenti habebant.

Quod fruſtra] cum emarceſcant ſine vſo, inter illas libidines.

Sed irritatos] Fort. *imitatos*, Motuatur enim qoi tanquam aliena ſumit auctori aſcribens, imitatur autem qui quodammodo facit vt ſua.

Prodiderunt] huic ſententiae multa videntur deeſſe.

Merendarios] arbitror *mercenarios* reponendum,

Parrhasij Prometheus. CONTROVERSIA XXXIV.

LEx. *LAESAE REIP. SIT ACTIO.* Thema. *Parrhasius pictor Atheniensis, cum Philippus captiuos Olynthios venderet, emit vnum ex his senem, perduxit Athenas, torsit; & ad exemplar eius pinxit Promethea. Olynthius in tormentis perit. Ille tabulam in templo Mineruæ posuit. accusatur reip. læsæ.*

CONTRA PARRHASIVM. *Gauij Silonis.* Infelix senex vidit iacentis diuulsæ patriæ ruinas; abstractus à coniuge super exustæ Olynthi cinerem stetit. iam ad figurandum Promethea satis tristis est. Pro Iupiter, (quem enim melius inuocem aduersus Parrhasium, quam quem imitatus est?) Olynthium tantum picturæ tuæ excipio. Num quis vt naufragum pingeret, hominem mersit? cæditur: parum est. inuritur: etiamnum parum est. laniatur: hoc, inquit in irato Philippo satis est, sed nondum in irato Ioue. *Iulij Bassi.* Producitur. Superuacuum est, inquit: nondum quantum satis Prometheo, potest gemere. Vltima Olynthij deprecatio est: Atheniensis redde me Philippo. Non est istud donum, sacrilegium est. Seruus inquit, meus fuit. Putes Philippum loqui. Ædem Mineruæ tāquam castra Macedonum fugiunt. *Clodij Turrini.* Parum, inquit, tristis est. Aliquis Olynthius parū tristis est, nisi qui Atheniensem dominum sortitus est? Dabo tibi, Parrhasi, maiora tormenta. duc illum ad iacentem Olynthum, duc illo vbi liberos, vbi domum perdidit: scis certe quam tristem illum emeris. Olynthiis vrbem aperuimus, templa præclusimus. Ergo nemo Olynthius tortus esset, si omnes illos Macedones emisset. Torquearur. hoc nec sub Philippo factum est. Moriatur. hoc nec sub Ioue. *Argentarij.* Hoc hospitio Olynthius Athenis exceptus est? tantum porro Olynthius possit, Parrhasius quid? non & oculos nostros torquet? ibi ponit tabulā, vbi fortasse nos tabulā fœderis posuimus. Hoc Promethea facere est non pingere. Aiebat tortoribus: Sic incendite, sic istum quem fecit, cum maxime vultum seruate, sit sibi ipsi exemplar. *Cestij Pij.* Emi, inquit. immo si Atheniensis es, redemisti. si nescis Parrhasi, in isto templo pro Olynthiis dona soluuntur. Crudelis ille Græciæ carnifex, istum tamen nihil amplius quā vendidit. Producitur nobilis senex longa miseriarum tabe confectus, reductis introrsus oculis, tam tristis, quasi iam tortus esset, vt admoueri sibi cathenas vidit: Superuacuæ, inquit, sunt, si ad alium dominum peruenissem, Athenas fugerē. Istud tibi in nullo Olynthio permitto, nisi Lasthenem emeris. *Triarij.* Corrupisti duo maxima Promethei munera, ignem & hominem. Quemconque præco flentem viderat, sciebat te emptorem: miserabantur omnes. Te fortasse ipse Philippus reduci iussisset, si Atheniensem vidisset & emptore* quod ego fabulosum esse non dubito. Sed vtrum vult Parrhasius, eligat. parum pie, aut infami auctione imitatus est. Clamabat iste: Nondum satis tristis es: nondum satis, inquit, adiecisti ad priorem vultum. talis in auctione Philippus. *Musæ* Narraturus sum Olynthij senis igneis, verbera, tormēta. aliquis me nunc queri de Philippo putat. Dij deæque te perdant, misericordem Philippum fecisti. Si isti creditis, iratum Iouem imitatus est: si nobis, iratū Philippum vicit. Pinge Philippum crudelem, oculo effosso, iaculo perfractum, per tot damna à diis immortalibus tortum. *Cornelij Hispani.* Vltima membrorum meorum tabes tormentis immoritur. Parrhasi, quid agis? non seruas propositum. hoc supra Promethea est. Tantum patiendum est, pingente Parrhasio, quantum irato Ioue. *Arellij Fusci patris.* Pinge Promethea, sed homines facientem, sed igneis diuidentem: pinge, sed inter munera potius quam inter tormenta. Inter altaria, Olynthij senis crucē posuit. Miserrime senex, forte ex seruis tuis aliquis felicius seruit. vtique felicior est, quisquis Macedoni seruit. *Fuluij Sparsi.* Si ad succurrendum profectus es, queror quod vnum emisti: si ad torquendū, queror quod vllum. Vtinā Philippe his auctionem cum exceptione fecisses: Ne quis Atheniensis emeret. Non vidit Phidias Iouem, fecit tamen velut tonantē: nec stetit ante oculos eius Minerua, dignus tamen illa arte animus, & concepit deos, & exhibuit. Quid facturi sumus, si bellum volueris pingere? diuersas virorum statuemus acies, & in mutua vulnera armabimus manus, victi sequentur, victores cruenti reuertentur? Ne Parrhasij manus ludat temere coloribus, internecioni humanæ timendum est. Si necesse est aliquem torqueri, eme nocentem seruum, vt eodem tēpore ex eo exemplum sumas & supplicium Statuitur ex altera parte Parrhasius cum coloribus, ex altera tortor cum ignibus, flagellis, eculeis. Ista aut videntem, aut expectantem, Parrhasi, parum tristem putas? Dicebat miser: Non prodidi patriam. Athenienses, si nihil merui, succurrite: si merui, reddite Philippo. Inter ista Parrhasius dubium est studiosius pingat, an sæuiat. Torque, verbera. sic iste carnifex colores temperat. Quid ais? parum tristis videtur, quem Philippus vendidit, emit Parrhasius: Etiamnum torque, etiamnum bene habet, sic tene. Iste vultus esse debuit lacerati, hic morientis. *Porcij Latronis.* Si videtur tibi, istis muneribus aram misericordiæ orna. Nemo ergo ex Olynthiis miserius seruit, quā qui Atheniensem dominum sortitus est? Miser vbicunque Philippum non viderat, pacem putabat. Alliga, inquit. Aiebat, Solutus apud Philippū fui. *Albutij Sili.* Expecta dum Euthycrates aut Lasthenes capiatur. Phintias omnia Parrhasio tortore digna fecit. Philippus quoque vēdidisse cōtentus est. Producitur senex nobilis, flens, respiciens patriam: placuit isti vultus infelix. habuit aliquid Promethei simile etiam ante tormenta. Diligenter agit causam, vt Philippus. Olynthio non est: ego pecuniam perdidi, redi ad auctorem. Propter hominem Prometheus distortus, propter Promethea, homines ne torseris. Philippus sic rogabatur: Liceat Olynthiis viuere. Parrhasius aliter rogatur, Olynthiis mori liceat. Tristem volo facere. nemo faciet, si Philippus non fecit.

DIVISIO. Hanc Controuersiam magna pars declamatorum sic dixit, vt non Controuersiā diuideret sed accusationem: quomodo solent ordinare actionem suam in foro, qui primo loco accusant. In scholastica, quia non duobus dicitur locis, semper non dicendum tantum, sed respondendum est.

obiiciunt

obiiciunt quod hominem torserit, quod Olynthium, quod deorum supplicia imitatus sit, quod tabulam in templo Mineruæ posuerit. Si Parrhasius responsurus non est, satis bene diuidunt. Nihil est autem turpius, quam aut eam Controuersiam declamare, in qua nihil ab altera parte responderi poterit: aut non refellere, si responderi potest. *Gallio* fere similem diuisionem in Parrhasio habuit ei, quam habuerat in illa Controuersia, cuius mētio est in hoc ipso libro. Debilitabat expositos, detractis quibusdam. Diuisit autem sic: An læsa sit Respublica? quid perdidit, inquit? nihil. Nondum de iure Controuersiam facio. Perdidit vnum senem Olynthus: fac Atheniēsem. non ages mecum reipublicæ læsæ, si Atheniensem senatorem occidero, sed cædis. Ita. verum Athenientium corrumpitur opinio. misericordia semper censi sumus. Nunquam vnius facto publica fama corrumpitur. Solidior est opinio Atheniensium, quam vt labefactari tormentis captiui possit. Læsa est, inquit, respublica. Si quis Olynthi depositum negauerit, videbitur, vt existimo, non rem publicam, sed hominē læsisse. Olynthiis hoc tribuisti, vt eodem loco essent, quo Athenienses. Læsisti, inquit, rempublicam, quod hanc picturam in templo posuisti. lædunt rempublicam qui aliquid illi auferunt, non qui adiiciunt: qui diruunt templa, non qui non ornant. Peccauerunt ergo & sacerdotes, qui tabulam receperunt. quare tamen non reciperent? Deorum adulteria picta sunt, positæ sunt picturæ Herculis liberos occidentis. Deinde, An ob id accusari possit læsæ Reipublicæ quod ei facere licuit? Ea lege persequere, quæ non licuit. dicis mihi: Hoc facere non oportet, huic rei æstimatio immensa est, itaque nulla vindicta est. & id tantum punitur, quod non licet. satis abundeque est, si opifex rerum imperitus ad legem innocens est. An hoc ei facere licuerit. Hoc in illa diuiditur, An Olynthius fuerit apud Atheniensem, etiam antequam fieret decretum. Seruus, inquit, est meus, quem ego emi belli iure. vobis, Athenienses, expedit: alioquin imperium vestrum in antiquos fines redigitur, quicquid est bello partum. Et est contra. At ille seruus alij emptori esse potest, Atheniensi non. Quid enim si Atheniensem à Philippo emisses? Atqui sciebas Olynthios nobis coniunctos esse fœdere. Vt scias inquit, seruos fuisse, decretum postea factum est Atheniensium, quo iuberentur & liberi & ciues esse. quare hoc illis ius, si iam habebant, dabatur? Deinde, an decreto hoc non contineatur, liberi vt fiant, sed vt esse liberi iudicentur. Hoc censuimus Olynthios ciues nostros esse. ita & ille ciuis noster fuit. Non, inquit: nam decretum in futurum factum est, non in præteritum. Vis hoc scire? Non quisquis Olynthium seruum habuit, accusabitur, quod ciuem in sua seruitute tenuerit. Si quis tunc inter necessaria seruilium officiorum ministeria percussit, aut cæcidit, iniuriarum accusabitur? atqui quantum ad ius attinet, nihil interest, occiderit, an cæciderit. nam aut nec cædere licuit, aut & occidere.

Color. A parte Parrhasij fecit hunc colorem, emptum esse à Parrhasio senem, inutilem, expiraturum. Si verum vultis, inquit, non occidit illum, sed deficientis & alioquin expiraturi morte vsus est. Torsit, inquit, tamen: si lucri causa, obiice. nempe crudelitatis pretium Athenæ habent. In argumentis dixit, quantum semper artibus licuisset: medicos, vt vim ignoratam morbi cognoscerent, viscera rescidisse. hodie cadauerum artus rescindi, vt neruorum articulorumque positio cognosci possit. *Albutius* hoc colore: Calamitosum fuisse, orbum palam mortem optantem: nec aliter illum Philippus vendidisset, nisi putasset illi pœnam esse viuere. *Sab. Pompeius* putabat commodius esse, si hoc animo esset Parrhasius ad auctionem, vt aliquem in hunc vsum emeret. poterit enim videri, elegisse vilissimum & maxime inutile. *Fusco Arellio* placebat, emptum quidem illum in alios vsus: sed cum deficeret, & mori vellet, in id quod vnum ex cadauere artifex poterat, impensum. *Gallio* ad neutrum se alligauit, nec dixit, quo animo emisset. *Gallionis* color intolerabilis est. dixit enim, senem ex noxiis Olynthiis emisse. Quod si licet illi fingere, non video quare non eadem opera dicat, & conscium proditionis Lastheni fuisse, & se pœnæ causa torsisse. *Hispo Romanus* ignorantiam illam excusauit. Pictor, inquam, intra officinam suam clausus, qui hæc tantum vulgaria iura nouerit, in seruum nihil non domino licere, pictori nihil non pingere, mancipium suum operi suo impendit. Non omnia, inquit, narras: Olynthius fuit ille qui periit. Quid autem ad rem pertinet, cuius nationis seruus fuerit? Audes, inquit, seruum dicere Olynthium? etiam, post bellum, & ante decretum. Alioquin quod vos illis dedistis beneficium, nisi quod iam illos nec torquere licet, nec occidere? Græci nefas putauerunt, pro Parrhasio dicere: omnes illum accusauerunt, in eosdem sensus incurrerunt. *Glycon* dixit: πῦρ καὶ ἄνθρωπος Προμηθεῦ τὰ σὰ δῶρα βασανίζει. *Triarius* hoc ex aliqua parte cum surriperet, inflexit. Hoc aiebat *Seuerus Cassius*, qui hoc facerent, similes sibi videri furibus, alienis poculis ansas mutantibus. Multi sunt qui detracto verbo, aut mutato, aut adiecto, putant se alienas sententias lucri fecisse. *Triarius* autem sic vertit, Corrupisse duo maxima Promethei munera, ignem & hominem. sed egregie illam surripuerunt. *Euctemon* qui dixit, Προμηθεῦ ἐπίσες τε πῦρ καὶ ἄνθρωπε, sanius quam *Glycon*: ΑΛΛΑΙ ΟΣΣΙ Προμηθεῦ μή τε χθόνιον ἀνθρώπων ... *Damas* corruptissime: δίκαιος ὦ Προμηθεῦ, ἀλλὰ τί γὰρ πῦρ ἔκλεψας ἀνθρώπῳ, hic est *Craton* venustissimus homo & pro homo & professus. *Asinius*, qui bellum cum omnibus Atticis gerebat, cum donaret illi Cæsar talentum, in quo xiiij. sestertia sunt Atheniensium more; ἢ πρόσθες, φησὶν, ἢ ἄφελε, ἵνα μὴ ἀττικὸν ἦ hic Cæsari, quod illum nunquam nisi mense Decembri audiret, dixit * & cum commendaretur à Cæsare Passieno nec curaret, interrogāti, quare non complecteretur tanti viri gratiam, ... v. c. πατέρας ... χάριτας, κύριον ἐκ ... Sæpe solebat apud Cæsarem cum Timagene confligere homine acidæ linguæ, & qui nimis liber erat: puto quia diu non fuerat ex captiuo cocus, ex coco lecticarius, ex lecticario vsque ad amicitiam Cæsaris felix. vsque eo vtranque fortunam contempsit, & in qua erat, & in qua fuerat, vt cum illi multis de causis iratus Cæsar interdixisset domo, combureret historias rerum ab illo gestarum: quasi & ipse illi ingenio suo interdiceret, disertus homo & dicax, à quo multa

improbe, sed venuste dicta, ne nondum excedam, excurro, & ad Parrhasium reuertor. *Nicetes* dixit; οἱ τύραννοι διαπείρᾳ ζωγραφοῦντι, ... ΠΙΝ παρατρουόντι. *Hispo Romanus* dixit: Ignes, ferrum, tormenta: pictoris ista an Philippi officina est? *Sparsi* sententia in descriptione picturæ habet aliquid corrupti: vbicunque sanguine opus est, humano vtitur: dixit enim quod fieri non potest. Illum locum omnes tentauerunt: Quid si volueris bellum pingere? Quid si incendium? Quid si parricidium? A Græcis *Dorion* furiose dixit: τίς Ο ... ἀλώτης ΑΛΙ, τίς Αὖτυς ἀχάρεις. Ιδ' Ηραν, μὴ μόνον ἴδης. ΖΗΝΝΙΑΣ. * ζῆ Αἴας. Sed nihil est quod minus ferri possit, quam quod à *Metrodoro* dictum est: μὴ μοι Τεζάδας, μηδὲ Νιόβην. Επιδὴς τῷ περὶ ... Πετμυδέα. ΠΑΣ ΑΟΤΚΕΝ. * ... *Triarius* dixit: Nondum dignum irato Ioue gemuisti. *Haterius* dixit sanius: Nondum vultus ad fabulam conuenit. & illud: Parrhasi, vt omnia fiant ad exemplum, viuat qui tortus est. Sed si vultis audire, supra quod non possit procedere insania. *Licinius Nepos* ait: Si vultis digne punire Parrhasium, ipse se pingat. Non minus stulte *Æmilianus* quidam Græcus rhetor: quod genus stultorum amabilissimum est. *Hexarida* fatuus dixit: ἀποκτείνατε Παῤῥάσιον, ... χρήσει ἐξ ἡμῶν ἀρχέτυπον τύχη. Pausanias dixit: διὸ Παῤῥάσιον, ἀντὶ ... : *Otho Pater* cum pro Parrhasio diceret, in hoc colore decisus est: Quia conciderant, inquit, per proditores Olynthij, volui pingere iratum proditori suo Iouem. *Gargius* multo stultius, quare Promethei Parrhasius supplicium pinxisset. Ego, inquit, ardente Olyntho non odissem ignium auctorem? *Latronis* illa celebris sententia est, quam *Sparsus* quoque subtractis quibusdam verbis dixit in descriptione mortuorum: Parrhasi, emorior sic tene. hanc sententiam aiunt & *Dioclem charystium* dixisse non eodem modo. ... τὸ ἄριστον εἶδος. ἰδὼν, Μὴ. *Hispo* ridcon honeste. *Romanus* fecit: multo enim vehementius insanit, quam nostri fanatici. Voluit videri volturios ad tabulam Parrhasij aduolare, fabula eleganti ad turpem sententiam perductus. Traditur enim Zeuxin, vt puto pinxisse puerum, vuam tenentem: & cum tanta esset similitudo vuæ, etiam aues aduolarent operi, quendam ex præsentibus dixisse, aues male existimare de tabula: non fuisse enim aduolaturas, si puer similis esset, *Zeuxin* aiunt obleuisse vuam, & seruasse illud, quod melius erat in tabula, non quod similius. *Spiridion* æque familiariter in templum volturios subire putauit, quàm passeres aut columbas. Dixit enim: ... σου ὁ γραφεὺς καὶ τὰ ζῶα. Sed nolo Romanos in illa re vinci. Restituet aciem *Murrhedius*, qui dixit: Pinge Triptolemum, qui iunctis draconibus sulcauit auras. Inter illos, qui de Prometheo corrupte aliquid dixerant, & *Apaturius* locum sibi vindicat. dixit enim: ὁ ... τὸ πῦρ εἰς ... κλαπτὸν.

IN CONTROVERSIAM TRIGESIMAMQVARTAM.

NICOLAVS FABER.

NISI *Lasthenem emeris.*] Qui cum Euthycrate Philippo Olynthum vẽdidit. Diodorus lib. XVI. & Demosthenes in Olynthiacis, & Philippicis.

Sciebat te emptorem:] In excerptis, *agnoscebat emptorem.*

Iaculo perfractum,] Legendum conicio, *iugulo perfractum.* Demosthenes περὶ στεφάνου, Philippum describens, eum dicit τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὴν κλεῖν κατεαγότα. ad quem locum proculdubio Musa respexit. Iugulum enim non solum σφαγὴν sed etiam κλεῖν significat. Cornelius Celsus lib. VIII. cap. de iuguli fracti curatione. Vet. lex. Iugulum, σφαγὴ, κατακλείς.

Phinthias omnia] Interpolatus potius quam curatus locus: cetere editiones exhibent, *Pythias omnia Parrhasi me tortor efficit.* à quo abstineo.

Sic dixit, vt non Controuersiam diuideret,] Absunt à veteribus editionibus hæc duo vocabula *vt non:* & ab Erasmo primum in editione Frobeniana anno M.D.XV. sensu ita exigente addita sunt. Aliter autem accusatio ac Controuersia diuiditur. Illa enim non per quæstiones particulares, sed per criminum capita diuiditur, vt patet maxime ex actionibus in Verrem.

Debilitabat expositos,] Legendum puto, *debilitans expositos* hic enim est illi Controuersiæ titulus.

Non ages mecũ reipublica læsa.] Ex hoc loco patet hocusque actionem huius Controuersiæ male conceptam fuisse, *Religionis læsa.*

Vinno facto] Epitome, *vinius malo.*

Tormentis captiui possit.] Alias legitur, *vllo modo possit.*

Deorum adulteria picta sunt,] Excerpta, *Deorum crimina in templis picta sunt.*

Nulla vindicta est,] Quid si *nulla indicta est* legamus?

Vim ignorantem morbi] Excerpta, *vim ignotam.*

In quo XIV. sestertia sunt] Qui de re nummaria scripserunt, viginti quattuor sestertiis talentum Atticum seu magnum cõstare notarunt. Probat etiam Plauti locus in Mostellaria, qui CXX. mnis duo talenta æstimat. Tranio enim cum duobus talentis magnis domum emptam, quadragintaque mnas arraboni datas Teuropidi finxisset, Teuropides octaginta mnas se debere reliquas dicit. Hioc emendãdus est Seruius. V. & IX. Æne. in quibus talentum à Plauto septuaginta libris esse æstimatum refert. sexaginta autem mnæ sex millia denariorum siue drachmarum, id est XXIV. sestertium efficiunt.

Λύχνον ἔχε ἄπλον.] Lege ἄπλου.

Hispo ridcon honeste Romanus] Corruptus locus, quem ita emendari posse coniicio, si legamus *Spyridion honeste minus fecit.* Spyridionis enim eam esse sententiam sequentia ostendunt, cum dicit, *Spyridion æque familiariter in templum volturios subire putauit,* &c.

SCHOTTVS.

L*ÆSÆ religionis*] In Epitoma *Reip.* est sic fere in Declam. ipsa, hęc inter se cõmutari video & sane

& ſane arctiſſimo inter ſe vinculo colligata ſunt, Reſp. atque Religio: fremant licet Athei noſtri æui.

Parrhaſius pictor Athenienſis] De hoc pictore multa Plinius li. xxxv. Natur. Hiſtor. cap. x. Fictum autem argumentum puto à Declamatorib. quale & illud noſtra memoria falſo dici exiſtimo de Michaële Angelo Bonarotto Florentino noſtræ ætatis Apelle, ſculptore quoque & architecto inſigni pretio quemdam conductum cruci affixiſſe, quē & expirare permiſit, vt Seruatoris in cruce paſſi, imaginem viuam depingeret. De Prometheo Caucaſo alligato, ob direptum cœlo ignem, nota fabula eſt ex Heſiodo, Æſchylo, & Luciano. De capta vero Olyntho à Philippo vide Iuſtinum lib. viii. & Oroſium lib. iii. cap. xii. Dionyſius autem Halicarnaſ. in Epiſt. ad Pompeium, ex Philochoro, geſtum refert hoc bellum anno ante Olympiadem cviii. Archonte Athenis Callimacho: quo & tres Olynthiacæ habitę putantur à Demoſthene, vt opem Olynthiis ferre vellent Athenienſes. Anno autem inſequenti capta Olynthus, Archonte Theophilo C. Sulpicio Petico Quinctum T. Quinctio Pœno Coſ. qui in faſtis eſt 402. poſt V. C. vide Diodorum Siculum li. xvi. Strabonē quoq; li. 11. Geograph. & Libanium in argumentis. Antea etiam capta ab Artabazo, Xerxis temporibus, auctore Herodoto lib. viii. extremo: quod Mardonio tribuit idem Iuſtinus lib. 11.

Pinge Philippum crudelem, oculo foſſum] Talem depingit Demoſthenes in orat. De Corona citatq; & Agellius lib. 11. ca. xxvii. Ἑώρων τὸν αὐτὸν φίλιππον, πρὸς ὃν ἦμιν ὁ ἀγὼν ὑπὲρ ἀρχῆς καὶ δυναστείας, τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὴν κλεῖν κατεαγότα, τὴν χεῖρα, τὸ σκέλος πεπηρωμένον. Dum enim Methonam oppugnat, quam mox expugnauit & cepit, *Aſter* miles illum oculo ſagittæ ictu priuauit. Plutarchus, Diodorus Siculus, Strabo lib. viii. Geograph. Vlpianus Demoſthenis interpres, & Oroſius lib. iii. cap. xii. *Critobulum* vero Plinius vocat, qui ſagittam extraxit, & citra deformitatem oris orbitatem luminis curauit libr. vii. cap. xxxvii.

Iaculo perfractum] Recte in veteri, *Iaculo fracto.* Petreius addendum putabat vulgari lectioni *humerum* aut *femur.* At in Græco Demoſthenis eſt, τὴν κλεῖν κατεαγότα: Sed ſcriptam non reiicio, quod ſit fortis viri imago, telo fracto apparere. Faber tamen hic *ingulo* quam *iaculo* mauult, cum quo non pugno.

Finge Promethea] Sup. Triarius. *Corrupiſti duo maxima Promethei munera, ignem & hominem.* Quam ſententiam & inf. in eiuſdem ore poſuit.

Ignes diuidentem] Heſiodus ἐν ἔργοις:

Κρύψε δὲ πῦρ. τὸ μὲν αὖτις ἐῢς πάϊς Ἰαπετοῖο
Ἔκλεψ᾽ ἀνθρώποισι, Διὸς παρὰ μητιόεντος
Ἐν κοίλῳ νάρθηκι, λαθὼν Δία τερπικέραυνον.

Diuidere autem Latini fere in his vſurparunt. Cornificius ad Herennium: *Si Prometheus, cum mortalibus ignem diuidere vellet, ipſe à vicinis, cum teſta ambulans, carbunculos corrogaret, non ridiculum videretur?* Et Cicero 2. Tuſculana. *Quomodo fert apud Æſchylum Prometheus dolorem, quem excipit ob furtum.*

Lemnium, vnde ignem mortalibus
Diuiſiſſe cluet doctus Prometheus
Senec.
Clepſiſſe dolo, pœnaſque Ioui
Fato expendiſſe ſupremo:

Et Horat. lib. 1. Oda. 3.

Audax Iapeti genus
Ignem fraude mala gentibus intulit.
Poſt ignem ætheria domo
Subductum, macies, & noua febrium
Terris incubuit cohors.

Si ad currendum profectus es] Locus hic decurtatus; Rectius in Epitoma Dilemma hoc legitur: *Si ad ſuccurrendum profectus es, queror, quod vnum ex his emiſiſi: ſi ad torquendum, queror, quod illum ſtatuat reum.* Tametſi ne quid diſſimulem, in veteri Anton. Auguſtini aliter, *queror quod illum ſtatuit, Ex altera parte, &c.* Equidem vulgarem Epitomæ lectionem retineo; niſi quod *ſtatuiſti* vel *ſtatuis* repono.

Phidias Iouem velut tonantem] Phidiæ Athenienſis *Iuppiter* Olympiæ, ex ebore & auro factus mirifice celebratur à Plinio lib. 7. cap. 38. & lib. 34. cap. 8. Vbi & de *Minerua* eiuſdem ex ebore, in arce Athenienſi poſita: & lib. 36. cap. 5. aitque ebore & auro, cum ſit cubitorum 26. conſtare. Et Cic. in paradoxis, in Bruto, & Oratore, & Tuſcul. 1. Quinctilianus lib. 12. cap. 10. Ariſtoteles ſeu quis alius libro de mundo ad Alexandrum. φασὶ δὲ ἀγαλματοποιὸν Φειδίαν κατασκευάζοντα τὴν ἐν ἀκροπόλει Ἀθηνᾶν, ἐν μέσῃ τῇ ταύτης ἀσπίδι τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ἐντυπώσασθαι καὶ συνδῆσαι τῷ ἀγάλματι διά τινος ἀφανοῦς δημιουργίας ὥστε ἐξ ἀνάγκης, εἴ τις βούλοιτο αὐτὸ περιαιρεῖν, τὸ σύμπαν ἄγαλμα λύειν τε καὶ συγχεῖν. Plutarchus in Pericle & de Iſide & Oſiryde, Thucydides lib. 2. & Pauſanias in fine Achaic. & in Atticis de Lemnia Minerua Phidiæ.

Aram miſericordiæ orna] Ἐλέου βωμὸν Athenis ſacrum fuiſſe auctor eſt Pauſanias: quam aram inſtar aſyli, ab Herculis nepotibus inſtitutam ait Seruius in 8. Æneid. vt Romæ à Romulo aſylum patefactum. De quo & Statius Papinius lib. 12. Thebaid.

Semper habet trepidos, ſemper locus horret egenis
Cœtibus: ignota tantum felicibus arae.
Fama eſt defeſſos acie poſt buſta paterni
Numinis, Herculeos ſedem fundaſſe nepotes.
Fama minor factis, ipſos nam credere dignum eſt
Cælicolas, tellus quibus hoſpita ſemper Athenæ,
Ceu leges hominumque nouum, ritusque ſacrorum,
Seminaque in vacuas hic deſcendentia terras
Sic ſacraſſe loco commune animantibus ægris
Confugium: vnde procul ſtarent iraque minæque.
Regnaque, & à iuſtis Fortuna recederet aris.

Theophilus Iuſtiniani Imp. Paraphraſtes libr. 1. Inſt. Ἀθηναῖοι ποιοῦντες τὴν ξενηλασίας ἀφοσιοῦντες, ὅτι καὶ βωμὸς ἐλέου πρῶτον παρ᾽ αὐτοῖς, οὕτως ἑτοίμως τοὺς εἰς αὐτοὺς φεύγοντας ὑπεδέχοντο ὅτι πολλάκις διὰ φιλανθρωπίας ὑπὲρ αὐτῶν καὶ πολεμεῖν ὑπὲρ αὐτῶν ἐν ἀνάγκῃ. Genua quoque ſupplices tangere, vt aram Miſericordiæ, ſolitos auctor eſt Plinius lib. 11. cap. 45. & in 3. Æneid. Seruius.

Dum Euthycrates aut Laſthenes] Hi proditores Olynthi, à Philippo, pecunia corrupti, vt auctor eſt Diodorus Siculus. Plures enim vrbes pecunia quam armis ſe expugnaſſe rex ille gloriabatur. Vid. Ciceronem li. 1. ad Atticum Epiſt. 10. Demoſthenes Orat. περὶ στεφάνου. Μέχρι τούτου

Λαδίνοι φίλοι ἀτομάζετο δεσπότων, ἕως πρίατο Ὀλυν-θον. De quo & Virg dixisse putatur, 6. Æneid. ex L. Vario:

> *Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem*
> *Imposuit, fixit leges pretio atque refixit.*

Pythia somnia] Rom. edit. *Pinthias omnia*, Perdifficilis hic locus merito visus Petreio, qui Pythio aliquo vate indigeret, mutabatque, *Somnia in summa*, vel *eadem*. in veteri erat *Phithia summa parasiue tortore*, ex quibus antiquæ scripturæ vestigiis leg. diuinabam, *Olynthij summam Parrhasius sine tortore fecit*: hoc est, Parrhasius emit Olynthium tantum seruum, sine vlla adinuentione tormentorum.

Si quis Olynthi] Aliter in veteri: *Læsa est, inquit, Resp. læsa. Non vt existimo aliquis Olynthi depositum negauerit, videbitur non hominem læsisse.* Suspicabat leg. *Læsa est, inquit Resp. Non læsa vt existimo.* Et mox. *Videbitur non nisi hominem læsisse.* Quam lectionem nisi probauero doctis, verba saltem transposita esse facile persuasero.

Pictura Herculis liberos occidentis] Hercules in furorē actus à furiis; Euripides enim in Tragœdia, quæ *Hercules furēs* inscribitur (qualem & Seneca Tragicus docuit) Irim inducit, quæ Iunonis iussu Lyssam Furiam, id est rabiem addnxit, vt Herculem in Furorem ageret: qui mente captus in filios crudeliter sæuiit, Cicero in Lucullo, qui est Academicarum li. 4. *Quid apud Euripidem Hercules, cum vt Eurysthei filios, ita suos configebat sagittis? cum vxorem interimebat? cum conabatur etiam patrem.* Et Lucanus lib. 1. Pharsalidos.

> *——Aut qualem Iunonis iniqua*
> *Horruit Alcides, viso iam Dite, Megæram.*

Quidquid est] In veteri fere legitur. *Quidquid est, bello partum est, contra ait: ille seruus alij emptori potest esse, Atheniensi non.*

Quod ciuem in sua seruitute tenuerit] Opt. ille liber Couarr. *in sui seruitute tenebit.* Et mox recte: *si quos tunc inter necessaria seruil. offic. ministeria percussit: Ministeria* autem pro ministris, vt sæpe I. Cti vsurpant.

Multi sunt quos detracto verbo] Pertinet ad imitationis rationem, de qua variæ sunt, & repugnantes doctorum hominum sententiæ, & sup. Suasor. 7. & Controu. xviii.

Medicos vt vim ignoratam] Vt Medicos mittam, videor apud Tertullianum legisse ab Herophilo Medico sexcenta cadauera secta fuisse. li. de anima cap. x.

Homo & probomo & professus] Easdem voces bis repetitas quis non videt? Tentabam. *venustissimus homo & probus.* In veteri per compendia legebatur *hō* & *p̄ho* Quid *philosophorum* aut *promos & condus* reperisse dicam librarium, & corrupisse?

Asinius qui bellum cum omnibus Atticis] *Atticos* vocat nō Græcos, sed Latinos, qui se Atticos dicebant, vt Caluus, & Brutus, itē Lælius, Scipio, Cato, apud Fabium li. 12. ca. 10. Alioquin Græce doctū Asinium Pollionem (si modo est, qui hic nominatur) fuisse, Græce scripsisse historiam ex Plutarchi Cæsare colligo.

Talentum in quo viginti quatuor sestertia] hoc est 24. millia sestertium, seu denariorum sex millia. Plinius lib. 34. cap. 11. *Talentum Atticum denariorum sex millibus taxat M. Varro.* Ita enim emendandum docuit Budæus lib. 4. de Asse, natumque mendum, quod Denarius olim figura decussatim scripta cum transuersa linea, vt in nummis veteribus apparet, sic pingeretur X. vnde librarius *XVI. millibus* fecerat, pro *Denariorum sex millibus.* Tu vide Pollucem li. 9. Atheneum lib. 4. cap. 6. Liuium quoque li. 34. Festum, & ceteros. Græca huic loco lucem adferunt. *Adde*, inquit, *vel deme, ne Atticum sit.*

Nisi mense Decembri audiret, dixit] Duo hic Græca verba exculpere tentaui. scriptum erat *Μεταβο-τανοεχ ὀχεν.* Fortasse *μόνον ἄρα ἦν.* quasi exspectandæ essent Kalendæ Ianuarij ad strenas accipiendas, quibus illas destinatas fuisse, quod annum aperirent, auctor est Symmachus Pr. vrbis lib. x. Epist. xxviii. *Ab exortu pæne vrbis Martiæ strenarum vsus adoleuit auctoritate Tatij regis, qui verbenas ex luco Streniæ anni noui auspices primus accepit.* Hanc tamen probiorem lectionem, nisi quid iudicaos fallor, in seriem admisi.

Nicetes dixit] Græca hæc integra esse præstare ausim, vt & Dorionis ea quę proxime sequūtur. Metrodori quoque verba, vt potuimus, repræsentanda curauimus.

Non odissent ignium auctorem] Hoc est *Promethea*, qui ignem de cœlo furatus est *ἐν κοίλῳ νάρθηκι*, vt Hesiodus ait: Quamquam Pausanias in Corinthiacis auctor est, Argiuos ignis primam inuentionem ad *Phoroneum Inachi* filium detulisse.

Hispo rideon honeste *Romanus* fecit] Tametsi in veteri vna voce *Hisperideon* legatur, integrum tamen nomen HISPO ROMANVS est: qui non est postremarum partium in hac declamandi fabula. Quidam etiam SPIRIDION reponunt. Mox etiam SYPERIDEON nominatur, voce ex totidem syllabis conflata: dicam tamen quod sentio: Senecam puto risus caussa Latinam Græca terminatione vocem finxisse, q. d. ridendum est: vt Cicero lib. 1. Epist. ad Atticum. *Istos consulatus non flocci facteon*, vt Budæus legit: Turnebus vero *ἰατέον.* Sed hæc coniectura tantum mea nihil vt temere affirmem. sup. Controu. ix. extrema *Glycon Spiridion* Græcus Declamator, verum in nominibus propriis sæpe hic peccatur.

Traditur enim Zeuxin vt puto] Sic locū emendaui & hiatum expleui, quod particula *enim* Græcis characteribus etiā in codice nostro scripta esset, ansam librariis dedit, vt vacuum spatium relinquerent, iis præsertim temporibus quibus Accursius tanquam ex Tripode responderat, *Græca si occurrant, legi non posse, intelligi multo minus.* Sed hoc perfamiliare librario esse nostro deprehendi qui sæpe *Glyconis* nomen Græce scripserat. Historia nota ex Plinij li. xxxv. c. x. Zeuxin cum Parrhasio de picturæ gloria certasse. Ille enim vuas ferentem pinxit, ad quas cum aduolassent aues, operi suo iratus dixit, vuas melius pinxi quam puerum: nam si & hoc consummassem, aues timere debuerant.

Nisi similis esset] In veteri diserte scriptum erat, *vt similis esset*: sed particula *vt* oblitterata, & pro duabus his litteris, audaculus quidam totidem voces *aues nisi* ad oram collocarat. Mihi nimis hæc temeraria emendandi ratio semper visa, vt, quæ ipsa ingenij tarditate non intelligas, ea arbitratu immutes. Rob. Titius Cōtrouersior. Locor.

li. r

li.1.cap.22.legebat: *si puer similis esset.* Equidem ne à symbolis hioc abeam, quod ea res iudicij nostri qui Senecam edolandum suscepimus, esse videatur, tentabam nulla vi adhibita, vel intrusa voce. *Non fuisse enim aduolaturas ei, si similis esset.* Verum mea non prius amare soleo, quam doctis ea probauerim.

Zeuxin aiunt obleuisse vnam] Non dissimile de Protogenis pictura Strabo lib.xiv. Geograph. in qua perdicem, quod eum homines tantum admirarentur, & viui perdices accinerent, Satyrum quoque quamquam perfectissimum contemnerent, spongia inducta oblitterasse refert. Nam πάρεργον τῷ ἔργῳ cedere oportere, nec pluris faciendum esse iudicabat.

Pinge Triptolemum] Auctor Rhetoric. ad Herennium lib.iv. *Si Triptolemus cum hominibus semen largiretur, ipse ab aliis id mutuaretur.* Tu lege Ouidium iv. Metamorph. extremo. Appariturij autem Gręcam sententiam, qua licuit, exculpsi, ne & hæc ἀπωλὴς Declamatio esse videretur.

IO. PETREIVS.

PICTVRÆ *tua excipio*] forte *exscindo*, vt sint verba Philippi. Tantum excisa est ciuitas, vt tu posses pingere: nam nihil crudelius in toto excidio factum est.

Mersit] in excerptis est, *hominem mersit.*

Potest cernere] Fort. leg. *sustinere.* Vel dic. *Non potest in eo cernere quantum sit satis ad exprimendam picturam.*

Quid non?] Fort. *Quid nunc?* & mox, *cum maxime* lego, *cum*, vel *hunc maxime vultum seruate.*

Dona soluuntur] melius est in Declamationibus. *In isto templo pro Olynthiis vota suscepimus.* Scilic. vbi tu tabulam suspendis.

Lasthenem] Olynthum Philippus per proditionem, corruptis vrbis principibus Lasthene & Euticiate, cepit. Ferunt dicere solitum: nullam vrbem esse tam munitam, quin, si asinus auro onustus ingredi possit, expugnari queat. Cicero 1.lib. epist. ad Atticum.

Quemcunque prae eo] omnia hæc sunt corruptissima, nec videtur aliquis sensus elici posse.

Pinge Philippum] Iustinus, in Scythia ita dicit in femore vulneratum, vt per corpus eius equus interficeretur.

Iaculo perfractum] *fracto* vet. lib. Deest, *humerum* aut *femur.*

Non serua propositum] quia plus torques, quam pictura debet exprimi.

Si ad succurrendum] Sic emendandum ex declamationibus, quamquam nec illic omnino emẽdate legitur, *si ad succurrendum profectus es, queror quod vnum ex his emisti*: deinde distinguendum, *Vtinam Philippe*, &c.

An ille] tortor, videlicet.

Pythia Somnis] Ipso Pythio Deo, hic locus indigebat: si tamen aliquid immutare licet, aliquid lucis afferre potest, nam Adagium est, *Pythia & Delea eadem*: quod de operibus ita exactis & consummatis dicitur, quibus nihil in vita cõsummatius sperandũ sit. Vide Chiliades. Dicebat igitur senex, ita mihi cruciati vultum & tristis speciem expressit tuus tortor, o Parrhasi, vt nullis tormẽtis admotis magis exprimi possit: oee tu iam expressiorem debeas expectare. Illud autem *Somnia* mutandum est, vel *summa*, vel, *eadem.*

Facere licuerit] distinguit *Oportet*, & *licuit*, vt *licere* solam dicit facultatem. *Oportere* etiam honestatem & decorum.

Æstimatio] fort. *æstimatio iniuncta est*, vt ii, qui faciunt, quod non oportet, damnantur sola multa pecuniaria: qui autem, quod non licet, ii puniuntur.

Fur accusator proditoris, CONTROVERSIA XXXV.

LEx. *INIVRIARVM SIT ACTIO.* Lex. *FVR CONCIONE PROHIBEATVR.* Thema *Quidam cum diuitem postulasset proditionis, noctu parietem domus eius perfodit, & scrinium, in quo missæ erant ab hostibus litteræ, sustulit. Damnatus est diues. Concionari cum vellet accusator, à magistratu prohibitus est. Agit iniuriarum.*

PRO FVRE. *Porcij Latronis.* Id solum sustuli, quod fur reliquisset. nihil tam fur timuit, quam ne dominus furtum nollet agnoscere. Fac mihi inuidiam: prodidi furtum meum. Ago magistratui isti gratias: cum ad illum furtum meum detulissem, furem summoueri non iussit. Ruentem cioitatis statum vnius parietis ruina reposui. *Osci.* Sollicitus erat, ne quod perdiderat quæreretur. Indicium profiteor, multos furti conscios habeo. furti mei ciuitas conscia est. At illud tuto illi ostẽdi. hoc furtum non solus habeo. Furtum est, quod timet dominus agnoscere? potui non esse pauper, habui quod magno venderem. Teneo ecce epistolas, in quibos manifesta proditionis argumenta sunt, in quibus hostium consilia. Te interrogo si furtum est, repono. *Musa.* Furtum vocas, quod qui perdiderat, negabat suum. furtum feci, sed ex hostibus. *Clodij Turrini.* Furtum vocas, quod qui perdiderat, supplicium tulit: qui surripuerat, præmium? Vtri permisissetis loqui, si eo tempore fur venisset & dominus? potui Remp. magno vendere vel proditori. *Arellij Fusci Patris.* Mille nauium duces furto Troiam cepistis. si bene furto euertuntor vrbes, quanto melius seruantur? Si non indicauero cuius sit, nemo cognoscet. *Vibij Rufi.* Cuius ego si potuissem, non parietem tantum, sed pectus ipsum perfodissem. Nondum totum consummaui officium: non est tam augusta Respublica, vt ab vno opprimi possit. *Cestij Pij.* Nolite à me omnia exigere quæ scio. multa sunt: quædam & in concione dicenda. Hoc furtum liberos vestros docete. Rogo vos Iudices, per furtum meum, quoties furtum meum protuli, tacet dominus, ego fur? Ecce altera iniuria. Non tu, inquit, perfodisti domum? Tace, ego noui ista melius. Narrare soleo, non negare quæ scio.

Cetera desunt. Quæ sequuntur, ex Epitoma sumta sunt.

In forum veni, narraui nocturnam expeditionem meam. Conuenerant omnes tanquam ad concionem. Cur me submoues ante accusationem, cum nec proditores inauditi pereant? O furtum in concionem narrandum! proditoris vigilantissimum pectus, & in exitia nostra semper sollicitum, publica fata sopiebãt. Ita etiam ministros eius alligauerat somnus, vt mihi liceret eligere quod tollerem. Diruere mihi videbar hostium muros. Furtum vocas, quo nihil melius tuo anno factum est. Nemo fur Rempub. cogitat. nihil noo licet pro Repub. facere.

PARS ALTERA PRO MAGISTRATV. Quale illud, dij spectaculum fuit? composuerat inter se fortuna Reip. furem, & proditorem. vt vidit inutile furtum suum, prodidit, vt nobis venderet quod nulli poterat. Tam callidus fur, vt etiam proditori posset imponere. Consilium videri vult felicitatem furti sui. Lex quæ nocturnum furem occidi quoquo modo iubet, non de damnato, sed de fure loquitur. Odit hoc vitium. nec immerito. non multum abest à proditore. Sustulit quod non elegit, sed quod illi fatum publicæ felicitatis obiecit. Vno tempore & proditorem nobis ostendit, & furem qui diuitem complicare mallet, quã damnare. Effregit domum manu suspensa, elusit illum. non tunc primum fecit. Sustulit, non quod voluit, sed quod potuit. Bono exemplo damnatus est proditor, malo inuentus.

IN CONTROVERSIAM TRIGESIMAMQVINTAM

NIC. FABER.

V*NIVS parietis ruina reposui.*] Excerpta, *suspendit.*

Sollicitus erat, ne quod perdiderat, quæreretur.] At fur nihil perdiderat, immo furto acquisierat. quomodo igitur sollicitus esse potuit, ne quod perdiderat, quæreretur? diues etiã sollicitus esse non poterat, ne quod perdiderat quæreretur, cum in eius esset potestate vel furtum quærere, vel tacitum ferre. Vide igitur ne legendum sit, *sollicitus eram, ne quod perdiderat quæreretur*, id est, ne diues furtum sibi factum silentio præteriret, res furto ablatas non agnosceret.

SCHOTTVS.

F*VREM submoueri non iussit*] In vet. diserte, *puerũ suum moueri non iussit*. Suspicor vulgarem sollicitari non debere. Etenim meretrices & lenones. Cootr. II. & rursum XXV. à lictoribus submoueri prodeunte Consule, solitos dixit Seneca ita & fures, vt infames, solere verisimile est.

Furtum est, quod timet dominus agnoscere?] Furtum esse negat. quod infitietur dominus sibi ablatũ. Est enim *furtum, contrectatio fraudulosa lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam vsus eius, possessionisve, quod lege naturali prohibitum est admittere*. Paullus in l. 1. ff. de furtis, & Iustinianus libro IV. Inst. Tit. I.

Mille nauium domini Græci] Rotundo numero vsus est vt & Maro Æneid. II.

Non anni domuere decem, non mille carinæ. & li. IX.

Non armis mihi Vulcani, non mille carinis

Est opus in Teucros.

Et Æschylus in Agamemnone στόλον Ἀργείων χιλιοναύτην Euripidis enim Scholiastes mille centũ & septuaginta naues fuisse ait. Homerus Iliados β'. in Catalogo nauium mille, centum, octoginta sex, numerat, quem numerum & Isacius Tzetzes in Lycophronẽ notauit his litteris α.ς. π.ς. Dion vero Chrysostomus mille ducentas. Hygini hac de re locus nimis mendosus est. M. Varro lib. II. Rei rusticæ cap. I. *Si numerus non est ad amussim, vt non est, cũ dicimus, mille naues esse ad Troiam centumuirale esse iudicium Romæ.* & LXX. Interpretes vulgo dicimus pro LXXII. Illud moneboin vetere nostro nihil amplius, quam in hactenus editis fuisse: integram tamen declamationem non esse (vt nec supra extremo lib. III. Quinctam decimam Controu.) ex Epitoma libri X. vnde, quæ hic desiderantur, cetera peti possunt.

IO. PETREIVS.

E*GO fui?*] supple, *loquor*. aut quid simile, imo interrogatiue.

Nec immerito] sic hoc distinguendum: *nec immerito: non multum abest à proditore.*

Luxit illum] hoc est apparuit, indicio fuit.

SCHOTTVS

Non vni Herculi cum hydra Lernæa pullulantibus capitib. res fuit: nam & mihi domitis tot mendarum monstris alteram aciem obijci video. Librorum enim huius Epitomæ quinque, Primus, secundus, septimus, nonus, & decimus (sequor enim Frobenianam & Gryphianam, primasque editiones, nuperis illis & interpollatis longe meliores, quod à scriptorum librorum fide propius absint) Excerpta quædam continent ex quinque libris Controuersiarum Senecæ, ab aliquo Eloquentiæ studioso collecta. Reliqui verò libri, Tertius, quartus, quinctus, sextus, & octauus, singulares sunt: integra enim quæ erant, temporis iniuria interciderunt: quod compendijs illis, vel potius dispendijs, acceptum ferimus, Perdifficilis itaque amissis fontibus, de riuulis conlectatio. Tamen & hic quædam ἐν παρέργῳ ne quid ad operis totius editionem omisisse viderer adnotaui. Aliorum verò quinque librorum vbertores emendationes Controuersiis, suo quæque loco, inspersæ sunt: quod ex comparatione mutuam operam præstiterint; cum hic quædam, nonnulla illic rectius legerentur, & non ad oram libri, sed in calcem, varias lectiones in Senecam Rhetorem de vett. libris conieci. In Epitome verò emendanda antiquiss. sum vsus codice Ant. Augustini egregij Præsulis, & omni doctrinæ genere ita perpoliti, vt paucos ei comparem, anteponam neminem. Suppeditabit & Ferdinandus Pintianus quædam, si vacat cum his committere: Suggeret quoque non pauca, quem nunc primum trans Pyrenæos adferimus Io. Petreius Toletanus, ex cuius Scholijs optima quæque seposita, Emendationesque exscripsi. Verum de his eruditos omnes, quibus non præiudico, ex æquo & bono existimaturos confido. Vale.

INDEX EPITOMÆ LIBRORVM

Quinque Controuersiarum, quæ interciderunt.

LIB. III.

Præfat. de Cassio Seuero.
I. Luxuriosus à sodalibus excæcatus.
II. Paricida æquis sententiis absolutus.
III. Abdicãdus quia fratrẽ abdicatũ adoptauit.
IV. Seruatus à filio.
V. Pater raptam continens.
VI. Domus cum tyranno incensa.
VII. Venenum datum filio furenti.
VIII. Olynthius pater reus concursus.
IX. Crux serui venenũ ægro domino negantis.

LIB. IV.

Procemium de Asinio Pollione & Asinio F. & de Q. Haterio.
I. Pater à sepulchro à luxurioso raptus.
II. Metellus caecatus.
III. Patre exule filia rapta.
IV. Armis sepulchri victor.
V. Priuignus medicus.
VI. Indiscreti filius & priuignus.
VII. Tyrannicida, & adulter tyranni.
VIII. Patronus operas remissas repetens.

LIB. V.

I. Laqueus incisus.
II. Gener diuitis inimici.
III. Fratres pancratiastæ.
IV. Damnatus paricidij alligans fratrem.
V. Exusta domus cum arbore.
VI. Raptus in veste muliebri.
VII. Trecenti ab Imperatore recepti.
VIII. Tyrannus post abolitionem candidatus.

LIB. VI.

I. Chirographum cum abdicato.
II. Exul pater fundo prohibitus.
III. Mater nothi, lecta pro parte.
IV. Potio ex parte mortifera.
V. Iphicrates reus.
VI. Adultera venefica.
VII. Demens qui filio cessit vxorem.
VIII. Versus virginis Vestalis.

LIB. VIII.

I. Orba post laqueum sacrilega.
II. Phidias amissis manibus.
III. Infamis in nurum.
IV. Homicida sui.
V. Fortis nolens ad patrem fortem redire.
VI. Pater naufragus diuitis socer.

EPITOME SEV

EXCERPTA EX LIBRIS CONTROVERSIARVM

M. ANNÆI SENECÆ, QVÆ HACTENUS L. Annæo Senecæ Declamationum titulo adſcripta ſunt.

EX LIB. I. CONTROVERSIARVM.

Patruus abdicans. DECLAMATIO I.

Excerpta ex Controu. s. lib. 1.

LEX. *LIBERI PARENTES ALANT. AVT VINCIANTVR.* Thema. *Duo fratres inter ſe diſſiderant: alteri filius erat. Patruus in egeſtatem incidit. Patre vetante, adoleſcens illum aluit, ob hoc abdicatus tacuit. Adoptatus à patruo eſt. Patruus accepta hereditate, locuples factus eſt. Egere cœpit pater. Vetante patruo aluit illum adoleſcens. Abdicatur.* C. D.

DECLAMATIO. Eo iam perductus erat, vt omnem ſpem vltimorum alimentorum in ea ſola domo poneret, in qua habebat abdicatum & inimicum. Ipſe, inquit, me ali vetuit. Imitationem alienæ culpæ innocentiam vocas. Omnis inſtabilis & incerta felicitas eſt. Quis crederet iacentem ſuper crepidinem Marium, aut fuiſſe conſulem, aut futurum? Quid non timendum felicibus putas? Quid deſperandum infelicibus? Ne circa plura inſtabilis fortunæ exempla te mittam, vide quis alimenta rogetur, & quis roget. Non ſum hoſpes grauis. Vnum ſenem aduoco. Hoc tibi vitio placui pater. Perierat totus orbis, niſi iram finiret miſericordia. Iactatus inter duos patres vtriuſque filius, ſemper tamen felicioris abdicatus. Illud tamen pater deos teſtor, diuitem te relinquo. Circum ibo tecum pater alienoa limina. Oſtendam omnibus, & me qui alimenta dedi, & te qui negaſti. Abdicari non poſſum ob id quod feci, lege cogente. Quid ſi flere me vetes, cum vidi hominem calamitoſum? Non ſunt affectus noſtri in noſtra poteſtate. Quædam iura non ſcripta, ſed ſcriptis omnibus certiora ſunt.

PARS ALTERA. Creſcere ex mea propoſuit inuidia homo, qui ſe melius iactare poteſt, quam defendere. Iuſtus meus metus, ne hæredem ingratum ſcribam, inimicum relinquam. Etiam ſi tu non odiſti eum, qui fecit mihi iniuriam: ego odi illum, qui fecit tibi. Deſinit eſſe filius, qui non tantum à patre abdicatus, ſed ab alio adoptatus eſt. Audite quam valde eguerim. Fratrem rogaui. Quis es tu, qui de facto patrum feras ſententiam? Ad te arbitrum odia noſtra non mittimus. Iudices deos habemus.

EXTRA. *Alſius Flauus* prætextatus apud Ceſtium controuerſias declamabat. Semper autem commendabat eloquentiam eius aliqua res extra eloquentiam. In puero eloquentiæ lenocinium erat ingenij ætas.

NOTÆ IN EPITOMEN DECLAMATIONVM.

IN DECLAMAT. I. LIB. I.

ANDREAS SCHOTTVS.

P*Atruus abdicans*] addunt quidam *Nepotem*, ſed ineptè. Nam *fratris filium* dicendum, ex Iureconſultorum, ad quas hæc tractatio pertinet, ſentẽtia. Nepos enim aui Nepos eſt, non patrui. Sed hæ declamatioóum inſcriptiones, ab indoctis librariis & Grammaticis confictæ. Quare nihil ſudandum putem.

IO.

IO. PETREIVS.

C*Ircumibo*] Quomodo si misericordiam quærit, patri à mendicitate protinus subicit mentionem sceleris? *Et te, qui negasti?* quæ res miseratiouem auertit. Proinde dicendum, aut cum dicit, *tecum pater*, intellexisse adoptantem, aut si eum non intelligat, intelleaisse postea cum dicit, *& te qui negasti*, sed vtrumque displicet. Et ideo prior clausula pertinet fortassis ad patrem mendicum, sequens ad adoptantem, cui aliquid deest. in Controuersiis autem sic legitur, *Circuibo tecum per aliena limina.*

Audite quam] Huiusmodi illud est: *Quid amplius dicam? matrem occidisti.*

Sacerdos prostituta. DECLAMATIO II.

LEX. *SACERDOS CASTA E' CASTIS, PVRA E' PVRIS SIT.* Thema. *Quædam virgo à piratis capta venit. Empta à lenone, & prostituta est. Venientes ad se exorabat stipem. Militem qui ad se venerat, cum exorare non posset, cum luctantem & vim inferre volentem occidit. Accusata, absoluta, & remissa ad suos est. Petit sacerdotium. Contradicitur.* Contr. 2. lib. 1.

DECLAMATIO. Sacerdos vestra adhuc in lupanari viueret, nisi hominem occidisset. Quo mihi sacerdotem, cuius precaria castitas est? Id enim deerat, vt eas templa recipiant, quas aut carcer, aut lupanar eiecit. Indignam te sacerdutio dicerem, si transisses per lupanar. Fortuna, inquit, pati coegit & misereri debent omnes mei. At nos non facimus miserandas sacerdotes. Nec est apud nos maximus honor vltimorum malorum solatium. Ita domi custodita est, vt rapi posset. Ita curæ fuit suis, vt rapta non redimeretur: ita raptæ pepercere piratæ, vt lenoni venderent: sic emit leno, vt prostitueret: sic venientes deprecata est, vt ferro opus esset. Mouet me respectus omnium virginum, si in ciuitate nulla inueniri poterit, nec meretrice castior, nec homicida purior. Nulla est satis pudica, de qua quæritur. Omnes, inquit, exoraui. Si quis dubitat an meretrix esset, audiat quàm blanda sit. Putemus tres sacerdotium petere, vnam quæ capta sit: alteram quæ prostiterit: tertiam quæ hominem occiderit. Omnibus nego.

PARS ALTERA. Voluerunt Dij esse miraculo, in captiua libertatem, in prostituta pudicitiam in homicida innocentiam. Narrent sane omnes tanquam ad prostitutam venisse, dum tanquam à sacerdote discesserint: quàm pudica sit, miles ostendit: quam innocens, iudex: quàm felix, reditus. Inter tot pericula dij non seruassent, nisi sibi seruatrici fuissent. Totum populus ad seruandam pudicitiam contulit, quidquid ad violandam attulerat. Dicat diis pudicitiam quibus debet.

EXTRA. Longe recedendum est ab omni obscœnitate & verborum & sensuum. Quædam satius est, causæ detrimento tacere, quàm verecundiæ dicere.

Incesta de saxo. DECLAMATIO III.

LEX. *INCESTA DE SAXO DEIICIATVR.* Thema. *Incesti damnata ante quam deijceretur, Vestam inuocauit, deiecta vixit. Repetitur ad pœnam. Contradicitur.* Contr. 3. lib. 1.

DECLAMATIO. Id enim deerat, vt modestior in saxo esset, quàm in sacrario fuerat. Dubitari non potest, quin vsque deiicienda sit, donec efficiatur, propter quod deiecta est.

Patrocinium suum putat pereundi infelicitatem. Quid tibi importuna mulier imprecer? nisi vt ne bis quidem deiecta pereas. Exponam cum quo stuprum, vel quando commiserit. Quia probaui ista, damnastis. Non putas legem cauisse vt perires, quæ cauit quemadmodum perires? Male de diis existimas, si sacerdoti suæ tam sero succurrunt. Ita dij maluerunt absoluere damnatam, quàm sacerdotem?

PARS ALTERA. Damnata deiecta est, absoluta descendit. Putares puellam non deiici, sed demitti. Lea sacerdotem non ad saxum vsque differret, nisi sententiam deorum expectaret. Erat altitudo montis etiam secure despicientibus horrenda.

IO. PETREIVS.

Hoc expectatis vt] Subindicat impudentiæ fuisse, quod ausa sit Deos in saxo inuocare? sed id durum videtur. Cui enim impudentiæ sit, quod permittatur; Nisi intelligat in hoc fuisse impudentiam. quia ita voluerit occultare incestum, Deos obtestans Quasi diceret, impudens fuit in sacrario, erit & in saxo.

Fortis sine manibus. DECLAMATIO IV.

LEX. *ADVLTERVM CVM ADVLTERA QVI DEPREHENDERIT, DVM VTRVMQVE CORPVS INTERFICIAT, SINE FRAVDE SIT. LICEAT ADVLTERIVM IN MATRE ET FILIO VINDICARE.* Thema. *Vir fortis in bello manus perdidit: deprehendit adulterum cum vxore, de qua filium adolescentem habebat. imperauit filio, vt occideret. Non occidit. Adulter effugit. Abdicat filium.* C. D. Contr. 4. lib. 1.

DECLAMATIO. Solus ego ex omnibus maritis nec dimisi adulteros, nec occidi. Quis non putet aut me sine filio fuisse, aut filium sine manibus? Conceptus est iste: ex quo? sciemus, cum adulteros deprehendero, Tunc primum sensi me manus perdidisse. In bello meas, domi etiam filij manus perdidi. Tam frustra ad filium, quàm ad gladium cucurri. In bella non venit, & ante patriæ quàm patri negauit manus. Vsque eo pugnauit pro vobis, vt pro se non posset. Adolescens quos dimisisti, se

quere. Non potui, inquit, matrem occidere. Quo fis excusatior, adiice, & patrem.

PARS ALTERA. Alterum putaui parricidium, matrem coram patre occidere. Non semper scelera nostri sunt iuris. Atroces quoque animos misericors natura debilitat. In tam inopinati flagitij spectaculo, toto corpore stupui. Pater, tibi manus defuerunt, mihi omnia, priusquam in me reuerterer exierunt. Maius erat scelus quod imperabas, quàm quod deprehenderas. Si quid exegeris maius viribus meis, dicam, Ignosce, non possum. Ignoscit filio pater, nauigationem recusanti, si non ferat mare: ignoscit non sequenti castra, si non potest, quamuis ipse pater militaris sit. Ipsam legem recita *Liceat & marito, Liceat & Filio*. Quare tam multos nominat, nisi quia aliquos putat esse, qui non possint? Exierunt adulteri inter patrem debilem & filium stupentem.

SCHOTTVS.

IPsam legem recita. *Liceat & marito. liceat & filio.*] Malim, *liceat & patri*, vt in ipsa Controuersia legitur: & in capite legis Iuliæ de Adult. vt suprà adnotauimus. In Fabio quoque Declamationis Senecæ, quæ intercidit, lemma exstat lib. 11. cap. 11. Huius summa erat: *Pater filium & nouercam, inducente altero filio in adulterio deprehensos occidit. Duc sequor, Accipe hanc senilem manum, & quocumque vis imprime.* Et paullò pòst: *Accipe*, inquit, *quod diu non credidisti*: Non placet igitur, vere vt dicam, Pintiani emendatio, qui initio legit. *Liceat adulterium & marito & filio vindicare* vulgarem retineo, quæ in Controu. legitur, *Liceat adulterium in matre & filio vindicare*. Nam de marito minime quidem dubium, vt de filio: qui nullum in matrem ius habet.

IO. PETREIVS.

ET ante patria] Et in scelerib. vindicandis, etiam patriæ opera præstatur, quam ille negauit Sed quomodo *prius*? Quoniam ei prius videtur negari cui prius debetur: prius a. debetur patriæ Vel *prius negauit*, quoniam qui in bellum cum posset, non exiuit, patriæ videtur negasse manus.

Vsque eo] Hoc de patre intelligitur, quoniam dum pro patria manus amittit, se vindicare non potuit. Et ideo melius in Controuersijs: *Nulli vnquam viro forti plus debuistis. Vsque eo pugnauit pro vobis, vt pro se non posset.* Nec mirum si varietur persona. Est enim alterius Declamatoris, qui personam patroni, non patris agebat.

Raptor duarum.

DECLAMATIO V.

Controu. 5. lib. 1.

LEX. RAPTA, RAPTORIS AVT MORTEM, AVT INDOTATAS NVPTIAS OPTET. *Vna nocte quidam rapuit duas. Altera mortem optat, altera nuptias.*

DECLAMATIO. Stupro accusatur, stupro defenditur. Cum altera rapta litigat, alteram aduocat. Vindicate patres. Fortior publicæ disciplinæ seueritas surgat, iam binæ rapiuntur. Coit populus, velut publico metu territus, vix credens duos fuisse raptores. Alteram iniuriæ rapuit, alteram patrocinio. Perieras iam raptor, ni bis perire meruisses. Si te ante rapuisset, & nuptias optasses, deinde hanc viti asset antequam nuberes, negares illum, iubente rapta, debere mori? Nihil amplius raptori præstare potes, quàm ne lege tua pereat. Contra alienam legem nullum ius habes. Tu raptori præstas, vt illum ipsa non occidas. Non potes præstare, ne quis occidat.

PARS ALTERA. Inter pares sententias mitior vincat. Refer Virginiam, dic Lucretiam. Plures tamen Sabinæ sunt. Contumeliosum mihi erit, te dignam videri, in cuius honorem homo occidatur: me dignam non videri, in cuius honorem seruetur.

IO. PETREIVS.

REfer Virginiam] Propter illam adulteria sunt vindicata, propter has remissa. Numero igitur quæ vincunt exempla, potiora sunt.

Archipirata filia.

DECLAMATIO VI.

Controu. 6. lib. 1.

CAPTVS à *piratis scripsit de redemptione, non redimebatur. Archipiratæ filia eum iurare coegit, vt duceret se vxorem si dimissus esset, iurauit. Relicto patre secuta est adolescentem. Duxit illam. Orba incidit. Pater imperat, vt archipiratæ filiam dimittat, & orbam ducat. nolentem abdicat.*

DECLAMATIO. Bonæ spei vxor, bonæ spei nurus, quæ vel amare potest captiuum, vel odisse patrem. In carcere, inquit, ac tenebris iacebam. Narra, obsecrò, soceri beneficia, puella non misericordia mota est, sed libidine.

PARS ALTERA. Eo me loco non deseruit, in quem & pater venire timuit. Vidisses membra vinculis pressa, macie retractos introrsus oculos, attritas cathenis & inutiles manus: talem quis amare, nisi misericors, potest? In tot Consulatibus Marius nihil habet clarius quàm se auctorem. Pompeium, si hereditariæ extulissent imagines, nemo Magnum dixisset. Seruium regem tulit Roma. Quid tibi videntur illi rapti ab aratro, qui paupertate sua beatam fecere Rempublicam? Non possumus vna felices esse: quod solemus, vna infelices erimus.

IO. PETREIVS.

HIc loci communes sunt: de laude paupertatis, de amore qui in aduersis exploratur, de gratitudine. Pater obiicit quod ignobilis sit puella, quod impudica, quod perfida. Ignobilis archipiratæ filia. Impudica quæ adolescentem sit secuta captiuum. Perfida, quod patrem deseruerit. Et per omnia se debet ostendere de filio sollicitum. Et omnes Colores inducit, quib. illam faciat suspectam. Quæstio illa de iureiurando à patre potest esse: An teneatur iureiurando qui coactus fecit.

A piratis tyrannicida dimissus.

DECLAMATIO VII.

LEX. LIBERI PARENTES ALANT, AVT VINCIANTVR. *Quidam alterum fratrem tyrannum, alterum in adulterio deprehensum, deprecante patre, interfecit, A piratis captus scripsit patri de redemptione. Pater piratis epistolam misit, si præcidissent ei manus, duplam pecuniam se daturum. Piratæ illum dimiserunt. Pater in egestatem incidit, petit alimenta. Negantem vult in vincula ducere* C. D. Controu. 7. lib. 1.

DECLAMATIO. *Si præciderint.* Si irasceris, potius scribe: *Si occiderint.* Tyrannicida eaitum tyranni rogo, non timeo, ne quas manus piratæ soluerunt, iudices alligent. Pro adultero filio rogas. Quærit nunc, quomodo tyranni fiant. *Duplam dabo.* Apparet. pro vnico filio rogat. *Dulpam dabo*: alteram pro filio, alteram pro tyrannicida. *Si manus præcideritis.* Hoc nec adultero fecimus, nec tyranno. Et iamnum manus meas petis? Nega tuam esse epistolam. & habes argumentũ. dic: Ego rogare etiam pro adultero soleo. Remiserunt me Reipublicæ cum manibus, patri cum epistolis. Hoc nostro seculo ad fabulas deerat, vt narraretur aliquis solutus à piratis, alligatus à patre. Eius crudelitatis emptor, cuius nec pirata venditor. *Duplam dabo.* Quid necesse est? potui vilius solui. *Vt præcidatis manus.* Obstupuere prædones, & Indica, inquiunt, patri, non nimia piratas vendere. Qualem optem patrem, nescio. Diues debilitat, egens alligar. Neutrum manibus meis expedit. Vbi est patrimonium tuum, quo tyrannos instruis, quos adulteros facis?

PARS ALTERA. Suscepi tria prodigia, inter me, & se furentia. Vnum, qui posset patriam opprimere: alium, qui fratrem violare: alium, qui patrem. Lex hæc scripta est pro malis patribus. Nam boni etiam sine lege aluntur. Sciebam piratas non facturos, nisi pecuniam accepissent: & si sperassent, vtique præcidissent. Non ita illa patris, sed calliditas fuit. Vnde redimerem, non habebam. Rogare in tam auara ciuitate neminem poteram, in qua nec filij quidem patres alunt. vsus consilio sum, sciens piratas non crudeles, sed auaros. feci vt desperarent, quod posses redimi. An prudenter cogitauerim, nescio. interim feliciter cogitaui. Exclusa mens est, ex quo vidi vnum in arce filium, alterum in adulterio, tertium in particidio. Relictus solus ex his senex.

EXTRA. Hic color approbandus est impetu. Magna enim vi opus est, vt aliquis accusando se miserabilem faciat. *Sparsum* memini hominem inter scholasticos insanum, inter sanos scholasticum.

IO. PETREIVS.

NEga tuam esse epistolam] Id est, ex hoc ipso quod petis, potes habere argumentum tuam non esse epistolam. Vel aliter: si vis negare te non petiuisse, si negaueris tuam esse epistolam, habebis argumentum ex indulgentia tua, qui etiam pro adultero rogare soleas. Vbi enim dixit, *habes argumentum*, subiicit statim, *Dic*: quasi hoc est argumentum, & ita inuidiam illi, qui cum rogaret pro adultero, accuset frugalem.

Ter fortis.

DECLAMATIO VIII.

LEX. QVI TER FORTITER FECERIT, MILITIA VACET. *Ter pater fortem in acie quarto volentem exire retinet, nolentem abdicat.* Controu. 8. lib. 1.

DECLAMATIO. Quod patriæ superest, patri vindico. O me filio pugnante, lassum. Iam pro te nescio quid etiam lea timer. Miraris, si quod legi satis est, patri nimis est. Causa mihi abdicandi est, ne sine filio viuam. Abdicatio mea in potestate abdicati est. Optimus virtutis finis est, antequam deficias, desinere. Lea quoque ter viro forti aut diffidit, aut consulit.

PARS ALTERA. Certe abdicatis pugnare licet. Pudet me, tet victi militant. Senator post sexagesimum & quintum annum in curiam venire non cogitur, nec vetatur. Quicquid honoris nomine datur, in vtramque partem licet. Alioquin desinit præmium esse, cui necessitas iniungitur. Otium imperas animo non otioso. Tumultus exortus est. In me omnium ciuium diriguntur oculi: & adhuc, verum dicendum est, nihil mihi patria debet. Nunquam pugnaui, nisi coactus. Adhuc militia mea legis munus est. Athenienses abdicato vicerunt duce. Quantum interest! ille abdicationem virtute deleuit, ego merui.

IO. PETREIVS.

ATheniensis] Themistoclem intelligit, de quo Plutarchus. In quibus autem aliqui fingendo dissentiunt, à patre illum repudiatum esse, & voluntarium matris interitum ex filij ignominia conflatum, ea & falsa videntur, & contrariæ quoque auctoritates adsunt.

EX LIBRO SECVNDO CONTROVERSIARVM.

Adoptandus post tres abdicatos. DECLAMATIO I.

Contr. 1. lib. 2.

DIVES *tres filios abdicauit. petijt à paupere vnicum in adoptionem: Pauper dare vult: nolentem ire abdicat. Contradicitur.*

DECLAMATIO. Nunquam fututum putaui, vt aut pater meus liberos odisset, aut diues concupisceret. Diu dubitaui, ille amicum tentaret, an hic filium. Ita nos pauperes sumus, qui habemus quod diuites rogent; Si immerito abdicauit, odi patrem, tot eiicientem innocentes: si merito, odi domum tot facientem nocentes. Amo æque paupertatem ac patrem: vtrique assueui. Non tibi per multos fulta liberos domus est: quanquam nec sic quidem debuisti dare. Tutior aduersus fortunam est, cui aliquid post damnum superest. Abdico, inquit. apparet, vnde venias. Vna inter nos disputatio est: Iste me dignum putat beato patre, ego me meo. Diuitem, inquit, esse te volo. O me abdicandum, si talem patrem relinquo. Quid me videri velim, nescio. Innocentem? sed abdicor: nocentem sed adoptor. Non vt in ceteris abdicationibus, in mea potestate est non abdicari. Perditurus sum patrem, si abdicor: perditurus sum, si non abdicor. Quid interest. vtrum eiiciar, an transferar? Et si parendum in omnibus patri, in eo non parendum, quo efficitur, ne pater sit. Graue est carere vnico: grauius eo, quem alius concupiscit. Non delectant ignoti seruorum domino greges, nec sonantia laxi ruris ergastula. patrem gratis amo. Necesse est vt timeã infelicem liberis domum. Non potest inueniri reconciliationis aptius tempus. diues filios quærit.

PARS ALTERA. Magnum & hoc iuret cetera paupertatis incõmoda est, quòd abdicationem filius non timet. Senatorium gradum census ascendit. Census equitem Romanum à plebe secernit. Census in castris ordinem promouet Censu iudex in foro legitur. Facilius est paupertatem laudare: quàm ferre. Si emendati inquit, fuerint liberi mei, habebo hunc cum illis, si perseuerauerint, habebo pro illis.

EXTRA. Aridi declamatores fidelius quos proposuerint colores tuentur. non. n. alicuius sententiæ dulcedo subrepit, nullum schema solicitat. Sic quæ malam faciem habent, sæpe pudicæ sunt: non animus illis deest; sed corruptor. GALLVS VIBIVS fuit tam magnæ olim eloquentiæ, quam postea insaniæ. Cui hoc accidisse vni scio, vt ad insaniam non casu caderet, sed iudicio perueniret. Nam dum insanos imitatur, dum lenocinium ingenij furorem putat, quod simulabat, ad verum redegit. OTHO IVNIVS pater edidit quatuor libros colorum, quos belle Gallio noster Antiphontis libros vocat: tantum in illis somniorum est. SYRIACVS contra maximum Stertinium, à quo premebatur, cum comes eius fuisset, dixit: Per annos quindecim in officio tuo fui, dic quid peccauerim? sed hæc est consuetudo vestra, iniuriam vocatis finem seruitutis.

IO. PETREIVS.

TRes abdicandos] *abdicando* fortassis: vel *abdicandos*, qui soliti fuerint alias abdicati.

Non delectant] Inductio est per quam filium probat, non esse carum patri quem à se ablegat. Nam nec ignoti greges seruorum delectant dominos, nec quos ruri detinet in opere faciundo. Et est veluti conclusio *patrem gratis amo*, vel in diuitias hæc dicta sunt, quibus se minime capi ostendit.

Iusiurandum mariti & vxoris. DECLAMATIO II.

Contr. 2. lib. 2.

VIR *& vxor iurauerunt, vt si quid alteri accidisset, alter moreretur. Vir peregre profectus est misit nuncium vxori, qui diceret se decessisse. Vxor se præcipitauit. Recreata, iubetur à patre virum relinquere. non vult. abdicatur. C. D.*

DECLAMATIO. Dij immortales, qua deberis prudentia humanum genus regitis: effecistis vt illud non periculum amantis esset, sed experimentum. Hos diuidere vult socer, quos nec mors quidem diuidet. Moriar, inquit: habeo & causam, & exemplum Quædam se maritorum rogis ardentibus miscuerunt: quædam anima redemerunt maritorum suorum salutem, sollicitudine breui. Inter has puella viua numeratur. Assiduæ contentiones erant: Sine te viuere non possum: imo ego sine te. qui certantium exitus esse solet: iurauimus. Hic animus sine dubio iurantium fuit, vt viui non diducerentur: cum illud quoque cauerint, ne morte diuiderentur.

PARS ALTERA. Non possum, inquit, relinquere virum. Quid non potest, quæ mori potest? Pæne dum falsæ mortis nuncium misit, veræ recepit. Potes sine viro pati, peregrinationem eius tulisti. Iureiurando iam liberata es casu proximo.

EXTRA. *Ouidius Naso* apud Arellium Fuscum magistrum suum, hanc controuersiam declamauit: Nam Latronis admirator erat. Latro in prælatione quadam dixit: Non vides, vt immota fax torpescat, & ignes exagitata restituat. Mollit viros otium, ferrum situ rubiginem ducit. Naso dixit.

Vidi

Vidi ego iactatas mota face crescere flammas,
Et rursus nullo concutiente mori.

Hic autem dixit: Quicquid laboris est, in hoc est, vt vxorem à viro, & virum ab vxore diligi cōcedas: Necesse est deinde, vt iurare permittas, si amare permiseris. *Eiusdem.* Pauca nosti, pater, crimina, & litigauimus aliquando, & cecidimus: & fortasse, quod non putas, peierauimus. Rogatus aliquando ab amicis suis, vt tolleret tres versus: periuit inuicem, vt tres exciperet, in quos nihil illis liceret. Conscripserat illi quos tolli vellent, secreto: hic, quos tutos esse vellet. In vtrisque codicillis iidem versus erant: ex quibus primum fuisse narrabat Albinouanus Pedo, qui inter arbitros fuit,

Semibouemque virum, semiuirumque bouem. Secundum.
Et gelidum Borean: egelidumque Notum.

Ex quo apparet, summi ingenij viro non iudicium defuisse ad compescendum licentiam carminum suorum, sed animum. Aiebat interim, decentiorem esse faciem, in qua aliquis naeuus esset.

Raptor patrem non exorans. DECLAMATIO III.

LEX. RAPTOR NISI ET SVVM ET RAPTÆ PATREM INTRA TRICESIMVM DIEM EXORAVERIT, PEREAT. *Raptor patrem exorauit, suum non exorat: Reum facit dementiæ.* c. D. Contr. 3. lib. 2.

DECLAMATIO. Quid contremiscis senectus? Quid lingua trepidas? Quid obtorpuistis oculi? Nondum est tricesimus dies. Ne tristiore quidem vultu expugnatam filiæ pudicitiā tulit. Nimis cito exoratus est. Ne omnia vitia eius ab adolescentia repetam, virginē rapuit, patrem accusat. Hoc intra triginta dies. Putas me accusatori permissurū, quod filio negaui? Miraris dubitare patrē? Lex ipsa inter mortem & nuptias dubia est. Semper enim sibi omnia licere credidit: nihil me vnquam rogauit. Ignouit, inquit, ita aliquis ante me rogatus est; Demens sum. Vides: nimirum turpiter viuo. Legem ignoro, dies tuos non numero. Demens, inquis, es. Potest aliquis ignoscere, sic roganti? Deliberabo cum amicis, deliberabo cum propinquis. Me miserum, quàm pæne promisi! O me miserū, quod tantum triginta diebus irasci possum! Quid mirum, si citius illum exorasti? facilius est donare iniuriam, quàm crimen. Procede in medium senex, cuius misericordia crudelis sum. Iam, inquit angustum tēpus est. & tibi vacat accusare? Sic aliquis exorat? sic deprecatur? Apparet te nunc primum rogare. Quid enim tanquam demens egi? Non sum exoratus. nondum transiuit tempus. etiamnum exorari possum. Quàm iniquum est, nondum esse me nocentem, & iam reum.

PARS ALTERA. Me miserum, pater, iræ tuæ detractum est nihil, tempori autem multum. Infelicior sum, quàm si neutrum exorassem. Si seruaturus es filium, iam tempus fuit: si occisurus, iam tempus est. Prior rogatus est, qui magis timebatur.

IO. PETREIVS.

QVam iniquum] effici aliquid prius, quam sit caussa. Argumentum à caussis: Ita Demosthenes, Diopethem dicit accusari, eorum, quæ sit facturus.

Nepos ex meretrice susceptus. DECLAMATIO IV.

ABDICAVIT *quidam filium. Abdicatus se contulit ad meretricem, & ex ea sustulit filium. æger ad patrem misit, cum venisset, commendauit ei filium, & decessit. Pater post mortem illius in adoptionem recepit nepotem. Accusatur ab altero filio dementiæ.* c. D. Cont. 4. lib. 2.

DECLAMATIO. Dementia in me noui generis arguitur: sanus eram, si non agnoscerem meos. Expectabam, vt aliquis pro abdicato rogaret. Nemo audebat propinquorum, fratre cessante. Deficientis spiritus in aduentum meum sustinebatur. Intraui: iam cadētes oculos ad nomen meum erexit, fugientemque animam retinuit. In sinu meo & filium, & animam deposuit. Nunciatum est mihi, in vltimis esse filium: nec hoc à fratre.

PARS ALTERA. Pater istius incertus est. bene cum ipso agcretur, si & mater incidit in meretricem, inter cetera malam & fœcundam. Mulier, nescio, aduersus patrem iniuriosior sis quòd abstulisti illi hæredem, an quòd dedisti, Adoptauit eius filium, propter quam eiecerat suum.

Torta à tyranno pro marito. DECLAMATIO V.

TORTA *à tyranno vxor nunquid de viri tyrannicidio sciret perseuerauit negare. postea maritus eius tyrannum occidit, intra quinquennium non parientem, sterilitatis nomine dimisit. Agit illa ingrati.* Cont. 5. lib. 2.

DECLAMATIO. Eas nuptias tyrannicidium diduxit, quas non diduxit tyrannus. Trahebantur matronæ, rapiebantur virgines: Nullæ tunc videbantur feliciores, quàm quæ liberos non habebant. Suspicatus est bunc tyrannus de tyrannicidio cogitare, siue isti aliquid excidit, siue non bene tegit vultus magna consilia: tamē de vxoris garrulitate queri non potest, cum sciat quēadmodum tacet. Imposita in eculeum, sæpius ad absentem virum respexit, quàm ad præsentē tyrannum. Explicatur totus aduersus infelicem feminam tyrannicæ crudelitatis apparatus: & illa instrumenta, virorum quoque animos ipso visu frāgentia, ad excutiendam muliebris pectoris scientiam proponuntur: Verberibus corpus abrumpitur. Nescio Respublica, an tibi liberos ista mulier datura sit: tyrannicidam dedit. Miraris, si transit quinquennium inter vxorem tortam, & virum occupatum? Scissum corpus flagellis, igne adustū, tormētisque conuulsum? Ignoscetis, puto mulieri, si dixero, Fessa est. Quid tyrannicidio gloriaris? Facilius est tyrannum occidere, quam sustinere. Verbera, laminæ, eculei, quicquid

antiqua ſæuitia inuenerat, quicquid adiecerat nous, quid amplius dicã? & tyrãnus torquebat, cùm de tyrannicidio quæreret. Num ptemit cenſum onerosa ſumptibus, (vt ſæculi mos eſt) in deterius luxu fluente muliebris ambitio certamine mutuo, vſq; in publica damna priuatis inſanit? Nũquid gẽmas & ex alieno litore petitos lapillos? Expecta, poteſt patere. Non reſpondet ad certã diem fœcunditas. Sui iuris terum natura eſt. Vtrum putas tuum mirandum eſſe tyrannicidium, an huius ſilentium?

Pars altera. Ego torta ſum, merito obijceres, niſi te vindicaſſem: etiam ſi ſciſti de tyrannicidio viri, nec indicaſti, non eſt beneficium, ſcelus non facere. Deinde nec ſciſti. non enim tibi indicaui. Nec tam magnum conſilium, virilibus quoque animis graue, commiſi muliebri garrulitati: quæ id ſolum poteſt tacere quod neſcit. Quo tempore vxor torta eſt, nihil adhuc de tyrãnicidio cogitabam: poſtea cogitaui. Et hæc ipſa mihi cogitandi cauſa fuit, vxoris vltio. Si quod audierat, tacuit, non beneficium eſt ſed fides.

Extra. L. Vinicius, quo nemo ciuis Romanus in agendis cauſis præſentius habuit ingenium. Quicquid longa cogitatio illi præſtatura erat, prima intentio animi dabat. Ex tempore cauſas agebat: ſed non deſiderabat hanc commendationem vt ex tempore agere videtetur. De hoc eleganter dixit diuus Auguſtus: L. Vinicius ingenium in numerato habet.

Pater & filius luxurioſi. DECLAMATIO VI.

Cont. 6. lib. 2.

QVIDAM *luxuriante filio luxuriari cœpit. Accuſatur à filio dementiæ.* e. d.

Declamatio. Accuſator meus intra ſe contrarios habet affectus. Cupit reum dãnari, crimen abſolui. Sed tu ſenex, inquit, hoc dicis: luxuria tua ſerius cœpit, citius deſinet. Quidam ſummum bonum dixerunt voluptatem. Nihil eſt mihi opus præcipientibus. Habeo exemplum, Oſtendi tibi luxuriam, quam in te non videbas. Ebrietatem patri obiicis ebrius.

Pars altera. Adoleſcens luxurioſus peccat: ſenex luxurioſus inſanit? Nemo vitia quia odit imitatur. Quis imperator ob hoc de prælio fugit, vt bene pugnaret exercitus; non coercet vitia, qui prouocat. Meam luxuriam patri imputabo. Non ſub ſeuera fui diſciplina, non ſub bene inſtitutæ domus lege, quæ poſſet adoleſcentis formare mores, & à vicijs ætatis abducere. Quodammodo ad luxuriam à patre præmiſſus ſum. Madent cani vnguento, & comeſſator ſenex nulli nimis luxurioſus, ſed parum ſanus videtur.

IO. PETREIVS.

QVidam ſummum] auctoritate ſe per ironiam purgat, deinde etiam exemplo, quo magis exprobrat filio ſtultitiam, qui quod in ſe ptius admiſerit, in alio reprehendat. Hæc autem Controuerſia conſtat ἀντικατηγορίᾳ, id eſt, mutua accuſatione.

Peregrinus negotiator. DECLAMATIO VII.

Cont. 7. lib. 2.

QVIDAM *cum haberet formoſam vxorem, peregre profectus eſt. In viciniam mulieris peregrinus mercator migrauit: ter illam appellauit de ſtupro, adiectis pretijs. Negauit illa, Deceſſit negotiator, teſtamento omnibus bonis eam reliquit hæredem: & adiecit elogium* QVIA PVDICAM COMPERI. *Adit hæreditatem. redit maritus. accuſat adulterij vxorem ex ſuſpicione.*

Declamatio. Seram querelam detulit. Non accuſo adulteram, niſi diuitem factã. Poſt tantos impudicitiæ quæſtus, ſi tacere poſſum, confitendum habeo, hac me cauſa abfuiſſe. Tempus eſt de vxore marito credi. Ferat matrona oculos iacentes in terram: & aduerſus officioſum ſalutatorem, inhumana potius quàm verecunda, ſit longe ante ſuam impudicitiã ore, quam verbo neget. Nemo fortiter negantem iterum rogabit. Omnium bonorum heres ſola eſto, quia corrumpi non potuiſti, quia tam feliciter pudicitiam cuſtodiſti. Tace pauliſper nomen auctoris. Nunquam non teſtamentũ viri creditur? Adeo ne iam omnis patientia ſeculi noſtri abijt, vt aduerſus querimoniam viri, alieno teſte defendatur vxor? Muliebrium vitiorum fundamentum auaritia eſt. Quæ poteſt non timere opinionẽ adulterij, poteſt non timere adulterium. Ex omni rupe conchylium trahitur, quo veſtis cruentetur. Infelices ancillarum greges laborant, vt adultera tenui veſte perſpicua ſit: & nihil in corpore vxoris ſuę plus maritus, quàm quilibet alienus peregrinuſque, agnouerit. Fruſtra æſtimabo eſſe indicia, ſi tãtum qui rogat, competit pudicam. Omnes te impudicam loquuntur: pudicam tantum vnus, & peregrinus, cui plus laudator quàm accuſator nocet. Vxorem meã nuſquam audiui pudicam niſi in adulteri elogio. Deijce in terrã oculos & aures tuas externorum vocibus claude. Sibi quiſque pto te neget. Pudicam ille dixit, ego impudicam. Puto, plus creditis ciui, quam peregrino: marito, quam adultero. Ipſum elogium corruptoris animo ſcripſit: QVIA PVDICAM, inquit, COMPERI, quod nulli præter me contigit.

Pars altera. Formoſa eſt: hoc natura peccauit. Sine viro fuit, hoc maritus peccauit. Apellata eſt: hoc alius peccauit. Negauit: hoc pudice. Heres relicta eſt: hoc feliciter. Hereditatem adiit: hoc conſulto fecit.

IO: PETREIVS.

SE non ſubduceret] auderet internuncium agere. *Puto illud*] Fort. *Puto vbi illud ſenſit.*

EPITOMÆ

EPITOMÆ DECLAMATIONVM

LIBER TERTIVS.

SENECA NOVATO, SENECÆ MELAÆ

Filijs Salutem.

Q VOSDAM disertissimos agnoui viros, non respondentes famæ suæ cum declamarent, in foro maxima omnium admiratione dicentes, simul ad has domesticas exercitationes secesserãt, desertos ab ingenio suo. Quod accidere plerisque æque mihi mirum, quàm certum est. Memini itaque me à Seuero Cassio quærere, quid esset, cur in declamationibus illi sua nõ responderet eloquentia. In nullo enim hoc fiebat notabilius. Oratio eius erat valens cultu, ingentibus plena sententiis. Nemo minus passus est aliquid in actione sua otiosi esse. Nulla pars erat, quæ non sua virtute staret. Nihil, in quo auditor sine damno aliud ageret. Omnia intenta aliquo, perẽtia. Nemo magis in sua potestate habuit audientium affectus. Verum est quod de illo dicit Gallio noster. Cum diceret, rerũ potiebatur. adeo omnes imperata faciebant. Cum ille voluerat, irascebãtur. Nemo non illo dicẽte timebat, ne desineret. Non est, quod illum ex his quæ edidit æstimetis. Sunt quidem & hæc quibusdam grata. Verum eloquẽtia eius longe maior erat quam lectio. Non hoc ea portione illi accidit qua omnibus fere, quibus maiori commendationi est audiri quàm legi, sed in illo longe maius discrimen est. Primum tantundem erat in homine, quantũ in ingenio: corporis magnitudo conspicua, suauitas, valentissimæ vocis. Quamuis hæc inter se raro coëant vt eadem vox & dulcis sit & solida. Pronunciatio quæ histrionem posset producere, tamen quæ histrionis posset videri. Nec illo quicquam magis mirareris, quã quod grauitas quæ deerat vitæ, actioni superetat: quandiu citra iocos se cõtinebat, censoria oratio erat. Deinde ipsa quæ dicebat. meliora erant quàm quæ sciebat. Vir enim præsentis animi, & maioris ingenij quàm studij, magis placebat in his quæ inueniebat, quã in his quæ attulerat. Iã vero iratus cõmodius dicebat. Ideo diligentissime cauebant homines, ne dicentem interpellarent. Vni illi proderat excuti: melius semper fortuna, quàm cura, de illo merebat. Id nunquã tamen hæc felicitas illi persuasit negligentiæ. Vno die priuatas plures agebat, & ita vt alterã ante meridiem ageret, alterã post meridiẽ: publicam vero nunquam amplius quam vnã vno die. Nec tamen scio, quem reum illi defendere, nisi se, contigerit. Adeo nunquam vllam materiam dicẽdi, nisi periculis suis, habuit. Sine commentario nunquam dixit: nec hoc commentario contentus erat in quo nudæ res ponuntur. Ex maxima parte perscribebatur actio. Illa quoque quæ salse dici poterant, annotabantur: sed cũ procedere nollet nisi instructus, libenter ab instrumentis recedebat. Ex tempore coactus dicere, infinito se antecedebat. Nunquam non vtilius erat illi deprehendi quam præparari: sed magis illum suspiceres, quod diligẽtiam non relinquebat, cum illi tam bene temeritas cederet. Omnia ergo habebat, quæ illum vt bene declamaret, instruerent: phrasim nec vulgarem, nec sordidam, sed lectam: genus dicendi non remissum aut languidum, sed ardens & cogitatum: nec lentas, nec vacuas explicationes, sed plus sensus quã verborum habentes: diligentiam, maximum etiam mediocris ingenij subsidium. Tamen non tãtum infra se cum declamaret, sed etiam infra multos erat. Itaque raro declamabat, & non nisi ab amicis coactus. Sed quærenti mihi, quare in declamationibus impar esset sibi, hoc aiebat: Quod in me miraris, pæne omnibus euenit. Magna quoque ingenia, à quibus multum abesse me scio, quando plus quam in vno eminuerunt opere? Virgilium illa felicitas ingenij, in oratione soluta reliquit. Ciceronẽ eloquentia sua in carminibus destituit. Orationes Sallustij in honorẽ historiarum legũtur. Eloquentissimi viri Platonis oratio, quæ pro Socrate scripta est, nec patrono, nec reo digna est. Hoc nõ ingenijs tantum, sed corporibus videmus accidere: quorum vires non ad omnia, quæ viribus efficiuntur, aptæ sunt. Illi nemo luctando par est: ille ad tollendam magni ponderis sarcinam præualet: ille quidquid apprehendit, non remittit, sed in procliue nitentibus vehiculis, moraturas manus inijcit. Ad animalia venio: alij ad aprum, alij ad ceruum canes faciunt. Equorum non omnium, quamuis celerrimi sint, idonea curriculis velocitas est. Quidam melius equitem patiuntur, quidam iugum. Et vt ad morbum te meum vocem, Pylades in comœdia, Batyllus in Tragœdia, multum à se aberant, Numenio cum velocitas pedum non concedatur tantum, sed obiiciatur, lentiores manus sunt. Quidam cum hoplomachis, quam cum Thracibus optime pugnant. Et quidam sic cum scæua componi cupiunt, quomodo alteri est. In ipsa oratione quamuis vna materia sit, tamen ille qui optime argumẽtatur, negligentius narrat. Ille non tam bene implet, quàm preparat. Passienus noster cum cœpit dicere, secundum principium statim fuga fit, ad epilogum omnes reuertuntur. Media tantum quibus necesse est, audiunt. Miraris eundem non æque bene declamare, quam causas agere aut eundem nõ tam bene suasorias, quam iudiciales controuersias dicere? Silo Pompeius sedens & facundus & litteratus est, & haberetur disertus, si à prælocutione dimitteret. declamat tam male, vt videar belle optasse cum dixi: Nunquam surgas. Magna & varia res est eloquentia: nec adhuc vlli sic indulsit, vt tota contingeret: satis felix est, qui in aliquam eius partem est receptus. Ego tamen & propriam causam videor posse reddere: assueui non auditorem spectare, sed iudicem: assueui

non mihi reſpōdere, ſed aduerſario. Non minus deuito ſuperuacua dicere, quàm cōtraria. In ſcholaſtica quid non ſuperuacuum eſt, cum ipſa ſuperuacua ſit? Indicabo tibi affectum meum cum in foro dico, aliquid ago: cū declamo, id quod belliſſime Cenſorinus aiebat de his qui honores in municipijs ambitioſe peterent, videor mihi in ſomnis laborare. Deinde res ipſa diuerſa eſt. Totum aliud eſt, pugnare: aliud, ventilare. Hoc ita ſemper arbitratum eſt, ſcholam quaſi ludum eſſe, forum harenā. Et ideo ille in foro primū dicturus, tiro dictus eſt. Agedū iſtos declamatores produc in ſenatū, in forū cū loco mutabūtur, velut adſueta claſſi, & dilectæ vmbræ corpora ſub dio ſtare non poſſunt. non imbrē ferre, non ſolē ſciunt: vix ſe inueniunt. Aſſueuerunt enim ſuo arbitrio diſerti eſſe. Non eſt quòd oratorem in hac puerili exercitatione ſpectes. Quid ſi velis gubernatorē in piſcina æſtimare Diligentiſſime tibi me excuſarem, tanquā huic rei non eſſem natus: niſi ſcirem & Pollionem Aſinium, & Meſſallam Coruinum, & Paſſienum qui nunc primo loco ſtat, minus bene videri quam Ceſtium, aut Latronem. Vtrum ergo putas hoc dicentium vitium eſſe, an audientium? Non illi peius dicunt, ſed hi corruptius iudicant. Pueri fere, aut iuuenes, ſcholas frequentant. Hi non tantum diſertiſſimis viris, quos paulo ante retuli, ſed etiam Ciceroni Ceſtiū ſuum præferrent, niſi lapides timerent. Quo tamē vno modo poſſunt, præferunt. Huius enim declamationes ediſcunt. Illius orationes non legunt, niſi eas quibus Ceſtius reſcripſit. Memini me intrare ſcholas, cum recitaturus eſſet in Milonē Ceſtius: ex conſuetudine ſua miratus dicebat: Si Thrax eſſem, Fuſius eſſem: ſi Pantomimus eſſem, Batyllus eſſē: ſi equus, Meliſſio. Non continui bilem, exclamaui: Et ſi cloaca eſſes, magna eſſes. Riſus omnium ingens. ſcholaſtici intueri me, quis eſſem qui tā craſſas ceruices haberē. Ceſtius Ciceroni reſponſurus mihi quid reſponderet, non inuenit, ſed negauit ſe executurum, niſi exirem de domo. Ego negaui me de balneo publico exiturū, niſi lotus eſſem. Deinde libuit Ciceroni de Ceſtio in foro ſatisfacere, ſubinde nactus eum, in ius ad prætorem voco: & cum, quantum volebam, iocorum conuiciorumque effudiſſem, poſtulaui vt prætor nomē eius reciperet lege inſcripti maleficij. Tanta illi perturbatio fuit, vt aduocationem peteret. Deinde ad alterum prætorem eduxi, & ingrati poſtulaui. Iam apud prætorem vrbanum curatorem ei petebam, interuenientibus amicis, qui ad hoc ſpectaculum concurrerant, & rogantibus dixi, moleſtum me amplius non futurum, ſi iuraſſet diſertiorem eſſe Ciceronem, quàm ſe. verùm nec vt hoc faceret, vel ſerio effici potuit. Hanc, inquit, tibi fabulam retuli, vt ſcires in declamationibus in tantum aliud genus hominum eſſe. Si comparari illis volo, non ingenio mihi maiore opus eſt, ſed ſenſu minore. Itaque vix iam obtineri ſolet, vt declamem: illud obtineri non poteſt, vt velim, alijs quàm familiariſſimis audientibus: & ita faciebat. Eius declamationes inæquales erant: ſed ea quæ eminebant, in quacunque declamatione poſuiſſes, inæqualem eam feciſſent. Compoſitio aſpera, & quæ vitaret cōpoſitionem ſententiæ viuæ. Iniquum tamen erit ex his eum æſtimari, quæ ſtatim ſubtexam: non enim hæc ille optime dixit, ſed hæc optime teneo.

NICOLAVS FABER.

ORatio eius erat valens cultu*] De Caſſij Seueri eloquētia cenſura Quinctiliani eſt eiuſmodi: *Multa, ſi cum iudicio legatur, dabit imitatione digna Caſſius Seuerus. Qui ſi cæteris virtutibus colorem & grauitatem orationis adiecisſet ponendus inter præcipuos foret. Nam & ingenij plurimum eſt in eo, & acerbitas mira, & vrbanitas, & vis ſumma: ſed plus ſtomacho quam conſilio dedit. Præterea vt amari ſales, ita frequenter ipſa amaritudo ridicula eſt.* Quam ſi conferas cum noſtri auctoris de eo, iudicio, in multis contrariam deprehendes. Noſter enim ait grauitatem orationis etiam ſuperfuiſſe, iratumque commodius dixiſſe cenſuit. Huius autem ſcriptis & auctoritate vtuntur Suetonius in Vitellio cap. II. Quinctilianus ſæpiſſime, Tertulianus in Apologetico, Chariſius, & Diomedes.

Rerum potiebatur,] regnabat.

Corporis magnitudo conſpicua,] Huic tamen celebri oratori armentarij Mirmillonis obiecta ſimilitudo eſt. Plinius. cap. XII. li. VII.

Tamen quæ hiſtrionis poſſet videri.] Vox *tamen* præcedentem orationem corrigere debet, quod hic nō facit vt conceptus eſt locus. Vitio enim vertitur oratori in agendo modulatione ſcenica vti, quod Cicero in oratore ad Brutum, & Quinctilianus cap. vlt. li. XI. reprehendunt: & Demoſthenes περὶ παραπρεσβείας Æſchini obiicit: à quo tamen vitio, quamuis dulcem vocem habuerit, ſeuerum abfuiſſe vult dicere noſter auctor. Vetera exemplaria nos hac in re nihil iuuant, quę legūt, *Tamē quæſtionis poſſet videri*, vel *tamē quæſtio vix poſſet videri*. adderem libenter editæ lectioni negationem, ſcriberemque, *quæ tamen hiſtrionis non poſſet videri.*

Quæ deerat vita,] *Is enim ſordidæ originis*, inquit, Tacitus, *malefica vita, ſed orandi validus* libidine qua viros & feminas illuſtres procacibus ſcriptis diffamabat, cauſam dedit Auguſto ſanciēdi vt ſpecie legis Maieſtatis cognitio de famoſis libellis tractaretur: quē etiā Horatius vt maledicū ſexta Epodo inceſſit. Ob hæc vitia, in Cretā relegatus atque illic eadē factitādo decimo tertio poſt āno Germanico & Capitone Coſſ. à Tiberio bonis exutus, interdicto igne & aqua ſaxo Seriphio cōſenuit, & XXV. ſui exilij anno in ſūma inopia moritur, vix panno verenda contectus. Hæc colligo ex Dione l. lvi. Tacito Ann. 4. Suetonio cap. XVI. Caligulæ, & Hieron. in Euſebii chron. Quid autem ſit illud Quinctilianum prouerbium, quod luſiſſe Caſſium ſcribit B. Hieronymus, quæro.

Ne dicentem interpellarent.] Vnde oriebatur altercatio. Infra li. X. de Scauro, *Deinde litiganti quàm agenti ſimilior cupiebat euocare aliquā vocem aduerſariorum, & in altercatione vires ſuas nouerat.* de qua Fab li. VI. inſt. orat. ca. 5. Sæpiſſime tamē nō niſi poſt cōtinuas orationes fiebat, eratq; tota fori. nā quę in ſcholaſticis præfationibus ſiue prælocutionibus diſputationes inter declamātes oriebātur, vt cū inter Pomponiū Secundū Poetam & L. Senecam diſputatum eſt, an *gradus eliminat* in Tragœdia ab Attiodici oportuiſſet, altercationes non erāt. Altercationis autem exemplum extat nobile apud Ciceronem, lib. 2. ad Attic Epiſt. XIII.

Priuatas

Priuatas plures siebat.] Omnes veteres codices habent, *non aiebat.* si recte, intelligendum est eum plures non egisse, nisi forte ante meridiem vnam, alteram post meridiem ageret.

Nisi in periculis suis, habuit.] Ipse tamen P. Noniũ Asprenatem celebrem aeque oratorem, & ex cõsulari familia, veneficij reom fecit, quò vna eius patina cxxx. conuiuae interiissent. In qua etiam eius accusatione haec mali animi & amari sententia notatur: *Dy boni, viuo, & quo me viuere iuuet, Asprenatem reum video.* Plinius cap. xii. lib. xxxv. & Quinctilianus li. xi. cap. i. referunt.

Illa quoque quae salse dici poterat.] Male in alijs editionibus *falso* legitur, & contra veteres libros. Quinctilianus enim Cassio tribuit asperitatẽ, & amariores sales, cap. iv. li. vi. & xli: vlt. quamuis tamen nec vrbanitate caruerit: vt cum contra Pomponium Marcellum soloecismum aduersarij exagitantem Grammaticum poposcit? & ei qui orando dicebat. *Quid me toruo vultu intueris Seuere? respondit. Non me hercules faciebam, sed sic scripsisti. Ecce & quàm potuit truculentissime eum aspexit.* Quinctilianus cap. ii. li. v. & Suetonius de claris Grammaticis.

Pylades in comoedia, & Batillus] Notissimi sub Augusto Pantomimi, idem in Aesopo & Roscio obseruatum fuit.

Sed obiicitur,] vt fugitiuo.

Sic cum scaeua] Ita legunt veteres libri. Scaeua autem est qui validius sinistra vtitur, non imbecillitate dextrae ait Vlpianus li. i. ad Edictum Aedilium Curulium, nam hic mancus est. quae tamen subtilis distinctio in Mucio Scaeuola à clade dextrae cognominato, si Liuio eredimus, obseruata non fuit. Quod sequitur autem, *quomodo alteri est*, veteres libri, *quomodo alteri est*, habẽt: quod nisi sit nomen cuiusdam gladiatoris ita dicti locum depono. Nam haec verba *quomodo alteri est*, nullius sunt sensus.

Passienus noster] Supra controuersia v praecedentis libri laudauit Passienum patrem, hic filium, quem primo loco stare dicit. Et sane praeter B. Hieronymum, & nostrum auctorem, nemo alius Passieni patris meminit, nemo non fere Passieni filij oratoris mentionem fecit. Is autem celebris clarusque exstitit non solum eloquentia, sed etiã duobus consulatibus & matrimonijs, primũ Domitiae neptis Antonij Trium viri, deinde Agrippinae matris Neronis. Eundem enim esse puto vtriusque maritum, nempe nobilem illius saeculi oratorem, & iudicij acumine ab iis qui eo saeculo scripserunt, aut paullo post auctoribus laudatum quẽ solum huius nominis oratorem sub Tiberio Caligula, & Claudio floruisse hinc conijcio quod sine dubio, si duo eodem tempore eiusdem studij nomine celebres exstitissent, aliqua nota eos inter se discreuissent. Quare quod L. Seneca capite vltimo li. i. de Beneficiis, & Praefat. li. iv. Natural. quaest. Quinctilianus cap. ii. & iv. li. vi. cap. i. li. x. Tacitus li. vi. Plinius senior capite vltimo li. xvi. & Iunior Epist. vi. li. vi. de Passieno dicunt, adhunc filium refero, quem constat ex Suetonij capite vi. in Nerone, sub Claudio demum vita functum. Hinc liquet, haec quae apud B. Hieronymum habentur in Chronico Eusebij ad annum Caligulae secundum, *Passienus filius fraude hereditatis sua necatur*, [hunc enim Passienum intelligo] non suo loco posita esse: quemadmodum pleraque alia exscriptorũ vitio in eo Chronico confusa sont. Quod autem, ait fraude hereditatis suae necatum, vereor ne ab Agrippina, quę vt alterum maritum propter impetium interfecit, ita fortasse primũ propter hereditatem. Dubito etiam ne ad hunc Passienum Crispum sit. L. Senecae Epigramma in exilio degentis, quod incipit, *Crispe mea vires.* Cur id credam, facit quod eum Crispum, ad quem Epigramma, vt hic de quo loquimur, oratorem fuisse apparet, oratorisque filium, domusque Senecae amicum: quae si quis non probet eodem in numero cum Antiphontis libris, vt per multa alia in his aonotationibus, me adstipulante, habeat:

Nunquam surgas] Nempe vt declames: quando quidem illi tam male cedebat declamanti. Diximus enim supra, Rhetores sedentes praeloqui solitos: declamaturos vero surrexisse.

Bellissime Censorius] Aliquid tale est apud Fulgẽtium l. ii. Mythol. in Ixionis fabula, sed ita corrupto loco vt Delio natatore indigeat, quẽ hic apponam vel potius deponã. *Beatinus Augur,* inquit Fulgentius *dicere solitus erat somnialiter peragi vrbanario munologo, vt quamuis vtraque nihil agere dixerit, tamen hoc Romae praestare visus est quod ex parte quidem veros honores, sed risorios sed citius fugitiuos. Credo enim quod de Theophili sententia legerat μιωσ ὁ βίος.*

Cestium suum praeferrent,] Idem Cornelius Tacitus de sui temporis scholasticis. *Quotus enim quisque, inquit, scholasticorum non hac sua persuasione fruitur, vt se ante Ciceronem numeret: sed plane post Gabinianum?* Erat autem Gabinianus, vt in μεσίδιῳ loco obscuro aliquid lucis adferam, aetate Taciti notissimus Rhetor, de quo B. Hieron. Olym. ccxiii *Gabinianus celeberrimi nominis Rhetor in Gallia docuit.* Ita enim legunt veteres codices, male vulgo *Gabinius.* Huius autem declamationes laudat idem Hieronymus praefatione viii. in Esaiam. *Qui si flumen eloquentiae, scribit, & concinnas declamationes desiderant: legant Tullium, Quinctilianum, Gallionem, Gabinianum.* Huius vitam descripserat Suetonius de claris Rhetoribus, vt ex indice patet, in quo Sextus Iulius Gabinianus dicitur.

In Milonem Cestius.] Restitue igitur apud Quinctilianum cap. iv. li. x. Cestij nomen, quod ibi corruptum extat, *Melius hoc* inquit, *quàm rescribere veteribus orationibus, vt fecit Sestius contra Ciceronis actionem habitam pro Milone.* Et scribe, *vt fecit Cestius.* quomodo etiam habent M. sc. codices.

Inscripti maleficij.] Graeci ἄγραφον ἀδίκημα, vocant ὅταν ὁ νόμος ᾖ γεγραμμένος, inquit Suidas, & Cyrus περὶ διαφορᾶς στάσεως, ἄγραφον ἀδίκημα, τὸ ἐν μὴ ἐγγεγραμμένῳ νόμῳ, οἷς δὲ ἔχοις γεγράφεισι. Est autẽ scholae actio in foro stellionatus dicta, cuius nomen apud Quinctilianũ corruptum est capite iv. libri vii. *Praeter haec, inquit, finguntur in scholis & scripti malefici controuersiae, scilicet in quibus aut quaeritur an scriptum sit, aut, an hoc maleficium sit.* Legendum *inscripti maleficij.* In ea enim actione quaeritur an scriptum sit: si enim lege comprehensum est non est ἄγραφον ἀδίκημα, & caussa cadit actor. vel an maleficium sit: nisi enim sit, nulla est actio.

SCHOTTVS.

C*ommentario, in quo nuda responsantur*] Hinc & C. Iulius, rerum à se gestarum, capita *Commentarios* appellauit, de quibus Cicero in Bruto, qui est de claris Oratoribus. *Nudi sunt, recti, & venusti, omni ornatu orationis, tanquam veste detracta,*

ſed dum voluit alios habere, paratam vnde ſumerent, qui vellent ſcribere, hiſtoriam, ineptis fortaſſe gratum fecit, qui illa volunt calamiſtratis inurere: ſanos quidem homines à ſcribendo deterruit. De iiſdem *Commentariis*, Hirtius ita prædicat apud Suetonium, cap. lvi. *Adeo probantur omnium iudicio, vt prærepta non prębita, facultas ſcriptoribus videatur.*

Ciceronem Eloquentia ſua in carminibus deſtituit] Sic & poetæ ipſi iudicant: Iuuenalis Satyra x.

O fortunatam, natam me Conſule Romam:
Antoni gladios potuit contemnere: ſi ſic
Omnia dixiſſet ridenda poemata malo,
Quam te conſpicua diuina Philippica fama.
Volueris à prima quæ proxima ——

In quam ſententiam & Martialis pedibus conceſſit. Sic enim li. 2. in Gaurum.

Carmina quod ſcribis Muſis & Apolline nullo,
Laudari debes, hoc Ciceronis habes.

Tacitus quoque, ſiue is potius Fabius *γνήσιος* auctor eſt, de Orator. *Niſi qui & carmina Cæſaris & Bruti miratur. Fecerunt enim & carmina, & in bibliothecas retulerunt, non melius quam Cicero: at felicius. quia illos feciſſe pauciores ſciunt.* Plutarchus tamen carmina feliciter pangere ſolitum, & quidem vno tempore quingentos verſus dictaſſe: Pontium Glaucum, poema Cicer. tetrametris ſcriptum ſuo etiamnum tempore exſtitiſſe ait. De temporibus ſuis libros 3. verſibus à ſe conſcriptos refert Lentulo, lib. 1. extremo, ad Famil. & Attico li. 1. Epiſt. 16. & li. 2. Epiſt. xv. & 1. De diuinat. & Lactant. lib. 3. cap. 17. Mox vero non placet ea lectio quam in libris ſuis exſtare Pintianus affirmat, *in honorem hiſtoriarum non leguntur.* Affirmate enim legi malim. De his vide quæ ad Controuerſiam 24. adnotaui. Accidit tamen neſcio quo modo, vt cum Criſpi Hiſtoriarũ libri ſex malo publico interciderint: Orationes tamen integræ ad nos peruenerint. Ad quas tamen Senecæ verba referri nõ debere putat Ant. Auguſtinus V. C. Cum ex Hiſtoriis ſumptæ ſint, ſed ad alias orationes, qualis eſt in Ciceronem inſcripta.

Platonis oratio pro Socrate] Exſtat hodieque pro Socrate *Apologia Platonis*: ex quo Cicero 1. Tuſculana, de *Animorum immortalitate* quædam tranſtulit. Eiuſque in dicendo vbertatem idem ſæpe laudat: & Iouem ſic philoſophi aiunt, ſi Græce loquatur, locuturum: vt idem in Bruto & Plutarchus in Cicerone. Sed aliter Seneca iudicauit: ſi cum aliorum eius ſæculi Oratorum orationibus Apologia illa componatur, philoſophicam potius quam oratoriam viſum iri: in qua & Dionyſius Halicarn. quædam reprehendit. Lyſias quoque diſertiſſimus Orator, Socrati orationem attulit, quam ſi ei videretur, ediſceret, vt ea pro ſe in iudicio vteretur. Legit ille non inuitus, & cõmode ſcriptam eſſe dixit. Sed inquit, vt ſi mihi calceos Sycionios attuliſſes, non vterer, quãuis eſſent habiles, & apti ad pedem, quia non eſſent viriles: Sic illam orationem diſertam ſibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri. Idem de Orat. 1.

Pylades in Comœdia, Bathillus in Tragedia] De his & Seneca Philoſophus lib. 7. Natural. quæſt. ca. 22. *Stat per ſucceſſores Pylades, & Bathylli domus: harum artium multi Diſcipuli ſunt, multique doctores.* Poſt paullo hic à librario *Bathylli* nomen tranſformatum in *Pantillum*: de quo plura leges, ad Præfat libri. 5. Controu. Huius quoque Bathylli Hiſtrionis meminit & Phædrus Auguſti libertus Fabularũ Æſopicarũ l. 5. quem libellum immortali Petri Pithœi beneficio acceptum referimus.

Princeps tibicen notior paullo fuit.
Operam Bathyllo ſolitus in ſcena dare.
Is forte ludis, non ſatis memini quibus,
Dum pegma rapitur, concidit caſu graui
Nec opinans, & ſiniſtram fregit tibiam &c.

Cum Scena componi cupiunt] Recte in vet. *Schema* vt & doctiſſ. Turneb. leg. viderat, & ſtatim, *quomodo alti eſt* legit. lib. 3. Aduerſari. cap. 8. vt fert idem liber optimus Gladiatores enim auis figura in arenam prodibant, quibus cum *Pinnirapi* componebantur. Iuuenalis Satyra 3.

Pynnirapi cultos iuuenes, iuueneſque laniſtæ.

Schema autem femin. genere dixiſſe & Plautum in Amphitr. & Perſa, apparet: cui & Priſciani auctoritas initio libri 6. accedit, & Nonij.

Scholam quaſi ludum eſſe] Hinc Auſonius ad Nepotem.

—— *Graio ſchola nomine dicta eſt.*
Iuſta laborifere tribuantur vt otia Muſis.

Et Declamatio à vera actione hoc diſtat, quod illa vmbræ hæc Soli: illa velitationi, hæc pugnæ: illa imagini, archetypo hęc comparetur, vt ad libri 1. Præfat. docui. Sup. non longe, *In ſchola iſta* quam lectionem contra libros cudit Pintianus, quod non placet.

Declamatores produc à Senatu] Rectior vet. libri ſcriptura, *Agedum iſtos declamaturos produc in Senatum, in forum: Cum loco mutabuntur.* Vnus autem inſtar omnium, Declamatorum princeps *Latro*, de quo Seneca procemio libri 5. Controuerſiarum, Eadem pæne de ipſo leges apud Quinctilianum li. 10. cap. 5. vbi & de Ceſtii Oratione contra Milonianã Ciceronis: Sed quia corrupte illic *Seſtius* ſcribitur, *Ceſtius* ex hoc loco emendandũ moneo.

Riſus omnium ingens] de quo Turneb. lib. x. aduerſ. cap. 6.

Se executurum] vide Notas ad præfat. li. 3. Controu.

Vt prætor nomen eius reciperet. Lege inſcripti maleficij] Inf. l. 5. Declamat. 1. *Inſcripti maleficij actio eſt*, quæ Græcorum potius quam Romanorum vt pleræque aliæ morib. comparatæ, exercitationis gratia declamabantur. Sic enim Suidas & Heſychius *ἄγραφα ἀδικήματα, ἐφ' ὧν νόμος οὐ γέγραπται.* Docuit hoc doctiſſimus Turnebus libro x. Aduerſarior. cap. 6. quibus adde & Fabium lib. 7. cap. 4. *Aduocationem* autem *petere* Formulam eſſe forenſem pro [vt fit in cauſſæ diffidentia] patrono ſe egere, oſtendere, exemplis clarum, Sup. Controu. 8. Vide & Controu. xxvii.

Curatorem et petebam] Vt furioſis, amentib. & prodigis ex lege 12. Tabularum ſolet: nec rerum ſuarum adminiſtratiõ ipſis concedebatur, ſed ad agnatos ea pertinebat. Caius & Iuſtinianus Impp. l. 1. Inſtitut. Cornificius 1. Rhetor ad Herennium Et Cicero lib. 11. de Inuent. & Tuſculana 3. Seneca Controu. 11. Horatius epiſt. 1. Libri 1.

Nec medici credis, nec curatoris egere
A prætore dati ——

Et libri 2. Serm. Satyra 3.

—— *Interdicto huic omne adimat ius*
Prætor, & ad ſanos abeat tutela propinquos.

GRVTERVS

GRVTERVS & IVRETVS.

QVANDIV extra iocos se continebat] Alij notant variare libros, in quibus etiam legitur, locos. Sed moneo me reperisse in schedis antiquis, logos, & velim acutiores iudicent, num ea sit germana lectio. Certe alibi ipsemet Seneca vsus est ea dictione, vt in li. de consol. ad Polybium, cap. 27. Vt fabellas quoq; (ait) & Aesopeos logos connectas: Nonius autem Marcellus interpretatur, logos, dicta ridicula, prolatis testimoniis Pacuuij & Ciceronis. Vsus est Terentius in Phorm. ad 3. sc. 2. Iur.

Nunquam tamen illi haec felicitas &c.] Tota haec periodus paulo aliter concipitur in eodem v. e. Id numquam tamen illi haec felicitas persuasit negligentiae, vt vno die priuatas plures duabus ageret causas, ita vt alteram ante meridiem ageret, &c. Iur.

Quam in vnu n eminuerunt opere?] Pal. quart. & Con. emicuerunt, quomodo & olim diuinabat Lectius.

Ad tollendum magni ponderis sarcinam] Non reiicienda est lectio v.c. nam & alibi eadem locutio, vt li. 2. declam. 5. Ad excutiendum muliebris pectoris frictum. Et Epist. 88. Ad docendum virtutem. Et li. de breu. vitae cap 9. Ad exprobrandum infinitam cogitationem, Sic enim habet v.c. Iur.

Quidam cum Treicibus] quidam libri editi, Thracibus. In nostro v. e. Threcilus, vnde castigandum puto, Threcinas. Sic apud Tranquillum in Caligula Threci, & mox hoplomacho comparauit. Horũ etiam meminit idem Seneca in praef. li. 4. nat. quaest. vbi ex vestigiis prisci sui libri corrigit Lipsius, Threcis cum Threca compositi, li. 2. Saturn. Serm. cap. 9. haec Iur.

Et quidem fit cum scena componi cupiunt] Locus varie interpolatus, in v.c. Iureti, Et quidam fictum schema componit.

Si à proclamante dimitteret] Ita Erasmus, ac scripti mei omnes, si à prolocutione dimitteret.

Sic indulsit] v.c. sic se indulsit.

Aliud est pugnare, aliud ventilare] De his quamplura Lipsius li. 2. cap 19. Satur. serm. Turnebus l. 30. Aduers. cap. 3. P. Faber. li. 2. Semest. cap. 11.

Non imbrem ferre, non solem] v. c. non hiemem ferre. quod placet. hyemem enim accipit pro frigore, quomodo Seneca sup. Epist. 114. notat dictum fuisse ab Aruntio, totus hiemauit annus, cum dicere vellet frigidum annum fuisse. Iur.

Coruinum,] v.c. Coruinium.

Intrare scholas] v.c. scholam.

Luxuriosus à sodalibus excaecatus.

CONTROVERSIA I.

LEx. CAECVS DE PVBLICO MILLE DENARIOS ACCIPIAT. Thema. *Decem adolescentes cum bona sua comedissent, sortiti sunt, vt cuius nomen exisset, excaecaretur, & acciperet mille denarios. Exit sors cuiusdam. Excaecatus est, petiit mille denarios: negantur.*

CONTRA EXCAECATVM. Hi sunt oculi, quos extimuistis mariti. O! legem, si excaecat homines, abrogandam. Nulli dat mille denarios, nisi qui inuitus accepit. Dic nũc, Miserere. Hoc, cum excaecareris, non dixisti. Respub. debilitatem consolatur, non emit. Consumptis patrimoniis membra conferunt. Vtilius est Reip. vnum caecum repelli, quam nouem fieri. Non solus à vobis petit alimenta, sed primus. Alam eum, qui propter debilitatem alitur: non alam, qui propter alimenta debilitatur. Sic fit, vbi homines maiorem partem vitae in tenebris ita agunt, vt nouissime solem quasi superuacuum fastidiant.

PARS ALTERA. Illis nouem nihil daturus est: nulli non fauorabilis erit, si eos à quibus excaecatus est, decipit. Circumuentus adolescens ab illis nouem veteranis consumptoribus: Solus inquit, nouem consentientibus resistere non potui. Omnia ex composito facta sunt. vnus mentionem intulit, omnes approbauerunt. electus est, qui sortiretur. Sors huius quae exiret prima subiecta est. Cum repugnaret, excaecatus est. Si circumuentus est, inquit, iniuriam persequatur, de vi agat, talionem petat, videbimus, primum est, vt habeat vnde viuat.

NICOLAVS FABER.

SIC fit, vbi homines] L. Seneca epist. cxxii.

Parricida aequis sententijs absolutus.

CONTROVERSIA II.

THEMA. *Quidam filium accusauit parricidij, Aequis sententijs absolutum abdicat.*

CONTRA FILIVM. Minus est iam quod rogo. non peto vt me à parricida vindicetis, sed vt separetis. Parricidam non accuso, sed fugio. Quando isti accusatori parcet, qui patri non pepercit? Igitur nihil medium est inter testamentum, & culeum? Non est absolutus parricida, sed dubius. Vt absoluaris, multis tibi sententiis opus est: vt damneris, vna. Non absoluerunt reum, sed seculo pepercerunt. Miratis in hac ciuitate misericordiã, in qua lex absolutionem dat paribus tabulis? Quaeris quam multis non placeas? si vnum adiecero, parricida es, Absolutionem legi, non innocentiae debes. Absolutus inquit, sum. Non abdico te propter parricidium, sed propter alia vitia, quae te fecerunt tam credibilem parricidam.

PARS ALTERA. Manifestus est adolescentis color, vt dicat se auctoritate patris oppressum.

GRVTERVS & IVRETVS.

IGITVR nihil medium est] Sic Pal. tetr. at reliqui tres, Ergo nihil melius est.

Non est absolutus parricida, sed dubijs sententijs, Senec.

Vt absoluaris] Ita Erasmus, at mei quatuor eleganter, Non est absolutus parricida, sed dubius. vt absolu.

Abdicandus quia fratrem abdicatum adoptauit. CONTROVERSIA III.

LEx. CVM FILIO TRICENARIO PATER PATRIMONIVM DIVIDAT. Thema. *Quidam habuit filium frugi, & luxurioſum. Abdicat luxurioſum. Frugi, peregre profectus eſt. Captus eſt à piratis: ſcripſit de redemptione patri. Patre ceſſante luxurioſus prauenit, & redemit. Rediyt frugi. Adoptauit fratrem ſuum. Abdicatur.*

PRO FRATREM ADOPTANTE. Non eſt quod quiſquam me laudet. prior frater fecit inter nos pietatis exemplum. vna nauigauit, vna periclitatus eſt, vna omnes emenſus eſt terras, tantum reliquit me ad paternam domum. Non eſt quod excuſatione ætatis vtaris. potes nauigare. Vtrique gratias agere deberet. Frater me iſti reduxit: ego iſti fratrem. Si tanquam inertem abdicaſti, nauigauit: ſi tanquam impium, ſuos redemit. Non poteſt eripi filio, quod à lege accepit. Quomodo enim pater poteſt eripere, quod non poteſt non dare?

PARS ALTERA. Per alterum mihi neceſſe eſt abdicare quē nolo. Hoc vno alter alteri placet, quod vterq; patri diſplicet. Vtamur medicina qua cogimur, quod in vulneribus periculoſis fieri ſolet, vt malum cum ipſo corpore exſecetur. Adoptare adoleſcenti permittitis, quem lex in diuidendo patrimonio experitur? Lex te ad miniſterium patrimonij admittit, non in dominium. Eſt aliqua ætas, à qua aliquis filius eſſe deſinat? Nec tricenario quidem filio adoptare licet. Neq; enim quiſquam poteſt alium in manum ſuam recipere, qui ipſe in aliena manu eſt. Quomodo fieri poteſt, vt tibi poteſtas vitæ necíſq; aut in fratrem ſit, aut filium non ſit? Si bene de te meruerat, patrem pro filio rogaſſes. Nam quod ego non redemi, paupertatis fuit Nihil in medio comparebat. Quicquid tricenarius reliquerat, abdicatus abſtulerat. Quid facerem ſolus, ſenex, inops: cuius patrimonium alter diuiſerat, alter abſumpſerat?

NICOLAVS FABER.

PATER *patrimonium diuidat*] Vnde participes dicebantur. Porro quæſtio huius controuerſiæ, ſcholæ eſt, non fori. nam qui in aliena poteſtate eſt, adoptare non poteſt.

Vt malum cum ipſo corpore exſecetur.] Varro ἐν ἰξευγοῖς: *Non vituperamus, cum ſciamus digitum præcidi oportere, ſi ob eam rem gangræna non ſit ad brachium ventura.* Nonius in voce *Gangrana.*

Seruatus à filio. CONTROVERSIA. IV.

LEx. SERVATVS CONTRA SERVATOREM NE QVAM HABEAT ACTIONEM. Thema. *Seruatus à filio eum abdicat. Ille præſcribit.*

CONTRA FILIVM. Licuiſſet perire, ſi non licet loqui. Seruatum me putatis? captus ſum. Redde me hoſti. Captiuis loqui licet. Quo tantopere beneficia vitæ iactat? Audite quis prior dederit. Si quis me hoſti reddiderit, ſeruatorem vocabo. An vos abdicationem putatis actionem? etiam ſi actio eſt, lex quæ de ſeruato loquitur, ad perſonas tantum extraneas pertinet: ad filium, & ad patrem non magis, quam ad ſeruum & dominum, libertum & patronum. Vt à patria poteſtate diſcedas, & ad æſtimationem beneficij venias, qui dat vitam, ſi prior accepit, non obligat, ſed reddit. Proceſſi in aciem, exemplum filio meo: vicit me non hoſtis, ſed ætas. ſeruauit, quem ſæpe ſeruaueram. Rediuiuum me ſenem meretrix vocat. paraſitorum iocantium materia ſum. omnibus iſtis tanquam ſeruatoribus tacere iubeor Fili, ſi viuere mihi non licet, cur perire non licuit? Ego, inquit, te protexi. Ita tu adoleſcens in acie non ante patrem ſtetiſti? Audite filij mei gloriam. parricidium non fecit, cum poſſet ſeruare, ſeruauit.

PARS ALTERA. Hic me genuit. Hic mihi ſpiritum, hic mihi has manus, quibus ſeruaretur, dedit.

NIC. FABER.

REDDE *me hoſti.*] L. Seneca cap. xi. lib. ri. de Beneficiis.

IO. PETREIVS.

AN *vos*] argumentum à ſimili: quemadmodum ne ſeruo cum domino, ita nec liberto cum patrono licet agere.

Pater raptam continens. CONTROVERSIA V.

LEx. RAPTA RAPTORIS AVT MORTEM, AVT INDOTATAS NVPTIAS OPTET. Thema. *Raptor poſtulat, vt rapta educatur: pater non vult.*

CONTRA RAPTOREM. Iſte raptor eſt, ego in ius abducor. Non eſt enim tam facile homini probo occidere, quàm perdito mori. Communis, inquit, lex eſt, dij faciant, ne cogas me experiri, an tota mea iſta ſit. Quando ergo, inquit, optabis? Hoc tempore non poſſum Curo vulnera. Familiam reficio. expugnatam domum lugeo: ereptam virginitatem conſolor. Minantem ſibi ipſi cuſtodio. Quando optabis? cum rapta voluerit, nôli tum raptor. Quando optabis? cum tu voles. Quando, inquit, optabis? paro me optioni. confirmo animum. Non eſt facile hominem occidere: premo interim gemitus meos, & introrſus erumpentes lacrymas ago. Scio quid futurum ſit. vultus te meus decipit. Stulte, quenquam morari putas nuptias filiæ ſuæ? in ſecurim incurris, & carnificem vltro vocas. Cum rogare debeas, conuitium facis. Nemo vindicare ſe cogitur.

PARS ALTERA. Nihil eſt miſerius, quam incertum inter vitam mortemque deſtitui. Iam beneficium erit, etiam ſi mortem optauerit. In amorem filiæ iſtius incidi. Appellare de nuptiis debui

patrem

patrem: feci. Sed videris quam etiam in lege lentus sit. Raptor vitam alieni arbitrij habet libertatem sui. Lex communis est. Habet hic raptor quod timeat. Habet & quod sperare possit. In lege, inquit, non est scriptum quando: immo statim. Quoties enim tempus non adiicitur, præsens intelligitur. Tam longum tibi ius in caput eius non permittitur. Crudelius est quam mori, semper timere mortem.

NIC. FABER.

VT rapta educatur:] Vocabulum est scholæ. Educitur autem, cum in ius adducitur, vt optet ex lege raptarum.

Quoties enim tempus non adiicitur,] Regula iuris.

GRVTERVS ET IVRETVS.

QVOTIENS tempus non adiicitur præsens debetur] Multa hac de re P. Faber, & Reuardus ad l.14. ff. de reg. iur. quæ habet: *In omnibus obligationibus vbi dies non ponitur præsenti die debetur.*

IO. PETREIVS.

QVANDO ergo optabis] Id est, eliges aut mortem meam, aut nuptias? Ille autem respondens multiplici responsione, suspendit, non intercluss spe, nec penitus ostensa.

Domus cum tyranno incensa. CONTROVERSIA VI.

ACTIO DAMNI ILLATI SIT ACTIO. Thema. *Quidam tyrannum ex arce fugientem cum persequeretur, in priuatam domum compulit. Incendit domum. Tyrannus cum domo conflagrauit. Præmio accepto, agit cum illo dominus damni.*

PARS PRIMA. PRO TYRANNICIDA. Cur non exclusisti? Quare recepisti? quare nullam aliam domum tyrannus petiit? Nemo non venienti domum clausit. Aditum in domum non habui, qui in arcem habui. Non gaudes te aliquid impendisse publicæ libertati? Hic est in cuius domo tyrannus occisus est. Tanquam tyrannicida, monstraris. Redde, inquit, domum. Ita viuo tyranno non perdideras. Tyranni amicus, tyranni satelles: certe, quod negare non potes, hospes. Diu expectaui, an eiiceretur tyrannus. Facilius potes accusare aut te, qui tam familiaris tyranno fuisti, vt illi maxime tua placeret domus, qua illum recepisti: aut tyrannum, qui tibi damnum dedit, quod in tuam domum confugit, aut, vt culpa te liberem, facilius potes accusare fortunam, quæ tyrannum potissimum ad te detulit.

PARS ALTERA. Eius debet esse damnum, cuius est præmium. Non est iniquum, eius rei tibi iniuriam imputari, cuius fructum percepisti. Non elegit domum tyrannus: nec enim hoc illi vacabat: sed in eam quam potuit, irrupit Cum ego in ea non essem, nactus hic occasionem nocendi, intrare noluit: & tyrannicidium elegit. dubium, lentum, periculosum vrbi. accepit præmium, maius sine dubio, quasi damnum sarcire deberet.

IOAN. PETREIVS.

ADITVM in domum non habui] Alias, *Aditum in domum habuit, qui in arcem habuit.* Nisi tibi clam esset amicus, bene potuisset alias domos intrare, qui potuit penetrare in arcem. Vel si, *Non habui* dicamus, erunt verba aduersarij: Non potui intrare domum meam, iam incendi ceptam. cui respondet? *Non gaudes te &c.*) quasi dicat, gaudere deberes.

Venenum datum filio furenti. CONTROVERSIA VII.

THEMA. *Filio furenti, & sua membra lanianti, pater venenum dedit. Accusatur ab vxore male tractationis.*

CONTRA MARITVM. Non mirum est quare viuat, quæ filium perdidit. Viuit, qui occidit.

PRO ALTERA. Quem quotidie perdebam, aliquando extuli. Falleris misera mulier, in orbitatis tuæ tempore: non perdidisti tunc filium, sed tunc extulisti.

COLOR. *Alfius Flauus* hanc sententiam dixit: Ipse sui & alimentum erat, & damnum. Hunc *Cestius* quasi corrupte dixisset, obiurgans: Appatet, inquit, te poetas studiose legere. Iste sensus est eius qui hoc sæculum amatoriis non artibus tantum, sed sententiis impleuit. Ouidius enim in libris Metamorphoseon dicit:

Ipse suos artus lacero diuellere morsu
Cœpit, & infelix minuendo corpus alebat.

NICOLAVS FABER.

ACCVSATVR ab vxore male tractationis] Scribit optimus P. Pithœi codex, alioqui in repræsentandis diphtongis exactus, vno vocabulo *maletractationis*: quomodo etiam apud Arnobium li. IV. legimus, *immunes à Deorum maletractatione nec sic estis.* Hac autem actione diuortij caussas reddit vxor, quæ in iure actio rei vxoriæ dicitur. Nam declamatores nō solum peculiarem dicendi rationē, materiasq; à foro, rerumq; natura abhorrentes effinxerunt, verum etiam in iis quæ in foro tractari solent exsequendis, nouis vocabulis vsi sunt. Quare Quinctilianus cap. v. li. VII. *Quæ in scholis*, inquit, *abdicatorum, hæc in foro exhæredatorum à parentibus & bona apud centum-viros repetentium ratio est: quæ illic malæ tractationis, hic rei vxoriæ, cum quæritur vtrius culpa diuortium factum sit, quæ illic dementiæ, hic petendi curatoris.*

Pars altera] In hac Controuersia pro marito dubiam hanc sententiam refert Quinctilianus cap. v. li. VIII. *qui hæc edit, debet hoc bibere.*

Senec.

Olynthius pater reus concurſus.

CONTROVERSIA VIII.

LEx. QVI COETVM ET CONCVRSVM FECERIT, CAPITALE SIT. Thema *Victo Olyntho, cum filio adoleſcente Olynthius ſenex Athenas venit. Athenienſes omnibus ciuitatem Olynthijs decreuerunt. Inuitatus ad cœnam ab adoleſcente luxurioſo, cum filio venit. Ibi cum de ſtupro filij mentio eſſet, pater profugit, adoleſcens retentus eſt. Pater flere ante domum cœpit: incenſa eſt domus. Decem adoleſcentes perierunt, & filius Olynthij. Accuſatur pater quod cœtum concurſumque fecerit.*

Pro reo concvrsvs. Miſero ſi flere non licet, magis flendum eſt. Imperari dolori ſilentium non poteſt. Fuerunt ex populo qui dicerent. Hic meum filium, hic meam corrupit vxorem: ſuum quiſq; illo & ignem attulit, & dolorem. Timeo. fili, ne dum te quæro, in oſſa alicuius raptoris incidam. Vbi Athenarum fides? Vbi hoſpitales inuicem dextræ? Capti, inquam, fili, ſumus. Dum licet fugiamus: ſed tanquam à Philippo. Pariter apud Philippum certe viti fuimus. Lacrymæ meæ vocantur in crimen, quaſi ex quo Olynthus capta eſt, flere deſierim. Tantus ſcilicet ſum, vt in ea ciuitate populum concitare potuerim, in qua filium ſeruare non potui. Non quotiens conuenerunt in aliquem locum plures, cœtus & concurſus eſt: ſed quotiens conuocati, quotiens parati, quaſi ad ducem ſuum concurrerunt. Non ſi vna vicinia coit, aut ſi tranſeuntium paucorum numerus affluxit: ſed vbi totus, aut ex parte magna populus, vbi diuiſa eſt in partes ciuitas. Cœtus multitudinis magnę nomen eſt, coeuntis ex conſenſu quodam. At illic initiu pauci fuerunt. Deinde reliqui non ad me conuenerunt, ſed ad incendium: quod tamen populus maluit ſpectare, quam extinguere. Lex non eum punit, prupter quem cœtus factus eſt: ſed eum, à quo cœtus factus eſt. Non mihi tanti vltio fuit, vt amittere filium: & tentaui populum rugare, nec potui.

Pars altera. Quid cœtu opus eſt? Sunt ſcriptæ ad vindictam iniuriarum omnium leges. Mota ſemel multitudo modum non ſeruat. Ardere illo incendio ciuitas potuit.

SCHOTTVS.

QVI cœtum fecerit] Nocturni cœtus coitioneſque tanquam ſeditioſorum hominum optimo iure vetitæ, iam inde à primis iuris incunabulis, quæ lex quoque à Decemuiris in XII. relata, niſi fallit Porcius Latro noſter, in ea Declamatione, quæ in Catilinam circumfertur. verene an falſo ei inſcripta ſit, nunc non diſputo.

Vbi Athenarum fides] Fœdera enim Athenienſib. cum Olyntbiis erant, aduerſus Philippum, tyrannidem occupare conantem Diodorus Siculus, Demoſthenes, & Iuſtinus. Vid. & Contro. XXXIV. Hoſpitalis vero dexteræ, fidei ſignum: vt & *Teſſera*, mutui hoſpitij. Illæ quoque in ſummo ſignorum militarium implexæ geſtabantur, vt & in nūmis antiquis idem ſignum cum hac inſcriptione: CONCORDIA EXERCITVVM, quales edidit omnis antiquitatis Princeps Ant. Auguſtinus, Tacitus hiſtoriæ Auguſtæ li. I. *Miſerat ciuitas Lingonum Vitellio, vetere inſtituto, dona Legionib. dexteras, hoſpitij inſigne.* Et li. II. initio de Pſeudo-Nerone: *Centurionem Siſennam. dextras, Concordiæ inſignia, Syriaci exercitus nomine ad Prætorianos ferentem, varijs artibus aggreſſus eſt.* Vnde Virg.

——*Et dextram iungere dextra.*

Cœtus multitudinis] Reſpub. res populi: populus autem non omnis cœtus multitudinis, ſed cœtus iuris conſenſu, & vtilitatis communione ſociatus. Cicero III. de Repub. apud D. Auguſtinum l. 2. cap. XXI. Ciuitatis Dei.

IO. PETREIVS.

CAPTI fili] Hunc locum emenda: *Capti inquam fili ſumus, licet fugiamus, ſed non tanquam à Philippo apud Philippum certe veri fuimus.* Et oſtendit indigniora apud Athenienſes, quam apud Philippum, paſſum.

Crux ſerui venenum ægro domino negantis.

CONTROVERSIA IX.

THema. *Æger dominus petiit à ſeruo, vt ſibi venenum daret. Non dedit. Cauit teſtamento vt ab heredibus crucifigeretur. Appellat ſeruus tribunos.*

Pro servo. Lex Cornelia te appello. Ecce heres iubet, quod tu vetas. Ne quis illum domino diſplicuiſſe putet, tunc huic parari crucem iuſſit, cum ſibi venenum. Plura ſerui crimina confitemur. intempeſtiuas potiones, inutiles cibos, deſideranti negauit. Quid enim ille non voluit, qui venenum petiit? Maluit crucem pati, quam mereri. Si vincitur, periturus eſt: ſi non vincitur, ſeruiturus eſt ei à quo in crucem petitur. Ex altera parte lex eſt, ex altera teſtamentum: crux vtrinque. Furioſus ſeruum ſine cauſa occidere voluit. Quæritis inſaniæ argumentum? & ſe ipſe voluit occidere. Seruo, inquit, tribuni non poſſunt ſuccurrere? Seruo natum regem habuimus. Seruo indice, patefacta eſt Bruti liberorum cum Tarquiniis coniuratio. Ergo nihil intereſt, venenum domino aliquis dederit, an negauerit? Etiam vbi remedium eſt mori, ſcelus eſt occidere. Tam cito vos de vita domini ſeruum deſperare vultis quam heredem? Mortem ſi ſupplicium putas, quid rogas? ſi beneficium, quid minaris? Venenum quiſquam obiecit, niſi datum? Vllum tu finem facies tribuniciæ poteſtati; quam P.R. vt ipſe plurimum poſſet valeſe, plus quam ſe voluit? Venenum habere ſcelus eſt tam magnum, quam dominum occidere.

Pars altera. Mori volens elegit huic miniſterio nequiſſimum ſeruum, audacem, infeſtum ſibi. Ille non ſaluti conſuluit domini, quem videbat inſanabili morbo tabeſcere, ſed tormenta extendit.

extendit. Seruus herilis imperij non censor est, sed minister. Agitur de iure testamentorum, quorum interiit omnis potestas, si neglexerim imperia mortuorum, Tribuni. Itane furcifer tu non morieris domini arbitrio, morietur dominus tuo?

NICOLAVS FABER.

LEX *Cornelia*] Cornelij Sillæ de siccariis & veneficis.

SCHOTTVS.

LEX *Cornelia te appello*] Exstant huius legis capita de *Sicarijs & veneficis* li. 48. Pandect. Titu. 8. qua tenetur, qui hominis necandi causa venenum confecerit, dederit: de qua & Cicero disserte in oratione pro A. Cluentio habita.

GRVTERVS & IVRETVS.

N*Vm possunt succurrere?*] Mei quatt. sine interrogatione *non possunt.*

Venenum habere scelus est] De eo Fornerius ad Titul. de verb. signif.

IOAN. PETREIVS.

LEX *Cornelia*] quæ de homicidis erat. Seruus punitur ab heredibus, quod homicida non fuerit: Iubent igitur heredes, quod lex vetat; qui volebant me homicidam esse.

Seruum natum] *Seruium Tullium* Apud Liuium li. 1. In seruorum defensionem, apud Macrobium multa.

Seruo indice] *Vindicius* is fuit, Vitelliorum seruus apud Liuium li. 11.

EPITOMÆ

M. ANNÆI SENECÆ CONTROVERSIARVM

LIBER QVARTVS.

Seneca Nouato, Senecæ, Melæ, filijs Salutem.

Quod munerarij solent facere ad expectationem populi detinendam, noua paria per omnes dies dispensant, vt sit quod populum & delectet & reuocet: hoc ego facio. non semel omnes produco, aliquid noui semper habeat libellus: vt non tantum sententiarum vos, sed etiam auctorum nouitate sollicitet. Acrior est cupiditas ignota cognoscendi, quam nota repetendi. Hoc in histrionibus, in gladiatoribus, in oratoribus, de quibus modo aliquid fama promisit, in omnibus denique rebus videmus accidere. Ad noua omnes concurrunt, ad noua conueniunt. Non tamen expectationem vestram macerabo, singulos producendo: liberaliter hodie & plena manu faciam. Pollio Asinius nunquam admissa multitudine declamauit: nec illi ambitio in studio defuit. Primus enim omnium Romanorum aduocatis hominibus scripta sua recitauit. Et inde est, quod Labienus homo mentis quam linguæ amarioris dicit: Ille triumphalis senex ἀκροάσεις suas nunquam populo commisit. Siue quia parum in illis habuerit fiduciæ, siue (quod magis crediderim) tantus orator inferius id opus ingenio suo duxerit. exerceri quidem illo volebat, gloriari fastidiebat. Audiui autem illum & viridem, & postea iam senem cum Marcello Æsernino nepote suo, quasi præciperet. Audiebat illum dicentem: & primum quidem disputabat de illa parte quam Marcellus dixerat: prætermissa ostendebat, tacita leuiter implebat, vitiosa coarguebat: Deinde dicebat partem contrariam. Floridior erat aliquando in declamādo, quam in agendo. illud strictum eius & asperum, & nimis ratum in dicendo iudicium, adeo cessabat, vt in multis illi venia opus esset, quæ ab ipso vix impetrabatur. Marcellus, quāuis puer, iam tantæ indolis erat, vt Pollio ad illum pertinere successionem eloquentiæ suæ crederet, cum filium Asinium Gallum relinqueret magnum oratorem: nisi illum (quod semper euenit) magnitudo patris non produceret, sed obrueret. Memini intra quartum diem quam Herium filium amiserat, declamare eum nobis: sed tanto vehementius, quam vnquam: vt appareret, hominis naturam contumacem cum fortuna sua rixari. Nec quidquam ex ordine vitæ solito remisit. Itaq; cum mortuo in Lycia Caio Cæsare per codicillos questus esset diuus Augustus, vt erat mos illi clemētissimo viro, nō ciuiliter tantū, sed etiam familiariter, quod in tam magno & recenti luctu suo homo carissimus sibi, pleno conuiuio cœnasset, rescripsit Pollio: Eo die cœnaui, quo Herium filium amisi. Quis exigeret maiorem ab amico dolorem, quam à patre? O magnos viros, qui fortunæ succumbere nesciunt, & aduersas res suæ virtutis experimenta faciunt. Declamauit Pollio Asinius intra quartum diem, quam filium amiserat. Præconium illud ingentis animi fuit, malis suis insultantis. At contra Haterium scio tam imbecillo animo mortes filiorum tulisse, vt non tantum recenti dolori cederet, sed veteris quoque & obliterati memoriam sustinere non posset. Memini cum diceret Controuersiam de illo, qui à sepulchris trium filiorum abstractus iniuriarum agit, mediam dictionem fletu eius interrumpi: deinde tanto maiore impetu dixit, tanto miserabilius, vt appareret quam magna interim pars esset ingenij, dolor Decla-

mabat Haterius admiſſo populo ex tempore: ſolus omnium Romanorum, quos meo tempore cognoui, in Latinam linguam tranſtulit Græcam facilitatem. Tanta illi erat velocitas orationis, vt vitium fieret. Itaq; diuus Auguſtus optime dixit: Haterius noſter ſufflaminandus eſt. Adeo non currere ſed decurrere videbatur: nec verborum tantum illi copia, ſed etiam rerum erat: quotiens velles eandem rem, & quandiu velles, diceret. Alijs totiens figuris, alijs tractationibus. Ita vt nec regi poſſet, nec conſumi. Regi autem ab ipſo non poterat; alioquin libertum habebat, cui pareret, & ſic ibat, quomodo ille aut concitauerat eum, aut refrænauerat. Iubebat eum tranſire, cum aliquandiu locum dixerat: tranſibat inſiſtere iubebat: eodem loco permanebat. iubebat epilogum dicere: dicebat. Habebat in ſua poteſtate ingenium, in aliena modum. Diuidere Controuerſiam, putabat ad rem pertinere, ſi illum interrogares: non putabat, ſi audires. Is illi erat ordo, quem impetus dederat. Ac non dirigebat ſe ad declamatoriam legem, nec verba cuſtodiebat. Quædam enim ſcholæ iam quaſi obſoleta refugiũt: nec ſi qua ſordidiora ſunt, aut ex quotidiano vſu repetita, poſſunt pati. Ille in hoc ſcholaſticis morem gerebat, ne verbis calcatis & obſoletis vteretur. Sed quædam antiqua, & à Cicerone dicta, à ceteris deinde deſerta dicebat, quæ nec ille quidem orationis citatiſſimæ curſus poterat abſcondere. Adeo quicquid inſolitum eſt, etiam in turba notabile eſt. Hoc exempto, nemo erat ſcholaſticis nec aptior, nec ſublimior: ſed dum nihil vult, niſi culte, niſi ſplendide dicere, ſæpe incidebat in ea quæ deriſum effugere non poſſent. Memini illum (cum libertinum reum defenderet, cui obijciebatur, quod patroni concubinus fuiſſet) dixiſſe: Impudicitia in ingenuo crimen eſt, in ſeruo neceſſitas, in liberto officium. Res in iocos abiit: non facis mihi officium, & multum ille & hic in officijs verſatur: ex eo impudici & obſcœni, aliquandiu officioſi vocitati ſunt. Memini & illam contradictionem ſic ab illo poſitam, magnam materiam Pollionis Aſinij, & tunc Caſſij Seueri iocis præbuiſſe. At, inquit, inter pueriles condiſcipulorum ſinus laſciua manu obſcœna luſiſti, & pleraq; huius generis illi obijciebantur. Multa erant quæ reprehenderes, multa quæ ſuſpiceres, cum torrentis modo magnus quidem, ſed turbidus flueret. Redimebat tamen vitia virtutibus: & plus habebat quod laudares, quam quod ignoſceres: ſicuti in ea, in qua fleuit declamatione.

NICOLAVS FABER.

QVOD *munerarij*] ἀγωνάρχαι ἀγωνοθέται. quo vocabulo primum vſum fuiſſe D. Auguſtum notat Quinctilianus cap. VIII. li. III.

Noua paria] Gladiatorum.

Pollio Aſinius] Quem Plinius cap. XXX. lib. VII. principem oratorem, & ciuem vocat. Valerius Maximus cap. XII. li. VIII. non minimam partem ſtyli Romani, cuiuſq; nomini Virgilius Eclogam quartam inſcripſit. Is in Republ. natus, iociſſeriiſque accommodatus, & omnium horarum, ingenio tamen ferox, quod etiam filio obiectum eſt, anno ſuæ ætatis XX. L. Domitio Ahenobarbo, & Appio Pulchro Coſſ. qui Ciceronis fuit LIII. vitæ annus, Catonem magno totius ciuitatis concurſu defendentibus M. Cicerone, C. Caluo, & M. Scauro accuſauit. Sub Auguſto ſummis functus eſt honoribus, pluresq; & graues cauſas egit, inter quas memorantur pro P. Nonio Aſprenate veneficij reo, & pro Vrbiniæ hæredibus apud centum viros, peruenitq; ad extremum fere eius imperium: atq; in villa Tuſculana octoginta annos natus, neruoſæ virilitatis haud paruum exemplum, diem obiit. Hæc ex Quinctiliano, cap. I. li. X. & VI. li. XII. Aſconio in Ciceronem pro Scauro, Tacito I. Annal. & de claris oratoribus. & B. Hieronymo in Euſebij Chronico collegimus.

Ille triumphalis ſenex ἀκροάσεως] Ille enim eſt,

Inſigne mœſtis præſidium reis,
Et conſulenti, Pollio, Curiæ,
Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho.

vt ſcribit Horatius prima Ode, li. II. Dio. XLVIII. & Faſti Capitolini, in quibus hæc leges: C. ASINIVS POLLIO PROCONSVL AN. . . . EX PARTHINEIS VIII. K. NOVEMB. Sunt autem Dalmaciæ populi. Porro ἀκροάσεις. (ſic enim ob optimo codice repoſui) contracta ſignificatione dictæ ſunt declamationes. Lucianus dialog. πρὸς τὸν εἰπόντα Προμηθεὺς εἶ ἐν λόγοις cum dixiſſet oratores vere Prometheos eſſe, quia eorum orationes ſunt ζῶντα ὡς ἀληθῶς καὶ ἔμψυχα τὰ ἔργα, ſubiungit de declamatoribus, ἡμεῖς δὲ οἱ ἐς τὰ πλήθη παριόντες, καὶ τὰς τοιαύτας τῶν ἀκροάσεων ἐπαγγέλλοντες, εἴδωλα ἄττα ἐπιδεικνύμεθα. & in Prometheo ſiue Caucaſo tempus εἰς ἀκρόασιν κατακεχηνότας σοφιστικήν. in declamationem ſophiſticam inſumi, dixit.

Cum Marcello Æſernino nepote ſuo,] Ex filia niſi me coniectura fallit. Videtur enim fuiſſe filius M. Claudij Marcelli Æſernini conſulis cum L. Aruntio, anno vrbis DCCXXXIII. Neque enim ille Conſul nepos potuit eſſe Pollionis. Suetonius autem notat hunc Pollionis nepotem crus effregiſſe in Troiæ ludo, quem edebat Auguſtus. cuius caſu effectum eſt Polliona grauiter inuidioſeque in ſenatu queſto, ne in poſterum ab Auguſto ederetur. Suetonius cap. XLIV. Maxime autem ſub Tiberio floruit. Is enim eſt Marcellus Æſerninus, quem Cn. Piſonem cædis Germanici accuſatum patronum petiuſſe Tacitus li. III. ſcripſit, quemque apud eundem auctorem An. XI. incorrupta vita & facundia ad ſumma prouectum, & ditium familiarum heredem, in ſuaſione L. Cintiæ Suilius dixit. Plinius cap. I. li. XII. Spadonis Theſſalici huius Æſernini prædiuitis liberti meminit, qui platanum, cuius folia nunquam decidunt, primus in Italiam ſub Claudio tranſtulit. Per diphthongum autem ſcribo, faſtos conſulares & etymologiam ſecutus. ab Æſernia enim Samnitum oppido dictos Æſerninos conſtat.

Illud ſtrictum eius & aſperum, & nimis ratum] Quinctilianus cap. I. & II. li. X. *Multa*, inquit, *in Aſinio Pollione inuentio, ſumma diligentia, adeo vt quibuſdam etiam nimia videatur, & conſilij & animi ſatis: à nitore & iucunditate Ciceronis ita longe abeſt, vt videri poſſit ſæculo prior.* Tacitus de claris orat. eum inter Menenios & Appios ſtuduiſſe videri ait. *Pacuuium certe*, ſubiungit, *& Attium non ſolum Tragœdijs, ſed*

etiam

etiam orationibus suis expressit, adeo durus & siccus est. Præter orationes multa alia edidit: nam Pollinnem Carisius citat ad Cæsarem, fortasse ex epistolis, & contra maledicta Antonij, & de prouinciæ hæredibus. quo loci legendum censeo, *pro Vrbinia heredibus*: cuius tituli orationes Pollionis laudās Tacitus de Oratoribus, & Quinctilianus non vno loco. Item composuisse Tragœdias, amatoriosque versus testantur præter Tacitum Horatius Od. lib. II. & Satyr. vlt. lib. I. & Plinius Epistolarum lib. v.

Asinium Gallum] Magnum Tiberianæ crudelitatis documentum, cui ne mori quidem licuit. B. Hieronymus. *C. Asinius orator, Asinij Pollionis filius, cuius etiam Virgilius meminit, diris à Tiberio suppliciys afficitur.* Si pius ille scriptor Gallum illum intelligit de quo Ecloga decima, fallitur, si vero Eclogam quartam designat, non absque ratione est. quamuis enim vulgo credant Saloninum Asinij Pollionis filium in ea celebrari: nō defuerunt tamē qoi de hoc Asinio Gallo scriptam voluerint. Addit etiam Seruius integer optimi ac eruditissimi nostri Danielis, Asconiū Pedianum tradidisse se ab ipso Asinio Gallo audiisse illam Eclogam in honorem eius scriptam, cum ipse nasceretur patre Pollione Consule designato. Huius autem Asinij Galli hoc extat apod Suetoniom de illustribus Grammaticis distichon.

> *Qui caput ad læuam deicit, glossemata nobis*
> *Præcipit, os nullum, vel potius pugilis.*

Plora de eo Tacitus, sex primis Ann. libris, & Dio lib. 58.

Quam Herium] Sic duæ veteres editiones cum manuscriptis codicibus hic legūnt, & infrà linea quinta. male in Romana editione *Haterium* emendarunt. Nam Haterius filius non fuit Pollionis.

At contra Haterium] Q. Haterius familia Senatoria, eloquentiæ quoad vixit celebratæ, promptusque & popularis orator, fœdæ tamen adulationis, ad nonagesimum prope annum summo in honore consenuit, obiitque mortem anno vrbis ɔɔccLXXIX. B. Hieronymus & Tacitus lib. III. & IV. Quod si verum est, natus est Cicerone Consulē, id est, anno vrbis ɔɔcxc. quo fit, vt nec potuerit esse Pollionis filius, duodecim tantum annis eo minor, nec Pollio, quo die ipse Haterius decessit, cenare plus xx. annis ante fato functus. Addit etiam Tacitus monomenta eius haud ideo durasse, quia scilicet impetu magis quam cura vigebat, vtque aliorum meditatio, & labor in posterum valescit, sic Haterij canorum illud & profluens cum ipso simul extinctum esse. Plura apud eundem Tacitum libris sex prioribus Annalium de ipso Haterio vide.

Vt vitium fieret.] L. Seneca epist. XL. *Nam Q. Haterij cursum suis temporibus oratoris celeberrimi, ab homine sano longe abesse volo. nunquam dubitauit, nūquam intermisit, semel incipiebat, semel desinebat.*

Alioquin libertum habebat, cui pareret,] B. Hieronymus aduersus errorem Ioannis Hieronym. *Et vt aliquid,* scribit, *de neotericis referam. Q. Haterius, qui ingenium in numerato habebat, vt sine monitore tacere non posset, de quo egregie Cæsar Augustus: Q. inquit, noster sufflaminandus est.* Idem etiam de C. Graccho memoriæ tradiderunt Cicero, Valer. Maximus Quinctilianus, & quis non? Porro suffla-

minari est cohiberi, metaphora ducta à curribus in procliui decurrentibus, qui sufflamine retardantur. Vetus commentator in illud Iuuenalis Satyr. 8.

> *Ipse rotam adstringit multo sufflamine Consul.*

Sufflamen, inquit, *vinculum ferreum, quod inter radios mittitur dum cliuum descendere cœpit rhada, ne celeres rotæ sequantur, & animalia vexent.* L. Seneca in ἀποκολοκ. *Aliquando Ixionis miseri rotam sufflaminandam.*

Multum ille & hic in officijs versatur.] Sic Petronius Arbiter spissare officium, & Ouidius Elegiar. VI. lib. III. continuari officio, & de arte amandi II. officium facere, in re obscœna dixerunt.

SCHOTTVS.

QVOD *munerarij solent*] *Munerarius* primum ab Augusto dictus, teste Fabio lib. VIII. qui *Munerator* est L. Annæo Floro de Spartaco lib. III. cap. XIX. *Munus* autem officium dictum est, quod gladiatores funebribus ludis pro extremo officio Romæ exhiberentur, vt auctor est Tertullianus lib. de spectaculis. Et Lipsius noster I. Saturnal. cap. VII. D. Cyprianus lib. de pietatis opere, & eleemosyna in extremo: *Munera vbi quam preciosa, quam grandia quam nimio & longo tempore quæsita sumptuosissimis apparatibus comparant, rebus suis vel obligatis in muneris apparitione, vel venditis, ac nisi editio honesta successerit, conuitijs ac sibillis eijciuntur, & furore populari nonnunquam pæne lapidantur. Tu nos tales munerarios Christe demonstrans, illos copiosis opibus affluentes, an in Ecclesia præsidente & spectante te eiusmodi munus edant.* Vtitur & voce *munerarij* Tranquillus in Domitiano.

Ille triumphalis senex] ἐπιδείξεις *id est declamationes* ἀποδείξεις in obscuris libri veteris vestigiis erat, Latinisque literis exaratum. vtrumque idem significat. Hinc ἐπιδεικτικὸν Demonstratiuum genus, quod ideo Declamatorium potius quam Oratorium videatur, quod bene dicendi finem, puta *fidem facere* non assequatur. Vid. Fabium lib. III. cap. IV. Suetonius de claris Rhetoribus: *Olim*, inquit, *Græci* συντάξεις *vocabant, mox Controuersias quidam, sed aut fictas, aut iudiciales.* Vbi in veteri quodam meo scriptum melius, συν-θέσεις *vocabant.* ὑποθέσεις tamen hic legere ac tueri Fabrum nostrum postea comperi, nec repugno.

Marcello Æsernino nepoti suo] Huius meminit & Corn. Tacitus Annal. XI. vt Oratoris & innocentis vitæ. Et Sueto. in Augusto cap. XLII. *Asinio Pollione oratore grauiter, inuidioseq; in curia questo Æsernini nepotis sui casum, qui & ipse crus effregerat.*

Intra quartum diem Haterium F.] Diuerse in veteri *Herenum F.* & mox hac ipsa pagina *Herium*. Non immerito igitur vulgaris mihi lectio de mendo suspecta est, præsertim cum statim subiiciatur, *sex filiorum mortes imbecillo animo tulisse Haterium*, qui in hoc declamatorum censu non postremus est, laudaturque Suasor. III. Itemque Contron. VI. extrema & XIII. Item in præfationis huius fine.

Asinius intra quartum diem] Non dissimile de Potamone Suasor. II. qui à funere filij contulit se in scholam, & declamauit.

Haterius noster sufflaminandus est] Admonuerunt

iam alij ante me natum: in his Pintianus, hic *sufflaminandus* legendum esse, qua voce L. Seneca in ἀποκολοκυντώσει vtitur, & bis Iuuenalis, quibus adde & D. Hieronymi auctoritatem. Est autem *sufflamen* retinaculum, quo rotarum cursus restringitur, ne currus è summo loco in præceps deferatur. Sic enim ille in ludicro Claudiano extremo: *Aliquando Ixionis miseri rotam sufflaminandam*, Iuuenal. Sat. 8.

Carpento rapitur pinguis Damasippus, & ipse
Ipse rotam stringit multo sufflamine Consul.

Et Satyra 16. metaphoricῶs:

Nec res atteritur longo sufflamine litis.

Pro dilatione & remora vt fit lite pendente. Diuus Hieronymus Epistola ad Pammachium, aduersus errores Ioãnis Hierosolymitani. *En Lysias noster, en Gracchus, & vt aliquid de Neotericis inseram, Q. Haterius, qui ingenium in numerato babebat, vt sine monitore tacere non posset: de quo egregie Cæsar Augustus: Quinctus, inquit, noster sufflaminandus est.* In quo loco ante Rom. editionem, legebatur *sufflamandus*, vt & hoc loco *suffibulandus*. Sed vtraque lectio flamma & fibula potius digna. Duo autem Augusti dicteria de eodem pronuntiata coniungit. *Ingenium* enim *in numerato habere* de L. Vinitio, non de Q. Haterio dixit Augustus: vt extrema Controuers. XIII. auctor est (quem vide & Suasoria III. extre.) Seneca noster, à quo prius ille scriptor est mutatus, legens identidem hunc Rhetorem.

Adeo non currere sed decurrere.] Alciatum legisse video *Ne dum currere sed decurrere*, Nescio quo codice vsum, dum rixatur cum Valla de *nedum* particula, in qua multa peccantur, lib. VI. Parergon cap. X. quin & cap. V. sufflaminandi aliam à nobis originationem attulit. Vide & Cælium Rhodiginum lib. IX. cap. X.

Libertum habebat cui & parebat] De C. Graccho idem refert Cicero 3. De Oratore, & M. Fabius in contione fistulatorem post se habere solitum, qui actionem suam moderaretur.

Aliquandiu Officiosi vocitati] Quin etiam *Obsequentes* & *Morigera* amicæ dictæ; Afranius Vopisco apud Nonium.

Ætas, & corpus tenerum, & morigeratio.

Et Næuius Tarentilla apud Carisium:

Nunquam quisquam amica
Amanti amico nimis licet fidelis,
Nec minus erit morigera: Nota quisquam.

Quæ duo postrema verba à glossa religiosi scribę esse suspicor.

Redimebat tamen vitia virtutibus.] pro pensabat, vt Iuuenalis Satyra IV.

——monstrum nulla virtute redemptum.

vt ad Suasoriam VI. notabam. M. Cicero C. Cælio lib. II. ad Famil. epist. XV. quam quidem acerbitatem à Rep. meis priuatis & domesticis incommodis libentissime redemissem. Et libro X. Plancius ad Senatum: Non enim præterita videri volo redemisse. Vtitur & hac notione Seneca Philosophus.

GRVT. & IVRETVS.

QVod munerarij solent] mei quatt. *numerarij*: male. nam *munerarius* is est qui populo spectaculum exhibebat, gladiatorum, vel venationem, aliter dictus, *dominus ludorum*, siue, *editor*, de quo plura Lipsius lib. 1. cap. 7. Saturn. serm. Addatur & Fornerius ad l. 18. de verb. sign.

Et obliterati memoriam] quidam v. c. *& oblitæ ætatis memoriam.*

Tanto maiore impetu dicit, tanto miserabilius] puto rectius esse in v. c. *tanto mirabilius*. Iuretus.

Pater à sepulcro à luxurioso raptus. CONTROVERSIA I.

THema. *Quidam amissis tribus liberis, cum assideret sepulcro, à luxurioso adolescente in vicinos hortos deductus est, & detonsus. Coactus conuiuio interesse, mutata veste, dimissus iniuriarum agit.*

PRO PATRE. Nunquam lacrimæ opprimuntur imperio, sed etiam irritãtur. Nulla flendi maior est causa, quam flere non posse. Rapuit me qualem in conuiuio puderet venire, dimisit qualem ad sepulcrum redire puderet. Credo mirari aliquem, quod in forum amissis modo liberis veniam. At ego iam in conuiuio fui. Quousque, inquit, flebis? Est quædam in ipsis malis miserorũ voluptas, & omnis aduersa fortuna habet in querelis leuamentum. Ibi me flere prohibes, vbi crudeliter ipse non fleres. Cum miserrimum sit flere, quam infelix sum, cui ne hoc quidem licet. Vidi ebriorum sitim, & vomentium famem. Quis est iste, qui supra flentem patrem censuram lugendi postulat? Proiectus in omnia gulæ libidinisque flagitia, omnibus denotandus censoribus, seculo præcepta componit. Scit quantum super amissos tres liberos patri flendum sit: quem, si viueret pater, fleret. Senex, orbus, infelix, hoc tantum inter miserias solatium capio, quod miserior esse non possum. Cineres meorum in sepulchro video. Magnum solatium est, appellare sæpius nomina liberorum, non responsura. Hic mihi viuendum est: ne cui de nuptiis vel de liberis cogitanti dirum omen occurram: cogit flere, qui non finit. In illo conuiuio morari, etiam felicis patris esset iniuria.

PARS ALTERA. Questus fui pridem de inhumanitate eorum, qui illum propinquitate contingerent. Nemo amicus, nemo, inquam, propinquus est? Sed melius, vt video, illius rabiem nouerant. Festo die sodales, amicique mecum: quorum vnus, Quid hunc miserum sic perire patimur? Nemo sibiipsi finem flendi fecit. Pudet illos desinere: cogi volunt. Consolarer te diutius, nisi iam & accusare posses.

NIC. FABER.

EST quædam in ipsis malis] Ex Metrodori sentẽtia. L. Seneca Epist. XCIX. Oui. lib. 4. Tristiũ:

est quædam flere voluptas,
Expletur lacrymis, egeriturque dolor.

Dirum omen occurram:] Ita plane optimus codex egregio sensu. L. Seneca ad Martiam cap. III. *Ipsumque desiderans triste matribus omen occurras.* infrà lib. X. de expositis debilitatis, *Occurrunt nuptijs omina dira, fatis publicis tristia auspicia.*

SCHOTTVS.

ET detonsus coactus cõuiuio interesse] sic interpũgo. Nam in funere atrati barbam capillosq. alebant.

bant. vt & in reatu intonsi erant. Vide Cont. xx. extr.

Nemo amicus, nemo propinquus] infelicium scilicet M. Antonius Muretus lib. 1. Variar. lect. cap. 6.

GRVTERVS & IVRETVS.

APPELLARE *sæpius nomina filiorum non responsura*] Pal. quart. & Colon. *Sæpius appellare liberorum non responsura vocabula*: & eo ordine ponitur in reliquis nisi quod ij retinēt, *nomina*, quod malim. Rem ipsam tangit & Catullus:

Et mutum nequicquam alloquerer cinerem.

Ausonius,

Voce ciere animas funeris instar habet. alibi:

Et magna postremum voce ciemus:

hoc enim in ipso rogo fiebat, vt ex Euripide probat Scaliger castigationibus in Catullum.

Nec de liberis cogitandum] v. c. Iureti, *nec inde liberis cogitandum.*

Metellus cæcatus. CONTROVERSIA II.

LEX. SACERDOS INTEGER SIT. Thema. *Metellus pontifex cum arderet Vestæ templum, dum Palladium rapit, oculos perdit. Sacerdotium illi negatur.*

PRO METELLO. Vesta mater, fortasse nullum sacerdotem haberes, nisi Metellum habuisses. Sacrorum causam ago, non Metelli. Plus eorum interest, ne Metellum sacerdotem, quam Metelli, ne sacerdotium perdat. Non erat tantus Metellus, cum, illi sacerdotium dedimus. Ciuitas sollicita pendebat. Duo periclitabantur, quibus nihil populus habebat pretiosius, sacra & Metellus. O faciendum sacerdotem, nisi esset. Lex integrum ad animum refert, non ad corpus. Lex æstimari hoc voluit, tunc cum quis peteret, non cum haberet sacerdotium. Habes Vesta duplex pontificis tui meritum: seruauit sacra, nec vidit.

EXTRA. Controuersiam. *Pollio*: Ante hoc, si cæcus factus esset, non abstulisset. Si postea cæcus factus est. vidit.

PARS ALTERA. Sacerdos non integri corporis, quasi mali ominis res vitanda est. Hoc in victimis notatur, quanto magis in sacerdotibus? Post sacerdotium magis obseruanda est debilitas. Non enim sine ira deorum debilitatur sacerdos. Apparet non esse propitios deos sacerdoti, quem ne seruati quidem seruant.

COLOR. Hunc colorem *Gallio* non probabat, summo cum honore Metelli, asserens contra Metellum agendum ita, vt rogetur cum iudicibus officio pontificum & ipse consulere.

NIC. FABER.

METELLVS *cæcatus*] De hoc themate vide Liuij Epitomen xix. Valerij Maximi cap. iv. lib. i. & Plinij cap. xliij. lib. vii.

SCHOTTVS.

METELLVS *pontifex*] L. CÆCILIVS METELLVS L. F. C. N. princeps Cæciliæ familiæ: nam bis Cos. anno DII. iterumque DVI. Magister equitum DIII. Pontifex Maximus DX. cui sacerdotio duos & viginti annos præfuit. Dictator DXXIX. de Pœnis proconsul triumphauit, anno DIII. duxitque in triumphum duces tredecim, Elephantos CXX. vt Epitoma Liuij lib. XIX. vel CLII. vt Plinius lib. 8. cap. 6. Natur. Histor. & Frontinus lib. 2. cap. 5. Stratagem. Hic Palladium ex incendio templi Vestæ eduxit, cæcusque factus est. Hinc soli cōcessum id beneficij, vt curru in curiam vehi posset. Idem Plinius lib. 7. cap. 43. & Valerius Maximus lib. 1. ca. 5. de Palladio: sic Dionysius lib. 1. Ἀρχαιολ. Ῥωμαικ. τὰ μὲν οὖν εἰς Ἰταλίαν ὑπ' Αἰνείου κομισθέντα ἱερὰ τοῖς εἰρημένοις ἀνδράσι πειθόμενος χαριτῶν μεγάλων θεῶν εἰκόνας εἶναι, οὓς Σαμοθρᾶκες Ἑλλήνων μάλιστα ὀργιάζουσι, καὶ τὸ μυθευόμενον Παλλάδιον, ὅ φασι τὰς ἱερὰς φυλάττειν παρθένους ἐν ναῷ κείμενον Ἑστίας, ἔνθα καὶ τὸ ἀθάνατον πῦρ διασώζεται. i. *Secutus auctores idoneos aio sacra per Æneam translata in Italiam esse, Magnorum Deorum, quibus Græcos Samothraces initiantur præcipue, fabulosumque illud Palladium, quod in templo Vestæ à sacratis virginibus dicunt custodiri vbi etiam asseruatur ignis perpetuus.* vid. Controu. xvii.

IO. PETREIVS.

HOC *in victimis*] A minori. Hostiæ eximiæ & lectæ dicebantur, quæ Diis erāt destinatæ, apud Macrobium.

Patre exule filia rapta. CONTROVERSIA III.

LEX. IMPRVDENTIS CÆDIS DAMNATVS, QVINQVENNIO EXVLET. Altera. RAPTA RAPTORIS AVT MORTEM, AVT INDOTATAS NVPTIAS OPTET. Thema. *Cum quidam haberet filiam & filium, imprudentis cædis damnatus, in exilium abijt. Filia eius rapta est. Raptor ad patrem puellæ se contulit. Impetrauit ab illo, vt iuberet filiam nuptias optare: & epistolam daret ad filium. Fratre auctore, mortem optauit puella. Pater redijt. abdicat filium.*

CONTRA FILIVM. Quomodo me excusabo Reip. cui duos abstuli? Neutrum mea culpa. In altero me fortuna decepit, in altero filius. Filia etiam fratri paruit: filius nec patri. Per humanos inquit, errores. Agnoui preces meas. Potes, inquit, omnibus ostendere, quam non possis hominem occidere. Scio me ciuem debere Reipublicæ. hoc interierit tamen, quod imprudentes occidimus: prudentes seruauimus. Aliquem in exilio infrà fortunam meam vidi.

PARS ALTERA. Irrupit contumeliose, tanquam in exulis domum. Peruenit ad patrem, non pepercit eius pudori. At ego querebar, quod absenti fecit iniuriam. Non possum ut hoc abdicari, quod lege factum est. Non potuisti pater de iniuria iudicare, quam non noueras. Multa nobis

extotquentur, quæ nolumus scribere: & tu in ea fortuna eras, in qua posses iniuriam accipete: & ille is erat, qui etiam in patria posset iniuriam facere. Quia sciebat malam causam suam, egit apud illum, qui eam non nouerat. Rediit supetbus, iubebat, & nos optare nuptias cogebat. Videbatur sic & illic cogisse. Aliquid tamen epistolis consecutus est. nemo vnquam tatdius periit. Collegit ingentem numerum perditorum. expugnauit domum. vexauit puellam. Hoc tibi raptor non narrauerat.

Color. *Latro* aiebat, semper inuisum esse, qui reum alium pro se subijceret. Non opottere hoc deriuari factum, in sororis voluntatem. Qui defendit, inquit, crimen, auditur tanquam reus: qui transfert, tanquam accusatot. Malo autem loco est, qui habet rei fortunam, accusatoris inuidiam. *Asinius Pollio* dicebat, colorem in narratione ostendendum, in argumentis exsequendum. Non prudenter eos facere; qui in nartatione omnia instrumenta coloris consumerent. Nam & plus eos ponere, quam narratio desiderasset, & minus quam probatio.

NICOLAVS FABER.

IMPRVDENTIS cædis damnatus] Plato lib. ix. de legibus, Porphyrius περὶ ἐμψύχων ἀποχ. libro primo & Philo Iudæus περὶ τῶν ἐν εἴδει νόμων.

Armis sepulcri victor.

CONTROVERSIA IV.

LEX. SEPVLCRI VIOLATI SIT ACTIO. Thema. *Bellum cum esset in quadam ciuitate, vir fortis in acie amißis armis, de sepulcro viri fortis arma sustulit. Fortiter pugnauit & reposuit. Præmio accepto accusatur sepulcri violati.* D. C.

Pro viro forti. Arma vix contigeram. secuta sunt. Hæc si sumo, arma sunt; si relinquo, spolia. Vidisses vere violati sepulcrum, si illo venisset hostis. Vterque quod alteri deerat, commodauimus. Ille viro arma, ego armis virum. Resp. multum consecuta est, vir fortis nihil perdidit. Necessitas est, quæ nauigia iactu exonerat. necessitas est, quæ ruinis incendia opprimit. necessitas est lex temporis. Quicquam non fit legitime pro legibus? Melius cum ipso sepulcro actum est, in quo notiora sunt arma iterum victricia. Pro Republica plerumque templa nudantur, & in vsum stipendij dona conflamus.

Pars altera. Reum habemus in prœlio inertem, in fuga audacē, turpem non minus patrocinio, quam crimine. Arma sua perdidit. Hoc excusare non poterat, nisi rapuisset aliena. Rapuit aliena. Hoc excusari non poterat, nisi & sua perdidisset. Arma victricia, arma consecrata diis Manibus, arma quæ te quoque fecerunt virum fortem. Reposui, inquit, arma. Gloriatur, quod non & illa perdiderit. Non teneor lege, quia reposui. Tam teneris hercle, quam qui vulnerauit aliquem, licet vulnus sanauerit: quam qui surripuit aliquid, licet deprehensus reddiderit. Non est hoc illi crimen propter virtutem donandum. iam gratiam virtuti retulimus, præmium consecuta est. Æquos nos esse conuenit, vnum virum fortem honorauimus, alterum vindicemus.

SCHOTTVS.

SEPVLCRI violati] Vide veterum prudentium responsa à Treboniano in 47. Pandect. lib. tit. 12. congesta.

Necessitas est, quæ nauigia] Exstat elegans Mimus de necessitate Laberij à Cæsare coacti in scenam prodire, cum iam eques Rom. factus esset apud Macrobium lib. 2. Satur. cap. 7. Eum ad Contr. 27. adscripsi: transeo itaque ad alia.

Pro Repub. plerumque templa nudantur] Idem Religio docet, in Christianis captiuis: vt exemplo D. Paulini docet Ambrosius lib. de offic.

GRVTERVS & IVRETVS.

TAM teneris hercle, quam qui vulnerauit aliquem, licet vulnus sanauerit] Addatur huic loco l. pen. ff. de vi bonorum rapt. l. 65. ff. de furtis. l. 64. & seq. de vsufr. Fornerius ad l. 12. de verb. sign.

Priuignus medicus.

CONTROVERSIA V.

Thema. *Abdicauit quidam filium. Abdicatus medicinæ studuit. Cum pater ægrotaret, & medici negarent posse sanari, sanauit. Reductus est patri. Ægrotare nouerca cœpit. Desperauerunt medici. Rogat pater filium vt curet nouercam. Nolentem abdicat.*

Pro filio medico. Quo pacto istud euenit, vt abdicatione mea pater ægrotaret, reditu nouerca? Pietati cessere morbi. Medicinā relinquo, multū laboris, multū vigiliarum. adijce huc, quod qui sanātur, ingrati sunt: & medicus possum decipi, & non possum priuignus excusari. Eundem, inquit, medici morbū esse dicunt: nempe illi, qui negauerunt te posse sanari. Ego vero cedo domo, si fateris illā sic posse sanari. Timeo fortunā. imputabitur mihi, si quid acciderit. Ecce tu me non posse non credis. Omnes medici negant: & nunc diligentiores fuerunt quia in te decepti sunt. Non sum tantę sciētiæ, quātę videor. Magnis præceptoribus opus est. Ego abdicatus studui. Quæris quomodo te sanauerim? non tibi medicus, sed filius profuit. Desiderio laborabas. gratū tibi erat, quicquid meis manibus acceperas. vt primum intraui recreatus es. quid in te curandū esset, aduerti. Hæc non eodem morbo laborat. Multa sunt dissimilia, sexus, ætas, animus. Nihil magis ægris prodest, quā ab eo curari, à quo volunt. Temerariis remediis graues morbi curantur, quibus vti non audeo in nouerca.

Non

Non oportet adolescentem quicquam nouercæ succensere, alioquin odit & gaudet. Ferendus est adolescens, si se excusat, non est, si vlciscitur.

PARS ALTERA. Lugendum est, flendum est, in hoc me conseruasti? Hostis aliquando vulnus sanauit quod fecerat, ob hoc maxime, quia alius sanare non poterat. Negant posse sanari. Nemo suscipit: nemo vult enim filio curationem præripere.

POLLIO dicebat, inter patres & filios id solum iudex putat licere, quod oportet.

SCHOTTVS.

ABDICAVIT *filium*] Mutuatus hoc declamatorium argumentum, forte à Seneca nostro Lucianus, Sophista & ipse, Dialogo qui ἀποκηρυττόμενος, id est, *Abdicatus* inscribitur. Est enim Rhetorum, statusque qualitatis, Generis Iudicialis. Abdicationis. a. duas species Fab. numerat criminis partim perfecti, partim imperfecti. Thema autem est. Ἀποκηρυχθείς τις ἰατρικὴν ἐξέμαθε· μανέντα τὸν πατέρα, καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ἰατρῶν ἀπεγνωσμένον, ἰασάμενος φαρμάκου δόσει, ἀνελήφθη αὖθις εἰς τὸ γένος, μετὰ ταῦτα μεμηνυῖαν τὴν μητρυιὰν ἰᾶσθαι κελευόμενος ἀποκηρύττεται. *Quidam abdicatus artem medicinæ didicit, patrem insania laborantem reliquis medicis desperantibus dato pharmaco cum sanasset, denuo receptus in familiam est, post hæc nouercam insania correptam sanare iussus, abdicatur.*

Si quid acciderit] humanitus scilicet, hoc est si morietur. Lemma Controuersia x. *Si quid alteri obtigisset*, ad quam plura notabam.

Temerarijs remedijs graues morbi curantur] Atqui vetat Hippocrates in grauibus, desperatisque morbis temere medicinam adhiberi. Sic enim περὶ τέχνης initio. ἰατρικὴν εἶναι τὸ δὴ πάμπαν ἀπαλλάσσειν τῶν νοσεόντων τοὺς καμάτους, καὶ τῶν νοσημάτων τὰς σφοδρότητας ἀμβλύνειν, καὶ τὸ μὴ ἐγχειρέειν τοῖσι κεκρατημένοισιν ὑπὸ τῶν νοσημάτων, εἰδότας ὅτι ταῦτα οὐ δύναται ἰητρική. Et Galen. in Aphoris. Hippocratis: Ἀρχομένων τῶν νόσων &c. Et Θεραπευτικῆς μεθόδου βιβλ. ιά.

Hostis aliquando vulnus sanauit quod fecerat, vt Achillis hasta vulneratus Telephus ab eadem remedium petiit. Ouid.

Vulnus Achilleo quod quondam fecerat hosti,
Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.

Et Propertius:

Mysus & Hæmonia iuuenis qua cuspide vulnus
Senserat, hac ipsa cuspide sensit opem.

Indiscreti filius & priuignus.

CONTROVERSIA VI.

THema. *Quidam mortua vxore quæ in partu perierat, duxit aliam: puerum rus misit. Ex illa subinde sustulit filium. Vtrumque puerum ruri educauit. Post longum tempus redierunt similes. Quærenti matri vter eius esset, non indicat. Accusatur ab ea malæ tractationis.*

PRO MARITO. Quid fletis pueri? securi estote. Non memini. Iam lites sunt, & nondum indicaui. Qualis eris nouerca, quæ sic fieri cupis? Alter tuus est: alter tui frater est: & si per te licuerit, neuter priuignus est. Dum alterius vis esse mater, vtriusque es nouerca. Si coegeris, mentiar. non mater, sed nouerca decipieris. Hos ipsa noluit natura distingui. Indicarem, nisi tam pertinaciter quæreres. Hic tuus est. quid alterum nouercalibus oculis intueris? Ille tuus est. Vni tibi contigit. vt habeas priuignum, & non sis nouerca.

PARS ALTERA. Filius enim rus ablegatus à patre, & educatus est sic, vt ignotus esse posset & matri. Tibi rediit vterque filius, huic vterque priuignus. Eo crudelius filio caret, quo propius accessit. Times huius iniquitatem: cum iniquius ipse magis ames eum, cui alterius vis donare matrē, quam cui non vis reddere suam.

EXTRA. Quo ad colorem pertinet viri. *Hispo Romanus* & *Silo Pompeius* hoc vsi sunt: Nescio, & ideo non indico tibi. Quidam miscuerunt etiam, & vtroq; vsi, dixerunt: Nescio. sed etiamsi scirem nō indicarem tibi: quod *Latro* & *Cestius*. Sed *Asinius Pollio* neutrum colorem probabat. Si dicit, inquit, Nescio: nulli fidem facit. Vxor ipsa non quæreret ab illo, nisi ille scire posset. Dici enim cōtra virum potest: Quære à nutrice, à pædagogo. Verisimile non est, neminem domi esse qui sciat. Ille autē mixtus color vtrunq; corrumpit, & ignorantis fidem, & non indicantis fiduciam. Nam cum dicit, Etiam si scirem, non indicarem: efficit vt illum iudex scire putet. cum dicit, Nescio: efficit vt videatur indicare debere, si sciat. Hoc autem ipse colore vsus est, quem aiebat simplicissimū: Scio, sed nō indico: quia pueris hoc vtile est, & tuo filio. Magis amaturus sum eum, qui matrem videbitur non habere.

SCHOTTVS.

VTRVMQVE *puerum*] Fortasse non alienum ab hoc iudicium Salomonis regis Libro tertio Regum, capite tertio.

Tyrannicida, & adulter tyranni.

CONTROVERSIA VII.

LEX. TYRANNICIDÆ PRÆMIVM DETVR. Thema. *In adulterio deprehensus à tyranno, gladium extorsit à tyranno, & occidit eum. Petit præmium. Contradicitur.*

CONTRA TYRANNICIDAM. Non fecisset tyrannicidium, nisi illum tyrannus armasset. Cuius adulter non fuit, qui etiam tyranni fuit? Imputat nobis quod deprehensus in adulterio mori noluit. Tyrannicida vester iure occidi potuit à tyrāno. Certamen in pari cōditione cōtractum publica fortuna distraxit. Non innocētior vicit, sed fortior. Tulit secū tyrannus gladiū. sic enim occisuri veniūt. Cur solus ad præmium venis? tyrannū certe occidisti cum adultera. Nō loricam, clypeumve sumpsit, sed tenuem ac perlucidam vestem: perfusus vnguento intrauit cubiculum, in quo non esse tyrannum

diligenter agnouerat. Tyrannicida noster ne tyrannum inueniret optauit. Ducat tyrannicidam in arcem tyrannus, non vxor: odium, non amor: ascensurus ferat animum, ferat ferrum: eat illo: vbi inueniat tyrannum. Omnia honesta opera voluntas inchoat, occasio perficit. Sæpe honorata virtus est, etiam vbi eam fefellit exitus. Scelera quoque quamuis citra exitum subsederunt, puniũtur. Nec infelix virtus amittit gloriæ titulum: nec gloriam virtutis intercipit fortuita felicitas. Nunquam maiorum nostrorum prudentia tantis muneribus tyrannicidium emeret, si illud etiam libido promitteret. Nouo inauditoque more pugnabant, tyrannicida pro adulterio, tyrannus pro pudicitia. Occidisti tu maritum, fortuna tyrannum. Tyrannum cadere Reipublicæ volo. Occidat illum ciuis iratus, misceat maledicta vulneribus, qualia in adulterum maritus attulerat. Ab adulteræ osculis ad præmium curris. Nolo tyrannicida imitetur, antequam occidat, tyrannum. P. Romanus veneno vinci hostem noluit, proditione noluit. Honorabo subitum tyrannicidium: non honorabo fortuitum, non coactum.

Pars altera. Non habebas, inquit ferrum. Quid enim tyranno profuit quod habuit? In eo qui inermis ad tyrannum venit, non minor virtus est, sed periculum maius. nõ quæras quid in arcem tulerim: tyrannicidium retuli. Non est gladius meus: sed manus mea est, sed animus meus est, sed consilium, sed periculum, sed tyrannicidium meum. Adulterium vocas, quo effectum est, ne quis timeat adulterium. Diligenter arce munita occasionem requirens, tentaui seruos, tentaui amicos: per vxorem solam fulsit occasio. Non putaui adulterium, vxorem tyranni polluere: sicut nec homicidium, tyrannum occidere. Ferrum in arcem ferre, periculosum erat: inuenire, facile. Si tyrannum inquam inuenero obuium, quælibet res telum erit. certe semper solet secum tyrannus habere ferrum. Gladius inter duos, fortioris est. Quam solicitus fui adulter, ne non deprehenderer!

SCHOTTVS.

Perlucidam *vestem perfusus vnguento.*] Sup. lib. II. Declamatione VII. *Infelices ancillarum greges laborant, vt adultera tenui veste perspicua sit.* Item Controuer. IX. *Madentem vnguentis hesternis* (lego *externis*) *conuulneratum libidinibus: & luxuriantem habitum* dixit.

Populus Rom. veneno vinci hostem] Vt bello Tarentino, Pyrrhi medicus, venenum se regi daturum promiserat: sed recusauit cõditionem Fabricius. Quidam etiam remissum ad Pyrrhum cum litteris putant. Tu vide Valerium lib. VI. cap. V. Ælianum lib. XII. Variæ Historiæ, & Agellium lib. III. cap. VIII.

GRVT. & IVRETVS.

Scelera *quoque quamuis citra exitum subsederunt, puniuntur*] Explicat egregie ista Cuiacius lib. 15. cap. 25. Obser.

Sed manus mea est, sed animus meus est.] Illæ voces *est*, bene absunt à v. c. Iuret.

Sed tyrannicidium meum] quidam v. c. *tyranniculũ.*

Patronus operas remissas repetens.

CONTROVERSIA VIII.

Lex. Per vim metumve gesta, irrita svnto. Thema. *Bello ciuili patronus victus & proscriptus, ad libertum confugit. Receptus est ab eo, & rogatus, vt operas remitteret. Remisit. Consignatio facta est. Restitutus indicit operas. Contradicitur.*

Pro patrono. Patronus à liberto restitutionem peto. Si pacisci tunc à me voluisses operas, spopondissem. Bona bello perdidi, ad restitutionem nudus veni. Nunc libertorum operas desidero. Profer tabulas illa proscriptionis tabula crudeliores. Persequebatur illa, quos vicerat. hæ persecutæ sunt, quos receperant. In illa vltio fuit, in his perfidia. Denique illa iam desiit, hæ perseuerant. Non mea, inquit, sed aliena vis fuit. Æque dignus est pœna, qui ipse vim adhibet, vt qui ab alio admota, ad lucrum suum vtitur. In hunc primum incidi. Et dum timeo ne offenderem, secutus sum hoc exigentem. Non recepit me, sed inclusit. Nihil est venali misericordia turpius.

Pars altera. Nihil tibi opus est potestas. Scisti illum parere, etiam cum cogi non potest. Quaslibet indicas operas, nunquam tamẽ indices ita periculosas, quam indixisti. Habeo iudicia tua. Bene de seruo iudicasti, manumisisti. bene de liberto. Proscriptus mihi potissimum te commisisti. Si noluissem patronum habere, potui. Vnus ex proscriptis fuisti qui tunc posses etiam rogari. Restitutio tibi proscriptionem remisit, non quidquid in proscriptione gessisti, rescidit.

Extra. Omnes inuecti sunt in libertum. *Vallius Geminus, & Otho Iunius* egerunt lenius, vt patronus remissurus videretur operas, si obtinuisset. Nam Otho dixit: Sine me iudicio meo videri remisisse. Faciam, remittam. Quid me sic times, tanquam inuitus promiserim? Contra *Cestius* ait: Tunc huiusmodi vtendum esse coloribus, vbi vtendum est, ne videamur rem duram postulare. Vbi contra honestam personam, promisso iudex molliore fallendus est. Quid in hac persona veremur & causa? nisi hoc vnum, quod ex hoc colore metuendum est: ne, si volumus hæc remittere, etiam voluisse videamur.

EPITOMÆ

EPITOMÆ

M. ANNÆI SENECÆ CONTROVERSIARVM LIBER QVINTVS.

* Epistola deest. *

Laqueus incisus. CONTROVERSIA I.

ACTIO. INSCRIPTIO MALEFICII SIT ACTIO. Thema. *Quidam naufragio facto, amissis tribus liberis, & vxore, incendio domus, suspendit se. Præcidit illi quidam ex prætereuntibus laqueum. A liberato reus fit maleficij.*

PRO INCIDENTE LAQVEVM, Tres, inquit, liberos perdidi. Vtinam & illos seruare potuissem Viue. mutantur vices felicitatis humanæ, proscriptus aliquando proscripsit. Victi fugiunt, proscripti latent, natant naufragi. Amisi, inquit, vxorem, liberos, patrimonium. Tu putabas ea te conditione accepisse, ne perderes? Ludit de suis fortuna muneribus, & quæ dedit, aufert: & quæ abstulit, reddit; nec vnquam tutius est illam experiri, quàm cum locũ iniuriæ non habet. Cn. Pompeius in Pharsalia victus acie, vixit. Maius tu tuum putas esse naufragium? Crassus vixit: & non priuatas perdiderat, sed publicas opes. Omnia tibi fortuna abstulit, sed spem reliquit. Tolle spem hominibus, nemo victus retentabit arma. nemo infeliciter expertus negotiationem, alios appetet quæstus, nemo naufragus viuet. Spes est vltimum aduersarum rerum solatium. Vt viueres, natasti. Misertus sum: nec in te amplius quam periculum cogitaui. Non attendi incendium, non orbitatem. aut si attendi, memineram te post illa vixisse. Non visus es mihi animum moriendi habere. Legeras locum, in quo interpellari posses.

PARS ALTERA. Tot ille fundorum dominus, aliena arbore suspendo laqueum. De fortuna nihil queror: mori permittit. Nunc, inquit, morere, Iniuria est, vt qui meo arbitrio debui, tuo moriar. Amisi vxorem, liberos, patrimonium. Fortuna mihi nihil præter laqueum reliquit: iste nec laqueũ. Sumpsi instrumenta mortis, solitudinem & laqueum. alterum aptum morituro, alterum misero. Quisquis interueneris, si amicus es, defle: si inimicus specta. Cum à me iste accusetur, grauiorem de me quàm de reo ferte sententiã. Ego vt moriar: iste, vt ne prohibeat. Ne hæc narrarem, mori volui, Præcidit remedium meum. si qua fides non enataui, sed eiectus sum. Nihil iam timebam, nisi viuere. Domus meæ fata claudo, nullo miserior, quàm quod vltimus morior. Cui me vita reseruas? Vt edificem? Aspice incendium. Vt nauigem? Aspice naufragium. Vt educem; Aspice sepulchrum. In tam calamitosa domo feliciores fuistis, vxor & liberi. vobis mori contigit.

NIC: FABER.

N*Ec vnquam*] Ouidius de Pont. lib. II. Elegia. II.

——fortuna miserrima tuta est.
Nam timor euentus deterioris abest.
Qui rapitur spumante freto, sua brachia cauti,
Porrigit, & spinas duraque saxa capit.
Qui rapitur fatis, quid præter fata requirit?
Sæpe creat molles aspera spina rosas.
Accipitremque timens pennis trepidantibus ales, &c.

Ita enim insignis ille Ouidij locus ex veteri meo codice legendus & supplendus est.

SCHOTTVS.

A *Liberato reus fit maleficij*] ineptè quidam à *liberto.* non dissimile argumentum in Horat. lib. II. Epist. II. extrema de insano, qui se dementia liberatum per cognatos moleste Argis tulerat:

——Pol me occidistis amici
Non seruastis ait, cui sic extorta voluptas,
Et demens per vim mentis gratissimus error,

Cn. Pompeius in Pharsalia] Res nota vel pueris ex Lucano. De Crasso verò ad Controu. IX.

Domus mea fata claudo] Tale illud Horatianum:

Omnes composui: Felices: nunc ego resto.

At ne quid dissimulem, longe aliter vetus liber:

Domus mea est effecta: ego viuo, nullo miserior, &c.

IO. PETREIVS.

I*Nscriptum maleficium*] quod non est scriptum id est; lege vlla notatum vel expressum. Nusquam enim lege scriptũ est, vt incidere laqueum pro maleficio habeatur, Apud Varronem est, *ne si inscriptum pecus pauerit.*

A liberto] *A liberato* emẽda. Neque enim libertus fiebat eius, qui liberasset: alioqui vteretur eo argumento, qui accusat.

Senec.

Gener diuitis inimici. CONTROVERSIA II.

THEMA. *Pauper cum haberet filium, & diuitem inimicum filiam habentem, peregre profectus est. Rumor fuit de morte eius. Filius cum diuite in gratiam redit, & eius filiam duxit. Reuersus pater cogit illum vxorem repudiare. Nolentem abdicat.*

PRO PATRE PAVPERE. Nemo quicquam facile credit, quo credito dolendū ſit. ego diu non credidi de nuptiis tuis. Deſertor patris, inimici cliens, vxoris mancipiū, non fleuiſti patrē, non quæſiuiſti, ſic inimico placuiſti. Rumor, inquit, fuerat, deceſſiſſe te. Mirabar, ſi talem vxorem viuo patre habere potuiſſes. Non quæris, vbi perierim. Mors mea tibi debet eſſe ſuſpecta: inimicū habeo. Quis alius hanc famā potuit immittere, niſi qui me viuo, filiam collocare nō poterat? Non times, ne inter ipſas nuptias tuas patris oſſa referantur? Tot ſerui ſequuntur, tot liberi, tot clientes, vt quicquid dixerit, rumor ſit. Fabricius aurum à Pyrrho accipere noluit. beatior iſte fuit animo, quàm ille regno. Plures inſidias in itinere fugi: & factum diues, quod faciendum mandauerat, credidit.

PARS ALTERA. Vnum gloriæ genus, odium diuitiarum. Mortales eſſe inimicitię debent. Scipio Gracchi inimicus, & tamen poſtea ſocer; Cuius vitio inimicitiæ contractæ ſint, apparet. Ille amat filium tuum, tu nec tuum.

SENIANVS rem ſtultiſſimam dixit: Diues me ſemper contempſit, nunquam niſi pro mortuo habuit. Vt aliquid & ipſe ſimile de Seniano dicam, poſt hanc ſententiam Senianum ſemper pro mortuo habui.

SCHOTTVS.

Fabricius aurum à Pyrrho] Etiam quartam partem regni oblatam recuſauit. Sup. Controu. ix. non ſemel. Iuſtinus libro xviii. Frontinus lib. iv. cap. iii. & Eutropius lib. ii.

Mortales eſſe inimicitia debent] Hinc illud Philoſophi dictum: *Mortalis cum ſis, immortales inimicitias ne geras.* De T. I. Sempronio Graccho, qui cum Scipione Aſiatico tribunus pl. & Africano maiore inimicitias geſſit: huius etiam Corneliam filiam vxorem duxit ex qua Ti. & Caium Gracchos ſuſtulit, legendi Cicero, Liuius, Plutarchus, Valerius, & alij.

PETREIVS.

Fabricius] Cum apud Pyrrhum legationem obiret, de captiuis reddendis, & ille offerret regni ſui partem, ſi apud illum vellet manere: Non expedit tibi, reſpondit ille. Nam ſi me nouerint, à me potius regi optabunt. Exemplo arguit debuiſſe illum diuitis promiſſa & fortunas contemnere.

Fratres pancratiaſtæ. CONTROVERSIA III.

ACTIO. MALÆ TRACTATIONIS SIT ACTIO. Thema. *Duos filios quidam pancratiaſtas inſtituit, ad Olympia eduxit: Cum compoſiti eſſent, vt ſimul pugnarent, acceſſit ad pugnantes pater, & ait abdicaturum ſe, ſi quis perdiderit. Commortui ſunt iuuenes & decreti ſunt his honores diuini. Reus fit pater malæ tractationis ab vxore.*

CONTRA PATREM. Tertius ſine ſorte pugnaſti, & vtrumque viciſti. Stetit cruentus pater. Iam perierant, & adhuc minabatur. Moriuntur, non alter ab altero, ſed vterque à patre. Miſera mater odiſſe non poteſt, qui filium ſuum occidit? Iuuenes inuicti, niſi habuiſſent patrem. Pij iuuenes, nec parricidium patri negare potuiſtis. Vincere propter parricidium nolunt, vinci propter abdicationem. Abdico, inquit, eum qui victus erit, Demens meliorem abdicaturus es. Inuoco Iouem, cuius Olympia parricidiis abſoluta ſunt.

PARS ALTERA. Non facturus dixi: & ſi facturus pro gloria eorum dixi. non debeo in inuidia ſolus eſſe, cum luctus communis ſit. Omnes aiebant colluſuros fratres. Minatus ſum, non vt neceſſitatem filiis imponerem, ſed vt populo ſatisfacerem.

SCHOTTVS.

Malæ tractationis] Quā per κάκωσιν maletractationis vnica voce alij ſcribūt. Idē argumentū lib. iii. Declam. viii. & lib. iv. Declam. vi. quam actionem & vxor inſtituere poteſt, ſi quid pater crudelius in filias admiſerit. vide Quinctil. lib. vii. cap. iv. & Coutrouerſ. ſecundam extremam.

PETREIVS.

PANCRATIASTES] qui in omni genere Gymnici certaminis excellit.

Compoſiti] *Componi* dicebantur gladiatorum paria.

Tertius ſine ſorte] Quoniam ſorte paria componebantur.

Damnatus parricidij alligans fratrem. CONTROVERSIA IV.

LEX. QVI FALSVM TESTIMONIVM DIXERIT, VINCIATVR APVD EVM, IN QVEM DIXIT. Thema. *E duobus filiis profectus cum vno pater, adoleſcens ſolus redijt. Accuſatus eſt à fratre parricidij, & damnatus. Diebus feſtis intercedentibus pœna ex lege dilata eſt. Redit pater. Accuſauit damnatus fratrem falſi teſtimonij & obtinuit, & vinxit. Cogit patri vt vinclum ſoluat. Nolentem abdicat.* C. D.

PRO

PRO PATRE. Falſum, inquit, in fratrem teſtimonium dixit. Si vis graue illius crimen facere, te exorabilem præſta. Crudelis in fratrem, miraris, ſi in te creditum parricidium eſt? Ergo ego duos filios habere non poſſum? Adoleſcens, iam potes & parricidium facere. Alligatus eſt alter filius, quia non reuertebar: alter, quia redij. Nunquam ſolues fratrem? Si talis es, nihil teſtis mentitus eſt. Parricida es. Non impio in te, ſed in patrem pio animo dixit. Suſpectum habuit, quod reliqueras patrem. Inter catenas filij iaceo, eodem clauſus ergaſtulo. Ingrate, teſtem tuum ſimul alligaſti.

PARS ALTERA. Meo periculo ſolutus ſum, meo alligatus. Vix ſolui poterat; ſi teſtimonium falſum pro fratre dixiſſet. Parricidium de patre finxit, de fratre commiſit. Veniſſe patrem mihi carnifex nuntiauit. Parricida ſim, ſicut obiicitur, hoc leuiter iraſcor. Miraris, ſi eum fratrem alligare poſſum, qui me potuit occidere? Ingrata erat ipſa pœnę meæ dilatio. Expectare grauius videbatur quàm pati: Imaginabar mihi culeum, ſerpentes, profundum.

FABER.

Pœna ex lege dilata eſt.] Quemadmodum de Socrate legimus apud Platonem in Phædone.

SCHOTTVS.

Diebus feſtis intercedentibus] Iuſtitiũ cum eſſet pœna differebatur, vide I. C. *tos* elegantiores ad Tit. De Feriis & dilationibus: qui eſt xii. libri ii. Pandect. Ciceronẽ pro M. Cœlio: & Platonem de dilata morte Socratis poſt damnationem.

Imaginabar mihi culeum] Non repetam quæ ad Controuerſiam ſextam decimam & alibi adnotare memini.

GRVTERVS.

Diebus feſtis intercedentibus] ſcilicet Romanis nõ licebat in capitis reos alioſve lege agere *diebus feſtis*, ſed proferebatur ſuppliciũ *in profeſtũ* & negotioſum. Suetonius de Tiberij ſæuitia: *Nullus à pœna hominum ceſſauit dies, ne religioſus quidem ac ſacer*, Philo Iudæus contra Flaccum: *Bonis & bene adminiſtrantibus præſidibus mos eſt, in neminem damnatum animaduertere, donec ſolemnes celebritates natalitijque dies Auguſtorum præterierint.* Similis Athenis lex vt in morte Socratis Xenophõ expreſſit, inouitque Seneca Epi. 70. adde l. Cuſtodias ff. de publ. iud. atque adhibe explicationem P. Fabri quę eſt in lib. 2.

IO. PETREIVS.

Diebus feſtis] quibus etiam de grauiſſimis criminibus queri licebat, vt in oratione pro Cælio indicat Cicero.

Ergo ego duos filios] Quoniam licet tu damnatus non ſis, alterum tamen mihi eripis. Illud ergo commiſerationem habet. Tale eſt, quod apud Liuium Coriolani mater inquit, *Ergo ego niſi peperiſſem, Roma nunc non oppugnaretur.*

Exuſta domus cum arbore.

CONTROVERSIA V.

LEX. QVI SCIENS DAMNVM DEDERIT, REDDAT QVADRVPLVM. QVI INSCIENS, SIMPLVM. Thema. *Diues pauperem vicinum rogauit, vt ſibi venderet arborem quam ſibi dicebat obſtare. Pauper negauit. Diues incendit platanum, cum qua & domus arſit. Pro arbore pollicetur quadruplum, pro domo ſimplum.*

CONTRA DIVITEM. Excitatus flammarum ſono, vicinorum primo fidem implorauí. Arbor ramis diſcurrentibus totam domum texerat. Non poteſt exorari? incendatur. Eſt hoc impotentię, ſine fine cõcupiſcere, ſine modo iraſci. Non poteſt expugnari precibus: expugnetur ignibus. Nihil inter me & pauperem intereſt, ſi iure agamus. Liceat & pauperem gaudere profectu. Vos poſſidetis agros vrbium fines, vrbeſque domibus impletis. Intra ædificia veſtra vndas & nemora cõprehenditis. Nihil lætius oculis tuis occurrit, quàm ruinæ meæ. Domum perdidi, qui carere nec arbuſcula quidem poteram. Delitiis tuis diues ardebimus. Oculis voluptas incendio quæritur, & profectus ignibus relaxatur. Profectui obſtabat. Quid inambulantibus nobis non obſtant ſeruorum cateruæ? in immenſam excitati altitudinem parietes lucem non impediunt? Infinitis porrectæ ſpatiis ambulationes, & vrbium ſolo ædificatæ domus, non nos prope à publico excludunt? Sub hac arbuſcula imaginabar diuitum ſiluas. Quantũ perdidi, quem fatetur iratus inimicus plus perdidiſſe quàm voluit? Non iniquum poſtulo. eius damno deſinat incendium, cuius conſilio cœpit. Scilicet vt domus ad cælũ omne conuerſæ, brumales æſtus habeant, æſtiua frigora, & nõ ſuis vicibus intra iſtorum penates agatur annus: alunt in ſummis culminibus mentita nemora, & nauigabilium piſcinarum freta. arata quondam populis rura. ſingulorum nunc ergaſtulorum ſunt latiuſque nunc villici quàm reges imperant. Maria ſubmouentur proiectis molibus. Neſciebas quanta ſit potentia ignium, quàm irreuocabilis, quemadmodum totas vrbes, quàm leuibus initiis oriantur incendia? Etiam ſi partẽ damni dare noluiſti, ſi tamen noluiſti, in totum quaſi prudens dederis, tenẽdus es. ex toto enim noluiſſe debet, qui imprudentia defenditur. Si fatereris ſcienter ianuam incendiſſe, ſi vnum tignũ, puto tota domus intellegeretur ex parte. nec enim quiſquam omnia incendit, ſed vnam aliquam rem, ex qua ſurgat in omnia ſe ſparſurus ignis. Atqui pars domus eſt arbor, qui in domo eſt.

PARS ALTERA. Peſtilentem mihi domum faciebat arbor. cælum omne per quod ſalubris ſpiritus venire poſſet, obduxerat. rogaui pauperem, & dixi Nihil tibi nocet arbor reciſa, mihi plurimum non reciſa. Quid ad te illi rami pertinent, qui extra domum ſunt? Quaſdam partes domus meæ rami premebant. Iam etiam quoſdam parietes mouerant. Scitis quanta vis ſit arborum? muros diſcutiunt.

Senec.

FABER.

NIhil inter me & pauperem] At pauper hæc dicit, aut salteoi è parte sunt pauperis. Codices sequioris notæ, *nihil inter me & pauperem gaudere prospectu*, legunt: meliores nihil mutãt. Nec tamen locus est integer, nisi forte legamus, *nihil inter te & pauperem interest si iure agamus*. legis enim hæc est perfectio cum ἵτ' ἀδικῇς, ὁ πλείων τῷ ἥσσονι δίκην ἴσην ἔχει. Qui locus, vt ἐν παρόδῳ admoneam ex supplicibus Euripidis apud Stobæum, altius repetitus extat, sed tam absimilis ab iis quę apud Euripidem in ea tragœdia habentur, vt nihil magis.

Nihil latius] Veteres omnes, *nihil lautius*.

SCHOTTVS.

INtendit platanum] Lex erat decemuiralis, vt qui alienas arbores iniuria [vel. vt Paulus I.C.tus ait *furtim* l.1.ff. Arbor. furtim cæsarum] cæcidisset, in singulas æris 25. lueret. Plinius lib. 18. cap. 1. Confer hæc si placet, cum Titulo 28. li. 43. Pandect. de Arboribus cædendis; Et ad L. Aquiliam lib. 9. & tit. 7. libri 47. Arborum furtim cæsar. Et de Tigno iuncto ex lege 12. Tabb. Et quæ disputantur de seruitutib. prædiorum vrbanorum lib. 8. puta, ne altius tollantur ædes, neue luminib. alienis obstruantur.

Et immensam erecti altitudinem] Locum hunc vehemẽter illustrat Papirij Fabiani querela de extruendarum ædium luxu; quo tanquam emblemate exornatur Cõtr. 9. Lege & I. Ctorum scripta de seruitutib. vrbanorum prædiorum, si modo tantum abs te tua otij tibi.

Maria submouentur proiectis molibus] Sic Horatius lib. 1. od. 11.

Seu plures hiemes, seu tribuit Iupiter vltimam,
Quæ nunc oppositis debilitat pumicibus mare Tyrrhenum.

Sæpe etiam Pomponius Mela noster *frãgi promontoriis maria dicit*.

Pars domus est arbor) Non enim alterius arbor esse intelligitur, quã cuius in fundum radices egerit Et ideo prope confinium arbor posita, si etiam in vicini fundum radices egerit, communis fit, Iustinianus lib. 2. Institut. tit. de rerum diuis. & I. Cti De iure finium regundorum.

GRVTERVS.

ERecti altitudinem] melius v.c. *excitati*. Sic enim *ædificia excitare* dixit Seneca Epist. 52. & 55. & *excitare consumptam Lugdunum*, Epist. 91. Iuretus. *Singulorum nunc ergastulorum sunt*) v.c. *ergastula*.

IO. PETREIVS.

VNdas & nemora] Amplificatio ex Ratiocinatione. Quanta enim domus sit, intra quam & vndæ & nemora sunt. Talis fuit Neronis Regia, de qua dictum est;

Roma domus fiet, Veios migrate Quirites:
Si non & Veios occupat ista domus.

Sic licet] Emenda *scilicet*, quasi dicat, in eum nimirum vsum dilatatur.

Ad cælum omne] Ad omnem cœli regionem, vt hyeme admittantur temperatiores flatus, æstate frigidiores: nec annus in illorum domibus agatur pro ratione temporum.

Ergastulorum] Ergastulum locus ipse erat, vbi lapides, aut metalla fodiebantur, à seruis ibidem vinctis, & opus facientib. sop. Declam. 1. l. 12. ex Controuersia. 9.

CONTROVERSIA VI.

Raptus in veste muliebri.

LEX. IMPVDICVS CONTIONE PROHIBEATVR. Thema. *Adolescens speciosa sponsionem fecit muliebri veste se exiturum in publicum. Processit. Raptus est ab adolescentib. decem, accusauit illos de vi & damno. Contione prohibitus à magistratu, reum facit magistratum iniuriæ.*

CONTRA *Adolescentem*. Muliebrem vestem sumpsit, capillos in feminæ habitum composuit, oculos puellari lenocinio circumdedit: colorauit genas. Non creditis; & qui non crediderant, victi sunt sponsione. Et hoc de sponsione forsitan venerat, vt auderet impudicus concionari. Date illi vestem puella est, date noctẽ, rapietur. Sic illum vestis sumpta decuit, vt videretur non tunc primũ vestem sumpsisse. Facta totius adolescentiæ remitto. Vna nocte contẽtus sum: sic imitatus est puellam, vt raptorem inueniret. Nunquid cecini? Nunquid carmen famosum composui, aut (vt propriũ genus iniuriæ tuæ dicam) nunquid te rapui? Apud patres nostros, qui forensia stipẽdia auspicabãtur, nefas putabatur brachium extra togam exerere. Quam longe ab his moribus aberant, qui tam verecunde etiam virtute vtebantur? Constat hunc stupratum: cum damnati sint, qui rapuerunt.

PARS ALTERA. Constat semper grauem, semper serium fuisse. Sed hoc iocis adolescentium factum est. Ceterum tam nota erat verecundia eius, vt nemo sine sponsione crediderit.

NIC. FABER.

LEx. Impudicus,] Non est hæc scholæ lex, sed Reip. Atheniensium, Aeschioes κατὰ Τιμάρχου.

Date illi vestem, puella est:] Quidam veteres. *date illi vestem puellarem, date noctem.*

Brachium extra togam exerere.] Idem Cicero pro Cœlio, *Nobis quidem olim annus erat vnus ad cohibendum brachium toga, constitutus: vt exercitatione, ludoque campestri tunicati vteremur.*

SCHOTTVS.

VNa nocte contentus sum] Fit nescio quomodo, vt in Flaminino quæ est Controuers. xxv. eadem legãtur, In Porcij Latronis sermone, *Non inquiro*, inquit, *in totum annum, vna nocte contentus sum.* Non ignotum autem, quibus hæc dici ex formula solent.

Nunquid cecini? nunquid carmen famosum] *Cecidi* alij Sancitum id capitis pœna iam inde à decemuiris si qui-

si quis incantasset, siue carmē condidisset, quod infamiam faceret, flagitiumque alteri, Cic. quarto de Rep. apud Augustinum lib. II. cap. XVI. Ciuitatis Dei: vide & Horatium lib. II. Epist. ad Augustum, & I. C. li. XLVII. Pandect. Tit. X. de Iniur. & famosis libellis.

Nefas putabatur, brachium extra togā exerere] Mos hic veterum fuit, vt in statuis Græcorū apparet M. Tullius in Cœliana: *Nobis quidē olim annus erat vnus ad cohibendum brachium toga constitutus, & vt exercitatione ludoque campestri tunicati vteremur, eademque erat si statim mereri stipendia cœperamus, castrensis ratio ac militaris.* Hæc & Fabius respexit li. XII. Institut. Orato. cap. X. *Falli*, inquit, *mihi multum videntur, qui solos esse Atticos credunt, tenues & lucidos & significantes, sed quadam eloquentia frugalitate contentos, ac semper manum intra pallium continentes.* Et in Glossis Græcorum reperi: Περιστρεψας ... i. *Procuis manum dextram, sinistram perpressi ad vestimenta.*

GRVTERVS.

B*Rachium extra togam exerere*] Pal. sec. *brachium toga eruere*, quod probarim, nam tert. *brachium extra togam habere.* Quod ad rem ipsam attinet, notandum qui foro nomen darent, modestiæ ac pudoris ostentandi causa, anno primo brachium toga cohibuisse. quod clare etiam indicat Tullius in Cæliana. sic & Græci *manum intra pallium* continebant. Quinctilianus li. 12. *Quapropter falli mihi multum videntur qui solos esse Atticos credunt tenues, lucidos & significantes, sed quadam eloquentiæ frugalitate contentos, ac semper manum intra pallium continentes.* sic antiquitus Homeri statua manibus pallio contentis exprimebatur. Durantius Casellius li. 2. variat. cap. 5. addatur Hotomanus lib. 9. cap. 13. Obseru.

IO. PETREIVS.

N*Vnquid cecini*] *cecidi* vet. lib. & Pintianus. Quoniam magistratus reus fiebat ab illo iniuriæ, rogat nunquid re vlla contumelia affeci, carmen famosum componens, aut canens, aut tē sapiens. Habet autem *Διασυρμὸν*. i. irrisionem cum irrisione.

Trecenti ab imperatore non recepti.

CONTROVERSIA VII.

LEX. NOCTE PORTAS APERIRE IN BELLO NON LICEAT. Altera. IMPERATOR IN BELLO SVMMAM POTESTATEM HABEAT. Thema. *Trecenti ab hoste captiui ad portas nocte venerunt. Imperator non aperuit. Ante portas occisi sunt. Imperator post victoriam reus est læsæ reipublicæ.*

PRO IMPERATORE. Non putaui meos. Nouerant legem, Cur, inquit, trecenti perierunt? immo cur ne perirēt capti sunt? Hos ego interdiu non recepissem, nisi victores, noctu, ne victores quidem. Procedens postridie in prælium, pugnaturi ostendi trecentos, in quibus laudari nihil potest præter fugam: nihil desideratur, præter numerum. Fugiunt, vt leges relinquant: sedeunt, vt tollant. Populus Romanus Cannensi prœlio in summas redactus angustias, cùm seruorum desideraret auxilia, captiuorum contempsit: & credidit eos libertatem magis tueri posse, qui nunquam habuissent, quàm qui perdidissent. Nocte quomodo hostem ciuemque distinguam? Quam mihi dabis notam, vt arma cognoscam: Credo in insidiis hostes fuisse, vt exclusos occiderent, sequerentur admissos.

PARS ALTERA. Infestus illis trecentis fuit. iniquo eos collocauit loco. hoc ne argui posset, non recepit. Capti sunt fortissimi duces, Regulus, Crassus. Hæc postrema rogantium vox erat: Mitte arma: certe lex non vetat.

SCHOTTVS.

C*Annensi prælio*] Sic malo quam quod vulgo editur *Carthaginensi* ex Contr. XXVII. auctoritate, vbi nos ex Liuio de seruis manumissis, in militiamque ascriptis: vt & de *Crasso* Contro. IX. diximus, & sup. Declamat. I. lib. quincti: *Atilio* vero *Regulo* admirāda Tubero refert, apud Agellium lib. VI. Noct. Attic. cap. IV.

IO. PETREIVS.

P*Opulus Romanus*] Secundo bello Punico, cum captis in pugna Cannensi Annibal potestatem faceret se redimendi, missi Romam legati à Senatu impetrare non potuerunt. Cum tamen octo millia seruorum, tunc, & à dominis publice empta sint & armata, Liuius lib. 22.

Tyrannus post abolitionem candidatus.

CONTROVERSIA VIII.

LEX. COMPETITORI LICEAT IN COMPETITOREM DICERE. Thema. *Tyrannus sub abolitione dominationem deposuit, ut si quis obiecisset tyrannidem, capite puniretur. Petit magistratum: competitor contradicit.*

CONTRA *Tyrannum*. Candidatus anno meo spondeo, nulla rapietur, nullus occidetur, nullum spoliabitur templum. Cur honores tamdiu non gesserit, narret, per communem deprecor libertatem. Moriar obijcietur tibi quod occideris ciuem. Vult aliquo imperio, aliqua potestate distingui, homo magnæ nobilitatis, magnæ gratiæ, ingētis pecuniæ. Siciliæ dicitur fuisse dominus, qui inclusos æneis tauris homines subiectis vrebat ignibus, vt mugitum ederent, verba nō possent. O hominem in sua crudelitate fastidiosum: qui cum vellet torquere, tamen nolebat audire.

PARS ALTERA. Quidquid egi, quicquid gessi, causa Reipublicæ feci. Peto ne mihi lex pro me lata noceat, ne ve quid noceat, quia non obiicitur quod non noceret obiectum.

Senec.

M. ANNÆI SENECÆ CONTROVERSIARVM

LIBER SEXTVS.

Chirographum cum abdicato. CONTROVERSIA I.

THEMA. *Abdicato fratri, frater chirographum dedit, dimidiam ſe partem hereditatis daturum, ſi non reſpondiſſet irato patri. Ille tacuit. Abdicatur alter à patre.*

Pro patre. Tantum æris alieni habet, quantum viuo patre non poſſet ſoluere. Vis ſcire cuius fidei ſis? nec frater quidem tibi ſine chirographo credidit. Alterius ſpe morior, alterius fide. Viuo: & iam patrimonium meum diuiſum eſt. Niſi ſuccurritis, vincit me & ille qui tacuit. non diſſimulo me hodie duos abdicare. Chirographum prode parricidarum fœdus, & nefariæ ſpei pactum. Chirographum danti impium, accipienti turpe, patri periculoſum.

Pars altera. In omnem me fortunam, frater, tibi iungam comitem. Si militandum, vna militabimus: ſi peregrinandum, vna vrbes peragrabimus ſi quotidianam rogauero ſtipem, & illam tecum diuidam. Nolui recentem iram exagitari patris. Malui, vt tacendo patrem vinceres. Meæ partis heres ero, tuæ cuſtos. Et quia de re maxima melius ſibi quiſque credit, do chirographum: tu da operam, vt iſtud magis à patre accipere, quàm à fratre videaris. Hoc quod honeſte, & quod pie gerebamus, tam palam egimus, vt pater ſciret. Quid enim timebam, niſi, ſi reſciſſet pater, moleſte ferret filium ſuum, hominem auarum non eſſe, fratrem pium? Ita mihi contingat patrem, vtrique noſtrum placari.

SCHOTTVS.

PAtrem vtrique noſtrum placari] *Patri vtrumque noſtro placere* in veteri eſt. Proba vtraque lectio Eſtque votorum formula: quales plurimæ his libris inſpetſæ ſunt. Sic in ἀπομνημονευμάτων initio: *Ita illum ſaluum & felicem habeam.* Poſſet & ſic *Patri vtrumque noſtrum placere* legi: tametſi abierit in illa omnia Pintianus.

Exul pater fundo prohibitus. CONTROVERSIA II.

LEX. EXVLEM TECTO ET CIBO IVVARE NON LICEAT. Altera IMPRVDENTIS CÆDIS DAMNATVS QVINQVENNIVM EXVLET. Thema *Quidam cum filium & filiam haberet, imprudentis cædis damnatus, in exilium profectus eſt. Solebat venire in poſſeſsionem vicinam finibus. Reſciuit hoc filius. Cæcidit villicum, Villicus excluſit patrem, cœpit ire ad filiam, Accuſata illa, quod exulem recepiſſet, aduocato fratre abſoluta eſt. Poſt quinquennium pater abdicat filium.*

Pro patre. Accuſator ciuium me fecit exulem: filius etiam meorum. Filiam honeſtiorem inueni quòd accuſata eſt: ſeruum frugaliorem, quòd cæſus eſt. Male meruiſti de patre, quem excluſiſti: de ſorore, cui præiudicio nocuiſti: de iudicibus, quos in tam bona timuiſti cauſa. Aut tu peccaſti, aut ſoror. Filius me docuit, quòd illum non recipio. Abſoluta eſt inquit, me aduocato, ſoror. Ita tu patrem non recipiebas, cum tam bene iſtam cauſam agere poſſes? cum abſoluta ſit quæ receperat damnatus eſt qui non expulerat? Filia me patrē indicauit: ſeruus dominū, Vni filio exul fui. Ignoſce fideliſſime ſeruulorum, & tibi imprudens nocui. Quàm bonam eius cauſam putas fuiſſe, quæ ne te quidem aduocato damnata eſt. Si te hærede poſſum mori, dignus ſum, qui etiā tibi hunc ſeruum relinquam. Alij exul eſt, tibi pater eſt. Nulla lex ſcelus imperat. Certe quæ fecit, abſoluta eſt. Lex eum tenet, qui iuuat exulem, non qui patiatur iuuari. Ignora, diſſimula: lex te innocentem eſſe, non curioſum iubet. Si mea cauſa faciebas, me admonuiſſes: ſeruum prohibuiſſes: non cæcidiſſes.

Pars altera. Facere lege prohibente non potui. Accuſata & abſoluta eſt: quia muliercula nō videbatur noſſe leges. Non pro me timui, ſed pro te. Res in notitiam hominum venerat. Captabaris: timui, ne occidereris. Vis ſcire notum fuiſſe? Soror accuſata eſt. Malui ſeruum cædere frugaliſſimum quam patrem optimum amittere.

NIC. FABER.

NOn curioſum] Cui ſit impoſita ſi quid in leges commiſſum ſit, inquirendi cura: qui delatoria curioſitate, quid agatur indagare debeas. Tales enim curioſi ſunt. Tertulianus de fuga in perſecutione.

Mater

Mater nothi, lecta pro parte. CONTROVERSIA. III.

LEX. MAIOR FRATER DIVIDAT PATRIMONIVM, MINOR ELIGAT. Altera. LICEAT FILIVM EX ANCILLA TOLLERE. Thema. *Quidam cum haberet legitimum filium, alium ex ancilla ſuſtulit, & deceſſit. Maior frater ſic diuiſit, vt totum patrimonium ex vna parte poneret, ex altera nothi matrem. Minor elegit matrem, & accuſat fratrem circumſcriptionis.*

PRO NOTHO. Vnus omnium exheredatus ſum diuidendo. Elegiſſet, inquit, alteram partem. Tu ſolus talis potuiſti eſſe filius, qualis frater eras. Lex te diuidere, me eligere iuſſit. aperte, ne minor circumſcribatur, timet. Sic diuiſit, vt ſi vellem, non eſſe mendicus, relinquerem fratrem in egeſtate, matrem in ſeruitute. Non eſt diuidere, ex altera parte patrimonium ponere, ex altera onus. Talis fuit, vt illi coheredem pater ex ancilla tolleret. Elige, vt aut patrimonio careas, aut ſcelere. Circumſcriptores dici ſolent, qui aliquid abſtulerunt. iſte nihil reliquit. Tu, inquit, voluiſti pauper eſſe. Cur igitur queror, ſi egeſtate delector? Obijci, inquit, non poteſt, quod lege factum eſt: immo nihil niſi quod lege factum eſt. Nam ſi quid aliter factum eſt, per ſe irritum eſt, circumſcriptio ſemper crimen ſub ſpecie legis inuoluit. Quod apparet in illa legitimum eſt: quod latet, inſidioſum. Semper circumſcriptio per ius ad iniuriam venit. Lex iubet maiorem diuidere, minorem eligere, nec tu diuiſiſti, nec ille elegit. Sic à te alligatus eſt, vt neceſſe haberet, quod non expediebat, malle. Nota fuit in matrem meam pietas. Non timuit, ne eligere poſſem alteram partem.

PARS ALTERA. Ego nihil aliud quam diuiſi. Circumſcriptio non in diuiſione eſt, ſed in electione. Habes matrem, quam quidam totis redemerunt bonis: habes gloriam, quam per ignes quidam, multi per arma quæſierunt. Multa de patrimonio rapuit, cum haberet ius dominæ ancillæ impudentia. Timebas, ne in illam ſæuirem. Non expediebat mihi, cum in illa totum patrimonium habiturus eſſem? Nunc tantundem habes enim partem quam voluiſti vt tantumdem haberes, nec pater voluerat. Ideo matrem tuam ancillam reliquit.

SCHOTTVS.

I*Mprudentis cædis damnatus*] Idem lemma libri 3. Declam. 3. de quo Fabius libro ſeptimo cap. quarto extr.

Maior diuidat] Eadem in epiſcopatus diuiſione ſeruanda patres præceperunt in Carthagineñſi Synodo cap. 85 in Græco vero exemplari cap 118. quæ Gregorius retulit in lib. 3. Decretal. tit. 29. cap. 1. & his longe antiquior D. Auguſtinus lib. 22. cap. 20. de ciuitate Dei de ſeceſſione Lot & Abrahæ. *Hinc fortaſſis effecta eſt inter homines pacifica conſuetudo, quando terrenorum aliquid partiendum eſt, maior diuidat, minor eligat.* Vide & Cuiacium lib. 13. obſeruat. 24. Libet autem inſignem proferre locum Saluiani Maſſilienſis Epiſcopi & ſui temporis, vt Gennadius ait, Epiſcoporum magiſtri, cum vt declamantibus materiam ſuppeditem, tum vt ſæculi noſtri abuſus tollantur, quo hodieque parentes auaritia occæcati liberos hereditate fraudant. eo potiſſimum nomine quod Deo ſe io religioſotum familiis cōſecrarint: aliis vero ſeculo ac lucro addictis, nimirum quia liberos habent, duplam triplamue portionem tranſcribunt. Lex quidem eſt fateor decemuiralis in 12. tabulas relata: REI SVÆ VT QVISQVE LEGASSIT ITA IVS ESTO. At naturæ lex æquis condi teſtamentum portionibus iubet, vt nullus querimoniæ actioniſq; ſit locus, niſi ſit nequā & prodigus & decoctor heres eſt futurus aut parentibus non obediens, aut denique ingratus: cum& ſeruus manumiſſus ob ingrati crimen in ſeruitutem retrahatur, Chriſti vero lex iuſtiſſima, quæ ſunt Dei Deo reddi (à quo omnes acceperunt) & Cæſaris Cæſari reſtitui præcipiens. *Honora*, inquit Salomon, *Deum de tua ſubſtantia*, ſcilicet ne ingratus fuiſſe videaris. Hinc ſacrificiorum ac decimarum origo & veterum religio? hinc & primitias frugum Deo libabant, vt auctori, & patriarchæ liberorum primitias offerebant: at tu ſceleri impietatis affinis dæmoni offers, Deum fraudas eiuſque ſeruum qui ſeculo nuncio remiſſo, ei ſe totum dedicauit. Verum non mihi ſed diſerto Galliæ ſcriptori, qui ſeculi ſui vitia merito ſeuero ſtylo caſtigauit, fidem haberi volo. Sic enim ille lib. 3. ad ecclesiam Catholicam. Nunc, *inquit*, diuerſiſſime & impiiſſime nullis omnino à ſuis minus relinquitur, quam quibus ob Dei reuerentiam plus debetur: nullos pietas minus reſpicit, quam quos præcipue religio commendat. *Denique* ſi qui de parentibus filij offeruntur Deo omnib. filijs poſtponuntur oblati indigni iudicantur hereditate: qui digni fuerant conſecratione: ac per hoc vna tantum re parentibus viles fiunt, quia cœperunt Deo eſſe pretioſi. Ex quo intelligi poteſt, quod nullus pæne apud homines vilior eſt, quam Deus: cuius vtiq; fit diſpectione, vt eos præcipue, parentes, filios ſpernant, qui ad Deum cœperint pertinere.

Sed præclaram videlicet, qui hæc faciunt, rationem conſilij ſui reddunt, dicentes. Quid opus eſt, vt filiis iā religioſis æqua cum fratribus ſuis hereditatis portio relinquatur? nihil ergo iuſtius, nihil dignius, quā vt quia cæperunt religioſi eſſe mendicent: nō quidem quod eos hæc res mendicitate opreſſura ſit, quod à terrenis facultatibus abdicantur, cælum ſpe poſſidentes, cito etiam repoſſeſſuros; regente illos Deo ſuo ac protegente, qui eos cum immortali ſpe æternorum etiam ſufficientia temporaliū muneratur. Sed tamen quantum ad humanitatem parentum pertinet, egent; à quibus ſic relicti ſunt, vt egerent. Certe etiam, ſi qui non penitus domo eliminantur, & quibus non omnino extorribus, quaſi aqua & igni interdicitur cum aut tenues aut recte vſufructuarij relinquuntur, tamen tanto inferiores fratribus relinquuntur vt etiamſi paupertate non egeant, comparatione tamen egere videantur.

Dicitis quid opus ſit religioſis æquā cū fratribus accipere patrimonij portionem? Reſpondeo

vt religionis fungantur officio. vt Religioſorum rebus Religio ditetur: vt donent, vt largiantur. vt illis habentibus, cuncti habeant non habentes: Imo ſi tanta eſt eorum fides atq; perfectio, vt habeant, cito non habituri, beatius vtique poſtquam habuerint, non habentes: cur eis (quæſo ô inhumaniſſimi parentes) neceſſitatem indigniſſimæ paupertatis imponitis? Permitte hoc religioni ipſi cui filios tradidiſtis: rectius, pauperes à ſe fiunt. Si tantum eos inopes eſſe cupitis concedite id ipſorũ deuotioni, liceat eis (quæſo) vt velint pauperes fieri, eligere inopiam debent non ſuſtinere. Poſtremo etiam ſi ſuſtineant: deuotione eam tollent; non damnatione patientur. Cur eos velut à natura expellitis, & quaſi è iure ſanguinis abdicatis; & ego eſſe eos pauperes volo, ſed vt habeat tamen præmium ſuum ipſa paupertas: ac præclara demutatione eligant inopiam ex copia, vt ex inopiæ electione copiam conſequatur Quamquã quid ego vos per ipſum ſanctiſſimæ rationis officiũ trahere ad humanitatem pietatemq; cõtendo, cum id maxime obſiſtat, & hæc res parentes impios faciat, quæ magis pios facere deberet? Nam cũ vos ideo plus relinquere patrimonio veſtro religioſis filiis deberetis, vt aliquid ad Deũ ex facultatibus veſtris, ſaltem per filios, perueniret, ideo filiis non relinquitis ne illi habeãt Deo quod relinquant: præclara videlicet ratione atq; cautela contenti eritis: vos filios non agnoſcere, tantum ne illi ſe filios Dei eſſe cognoſcant: magnificam repenſantes diuitiis ſacris viciſſitudinẽ, dum id ſtudioſiſſimè procuratis ne vel per veſtros aliquid honoris Deus habere poſſit. cum vos omnia per Dei munus habeatis. Cur (rogo) tam infideliter, cur tam impie; non exigimus vt veſtra domino largiamini: Aliquid ne o de ſuo reddite, cur tam auare, cur tàm impiè agitis? Non eſt veſtrum quod denegatis. Iniquum ergo arbitramini vt ſæcularibus filijs Religioſos filios ſubſtantia pares eſſe faciatis. Id ergo agitis vt pœniteat eos captæ religionis, quos religio apud vos fecerit viles. Pius itaque eſt ac bonos dominus qui ſeruet in eis propoſitum ac profeſſionẽ ſuam. Cæterum quantum in vobis eſt, id agitis, vt ſæculi eos cultores eſſe faciatis, quibus ſæculares filios antefertis. Quid eſt enim aliud quam Religionem interdicere, ob Religionem deſpectui habere? Sed iniuſti fortaſſe videamur, cunctos parentes in hoc negocio æqualiter accuſando: cum ſcilicet non omnes pari agant iniquitate cum filiis.

Sunt enim (inquit aliquis) ſunt ex parentibus multi, qui æquales filiis ſuis faciant portiones: niſi quod vna tantum eos conditione diſcernant. quam in ijs ipſis partibus, quæ filijs religioſis videntur aſcribi, vſum, iubent, ad eos, proprietatem ad alios: id eſt ad ſæculares filios pertinere, At vero hoc multo peius eſt & infidelius: tolerabilioris quippe impietatis eſſe videtur, hæreditatẽ aliquem filij ſuis minus relinquere, quam proprietatem his rerum penitus auferre. Poteſt enim aliquatenus fieri ita conditio, ſi aut amicis aut affinibus aut propinquis hac lege aliquid relinquatur? Filijs vero qui proprietatem rerum non tribuit, nil relinquit. Sed inuenit iniquiſſima infidelitas parentum, quomodo à patrimonio ſuo Deum penitus excludat, proprietatem rerum religioſis filijs auferendo: Num enim his dedit, vt eſſet quo ipſi viuerent, proprietatem his tulit, vt quod Deo relinquerent non haberent? O nouum irreligioſæ mentis ingenium! inuenit quo videretur, filijs ſuis maiore erga Deum ſua impietate conſulere: fecit enim vt ſancta ſoboles vſum rerum habens, ius rerum non habens, quaſi locuples quidem viueret, ſed quaſi mendica moreretur: ac ſi teſtator infideliſſimus plena de hoc mundo poſſit ſecuritate diſcedere, cum ſciret de ſuo ad Deum penitus peruenire nil poſſe. Quamuis in hoc ipſo quod ſupra dixi, per vſum rerum aliquem, filios Religioſos opum imaginem poſſidere, ne hoc ſit quidem: quia etſi vſus videtur, aliquid habere, conſcientia tamen vtentis non habet, nemo enim poteſt ſe, vel breui diuitem credere, qui ſcit ſe proprium nil habere. Quid agis, miſerrima infidelitas, & paganicæ (vt ita dixerim) religioſitatis error? Itaque tantum odiſti Deum vt poſſis etiam filios tuos ob hoc tantum, quod ad Deum pertinent non amare? Meliori enim conditione quidam relinquunt libertos ſuos, quam tu relinquis filios tuos In vſu ſiquidem quotidiano eſt, vt ſerui (etſi non optimæ, ſaltem non improbæ ſeruitutis) Romana à dominis libertate donentur: in qua ſcilicet & proprietatem peculij capiunt, & ius teſtamentarium conſequuntur ita vt, & viuentes cui volunt res ſuas tradant, & morientes donatione tranſcribãt. Nec hoc ſolũ ſed & illa quæ in ſeruitute poſiti cõquiſierant; ex dominorum domo tollere non vetantur. Tantum eis interdũ gratiæ patronæ liberalitatis impartit, vt etiã iuri ſuo detrahat, quod libertorum dominio largiatur. Quanto ô quiſquis illedes infideliſſime pater, quãto domini illi melius cum libertis agunt, quam tu cum liberis? Illi quæ donant, perpetuo iure donant, tu temporario: Illi teſtamenti faciendi arbitrium dant libertis, tu tollis liberis; illi poſtremo ſeruos ſuos dant libertati, tu quaſi addicis filios ſeruituti. Nam quid eſt aliud quam ſeruituti addicere, quos non vis aliquid quaſi ingenuos poſſidere; More illo illorum veteris, qui ſeruos ſuos non bene de ſe meritos quia ciuitate Romana indignos iudicant iugo Latinæ libertatis addicunt: quos ſcilicet iubent quidem ſub libertorum titulo agere viuentes: ſed nolunt quidquam habere moriẽtes: negato enim his vltimæ voluntatis arbitrio, etiam quæ ſuperſtites habent morientes donare non poſſunt. Ita & tu religioſos filios tuos quaſi Latinos iubes eſſe libertos, vt viuant ſcilicet quaſi ingenui, & moriantur vt ſerui, & iuri fratrum ſuorum quaſi per vinculum Lat. libertatis aſtricti, etiãſi arbitrij ſui videtur eſſe dũ viuũt, quaſi ſub eorũ tamẽ poſiti poteſtate moriãtur. Quid tãtũ (quæſo) ſceleris in titulo eſſe religionis putas, vt ideo eos qui religioſi ſunt Deo filios tuos eſſe nõ credas, quia filij Dei eſſe cœperunt. In quo tibi hoc tam bonæ voluntatis quaſi piaculo rei facti ſunt, vt idcirco eos putes eſſe habendos peiores, quia optant eſſe meliores? Sed dici eis nõ eo à vobis hoc animo agi quod idẽ eſt ac ſi quiſpiam dicat: malas res bono animo à ſe fieri, & impietatis facinus pia mente cõmitti. Quid prodeſt, (ô inhumaniſſimi patres) quod

„ quod filius religiosos bono à vobis adhonorari „ animo adseratis? Res ipsa hoc respuit, res fefellit, „ Parū est quod nudis assertionibus dicitis, ipsi acti- „ bus vestris cōtra vos testes estis, indignū ergo ar- „ bitramini, vt sancta ac placita Deo pignora, Filij, „ mūdo seruientibus cōparētur. Verum est & bene „ arbitramini, si tamen arbitrio isto, iuste & in di- „ uersū vteremini: id est, vt cōparādos bonis filiis, „ malos & peccatores, sanctis nō putaretis: & quia „ apud Deum vita ac meritis nobis antecellerent, „ ijdem apud vos gratia & honore superarēt. Quid „ enim rectius? quid magis iustū, quā vt qui melio- „ tes sūt ijdem etiā honoratiores essent? & qui vin- „ cunt iudicio, ijdem vincerent præmio: & qui an- „ tistant in Euangelio sacro, ijdem quoque in Te- „ stamento humano antistarēt, & hac saltē re con- „ cordaret cum volūtate Christi parentum pietas „ ac voluntas, vt quos Deus præposuisset electione, „ eosdem etiam parentes anteponerent dignitate. „ Sed non solum hoc non agitur, sed in diuersum „ omnia aguntur. Præponuntur enim puris inuiola- „ tisq; commaculati, præponuntur fidelibus impij, „ præponuntur lumini tenebræ, præponitur vitæ „ mors, præponitur terra cœlo, præponitur mūdus „ Deo, & euasuros se huiusmodi parentes, vel in „ hoc solo iudicium Dei æstimant, qui cum Dei & „ dignitatem iudicij sui indignitate conculcant.

„ Sed videlicet non cōtemptu Dei dicunt paren- „ tes hæc à se fieri, sed causa atque ratione: quibus „ enim relictam substātiam relicturi sunt filios non „ habentes? dicam quibus, nec nominabo eos quos „ supra dixi pauperes Dei, non alienos aut longinq; „ positos, ne durum aut inhumanū forte videatur. „ Illos dico charos & induiduos, & quos rectè etiā „ vos qui soboles multas habetis, filiis antefertis, „ ipsos se, inquam, homines, ô infidelissimi paren- „ tes ipsos se inquam dicimus. Nunquid potest „ cuilibet quicquam scipso propius, nunquid ca- „ rius inueniri. suam vnicuique vestrum animam, „ suam salutem, suam spem commendamus, & pios „ vos esse dicitis quia filios diligitis? nihil planevo- „ bis durius, nihil inhumanius, nihil tam ferum, ni- „ hil tam impium dici potest, à quibus impetrari „ omnino nō potest, vt vos ipsos ametis: *Pellem*, in-

quit Diabolus in scripturis sacris, Iob. 2.3. *pro pelle,* „ *& cūcta quæ habet homo dabit pro anima sua.* Dilectissi- „ mam esse animam suam homini etiam diabolus „ non negauit, & qui auertere omniuo cunctos ab „ affectu animarum suarum nititur, idem tamen „ carissimas eis debere cunctis suas animas confi- „ tetur. Quis est ergo furor, viles à vobis animas „ vestras haberi, quas etiā diabolus putat esse pre- „ tiosas? Quis furor est, viles à vobis haberi, quas „ etiā ille caras vobis debere esse dicit, qui viles fa- „ cere conatur? Ac per hoc quicunq; animas suas „ negligunt etiam infra iudicium diaboli se amant. „

Quæ cum ita sint, videte vos qui putatis religio- „ sos homines non habere quibus relinquant sub- „ stantiam, videte vel iuxta diaboli opinionem: vi- „ dete si non habent qui seipsos habent. Sufficere „ quidem ad hanc negotij portionem de qua nunc „ agitur, hæc quæ iam diximus satis arbitror, id est „ quod præponere vitam, spem, salutemque ve- „ stram cunctis omnino rebus atque affectibus de- „ beatis.

Hactenus Saluianus reliqua enim nō exscribo, ne otio abutar ac patientia lectoris. Sacræ enim scripturæ disertus ille scriptor confirmat locis, quæ Tomo V. Bibliothecæ SS. Patrum leguntur: quæ auxit singulari libello *de pijs testamentis* Ioannes Molanus Doctor Theologus, vnde haurias licet.

Circumscriptores dici solent] Pro decipere & circumuenire dictum *circumscribere*: quod à Græcis sumptum, quibus περιγράφειν idem interdum valet: idque fere cum minores falluntur. Cicero III. Offic. *Dolus malus etiam legibus erat vindicatus, vt tutela XII. Tabb. & circumscriptio adolescentium lege Lectoria,* Et I. Cti in l. exceptiones. 7. ff. de except. & l. item dixit 16. ff de dolo malo, & l. si ex caussa. 9. & l. in caussæ 16. ff. de minoribus xxv. annis.

PETREIUS.

Circumscriptores] à minori, nam si *circumscriptores* dicuntur, qui in parte defraudant, quid qui toto?

Potio ex parte mortifera. CONTROVERSIA IV.

ACTIO. VENEFICII SIT ACTIO. Thema. *Proscriptum vxor secuta est. Quodam tempore secretò poculum tenentem interrogauit, quid esset. Ille dixit, venenum: & mori se velle. Rogauit illa vt partem sibi daret: & dixit, se nolle sine illo viuere. Partem bibit ipse, & partem vxori dedit. Perijt illa sola. Testamento inuentus est maritus heres, restitutus arguitur veneficij.*

CONTRA *Maritum.* Sic egit, vt deprehenderetur, sic deprehensus est, vt exoraretur: sic bibit, vt viueret. Quod est illud venenum, quod tantum heredi non nocet? Nemo vnquam tam palam vxori dedit venenum, fugit, ne occideretur, qui dixit se mori cupere. Vnus proscriptione locupletior factus est. vt viuere vellet, vxor illi persuadere nō potuit. persuasit res blādior, vxoris hereditas. Sciuit quam partem potionis hauriret. Cōtrarias partes gladio persecutus est, suas veneno: occidendi finem prius victores fecerūt, quàm victi. Iam quid putabatis futurum, cum in exilium vxor testamentum tulisset, maritus venenum? Vbi est vxor? Ecquid te pudet? Etiam proscripti redeunt. Statim consumpta potione collapsa est. Nolite mirari, si tam efficax venenum est. heres est, qui dedit. Summis fere partibus leuis & innoxius humor suspenditur. grauis illa & pestifera pars suo pondere subsidit. Apparet te diu præparatum venenum habuisse. scisti diuidere. Etiam si potest defendi qui volenti dedit, tu potes, qui fecisti, vt vellet. Id genus veneni fuit, quod pondere subsideret in imam potionem. Bibit iste vsque ad venenum, vxor venenum.

PARS ALTERA. Virum in pace dilexit, in bello secuta est, in consilio vltimo non reliquit, O, inquit, dignum, quem innocens sequatur. Bello ciuili lege proscriptus sum. Exulaui. Quid his malis

adijci poteſt, niſi vt venenum bibam, & viuam? venenum, inquam, eſt. Hoc qui daturi ſunt, diſſimulant. Venenum Cato vendidit. Querite, an proſcripto licuerit emere: quod licuit Catoni vendere.

SCHOTTVS.

PRoſcriptum vxor ſecuta eſt] Vt *Leponina* Iulium Sabinum coniugem, Veſpaſiani imperio, quod eſt ſingulare fidei cōiugalis exemplum; exſtatq; apud Tacitum li. 4. Hiſtoriæ Auguſtæ, & diſertius in Plutarcho. in Erotico extremo, qui *Emponā* Xiphilinus vero ex Dione *Pepmillā* vocat.

Venenum Cato vendidit] Plinius li. 29. cap. 4. extremo, *Cantarides obiecta ſunt Catoni Vticenſi ſeu venenum vendidiſſet in auctione regia, quoniam eas Seſtertijs 60. addixerat.* Auctione ni fallor, regis Ptolomæi in Cypro, in qua auare nimiſq; amicis diſidentem ſeſe Catonem geſſiſſe, auctor eſt Plutarch.

IOAN. PETREIVS.

VEnenum Cato] Exemplum à Maiori, licuiſſe ſibi proſcripto habere venenum. De Catone ita Plinius, cap. 4. li. 29. *Canthariades obiectæ ſunt Catoni Vticenſi. cur venenum vendidiſſet in auctione regia, quoniam eas ſeſtertiis 60. addixerit.* Intelligit autem in auctione bonorum Ptolemæi regis Cypri.

Iphicrates reus.

CONTROVERSIA V.

LEX. QVI VIM IN IVDICIO FECERIT CAPITE PVNIATVR. Thema. *Miſſus Iphicrates, aduerſus Thracum regem, bis acie victus fœdus cum eo percuſſit, & filiam eius duxit vxorem. Cum Athenas rediſſet, & cauſam diceret, viſi ſunt circa iudicium quidam Thracum cultu armati, & ipſe reus gladium ſtrinxit. Cum iudices citarentur ad iudicandum, palam abſolutorias tulerunt ſententias, accuſatur, quod vim in iudicio fecerit.*

CONTRA *Iphicratem.* Nemo iudicum tuorum non timuit, ſic tanquam tu de illis iudicaturus eſſes. Cum toto tibi regno ſocer venit aduocatus. Non maioribus copiis bellum inſtruxit, quam iudicium. Iphicrate, conde gladium. Iudicium eſt. Quid tibi cum gladio? Certe bis victis arma ponenda ſunt. Quæ eſt iſta contra rerum naturam permutatio, in bello nuptiæ, in iudicio bellum?

PARS ALTERA. Ego vim non feci. Omnia enim legitime peracta ſunt. Accuſator ſuo loco dixit: reus ſuo reſpondit. perfectum per omnes numeros ſuos iudicium eſt. Cum iudices ſentētias ſuas ferrent, ſtrinxi gladium, vt occiderem me, ſi damnatus eſſem. Iudices tulerunt palam abſolutorias, vt gratiam duci ſuo referrent. Nuptiarum cauſa, vtilitas Reipublicæ fuit. Miles ſæpius pulſus erat infelici prœlio. Barbaros circa iudicium fuiſſe, noo propter iudicium armatos, ſed propter morem ſuum. Quid poteſtis, inquit, quæri? Quod obſides vobis abduxi?

NIC. FABER.

IPhicrates] Veteres omnes, & Quinctilianus CCCLXXXVI. declamatione *Epicratem* vocabulo Græco in Latinam ſcribendi rationem deflexo legunt. Æmilius Probus tamen Iphicratem vocat, quem de themate huius controuerſiæ vide.

SCHOTTVS.

MIſſus Iphicrates aduerſus Thracum regem] Cum Thracibus bellū geſſiſſe auctor eſt Xenophon extremo li. 4. ἑλληνικῶν. Æſchines quoq; initio orat. περὶ παραπρεσβείας, Imperatorem ab Atheniensib. eſſe creatum aduerſus *Amphipolim* Thraciæ vrbē: cuius belli ſtratagemata refert Frōtinus li. 1. cap. 6. & l. 2. c. 5. & plurima Poliænus l. 3. Strateg. Duxit autē Threſſam regis Cotyis filiam ex qua *Mneſtea* filium habuit: qui interrogatus vtrum parentem pluris faceret: matrē inquit. Id dū omnibus mirū videretur: ait ille. Merito, inquit, facio: nā pater quantū in ſe fuit, Thracē me genuit, cōtra mater Athenienſē. Corn. Nepos de vita externorū Imperatorū, ſiue is Æmilius Probus eſt. Quamobrem emendādum puto Senecā Philoſophū li. 2. de Tranquillitate vitæ cap. 18. *Iphicrates cui mater barbara & Threſſa obijciebatur, reſpondit & Deorū matrem Idæam eſſe.* Emenda Iphicratis. F. ſingularem litteram à librario omiſſam puto. Tu lege quæ ex Alexandride Atheneus de Sympoſio nuptiarum Iphicratis refert li. IIII. δειπνοσοφιστῶν.

Et causā diceret] Et quidē capitis. Proditionis enim accuſatus bello ſociali cū Timotheo, à Pharnabazo: quod eius opera Ægyptus capta non eſſet. Diodorus Siculus li. 15. & 16. & Plutar. in Apophtegm. Polyænus quoq; li. 3. ſtrategē. gemina cum Seneca refert. quo aſtu iudicum ſententias effugerit. Abſolutus vero Iphicrates, damnatus vero Timotheus. Verba Polyæni Græca apponam de meo ſcripto libro, quod rem, de qua agitur, vehementer illuſtrent: Ἰφικράτης θανάτου δίκην φεύγων παρεσκεύασε νεανίσκους ἐγχειρίδια κατέχοντας οἱ παραφαίνοντες τοῖς δικασταῖς τὰς λαβὰς, οὕτως αὐτοὺς κατέπληξαν ὥστε φοβηθέντες ἀπέλυσαν τὴν δίκην. Ab Ariſtophonte quoq; accuſatū Ariſtoteles ſignificat, extrem. li. 2. Rhetoric. & ex illo Fabius li. 5. c. 12. Idemq; Polyænus; & quidem proditionis; additurq; Chares accuſator. metuque armorum iudicum ſententias à condemnatione, ad abſolutionem conuertiſſe: καὶ μετὰ τὴν νίκην ἐρομένου τινός, ὡς παρεκρούσατο τοὺς δικαστὰς, εὐήθης ἂν εἴην, ἔφη, ὑπὲρ Ἀθηναίων μὲν στρατηγῶν, ὑπὲρ ἐμαυτοῦ δὲ πρὸς Ἀθηναίους μὴ...

IO PETREIVS.

IPhicrates] magnæ indolis adoleſcens. cui vigeſimum agenti annum Athenienſes exercitum commiſere contra Lacedæmonios: eius milites propter egregiam virtutem *Iphicratenſes* dicebantur: quemadmodum apud Romanos *Fabiani.* Iuſtinus libro V. ex Trogo Pompeio.

Adultera venefica.

CONTROVERSIA VI.

ACTIO. VENEFICII SIT ACTIO. Thema. *Quidam cum haberet vxorem, & ex ea filiā nubilē, indicauit vxori, cui eā collocaturus eſſet. Illa dixit: Celerius morietur, quā illi nubet. deceſſit puella ante diē nuptiarū, dubijs ſignis cruditatis & veneni. Torſit ancillā pater, dixit illa, ſe nihil ſcire de veneno, ſed de adulterio domina,*

dominæ, & eius cui collocaturus erat filiam. Accusat vxorem veneficij & adulterij.

CONTRA VXOREM. *Morietur*, teneo veneficam, *celerius quam nubat*, teneo adulteram. *Morietur.* factum est. *celerius quàm nubat.* factum est. Adulterium serius deprehendi quàm factum est, veneficium antequam fieret. Duo crimina ad vos detuli,& duas indices altera, dicit quod factum est: altera quod futurum est. Generi adultera, filiæ pellex. Quàm infelix est domus, in qua adulterium argumentum est? Dixi, Honestus est: dixi, Pulcher est: dum laudo generum, commendaui adulterum. O me tardissimum in malis meis! veneficium nec denuntiatum quidem credidi; adulterium veneficio demum deprehendi. Versæ sunt in exequias nuptiæ, mutatusq; genialis lectus in funebrem. Subiectæ sunt rogo infelices faces. profertur putre corpus,& venenis tumens. Quid vltra quæritis? Verbis signa, signis tormenta conueniunt. Ad vocem tuam facta conueniunt. *Morietur antequam nubat*: factum est. Vidimus fluens corpus,& in cadauere illius materna verba credidimus. Generum adulterio perdidi, vxorem parricidio, filiam veneno.

PARS ALTERA. Duo grauissima crimina obiicit, adulterium & veneficium. adulterium, ancilla teste: veneficium, nec ancilla quidem. Cum indignaretur se non rogatam, exciderunt illi verba, quæ non minus quàm pater filiam luget. At quare dixisti? *Celerius morietur, quàm illi nubat?* Verba dolori parum considerata exciderunt. Et est sæpe fortuita diuinatio.

SCHOTTVS.

V*Eneficii*] vid. Sopatrum in Rhetoricis li. 2. cap. 89.

Versa in exequias nuptiæ] Talis παρονομασία scribendũ alicui, seni morbisque fracto vxorem ducenti *Epitaphium* potius quam *Epithalamium*. De geniali autem lecto Lipsius 1. Electorum cap. XVII.

CONTROVERSIA VII.

Demens qui filio cessit vxorem.

ACTIO. DEMENTIÆ SIT ACTIO. Thema. *Quidam habebat duos filios: duxit vxorem. Alter ex adolescentibus cum ægrotaret, & in vltimis esset, medici dixerunt animi vitium esse. Intrauit ad filium stricto gladio pater, rogauit vt indicaret causam sibi. Ait, amari à se nouercam. Cessit illi vxorem pater. Ab altero accusatur dementiæ.*

PRO PATRE. Audite rem nouã: fratrem crudelem, nouercam misericordem. Insanus sum, quia aliquis meo beneficio sanus est. Tradidi vxorem illi, sed eripueram. Testor, inquit, præsides pietatis deos, amare antequam duceres. Ita tu iniuriam vocas, quòd fratrem habes, non habes nouercam? Transij præter istius oculos cum ferro. gladium mihi nemo nisi æger extorsit. Patri, qui periculum filij morientis sustinere non potuit, ignoscendum in qualicunque facto est.

PARS ALTERA. Alter lenocinio curauit, alter parricidio conualuit Quid hoc adulterium nõ putas, quod marito conciliante committitur? Nescio furiosius vxorem duxerit, an habuerit, an dimiserit, an collocauerit. Quàm demens est, cui adulterium pro beneficio imputãdum est! Strinxit gladium maritus, nõ vt adulterũ vindicaret, sed vt faceret. Mori potius debuit frater quàm sanari turpiter. Quid enim si matrem, si sororem cõcupisceret? Quædam remedia grauiora ipsis periculis sunt. Omnia inter nouercam & priuignum composita sunt. Simulatum morbũ, derisum animo turpissimo patrem.

SCHOTTVS.

M*Edici dixerunt animi vitium esse*] Desumtum conformatumq; hoc lemma videtur, ex historia de Seleuco rege: qui Stratonicen vxorem suam ægrotanti filio Antiocho, & nouercã perdite amanti, vt conualesceret: indulgẽter officioseque cessit. Plutarchus in Demetrij vita, Appianus in Syriacis, Iulianus μισοπώγωνι. Galenus medicus libro de Prænotionibus (vbi vereor ne male Germanicus interpres *pellaca* quasi proprium nomen reliquerit, quæ *pellicem* significat: nam hæc de Græco conformata vox teste Agellio li. 4. cap. 3. quæ Dorica Dialecto *pallaca* est)& Suidas eadem, Latinorum vero Valerius Maximus li. 5. cap. 7. Nec dissimile fortasse arg. in sacris litteris 2. Reg. ca. 13. de Ammone amore capto Thamaris sororis Absalonis.

Marito conciliante] Accipitur sequiori notione; vt *internuntij* apud Terentium. Hinc & *conciliatores* & *conciliatura*.

IO. PETREIVS.

D*Ementiæ sit actio*] Imitatur verba duodecim Tabularum, quibus *Actio*, id est, ius persequendi & conueniendi alios, datur. Sed formulæ quib. id ius certis verbis concipiebatur, impetrabantur à collegio Pontificum.

CONTROVERSIA VIII.

Versus virginis Vestalis.

THEMA. *Virgo Vestalis scripsit hunc versum:*

Felices nuptæ, moriar, nisi nubere dulce est.

Rea est incesti.

CONTRA Vestalem. *Felices nuptæ.* cupientis est. *Moriar nisi.* affirmantis est. *Nubere dulce est*, Aut experta iuras, aut inexperta peieras. Neutrum sacerdotis est. Tibi magistratus suos fasces submittunt, Tibi consules prætoresque via cedunt. Nunquid exigua mercede virgo es? Sacerdos raro iurer, nec vnquam nisi per suam Vestam. Moriar. Nunquid perpetuus ignis extinctus est? Moriar. Nunquid de nuptiis appellata es? Ad vltimum Vestam inuoco, vt tam infesta sit sacerdoti, quam inuisa est Recita carmen. dũ quæro quale carmen sit, tu carmẽ scribas, tu verba pedibus suis emollias, & seuerita-

tem templo debitam modulatione frangas? Quod ſi vtique laudare vis nuptias, narra Lucretiam. De illius morte ſcribe, antequam iures de tua. O te ſupplicio omni dignam, cui quicquam ſacerdotio felicius eſt. Dulce eſt, quàm expreſſa vox, quàm ex imis viſceribus emiſſa, non expertæ tantum, ſed delectatæ. Inceſta eſt etiam ſine ſtupro, quæ cupit ſtuprum.

PARS ALTERA. Vnus illi verſus obijcitur, & hic quidem non totus. Non oportet, inquit, ſcribere carmen. Multum intereſt, obiurges, an punias. Inceſti damnari nulla poteſt, niſi cuius corpus violatum eſt. Quid tu putas poetas, quæ ſentiunt, ſcribere? Viuit modeſte, caſtigate. Non illi cultus luxurioſior: non conuerſatio cum viris licentior. Vnum crimen vobis confiteor: Ingenium habet. Quidni inuideat Corneliæ matri Gracchorum? Quid ni illi, quæ Catonem peperit? Quid ni inuiderint ſacerdotes parentibus?

EXTRA controuerſiam. Varius Geminus apud Cæſarem dixit: Cæſar, qui apud te audent dicere magnitudinem tuam ignorant: qui non audent, humanitatem.

SCHOTTVS.

FElices nupta] Per Parodiam ſic inuertere licet:

Felix virginitas: melius nil cœlibe vita.

Magiſtratus faſces ſubmittunt] Quod erat minorem ſe profiteri. Sic & Cn. Pompeius confecto Mithridatico bello, intraturus Poſidonij Philoſophi domum, faſces lictorios ianuæ ſubmiſit. Plinius li. VII. cap. XXX. Tu vide quæ de lictoribus ad Controu. II. & XXV. notaui.

Putas poetas quæ ſentiunt, ſcribere] Communis hæc poetarum obteſtatio, nec ſatis fide digna, quamuis laſciuum carmen ſit. Sed vere ex Menandro. D. Paullus. *Corrumpunt bonos mores colloquia praua* Catullus in Aurelium & Furium:

Qui me ex verſiculis meis putatis,
Quod ſint molliculi, aut parum pudici.
Nam caſtum eſſe decet pium poetam
Ipſum: verſiculos nihil neceſſe eſt.
Qui tum denique habent ſalem ac leporem,
Si ſunt molliculi & parum pudici.

Et Ouid. II. Triſtium elegia I.

Crede mihi, diſtant mores à carmine noſtro,
Vita verecunda eſt, muſa iocoſa mea eſt.

Et Martialis libro I. Epigramm. V.

Laſciua eſt nobis pagina, vita proba.

Quem verſum Auſonius Plinio attribuit: qui & petulantiam carminum ſuorum excuſat. li. 4. Epiſt. 14. & li. 5. epiſt. 3. Hadrianus quoque Imp. teſte in Apologia Apuleio cum Voconij amici ſui poetæ tumulum verſibus veneratur, inſcripſit.

Laſciuus verſu, mente pudicus eras.

Corneliæ matri Gracchorum] De qua Fabius libro I. Inſtitut. Orator. *Gracchorum eloquentiæ multum contuliſſe accepimus Corneliam matrem, cuius doctiſſimus ſermo in poſteros quoque eſt epiſtolis traditus* Epiſtolarum eius (& id ὡς παρέργῳ adijciam,) fragmenta à Cornel. Nepotis libris nuper eruta è membranis legimus hoc principio *Dices pulchrum eſſe vlciſci*: &c. Et in Bruto M. Tullius Gracchus non tam in gremio; quam ſermone matris educatus. De Catonis matre nihil dum comperi.

PETREIVS.

TIbi magiſtratus] Hæc ad contingentia referuntur, vide Plutarchum in vita Numæ.

EX LIBRO SEPTIMO
CONTROVERSIARVM.

Ab archipirata filio dimiſſus. DECLAMATIO I.

Cont. 1. li. 7. DVOBVS *filijs quidam ſuperduxit nouercam. Alterum domi parricidij damnauit. tradidit fratri puniendum. ille eum exarmato nauigio impoſuit, Delatus adoleſcens ad piratas, archipirata factus peregrinantem patrem cepit & remiſit. Reuerſus pater abdicat filium.*

DECLAMATIO. Tanta tempeſtate confuſus, diſpicere nihil potui: nec ſatis memineram, tale miniſterium mihi pater an nouerca mandaſſet: miniſterium an pœnam eſſe voluiſſet, vindictã parricidij, an parricidium. Inſui fratrem culeo iubes? non poſſum. Non ignoſcis, an non credis? ego cõtendo ne te quidem poſſe. Nemo repertus eſt naufragij comes. omnia inſtrumenta circumciſa ſunt. Adminiculũ ſpei nullũ. Patri ſum excuſandus, an fratri? Hoc pietatis tuæ munus ad inferos perferam, licuiſſe mihi per fratrem aliter quam parricidæ mori. Viuit, inquit, frater, non credo. Seruauit, inquit, me. feciſti vt crederem. In domo, in qua tamen facile parricidium creditum eſt, ego fratrem occidere non potui: frater patrem. Emicabãt denſis vndiq; nubibus fulmina, & tempeſtates horridæ abſconderãt diem, intumuerat mare, iuſtis quoq; nauigijs horrendum. Habes, inquam, frater, ſi innocens es, nauigium: ſi nocens, culeum. Non potui facere parricidium. quam facile erramus omnes, & factum putaui. Frater, inquit, tu primus in domo parricidium facies. Iacebat in litore nauigium, quod etiam integrum

tegrum infeliciter vexerat. Credam parricidam, si tibi proficiscenti nauigium suum reddidit. Subito mihi cum animo pariter excidit ferrum, & ue?cio, qua perturbatione tenebræ stupentibus offunduntur oculis. intellexi quam difficile esset parricidium facere, etiam quod imperasset pater. Ita mihi quæ sola miseros in domo nostra respicit, fortuna succurrat. Profectus pater tranquillo mari auspicato itinere, integra naui. Quid hoc est? felicius nauigauit damnatus, quam qui damnauerat? Vtrum videtur vobis innocentiam apud piratas didicisse, an ne apud piratas quidē perdidisse? Perieras pater, nisi in parricidam incidisses. Scissa quoque vela fecerant sinus, & instructas classes naufraga præcesserat nauis. Scires nauigāte, qui seruaturus esset patrem. Erat nauigium, imo fuerat. ô crudelis, & pertinax nouerca, nihil omnium sæuis! maria iam quiescunt, prædones miserentur, irati parcunt. Veni ad vos, vt probem me parricidam. Multas rerum natura mortis vias aperuit, & multis itineribus fata decurrunt. O maria iustiora iudiciis! O mitiores procellæ patre! Non putaris misericordem, qui quem damnauit, fratri puniendum dedit? Centurio Mithridatem non potuit occidere: Mithridatem, dii boni, quam nō dubium parricidam! Gaude pater, neuter ex filijs tuis parricidium fecit. Narra pater, quomodo te dimiserit, sic dimissus. Nocens est iste, sed mihi frater est. Naturæ iura sacra sunt, etiam apud piratas. Dixisses, inquit, te non posse. Ita tu nesciebas? Non licuit, non debui, non potui.

Pars altera. Nega nunc parricidam fuisse, quam scis esse piratam. Dimisit me in patrocinium suum, vt quia nō occiderat, videretur nec ante voluisse. Quis porro me vno miserior est? Vitam parricidæ debeo.

Extra. Magna bonorum rhetorum manus in hanc partem transiit, vt aliquid dici debuerit in nouercam. Fuerunt & illi, qui non quidem palam dicerent, sed per suspicionem & figuras: quod *Passienus* non probabat, asserens minus verecundum esse aut tolerabile, infamare nouercam, quam accusare. Quidam principia tantū habuerunt in sua potestate. post ablati sunt impetu. Excusatius est autem, in malum colorem incidere, quam transire. *Hispanus* duro colore vsus, hoc se tāquam grauius elegisse dixit supplicij genus. qui color prudentibus displicebat. Quam enim spem habebat absolutionis, si nec paruit, nec pepercit?

IOAN. PETREIVS.

EGO *inquit*] à Minori, vel fortassis hæc ita sunt continuāda, vt hæc præcedenti clausulæ annumerentur, ab eo loco; *In domo &c.*

Erat nauigium.] Detruncatum est ex Narratione: Nam nec in Controuersia est integrum. Videtur tamen ad Narrationem hoc principium pertinere. *Emendatione* autem emendat se, quasi illud non fuerit nauigium, cui impositus est, sed nauigij simulacrum.

Centurio Luculli] Id suspicor contigisse in eo prælio quo Mithridates à Lucullo victus, capi potuisset, nisi se milites conuertissent ad prædam; & alio à milite quodam vulneratum narrat Appianus. Bene autem Mithridatem appellat *parricidam*; qui filiorum, sororum, vxorum, pellicum cædibus desæuierit. Appianum, Plutarchum in vita Luculli, & Pompeii, & Iustinum legito.

Popilius Ciceronis interfector. DECLAMATIO II.

DE MORIBVS SIT ACTIO. *Popilium parricidij reum Cicero defendit: absolutus est. Proscriptum Tullium ab Antonio missus occidit: caput ad Antonium retulit. Accusatur de moribus.* Contr. 2. lib. 7.

Declamatio. Occidit Ciceronem Popilius. Iam ne creditis occisum ab isto patrem? Occisurus Ciceronem debuit incipere à patre. Antonius, inquit, iussit. Non te pudet Popili? Imperator tuus te credidit posse parricidium facere. Abscidit caput, amputauit manum. Minus in illo crimen est, quod Ciceronem occidit. Pro dij boni, occisum Ciceronem malos mores voco. Hoc vnum feliciter, quod ante occidisti patrem, quam Ciceronem. Facilius pro parricida Cicero iudicem mouit, quam pro se clientem. Ad vos hoc patroni spectat exemplum. Nullos magis odit Popilius, quam quibus plurimū debet. Abscidit ceruices. Parce iam Popili, Nihil tibi, nisi occidēdum mandauit Antonius. Pudeat te Popili. accusator tuus viuit. Non credidisset Popilium facturum Antonius, nisi parricidium fecisse meminisset. Dij manes Popilij senis, & inultæ patris vmbræ, te Cicero persequuntur: vt quem negasti, sentias parricidam. Non hausit Minturnensis palus exulem Marium. Cimber etiam in capto vidit imperantem. Cn. Pompeius terrarum marisque domitor, libenter se Hortensij clientem professus est. Et Hortensius bona Pompeij, non Pompeium defenderat. Ita tu Popili, si Antonius iussisset, & patrem occidisses.

Pars altera. Si illa tempora in crimen vocas, dicis non de hominis, sed de reipublicæ moribus. Miraris, si eo tēpore necesse fuit Popilio occidere, quo Ciceroni mori? Ciceronis proscriptio fuit occidi: mea, occidere. Iussit imperator, iussit victor. Ego illi negare quicquam possem, cui nihil negare poterat Respublica?

Extra. Popilium pauci ex historicis tradiderūt interfectorem Ciceronis: & hi quoque non parricidij reum, à Cicerone defensum, sed in priuato iudicio.

Ter abdicatus venenum terens. DECLAMATIO III.

TER *abdicatus, ter absolutus, comprehensus est in secreta domus parte à patre, medicamentum terens. interrogatus quid esset? ait, venenum: velle se mori. & effudit. Accusatur parricidij.* Contr. 3. lib. 7.

Declamatio. Dic quid commiserim. certe nec secreta fallunt. Vt interuenit pater, in has

cogitationes abij: Quiſquam ne tam infelix fuit, quiſquam ne me magis odit quã ego? Miſereri mei cœpi. Tet cauſam dixi. Acceſſit ad hæc ſupplicia mea venenum. Vitam, ſi nec hoc tibi ſatis eſt. Habuit venenum Mithridates, habuit Demoſthenes.

PARS ALTERA. Cum ſe mori velle dicat, vitam rogat. Teneo parricidam, etiam in ſuam mortem paratum. Quantum eſt quod negas, cum tantum ſit quod fateris? Venenũ quæſiſti, venenum emiſti, venenum intuliſti in eam domum, in qua habebas inimicum patrem. Indica, quis vendiderit. dicetur illi: Tu vẽdebas cuiquam venenum? Tu abdicato? neſciebas cui daturus eſſet? quæritis, cui venenum parauerit? non bibit. Quod negat, parricidium eſt: quod confitetur, veneficium. Mihi, inquit, paraui. nequis dubitet, an alium poſſit occidere. Tam inuiſum tibi fuiſſe patrem dico, vt occidere volueris: tam inuiſum ipſe confiteris, vt mori volueris.

EXTRA. Coniectura duplex à perſona. vna an ſibi parauerit, an patri. *Laberium* diuus Iulius ludis ſuis mimum produxit: deinde equeſtri ordini reddidit. quem cum iuſſiſſet ire ſeſſum, omnes equites ita ſe coarctauerunt, vt venientẽ non reciperent. Multos tunc in ſenatum legerat Cæſar, & vt repleret exhauſtum ciuili bello ordinem, & vt his qui bene de partibus meruerant, gratiam referret. Cicero in vtranque rem iocatus, mandauit Laberio trãſeunti: Recepiſſem te, niſi anguſte ſederem. Laberius ad Ciceronem remiſit: Atqui ſoles duabus ſellis ſedere. Quia Cicero male audiebat, tanquam nec Pompeio certus amicus, nec Cæſari, ſed vtriuſque adulator.

Mater cæca filium retinens. DECLAMATIO IV.

Contr. 4. lib. 7.

LEX. LIBERI PARENTES ALANT AVT VINCIANTVR. *Quidam habens vxorem & filium peregre profectus, in piratas incidit. ſcripſit vtrique de redemptione. Vxor flendo cæca facta eſt. Filium euntem ad redemptionem, alimenta poſcit. non remanentem, alligare vult.*

DECLAMATIO. Nauigaturus vxori filium reliquit, nec adhuc cæca erat. Non eſt quod mulieris affectum lege æſtimetis, quia minatur: omnia facit, ne filius alligetur. Quotiens duobus eſt communio, poteſtas eius ſit tota, qui præſens eſt.

PARS ALTERA. Vnis vinculis duos alligat. Victo mater cathenas denuntiat, victori ad piratas eundum eſt. Filius familiæ nulli poſſum ſeruire, niſi patri. Petis ab eo alimenta, quem patet peregre mittit. Primæ partes patris ſunt, ſecundæ matris. Ille peregre eſt, tu domi: ille captus, tu libera: ille inter piratas, tu inter ciues: ille alligatus, tu ſoluta. At tu cæca es. infelicior ille quod videt cathenas ſuas & cædes & vulnera, & cruces eorum qui non redimuntur. At periculoſum eſt. Quam multi nihil pro patribus periculoſum putauerunt? Non, inquit, vindictam, ſed miſericordiam quærit. Ita quiſquã exigit pietatem, vt impediat?

EXTRA. *Caluus*, qui diu cum Cicerone iniquiſſimam litem de eloquentiæ principatu habuit, vſque eo concitatus actor fuit, vt in media oratione eius exclamaret Vatinius reus: Rogo vos Iudices num ſi iſte diſertus eſt, ideo me damnari oportet?

Quinquennis teſtis in procuratorem. DECLAMATIO V.

Cont. 5. lib. 7.

MORTVA *quidam vxore, ex qua filium habebat, duxit aliam: ſuſtulit ex ea filium. Habebat procuratorem ſpecioſiſſimum. Cum ſæpe iurgarent nouerca & priuignus, iuſſit eum ſemigrare. Ille transparietem habitationem conduxit. Rumor erat de adulterio matris & procuratoris. Quodam tempore pater in cubiculo ſuo occiſus inuentus eſt, vxor vulnerata, communis paries perfoſſus. Placuit propinquis quæri à filio quinquenni qui vna dormierat, quem percuſſorem cognoſceret. ille procuratorem digito monſtrauit. accuſat filius procuratorem cædis: ille eum parricidij.*

DECLAMATIO. Vt audiui clamorem, ſi qua fides eſt, deprehenſos adulteros credidi. Da puerum. Aliquis non eſt vno teſte contentus? da populum. Obiicite priuigno parricidium, filio mendacium. Dic puer, quis occiderit patrem: dic audacter. eundem nominas, quem populus. Nox placet ſceleri, adulterij tempus. O magna in contrarium peruerſitas ſeculi! inuẽtus eſt qui patrem poſſit occidere, non poſſit nouercam. Oſtende iſtud non vulnus, ſed argumentum. oſtende vulnus. Percuſſor ille quam timuit ne occideret! tam leuiter te vulnerauit illa dextera, cui nec paries obſtitit, nec pater? Nihil eſt puero teſte certius. Nam ad eos annos peruenit, vt intelligat: & non ad eos quibus fingat.

EXTRA. *Vinitius*, vir exactiſſimi ingenii, nec dicere ineptias, nec ferre poterat.

Demens qui ſeruo filiam iunxit. DECLAMATIO VI.

Cont. 6 lib. 7.

TYRANNVS *permiſit ſeruis dominas ſuas rapere. Profugerunt principes ciuitatis, & ſimul qui filium habebat & filiam. cum omnes ſerui dominas vitiaſſent, ſeruus eius virginem ſeruauit. occiſo tyranno, reuerſi ſunt principes. in crucem ſeruos ſuſtulerunt. Ille manumiſſo filiam iunxit. Reus eſt à filio dementiæ.*

DECLAMATIO. Haberemus ſolatium, ſi has nuptias tyrannus feciſſet, non pater. Sanum putatis eſſe, qui imitari tyrannum maluit, quam ſeruum? Similem ſe fecit tyranno, filiam raptis, libertũ cruciariis. Plus permiſit ſeruo dominus, quàm tyrannus. Quiſquis has nuptias fecit, aut inſanus eſt, aut tyrannus. Egregius gener, cui nihil eſt glorioſius, quàm quod inter cruciarios non eſt. Virginitatem ſub patre perdidit, quam ſeruauerat ſub tyranno. Ita ne dignus eſt nuptiis, quia indignus eſt cruce? Melior

Melior cõditio vitiatarum quàm virginis est. Illis mutare nuptias contigit. propitius pater ita collocauit filiam suã, vt iratus tyrannus alienas: cum sanus esset pater, ne has videret nuptias, fugit. Miserrima soror, sub tyranno patrem desiderabas, sub patre tyrannum desideras. Non est illi præmium, vnum spectare omnium cruces? Dominam non stuprauit. Auge beneficia, nec dominum occidit, nec venenum dedit. Non est beneficium, scelere abstinere. Quod aliæ in tyrannide passæ sunt, hæc in libertate: ceteræ absentibus suis, hæc præsentibus. In aliis stuprum vocatur, in hac matrimonium. Timuit ille supplicium. sciuit rempublicam liberandam. dãturos pœnas, qui contaminassent: & aduẽtare tyrannidi tempus vltimum vidit. Conuenite serui, conuenite libertini, empta cognatio.

PARS ALTERA. Si quis tyranno indicasset, solus hic in cruce pependisset. Licet cui volo filiam collocare. Marcus Cato coloni sui filiã duxit vxorem. Filia non mariti petulãtiam timebit, non verborum contumeliam, non pellicem, non repudium. Neminem natura liberum fecit, neminem seruum. Imposuit hæc fortuna postea singulis nomina. Nuper & nos serui fuimus. Seruius rex fuit.

Cauete proditorem. DECLAMATIO VII.

PATER & filius imperium petebant. Prælatus est filius. Commisso prælio captus est. Missi sunt decem legati ad imperatorem redimendum. Euntibus occurrit pater, dixit sero se aurum ad redemptionem attulisse, filium crucifixum esse. Illi peruenerunt quibus imperator ex cruce dixit: CAVETE PRODITOREM. Reus fit pater proditionis. Cont. 7. lib. 7.

DECLAMATIO. Imperator supplicium tulit, proditor pretium. Tristiorem istum vidimus, cum filius imperator pronuntiatus est, quam cum captus. Quemadmodum redisti tutus, senex, solus, cum auro, cum etiam imperatores capiantur? Plus accepit auri, quam quod posset abscondi. nolite mirari. & imperatorem, & filium vendiderat. *Cauete proditorem*, iam Comitiis cauimus. Abstulissent tibi aurum hostes, nisi dedissent. *Cauete proditorem.* Indicium fuit morientis breue, filij verecundum. Cur dimissus es? si nihil aliud, & ducem genuisti, & ducem esse voluisti. Candidatus processit contra patrem. iam tunc nobis verecunde indicauit filius, tibi credere rempublicam noluit. Legati nostri aurum ferebant. pater afferebat. Num immobilis diriguisti? Num & illic quasi & ipse affixus hæsisti? quid tam cito recedis? Adhuc & viuit, & loquitur. Voce proditionem indicauit, silentio proditorem. Optimus imperator curare rempublicam, ne in cruce quidem desijt. Tibi non dixit: *Caue proditorem.* Nec imperator potuit tacere proditionem, nec filius loqui proditorem. Expecta, dum mittantur legati. dicis: Affectus non sustinet moram. Ergo si redimere non potes viuum, saltem mortuum redime. Nunquam tam durus hostis fuit, vt paternis lacrymis nõ flecteretur. *Cauete proditorem*: id est, ne quis insciis custodibus exeat, ne quis ignorante Republica ad hostes perueniat, ne quis ex hostium castris grauis auro reuertatur. Iudicio nihil deest. De proditione vobis dicit imperator: de proditore, legati. Sublata est quæstio. Quæritis quem dixit? videte cui nihil dixerit.

PARS ALTERA. In comitiis filio meo cessi. Decretum non expectaui: sed amens & attonitus protinus cucurri. Ad summam festinaui, nec occurri. Sciebam hostes patrum lacrymis sæpe flecti.

EXTRA. *Latro* non curauit dicere, nullam factam esse proditionem, sed se proditorem non esse. Suspectus est, inquit, iudici, qui plus quam se defendit. *Cestius* posita Suasoria, in qua deliberat Alexander, an Oceanum nauiget, cum exaudita vox esset, *Quousque inuicte?* describenti discipulo late Alexandri victorias, gentesque perdomitas, & addenti, *Quousque?* post ista exclamauit, *Et tu quousque.*

Mutanda optio raptore conuicto. DECLAMATIO VIII.

LEX. RAPTA RAPTORIS MORTEM, AVT INDOTATAS NVPTIAS OPTET. *Rapta producta nuptias optauit. Iuuenis raptorem se negauit. Conuictus est. Illa optionem petit. Raptor contradicit.* Cont. 8. lib. 7.

DECLAMATIO. Optare tibi non amplius quam semel licuit. Proponite supplicij faciem, carnificem, securim. Hoc semel licere nimium est. In hanc perturbationem perductus sum, vt ignorarem quid fecissem. Grauius punior, cum me peccasse pudet, quam cum peccaui. Optauit nuptias: nec adhuc sciebat, quam verecundum maritum esse habitura. Raptorem dimisisti. virum occides? Minus est ergo quod vitiauit, quam quod negauit. Ergo nos iniuriam periculosius negauimus, quam fecimus. Quadam nocte, quid dicam? non negare iam non pudet. Nox, vinum, error. quid irasceris puella? iam non negat. Iudex datam tabellam reuocare quam tulit, non potest. Quæsitor non mutat pronunciationem. Nihil tam ciuile, tam vtile, quam breuem potestatẽ esse, quæ magna est. Si mortem optaueris, hodie facies quod nunquam factum est: vtrumque optaueris.

PARS ALTERA. Id egit priori iudicio ne quam omnino pœnam stupri penderet: hoc id agit, vt ipse optet. Vtinam non metu liberaret illum, quod iudicis sui clementiam nouit. Est quædam proxima innocentiæ, præbere se legibus. Lex non adiicit quoties optet, sed ex quibus. Aut hoc, inquit, aut illud non adiicit, Ne amplius quam semel.

EPITOMÆ
M. ANNÆI SENECÆ CONTROVERSIARVM
LIBER OCTAVVS.

Orba poſt laqueum ſacrilega. CONTROVERSIA I.

LEX. *Magiſtratus de confeſſo ſumat ſupplicium. Thema. Amiſſo quædam viro, tum duobus liberis laqueo ſe ſuſpendit. Incidit ei laqueum tertius filius. Cum ſacrilegio facto, quæreretur ſacrilegus, illa dixit magiſtratui ſe feciſſe ſacrilegium. Vult magiſtratus tanquam de confeſſa ſumere ſupplicium. Filius contradicit.*

CONTRA magiſtratum. Faciam iudices in foro quod domi feci, matrem mori prohibens. Quomodo, inquam, feciſti? quo loco quæ ſuſtuleras, condidiſti? Hærebat, nec quicquam ſacrilegij niſi pœnam nouerat. Amiſſis duobus filiis, ſacrilega ſibi videbatur, quod viuebat. Nõ affuturus veni, ſed ſeruaturus. Alij pro reis rogãt: ego rogabo ream. Nullum accuſator niſi in ſubſelliis meis habet teſtẽ. Non eſt confeſſio, niſi quam accuſator eruit, negat rea, tortor expreſſit. Fertur quædam viſo contra ſpem filio expiraſſe. Si ad mortem agit matres magnum gaudium, quid magnus dolor? Mater habes non mediocre ſolatium. Vides aliquid & deos perdere. Magis deos miſeri, quam beati colunt. Non fecit ſacrilegium mulier non fecit orba, non fecit quæ cuſtoditur, non fecit quæ confitetur. Iratis, inquis, diis ſacrilegium potuit committere. Frãgitur calamitoſis animus, & ipſa ſe infelicitas damnat & hoc condicio humana vel peſſimum habet, quod fortuna quos miſeros fecit, & ſuperſtitioſos facit. Diligẽtius dij coluntur irati. Quis ergo fecit? Vnde ſcire poſſum, qui matrem cuſtodio? Ago cauſam legum, ne carnificem, quem ſacrilegis minantur, calamitoſis adhibeant. Deos ita coluit, vt quæ tam pro multis timeret. Confeſſio conſcientiæ vox eſt. Confeſſio coacti, & quæ fecit agnoſcentis eſt verbum.

PARS ALTERA. Omnium vox erat, ſacrilegium latere non poterit. Quiſquis eſt, non ipſe bonũ exitum faciet, non quiſquam ſuorum. Et ſi nemo fuerit accuſator, ipſe narrabit. Concitata proceſſit, velut diis ipſis perſequentibus. Feci, inquit. Supplicium de ea vel nunc exigamus homines, de qua olim dij exigere cœperunt. Violatorum numinum maieſtate compulſa eſt, vt mori & vellet & deberet, & non poſſet. Inciſus eſt ei laqueus. Tu putabas ſacrilegam ſecreto mori poſſe? Omnia fecit, vt taceret: quæ ne confiteretur, etiam mori voluit. Si crimen quæritis, ſacrilegium factum eſt. Si facti cauſam quæritis: ſi priuſquam amitteret liberos, auara: ſi poſtquam amiſerit, irata.

SCHOTTVS.

FERTVR *quædam*] Eſtat hiſtoria apud Liuium li. XXII. de matribus poſt pugnam ad Thraſymenum, & apud Agellium lib. III. Noct. Attic. cap. XV. quæ accepto nuncio de morte filiorum clade Cannenſi, cum nec opinato illi rediſſent, nimio gaudio exanimatæ ſunt. Hinc, credo, mos ille inoleuit vt, ſi quis peregre poſt diuturnam abſentiam, redierit, amicis nuntium aduentus præmittat; etiam maritus vxori. Tibullus elegia III.

Tunc veniam ſubito, nec quiſquam nunciet ante,
Sed videar cœlo miſſus adeſſe tibi.

Plutarch. in Quæſtion. Rom. 9. Cauſſas reddidit, ſiue, vt ſe diligentius præpararet: ſiue ne, de pudicitia eius dubitans, opprimere velle, nec opinantem videretur. Quibus & hanc addere liceat; ne repẽtina vis gaudij ſubito aſpectu incommodi aliquid adferret. Sic M. Antonius amicæ ſuæ nũtius acceſſit, ſed obuoluto capite: apud Ciceronem Philipp. II. extrem.

Phidias amiſſis manibus. CONTROVERSIA II.

LEX. *Sacrilego præcidantur manus. Thema. Elij ab Athenienſibus Phidiam acceperunt, vt is Iouem Olympium faceret: pacto interpoſito, vt aut Phidiam, aut centum talenta redderent. Ioue perfecto Elij Phidiam aurum rapuiſſe dixerunt, & manus tamquam ſacrilego præciderunt: truncatum Athenienſibus reddunt. Petunt Athenienſes centum talenta. Contradicitur.*

CONTRA Elios. Iam Phidiam commodare non poſſumus. Tunc demum illa maieſtas exprimi poteſt, cum animus opera proſpexit. Manus duxit ante ſibi, quam operi. Iouem fecit. Sacrilegi vos eſtis, qui præcidiſtis conſecratas manus. Primum ſanguinem ſui artificis vidit Deus. Teſtor Iouem, iam proprium Phidiæ deum. Ars alios in miſeria ſuſtinet, te fecit miſerum. Paciſcendum Phidiam manus fecerãt. Sine eo Phidiam nos recepturos ſperatis, ſine quo vos accepturi non fuiſtis? Cõmodauimus qui poſſet facere deos, recepimus qui ne adorare quidem poſſit. Non pudet vos Iouem debere ſacrilego? Supereſt homo, ſed artifex periit. Pœnam nobis Phidiæ, non Phidiam redditis. Manus quę deos ſolebant facere nunc nec homines quidem rogare poſſunt. Talem fecit Iouem, vt hoc eius opus Elij

vltimum

vltimum esse vellent. Manus commodauimus: manus reposcimus. Elius testis est. Elius accusator, Elius iudex: Atheniensis tantum reus. Ionoco deos & illos quos fecit Phidias, & illos quos facere potuit. Recepimus Phidiam. Confiteor, si possumus commodare.

PARS ALTERA. Habuimus autem olim sacrum: habuimus ebur: sacræ Materiæ artificem quæsiuimus. disposueramus quidem, vt aliis quoque templis simolachra Phidias faceret. sed non tam necesse erat ornare deos, quam vindicare.

Infamis in nurum. CONTROVERSIA III.

THEMA. *Duorum iuuenum pater vni vxorem dedit: quo peregre profecto, infamari cœpit socer in nurum. Maritus reuersus abduxit ancillam vxoris, & torsit. Illa in tormentis periit. Maritus incerto quid quæsierit, se suspendit. Imperat alteri filio pater vt eandem ducat. Nolentem abdicat.*

CONTRA PATREM. Duc, inquit, fratris vxorem. Sic hoc fieri potest? Adulterum frater inuenit. Hæc est mihi causa abdicationis, quæ fratri mortis fuit. Duc, inquit, fratris vxorem. Tentari me, si qua est fides, credidi. Mulier, si nubere lugenti potes, facis vt omnia de te credantur. Cogor eam ducere, quæ mihi causa abdicationis est, populo rumoris, viro mortis. Legi iam vxorem: quæ si peregrinatio inciderit, mecum peregrinari velit: quæ, si viro aliquid acciderit, nubere alij nolit. Qui audiunt me abdicari, putant fratrem aliquid suspicatum de me.

PARS ALTERA. Obiecisti mihi vltimum nefas, & quod qui tantum est suspicatus, noluit viuere. Impulsu tuo frater torsit ancillam: & quia nihil reperit, falsas suspiciones morte piauit.

Homicida sui. CONTROVERSIA IV.

LEX. HOMICIDA INSEPVLTVS ABICIATVR. Thema. *Quidam se occidit. Petitur vt insepultus abiciatur. Contradicitur.*

PRO HOMICIDA SEPELIENDO. Afferre sibi coactus est manus assiduis malis. Summã infelicitatum suarum in hoc remouit, quod existimabat licere misero mori. Infelicissime adolescẽs, cum te & sepultura prohiberi video, desino mirari quod peristi. Tales inimicos habes, vt etiam mortuũ persequantur. Facilius miserum, quam sceleratum fortuna vincit. Sumpsisti hoc ferrum Cato, & quam inuidiosum, quod Catonem occideris? Cutti, perdideras sepulturam, nisi in morte repetisses. Quid est miserius in vita, quam velle mori? Quid in morte quam sepeliri non posse? Quis miretur eum mori voluisse, quem fugientem quoque fortuna persequitur? Omnibus natura sepulturam dedit. naufragos idem fluctus qui expulit, sepelit. suffixorum corpora crucibus in sepulturam suam defluunt. eos qui viui vruntur, pœna funerat. Irascere interfectori, sed miserere interfecti. Homicida, inquit, est, quia se occidit. Huic irasceris? Pro quo irasceris? Non aliud Scæuolæ Mucio cognomen dedit, & capto, contra Porsennam regem libertatem reliquit, quam vilitas sui. Non aliud Codrum illud ceteris imperatoribus dedit exemplum, quam quod positis imperatoriis insignibus, ad mortem cucurrit. Nec vllo maior fuit dux, quam quod se ducem non esse mentitus est. Non postulo, vt gloriosum, sed vt tutum sit mori. Non magis crudeles sunt, qui volentes viuere occidũt, quam qui mori volentes non sinunt. Cuttius deiiciendo se in præcipitem locum, fatum sepulturæ miscuit. Celebretur Cato, quia se occidit, huic miserrimo, quod aliquid non ignaue de spiritu suo statuit, tantum impune sit. Etiam vulnera infelicis scrutantur in crimen. Æstimate an viuere licuerit, cui ne mori quidem licuit?

PARS ALTERA. Facinus indignum, si inueniantur manus quæ sepeliant eum, quem occidere suæ. Sumpsit gladium. Video ardentes oculos. Io quem, nescio: quod solom scio, scelus cogitat. Nescio cuius criminis sibi conscius confugit ad mortem. Cuius inter scelera etiam hoc est, quod damnari non potest. Contra hos inuentum est, vt aliquid post mortem timerent, qui nec mortem timent. Nihil non ausurus fuit, qui se potuit occidere.

Fortis nolens ad patrem fortem redire. CONTROVERSIA V.

THEMA. *Abdicauit quidam filium. Ille tacuit. Fortiter fecit. Petit pro præmio ad patrem reditum. Pater contradicit. Pater postea fortiter fecit. Petit ad se filij reditum. Filius contradicit.*

CONTRA FILIVM. Ego fortior sum. post tuam pugnam pugnauimus, post meam vicimus. Reuertere, dignam domum te feci. Isti oculi mei sunt. istæ manus meæ sunt. ista contumacia mea est. Si mereor præmium, mihi date: si non mereor, isti suum reddite. Ego, inquit, eadem lege præmium non accepi. Hoc est vnde abdicatus es. Putas nihil inter te & patrem interesse? post tam similia opera, si tantum commilito esses, me patrem adoptare debueras. Admoneo te iuuenis, hoc præmium qui recusauerat, petit. Timeo, inquit, ne me iterum abdices. Commissurum me putas, vt iterum rogem? Bello grauiore pugnaui, quo necesse fuit etiam senibus militare, quo fortes esse non potuerũt, etiam qui priore bello fuerant. Ille annos suos exercuit, ego vici meos. Tu fregisti bellum. ego sustuli. Quanta exhortatio iuuenum fui senex fortis? Vtrique nostrum præmium reddite. Militaui senex: militaui exanguis: militaui qui iam vicarium dederam. Vterque nostrum cum togatur. fastidit: cum

Senec.

relinquitur, rogat. Quid nos ſuſpicari cogis, quod non vis in paternam domom venire? Turpe erat virum fortem niſi à patre coacto, non recipi.

Pars altera. Quid me captiuum ex libero cupis? Quid ignominiæ ſubiicis virum fortem? Quid efficis, vt poſſim abdicari? Meus, inquit, es filius. Quid opus eſt præmio, ſi tuus ſum?

SCHOTTVS.

QVANTA *exortatio iuuenum, ſenex fortis*] Hinc ſenum apud Lacedæmonios chorus, teſte Plutarcho, ἐν τῷ περὶ τοῦ ἐπαινεῖν ἑαυτὸν ἀνεπιφθόνως canebat:

Ἄμμες ποτ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι.

Quo ſe fuiſſe quondam fortes ſignificabant.

Pater naufragus diuitis ſocer.

CONTROVERSIA VI.

LEx. RAPTA RAPTORIS AVT MORTEM, AVT INDOTATAS NVPTIAS OPTET. Thema. *Diues pauperem de nuptijs filiæ interpellauit tertio. Ter pauper negauit. Profectus cum filia, naufragio expulſus eſt in diuitis fundum. Appellauit illum diues de nuptiis filiæ. Pauper tacuit, & fleuit. Diues nuptias fecit. Redierunt in vrbem. Vult pauper educere puellam ad magiſtratus. Diues contradicit.*

Contra divitem. Educatur ad magiſtratus puella. quid times? Certe vxor tua eſt. Queri nec de morte poteris, ſi hanc puella maluerit. Nemo vnquam raptor ſerius periit. Vt litus agnoui, naufragus in altum nataui. Quid times, ſi exoraſti? Acceſſit ad me primum. Filiam tuam ducere volo, inquit. Non fleui. tunc enim licuit negare. Nuptias filiæ, tanquam naufragium meum fleui. Naufragus plus de litore queror. Inter naufragium quidem & nuptias, ne vna quidem nox interfuit. Differat nuptias, dum flere ſocer definat. Putat me iam filiam commiſiſſe ſibi, cum hic necdum ſe committat vxori? Lacrymis inter verba manātibus venio: talis & in nuptiis filiæ fui. Si rapta eſt, cur optionem recuſas? Si vxor eſt, cur times? Loquor vbi primum licet. Procul à conſpectu reliqueram patriam, nondum tamen poſſeſſionem diuitis præterieram. Subito fluctibus inhorruit mare, ac diſcordes in perniciem noſtram flauere venti. demiſſa eſt nox cœlo, & tantum fulminibus dies redditur: inter cœlum terramque dubij pependimus. Adhuc tamen bene, Iudices, nauigauimus. naufragium maius reſtat in littore. Erat in ſummis montium iugis ardua diuitis ſpecula. Illic iſte naufragiorũ reliquias computabat; illic vectigal infelix, & quantũ ſibi iratum redderet mare. Interrogor de nuptiis filiæ, cum adhuc pulſaret aures meas fluctus. feci quod debui, & captus, & naufragus, inimico ſtuprum lacrymis negaui. Delicatus diues, qui etiam inter naufragia amare poteſt. Matrimonij celebritatem remoti angulo ruris abſcondit. ibi fecit nuptias, quo nemo niſi naufragus venit. Lacryma eſt indicium inoptatæ rei. lacrymæ pignora ſunt nolentium, & repugnantis animi vultus index. Nemo vnquam quod cupit, deflet. Lacrymæ coacti doloris intra præcordia, & intolerabilis ſilentij eruptio. Sic ille qui ſuper cinerem deflet patrimonium, odit incendium: ſic qui naufragium deflet, maria deteſtatur. Fletus humanarum neceſſitatum verecunda execratio eſt. Tuæ nunc ſunt partes puella. diſcedo: & quod prius feci, taceo. Si nupta es, habes quod optes: ſi vitiata quod imperes.

Pars altera. Naufragum duo ſacratiſſima inter homines exceperunt, hoſpitium & affinitas. alterum præſtiti: alterum etiam rogaui. Oblatas conciliante fortuna nuptias, quod erat amantis, ſæpius rogaui: quod feſtinantis, non diſtuli. Quid hic raptoris eſt, niſi quod indotatam duxi? Errat ſocer, qui putat mihi cariorem futuram puellam, ſi me potuerit occidere. Quid enim mihi ſupereſt? preces meæ quas toties adhibui, an iſtius lacrymæ quas moui? Nihil mihi inimicus obiicere poteſt præter matrimonium. Magnus eſt amor, qui ex miſericordia venit. Fundebamus lacrymas ex pœnitētia diſcidij prioris. nec plura aut me proloqui, aut iſtum reſpondere paſſæ ſunt mentes gaudiis occupatæ. Nulla integritas tantum ſibi, etiam explorata, confidit, vt cauſam velit dicere. Si interrogaueris filiam, partem legis amputaturus es: ſi non interrogaueris, legem. Si genero vitam daturus eſſet, etiã innocentiam reliquiſſet. Quæritis, quid dum fleret, fecerit? Non negauit & ſolebat negare. Si nollet mortem optaturus eſt. Non enim poteſt eas partes legis deſiderare, quas habet.

GRVTERVS & IVRETVS.

MATRIMONII *celeritatem*] Reſcribendum eum cuſis aliis & mſſ. meis, *celebritatem*, vti & citat Fornerius ad l. 34. de verb. ſignif. qui videatur, ſi ſcire libet clancularias nuptias, ſuſpicione laborare.

EX LIBRO

EX LIBRO NONO CONTROVERSIARVM.

Cimon ingratus. DECLAMATIO I.

Ex. ADVLTERVM CVM ADVLTERA QVI DEPREHENDERIT, DVM VTRVMQVE INTERFICIAT, SINE FRAVDE SIT. INGRATI SIT ACTIO. *Miltiades peculatus damnatus, in carcere alligatus decessit. Cimon filius eius, vt eum sepeliret, vicarium se pro patris corpore dedit. Callias diues sordide natus, redemit eum à Republica, & pecuniam soluit: eique filiam collocauit. Ille deprehensam in adulterio, deprecante patre, occidit vxorem. Ingrati reus est.* Contr. 1. lib. 9.

Declamatio. Adulterium mihi carcer est. Ferrum mihi à lege traditum, ad vindictam pudicitiæ proiiciam. Perdidisti pecuniam Callia, si tales soluisti manus. Non potest generosus animus cõtumeliam pati. Hoc interest inter fortunam patris & filij, quod illius calamitatum exitus fuit carcer mearum initium. Vnus Miltiadis census inuentus est Cimon filius. Redemptus Cimon redemptoris felicitas est. Reddam beneficium, cum tam honestum desiderauerís, quam dedisti. Ego adulteros dimittam? quid aliud facerem, si adhuc alligatas manus haberem? Quid tu pœnam putas pro Miltiade alligari? Magnum vtrerque beneficiũ dum damus, recipimus: ego, quod Miltiadem redemi. tu, quod Cimonẽ. Turpissimum duxi, ab eodem dimitti & adulteros & Cimonem. Ego sum, qui referre gratiam ne mortuis quidem desino. Ita mihi veros habere liberos contingat. quod quantum sit, Miltiades expertus est. Dignus erat Callias talem genuisse, qualem redemit. Dic nunc, Ego te carcere exemi cui respõdeam, Ego me carceri tradidi. Nunquam fiet, vt melius actum putem, quod à Callia redemptus sum, quam quod pro Miltiade alligatus. Ego me à te redemptum putabam: emisti me filiæ tuæ. Calliæ filiam duxi, hanc tibi pater, dum ingratus esse nolo, iniuriã feci. Non possum ob id damnari, quod lege factum est. Beneficium est, quod totum eius causa præstatur, in quem confertur. Vbi aliud ex eo quis sperat, aut præparat, non beneficium, sed consilium est. Summo te dedecore liberaui inuitum. Redemisti me, & tu non rogantem. Habes Virginios, & quicunque vitiatas filias vel clauserunt, vel occiderunt.

Pars altera. Duo beneficia dedi: & redemi, & egenti filiam collocaui. Obiicio tibi, quod vxorem passus es adulteram fieri, quod non custodisti, quod moratus es, dum superueniret pater, spectator suæ calamitatis. Ego non exspectaueram, donec rogares. Moleste ferebas socerum dici Calliam. Mores puellæ non tantum passus es in vitia labi, sed ipse impulisti: nactus occasionem non omisisti.

Extra. Hic color & *Galloni, & Latroni, & Montani* placuit, vt nihil in Calliam diceretur contumeliose, in redemptorem, in socerum infelicem. Multas quæstiones rhetorici & poëtæ Romani à Græcis dictas non surripuerunt, sed & prouocauerunt. Thucydidis sententia est: *Δειναὶ γὰρ αἱ εὐπραξίαι συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰ ἑκάστων ἁμαρτήματα.* Sallustius: Res secundæ mire sunt vitiis obtentui. Sic cum sit præcipua in Thucydide virtus breuitas, hac eum Sallustius vicit, & in suis eum castris cæcidit. Nam in sententia Græca tam breui habes quæ saluo sensu detrahas deme vel *συγκρύψαι* vel *συσκιάσαι*, deme *ἑκάστων*. constabit sensus, etiamsi non æque comptus, æque tamen integer. At ex Sallustij sententia, nihil demi sine detrimento sensus potest. T. autem Liuius tam iniquus Sallustio fuit, vt hanc ipsam sententiam, & tanquam translatam, & corruptam, dum transfertetur, obiiceret Sallustio: nec amore Thucydidis facit, vt illum præferat, sed laudat, quem non timet: & facilius putat à se posse Sallustium vinci, si ante à Thucydide vincatur.

Flaminius in cœna reum puniens. DECLAMATIO II.

MAIESTATIS LÆSÆ SIT ACTIO. *Flaminius prætor inter cœnam à meretrice rogatus, quæ aiebat nunquam se vidisse hominem decollari, vnum ex damnatis occidit. Accusatur læsæ maiestatis.* Contr. 2. lib. 9.

Declamatio. Obiicio luxuriam, histrioniã, iocos. An in conuiuio nihil aliud nisi occiditis? Vni fortasse osculo donauit homicidium. Cœnaturi carnifices manus abluunt. Non inquito in totũ annum: vna nocte contentus sum. Facilius est, vt qui multa meretrici dederit, homicidium neget; quã vt qui homicidium dederit, quicquam negarit. Seruum si verberare voluisses, extra cõuiuium abduxisses. Contactam sanguine humano mensam, strictas in triclinio secures, quis credat ista concupisse meretricem, vel fecisse prætorem? Virgæ promontur, & ante mensam, deosque crudelitatis victima trucidatur. Me miserum, Romani imperij terrore lusisti. Legi potius, quam scorto cadat. Exsurgite Bruti, Horatij, Decij, & cætera imperij decora. Vestris fascibus, securibus vestris iam puellæ iocantur obscœnę. In eo quod sub prætextu publicę maiestatis agitur, quicquid peccatur, maiestatis actione vindicandum est. Percussurus lictor ad prætorem respicit, prætor ad meretricem.

Pars altera. Si legatus falsa mandata affert, sic audiuntur, tanquam illa populus Ro-

manus dederit. Imperator fœdus percussit, videtur populus percussisse Romanus, & fœdere continetur. Nunc nec viribus quicquam populi detractum est, nec opinioni. At ex te cæcos æstimant. Et ante huoc alij fuerunt, ex quibus æstimari possunt. Nemo ascribit vrbibus vitia singulorum. Obijciunt, quod damnatus perierit meretrici, & postulant prætorem perire damnato. Libido omnis intra meretricem est, crudelitas intra carcerem. Multa populus Romanus in suis imperatoribus tulit: in Manlio impotentiam, à quo & filius & victor occisus est: in Sylla crudelitatem: in Lucullo luxuriam: in multis auaritiam. Non putaui ad rem pertinere, vbi aut quando periret, qui perire deberet. Occisus est: quis? damnatus. vbi? in prætorio. quo tempore? Est enim tempus, quo noxius perire non debeat?

Extra. Quædam Controuersiæ sunt, in quibus factum defendi potest, excusari non potest. Non speramus vt Flaminium iudex probet, sed vt dimittat. Itaque sic agere debemus, tanquam pro facto non emendato, sed non scelerato. *Titus Liuius* de oratoribus, qui verba antiqua & sordida consectantur, & orationis obscuritatem, seueritatem putant: tamen in his etiam si minus est insaniæ, minus spei est. Illi qui tument. & abundantia laborant, plus habent furoris, sed plus & corporis. Semper ad sanitatem procliuius est, quod potest detractione curari: illi succurri non potest, qui simul & insanit, & deficit. Murrhedius dixit tetracolō. Seruiebat forum cubiculo, prætor meretrici, carcer conuiuio, dies nocti. Nouissima pars sine sensu dicta est, vt expleretur circuitus. quem enim sensum habet, Seruiebat dies nocti? Hanc ideo sententiam retuli, quia & in tricolis, & in omnibus huius generis sententiis, curamus vt numerus constet, non curamus vt sensus. Omnium autem corruptarum sententiarum exempla de industria pono: quia facilius & quid imitandum, & quid vitandum sit, docemur exemplo.

Expositum repetens è duobus. DECLAMATIO III.

Contr. 3. lib. 9. PER VIM METVMQVE GESTA, NON SINT RATA. PACTA CONVENTAQVE LEGIBVS FACTA, RATA SINT. EXPOSITVM QVI AGNOVERIT, SOLVTIS ALIMENTIS RECIPIAT. *Quidam duos expositos sustulit, & educauit. quærenti patri naturali, pollicitus est se indicaturum vbi essent, si sibi alterum ex illis dedisset. Pactum interpositum est. reddit illi duos, repetit vnum.*

Declamatio. Cum alienis diuidemus liberos, quos non diuidimus cum matribus? Vtrunque genui, vtrunque desideraui, pro vtroque pactus sum. Vna nati sunt, vna expositi, vna educati, redditi distrahuntur. Distraxit illos fortuna aliquando à parentibus, nunquam ab ipsis. Duos exposui, quia alterum eligere nō poteram. In auctionem fratres productos quamuis hostilis hasta non diuidit. Plus quiddam est geminos esse, quam fratres. perdit vterque gratiam suā, nisi cum altero est. Ignoscat retinenti meos, cum ipse concupiscat alienos. Agnitio diuidet, quos iunxit etiam expositio? Omnia pro filio paciscor, præter filium. Pactus sum flens, tremens, tanquam cum exponerem. Mihi tunc vis & necessitas erat, non enim poteram inuenire filios, nisi alterum promisissem.

Pars altera. Vtrunque potestis ex hoc iudicio patrem dimittere. Liberis hic carere consueuit: ego & cum vnum accepero, necesse est torqueat. duobus assueui. Vim vocas, quæ te patrem fecit? Ego sustuli, ego educaui, ego reddidi: iste electurus est. In ista vi duos filios perdidi. Lex arma, & vincula, & vltimum periculum complectitur.

Extra. In *Sabinum Clodium*, vno die & Græce & Latine declamantem, multa vrbane dicta sunt. Dixit *Haterius* quibusdam querentibus, quod pusillas mercedes acciperet, cum duas res doceret. Nunquam magnas mercedes accipere eos qui hermeneumata docerent. *Mæcenas* dixit: Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη. *Cassius Seuerus* ab auditione eius rediens, interrogatus quomodo dixisset, respondit, Male ἢ μακρῶν.

A filio in arce pulsatus. DECLAMATIO IV.

Contr. 4. lib. 9. LEX. QVI PATREM PVLSAVERIT, MANVS EI PRÆCIDANTVR. *Tyrannus patrem cum duobus filiis in arcem accersiit. imperauit adolescentibus, vt patrem cæderent. Alter ex his præcipitauit se, alter cecidit. Post in amicitiam tyranni receptus est. Occiso tyranno præmium accepit. At reus fit cæsi patris. Petuntur eius manus. pater defendit.*

Declamatio. Felicior essem, si plures reos defenderem. Præcidetis tyrannicidæ manus. Quid hoc est? integer tyrannus iacet. Tam necesse fuit patrem cædere quam spoliare templa, virgines rapere. O quantum debemus istis manibus, per quas iam nihil necesse est. Tales fuerunt, vt ex his posset tyrannum alter contemnere, alter occidere. Præcipitasti te fili. hoc non est patri parcere, sed tibi. Dura fili. in tyrannum tibi per patrem eundum est. Vtrum ex filiis meis probatis? alter se occidit, alter tyrannum. Suspensas leuiter admouebat manus. filius simulabat ictus, pater gemitus. Necessitas magnum humanæ infelicitatis patrocinium. Hæc excusat Saguntinos, quamuis non ceciderint patres, sed occiderint.

Si nec iste cecidisset. Ille me fratri reliquerat, hic tyrāno. In lege, inquit, nihil excipitur. Sed multa licet non excipiantur. intelliguntur. Et scriptum legis angustum, interpretatio diffusa est. Quid interest lege excipere, ne fraudi sit ei qui per insaniam patrem pulsauerit: cum illi nō supplicio, sed remedio opus sit, ne puniatur insans, si pulsauerit patrem. Hoc qui cogente tyranno fecit, ipso fuit

miserior

miserior vapulante. Non est impudica, quæ accersita est à tyranno. non est sacrilegus sacerdos, qui deorum immortalium dona suis manibus pertulit ad tyrannum. Patre iubēte fecit. nec cæcidit ipse, sed paruit. Vitio cæsi patris, nullius est, nisi patris. Si à quolibet alieno cęsus essem, & iniuriarum agere nollem, nemo nomine meo ageret. Nunc nihil interest. Pœna maior est eius qui cæcidit, ius idem eius qui cæsus est.

PARS ALTERA. Tamdio cæcidit patrem, donec placeret tyranno satelles. Pro Repub. inquit, feci. Idem & Reipub. imputas & tyranno. Habuisti quod iactares tyranno. Frater maluit mori. periit. ne parricidium faceret, aut videret. Cæsus, inquit, pœnam dimitto. Mirarer, nisi pro tam bono patre fuisset, qui mori vellet. Pater, inquit, voluit. sed frater noluit. Pater, inquit, voluit. Ita tu non tantum tyranno, sed etiam patri dignus visus es parricidio. Cæcidisti patrem, cum & legem nosses, & fratrem.

EXTRA. Ab Oppio proconsule, cum quo in Cretam *Sabinus* ierat, in theatro Græci postulare cœperant, vt Sabinus maximum magistratum gereret. Mos autem est, barbam & capillos magistratui Cretensium submittere. Surrexit Sabinus, & silentio manufacto: Hunc magistratum, inquit, ego Romæ bis gessi. bis enim reos causam dixerat. Græci non intellexerunt, sed bene precati Cæsari, petebant, vt illum honorem Sabinus tertio gereret. Idem cum reus cogaret, vt in laurumias transferretur: Non est, inquit, quemquam vestrum decipiat nomen lautumiæ: illa animo meo lauta res est. Iocabatur in miseriis ac periculis suis, in quibus iocari eum non debuisse, quis nescit? potuisse, quis credit.

Priuignus ab auo raptus nouercæ. DECLAMATIO V.

DE VISIT ACTIO. *Quidam duos filios sub nouerca amisit, dubiis cruditatis & veneni signis. Tertium filium auus maternus rapuit, qui ad visendos nepotes ægros non fuerat admissus. Quærenti patri per præconem, dixit apud se esse. Accusatur de vi.* Contr. 5. lib. 9.

DECLAMATIO. Habui filiam, quamuis vnus filius superfit, fœcundam: apud me nutriatur sine. Quid times? ne non admitrare, cum veneris? Non quæris filios, quos perdidisti: quem non perdidisti quæris. Pater à me vnum reperit, ego duos à patre. Plus habeo quod auo, quam quod reo timendum sit. Veni ad ægrotantes nepotes: admissus non sum: hæc vera vis fuit. Nulla vis est, quæ arma, pugnā, vulnera non habet. Describe istius comitatum tumultus. vnus est & vnus senex. Rapuisti, inquit, filium meum, immo nepotem meum sustuli: immo venientem non potui excludere. Si cuius obsessam latronibus armata manu coniugem, liberosque rapuisset. Quod viuit puer, beneficium erit meum. Et medici alligant, & corporibus nostris vi medentur. Non potest mecum agere, tanquam cum alieno. Habet sua iura natura. Et hoc inter patrē & auum interest, quod auo seruare licet suos, patri & occidere. Quæ est ista tam fera pietas, tam præpostera? quærere tuos à tertio incipis. Quisquis puero fauit, ne inueniretur optauit.

PARS ALTERA. Non vt nepotem seruaret, fecit, sed vt infamaret vxorem veneficij, me veneficæ mancipatum. Cum socero mihi, Iudices, ne viua quidem priore vxore, conuenit: mortua vero inimicum professus. Languente puero cum vociferatione & conuitio, auspicans, quicquid accidit, venit, qui ad sanos nepotes nunquam antea venisset. Non admisi: & tunc enim vidi venire rapturum.

EXTRA. Habet hoc *Montanus* vitium. sententias suas repetendo corrumpit. dum non est contentus vnam rem semel benedicere, efficit, ne bene dixerit. Propter hoc solebat Montanum *Scaurus* inter oratores Ouidium vocare. Nam & Ouidius nescit, quod bene cessit, relinquere. Cum Polyxene esset adducta tumulo Achillis immolanda, Hecuba dixit:

——cinis ipse sepulti
In genus hoc pugnat.

Poterat esse contentus, adiecit:

——Tumulo quoque sensimus hostem.

Neque hoc contentus, adiecit:

Æacidæ fœcunda fui.

Aiebat Scaurus, non minus magnam virtutem esse, scire desinere, quam scire dicere.

Filia conscia in veneno priuigni. DECLAMATIO VI.

LEX. VENEFICA TORQVEATVR, DONEC CONSCIOS INDICET. *Quidam mortua vxore, ex qua habebat filium, duxit aliam, & ex ea filiam sustulit. Venefici damnata, dum torquetur, dixit consciam puellam. Petitur ad supplicium puella. Pater defendit eam.* Contr. 6. lib. 9.

DECLAMATIO. Non prodesset tibi puella, quod te amauit frater, nisi mater odisset. Nefanda mulier, etiam filiæ nouerca, ne mori quidem potuit, nisi & occideret. In gladiatoribus quoq. conditio dura victoris est, cum moriente pugnantis. Nullum magis aduersarium timeas, quam qui viuere nō potest, occidere potest. Concitatissima est rabies in desperatione, & morte vltima in furorē animus impellitur. Quædam feræ ipsa tela commordent, & in mortis auctorē per vulnera ruunt. Gladiator quem armatus fugerat, nudus insequitur: & præcipitati non quod impulit tantū trahunt, sed quod occurrit. Naturali quodā deploratæ mentis affectu, morientibus gratissimum est commori. O men-

dauiumi simile veneficio! dum nouercæ meminit, matris oblita est. Peto, ne quia filium vindicaui, filiam perdam: nisi succurritis, nouerca vicit, ego victus sum. Ne inter supplicia quidem desinit occidere. Prosit apud vos puellæ, quod pater eam laudat: prosit, quod mater accusat. Conscia, inquit, est filia. Ego torqueri cœpi, nouerca torquere. Habui filium talem, vt illum amare posset nouerca, nisi in eam incidisset, quæ odisse etiam filiam posset. Seruus furti tortus, Catonem conscium dixit. Vtrum plus tormentis creditis, an Catoni? Quòd nouerca tam sero, puella tam cito? In hoc veneficij pœnas dabat, vt accusationis exigeret.

PARS ALTERA. Quarundam ferarum catuli cum rabie nascuntur: venena à radicibus statim pestifera sunt. Quid illa quæ fratrem in moram sequentis patris sparsit? habes exemplum, quod & sorori conueniat, & virgini. Nouerca in hoc priuigno dedit venenum, vt filia sola heres esset: idcirco adhibuit & consciam.

EX LIBRO DECIMO CONTROVERSIARVM.

Lugens pauperis filius diuitem sequens. DECLAMATIO I.

Contr. 1. lib. 10.

INIVRIARVM SIT ACTIO. *Quidam cum haberet filium, & diuitem inimicum, occisus, inspoliatus inuentus est. Adolescens sordidatus sequi diuitem cœpit. Diues eduxit eum in ius, & postulauit, vt, si quid suspicaretur, argueret. Adolescens ait: Accusabo, cum potero: Diues petens honores repulsus est, accusat iniuriarum pauperis filium.*

DECLAMATIO. Gratias diuiti, quod quos odit, iam reos facere contentus est. Non ambulabis, inquit, eadem via, non calcabis vestigia mea, non offeres delicatis oculis sordidam vestem, nō flebis, me inuito, non tacebis. perieramus, si hic magistratus esset. Quod sordidatus fui, luctus est: quod fleui, pietatis: quod non accusaui, timoris: quod repulsus est, vestrū est. Honores patre meo viuo nunquam petiuit. Vitium me meum sequitur. taceo. Vtinam hoc vitium habuisset & pater. Quādo vobis non sordidati sumus? Accusa, inquit, pauper diuitem. Ambulare mihi arbitrio meo non licet. Accusa, inquit, reum perage, perora. quis accusare sic loquentem potest? Cur, inquit, me sequeris? aliud ergo pauperes iter, aliud diuites habent. Quisquis percussor fuit, quasi diues spolia cōtempsit. Mortuo patre meo: metuo enim, ne quis se ledi putet, si dixero occisum. Sordidatus, inquit, fles. Quid aliud facere possum, occisi pauperis filius? Quid accusanti fecisset, qui persequitur tacentem? Quare, inquit, sequeris me? vt aliquando miserearis mei, vt desinas afflictam domum persequi. Eum accusatorem habeo, qui se non esse reum miratur. Cur, inquit, non agis? quia adeo non metuis, vt cogas. Sordidatus sum. Quod reo licet, lugenti non licet? An ne lugebo quidem, quem vindicare non possum? Non erat in illo præda, quam grassator appeteret. erat summa virtus, cōtumax aduersus diuitiarum fastidium innocentia. Hæc ab inimico petita sunt spolia. Quis cædem machinatus est? Scire non possum: quod dissimulari non potest, scio quis optauerit. Et tu diues inimicus es: & ille inspoliatus inuentus est. non est cur accusem, sed est cur suspicer.

PARS ALTERA. Vt scias te inuidiam mihi facere, cum dixissem, Accusa me: non negasti, sed respondisti, Accusabo cum potero.

Vir fortis non cedens forti patri. DECLAMATIO II.

VIRO FORTI PRÆMIVM, SI PLVRES FVERINT, IVDICIO CONTENDANT. *Pater & filius fortiter fecerunt. Pater petit à filio, vt sibi cederet. ille noluit. iudicio contenderunt. vicit patrem. petit præmio statuas patri. Abdicatur.* C. D.

DECLAMATIO. Quem optem iudicij huius euentum nescio, cum crimen meum sit, vicisse. Patriæ iudicium habeo, patris perdidi. Patrem in acie vidi, pugnaui cum exemplo. Iudicium vocatur, quo pater & filius spolia contulimus. Vici, non filius patrem, sed iuuenis senem. Ego vici, sed omnes gratulati sunt patri. Cogitaui Horatium Etruscas acies corpore suo submouentem. cogitaui Decium, qui nec ipse patri cessit. Pugnaui non tantum imperatori, sed etiam patri. Auidus sum gloriæ. hoc si vitium est, paternum est. Pudeat pater, si te vicit filius abdicandus. Ego præmium habeo: tu & præmium, & virum fortem. Virtutes nostræ silentio præterissent: illustratæ sunt, dum conferuntur. Iudicauerunt non quod erat, sed quod te malle credebant. Honor ad vtrumque peruenit: alter præmium habet, alter percipit.

PARS ALTERA. Nolo habitare cum aduersario meo. non capit idem contubernium, victum & virum fortem. Statuam, inquit, tibi posui. meo ne possem vnquam me victum obliuisci, ignominiam meam in æs incidisti.

Demum

Demens quod mori filiam coegerit. DECLAMATIO III.

DEMENTIÆ SIT ACTIO. *Bello ciuili quadam virum secuta est, cum in diuersa parte haberet patrem, & fratrem. Victis partibus suis, & occiso marito, venit ad patrem, à quo recepta, ait patri: Quemadmodum vis tibi satisfaciam? Ille respondit: Morere. suspendit se ante ianuam eius. Accusatur pater à filio dementiæ.*

DECLAMATIO. Sic sibi satisfieri, ne victor quidem voluit. Nullum fuit in proscriptione mulieris caput. Inquinasti filiæ sanguine penates. quamquam quid loquor penates, tanquam in domo perierit? Allatum ad se Pompeij caput Cæsar fleuit: & hoc illi propter filiam præstitit. Quemadmodũ vis satisfaciam tibi? Hoc ipso satisfecisse puella debuerat: adeo & in maritum, & in patrem pia vt alterum vsque ad mortem secuta sit, & alteri morte satisfecerit. Periculose offendo patrem qui nescit ignoscere. Morere quid aliud meruerat, si satisfacere noluisset? Defendisti Ligarium Cicero. quam leue iudicasti crimen, de quo confessus es! Ante ipsum domus limen extincta est; ne dubitari posset, marito perisset, an patri, Meruerat, inquit. accusas etiamnum? Et certe iam tibi satisfactum est. Secutus est gener diuersas partes, vxor suas. Optima ciuilis belli defensio, obliuio est. Morere, inquit. Etiam quibus animaduertere in damnatos necesse est, non dicunt, *Occide*: non *Morere*: sed, *Age lege*. crudelitatem imperij verbo mitiore subducunt.

PARS ALTERA. Mores tuos patri debes approbare, non patris regere. Multa potes iam dementiæ signa colligere, non potes patrem propter verba damnare. Animaduertit Manlius in filium, & victorem quidem: animaduertit Brutus in liberos, non factos hostes, sed futuros. vide an sub istis exemplis patri fortius liceat tantum loqui. Contumaciter rogauit, quemadmodũ & periit. nihil agnoui filiæ, nihil victæ. non misit ad patrem fratrem. An etiamnum irascitur fratri? cui me solum rogat? cum duobus satisfacere debeat. Victor, inquit, cito exoratus est. Facilius est ignoscere bello, quam parricidio. Etiam morte patri quæsiuit inuidiam. Perisse propter patrem dicitur mulier, quæ virum habuit, propter quem mori posset.

Mendici debilitati. DECLAMATIO IV.

REIPVB. LÆSÆ SIT ACTIO. *Quidam expositos educabat, & debilitatos mendicare cogebat, vt sibi mercedem referrent. Accusatur læsæ Reipub.* *Contr. 4. lib. 10.*

DECLAMATIO. Factum est, ne liberos patres aut agnoscant, aut recipiant. Vectigalis isti crudelitas, eo magis, quod omnes præter istum misericordes sumus. Effectum est, vt nihil esset miserius expositis, quam tolli: parentibus, quam agnoscere. Alterius comminutas scapulas in deforme tuber extundit. Produc familiam tuam. Volo nosse illam humanarum calamitatum officinam. Sua cuique calamitas tanquam ars assignatur. Intuemini illi erutos oculos, illi effractos pedes. Quid horrescitis? sic iste miseretur. Nouum mõstrum: integer alitur, debiles alunt. Perissent, inquit, ita non infelicius supersunt? Perissent, inquit. interroga patres, vtrum maluerint. Quanti ex his viri fortes, quanti tyrannicidæ, quanti futuri sacerdotes? Num incredibilia loquor? Ex hac fortuna origo Romanæ gentis apparuit. Plus acceptum crudelitati, quam expensum misericordiæ refert. Expositos aluerunt etiam feræ, satis futuræ mites, si præterissent. Quorum cum vbique audiantur preces, in sua tantum causa cessant. Abscissa est illis lingua, & est rogandi genus, rogare non posse. Misetemini omnium, Iudices, quorum singulorum misereri soletis. Istis nos vindictam negaturos putas, quibus ne id quidem negauimus, quod tibi daturi erant? Res indignissima: cum tam crudelis sit, misericordia publica viuit. Exurgite miseri, & hodie vobis primum rogate. Tibi, inquit, quotidiana captura non constat. apparet te nondum satis miserum videri. Occurrunt nuptiis dira omnia, fatis publicis auspicia feralia. Et diebus in hilaritatem dicatis semianimes isti greges oberrant. Alunt istum, qui se alere nõ possunt. Non est qui rogare nesciat. solet etiam docere. Non habes tot membra, quot debes. Ergo tu cum de publica misericordia cogitares, tam crudelis esse potuisti? Miseros, qui sic rogant: miseriores, qui sic rogantur! Omnes omnibus stipem cõferunt, dum quisque timet, ne filio neget. Effecisti vt maius esset malum educari, quam exponi. Timebantur feræ atque serpentes, & inimicus teneris artubus rigor, inopia quoque: inter expositorum pericula non numerabamus educatorem.

PARS ALTERA. Debilitasti, inquit. plus illis patres nocuerunt. Quid videtur lanista? qui iuuenes cogit ad gladium: & tamen non accusatur læsæ Reipub. Quid leno? qui stuprum pati cogit inuitas: nec Rempub. læsit. Ergo reum non laudari desidero, sed absolui. noceat hoc illi, cum petet honores. Potest enim aliquis & non esse homo honestus, & esse innocens reus. Vt illis multum ablatũ sit, vita reddita est. Reip. læsæ non potest agi eorum nomine, qui extra Remp. sunt. Egens homo, & qui ne me quidem alere, nedum alios possum, sustuli relicto: quibus non iniuria fieret, si aliquid detraheretur: sed beneficio cederet, si vita seruaretur. Faciant inuidiam, dicãt illos per me misere viuere, dum fateantur per me viuere. Vnius misericordia viuunt, omnium aluntur. Mirum est, vacare homines huic cogitationi, vt curent quid homo mendicus inter mendicos agat. Ciuitatis istius principes diuitias suas exercent contra naturam: excisorum greges habent exoletos suos, vt ad longiorem patientiam impudicitiæ idonei sint, amputant: & quia ipsos pudet viros esse, id agunt, vt quam pauci viri sint. His nemo succurrit delicatis & formosis debilibus. Curatis quis ex solitudine infantes auferat, perituros nisi auferantur: non curatis, quod isti beati solitudines suas ingenuorum ergastulis excolunt, & miserrimorum iuuenum simplicitate decepta, speciosissimum quemque, ac maxime idoneum castris, in ludum detrudunt.

Parrhasius & Prometheus. DECLAMATIO V.

Contr. 6. lib. 10.

REIP. LÆSÆ SIT ACTIO. *Parrhasius pictor Atheniensis, cum Philippus captiuos Olynthios venderet, emit vnum senem. Athenas perduxit, deinde torsit. Ad exemplar torti, Prometheum pinxit, Olynthius in tormentis periit. ille in templo Mineruæ tabulam posuit. Accusatur læsæ Reipubl.*

DECLAMATIO. Senex abstractus à liberis super exustæ patriæ cinerem stetit. ad figurandum Prometheum, satis tristis est. Nemo vt naufragum pingeret, mersit hominem. Vltima Olynthij precatio fuit: Redde me Philippo. Seruus, inquit meus fuit. putes Philippum loqui. Ædem Mineruæ fugimus tanquam castra Macedonum. Parum, inquit, tristis est. Aliquis Olynthius parũ tristis est? Vis Parrhasi tristem videre? duc illum ad Olynthum iacentem. Scis certe, quam tristem emeris. Olynthiis vrbem aperuimus, templa præclusimus. Nemo Olynthius tortus esset, si omnes illos Macedones emisset. Torqueatur. hoc nec sub Philippo. Moriatur. hoc nec sub Ioue. Sic iste hospitalis Olynthio fuit. Hoc est Promethea facere, non pingere. Emi, inquit. immo si Atheniensis es, redemisti. In isto templo pro Olynthiis vota suscepimus. Ille carnifex Græciæ istum tamen non amplius quam vendidit. Producitur nobilis senex, longa miseriarum tabe confectus, & tam tristis quam si iam tortus esset. Quemcunque præco viderat flentem, agnoscebat emptorem. Vereor, ne qui cum audierit Olynthij verbera, tormenta, ignes, me queri de Philippo putet. Si isti creditis, iratum Iouem imitatus est: si nobis, vicit iratum Philippum. Tantum patiendum est pingente Parrhasio, quantum irato Ioue. Miserrime senex, aliquis forte ex seruis tuis felicius seruit.* Si ad succurrendum profectus es, queror quod vnum emisti: si ad torquendum, queror quod vllum. Statuitur ex altera parte Parrhasius cum coloribus, ex altera tortor cum ignibus. Dubium est inter ista, Parrhasius studiosus pingat, an ille sæuiat. Producitur respiciens patriam senex. Placuit Parrhasio vultus infelix. Habuit autem aliquid Olynthius Promethei simile, & ante tormenta. Ignis, tormenta, ferrum: officina hæc pictoris, an Philippi est?

ALTERA PARS. Nunquam vnius malo publica fama corrumpitur. Solidior est opinio Atheniensium, quam vt labefactari tormẽtis captiui possit. Læsisti, inquit, Rempub. quod hanc picturam in templo posuisti. lædunt Rempublicam, qui aliquid illi auferunt, non qui aliquid adiiciunt. Peccauerunt ergo recipiendo tabulam, & sacerdotes. Cur autem non reciperent? deorum crimina in templis picta sunt. Multum semper artibus licuit. Medici vt vim ignotam morbi cognoscerent, viscera hominum resciderunt.

Fur accusator proditionis. DECLAMATIO VI.

Contr. 6. lib. 10.

INIVRIARVM SIT ACTIO. FVR CONCIONE PROHIBEATVR. *Quidam cum diuitem accusasset proditionis, noctu parietem eius perfodit, & scrinium, in quo missæ erant ab hostibus literæ, sustulit. damnatus est diues. Cum concionari vellet accusator, à magistratu prohibitus est. agit iniuriarum.*

DECLAMATIO. Id solum sustuli, quod fur reliquisset. nil magis fur timui, quam ne dominus furtum agnoscere nollet. Ruentem ciuitatis statum, vnius parietis ruina suspendit. Profiteor indicium furti mei. ciuitas conscia est. Furtum est, quod timet dominus agnoscere: quod qui perdidit, supplicium tulit: præmium, qui surripuit? Cui magis permisisses loqui, si eodem tempore & fur venisset & dominus? Mille nauium duces furto Troiam cepistis. Si bene furto euertuntur vrbes, quanto melius liberantur? In forum veni, narraui nocturnam expeditionem meam. Conuenerant omnes, tanquam ad concionem. Cur me submoues ante accusationem: cum nec proditores inanditi pereant? O furtũ in concione narrandum! proditoris vigilantissimum pectus, & in exitia nostra semper sollicitum, publica fata sopierant. ita etiam ministros eius alligauerat somnus, vt mihi liceret eligere quod tollerem. Diruere mihi videbar hostium muros. Furtum vocas, quo nihil melius tuo anno factum est. Nemo fur Rempub. cogitat. nihil non licet pro Repub. facere.

PARS ALTERA. Quale illud, dij, spectaculum fuit! composuerat inter se fortuna Reip. furem & proditorem. vt vidit inutile furtum suum. prodidit, vt nobis venderet, quod nulli poterat. Tam callidus fur, vt etiam proditori posset imponere. Consilium videri vult infelicitatem furti sui. Lex quæ nocturnum furem occidi quoquo modo iubet, non de damnato tantum, sed de fure loquitur. Odit hoc vitium, nec immerito: non multum abest à proditore. Sustulit quod non elegit, sed quod illi fatum publicæ felicitatis obiecit. Vno tempore & proditorem nobis ostendit, & furem qui diuitem compillare mallet, quam damnare. Effregit domum manu suspensa. elusit illum. non tunc primum fecit. Sustulit non quod voluit, sed quod potuit. Bono exemplo damnatus est proditor, malo inuentus.

SCHOTTVS.

IN *forum veni, narraui nocturnam*] Quæ deinceps sequuntur à Controu. 35. auulsa esse quis non videt? Annectenda sane.

Lex quæ nocturnum furem] XII. Tabularum lex furem quoquo modo, si, cum furtum faceret, nox esset aut interdin telo se defenderet, impune occidi permisit. Vid. Ciceronẽ initio Milonianæ, & Agellium li. XV. Noct. Atticar. cap. XVIII.

SENECÆ

SENECÆ DECLAMATIONVM FRAGMENTVM.

Quinctil. Cap. II. Lib. IX.

NOVI vero & præcipuè declamatores audacius, nec mehercule fine motu quodam imaginantur, vt Seneca in Controuerfia, cuius fumma eft quod pater filium & nouercam inducente altero filio in adulterio deprehenfos occidit. *Duc fequor, accipe hanc fenilem manum, & quocunque vis imprime.* Et paulo poft. *Afpice,* inquit, *quod diu non credidifti, ego vero non video, nox oboritur & craffa caligo.* Habet hæc figura manifeftius aliquid, non enim narrari res, fed agi videtur.

EPITAPHIVM M. ANNÆI SENECÆ.

Cura, labor, meritum, fumpti pro munere honores,
Ite alias pofthac follicitate animas.
Me procul à vobis Deus euocat. I licet actis.
Rebus terrenis hofpita terra vale.
Corpus auara tamen folennibus accipe faxis,
Namque animam cœlo reddimus, offa tibi.

M. ANNÆI SENECÆ

SVASORIARVM SYLLABVS.

I. DEliberat Alexander an Occeanum nauiget.
II. Trecenti Lacones contra Xerxem miffi, cum Trœzeni ex omni Græcia miffi fugiffent, deliberant an ipfi fugiant.
III. Deliberat Agamemnon, an Iphigeniam immolet, negante Chalcante, aliter nauigari potuiffe.
IV. Deliberat Alexāder magnus an Babyloniam intret, cum denunciatum effet illi refponfo auguris periculum.
V. Deliberant Athenienfes, an trophæa Perfica tollant: Xerxe minante rediturum fe, nifi tollerentur.
VI. Deliberat Cicero an Antonium deprecetur.
VII. Deliberat Cicero, an premittente falutem Antonio orationes fuas comburat.
VIII. Deliberat Cicero an fua fcripta comburat; promittente Antonio incolumitatem, fi feciffet.

CONTROVERSIARVM INDEX LIB. I.

Liberi parentes alant, aut vinciantur.

I. Duo fratres inter fe diffidebant, alteri filius erat: patruus in egeftatem incidit, patre vetante adolefcens illum aluit, ob hoc abdicatus, tacuit: adoptatus à patruo eft. Patruus accepta hereditate locuples factus eft: egere cepit pater: vetante patruo, aluit illum. abdicatur. Contradicitur.

Sacerdos cafta è caftis, pura è puris fit.

II. Quædam virgo à piratis capta, venit: empta à lenone, & proftituta eft. Venientes [ad fe] exorabat ftipem: militem qui ad fe venerat cum exorare non poffet, colluctantem, & vim inferentem occidit: Accufata, & abfoluta, remiffa ad fuos eft: petit facerdotium. Contradicitur.

Incesta de saxo deyciatur.

III. Incesta damnata, antequam deiiceretur de saxo, inuocauit Vestam: deiecta vixit: repetitur ad pœnam.

Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum vtrumque corpus interficiat, sine fraude sit.

Liceat adulterium in matre filio vindicare.

IV. Vir fortis in bello manus perdidit, deprehendit adulterũ cum vxore, ex qua filium habebat: imperauit filio, vt occideret. Non occidit: adulter effugit, abdicat filium. Contradicit.

Rapta raptoris mortem, aut indotatas nuptias optet.

V. Vna nocte quidam duas rapuit: altera mortem optat: altera nuptias.

VI. Captus à piratis scripsit patri redẽptionem. Non redimebatur. Archipiratæ filia eum iurare coegit, vt duceret se vxorem, si dimissus esset: iurauit. Relicto patre secuta est adolescentem: rediit ad patrem: duxit illam: orba incidit: pater imperat vt archipiratæ filiam dimittat, & orbam ducat: nolentem abdicat.

Liberi parentes alant aut vinciantur.

VII. Quidam alterum fratrem tyrannum occidit alterum in adulterio deprehensum, deprecante patre ne faceret, interfecit. A piratis captus, scripsit patri de redemptione. Pater piratis epistolam scripsit, si præcidissent ei manus, duplum se daturum, piratæ illum dimiserunt, patrem egentem non alit.

Qui ter fortiter fecerit, militia vacet.

VIII. Ter fortiter agentem pater in acie, quarto volentem exire retinet: nolentem abdicat.

LIBRO II.

**

IX. Diues tres filios abdicauit, petit à paupere vnicum filium in adoptionem: Pauper dare vult: nolentem ire, abdicat. Contradicitur. Et: Speciosum iuuenem dominus suus deprehendisse cum vxore in cubiculo testatus est, & ob id vxorem suam dimisit: hoc nomine, seruum pro adultero postulatum, dominus non defendebat: mulierem, quam petebat, præiudiciũ tuebatur. opus erat aliquo Colore, cum in cubiculo visa esset cum seruo à marito.

Vir & vxor iurauerunt, vt si quid alteri obtigisset, alter moreretur.

X. Vir peregre profectus est, misit nuncium ad vxorem, qui diceret, decessisse virũ. vxor se præcipitauit: recreata, iubetur à patre relinquere virum: non vult: abdicatur.

Raptor, nisi suum & raptæ patrem intra triginta dies exorauerit, pereat.

XI. Raptor raptæ patrem exorauit, suum non exorauit: Accusatur dementiæ.

Dementiæ sit actio.

XII. Abdicauit quidam filium: abdicatus se contulit ad meretricem, & ex illa sustulit filium: æger ad patrem misit: cum venisset, commendauit ei filium suum, & decessit. adoptauit puerum: ab altero pater filio accusatur dementiæ.

Ingrati sit actio.

XIII. Torta à tyranno vxor, nunquid de viri tyrannicidio sciret: perseuerauit negare, postea maritus eius tyrannum occidit: illam sterilitatis nomine dimisit, intra quinquennium non parientem, Ingrati actio est.

Dementiæ sit actio.

XIV. Quidam luxuriante filio luxuriari cœpit: filius accusat patrem dementiæ.

XV. Quidam cum haberet formosam vxorem, peregre profectus est: in viciniam mulieris peregrinus mercator commigrauit: illam appellauit de stupro: adiecit preces. Negauit illa. Decessit mercator, testamento heredem omnibus bonis reliquit formosam, & adiecit elogion: *Pudicam reperi*: Adit hereditatem: redit maritus: accusat adulterij ex suspicione.

LIBRO III.

**

XVI. Mortua quidam vxore, ex qua duos filios habebat, duxit aliam. Alterum ex adolescentibus domi parricidij damnatum tradidit fratri puniendũ: ille eum exarmato nauigio imposuit, delatus adolescens ad piratas, archipirata factus est: postea pater peregre profectus captus est ab eo, & remissus in patriam, abdicat illum.

De moribus sit actio.

XVII. Popilium parricidij reum Cicero defendit: absolutus est, proscriptum Ciceronem, ab Antonio missus, occidit Popilius, & caput eius ad Antonium retulit: accusatur de moribus.

XVIII. Ter abdicatus comprehensus est à patre, in secreta domus parte, medicamentum terens: interrogatus, quid esset, dixit, venenum, & velle se mori, & effudit. Accusatur parricidij.

Liberi parentes alant, aut vinciantur.

XIX. Quidam cum haberet vxorem, & ex ea filium, peregre profectus: & à piratis captus, scripsit de redẽptione epistolas vxori, & filio. Vxor flendo oculos amisit: Filium euntem ad redemptionem patris, alimenta poscit: non remanentem, alligari vult.

XX. Mortua quidam vxore, ex qua filium habebat, duxit aliam, sustulit ex ea filium. Habebat procuratorem in domo speciosum. Cum frequẽter essent iurgia nouercæ, & priuigni, iussit eum emigrare. Ille trans parietem habitationem conduxit. Rumor erat de adulterio procuratoris, & matris familiæ. Quodam tempore pater familiæ in cubiculo occisus inuentus est, vxor vulnerata, communis paries perfossus: puer iubetur percussorem cognoscere. Ille procuratorem digito denotauit: accusat filius procuratorem cædis: ille filium parricidij.

Dementiæ sit actio.

XXI. Tyrannus permisit seruis, vt dominis interemptis, dominabus suis nubant. Profugerunt principes ciuitatis. inter eos qui filium & filiam habebat, profectus est peregre: cum omnes serui dominas suas vitiassent, seruus eius virginem seruauit: occiso tyranno, reuersi sunt principes, in crucem seruos sustulerunt. Ille manumisit & filiam collocauit. Accusatur dementiæ.

Proditionis sit actio.

XXII. Pater & filius imperium petierunt: Prælatus est patri filius. Bellum commisit cum hoste

captus

tus est: missi sunt decem legati ad redimendum Imperatorem: Euntibus illis occurrit pater cum auro: dixit filium suum crucifixum, fero aurum ad redemptionem tulisse. Illi peruenerũt ad crucifixum imperatorem, quibus ille dixit: *cauete proditionem.* Accusatur pater proditionis.

Rapta raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet.

XXIII. Qui dicebatur raptor, negauit se rapuisse: iudicio victus, vult ducere, illa optionem petit.

LIB. IV.

Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum vtrumque corpus interficiat, sine fraude sit.
Ingrati sit actio.

XXIV. Miltiades peculatus damnatus, in carcere alligatus decessit. Cimon filius eius, vt eum sepeliret, vicarium se pro corpore patris dedit. Callias sordide diues natus, redemit eum à Repub. & pecuniam soluit: filiam ei suam ipse collocauit: quam ille deprehensam in adulterio, deprecante patre, occidit. Ingrati reus est.

Maiestatis læsæ sit actio.

XXV. Flamininus Prætor inter cænam à meretrice, rogatus, quæ aiebat se nunquam decollari hominem vidisse, vnum ex damnatis occidit. Accusatur læsæ maiestatis.

Per vim metumque gesta ne sint rata.
Pacta conuentaque legibus, rata sint.
Expositum qui agnouerit, solutis alimentis recipiat.

XXVI. Quidam duos filios expositos sustulit, & educauit, quærenti patri naturali, pollicitus est se indicaturum vbi essent, si sibi alterum ex illis dedisset. Pactum interpositum est. reddit illi duos filios. repetit votum.

Qui patrem pulsauerit, manus ei præcidantur.

XXVII. Tyrannus patrem in arcem cum duobus filiis accersit: imperauit adolescẽtibus vt patrem cæderent. Alter ex his præcipitauit se: alter cæcidit patrem. Postea in amicitiam tyranni acceptus, occiso tyranno, præmium accepit. at reus fit cæsi patris: petuntur manus eius: defendit pater.

De vi sit actio.

XXVIII. Quidam duos filios sub nouerca amisit, dubia cruditatis & veneni signa insecuta sunt. Tertium filium maternus auus rapuit, qui ad visendos nepotes ægros non fuerat admissus: quærenti pater per præconem, dixit apud se esse. Accusatur de vi.

Venefica torqueatur, donec conscios dicat.

XXIX. Quidam mortua vxore, ex qua filium habebat, duxit aliam, & ex ea filiam sustulit: decessit adolescens: accusauit maritus nouercam veneficij damnata cum torqueretur, dixit sibi consciam filiam esse. petitur ad supplicium puella; pater defendit.

LIB. V.

Iniuriarum sit actio.

XXX. Quidam cum haberet filium & diuitem inimicum, occisus, & spoliatus inuentus est. Adolescens sordidatus diuitem sequebatur. eduxit eum in ius, & postulauit si quid suspicaretur, accusaret se. Pauper ait, accusabo cum potero: & nihilominus sordidatus diuitem sequebatur. Cum peteret honores diues, repulsus est. Accusat iniuriarum pauperem.

Vir fortis, quod præmium velit, optet.
Si plures erunt, iudicio contendant.

XXXI. Pater & filius fortiter fecerunt. Petit pater à filio, vt sibi cederet: ille non vult, Iudicio contendit. vicit patrem: accipit præmio statuas patris, pater ipsum abdicat.

Dementiæ sit actio.

XXXII. Bello ciuili quædam virũ secuta est, cum in diuersa parte haberet patrem & fratrem, victis partibus suis, & occiso marito, venit ad patrem non recepta in domum, dixit, quemadmodum tibi vis satisfaciam? Ille respondit, Morere: suspendit se ante ianuam eius: Accusatur à filio dementiæ.

Reipublicæ læsæ sit actio.

XXXIII. Quidam expositos debilitabat, & debilitatos mendicare cogebat, ac mercedem exigebat ab eis, Reipub. læsæ accusatur.

Læsæ religionis sit actio.

XXXIV. Parrhasius pictor Atheniensis cum Philippus captiuos Olynthios venderet, emit vnum ex his senem, perduxit Athenas, torsit, & ad exemplar eius, pinxit Promethea. Olynthius in tormẽtis perit. ille tabulam in templo Mineruæ posuit: accusatur religionis læsæ.

Iniuriarum sit actio.
Fur concione prohibeatur.

XXXV. Quidam cum diuitem proditionis postulasset, noctu parietem eius effodit, & scrinium in quo erant missæ ab hostibus epistolæ, sustulit, damnatus est diues. Accusator concionari cum vellet, à magistratu prohibitus, agit iniuriarum.

EPITOMÆ DECLAMATIONVM SENECÆ.

Respondet hic liber li. 1. Declamationum qui Controuersiarum primus est.

LIBRO PRIMO.

Liberi parentes alant, aut vinciantur.

I. DVo fratres discordebant inter se: alteri filius erat. Patruus in egestatem incidit Patre vetante, adolescens illum aluit, ob hoc abdicatus, tacuit. Adoptatus à patruo est. Patruus accepta hereditate, locuples factus est. egere cœpit pater. Vetante patruo, aluit illum adolescẽs

Senec.

Abdicatur, contradicitur.

Sacerdos casta è castis, pura è puris sit.

II. Quædam virgo, à piratis capta, veniit. Empta à lenone, & prostituta est. Venientes ad se exorabat stipem. Militem qui ad se venerat cum exorare non posset, eum luctantem, & vim inferre volentem occidit. Accusata, & reuersa ad suos est. Petiit Sacerdotium. Contradicitur.

Incesta saxo deijciatur.

III. Incesti damnata antequam deijceretur, Vestam inuocauit: deiecta vixit. Repetitur ad pœnam, Contradicitur.

Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum vtrumque corpus interficiat, sine fraude sit.

Liceat adulterium & in matre filio vindicare.

IV. Vir fortis in bello manus perdidit, deprehendit adulterum cum vxore, ex qua filium adolescentem habebat: Imperauit filio, vt occideret. Non occidit. Adulter effugit, abdicat filium. Contradicit.

Rapta raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias petat.

V. Captus à piratis scripsit de redemptione. Non redimebatur. Archipiratæ filia eum iurare coegit, vt duceret se vxorem, si dimissus esset: iurauit ei. Relicto patre secuta est adolescētem: Duxit illam: Orba incidit. Pater imperat vt archipiratæ filiam dimittat, & orbam ducat: Nolentem abdicat.

Liberi parentes alant aut vinciantur.

VI. Quidam alterum fratrem tyrannum, alterum in adulterio deprehensum, deprecante patre ne faceret, interfecit. A piratis captus, scripsit patri de redemptione. Pater piratis epistolam misit, si præcidissent ei manus, duplam pecuniam se daturum, piratæ illum dimiserunt, pater in egestatem incidit, petit alimenta. Negantem vult in vincula ducere.

Qui ter fortiter fecerit, militia vacet.

VII. Ter pater fortem in acie, quarto volentem exire retinet: nolentem abdicat.

LIBRO II.

Respondet lib. 2. Contr. I. * Diues tres filios abdicauit, petit à paupere vnicum in adoptionem. pauper dare non vult, Nolentem ire, abdicat. Contradicitur.

II. Vir & vxor iurauerunt, vt si quid alteri accidisset, alter moreretur. Vir peregre profectus est, misit nuncium vxori, qui diceret, se decessisse. Vxor se præcipitauit: recreata, iubetur à patre virum relinquere: Non vult: Abdicatur.

III. Abdicauit quidam filium: abdicatus se contulit ad meretricem, & ex illa sustulit filium: æger ad patrem misit: cum venisset, commendauit ei filium suum, & decessit. Pater post mortem illius in adoptionem recipit nepotem, Accusatur pater ab altero filio dementiæ.

Raptor, nisi intra tricesimum diem & suum & raptæ patrem exorauerit, pereat.

IV. Raptæ patrem exorauit, suum non exorat. Reum facit dementiæ.

Ingrati sit actio.

V. Torta à tyranno vxor, nunquid de viri tyrannicidio sciret: perseuerauit negare, Postea maritus eius tyrannum occidit. Intra quinquenniū non parientem, sterilitatis nomine dimisit. Agit illa ingrati.

Dementia sit actio.

VI. Quidam luxuriante filio luxuriari cœpit: accusatur à filio dementiæ.

VII. Quidam cum haberet formosam vxorem, peregre profectus est: in viciniam mulieris peregrinus mercator commigrauit: ter illam appellauit de stupro, adiectis precijs. Negauit illa; Decessit negotiator: testamento omnium bonorum suorum reliquit formosam hæredem, & adiecit Elogium, quia pudicam comperi. Adiit hæreditatem. Rediit maritus, Accusat adulterij vxorem ex suspicione.

LIBRO III.

Cæcus de publico mille denarios accipiat.

I. Decem adolescentes cum bona sua comedissent, sortiti sunt, vt cuius nomen exisset, ex pacto excæcaretur, & acciperet mille denarios. Exiit sors cuiusdam, Excæcatus est, petiit mille denarios negantur.

II. Quidam filium accusauit parricidij. Æquis sententiis absolutum, abdicat.

Cum filio tricenario pater patrimonium diuidat.

III. Quidam habuit filium frugi, & luxuriosum Abdicat luxuriosum: frugi, peregre profectus est. Captus est à piratis, scripsit de redemptione patri. Patre cessante, luxuriosus præuenit, & redemit. Rediit frugi. Adoptauit fratrem suum. Abdicatur.

Seruatus contra seruatorem nequaquam habeat actionem.

IV. Seruatus à filio, eum abdicat: ille præscribit.

Rapta raptoris aut mortem aut indotatas nuptias petat.

V. Raptor postulat, vt rapta ducatur. pater non vult.

Damni illati sit actio.

VI. Quidam tyrannum ex arce fugientem cum persequeretur, in priuatam domum compulit. Incendit domum.

Tyrannus cum domo conflagrauit: præmio accepto, agit cum illo dominus damni.

Malæ tractationis sit actio.

VII. Filio furenti, & sua membra lanianti, pater venenum dedit. Accusatur ab vxore malæ tractationis.

Qui cætum, & concursum fecerit, capital sit.

VIII. Victa Olyntho, cum filio adolescēte Olynthius senex Athenas venit. Athenienses omnibus ciuitatem Olynthiis decreuerunt. Inuitatus ad cœnam ab adolescente luxurioso, cum filio venit. Ibi cum de stupro filij mentio esset, pater profugit, filius retentus est. Pater flere ante domum cœpit incensa est domus. Decem adolescentes perierunt, & filius Olynthij. Accusatur pater, quod cætum concursumque fecerit.

IX. Æger dominus petiit à seruo, vt sibi venenum daret. Non dedit. Cauit testamento vt ab heredibus crucifigeretur. Appellat seruus Tribunos.

LIB. IIII.

Iniuriarum

Iniuriarum ſit actio.

I. Quidam amiſſis tribus liberis, cum aſſideret ſepulchro, à luxurioſo adoleſcente in vicinos hortos deductus eſt, & detonſus. Coactus conuiuio intereſſe, mutata veſte dimiſſus, iniuriarum agit.

Sacerdos integer ſit.

II. Metellus Pontifex, cum arderet Veſtæ templum, dum Palladium rapit, oculos perdit: ſacerdotium illi negatur.

Imprudentis cædis damnatus, quinquennio exſulet.

Rapta raptoris mortem, aut indotatas nuptias optet.

III. Cum quidam haberet filiam & filium, imprudentis cędis damnatus, in exſilium abiit. Filia eius rapta eſt. Raptor ad patrem puellę ſe contulit. Impetrauit ab illo, vt iuberet filiam nuptias optare, & epiſtolam daret ad filium: Fratre auctore, mortem optauit puella. Pater rediit, abdicat filium.

Sepulchri violati ſit actio.

IV. Bellum cum eſſet in quadam ciuitate, vir fortis in acie, amiſſis armis, de ſepulchro viri fortis arma ſuſtulit: fortiter pugnauit, & repoſuit. Præmio aceepto, accuſatur ſepulchri violati.

*

V. Abdieauit quidam filium. Abdicatus medicinæ ſtuduit. Cum pater ægrotaret, & medici negarent poſſe ſanari, ſanauit. Reductus eſt patri. ægrotare nouerca cœpit. Deſperauerunt medici. Rogat pater filium, vt curet oouercam. Nolentem abdicat.

Malæ tractationis ſit actio.

VI. Quidam mortua vxore, quæ in partu perierat, duxit aliam: puerum rus miſit. Ex illa ſubinde ſuſtulit filium. Vtrumque puerum ruri educauit. Poſt longum tempus rediérũt ſimiles. Quærenti matri, vter eius eſſet, non indicauit. Accuſatur ab ea malæ tractationis.

Tyrannicidæ præmium detur.

VII. In adulterio deprehenſus à tyranno: gladium extorſit à Tyranno, & occidit eum. Petit præmium. Contradicitur.

Per vim metumque geſta, irrita ſunto.

VIII. Bello ciuili patronus victus, & proſcriptus ad libertum confugit. Receptus eſt ab eo, & rogatus, vt operas remitteret. Remiſit, conſignatione facta reſtitutus, exigit operas. Contradicit.

LIB. V.

Inſcripti maleficij ſit actio.

I. Qoidam naufragio facto, amiſſis tribus liberis & vxore, incendio domus: ſuſpendit ſe. Præcidit illi quidam ex pretereuntibus laqueum. A liberato reus fit.

**

II. Pauper cum haberet filium, & diuitem inimicum filiam habentem, peregre profectus eſt. Rumor fuit de morte eius: filius cum diuite in gratiam rediit, & eius filiam duxit. Reuerſus pater, cogit illum vxorem repudiare. Nolentem abdicat.

Malæ tractationis ſit actio.

III. Duos filios quidam pancratiaſtas inſtituit, & ad Olympiam eduxit. Dum compoſiti eſſent, vt ſimul pugnarent, acceſſit ad pugnantes pater, & ait, abdicaturum ſe, ſi quis perdiderit. Commortui ſunt iuuenes, & decreti ſunt honores diuini. Reus pater fit malæ tractationis ab vxore.

Qui falſum teſtimonium dixerit, vinciatur apud eum quem dixit.

IV. E duobus filijs profectus eſt cum vno pater. Adoleſcens ſolus rediit. Accuſatus eſt à fratre parricidij & damnatus. Diebus feſtis intercedentibus pœna ex lege dilata eſt. Rediit pater. Accuſauit damnatus fratrem falſi teſtimonij, & obtinuit, & vinxit. Cogit pater, vt vinctum ſoluat: nolentem abdicat.

Qui ſciens damnum dederit, reddat quadruplum: qui inſciens, ſimplum.

V. Diues pauperem vicinum rogauit, vt ſibi venderet arborem, quam ſibi dicebat obſtare. Pauper negauit: Diues incendit platanum, cum qua & domus arſit. Pro arbore pollicetur quadruplum pro domo ſimplum.

Impudicus concione prohibetur.

VI. Adoleſcens ſpecioſus ſpõſionem fecit, muliebri veſte ſe exiturum in publicum: Proceſſit. Raptus eſt ab adoleſcentibus decem. Accuſauit illos de vi, & damnati ſunt. Concione prohibitus à magiſtratu, reum facit iniuriæ.

Nocte portas aperire in bello non liceat.

Imperator in bello ſummam poteſtatem habeat.

VII. Trecenti ab hoſte captiui ad portas nocte venerunt. Imperator non aperuit. Ante portam occiſi ſunt. Imperator poſt victoriam, reus eſt læſæ Reipublicæ.

Competitori liceat in competitorem dicere.

VIII. Tyrannus ſub obligatione dominationem depoſuit, vt ſi quis obiecisſet tyrannidem, capite puniretur. Petiit magiſtratum, competitor contradicit.

LIBRO VI.

**

I. Abdicato fratri, frater chirographum dedit, dimidiam ſe partem hæreditatis daturum, ſi non reſpondiſſet irato patri. Ille tacuit. Abdieatur alter à patre.

Exulem tecto & cibo iuuare non liceat.

Imprudentis cædis damnatus quinquennio exſulet.

II. Quidam cum filium & filiam haberet, imprudentis cędis dãnatus in exſilium profectus eſt Solebat venire in poſſeſſionem vicinam finibus. Reſciuit hoc filius, cæcidit villicum. Villicus excluſit patrem. Cœpit ire ad filiam. Accuſata illa quod exſulẽ recepiſſet, aduocato fratre abſoluta eſt. Poſt quinquennium pater abdicat filium.

Maior frater diuidat patrimonium, minor eligat.

Liceat filium ex ancilla tollere.

III. Quidam cum haberet legitimũ filium, alium ex ancilla ſuſtulit & deceſſit. Maior frater ſic diuiſit, vt totum patrimonium ex vna parte po-

neret, ex altera nothi matrem: minor elegit matrem, & accuſat fratrem circumſcriptionis.

Veneficij ſit actio.

IV. Proſcriptum vxor ſecuta eſt. Quodam tempore, ſecreto poculum tenentem, interrogauit, quid eſſet. Ille dixit, venenum, & mori ſe velle. Rogauit illa, vt partem ſibi daret: & dixit ſe nolle ſine illo viuere. Partem bibit ipſe, & partem vxori dedit: Periit illa ſola. Teſtamento inuentus eſt maritus heres: reſtitutus arguitur veneficij.

Qui vim in iudicio fecerit, capite puniatur.

V. Miſſus Iphicrates aduerſus Thracum regem, bis, in acie victus, fœdus cum eo percuſſit, & filiam eius duxit vxorem. Cum Athenas rediſſet, & cauſſam diceret, viſi ſunt circa iudicium quidam Thracum, cultris armati: & ipſe reus gladium ſtrinxit. Cum iudices citarentur ad iudicandum, palam abſolutorias tulerunt ſententias. Accuſatur quod vim in iudicio fecerit.

Veneficij ſit actio.

VI. Quidam cum haberet vxorem, & ex ea filiam nubilem: indicauit vxori, cui eam collocaturus eſſet. Illa dixit: celerius morietur quam illi nubat. Deceſſit puella ante diem nuptiarum, dubiis ſignis cruditatis, & veneni. Torſit ancillam pater: dixit illa ſe nihil ſcire de veneno, ſed de adulterio dominæ, & eius, cui collocaturus erat filiam. Accuſauit vxorem veneficij, & adulterij.

Dementiæ ſit actio.

VII. Quidam habebat duos filios: duxit vxorem. Alter ex adoleſcentibus cum ægrotaret, & in vltimis eſſet, medici dixerunt, animi vitium eſſe: Intrauit ad filium ſtricto gladio pater, & roganit vt indicaret cauſſam ſibi. Ait amare ſe nouercã. Ceſſit illi vxorem pater. Ab altero accuſatur dementiæ.

VIII. Virgo Veſtalis ſcripſit hunc verſum:

Felices nuptæ. moriar, niſi nubere dulce eſt.

Rea eſt inceſti.

LIB. VII.

* *

I. Duobus filiis quidam ſuperduxit nouercam.
Reſpondet lib.4. Declamationũ. Reſpondet Contr.16. Alterum domi parricidij damnatum tradidit fratri puniẽdum: ille eum exarmato nauigio impoſuit. Delatus adoleſcens ad piratas, archipirata factus eſt. Peregrinantem patrem cepit, & remiſit. Reuerſus pater, abdicat filium.

De moribus ſit actio.

Controu.17. II. Popilium parricidij reum Cicero defendit: Abſolutus eſt. Proſcriptum Ciceronem, ab Antonio miſſus, occidit: caput ad Antonium retulit. Accuſatur de moribus.

*

Controu.18. III. Ter abdicatus, ter abſolutus, comprehenſus eſt in ſecreta domus parte à patre, medicamentũ terẽs. Interrogatus à patre quid eſſet: Venenum, inquit. & ſe velle mori, & effudit. Accuſatur parricidij.

Liberi parentes alant, aut vinciantur.

Controu.19. IV. Quidam habens vxorem & filium, peregre profectus, in Piratas incidit: ſcripſit vtrique de redemptione. Vxor flendo cæca facta eſt. Filium euntem ad redemptionem patris alimẽta poſcit. Non remanentem, alligare vult.

*

V. Quidam mortua vxore, ex qua priuignum habebat, duxit aliam. Suſtulit ex ea filium. Habebat procuratorem ſpecioſiſſimum. Cum ſæpe iurgarent, nouerca & priuignus, iuſſit eum à ſe migrare. Ille trans parietem habitationem conduxit. Rumor erat de adulterio matris, & procuratoris. Quodam tempore in cubiculo ſuo pater occiſus eſt inuentus, vxor vulnerata, communis paries perfoſſus. Placuit propinquis quæri à filio quinquenni, qui vna dormierat, quem percuſſorem agnoſceret. Ille procuratorem digito monſtrauit. Et filius procuratorem accuſat cædis: ille eum parricidij. Contro. 20.

Dementiæ ſit actio.

VI. Tyrannus permiſit ſeruis dominas ſuas rapere. Profugerunt principes ciuitatis: & ſimul qui habebat filium & filiam: Cum omnes ſerui dominas vitiaſſent, ſeruus eius virginem ſeruauit: Occiſo tyrãno, reuerſi ſunt principes. In cruces ſeruos ſuſtulerunt: Ille manumiſſo filiam collocauit. Reus eſt à filio dementiæ. Contro. 21.

Proditionis ſit actio.

VII. Pater & filius imperium petebant. Prælatus eſt filius: Commiſſo prælio captus eſt. Miſſi ſunt quadraginta legati ad Imperatorem redimendũ. Occurrit euntibus pater, dixit: Sero attuliſſe aurum ad redemptionem, filium crucifixum eſſe. Illi peruenerãt: quibus imperator ex cruce dixit: *Cauete proditionem*. Reus fit pater proditionis. Contro. 22.

Rapta raptoris mortem, aut indotatas nuptias optet.

VIII. Rapta producta, nuptias optauit. Iuuenis raptorem ſe negauit. Conuictus eſt. Illa optionem petiit, raptor contradicit. Contro. 23.

LIB. VIII.

Magiſtratus de confeſſa ſumat ſupplicium.

I. Amiſſo quædam viro cum duobus liberis, laqueo ſe ſuſpendit. Incidit ei laqueũ tertius filius. Cum ſacrilegio facto. quereretur ſacrilegus: illa dixit magiſtratui, ſe feciſſe ſacrilegium. vult magiſtratus, tanquam de confeſſa, ſumere ſupplicium, Filius contradicit.

Sacrilego manus præcidantur.

II. Elij ab Athenienſibus Phidiam acceperũt, vt is Iouem Olympium faceret: pacto interpoſito, vt aut Phidiam, aut centum talenta redderent. Ioue perfecto Elij Phidiam aurum rapuiſſe dixerunt: & manus tanquam ſacrilego præciderunt: truncatum Atheniẽſibus reddunt. Petunt Athenienſes centum talenta. Contradicitur.

* *

III. Duorum iuuenum pater vni vxorem dedit. quo peregre profecto, infamari cœpit ſocer in nurum. Maritus reuerſus abduxit ancillam vxoris, & torſit: Illa laqueo in tormẽtis periit. Maritus incertus quid quæſierit, laqueo ſe ſuſpendit. Imperat alteri filio pater, vt eandem ducat. Nolentem abdicet.

Homicida inſepultus abijciatur.

IV. Quidam ſe occidit. Petitur vt inſepultus abijciatur: Contradicitur.

Vir fortis, præmium, quod volet, optet.

V. Abdicauit filium quidam: Ille tacuit. Fortiter fecit. Petit pro præmio ad patrem reditum: Pater contradicit, Pater poſtea fortiter fecit: Petit ad ſe filij reditum: filius contradicit.

Vitiata

Vitiata vitiatoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet.

vi. Diues pauperem de nuptiis filiæ interpellauit tertio, Ter pauper negauit. Profectus cum filia, naufragio expulsus est in diuitis fundum. Appellauit illum diues de nuptiis filiæ. Pauper tacuit, & fleuit. Diues nuptias fecit. Redierunt in vrbem. Vult pauper educere puellam ad magistratus. Diues contradicit.

LIB. IX.

Adulterum cum adultera, qui deprehenderit, dum vtrumque corpus interficiat, sine fraude sit.

Ingrati sit actio.

Respondet lib. 5. Cōt. 24. I. Miltiades, peculatus damnatus, in carcere alligatus, decessit. Cimon filius eius, vt eum sepeliret, vicarium se pro patris corpore dedit. Callias diues, sordide natus, redemit eum à repub. & pecuniam soluit, eique filiam collocauit. Ille deprehensam in adulterio, deprecante patre, occidit vxorem. Ingrati reus est.

Maiestatis læsæ sit actio.

Contr. 25. II. Flaminius Prætor Romanus; inter cœnandum à meretrice rogatus, quæ aiebat nunquam se vidisse hominem decollari, vnum ex damnatis occidit. Accusatur læsæ maiestatis.

Per vim, metumque gesta, non sint rata.

Pacta conuentaque legibus, rata sint.

Expositos qui agnouerit, solutis alimentis recipiat.

Contr. 26. III. Quidam duos expositos sustulit, & educauit. Quærenti patri naturali, pollicitus est, se indicaturum vbi essent, si sibi alterum ex illis dedisset. Pactum interpositum est, reddit illi duos: repetit vnum.

Qui patrem pulsauerit, manus ei præcidantur.

Contr. 27. IV. Tyrannus patrem cum duobus filiis in arcem accersiit: Imperauit adolescentibus, vt patrem cæderent. Ex his alter præcipitauit se, alter cecidit patrem. Post in amicitiam tyranni acceptus est. Occiso Tyranno, præmium accepit. At reus fit cæsi patris. Petuntur eius manus: pater defendit.

De vi sit actio.

Contr. 28. V. Quidam duos filios sub nouerca amisit, dubiis signis crudelitatis & veneni. Tertium filium auus maternus rapuit; qui ad visendos nepotes ægros non fuerat admissus. Quærenti patri, per præconem dixit, apud se esse. Accusatur de vi.

Venefica torqueatur, donec conscios indicet.

Contr. 29. VI. Quidam mortua vxore, ex qua habebat filium, duxit aliam: & ex ea filiam sustulit. Venefieij damnata, dum torqueretur dixit, consciam filiam. Patitur ad supplicium puella. Pater defendit eam.

LIB. X.

Iniuriarum sit actio.

Respondet Contr. 30. lib. 5. I. Quidam cum haberet filium, & diuitem inimicum, occisus & spoliatus inuentus est. Adolescens sordidatus sequi diuitem cœpit. Diues eduxit eum in ius & postulauit, vt si quid suspicaretur, argueret. Adolescens ait: Accusabo, cum potero: Diues petens honores, repulsus est. Accusat iniuriarum pauperis filium. Contradicit.

Viro forti præmium sit. Si plures erunt, iudicio contendant.

Contr. 31. II. Pater & filius fortiter fecerunt. Pater petit à filio, vt sibi cederet, ille noluit. Iudicio contenderunt. Vicit patrem: petit præmio statuas patri. Abdicatur. Contradicit.

Dementiæ sit actio.

III. Bello ciuili virum quædam secuta est, cum in diuersa parte haberet patrem & fratrem. Victis partibus suis, & occiso marito, venit ad patrem: à quo non recepta, ait patri, Quemadmodum vis tibi satisfaciam? Ille respondit: Morere. suspendit se ante ianuam eius. Accusatur pater à filio dementiæ. *Contr. 32.*

Reipublicæ læsæ sit actio.

IV. Quidam expositos educabat, & debilitatos mendicare cogebat, vt sibi mercedem referrent. Accusatur læsæ Reipub. *Contr. 33.*

Religionis læsæ sit actio.

V. Parrhasius pictor Atheniensis, cum Philippus captiuos Olynthios venderet, emit vnum senem, duxit Athenas, deinde torsit. Ad exemplum torti, Prometheum pinxit. Olynthius in tormentis periit, ille in templo Mineruæ tabulam posuit. Accusatur læsæ Religionis. *Contr. 34.*

Iniuriarum sit actio.

Fur concione prohibeatur.

VI. Quidam cum diuitem accusaret proditionis, noctu parietem domus eius perfodit, & scrinium, in quo missæ erant ab hostibus literæ, sustulit. Damnatus est diues. Cum concionari vellet accusator, à magistratu prohibitus est. Agit iniuriarum. *Contr. 35.*

GRÆCA.

Quibus hiatus omnes explentur, vt, quæ accesserint, appareant.

SVASOR. I.

Ἰχὼρ οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν.

Qualis erat sanguis manans è corpore Diuum:

Ἀντιμυκτηρίσαι.

Vicissim irrideat.

Διόνυσον.

Bacchum.

Κύριε, ὁ Ζεὺς τὴν μητέρα σου Σεμέλην ἄπροικον εἶχε.

Domine, Iupiter matrem tuam Semelem indotatam habuit.

ΟΚΤΑΒΙΑ ΚΑΙ ἈΘΗΝΑ ἈΝΤΩΝΙΩι.

Octauia & Minerua Antonio.

Τοῦτο οὐκ ἔστι Σιμόεις οὐδὲ Γρανικος· τοῦτο εἰ μή τι κακὸν ἦν, οὐκ ἂν ὕστατον ἔκειτο.

Hic Oceanus Simois non est, neque Granicus, nisi quid erat, quod postremo loco succuberet.

Καὶ διὰ τοῦτο μέγιστόν ἐστιν, ὅτι αὐτὸ μὲν μετὰ πάντα, μετὰ δὲ αὐτὸ οὐδέν.

Et ipsum propterea maximum, quia quidem post omnia, post ipsum vero nihil.

Βούλεσθ᾽ ὦ νεολαῖαι πλείους ἡλίους; δύο Ἑλλησποντίαις ἀκταῖς ἐφεστῶτες; οἱ δὲ ἐπὶ τῷ Παμφυλίῳ πελάγει τὴν ἱμαρμένην περιδεχώμεθα ἄμπωτιν; οὐδὲ Εὐφράτης τοῦτ᾽ ἐστιν, οὐδὲ Ἰνδὸς, ἀλλ᾽ ἐστὶ μυστήριον, εἴτε φύσεως ὅρος, εἴτε πρεσβύτατον στοιχεῖον, εἴτε πρώτη θεῶν γένεσις ἐστιν, ἢ καὶ ἁπλῶς ὕδωρ.

Vultis ne ô Iuuenes, plures Soles? Duo præfecti Hellespontiacis littoribus? Qui vero in mari Pamphilio terminum datum exspectemus æstuariū vadosum? Neque Euphrates hic est, neque Indus, sed arcanum quid siue naturæ limes, siue antiquissimum Elemētum, siue ortus primorum Deorum est, vel simpliciter aqua.

Ἐντεῦθεν ναῦς ἐκ μιᾶς φορᾶς, εἰς ἀνατολὰς, ἔνθα δὲ εἰς τὰς ἀοράτους δύσεις.

Hinc nauis ex vno curſu in Orientem, inde ad inaſpectabiles Occaſus.

Θέρος ὅρος ἀποτέμνετε.

Montis verticem auferte.

Καὶ κεφαλῇ δέσμευται μέσος.

Caput faſcia mittitur medius.

Χαῖρέ μοι γῆ, ὑγίαινε Ναΐς ἐμά. κέλομαι γάρ· ἆρ' εἶσι τὰ ὄμματα;

Vale Terra, Vale Nais mea, iubeo enim: num ferent oculi?

Svasor. ii.

Οὕτως ἀριστᾶτε, ὡς ἐν ᾅδου δειπνήσοντες.

Sic prandete tanquam apud inferos cœnaturi.

Τί οὖ φεύγεις εἰς λεπτὰ τείχη;

Quid to fugis in tenoes muros?

Hic amice Lector, aquanimitate tua frui nos, obſecro permitte. Hac enim Suaſ. ii. P. hiatus iniuria operarum commiſſus explebitur, ſi lineæ vltimæ ſequentia addideris: beneficio ioci tum illam ſententiam: Si nihil aliud.

Svasor. iv.

Οἷον ἔχεις Βαβυλῶν ὡς μάντιν ὄχύρωμα.

Qualem habuit Babylon vatem pro munimento.

Svasor. vii.

Ἀτίμων πατέρων. al. ἀπαιδεύτων πατέρων.

Infamium parentum: *alij* ἀγνωμόνων, dementium ſeu indoctorum.

Controv. ii.

Ἐγὼ δ' ἐξεπίσταμαι πόρνεια πατέρων τὸν αὐθέντην ... *Locus non explicabilis.* forte ἐλευθέρων πατέρων.

Εἶδε. φιλέραστα μοιχὸν ἔλαβον.

Nouit virorum amantem adulterum accepi.

Controv. iii.

Τάλαινα ἢ τὸ δεύτερον.

Miſera etiam ſecundo.

Ἀεὶ ἐχθρὸν νόμιζε ὑφ' οὗ ἐξέβλησαι.

Semper hoſtem puta veris per quem deiecta fuiſti.

Controv. v.

Ἐπὶ τὴν τρίτην νὺξ ἔχανεν.

Ad tertiam nox inhiarit.

Controv. vi.

Ὅρκος δὴ πίστεως [alias στήριγμα] καὶ παρὰ πειραταῖς τηρητὸς μένει.

Iuſiurandum eſt firmamentum, etiam apud piratas vetum manens.

Ἀναδέχου τὸν ἀρχιπειρατὴν, τὸν μιαιφόνον τὸν ΠΡΟΣΕΛΟΝ θέλεις, εἰ θέλεις, καὶ τὸν ἐπίορκον.

Conoitiare nonc archipiratæ ſanguinario .... adde ſi libet etiam periuro.

Controv. vii.

—— ἢ κύσε χεῖρας

Ἀνδρῶν, αἱ ἐρφόνοι, αἵ οἱ πολλὰς κτάνον υἷας.

——Atque oſcula fixit.

Sanguineis manibus natorum cæde cruentis.

Ἐλεεῖτε τὸν ὑπὲρ τῆς τροφῆς τῷ πατρὶ δοθείσης κινδυνεύοντα.

Misereat vos eius qui ob alimentum patri datom periclitatur.

Φιλότεκνος πατὴρ, καί σοί τι.......

Pater filij amans & tibi aliquid......

Ἄξιον σκέψεν, ἢ τῆς τῶν αἰτίαν ἐν αὐτῷ τῷ σκάφει πατρὸς δεῖ;

Inhoſpitalis ſcapha. & quis aduerſariorum in ipſa ſcaphâ pater eſt.

Διπλᾶ δώσω, αἱ ἀποκόπτετε τὰς χεῖρας. Ἐζήτουν οἱ πειραταὶ, μή τις τυραννήσῃ, μή τις μοιχεύσῃ.

Dupla dabo, ſi manus ſecabitis. Quærebant piratæ, ne quis tyranoidem exerceat, neque forniceтur.

Controv. viii.

Οὕτως αὖ καὶ ἄτιμον ἐφίλουν. Adeo inglorium diligebant.

Παραστήσωμεν αὐτὸν τοῖς δικασταῖς ἐρωμανῆ.

Siſtamus illum iudicibus belli ardore inſanum.

Κείσομαι ὡς τεῖχος, ἢ τάφρον ὑπερβαίνεις καὶ πατέρα.

Iacebo vt murus: foſſam tranſi & patrem.

Δαιμόνιε, φθίσει σε τὸ σὸν μένος. *Homerus Il.* ξ. *v.* 207.

Te genero ſe tuus perder furor.

Οὐκέτι ἐν τῷ θανάτῳ, κατὰ φορητοῦ τόπου, πατρὶ ἐμῷ.

non amplius.........

Ἂν ἐπιτύχῃς, μίαν προσθήσεις ἀριστείαν. εἰ δ' ἀποτύχοις, τρεῖς ἀριστείας ἀπολέσεις.

Si nactus eris, vnam appones fortitudioem. Sin minus, tres amittes res præclare geſtas.

Οὐκ ἔστιν εὖ ἱκανὸν εἰς τὸν ὑποκείμενον ΤΟΣ .....

Non bene ſufficit in rem ſubiectam.....præter-miſſam.

Ἔστι πατὴρ ἐστὶ, ἡ τύχη μαντικώτατον;

Eſt pater, eſt maxime: nonne fortuna eſt res, quæ maxime futura præſagit?

Μία γὰρ δὴ πρὸς τύχην ἀσφάλεια, τὸ μὴ πολλάκις αὐτὴν πειρᾶσαι.

Vna eſt enim ad fortunam ſecuritas non toties eam experiri.

Τί σοι ποιήσω τέκνον, ἵν' ἀσμένῳ ποιῶ; ἀλλ' εἰ μὲν φθάνω, φοβοῦμαι μή τι ὁ πατὴρ ..., μή τι ὁ πόλεμος. μὴ τὴν εἰρήνην, φοβοῦμαι οὐδὲ ἡ οἰκουμένη. τί, τέκνον, ἐρυθριᾷς;

Quid te faciam fili vt libentia tibi faciam? ſed ſi quidem præuertam timeo, ne quid noo acies, ne quid non bellum, oc hoc quidem ſofficit? metuo orbi terrarum. quid fili erubeſcis?

Controv. ix.

Ὅτι ὁμονόησα, πονηρεύῃ, ὁμολογῶν δὲ ἰσότητα.

Conſenſi: agit maligne coofitens qualia aggrediantur.

Οὐχὶ σὺ πατὴρ τῶν βεβαίων κτημάτων. Πλούσιοι, οἷς πλεῖστα προγονικὰ ἀπηντήσει.

Non tu es pater ſtabilium poſſeſſionum. diuites ſunt, quibus maiores diuites obueoiunt.

Περιελευσόμεθα τέσσαρας ἑνὸς ἀπόρρητα.

Ci[illegible]nluſtrabimus quatuor vnius arcanum.

Controv. xi.

Πέπεισαι, φησὶν, ὁ τῆς φθαρείσης πατὴρ ἰδέ. ὡς ταχέως μονονοὺ πρὸ τῆς φθορᾶς!

Perſuaſus eſt, ait hic corruptæ pater: quam cito tantum non ante corruptionem!

Εἴπῃ τις..... πρὸς πατέρα τῆς ἐφθαρμένης. αὐτὴ φαίνεται κεῖται, σ' ἐπιβλέπει, ἢ παρέδρας αἰεί.

Dic te aliquis.... ad corruptæ patrem. Antiphooa iacet, te aſpicit, & aſſidoe ſiles.

Μάλα ἀπορῶ, σὲ μέσον ΕΡΗΣΡΤΕΗΣ ἔτι ἰχθὺν ὀΚΡ ..... ἀπωθῶ μέριμναν, ἣ πρὶν ὤσα τὸν ἔλεον.

Valde animi peodeo, te medium.... adhuc aſſecutus ſum..... vtrum repello anxiam curam cuius antea repuli commiſerationem.

Ἔκλον

Εἶδον αὐτὸ, εἶδον δῆμον. τίς ἄρ' ἥρπασέ σε; εἰς τί παρελθὼν; εἰς τί παρεγένετο; καὶ ταῦτα ἤτοι ἐνεδρεύσας, ἤτοι ὅμοιον.

Inclamabam Ciues, inclamabã piscatores quisnam te rapuit? ad quid acessisti? ad quid accessit? & hæc siue ponens insidias, siue simile.

CONTROV. XIV.

Εἰ τὴν ἀρχὴν δαπανῶ, σὺ δ' ὑπ' ἐρῶσα παύῃ;

Si principatũ decoquo, tu vero à re amata quiescis.

Ἐπὶ τῆς ἀσωτίας τούτῳ διαφερόμεθα. σὺ μὲν δαπανᾷς ἡδόμενος, ἐγὼ δὲ διαχεόμενος.

In luxuria sic discrepamus, tu quidem voluprate dissipans, ego vero largiens.

Στῆτε μὲν, ἐὰν ἐν καιρῷ ἀσωτεύῃ.

State quidẽ, si forte tempori luxuriari desinit.

Αἱ δ' ἔξω ῥέουσαι σάρκες εἰς μηδὲν μεταβάλλονται.

Quæ vero foras fluunt carnes, in nihilum rediguntur.

Ὦ τύχης δεινῆς! ταυτὰ ἐπιτάττοντες ἀλλήλοις ἐπαιζόμεθα.

O grauis fortuna! hæc nobis mutuo imperantes, agebamus.

Γνῶθι, τέκνον, ὅτι νοῦς, ἐν πάθει τι; ἀναφύει.

Noscas fili mentem perturbationibus renasci.

CONTROV. XVI.

Ποσειδῶν ἀμετρίτου δέσποτα βυθοῦ, τὴν ἀερίαν κατέχων βασιλείαν. ἀνάγεται πατροκτόνος μετὰ πατέρα δικαστήν.

Neptune immensi domine profundi, adepte regnum ætherium, adducit particida, post patrem iudica.

Οὐκ ἔχει καιρὸν παίζειν.

Non habet iocandi ocasionem.

Πεπείρασαι, πάτερ, ὅτι * (κανὼν) * κανὼν πρὸς τεχνικοὺς υἱούς ἐστιν εὔχρηστος.

Expertus es, pater, quod norma ad res ingeniosas filios est vtilis ac frugi.

Νεῶν εὐπλοούντων ἀναγωγὴ. ἄκουσον. Subaudi στόλου

Naualis classis bene nauigantis eductio, attende.

Σκάφος ἔρημον ἀνόστου τύχης.

Nauis deserta non redueis est fortunæ.

Ναυαγοὺς ἀπὸ λιμένων ἀνῆγον.

Naufragos è portu soluebam.

Αἴτησαι νῦν, πάτερ, πῶς ἀπέδυσεν, al. ἀνέδυσεν ὅπως ἀπὸ δύο εἷς.

Exige nunc pater, vt emerserit quomodo è duobus vnus.

CONTROV. XIX.

Παράθες, μῆτερ, ἴθι λαβοῦ τέκνου. ταλαίπωρε, ὁρᾷς; βαίνει σοι. ἐκράτησέ σ' εἰ μὴ φάσιν, ἢ τρέφεις. ἐπιμεινον, ἵνα θύσῃς.

Appone mater, vade recipe filium. miser vides; accedit ad te, vicit te, si me ioquit non alis, expecta vt sacrifices.

Τέκνον, κἂν με φεύγῃς, κατατρύξομαί σ' ἐπιζητοῦσα.

Fili dolebo, quamuis me fugias te repetens.

CONTROV. XX.

Μάταιον ἀδιαφόρημα, Inanis neglectus.

Μητρυιᾷ χρῆσον ἔμπνουν μάρτυρα, ὦ νήπιον εὐσεβὲς, ὦ παιδίον [τὸ Π Α Η Ξ Ι Ο Ν] σῆς μητρὸς ὅλον καὶ πατρός.

Nouercæ vtendum da spirantem testem, ô pusille pie, ô puer matris tuæ totus, & patris.

Τοῦ μὲν ἰδίου μάρτυρος ἐφείσατο, τοῦ δ' ἐμοῦ κατεφρόνησεν.

Testi quidem suo pepercit, meum vero contemsit.

Senec.

Οὐκ ἔστιν ἡμέτερον. Non est oοster.

CONTROV. XXI.

Ὁ μὲν πατὴρ χείρων γέγονεν τυράννου, ὁ δὲ δοῦλος ἑαυτοῦ.

Pater quidem peior factus est tyranno, seruus quidem seipso.

CONTROV. XXIV.

Σοὶ δὲ, μοιχὲ, τί ποιῶ; μὴ καὶ σοῦ Καλλίας πατήρ ἐστι;

Adulter tibi quid agam? num etiam tuus Callias pater est?

Ἀχάριστος σοὶ δοκῶ, Καλλία. οὐκ οἶδας ποῦ μοι τὴν χάριν δέδωκας ἤδη

Ingratus tibi, Callia, videor, nescis vbi mihi iam beneficium præstiteris.

Δειναὶ γὰρ αἱ εὐπραξίαι συγκρύψαι, καὶ συσκιάσαι τὰ ἑκάστου ἁμαρτήματα.

Solent enim res secundæ vniuscuiusque vitia tegere atque obumbrare.

Ὅτ' εἰσῆλθεν Κλεινίας, τὰς πέδας ἀπεκάλυψα.

Ingresso Clinia pedicas retexi.

Συγγνώμην ἔχω μοί. Ipse mihi ignosco.

CONTROV. XXV.

Ἐπὶ τὸ πλησίον μαίνονται. Ad propinqoa iosaniunt.

Ὡς ἤκουσαν, ὅτι συμπόσιόν ἐστι, ἤριζον.

Vt audierunt conuiuium esse, contenderunt.

ΠΑΝΤΕΣ ΕΜΟΝ ΖΟΝΟ ΤΙΕΣΑΤΟ. fort. παντες ὁμόνοι ἦσαν ὅτ' εἱστιᾶτο.

Omnes soli erant, dum conuiuatur.

Διηγήσομαι ὑμῖν καὶ τὸν κῶμον. male editum κωνόν.

Narrabo & vobis eonuiuium.

Ὡς ἐρωτικὸς ὁ κῶμος. Quam amatoriæ epulæ.

Οὐδέποτε τεθέαμαι ἀναιρούμενον ἀναίτιον ΑΝΗΠΟ-CΕΤΤΤΧ εὐτυχῆ τοῦ ὄψῃ.

Nunquam vidi sublatum innoceotem, neque fortunatum videris.

Οὐδέποτε τεθέαμαι ἀναιρούμενον γύναιον. τῷ μὲν ὃ δεῖ.

Nunquam vidi sublatam mulierculã à quo quidem noo oportet.

Ὡς δ' ἀπήντησαν, οἷς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ πόρος ἐστὶν καὶ ἑταίρα καθῆστο, ἔκραζέ τις τάλας, ἐμὲ ἄπαγε. ἐγὼ γὰρ ἀδικῶ, ὃ καὶ ἀπῆγε.

Vt vero iis oecurrerunt, quibus facoltatum aliquid io carcere est, & amica assedit, clamauit miser quispiam: me abdoc. Ego eã afficio iniuria, qui etiam abduxit.

CONTROV. XXVI.

Ὁ πίθηκός μου. Iste simius meus.

Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη.

Haud scisses Diomedem, vtra de parte fuisset.

Καὶ κακῶς. Et inepre.

Ἂν ἀμφοτέρους μοὶ μὴ ἀποδῷς, ἀπολέσεις αὐτῶν τὸ δίδυμον.

Si ambos mihi ooo reddideris, par ipsum vitiabis.

CONTROV. XXVII.

Πρῶτον κολυμβᾶν, δεύτερον δὲ γράμματα.

Primum natare, deinde literas discere.

CONTROV. XXVIII.

Τοῦτο τὸ παιδίον ὅταν εὑρεθῇ τότε ἀπολεῖται.

Hie puer eum repertus fuerit, peribit.

CONTROV. XXIX.

Τί οὖν ἐψεύσατο κατὰ τῆς ἰδίας θυγατρὸς, ἀλλὰ κατὰ τῆς ἐμῆς.

Quid igitur in suam filiam mentitus est? non verum in meam.

Συνοῖδ' ἐμοὶ, φησὶν, ἡ θυγάτηρ. καὶ προστίθησιν ἐκ τούτου.

Conscia mihi sum, ait filia, & exinde adiecit.

CONTROV. XXX.

Διὰ τοῦτο ἀσφαλέστατον ὅτι μετὰ πλουσίων περιπατεῖν. διὰ τί σιγῶ; ὁ πατήρ μου λέγων ἀπέθανεν.

Propterea tutiſſimum cum diuitibus ambulare. cur taceo? pater meus dicendo perit.

Κτίσωμεν ἰδίᾳ, ὦ πένητες πόλιν. οἱ δὲ πλούσιοι τὴν αὐτῶν.

Exſtruamus priuatim ô Inopes ciuitatem:hi vero diuites ſuam.

Ὑπό τινος ἀνῃρέθη οὐκ οἶδα. ἔχει ἐχθροὺς φύσει τά τε ἀφύτευτα γῆς, καὶ ἃ τὸ ῥεῖν ὕδωρ φύουσι.

A quo ſublatus ſit neſcio. habet hoſtes oatura quæ in terra non fluunt, & cui fluxus aqua ſit.

Ὅταν εὕρω τὸν φονέα, τότ᾽ εὖ γράψομαι. καὶ πόσῳ δεῖ, ἂν εὕρω πένητα.

Quando homicidam reperero,tunc recte accuſabo, & quaodocunque oportet, ſi reperero pauperem.

CONTROV. XXXI.

Εἰ ὁ πάππος ὑπὸ τῆς φύσεως ἀποδοθεὶς ΗΜΕΙΣ ἡμῶν παρῆσαν τῷ τότε δικαστηρίῳ, οὐκ ἂν εἶπεν τίς τοῦ μοι ἡμέρα ἦλθε, θεοὶ φίλοι, νὴ Δία μάλα χαίρων. εἶτ᾽ ἀρετῆς πέρι δῆριν ἔχουσιν, εἶπον μοι ὅδε πατρὸς ἀμείνων.

An auus ille à natura datus, oobis adfuerit, in eo quod tunc inſtitutum eſt iudicio, non facile dixerit. Quæ mihi dies hæc caridij: per Iouem valde gaudebo & illi qui de virtute contētionē ſuſcipiunt, dixerunt, oum hic pater melior?

CONTROV. XXIII.

Τί χεῖρον, καὶ τούτοις τροφὰς αἰτεῖς, οὓς μὴ τρέφειν, ἀσεβές ἐστιν.

Quid peius: & hos alimēta poſcis, quos oon alere impium eſt.

Κλαίουσαι μητέρες ἠγύρτιζον, εἰ μὲν ἐμὸς λέγουσαι, τὸν ἐμόν. εἰ δ᾽ ἀλλότριος, καὶ τὸν ἐμὸν ἄλλοι.

Lamentantes matres ſtipem corrogabant, ſi quidem meus dicentes, meum: ſin alienus & meum alij.

Τὰ μὲν τῶν ἄλλων ἐρωτᾶν δεῖ γ᾽ ἕως πρέπει. ἀλλ᾽ ἡμέτερα ἀνάπηρα τρέφει.

De aliorum rebus quærere oportet, dum decet, ſed noſtra nutriunt mutila.

Πάλαι μὲν ἐκθέτοις κίνδυνος ἦν τὸ ῥιφῆναι. νῦν δὲ τὸ τραφῆναι.

Olim quidem expoſitos periculum erat abijci, nunc vero nutriri.

Κρουσάτω τις τὴν θύραν. τῶν ἐχόντων τι προσηκόντων τις. ἄγε σὺ δὲ κλαῖε, σὺ δὲ θρήνει ὦ κακῶν ἀσυμφώνων.

Pulſato quis oſtium. Rerum huc pertinentium aliquid adducat quiſpiam: Age tu plora, tu lamentare, ô mala diſſona!

Αὕτη μόνη. Hoc ſolum.

Τοῖς ταλαιπώροις χαρὰ καταλέλειπται.

Miſeris iſtis gaudium relictum eſt.

CONTROV. XXXIV.

Πῦρ καὶ ἄνθρωπος Προμηθεῦ τὰ σά σε δῶρα βασανίζει.

Ignis & homo ô Prometheu, tua dona te torquent.

Προμηθεῦ ὀπίσω σου τίς πῦρ καὶ ἄνθρωπον.

Prometheu, poſt te aliquis ignem & hominem.

Προμηθεῦ μέ τις γράφων ἄνθρωπον ἀφανίζει.

Prometheu me pingens hominem perdit.

Δικαίως, ὦ Προμηθεῦ. διὰ τί γὰρ πῦρ ἔκλεπτες ἀνθρώποις;

Recte ô Prometheu, quare ignem homini clepſiſti?

Ἢ πρόσθες, φησὶν, ἢ ἄφελε, ἵνα μὴ ἀττικὸς ᾖ.

Vel appone, inquit vel aufer, oe ſis Atticus.

Παρόντος, ἄλλως * (* v. c.) * ἅπτω) * καίοντος λύχνον οὐχ ἅπτω.

Sole præſente [al. ardeote] Lucernam non accendo.

Εἰ πίνακι διαπύρῳ ζωγραφοῦνται ΠΙΝ forte πάλιν τυραννοῦνται.

Si in tabula ignita pinguntur .... tyranoide vexantur.

Τίς Οἰδίπους ἐς ΑΔΙ, τίς fort. ἄλλως, Ἀτρεὺς ὁ γράφεις. ἵν᾽ Ἥρᾳ μὴ μύθους ἴδῃς ΖΗΝΝΙΑΣ ζῇ Αἴας.

Quis ſit Oedipus, quis Atreius oon pingis, ne fabulas videas .... viuit Aiax.

Μὴ μοὶ Τρῳάδες μηδὲ Νιόβην. ἐπίθες τὸν πυρὶ προτεινόμενον Προμηθέα * (πέπλωκεν) * ΠΑΣΛΟΤΚΕΝ. (ΠΟΛΟΤΚΕΝ.

Noo mihi Troades, neque Niobeo: appone qui extenſum Promethea ..... cæcidit.

Ἀποκτείνατε Παρράσιον, μὴ θέλοντα γράφειν ἐξ ἡμῶν ἀρχέτυπον εὗρε.

Oeeidite Parrhaſium, ne pingere volens de nobis exemplar repperit.

Διά σε Παρράσιε ἀστείως ἐνεπορευόμεθ᾽ υἱῶν ναῷ, ἀφιερώσαντες.

Propter te Parrhaſi, vrbanum ingredimur filiorum templum, poſtquam conſeerauimus.

Ἄπορος ὁ ὑπερόψια πρὸς τὸ ἀρεστὸν εἶδος. ἐβόα, Μάνε.

Ioſida res eſt faſtus, ad gratam formam, clamabat, Mane.

Σαρκοφάγα σου ἡ γραφὴ τὰ ζῷα.

Carniuora ſunt tua & pictura, & animalia.

Ὧ τοῦτο τὸ πῦρ εἰς θεοὺς πάρεστι κλέπτειν.

Cui contra Deos hunc ignem furandi facultas aderat.

NOMEN-

NOMENCLATOR DECLAMATORVM OMNIVM HISTORICORVM ET POETARVM IN HIS SENECÆ LIBRIS CONTROuerſiarum, Suaſoriarum, & Epitomæ lib. X.

Quorum ea potiſſimum loca notanda duxi, in quibus ſcite dicta, factaue eorum referuntur. Quibus nominibus aſteriſcos præfixi, primarum partium ſunt, & omnibus fere paginis declamitant.

In Suaſorijs horum fit mentio, non in Controuerſijs.

ABronus Silo: malim Abronius. Suaſor. ii. Pãtomimis ſcripſit fabulas. Apronius forte reponendum aliis viſum.

Antonius Atticus. Suaſ. ii.

Apaturius. Suaſor. i. & corrupte Suaſ. ii.

Apatrius & *Apatrus*, fort. alterutrum corruptum. Suaſor. ii.

Aſſydius Sabin. venuſtiſſimus inter Rhetores, ſcurra, Suaſ. II. vide *Sabinus* in Controu. & *Halus Sabinus*.

Attalus, Stoicus, magnæ vir eloquentiæ, & Philoſophus, quos &c. Suaſ. II.

Aufidius Baſſus. Suaſ. VI. bis.

Auitus. Suaſor. I.

Barbarus. Suaſor. I.

Catius Criſpus Suaſor. II. vide *Criſpus*, & *Paſſienus*. in Contr.

Claudius Marcellus. Suaſor. II. vide *Marcellus*. in Controu.

Cornelius Seuerus, Suaſoria II. & vi.

Cornelius Spartinus. Suaſor. II. fort. idem *Corn. Hiſpanus*.

Coruus, Suaſor. II. Scholam Romæ tenuit, &c.

Cremutius Cordus. Suaſor. VI.

Cyrus Marilius Eſernius. Suaſor. VI. & initio. I.

Damaſceticus. Suaſor. I. vide *Damaſſus* in Controu.

Deillius Suaſor. I. quem Meſſalla Coruinus deſertorem (v. c. *deſultorem*) vocat bellorum ciuilium.

Gargonius. Suaſor. VII. vide. *Gorgonius* in Controuerſijs.

Glycon. Suaſor. I. & II. & *Lycon* initio Suaſor. I corruptum forte.

Halus Sabinus. Suaſor. II. fort. *Aelius Sabinus*, vel *Aulus*.

Herodotus. Suaſor. II.

T. Liuius, Suaſor. VI.

Leſbocles. Suaſor. II.

Mamercus Scaurus. Suaſor. II. extrema. Senec.

Corn. Tacitus Annali III.

Miniſtratus. Suaſor. I. Declamator non abiectus ſuis temporibus.

Pedo Albinouanus poet. Suaſor. I. extrema vid. epiſtol. CXXIII.

Plution. Suaſor. I.

Porcellus Grammaticus. Suaſ. II. fort. is eſt cuius D. Hieronymus meminit epiſtola ad Euſtochium, teſtamentum finxiſſe Grunij Corocottæ.

Potamo, & Potamon Suaſor. II. & Lucianus in Macrobiis.

Sarconius Suaſor. II.

Senecio, Grandio cognomine. Suaſ. II.

Scordalus. Suaſor. VII.

Sextilius Hena poeta Cordubenſis Suaſor. VI.

Statorius. Victor Senecæ municeps. Suaſor. II.

Tib. Theodoreus. Suaſor. III.

M. Tullius Cicero Suaſoria. VI. VII. & Controuerſ. XVII. M. Tullius F. Suaſ. VII.

Tuſcus Hiſtoricus. Suaſor. II.

Victor, vide *Statorius Victor*.

IN CONTROVERSIIS.

Actius Poſtumius. Controu. XXI.

Addeus Rhetor. ex Aſianis non proiecti nominis. Controu. XXIV. & XXV.

Æmilianus. Controu. XXIV.

Æſchines Declamator. Controu. VIII. bis.

Aëtius Paſtor, vide *Paſtor*.

Agrotas Maſſilienſis. Controu. XIV. & *Agrita Græcus* ibidem. fort. *Agrotas* leg.

* C. Albutius *Silius*, *Silus*, & *Silo*. Multa præfat. libri iv. Controu. & Controu. iv. & xiii. & xxx. in fine. Suetonius de claris Rhetoribus.

Alfius Flauius Controu. i. extrema, vbi

Alsius Flauus legitur, & x. & xiv. & in C. Plinij indice lib.ix.Natur. Histor.

Allegius Controu. vii.

Alsius Flauius vel Flauius Alsus Controu. x.

Amas. Controu. iv.

* Andreas. Suasor.ii.Controu. vii.

Apaturius. Controu.xxxiv.

Apollodorus Controu.ii.& ix.

Apollonius Græcus. Controu. xix. An *Apollonius Molon?* de quo ibidem Fabius, Cicero & Plutarchus,& Theon Sophista.

* Arellius Fuscus. Suasor. iii. & iv. Controu. x. & xxix. & præfat. lib. ii. Contr. vide *Fuscus*.

* Argentarius. Controu.xxvi.

* C. Asinius Pollio, Suasor.vi. & vii. & præfat. lib. iv. Epitomæ Controu.xix.& xxxiv. & alij.

C. Asinius Gallus Pollionis F.

* P. Asprenates duo Controu. i. & deinceps.

Artemon. Controu. vi. extr. & ix. xi. xvi.xv.xxx.xxxiii.

L. Aruntius Præfat.lib.iii.Controu.

* Q. Aterius. vide *Haterius*.

Atticus Vipsanius vide *Vipsanius*.

Augustus Cæsar, Controu.xii.& xiii.

Barbarus. Controu. xiv.

Basilius Controu. ii. videtur nomen coaluisse ex nomine & cognomine *Bassus Iulius*.

* Bassus. vide *Iunius* vel *Iulius Bassus*.

* Blandus præfat. Lib. ii. Controu.

Brocco. Controu.ix. legendum *Broccus* ex Plin. labra, inquit, à quibus Brocci Labeones dicti. lib. xi.

Brutidius Niger. Controu.ix.xx.& xxiv.

* Buteo Controu.xiii.

Caleo. Controu. i. extrem.

Caluus, vide Licinius Caluus.

Capito. Præfat.lib.v.Controu.

* Carystius. vide Diocles Caristius.

* Cassius Seuerus. Controu. xiix.& xxix. & præfat. lib.iii.& iv.epitomæ.

Cato. Controu. xix.

* Cestius Pius. Suasor. iii.& vii. & Præfat. lib. iii. Epitomæ Declani. Controu. xvi.& xxvi.& Controu.xxii.

Claudius Sabinus. Controu. xxvi. fine & xxvii. multa.

* Clodius Turrinus, præfat libr.v.multa.

* Cornelius Hispanus. Sæpius omnibus Controuersijs & *Cornelius Vipsanus*. Sed in vet. *Hispanus* Controu. xvii. fin. Vide an idem *Cornel. Spartinus*. aut Spattinus Suasor.ii.

Crispus, Rhetor antiquus. Controu.xix. fort. *Crispus Passienus*, de quo infra. *Et Cassius Crispus*, Suasor.ii.

Damas Scondbrenus alibi Damos Cambrus Controu. xiv. Controu. xxxiii. & xxxiv. lego *Damassus Scombrus*, ex Strabone lib.xiv. Δάμασος ὁ Σκόμβρος. Et *Damos Cābrus*. Controu.xiv. An idem *Damascenus*. Suasoria.iii *Cuzanior*.

Dento Controu.xxxi.

Diocles Carystius. Controu. i. & Suasor. ii.

Dorion. Controu.viii.& xxiv.Suasor. i. & male fort. *Durion. Suasor*. ii. Doron. Controu.xxxiv.

Euctemon, leuis Declamator, sed dulcis Controuers. i. & xix. xx. xxv. xxx. & xxxiv.

Fabianus Maximus philosophus Contr. xii xiii. & præfat.libri.ii.Controu. Rursum Fabius Quinctilianus, Præfat. lib.v. & Eusebius in Chronicis.

Fetus. Controu.xix. Rhetor staturæ pusillæ &c. forte Flauius *Poetus*.

Flauius Alfius Controu. xiv. & fort. corrupte *Flauius Allegius*. Controu.vii.

* Fuluius Sparsus. inf. *Lollius Sparsus*. fort. idem Controu.vii. & xiii. & xxx. & Præfat. libri v. Controu.

Furius Saturninus. Controu.xxi.

Q. Fuscus. Controu.vii. forte Q. *Arellius Fuscus*. de quo sup.

Gabius Sabinus. Controu, xvii. & *Caius Sabinus*. xvi. Controu.

Gauius Silo. Controu. xxxi. & *Caius Sabinus*. vide *Silo Pompeius*.

Gallio. Controu. i. v. vi. viii. & xi. & *Gallus* Controu.viii. vide *Iunius Gallio*.

Gargius. Controu.xxxiii & *Gorgias* Cōtrou.iv. vide *Gorgonius*.

Glaucippus Cappadox Controu.xxv.

* Glycon Suasor. ii. & Controu. vi. & sæpe alias & *Glycon Scyridion*. Controu. ix. & *Syricon*. Controuers. xiv. sed *Spyridion* ex Quinct. emendo.

Gorgonius. Controuers.xxiv. & *Gargonius* male fortasse in Suasor. viii. & Controu. vii.

Grandaus Asianus. Controu. ii.

* Q. Haterius Suasor.iii. Controu. xxix. Præfat. lib. iv. Epitomæ Controu. vi. Tacitus Annali iv. Seneca Philosophus epist. xl. sed emendandus, vt & D. Hieronymus ad Pammach. memoria lapsus.

* Hermagoras. Controu. i. extrema, & xii. & alias sæpe.

Hexarida. Controu. xxxiv. sed nomen de mendo suspectum.

Herius Asinij Pollionis nepos.

Hispo

* Hiſpo Romanus. Controu. xxvi. & ſępe alias.

Hybreas. Controu. ii. & Suaſor. vii. & alibi Euſebij Chronicon emendo, vbi *Hybreas* vulgo pro *Hybreas* legitur.

Iulius Cæſar. Controu. xviii. & xx.

Iulius Florus, Controu. xxv.

Iulius Montanus. Controu. xvi.

* Iunius Baſſus. Controu. iii & xxiv. alias ſemper* *Iulius Baſſus*. Controu. iii. & xx. præfat lib. v. Controuerſiarum, & Controu. xxx. fine. vide infra in Sepullius.

* Iunius Gallio. Suaſor. iii. Præfat. lib. v. Controuerſ. & Præfat. lib. iii. Epitomæ, vide *Gallio*.

* Iunius Otho pater libros *Colorum* edidit Controu. iii. extrema, & ix. & xxii. ſemel *Iulius Otho pater*. Controu. viii. ſed vet. liber *Iunius* præfert.

Iuſtus. Controu. xi. aſſentior Opſopæo, *Fuſcum* reſcribenti potius quam *Iuny* nomen Fabro.

Laberius Mimorum Scriptor. Controu. xviii.

* Labienus Præfat. lib. v Cõtrou. & Præfat. lib. iv. Epitomæ, & alibi.

Labro. Controu. xxix. Fort. *Latro* vt in m. ſ. xxix. controu. *Porcius* vel *L. Abro*. vide *Abro Silo*, Suaſor.

Lepidus Neronis præceptor. Controu. xi. & præfat. lib. iv. Controu.

C. Licinius Caluus. Cõtrou. xix. & xxix.

Licinius Nepos. Contr. xx xxi. xxxiii. & xxxiv & Suaſor. ii.

Lucius, Contr. xi. forte. *L. Aruntius*. vel *Vinicius*, malim tamen *Fuſcus* reponi.

Mecenas & Agrippa, Contr. xii. fine, bis, ſed ibi in vet. lib. *Marcus* legitur meminit & Controu. xxvi.

L. Magius gener, T. Liuij. Præfat. lib. v. Controu.

Manulius nepos, Controu. xxi. vet. lib. *Mamilius*.

Marcellus, Contr xvi. *Martius Marcellus*, Controu. xxiix. & xxix. & *Marcellus Eſernnus*, Cõtr. xxvi. xxvii. & xix. Forte, *M. Claudius Marcellus Eſerninus*. In præfatione lib. iv. Epitomæ & Suaſor. vi. *Cyrius Marillius* declamat. & *Claudius Marcellus*, Suaſor. ii. Adeo corrupta hæc nomina.

* Marillus, Cõt. i. alias *Marillius*, *Marullius* & *Marillius*. Senecæ pręceptor. in prologo extr. lib. i. controu. & Controu. ix. & xvii. & alibi.

Meſſalla, Controu. xii. & *Meſſalla Coruinus* Suaſor. i. & Præfat. lib. iii. Epitomæ Declamationum.

Metrodorus. Controu. xxxiv.

Senec.

* Mento Controu. ii. & ſæpius.

Meſſius, ter cauſam dixit. Controu. xix.

Moderatus. Præfat. libri v. Controuer.

* Montanus Votienus. Contr. xx. & xxiix. Præfat. libri v. Contr. & *Iulius Montanus*. Controu. xvi. Poëta egregius & comis.

* Murrhedius. Controu. xvii. & frequenter alias.

* Muſa Rhetor. fort. *Antonius Muſa*. Præfat. lib. v. Cõtr. ſæpe Niger, vide Brutidius.

* Nicetes. Controu. xxv.

Nicocrates Lacon. Controu. xx. qui & *Lacedæmonius*, Suaſor. ii.

P. Ouidius Naſo. Controu. ii. & x. item xvi. & xxviii. Rurſum xxxiii. item Suaſor. iii. Et lib. iii. Epitomæ Declamatione ſexta.

* Oſcus. Præfat. lib. v. Contr. & alibi.

* Otho. vide *Iunius Otho*.*

Pacatus. Præfat. lib. v. Controu.

Pammenes. Controu. iv. ex bonis declamatoribus. forte nouis.

Papirius Fabianus, videndum *Fabianus Maximus*. Prologo libri ii. Controu. & Controu. xii.

* Paſſienus. Fort. *Criſpus Paſſienus*. Contr. xii. & præfat. lib. v. Controu. & præfat. lib. iii. Epitomæ.

Paſtor Aietius, Senator. Contr. tertia.

Paternus. Præfat. lib. v. Controu.

Paullus. Controu. xvii.

Phaneus. Controu xxi.

Phanius, ſummus Declamator Contr. viii.

Q. Pius Controu. vii.

Peaneus Controu. viii.

Pollio. Controu. vi. Vide Aſinius Pollio.

Pomponius, Atellanarum ſcriptor. Cõtrou. xiix.

Publius Syrus, Mimorum ſcriptor. Controu. xviii. & Euſebius in Chronic. & Seneca Philoſophus.

Punitius. Controu. iv.

Pythodorus. xii. Controu.

* Pompeius Sylo, & *Sylo*. Præfat. lib. iii. Epitome & Controu. xxv. Fort. hic idem *Caius Sylo* Præfat. lib. v. Controu. Gauius Silo conſtanter. Contr. xxxi. xxxii. xxxiii. xxxiv. Vide *Sabinus*.

Portius Latro omnes paginas implet, ſed lege præfat. lib. i. Controu. & iii. Epitomæ Declam. & Controu. x. xi. xii. & xxv. & xxxiii. & procemio lib. iv. & v. Controu.

Quinctilianus Senex M. Fabij pater. Præfat. lib. v. & Controu. xxxiii.

Quinctilius Varus, Germanici gener. Controu. iii. & fine.

Romanius Hiſpo Controu. i. ſed corrup-

te. vide *Hispo Romanus*.
C. Sabinus. Controu. xvi. xxi. & xxvii. bis. Sabinus Asydius Suasor. ii. sed in vet. *Asylius*, Ibidem *Halus Sabinus*, vet. cod. *Alius Sabinus*. *Gabius Sabinus*. Controu. xvii. vt *Gauius Silo*. Sup. in *Pompeius Silo*. Adeo prodigiose, pleraque nomina deprauata.
Sabinus. vid. Clodius.
Scaurus, Contr. ii. & præfat. libri v. & Controu. xxx. & xxxi. vide *Mamercus Scaurus*, in Suasorijs.
Seleucius Controu. xiv. Fort. *Seleucus*.
Senecio, Controu. xxv. vide *Senecio Grandio* in Suasor.
Senianus, Contr. xx. & xxv. *Seianus* est lib. v. Declam. ii. Epitomæ & Suasor. ii.
Sepullius Bassus. Controu. xvi. xvii. xx. xxi. & xxii. sup. *Iunius Bassus* & *Syllius Bassus*. Controu. vi. & vii.
*C. Silo Pompeius. vide *Pompeius Silo*.
Seuerus vide Cassius.
Sillius Sparsus. Controu. iii. vide *Fuluius Sparsus*.
Sparsus, Controu. vii. Et In Epitoma lib. i. Declam. vii. *Persius* In vet. vero *Sparsus*. scriptum repperi.
Surdinus. Controu. xx. & Suasor. vii. extrema.
Sypiridius, Controu. xxxiv. vide Glycō.
Syriacus Vallius, vide *Vallius Syriacus*.
Theodorus. Controu. ix. & *Theodotus* Controu. xii.
Triarius Contr. i. & in omnibus fere.
Vallius Syriacus, Controu. i. & ix. extr. & xiv. & xxi. & xxvii. male controu. i. Vallus.
* Varius Geminus, Suasor. vi. Controu. xvi. & deinceps sæpe.
Varus. vide *Quinctilius* Varus. *
* Vibius Gallus, Controu. ix. & alias nō raro Contr. i. male Vibius Caluus.
* Vibius Rufus. Contr. ii. & sæpius deinceps. *Vibius Furius* Contr. i. mendose, inuerte itaque litteras, & *Rufus* erit.
P. Vinicius Controu. ii. & xx. & xxiii. & *L. Vinicius*. Controu. xiii. & xxi.
Votienus, vid. Montanus.
M. Vipsanius Agrippa, T. Pomponij Attici f. Contr. xii. Vipsanius Atticus, Apollodori discipulus. Controu. xiii. & Fabius lib. iii. cap. i.
P. Virgilius Maro Suasor. iii. sæpe. Et Controu. xvi. extrema.
Zeno, Controu. ii. forte *Sylo* legendum. nam Zenonis rhetoris latini alibi non fit mentio. *Zeno* tamen Rhetor Græcus apud Strabonem lib. xiv. nominatur: Sed Hispone illo paulo antiquior.

DE CLARIS

ANDR. SCHOTTVS

DE CLARIS

APVD SENECAM

RHETORIBVS.

PARISIIS

Excudebat PETRVS CHEVALIER.

M. DC. XIII.

EX AVCTORIBVS GRÆCIS

Plutarcho.
Eusebio.
Strabone.
Appiano Alexandrino.
Dione Caßio.
Suida.
Aristophanis Scholiaste.
Athenæo.

EX LATINIS.

M. Tullio Cicerone.
M. Fabio Quinctiliano.
C. Plinio Maiore & Minore.
Seneca Patre & Filio.
C. Cornelio Tacito.
Suetonio Tranquillo.
Fabio de oratoribus sui sæculi,
qui vulgò Tacito ascribitur.
D. Hieronymo ad Eusebij Chronicon:
Ammiano Marcellino.
Fl. Carisio Sosipatro, & alijs.

INDEX

INDEX DECLAMATORVM
APVD SENECAM.

A.
Abronius Silo Poeta.
AEschines.
C. Albutius Silo.
Alfius Flauus.
Andreas.
L. Anneus Mela.
Apollodorus.
Arellius Fuscus Pater, & f.
Argentarius.
L. Arruntius.
C. Asinius Gallus Histor.
C. Asinius Pollio Historicus.
P. & *L. Nonij Asprenates.*
Attalus Stoicus.
Aufidius Bassus.
B.
Iulius vel *Iunius Bassus.*
Blandius.
Brutidus Niger.
Buteo.
C.
C. Licinius Caluus.
Capito.
T. Cassius Seuerus
Cestius Pius.
C. Clodius Sabinus.
Clodius Turrinus Pater, & fil.
A. Cremutius Cordus Histor.
Cornelius Seuerus Poeta.
Coruus.
D.
Damasus Scombros.
Deillius.
Diocles Caristius.
E.
Euctemon.
F.
Fabius Fabianus Philosoph.
Fabius Maximus.
M. Fabius Quinctilianus.
Fetus.
Fulvius Florus.
Iulius Sparsus.
Furius Saturninus.
G.
Sex. Iulius Gabinianus.
Iunius Gallio.
Gargonius.
Gauius Silo.
Glycon Spiridion.
H.
Q. Haterius.
Herius.
Hermagoras.
Hispo Romanus.
Hybreas.
L.
T. Labienus Historicus.
M. Lepidus.
Lesbocles.
M.
C. Mecenas.
M. Claudius Marcellus Aeserninus.
Martius Marcellus.
Marullus vel Maryllius.
Mela Seneca filius.
M. Valerius Messalla Coruinus
Menestratus.
Iulius Montanus Poeta.
Votienus Montanus.
Murrhedius.
Antonius Musa.
N.
Nicetes.
Nonius Asprenas.
O.
Oscus.
Iunius Otto pater.
P. Ouidius Naso Poeta.
P.
Pacatus.
Passienus auus, pater, & filius.
Plancus.
L. Plotius.
Pompeius Silo.
Porcius Latro.
Potamon.
Q.
M. Fabius Quinctilianus.
R.
Romanius Hispo.
S.
Sabinus.
Mamercus Aemilius Scaurus.
Senecio Grandio.
Sextilius Hena.
Q. Sextius.
Fuluius Sparsus.
Statorius Victor.
Stertinius Maximus.
Surdinus.
T.
Theodorus Gadareus.
Clodius Tuscus.
V.
Vallius Syriacus.
Varius Geminus.
Quinctilius Varus.
Vibius Gallus.
L. M. & P. Vinitij fratres.
M. Vipsanius Atticus Agrippa.

DECLAMATORES
APVD M. SENECAM,
colligente And. Schotto Antuerp.

ABRONIVS SILO.

PORCII Latroois auditor, pater *Silonis* qui Pantomimis fabulas ſcripſit. Et ingenium grande non tantũ deſeruit ſed poſuit : [v. c. *polluit* :] recitaoit carmen [*de trecentis Laconibus contra Xercem miſsis*] in quo agnouimus ſenſum Latronis qui dixerat, *ſi nihil aliud erimus certe belli mora* : vt in his verſibus.

Ite, agite, ô Donai, magnum pæana canentes :
Ite triũphantes, belli mora cõcidit hora. Suaſoria II.

Abro quidam Grãmaticus citatur ſæpe ab Apollonio Alexandrino Dyſcoli cognomento in Syntaxi. *Silonem* Grammaticum Catonis, & Scipionis æqualem vocant. At Plutarchus in decem Græciç Oratoribus Lycurgi filiũ *Abronem* nominat, ex Caliſtone *Abronis* filio & in Eroticis *Abronem* Dexandri hoſpitem. Quomodo & quidam in Catullo legunt Epigtammate ad Caluum, *Sillam* tamen alij repoount, ſed certe expreſſo epigrammate *Silonem* mordet.

Aut ſodes mihi redde decem ſeſtertia Sylo,
Deinde eſto quamuis ſæuus, & indomitus.

ÆSCHINES.

EX bonis [leg. nouis] declamatoribus. *Et paulo poſt.* Non ille oratot, tunc enim declamandi ſtudium non erat, ſed vnos è declamatoribus *Cont. VIII.* Vide Diogenem Laertium & Photium Patriarcham in Phrynicho, & Fabium lib. II. cap. XVII. de Demade remige, *Æſchine Hypocrite* ſeu actore.

C. ALBVCIVS SYLO.

IN ſtatis mihi qootidie de *Albucio*, non vltra vos differam, quamuis non audieram freqoenter, cum per totum annum quinqoies ſexieſue populo diceret ; ad ſecretas exercitationes non multi irrumperent; qnos tamen gratiæ ſuę pœnitebat alius erat, cum turbæ ſe comittebat, alius cum paucitate contentus erat. Incipiebat enim ſedens, & ſi quando illum produxerat calor, exſurgere audebat : Illa intempeſtiua in declamationibus eius Philoſophia ſine modo tamen, & ſine fine euagabatur, raro totam Cootrouerſiam implebat ; Non poſſes dicere Diuiſionem eſſe, non poſſes Declamationem ; tanquam declamationi multum deerat, tanquam diuiſioni multum ſupererat. Cum populo diceret, omnes vires ſuas aduocabat, & ideo non deſinebat. Sæpè declamante illo ter buccinauit, dum cupit in omni Controuerſia dicere, non quidquid debet dici, ſed quidquid poteſt. Argumentabatut moleſtè magis, quam ſubtiliter. Argumenta enim argumentis colligebat (alias *colligabat*) & quaſi nihil eſſet ſatis firmum, omnes probationes probationibus (propoſitionibos) confirmabat. Erat & illud in argumentatione vitium, quod Quæſtionem, non tanquam partem Coutrouerſiæ, ſed tanquam Controuerſiam implebat. Omnis Quæſtio probationem ſuam habebat, ſuam excuſatiooem, ſuos exceſſus, ſuas indignationes, Epilogum quoque ſuum. Ita vnam Controuerſiam proponebat, plures dicebat. Quid igitur : omnis Quæſtio per numeros ſuos implenda oon eſt ? Eſt quidem, ſed tanquam acceſſio, non tamquam ſumma. Nullum habile membrum eſt, ſi corpori par eſt. Splendor orationis quãtus neſcio an in vllo alio fuerit. Non Theſis magna, ſed phraſis. Dicebat enim citato, & effuſo curſu, ſed properato. Extemporalis illi facultas, vt affirmabant, qui ptopius norant, non deerat ; ſed putabatur, ipſe (al. *putabat ſe*) ſibi deeſſe. Sententiæ quas optimè Pollio Aſinius *Albas* vocabat, ſimplices, apertæ, nihil occultũ, nihil inſperatũ afferentes, ſed vocales & ſplẽdidæ. Affectus efficacitet mouit, figurabat egregiè, pręparabat ſuſpicioſè. Nihil eſt tam ioimicum [*fortè inimicum*] quam manifeſta præparatio: Apparet enim ſubeſſe neſcio quid mali, ideoque moderatio eſt adhibenda, vt illa ſit præparatio oon confeſſio. Locum [*loca*] beate implebat. Non poſſes de inopia Latini ſermonis queri, cum illum audires, tãtum orationis cultæ fluebat: nunquam ſe torſit quomodo diceret [al. additor ſed quid diceret ?] ſufficiebat enim illi inquantum voluerat explicandi vis, itaque ipſe dicere ſolebat, cum vellet oſtendere nõ hæſitare ſe in electione verborum, *cum res animum occupauere, verba ambiunt.* Inæqualitatem in illo mitari libebat, ſplendidiſſimus erat. Idem res dicebat omnium ſordidiſſimas, *acetum, & pulaium & laternas, Philerotem, ſpongias*, nihil putabat eſſe quod dici in Declamationibus non poſſet. Erat autem illa cauſa ; timebat ne Scholaſticus videretur dum alterum vitium euitabat, incidebat io alterum,

alterum, nec videbat nimium orationis splendorem his admixtis sordibus non deffendi (f. *deferri*) sed inquinari. *Et hoc æquè omnium est, vt vitia sua excusare malint, quam effugere. Albucius* enim non quomodo non esset Scholasticus, quærebat, sed quomodo (non) videretur. Nihil derrahebat ex supervacuo strepitu: hæc sordida verba ad patrocinium aliorum afferebat. Hoc illi accidit inconstantia iudicij. Quem proxime dicentem commodè (al. *cōmodum*) audierat, imitari volebat. Memini illum omnibus rebus omissis apud Fabianū Philosophum tanto iuniorem quam ipse erat, cū condiscipulis (*codicibus*) sedere. Memini eum admiratione Hermagoræ stupentem ad imitationem eius ardescere, nulla fiducia ingenij sui, & ideo assidua mutatio. Itaque dum genera dicendi transfert, & modo exilis esse vult, nudisque rebus hærere: modo horridus & valēs potius quam cultus, modo breuis & concinnus, modo nimis se attollit, modo nimis deprimit, ingenio suo illusit, & longe deterius senex dixit, quā iuuenis dixerat. Nihil enim ætas ei proderat ad profectum, cum semper studium eius esset nouū. Idiotismus est inter oratorias virtutes, res quæ rato procedit. Magno enim temperamēto opus est, & occasione quadam. Hac virtute varie vsus est. Sępe illi bene cessit, sæpe decidit. nec tamen mirum est, si difficulter apprehēditur, *vitio nam vicina virtus*. Hoc nemo pręstitit vnquam Gallione nostro decentius, iam adolescentulus cum declamaret apte, conuenienter, & decenter, hoc genere vtebatur. Quod eo magis mirabar, quia tenera ætas refugit omne non solum quod sordidum est, sed & quod sordido simile est. Raro *Albucio* respondebat fortuna, semper opinio: quamuis pœnituisset audere libebat. Tristis, solicitus Declamator, & qui de dictione sua timeret, etiam cum dixisset, vsque eo nullum tempus securum erat. (*Hæc refert & Suetonius in vita Albucij*) Hæc illū solicitudo fugauit è foro, & tantum vnius figuræ crudelis euētus. Nam in quodam iudicio centumuirali cū diceretur iurisiurandi conditio aliquando facta ab aduersario, induxit huiusmodi figuram, qua illi omnia crimina irrogaret [al. *qua illius omnia crimina retegeret*] sed ego (f. *vel ego*) iusiurandum dabo, *Iura per patris cineres* [*Fabius Lib. IX. cap. II. per patroni tui* legit] *qui inconditi sunt: Iura per per patris memoriā*. & exsecutus est locum: quo perfecto surrexit. L. Arrūtius ex diuerso ait: *accipimus conditionem*: iurauit. Clamabat *Albucius*, *non detuli conditionem, schema dixi*. Arruntius instabat, centumuiri rebus iam vltimis se parabant (al. *properabant* male al. *separabant*.) *Albutius* clamabat, *ista ratione schemata de rerum natura tolluntur*. Arruntius aiebat *tollantur, poterimus sine illis viuere*, Summa rei hæc fuit: Centumuiri dixerunt, dare ipsos secundum aduersarium *Albucij*, si iuraret ille. Iurauit *Albucius*, non tulit hanc contumeliam, sed iratus calumniam sibi imposuit: nunquam enim amplius in foro dixit, homo summæ probitatis, *qui nec facere iniuriam nec pati sciret*. & solebat dicere: *Quid habeo quare in foro dicam, cum plures me domi audiāt, quam quemquam in foro? Cum volo dico: quamdiu volo*, & quamuis non fateretur, hoc delectabat illum in declamationibus, quod schemata sine periculo dicebantur: nec tamen in scholis effugere poterat contumelias Cæstij mordacissimi hominis. Cum in quadam Controuersia dixisset *Albucius*: *quare calix, si ceciderit frangitur, spongia si ceciderit, non frangitur?* Aiebat Cæstius. *ite ad illum cras, declamabit vobis quare turdi volent, cucurbita non volent.* Cum dixisset *Albucius* in illu, qui fratrem parricidij damnatum in exarmata naue dimisit, *Imposuit fratrem in culeum ligneum.* Cæstius eandem dicturus sic exposuit Cōtrouersiam. *Quidam fratrem domi a patre damnatum, nouerca accusante, cum accepisset ad supplicium, imposuit in culeum ligneum*, ingens omnium risus secutus est. Sed nec ipsi bene cessit Declamatio. Paucas enim res bonas (al. *bene*) dixit, sed cum a scholasticis non laudaretur: *nemo*, inquit, *imponit bos in culeū ligneum, vt perueniat nescio quo terrarum, vbi calices frāguntur, spongia non franguntur*) *In Praf. lib.* III. Cūtrou. *Albucius* fere solebat decentissime in aliquas figuras Declamationem describere] *Contron.* XIII. *Albucius* qui Græcis præeminet] *Contron.* IV. *Albucius* fastidiosus auditor, eos, quibus inuidere poterat, admirabatur. *Contron.* XXX. *Albucij* sententias optime Asinius Pollio albas vocabat hoc est apertas, claras non obscuras, vt Græci etiam λευκὰ appellabant: inquit Turneb. li. VI. cap. IV. Mihi potius ad nomen *Albucij* allusisse videtur Præf. Lib. III. Controuers. C. *Albucij* vita exstat à Suetonio descripta libro de claris Rhetoribus, à quo petenda est. B. Hieronymus in Chronico Eusebiano *Sylum* pro *Silonē* vocat. Vereor ne corruptè, quem claruisse anno imperij August. XXXII. scribit, & ad Olympiadis CXCIII, annum III. scribens, inquit: *Albutius Sylo Nouariensis clarus rhetor agnoscitur.* Rhetorica etiam quædam composuit quæ reprehendit Fabius l. III. cap. III. VIII. & XVI. *Albucius* inquit *non obscurus professor atque auctor Rhetoricam bene dicendi scientiam esse consensit: sed exceptionibus peccat, adyciendo circa ciuiles quæstiones & credibiliter. sic Fabius lib.* II. *cap.* XV. *Silonis* cognomentum Sueton. li. de claris rhetoribus, & noster frequenter. *Silum* tamen *Albutium Contron.* XII. nominat. Raphael quoque Volaterranus Rhetorem hunc diuidens, duos in Anthropologia per erroram fecit. Porro per c. scribendum est Albucij nomen, non per t. vt scribitur vulgo: id autem probant lapides, & Albucillæ nomen apud Tacitum. Idem de Portio & de ceteris cēsendum est.

ALFIVS FLAVVS.

APud Cestium declamare memini *Alfiū Flauum*, auditorem illius. *Contron.* XIV. ad quem audiendum me fama perduxerat: qui cum prætextatus esset, tantæ opinionis fuit, vt populo Ro. puer eloquentia notus esset Semper de illius ingenio Cestius & prædicabat & timuit. Aiebat tā immature ingenium non esse vitale: Sed tanto concursu hominum audiebatur, vt raro auderet post eum Cestius dicere Ipse omnia mala faciebat (al. *fatiabat, animo male fauebat* v.c. *fouebat*) naturalis tamen illa vis eminebat: quæ post multos annos tametsi desidia obruta & carminibus eneruata vigorem tamen suum tenuit. (hæc forte de *Alfio Aluito* de quo nos plura ad Auctorem de viris illustribus vrbis Rom.) Semper autem commendabat eloquentiam eius aliqua res extra eloquentiam. In puero lenociniū erat ingenij (ingeniū v.c.) ætas, in iuuene desidia. Summis clamoribus dicebat sententiam] *Contron.* I. Cestius fa-

no genere dixit: *Flauium Alfium* auditorem suum, qui eandem rem lasciuius dixerat, obiurgauit] *Contrau.* XIV. *Alfius* Græcis Ἄλφιος, gentis nomen, vt *Flauus* familiæ, quod & posterioribus seculis in prænomẽ trium syllabarum vertit. Apud Quinctil. *Flauius Virginius* legitur, qui forte *Virginius Flauus* est. Et apud Plinium, *Cn. Flauium & Alfium Flauum* reperias pro cognomento: li. IX. cap. VIII. *Pigeret*, ait *referre, ni res Mæcenatis & Fabiani, & Flauij Alfij multorumque esset litteris mandata.*

ANDREAS.

ANdreas declamator citatur *Suas. II. & Con.* VII. vbi *Addeus* cur alij restituant non video. Est & medicus quidam apud Plinium li. XX. & alias sæpe: Item apud Dioscoridem, & Nicandri Scholiastem. Vide & *Hybreas.*

L. ANNÆVS MELA
Senecæ rhetoris f. vide inf. in *Mela.*

APOLLODORVS.

REus veneficij fuit, & à Pollione Asinio defensus, dãnatus Massiliæ docuit. Huius discipulus Atticus Vipsanius.] *Contrau.* XIII. *Apollodorus* Pergamenus, & *Theodorus* Gadareus, siue, vt dici voluit, Rhodius, ingenio & doctrina celebres dicendi professores. Non minus tamen ille Augusto, hic Tiberio discipulis clari, illis diuersa Rhetorices præcepta tradentes, suos quisque sectatores habuere, *Apollodoreorum Theodoreorumque* sectas effecere, vt auctores sunt Strabo lib. XIII. & XVI. & Fab. lib. I. cap. XII. & lib. III. cap. I. quorum etiam contrarias opiniones idem Fabius variis locit notat: & in Seneca *Contrau.* lib. II. *de Narratione* legimus. *Apollodori* autem & *Theodori* præter dictos auctores meminerunt Suetonius in Augusto cap. lxxxix. & Tiberio cap. lvII. M. Fabius de claris oratoribus, Lucianus in Macrobijs, & Chirius Fortunatianus in Rhetorices Scholasticæ lib. I. & III.

ARELLIVS FVSCVS.
pater & F.

EXercebatur apud *Arellium Fuscum* Fabianus Philosophus, cuius genus dicendi imitatus, plus deinde laboris impendit, vt similitudinem eius effugeret, quàm impenderat vt exprimeret. Erat explicatio *Fusci Arellij* splendida quidem, sed operosa & implicata: cultus nimis exquisitus: compositio verborum mollior, quam vt illam tam sanctis fortibusque præceptis præparans se animus pati posset. Sũma inæqualitas orationis quæ modo exilis erat, modo nimia licentia vaga & effusa: Principia argumenta, [al. *arguta*] narrationes aridæ dicebãtur. In descriptionibus extra legem omnibus verbis dummodo niterent, permissa libertas. Nihil acre, nihil solidũ, nihil horridum: Splendida oratio & magis lasciua quam læta. Ab hac cito se Fabianus separauit, & luxuriam quidem cum voluit abiecit: obscuritatem euadere non potuit. Hæc illum vsque in Philosophiam prosecuta est] *Ex præf. lib.* II. *Contrau.* Solebat ex Virgilio multa trahere, vt Mæcenati imputaret. Totiens enim pro beneficio narrabat, nou (*non* abest a v.c.) in aliqua se Virgiliana descriptione placuisse, &c. vt de Luna in Georg. & *Plena Deo*) *Suas.* III. Qua soletis mihi molesti esse de *Fusco*, quid fuerit, quasi nemo videretur dixisse cultius, integrã vobis *Fuscianas* explicationes: dicebat autem Suasorias libentissime, & frequẽtius Græcas quam Latinas) *Suasor.* IV. Ex Asia *Arellum* fuisse ait *Controuers.* XXIX. Naso apud *Arellium Fuscum* Rhetorem Controuersiam declamauit, cuius auditor fuit (*Contrau. X. Arellio Fusco* patri Q. prænomen additur *Contrau.* VII. & patrem, vt à filio secernat, nominat: quem equestri ordine motum ob insignem calumniam, cum celebritate consectarentur adolescentium scholæ ex argento annulos habentem, se vidisse Plinius scribit lib. XXXIII. cap. XII. vbi *Valerius* lectum ante Sigismundi Gelenij hominis doctissimi Castigationem. *Arellius Fuscus.* alius, Consularis sub Commodo interemtus, teste Lampridio, vbi tamen vulgo *Allius* editur. Rursum alius Proconsul Asiæ sub Aurelio, apud Vopiscum in Aureliano.

ARGENTARIVS.

INdignabatur Cestius detorqueri toties ab *Argentario* & mutari sententias suas: *Quid putatis*, aiebat, *Argentarium esse? certissimum ius est* (leg. *Cestij simius est.*) Sulebat & Græcè dicere *ὁ πίθηκός μου.* Fuerat enim *Argentarius* Cestij auditor, & erat imitator. Aiebat inuicem: Quid putatis esse Cestium, nisi Cesti [al. *Cesti*] cinerem? Et sic solebat iurare: per manes præceptoris mei Cestij, cum Cestius adhuc viueret. Omnibus autem insistebat vestigijs Cestij: æque ex tempore dicebat: aeque contumeliosè multa interponebat, illud tamen optima fide præstitit, cum vterque Græcus esset, vt nunquam Græcè declamaret: illos semper admiraretur, qui non fuerunt contenti vnius linguæ eloquentia, Cum Latinè declamauerant, toga posita, sumpto pallio quasi persona mutata redibant, & Græcè declamabãt: ex quibus fuit Clodius Sabinus. &c.) *Contrau.* XXVI.

L. ARRVNTIVS.

SEnator est, & Consularis frequenter Tacito sub imperio Tiberij dictus quem diuitem, promtumque artibus egregijs & pari fama publice Augustus dignum imperio, & ausurum, si casus daretur, iudicauit: cuius etiam *sanctissimas artes* alibi vocat idem auctor, interque eos recenset Suillius qui incorrupta vita & facũdia ad summa peruenerũt. Clarior tamen morte bene vsus euasit, quam vide apud eundem Tacitum li. VI. in quo fortasse etiam libro II. in Pisonis iudicio *T. Arruntius* inter patronos a Pisone petitos pro L. male legitur Nam *T. Arruntij* oratoris nulla mẽtio exstat, & excellentem oportet fuisse patronum, quem ante Asinium Gallum, & Marcellum, Æserninum Piso petit, vel Tacitus nominauit. Per duplex R R. scribitur, quemadmodum fasti, & auctores Græci volunt. Huius mentio Præfat. li. 3. Cuntrou. & supra Albutio Silone.

C. ASINIVS

C. ASINIVS GALLVS, Histoticus Pollionis F.

Filium Pollio *Asinium Gallum* reliquit magnum orarorem, nisi illum (quod semper euenit) magnitudo patris non produceret, sed obrueeret.] Ex Præfat. li. IV. epitom. Declam. *C. Asinius Gallus orator, Asinij Pollionis filius, cuius etiam Virgilius meminit, diris à Tiberio supplicijs necatur.* Euseb. in Chronicis ad Olym. CXCVIII. ann. V. initio Imperij Tiberij, Christi XVI. Sipius ille scriptor Hieron. qui Eusebio adiecit supplementum, *Gallum* illum intelligit, de quo apud Maronem Ecloga X. fallitur: si vero Eclogam IV. designat, non absq. ratione est, quamuis enim credant vulgo *Saloninum* Asinij Pollioni in ea celebrari: non defuerunt tamen qui de hoc *Asinio Gallo* scriptam voluerint: Addit etiam Setuius integer Petr. Danielis nuper euulgatus Asconium Pedianum tradidisse, se ab *Asinio Gallo* audiuisse, illam Eclogam in honorem eius scriptam, cum ipse nascetetur Pollione Consule Des. & fortasse deprauata vox *Salonili* ex *Galli Asinij*.] Huius autem *Galli* hoc exstat apud Suetonium de illustribus Grammaticis distichon.

Qui caput ad læuam deicit, glossemata nobis
Præcipit, os nullum, vel potius pugilis.

Qui & in Claudio cap. XLI. libros scripsisse hunc de comparatione patris cum Cicerone scribit, vt & diserte Plinius lib. VII. epist. IV. ad Pontium, quibus Claudius defensione satis erudita responderit. Consulatum gessit sub Augusto anno V. C. ꟾↃCCXLVI. vxorem habuit Vipsaniam M. Agrippæ filiam, primò Tiberio Imperatori iunctam, ex qua complures liberos in ijsque tres Consulares teste Tacito li. VI. sustulit. Ob quam libertatem dicendi fame enectus perijt. Caussam Dion Explicat, & tacite Tranquillus iugulatum dicit, & sub Tiberio misere perijsse auctor est in Eusebij Chronico Hieronymus. Huius filius Pollionis nepos, quamquam aduersus Claudiũ cum Statilio Coruino coniurarit, exsilio tantum multatus est, Suetonius in Claudio cap. XIII. Alter item nepos M. Marcellus Claudius Æserninus, de quo in Marcello Æsernino.

C. ASINIVS POLLIO Historicus.

QVod Cicero nec tam timidus fuerit, vt rogaret Antonium, nec tam stulrus, vt exorari posse speraret, nemo historicus dubitat excepto *Asinio Pollione*, qui infestissimus famæ Ciceronis permansit, & is etiam occasionem Scholasticis alterius Suasoriæ dedit. Solent enim Scholastici Declamatores ponere: *Deliberat Cicero, an promittente salutem Antonio orationes suas comburat. Pollio Asinius* qui Verrem Ciceronis reum fortissime moriẽtem tradidit, Ciceronis mortem ex omnibus historicis solus malignè narrat; testimonium tamen, quamuis inuitus plenum ei reddit: *Huius ergo viri, tot, tantisque operibus mansuris in omne.* &c. Affirmare vobis possum, nihil esse in historijs eius hoc quem retuli, loco disertius, vt mihi tunc, non laudasse Ciceronem, sed certasse cum Cicerone videatur. nec hoc deterrendi causa dico, ne historias eius legere cõcupiscatis, concupiscite, & pœ-

nas Ciceroni dabitis] *Suas.* VI. *Pollio Asinius* nunquam admissa multitudine declamauit: nec illi ambitio in studio defuit, Primus enim omnium Romanorũ aduocatis homioibus scripta sua recitauir: & inde est quod Labienus homo mentis, quam linguæ amarioris dicit: ille Triumphalis senex ἐπιδείξεων ad est, Declamationes suas nnmquam populo commisit, siue quia parum io illis habuerit fiduciæ, siue, quod magis crediderim, tantus Orator inferius id opus ingenio suo duxerit: Exerceri quidem illo volebat, gloriari fastidiebat. Audiui autem illum & viridem, & postea iam senem cum Marsello Æsernino nepote suo quasi præciperet. Audiebat illum dicentem, & primum quidem disputabat de illa parte quam Marcellus dixerat, prætermilla ostendebat, tacita leuiter implebat, vitiosa coarguebat, deinde dicebat partẽ contrariam. Floridior erat aliquando in declamando, quam in agendo. Illud adstrictum eius & asperum & uimis ratum incendio suo iudicium adeo cessabat, vt in multis venia ei opus esset, quę ab ipso vix imperrabatur. Marcellus quamuis puer, iam tantæ indolis erat, vt *Pollio* ad illum pertinere successionẽ eloquentiæ suæ crederet, cum filium Asinium Gallum magnum relinqueret oratorem; nisi illum [quod semper [*sæpe*] euenit] magnitudo patris non produceret, sed obrueret Memini intra quartum diem, quam Atetium [al. *Ateium* al. *Acherium*. Sed *Herium* legendum ex Antiquis membranis, corrupta, vt fit, affinitatis voce, *Haterius* enim alius est] filium amiserat, declamare eum nobis, sed tãto vehementius, quam vnquam: vt appareret hominum naturam contumacem cum fortuna sua rixari. Nec quicquam ex ordine solito remisit. Itaq; cum morruo io Syria Cæsare [*Licia Caio*, vide Notas ad controu. XII. per codicillos questus esset D. Augustus, vr erat mos illi clementissimo viro, nõ ciuilirer tantum sed etiam familiarirer, quod in tam magno & recenti luctu suo homo carissimus sibi, pleno conuiuio cenasset, rescripsit *Pollio. Eo die cenaui quo Aterium filium amisi,* Quis exigeret maiorem ab amico dolorem, quam à patre? O magnos viros qui fortunæ succumbere nesciunt, & aduersas res suæ virtutis experimenta faciunt, Declamauit *Pollio Asinius* intra quartum diem quã filium amiserat. Præconium illud ingentis animi fuit, malis suis iosultantis. at cõtra Aretium scio tam imbecillo animo mortes filiorum [f. *sex filiorum*] tulisse, vt non tantum recenti dolori cederet, sed veteris quoque & oblitterati memoriam sustinere non posset] *ex Præfat. lib. II. epitomes declamat. & reliqua in Haterio. Asinij Pollionis* est epist. ad Ciceronem XXXI. libri X. ad familiares, vbi multa collegit Elogia Paull. Manucius. fragmenta item sup. *Suasoria* VI. Senecæ, & in Suetonij Cæsare cap. XXX. Deprauate quoque *Suas.* II. legi *vt Poeta Asinius Paullo,* reponendumque *postea* monuit Nic. Faber V. CL. tametsi eoim Tragœdias scripserit, gloriam tamen ex ea re non quæsiuit. *Asinius* [in Parthasij Prometheo *Asidius* legitur in MS.] Bellum cum omnibus Atticis gerebat, cum donaret illi Cæsar Talentum, in quo XXIV. sestertia sunt Atheniensium more........ Hic Cæsari quod numquam illum nisi mense decembri audiret, dixit .... & commendaretur à Cæsare Controu. XXXIV. Caluus cum videret à clientibus

Catonis rei sui *Pollionem Asinium* circumuentum in Sonte, imponi se supra cippum iussit: erat enim paruulus statura: propter quod Catullus in Hendecasyllabis vocat illum *Salacippium disertum*, & iurauit si quam iniuriam Cato *Pollioni Asinio* accusatori suo fecisset, se in eum iuraturum calumniam, nec vnquam postea *Pollio* à Catone aduocatisque eius aut re aut verbo violatus est] *Controu*.xix. Vide in Sextilio Hena. Hunc Plinius li. vii. cap. xxx. *principem Oratorum & ciuem* vocat Val. Maximus li.viii.& xii.cap.xiv. *non minimam partem styli Romani*, & tertium Historiarum librum laudat; cuiusque nomini Maro Eclogam iv. inscripsit. Is in rep. natus, iocis seriisque accommodatus, & omnium horarum, ingenio tamen ferox, vt Fab. ait li.vi. cap.iv. quod etiam filio obiectum est anno suæ ætatis xx. L. Domitio Ahenobarbo, & Appio Pulcro Coss. qui fuit Ciceronis vitæ annus L.iii. Catonem magno totius ciuitatis concursu, deffendentibus M. Tullio, C. Caluo. & M. Scauro accusauit. Sub Augusto summis functus est honoribus, pluresque & graues causas egit; inter quas memorantur de *P. Nonio Asprenate reo veneficij, pro Lamia, & Scauro, & pro Vrbiniæ heredibus apud centumuiros*, peruenitque ad extremum fere eius imperium, atque in villa Tusculana lxxx. annos natus, neruosæ virilitatis haud paruum exemplum, diem obijt. Hæc ex Fabio li.x.cap.i.& li.xii.cap.vi. Asconio in Ciceronem pro Scauro, & Tacito i. Annal. & de claris Oratoribus, & B. Hieronymo in Eusebij Chronico collegimus: qui etiam hæc: *Olymp. CXCV. imperij Augusti XLVII. Pollio Asinius Orator, & Consularis, qui de Dalmatis triumphauit*, lxxx. *ætatis suæ anno in villa Tusculana moritur.* Hic est de quo Horat. ode I. li.ii.

Insigne mæstis præsidium reis,
Et consulenti Pollio curiæ,
Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho.

Et Dio li.xlviii. *& fasti Capitolini, in quibus hæc leges* C. ASINIVS POLLIO PROCONSVL ANNO DCCXV. EX PARTHINEIS VIII. KAL. NOVEMB. Citat & Suetonius in Cæsare cap. XXX. & LV. & bis in libro de illustribus Grammaticis: & L. Seneca ad Lucinium epistola lvi. initio *Asinij* meminit, & epistola CI. stylum eius horridum & salebrosum vocat: & li. i. de Tranquillitate cap.xiv. nullam horam vltra decimam Pollionem retinuisse docet, *Ne epistolas quidem*, inquir, *post eam horam legebat, ne quid nouę curæ nasceretur, sed totius diei lassitudinem duabus illis horis ponebat.* Primus Bibliothecam in vrbe dicauit, in eamque præstantissimorum virorum imagines posuit, teste Plinio li.xxxv.cap.iv. exstat & elegans ad Augustum apophtegma. *Mea*, inquit, *in Antoniũ merita maiora sunt, illius in me beneficia notiora, itaque discrimini vestro me subtraham, & præda ero victoris.* Eiusdem tale apophtegma retulit Macrobius li. ii. Saturn.cap.iv. *Temporibus triumuiralibus*, inquit, *Pollio, cum Fescenninos in eum Augustus scripsisset, ait: at ego taceo, non est enim facile in eum scribere, qui potest proscribere.* Plinius quoque li.vi. epistola ad Quadratum, vel *Pollionis*, vel tanquam *Pollionis* accepisse, & verissimum experiri testatur: *Commodè agendo factum est, vt sæpe agerem: sæpè agendo, vt minus commodè.* Et Paterculus Velleius: *Nihil ei denegatum; quod nobilissimis summo cum sudore consequendum foret.* Hunc Horatius à ciuilis belli historia describenda dehortatur, dum ait:

Periculosæ plenum opus aleæ
Tractas, & incedis per ignes
Suppositos cineri doloso.

qui forte Satyra iiii. li. i. respexit ad hunc *Asinium* primum scriptorum suorum recitatorem teste Seneca, Præfat. li. ii. Epitom. Sic enim Flaccus:

——Cum mea nemo
Scripta legat vulgo recitare timentis.

De illis forte historiarum libris xvii. editos fuisse auctor est Suidas. & primum fuisse qui Græcorum gesta stylo Latino persecutus sit. Vt *Timagenem* historicum, inter quem tamen & ipsum, antea iræ fuerant, fouerit, & quidem eo tempore, cum in Augusti Cæsaris offensam ille incidisset, tum reliqua non minorem ipsius fidem, quam Augusti moderationem pænè incredibilem testificantia, eleganter & copiosè exposuit Seneca li. iii. de Ira cap. xxiii. filium quoque Herium extulit de quo infra paullò adnotaui.

P. ET L. NONIVS
Asprenas.

L. *Asprenatis* mentio est apud Tacitum li.ii.& iii. C *Nonij Asprenatis Torquati M. F.* apud Sueton. in Augusto; qui Consul fuit sub Caligula cum M. Aquillio Iuliano Ann.v.c. ɔↃccxci. & apud Vlpianum in Pandectis Iuris. *Asprenatis, Nonij filij Publij Cari*, mentio in Ant. Augustini Notis in indice Pandect. p.373. qui in Basilicis *Publius Nonius* vocatur. Hic *Nonius Asprenas* à Cassio Seuero accusatus, vt in Cassio infra ex Plinij lib. xxxv. docemus, cui affuisse Augustum auctor est Sueton. cap. lvi. in Augusto, Horum etiam mentio *præf. lib. V. Controu. & Controu.* xxxiii. fuere & alij Iulianis temporibus *Asprenates*, vt *Nonius Asprenas* Proconsul sub Cæsare, de quo vide Hirtium de bello Africano: & C. *Nonius Asprenas* lapsu debilitatus in ludicro Troiæ sub Augusto: & *L. Nonius Asprenas* legatus auunculi sui Quinctilij Vari in Germania, Proconsul Africæ sub Tiberio, teste Tacito lib.i. & iii. cum Caio imperatore interijt, nam à Germanis tanquam vnus è percussoribus cum aliquot alijs cæsus est, Suetonius in Caio.

ATTALVS STOICVS.

SOlum vertit à Seiano circumscriptus, magnæ vir eloquentiæ, ex Philosophis, quos nostra ætas vidit longe & subtilissimus & facundissimus) *Suasor.* ii.

AVFIDIVS BASSVS.

EIus de Cicerone elogium exstat. fortasse pater is est *Aufidij Bassi* cuius mortem constantem L. Seneca narrat in epistola XXX. Hunc Fabius Salustij velocitatem expressisse in *libris belli Germanici* tradit, Genere ipso in omnibus proba-

probabilem, sed in quibusdam viribus minorem Præter libros Germanici belli historiam Romanam scripsit, vnde illa quæ Suas. VI. in Seneca leguntur, de Cicerone, desumta sunt; à cuius fine historiæ scilicet non morte) Plinius Secundus senior suos de eadem re libros auspicatus est, vt ait Plinius li. III. epist. V. & Fabius hunc li. X. cap. I. nominat: & Corn. Tacitus, siue is potius Fabius est, in Dialogo de Oratoribus sui sæculi. Hunc etiam à Plinio Maiore li. VI. cap. IX. citari arbitror.

IVNIVS BASSVS vel Iulius.

CVm *Basso* certamen fuit Osco, quem aodiuimus, homine diserto; cui demtam velim quam consectabatur amaritudinem, & simulationem actionis Oratoriæ. Nihil indecentius quam vbi Scholasticus forum, quod non nouit, imitatur) *Ex Præfat. lib. V. Controuersiarum.* Consectari solebat res sordidas, & inueniebat, qui illas vnice susciperet] *Controu. XXX. Iunium Bassum* hominem dicacissimum fuisse appellatum *Asinum Album* auctor est Quinctilianus lib. VI. cap. III. de Risu. Explicat causam Tumeb. lib. XXIIX. cap. XXXV. aduersariorum. Sed hunc iuniorem esse constat, quã vt Senecæ Rhetoris ætatem attigerit. Proinde *Iulij Bassi* vbique scribi malim, ex cuius Declamationibus plurimæ sententiæ ab auctore nostro excerptæ sunt. Meminit & Plinius Minor lib. IV. epist. IX. & lib. X. epistola quæ incipit: *Sumas domine.* Alibi *Sepullius Bassus* inuenitur: sæpe etiam *Saleius Bassus*, qui apud Tacitum Vespasiano familiaris, & Quinctil. lib. X. cap. I. inter poetas numerat: *Vehemens*, inquit, *& poeticum ingenium Saleij Bassi fuit, nec ipsum senectute maturum. Ventidius Bassus* ex Mulione Dux & Cos. Parthos domuit, vide Agelium lib. XV. cap. IV.

BLANDIVS, alias: at non rectè, BLANDVS.

HAbuit Fabianus Philosophus post Arellium Fuscum, *Blandum* Rhetorem præceptorem, qui eques Romanus Romæ docuit Ante illum inter libertinos præceptores pulcherrimæ disciplinæ continebantur, & minime probabili more, turpe erat docere, quod honestum erat discere. Nã primus omnium Latinus Rhetor Romæ fuit puero Cicerone Plotius. Apud *Blandium* diutius quam apud Fuscum Arellium studuit, sed cum iam transfugisset eo tempore, quo eloquentiæ studebat non eloquentiæ causa.) *Pref. lib. II. Controuersiarum.*

BRVTIDIVS NIGER.

BRutidio Nigro obiicienti Syriaco Vallio, quod causas non poneret, respondit Syriacus: Primum non apud eundem præceptorem studuimus. Tu Apollodorum habuisti, cui semper narrare placet, ego Theodorum, cui non semper. Deinde si quæres magis, quare ego non narrauerim, vt ipse narrares] *Controu. X.* Corn. Taciti anceps de eo Elogium: *Brutidium*, inquit, *artibus honestis copiosum, & si rectum iter pergeret, ad clarissima quæque iturum festinatio stimulabat, dum æquales, deinde superiores, suasmet postremo ipse spes antire parat, quod multos etiam bonos pessum dedit.* Corruptum hoc nomen in *Frigidius* visum est Obsopæo. *Controu. IV.* de hoc forte Iuuenalis:

Bruttidius meus ad Martis fuit obuius aram.

BVTEO.

ARidus quidem Declamator, sed prudens diuisor Controuersiarum contra Latronem sentiebat, Blandio accedebat) *Controu. XIII.* accipitrum quoddam genus *Buteonem* appellant Romani, quem Græcia testium numero τριόρχην vocat, cui principatum in augurijs dedit Phœmonoe. Familia ex eo cognominata, cum prospero auspicio in Ducis naui sedisset. Plinius Nator. Historiæ. li. X. cap. VIII. ex ea familia, quæ gentis est Fabiæ, hic *Buteo* declamator.

C. LICINIVS CALVVS.

C. *Licinius Caluus*, C. Licinij Macri, vt ex Valerio Max. & Plutarcho didicimus, filius, magni nominis orator, adeo vt quidam non dubitarint eum cunctis præponere, quod eo mirum magis quia certum est circa XXX. ætatis annum functum vita. Natus est C. Mario & Cn. Carbone III. Coss. inquit Plinius, & Cic. epistola vltima li. XV. ad Consulares, & alios de eo, *vt qui iam vixerat loquitur.* Quam tamen constat missam Cæsare II. & Seruilio Isaurico Coss. id est XXXIV. anno post natum *Caluum*, vt præproperatã mortem et iniuriam fecisse non dubium sit. Quinctil. ei orationis sanctitatem & iudicium, Cicero præter iudicium, doctrinam & elegantiam tribuit, nimiam tamen in eo, in oratione religionem reprehendit: constat sane nullum fere insigne iudicium exstitisse, dum in foro viguit, cuius non pars ipse aut cum Cicerone, aut in Ciceronem fuerit. Diu cum Cicerone iniquissimam litem de principatu eloquentiæ habuit: vsque eo violentus accusator & concitatus fuit, vt in media actione eius surgeret Vatinius reus, & exclamaret: *Rogo vos iudices num si iste disertus est, ideo me damnari oportet?* de triplici *Calui* in Vatinium iudicio Nic. Faber *ad Controu. XIX.* Idem postea cum videret à clientibus Catonis rei sui Pollionem Asinium circumuentum, in Sorite imponi se supra cippum iussit: erat enim paruulus statura: propter quod etiam Catullus in hendecasyllabis, epigram. LI. vocat *Salicippum disertum*:

Risi nescio quem nuper in corona,
Qui cum mirifice Vatiniana
Meus crimina Caluus explicasset.
Admirans ait hæc, manusque tollens:
Dij magni Salicippium disertum.

Vid. Ioannem Pierium ad illud Virgilij: *& crimine ab vno disce omnes* II. Æneidos, & nos in notis, & iurauit si quam iniutiam Cato Asinio Pollioni accusatori suo fecisset, se in eum iuraturum calumniã: nec vnquã postea Pollio à Catone aduocatisq; eius aut re aut verbo violatus est. Solebat præterea excedere subsellia sua, & impetu latus, vsq; in Aduersariorum partes transcurrere, & carmina

Senec.

quoque eius quamuis ioca sint, plena sunt ingentis animi. dicit de Pompeio:

—— digito caput vno
Scalpit, quid credas hunc sibi velle virum?

Contron. XIX. Compositio quoque eius in actionibus ad exemplum Demosthenis riget (*Caluus* & Sallustius Demostheni affiniores quam Cicero, vt probat Turneb. li. XXVIII. cap. XXII.] nihil in illo placidum, nihil lene est, omnia excitata & fluctuantia. Hic tamen in epilogo quem pro Messio tunc tertio causam dicente habuit, non tantum leniter componit, sed cum dicit: *Credite mihi, non est turpe misereri*, & omnia in illo epilogo fere non tantum emollitæ compositionis sunt, sed infractæ *Eadem Contron.* & Ammianus Marcellinus li. XVII. Ex oratione *Calui* in P. Vatinium, Seneca in epistola XVI. *Factum esse ambitum scitis, & hoc vos scire omnes sciunt.* Citat & Fabius li. VI. ex eadem oratione in P. Vatinium, & li. IX. cap. II. & li. IX. cap. III. in gradatione, quod & in Aquila legitur vide Manutium in epistolam Cic. IX. li. I. Plinius li. XXXIV. cap XVIII. auctor est laminæ plumbeæ renibus admotæ frigore solitum occurrere genituræ per nocturnam quietem erumpenti, viresque corporis studiorum labori custodisse. Corn. Tacitus XXI. libros orationum reliquisse tradit, in quibus accusationes in Vatinium maxime probantur: præsertim autem II. Multi illum lusisse epigrammata testantur. Tranquillus versus eius in Cæsarem citat. Notus etiam Scazon illius in Tigellium.

Sardi Tigelli putridum caput venit.

Asconius Pedianus scripsisse Hendecasyllabos in Curium notissimum aleatorem prodidit, Quintiliam adamasse liquet ex Propertio: facetias eius & iocos præter Catullum commendat Plinius lib. I. epist. XVI. Eius quoque Ouidius meminit:

Par fuit exigui similisque licentia Calui.

CAPITO.

AMabam *Capitonem*, cuius declamatio est de Popilio. Bona fide scholasticus erat, in his Declamationibus, quæ illi bene cesserunt, nulli non post primum Tetracolum [cod. Basiliensis *Tatradeon*] præferendus. Primum Tetracolum quorum faciam quæritis? Latronis, Fusci, Cestij Albutij, Gallionis, hi quoties conflixissent, penes Latronem gloria fuisset, penes Gallionem palma: reliquos, vt vobis videtur componite] *Præfat. lib. V. Contron. ad filios* alijs. X. *Capitones* varijs in gentibus numerant fasti, in *Asinia, Atteia Cossutia, Egnatia, Fonteia, Herennia Oppia, Sisinnia, Titinnia, Velleia*, vt quibus natalibus hunc Rhetorem restituam, valde animi pendeam. C. Plinius Minor lib. VIII. ad Minutianum, similiter lib. I. ad Titianum commendat *Titinnium* quendam *Capitonem* à studijs, quod consensu Principis L. Syllano statuam posuisset, & clarorum virorum imagines domi haberet, quodque virorum illustrium exitus componeret. C. Lactantius Firmianus tradit illum *spectaculorum libros* composuisse. Nonius quoque Marcellus hunc sæpe laudat vt poetam *in Gemina, veliterno, Fullonibus, Barbato, Pungno, Prælijs, Setina*.

T. CASSIVS SEVERVS.

MEmini me à *Seuero Cassio* quærere quid esset, cur in declamationibus illi sua non responderet eloquentia. In nullo enim hoc fiebat notabilius. Oratio eius erat valens cultu, ingentibus plena sententijs Nemo minus passus est in actione aliquid sua ociosum esse? nulla pars erat, quæ non sua virtute staret: nihil in quo auditor sine damno aliud ageret: omnia nitentia & intenta aliquo, aliquid petentia. Nemo magis in sua potestate habuit audientium affectus. verum est quod de illo dicit Gallio noster, cum diceret: *Rerum potiebatur*, adeo omnes imperata faciebant. Cum ille voluerat irascebantur: nemo non illo dicente timebat, ne desineret. Non est quod illum ex his quæ edidit existimetis. Sunt quidem & hæc quibusdam grata, verum eloquentia eius longe maior erat quam lectio. Non hoc ea portione illi accidit, quam omnibus ferè, quibus maiori commendationi est audiri quam legi: Sed in illo longe maius discrimen est, primum tantundem erat in homine, quantum in ingenio. Corporis magnitudo conspicua, suauitas valentissimæ vocis, quamuis hæc raro inter se coeant, vt eadem vox & dulcis sit & solida. Pronunciatio quæ histrionem posset producere (*f. non posset producere, quæ tamen histrionis possit videri*) tamen quæstionis possit videri. Nec tamen ille quidquam magis mirareris, quam quod grauitas, quæ deerat vitæ, actioni supererat. Quandiu citra iocos se continebat, censoria oratio erat, deinde quæ dicebat meliora erant, quam quæ sciebat [malim *scribebat*.] Vir enim præsentis animi, & maioris ingenij quam studij, magis placebat in his quæ inueniebat, quam in his quæ attulerat: Iam vero iratus cōmodius dicebat. Ideo diligentissime cauebāt homines ne dicentē interpellarent. Vni illi proderat excuti, melius semper fortuna quam cura de illo merebatur. Nūquam tamen felicitas hæc persuasit illi negligentiam. Vno die priuatas plures agebat, & ita vt alteram ante meridiem ageret, alterā post meridiem. Publicā vero nunquam amplius quam vnam vno die. Nec tamen scio quem reum illi defendere, nisi se contigerit adeo nunquam reorum vllam materiam dicendi, nisi in periculis suis habuit sine cōmentario nunquam dixit, nec hoc commentario contentus erat, in quo nudæ res ponuntur ex maxima parte præscribebatur actio. Illa quoque quæ falso dici poterant, annotabantur, sed cum procedere nollet nisi instructus, libenter ab instrumentis recedebat. Ex tempore coactus dicere, infinite se antecedebat. Numquam non vtilius erat illi deprehendi quam præparari: sed magis illum suspiceres, quod diligentiam non relinquebat, cum illi tam bene temeritas cederet. Omnia ergo habebat, quæ illum vt bene declamaret, instruerent Phrasin nec vulgarem, nec sordidam, sed lectam, genus dicendi non remissum, aut languidum, sed ardēs & concitatū: nec lecta [al. *lentas*] nec vacuas explicationes, sed plus sensuum quam verborum habentes: diligētiam maximum etiam mediocris ingenij subsidium. Tamen non tantum infra se cum declamaret, sed etiam infra multos erat. Itaque

que raro declamabat, & non nisi ab amicis coactus. Sed quærenti mihi quare in declamationibus impar esset sibi, hoc aiebat quod in me miraris pæne omnibus euenit. Magna quoq; ingenia à quibus multum abesse me scio, quando plus quam in vno eminuerunt opere? Virgilium illa felicitas ingenij oratione soluta reliquit, Ciceronem eloquentia sua in carminibus destituit: Orationes Sallustij in honorem historiarũ leguntur. (al. *non leguntur*) eloquentissimi viri Platonis oratio, quæ pro Socrate scripta est, nec patrono, nec reo digna est: Hoc non ingenijs tantum sed corporibus videmus accidere, quorum vires non ad omnia quæ viribus efficiuntur aptæ sunt. Illi nemo luctando par est, ille ad tollendam magni ponderis sarcinam præualet: ille quidquid apprehendit non remittit, sed in procliue nitentibus vehiculis, moraturas manus inijcit. Ad animalia veni: alij ad aprum, alij ad ceruum canes faciunt; equorum non omnium, quamuis celerrimi sunt, idonea curriculis velocitas est: quidam melius equitem patiuntur, quidam iugum. Et ve ad morbum te meum vocem, Pylades in Comœdia, Batillus in tragœdia multum à se aberrant. Numenio cum velocitas pedum non concedatur tantum, sed objciatur, lentiores manus sunt: quidam cum Hoplomachis, quidam cum Thracibus (al. *Threcibus*) optimè pugnant, & quidam sic cum scena componi cupiunt quomodo alteri (est) In ipsa oratione quamuis vna materia, sit, tamen ille qui optime argumentatur, negligentius narrat ille non tam bene implet, quam præparat. Passienus noster cum cœpit dicere, secundum principium statim fuga fit, ad epilogum omnes reuertuntur, media tantum quibus necesse est audiunt Miraris eũdem non æquè bene declamare, quam caussas agere: aiunt eundem non tam bene Suasorias, quam Iudiciales Controuersias dicere. Silo Pompeius sedens cum facundus & litteratus haberetur & disertus, si à proclamante dimitteret, declamabat tã male, vt videar belle optasse cum dixi: *Nunquam surgas.* Magna & varia res est eloquentia, nec adhuc vlli sic (se) indulsit, vt tota contingeret, satis felix est, qui in aliquam eius partem est receptus. Ego tamen & propriam caussam videor posse reddere: assueui non mihi respondere, sed aduersario; assueui non auditorem spectare, sed iudicem. Non minus deuito superuacua dicere quam contraria. In Scholastica (fort *in Schola ista*) quid non superuacuum est, cum ipsa superuacua sit Indicabo tibi affectũ meum: cum in foro dico, aliquid ago: cum declamo (id quod bellissimè Censorius aiebat, de his qui honores in municipijs ambitiose peterent) *videor mihi in somnis laborare.* Deinde res ipsa diuersa est tota. Aliud est pugnare, aliud est vẽtilare. (al. *velitare*) Hoc ita semper arbitratum est, scholam quasi ledũ esse, forum arenã. Et ideo ille in foro primum dicturus, tyro dictus est. Agedum istos declamatores produc à senatu in forum; (al. *in senatum*) vel sic (*à ludo in forum*) loca mutabunt, velut in inassueta classe & difecta vmbra corpora sub dio stare non possunt: non imbrem (hiemem) ferre, non solem sciunt. Vix se inueniunt, assueuerunt enim suo arbitrio diserti esse. Non est quod oratorem in hac puerili exercitatione spectes, quid si velis gubernatorem in piscina æstimare? Dili-

gentissimè me tibi excusarem, tanquam huic rei non essem natus, nisi scirem & Pollionem Asinium, & Messallam Coruinum, & Passienum qui nũc primo loco stat, minus bene videri quam Cæstium aut Latronem; Vtrum ergo putas hoc dicentium vitium esse an audientium? Non illi peius dicunt, sed hi corruptius iudicant (*ex pref. lib. III. Epitomes Declamationum*· Cassius Seuerus summus Publij amator aiebat, non illius hoc vitium esse (Sententias ingerere) sed illorum qui illum ex parte, quã transire deberent, imitarentur: quæ apud eum melius erãt dicta quã apud quemquam Comicum Tragicumque aut Romanum, aut Græcum vt illum, &c.] Controu. XVIII. Cassij Seueri hominis Labieno inuictissimi belle dicta res ferebatur illo tempore quo libri Labieni ex S. C. vrebantur. Nunc me viuum inquit, vri oportet qui illos edidici] Controu. XXIX. Memini Haterio cum libertinum reum deffenderet, cui obijciebatur, quod patroni concubinus fuisset, dixisse: Impudicitia in ingenuo crimen esset, in seruo necessitas, in liberto officium. Magnãque materiam Pollionis Asinij & tunc Cassij Seueri [fort. Titi Cassij Seueri de Cassij iocis Plinius minor in Epist.] iocis præbuisse. At inquit, inter pueriles cõdiscipulorum sinus lasciua manu obscœna iniisti, & pleraque huius generis illi obijciebantur. Quinctiliani hoc de Cassio elogium extat: lib. X. cap. I. *Multa si cum iudicio legantur, dabit imitatione digna Cassius Seuerus. Qui si cæteris virtutibus colorem & grauitatem orationis adiecisset, ponendus inter præcipuos foret. Nam & ingenij plurimum est in eo, & acerbitas mira, & urbanitas, & vis summa; sed plus stomacho quam consilio dedit: Præterea vt amari sales, ita frequenter ipsa amaritudo ridicula est.* Quæ si conferas cum nostri auctoris iudicio præsertim *lib. III. in pref.* in multis contraria deprehendes. Noster enim ait orationis grauitatem superfuisse, iratumque commodius dixisse censuit. P. Asprenatem veneficij reum accusauit, celebrem æquè oratorem & ex familia Consulari, cum eius vna patina CXXX. conuiuæ interijssent, in qua etiam accusatione hæc mali animi sententia notatur: *Dij boni viuo, & quo me viuere iuuet, Asprenatem reum video.* Plin. cap. XII. lib. XXXV. & Fabius lib. XI. cap. I. Idem *Cassius* in eos oratores qui subsellia excedebant (de quibus Controu. XIX.) lineam poposcit; vt Fab. li. XI. cap. vltimo. Corn. Tacitus lib. I. & IV. hominem fuisse, ait, sordidæ originis, & vitæ maleficæ, sed celebrem Oratorem, ob procacitatem linguæ, & petulantia scriptæ iudicio Senatus Cretam amotum esse, vbi eadem actitando, cum recentia, veteraque odia renouasset, exutum bonis interdicto igni & aqua in saxo Seriphio consenuisse. Huic non dissimile est quod B. Hieronymus ad Eusebianum Chronicõ Olymp. 202. an. 4. *Cassius Seuerus Orator egregius, qui Quintianum illud prouerb. lusorat* XXV. *exilij sui anno summa inopia moritur, vix panno verenda contectus* (*anno Christi* 39.) In hunc est dictum Augusti: *vtinam & Cassius forum meum accusasset.* cum plerique rei ab illo facti absoluerentur. Macrob. Lib. II. Saturn. cap. IV. Plinius etiam huius meminit lib. VII. cap. XII. Plinius Iunior lib. I. epistola ad Seuerum, cum Cornelio nepote eum coniungit, id quod Tertullianus in Apologetico & Lactãtius quoq; mirum quo consilio faciant. Huius etiam

scripta citant litteratos Carisius Sosipater, & Diomedes, Suetonius in Vitellio cap. 11. Quiocτil. sæpissime, Arbitror eundem esse ad quem scribit Ouidius 1. de Ponto & Horat. Epod. vi. Scripta eius etsi S. Consulto abolita, Caligulam initio imperij requiri, & in manibus esse, lectitarique permisisse, cum diceret, maxime sua interesse, vt facta quæqoe posteris traderentur, vt Suetonius cap. xvi. in vita eius refert.

CESTIVS PIVS.

Erat *Cestius* homo nasutissimus, nullius quidē ingenij, Ciceroni etiā infestus, quod illi non impune cessit. Nā cū M. Tullius Ciceronis filius Asiā obtineret, homo qui nihil ex paterno ingenio præter vrbanitatē haberet: (Appianus ab Octauiano Ciceronem filiū Syriæ prætorē factum ait, Plutarch. collegam suum fecisse in Consulatu) cœnabat apud eum *Cestius*. M. Tullio & memoriam natura demserat, & ebrietas, si quid ex ea supercrat, subducebat, subinde interrogabat quis ille vocaretur, qui in imo recūberet, & cum sæpe subiectum ei nomen *Cestij* excidisset, nouissime seruus vt aliqua nota memoriam eius faceret certiorem, interrogāti domino quis ille esset qui in imo recūberet: *Hic est Cestius qui patrem tuum negauit litteras scisse* afferri ocyus flagra iussit, & Ciceroni, vt oportuit, de corio *Cestij* satisfecit. Erat autem ibi etiam pietas.] *Suasor. Vltima.* Cassius Seuerus dixit: Pueri fere aut iuuenes scholas frequentant. Hi non tantum disertissimis viris Asinio Pollioni, Mellallæ Comino, Passieno, sed etiā Ciceroni *Cestium* suum præferrent, nisi lapides timerent: Quo tamen vno modo possunt, præferūr. Huius enim declamationes edisc ūt, illius orationes nō legunt, nisi eas quibus *Cestius* rescripsit. Memini me intrare scholas, cum recitaturus esset in Milonē *Cestius*: ex consuetudine sua miratus dicebat, *Si Thrax essem, Fusius essem: si Pantominus essem, Pantillus essem*: (fort. *Batyllus* vid. Præf. lib. 3. Epitom. Declam. & Præf. lib. vi. Controu.) *si equus, Melisso: non continui bilem, exclamaui: & si cloaca esses, magna esses*, Risus omnium ingēs, Scholastici intueri me, qui essem qui tā crassas ceruices haberem. *Cestius* Ciceroni responsurus, mihi quid responderet non inuenit, sed negauit se executurum nisi exirem de domo: Ego negaui me de balneo publico exiturum, nisi lotus essem: deinde libuit Ciceroni de *Cestio* in foro satisfacere, subinde nactus eum io ius ad prætorem voco, & cum quantum volebam, iocorum conuitiorumque effudissem, postulaui vt prætor nomen eius reciperet *inscripti maleficij* (lege Turneb. lib. x. cap. vi. pro *non scripti*) Tanta illi perturbatio fuit: vt aduocationem peteret. Deinde ad alterum Prætorem eduxi, & ingrati postulaui. Iam apud Prætorem vrbanum curatorem ei petebam: interuenientibus amicis qui ad hoc spectaculum cōcurrerant, & rogantibus, dixi molestum me amplius non futurum, si iurasset desertiorem esse Ciceronem quam se. verum nec vt hoc faceret vel ioco vel serio effici potuit: (*Gabinianus* quoque se Ciceroni ausus est præferre: vid. infra *Gabinianus*.) Hactenus Cassius Seuerus *ex præf. lib.* iii. Epitom. Soleo dicere vobis *Cestium*, Latinorum verborum inopia hominem Græcum laborasse, sensibus abundasse. Item quoties aliquid describere ausus est toties substitit, vtiq; cū se ad imitationem magni alicuius ingenij direxerat] *Controu.* xvi. Indignabatur *Cestius* detorqueri ab Argentario toties & mutari sententias suas: quid putatis, aiebat, Argentarium esse? certissimum ius est (leg. *Cestij simius est*) Solebat & Græce dicere *ἐπὶ Σκευῆς* ... fuerat enim Argentarius *Cestij* auditor, & erat imitator. Aiebat inuicem: qui putatis esse *Cestium* nisi *Cestij* cinerem? Et sic solebat iurare: per manes præceptoris mei *Cestij*, Omnibus autem insistebat Cestij vestigijs: æquè ex tempore dicebat, æque contumeliose multa interponebat. Illud tamen optima fide præstitit, cum vterque Græcus esset, vt nunquam Græcè declamaret: illos semper admiraretur qui nō fuerunt contenti vnius linguæ eloquentia: cum Latinè declamauerant toga posita, sumto pallio quasi persona mutata redibant & Græce declamabant. *Controu.* xxvi. Epicureum fuisse colligo, licet *Pius* vocatus sit: Dixit enim Deos rebus humanis non interponere arbitrium suum; si interponant voluntatem eorum ab homine non intelligi; vt intelligatur, non posse fata reuocari: si nō sint fata sacra profutura (*al. Sacrarifutura*,] si sint non posse mutari.) *Suasor.* iii. *Cestij*: mordacissimi hominis contumelias effugere in scholis non potuit. Albucius, cum in quadam Controu. dixisset, *quare calix, si ceciderit, frangitur: spongia si ceciderit non frangitur?* aiebat *Cestius*, ite ad illum cras, declamabit vobis, *quare Turdi volent, cucurbita non volent*? Cum dixisset Albucius in illo fratre qui fratrem parricidij damnatum ex armata naue dimisit: Imposuit fratrē in culeū ligneum: *Cestius* eandem dicturus sic exposuit Controuersiam. Quidam Fratrem domi à patre damnatum, nouerca accusante cū accepisset ad supplicium, imposuit in culeū ligneum, vt perueniret nescio quo terrarum. Ingens risus omnium: Sed nec ipsi bene cessit Declamatio: Paucas enim sententias bonas dixit, sed cum à Scholasticis non laudaretur: *nemo* inquit, *hos imponet in culeum ligneum, vt perueniant nescio quo terrarum, vbi calices franguntur, spongia non franguntur. Præfat. lib.* iiii. *controu. extrem.*] *Cestius pater aiebat*] assentior Nic. Fabro I. C. qui mendosum locum esse vidit: suspicor autem P. singulare scriptum fuisse, pro *Pius* quod hic repono, imperitus vero librarius *Pater* legit: Vnius enim *Cestij* tantum Seneca noster meminit: *Cont.* xiv. De *Cestio* qui Echo vocabat *vid.* xxii. *Cont.* vbi pro *hoc Echo* legitur. *Cestius Echo vocabat.* Eusebius in Chronicis. *Cestius Smyrnaus Rhetor Latinè Romæ docuit, Olyp.* 191. *Ann.* 4. *Ann. Augusti* 31. Vide infra & *Sextium*.

C. CLODIVS SABINVS.

Illud optima fide præstitit Argentarius, & Cestius præceptor illius, cum vterque Græcus esset vt nūquam Græcè declamaret; illos semper admiraretur, qui non fuerunt contenti vnius linguæ eloquentia. Cum Latinè declamauerant, toga posita, sumpto pallio quasi mutata persona redibant, & Græcè declamabant. ex quibus fuit *Sabinus Clodius*, in quem voo die & Græcè & Latinè declamantem multa vrbane dicta sunt. Dixit Haterius quibusdam quereotibus pusillas mercedes eum accepisse, cum duas res doceret; nunquam

numquam magnas mercedes accepisse eos qui *ἐγχειρήματα* docerent. Mæcenas dixit *τοῦτο δὲ ἐκ ἂν γνοίης ποτίζεσθαι μετρίῳ.* Cassius Seuerus venustissimam rem ex omnibus qui ab auditione eius cum rediret, interrogatus quomodo dixisset, respondit, male. *ἢ κακῶς* Glycon dixit *ὡς ἀμφοτέρων μοι ἀπολλύσι αὐτῶν τὸ δίδυμον)* *Cōtrou.* xxvi. *extrema.* Illud in *Sabino* non probaui quod multa in te seueta tentabat falsè dicere: erat autem homo vrbanissimus, vt vobis sepe narraui, *Sabinus*, vt quidquid in eloquentia illi deerat, vrbanitate pensaret [vid. infra in Sabioo] Meminimus, illum cum Syriacus Vallius homo disertus accusatet, & videret Latinum Calumniā testem circa coronam iudicij obuersari, & toties occurrere eunti Syriaco, & quęrere quid [f. *ecquid*] haberet spei: deinde post iudicium cum Sytiacus gratias illi agcret, quod tantam sui curam egisset; at me hercule, inquit, timebam ne vno rhetore plus haberemus [f. *ab vno rhetore superaremur*, vel, *ne vno rhetore plus liberaremus*, vel, *iure caderemus*] & testis productus cū interrogatus esset an accepisset à patre sestertia? dixit quod accepisset; an haberet; negauit Deinde interrogatus an calumniam haberet: ipse inquit, negligentiam meam oosti, an habeam nescio, accepisse me scio. (Cælius epist. 8. lib. 8. Sic *accipere contumeliam* dicitur, reprehēdat licet in M. Antonio Cicero, quo Plautus & Terentius vtuntur, vt *accipere iniuriam.*) Et in Domitiū Nobilissimum virum in Consulatu cum Thermas prospicientes viam factam ædificasset, cœpisset deinde rhetoras circumire, & declamare: Ego inquit, sciebam hoc te facturum, & matri tuæ querenti de tua desidia dixeram, *σὺ ἐν τῷ κατ᾽ ὑμᾶς δεύτερον χρήματα.* Duas eius res vrbanas præterite non possum. Secutus erat in prouinciam Cretam Occium Flammam Proconsulem. Græci cœperunt in Theatro postulare, vt *Sabinus* maximum magistrum gereret. Mos autem est barbam capillumque Cretensium Magistratui submittere. Surrexit *Sabinus* & silentium manu fecit. Deinde ait, *hunc ego Magistratum Romæ bis gessi*: Bis causam dixerat, Gręci non intellexerunt, sed bene pręcati Cæsari (sic in v. c. ms.) petebant vt honorem *Sabinus* & tertio gereret. Postea deinde offendit illos tota comitū cohors. Opressi sunt in templo ab omni multitudine, quæ postulabat vt Romā *Sabinus* cum Turdo proficisceretur. (erat inter infames & inuisos homines maxime *Turdus*) Cū Turdus promitteret iturum se, vt inde posset exire; *Sabinus* silentio facto ait: ego ad Cæsarem non sum iturus cum Mattea. Postea hoc *Sabino* cum causam diceret obiectum est. Multa illū diserte dixisse memini, cum introductus esset ex carcere in senatum: postulaturus vt *diariam* acciperet. Tunc dixit de fame questus; *nihil onerosum à vobis peto, sed me vt aut mori velitis aut viuere.* Atque illud dixit; *Nolite, inquam, superbe audire hominem calamitosum. Sæpe qui misereri potuit, misericordiam rogat.* Et cum dixisset Senianus locupletes in carcere esse, *homo*, inquit, *indemnatus vt possim viuere parricidas panem rogo*: cum mouisset homines & flebili oratione & diserta; rediit tamen ad sales: rogauit vt in Lautumias transferretur. Ne, inquit, *quemquam vestrum decipiat nomen ipsum Lautumia, minimè lauta res est.* Hoc retuli vt & ipsum hominem ex aliqua parte nossetis, & illud sciretis quam sit difficile naturam suam effugere. Quomodo posset ab illo obtineri ne in declamationibus iocaretur, qui iocatur in miseriis ac periculis suis: in quibus iocari eum non debuisse quis nescit? potuisse quis credat? ex *Contr.* xxvii.

CLODIVS TVRRINVS

pater & filius.

SOlebat declamare studiose *Turrinus Clodius*, cuius filius fraterno vobis amore coniunctus est, adolescens summæ eloquentiæ futurus, nisi mallet exercere quantum habet, quam consequi quantum potest [Basil. *sequi posset.*] Sed *Turrinus Clodius* pater multum de viribus remiserat, dum Apollodorum sequitur, & summam legem dicēdi eum putat. Tantum tamen illi superfuit viriū, quantum valeret, etiam si ars abesset. Sententias dicebat excitatas insidiose aliquid petētes. Nunquam non de Colote Latroni Controuersiam fecit. Latro nunquam solebat disputare in conuiuio, at (al. *aut*) aliquando declamare ex tempore solebat. Dicebat quosdam colores esse prima facie duros & asperos: eos non posse nisi actione probari. Negabat vtique vllos (sic ex v. ms. lego. *nisi actitata quoque illis* Bas.) placere posse nisi totum nossent, Se & suas vires nosse & illarū alijs metuenda & prærupta audere. Multa se non persuadere iudici, sed auferre. *Turrinus* contra nihil probare nisi tutum, non quia imbecillus erat, sed quia circumspectus, causas nemo respondit paratius (al. *circumspectus causa. Nemo diligentius exposuit, nemo resp. paratius*) & pecuniam itaque & dignitatem, quam primum in Hispania prouincia habuit, eloquentiæ debuit. Natus quidem erat patre splendidissimo, auo D. Iulij Hospite. Sed ciuili bello attenuatas domos nobiles vires excitauit (in editis *attenuata domus nobilis vires*, nam hæc in Couarruuiano non sunt) & ita ad summam perduxit dignitatem, vt si quid illi defuit, scias loco defuisse. Inde filius eius idem meus (f. *filius quoque eius id est meus* nunquam & illum à vobis distinxi, habet in dicendo paternam diligētiam, quæ vires ex industria retundit. Hoc & in ipso genere vitæ sequitur, ad summa euasurus iuuenis, nisi modicis contentus esset; ideo dignus est cuius tam modestis cupiditatibus fortuna præstet fidem) *Præf. lib.* 5. *Turrini* cognomentum Augusto initio fuisse auctor est Suetonius cap. 7. à Pago *Thurino* Herodoti patria.

A. CREMVTIVS CORDVS
Historicus.

ELogium eius de Cicerone *Suas.* 6. legitur ex libris historiarum, de quibus plenissime L. Seneca in consolatione ad Marciam eius filiam. Libros autem eius per ædiles crematos haberi Caligulā permisisse auctor est Suetonius in eius vita cap. 16. quorum auctoritate idem auctor cap. xxxv. in Augusto, & Plinius lib. vix. & xvi. vsi sunt. Vide de T. Labieni libris exustis ex Præfat. lib. v. Controuers. huius meminit Dio lib. lvi. & Tacitus iv. Annal. his verbis: *A. Cremutius Cordus sub Tiberio nouo ac tum primum audito crimine postulatus, quod editis Annalibus laudatos M.*

Brutum & C. Caßium vltimos Romanos dixisset, cum videret accusatores suos Seiani clientes esse quod perniciale reo fuit, & Cæsarem truci vultu defensionem accipere, certus vitæ relinquendæ liberam & se dignam orationem habuit, adductis multorum magnorumque virorum exemplis, quibus ea in scribendo libertas nihil nocuisset. Deinde egressus è senatu vitam abstinentia finiuit. Libros per ædiles cremandos censuere patres, qui tamen occultati & editi permanserunt.

CORNELIVS SEVERVS.

NOn laudabo Municipem nostrum *Cor. Seuerum* booo versu de morte Ciceronis, ex quo hic multo melior processit.

Conticuit Latiæ tristis facundia linguæ

Suasor. vi.

Cornelius Seuerus de Romanis nescio an parum fortiter edicta in posterum diem pugna, exulantes milites inducit & ait:

——stratique per herbam
Hic meus est dixere dies——

Elegantissime quidem affectum animorum incerta sorte pendentium expressit, sed parum Romani animi seruata est magnitudo: cœnant enim tanquam crastinum desperẽt. *Porcellus* Grammaticus arguebat in hoc versu quasi soloecismum, quod plures cum induxisset, diceret: *Hic meus, est dixere dies.* non *hic noster dixere dies*; & in sententia optima id arguebat, quod erat optimum. Multa enim, vt *noster* sit, peribit omnis versus elegantia in quo hoc est decẽtissimum quod ex communi sermone trahitur: nam quasi prouerbij loco ait, *Hic meus est dies*: Et cum ad censum retuleris, ne grammaticorum quidem calumnia ab omnibus magnis ingenijs submouenda, habebit locum. Dixerunt enim non omnes simul, tanquam in choro manum ducente grammatico, *sed singuli ex his: Hic meus est dies*) *Suasor.* ii. Nemo ex tot disertissimis viris melius Ciceronis mortem deplorauit, quam *Cornelius Seuerus*.)

Oraq. magnanimum spirantia penè virorum, &c.

Suasor. vi.

Poëta epicus laudatus à Fab. lib. x. Gyraldo & Crinito, Huius meminit Ouid. 4. de Ponto. vetus quoq; Persij interpres Cornutus, siue is Probus est, hoc Seueri carmen adducit.

Pinea frondosi dum murmurat Appennini.

scripsit & Siculum Bellum teste Fab. & Ætnam eidem in Catalecticis Virgilij Critici attribuũt.

CORVVS fortè CORVIVS.

HIc est *Coruus* qui cum tẽtaret Scholam Romæ, summo illi qui Iudęos subegerat, declamauit Controuersiam, de eaque apud Matronas disserebat, liberos non esse tolleodos, & ob hoc accusatur reip. læsæ) *Suas.* ii.

DAMASVS SCOMBROS.

RHetor hic variam sui nominis iacturam passus est, id tamen nullibi integrius permansit quam in hoc scopulo *Contron.* 14. Græcis litteris exaratum ΔΑΜΑCCOMBPOC. Alibi *Amas* Modo *Damus & Damas*, modo altera dictione corrupta *Damascenus*. At omnibus his locis idem Rhetor innuitur, is nempe cuius germanum nomen *Damasus Scombrus* patria Trallianus. Testis Strabo lib. 14. ἐγένοντο δ', ait, καὶ ῥήτορες ἐπιφανεῖς, Διονυσοκλῆς τε, καὶ μετὰ τοῦτον Δάμασος ὁ Σκόμβρος. Eius dictum hoc in membranis eruimus. [illegible]

DEILLIVS.

DEillium Messalla Coruinus desultorẽ (vulg. *desertorem*) bellorum ciuilium vocat, quia ab Dolabella ad Cassium trãsiturus salutem sibi pactus est, si Dolabellam occidisset. A Cassio transiit ad Antonium. Nouissimè ab Antonio transfugit ad Cæsarem. Hic est *Deillius* cuius epistolæ ad Cleopatram feruntur lasciuæ *Suasoria* i. Δέλλιον vocat Plutarch. in M. Antonio, & Dio, quem hic etiam παιδικά ποτε Ἀντωνίου γεγονέναι tradit.

DIOCLES CARISTIVS.

MEminit huius Censorinus de die Natali, & forte Strabo lib. 14. vbi de Damaso Scombro. Vbi *Dionysocles* pro Diocles editur, & Seneca *Controu.* i.

EVCTEMON.

LEuis declamator sed dulcis) *Contr.* i. homo venustissimi ingenij) *Contr.* 19. vide inf. Fetus.

PAPIRIVS FABIANVS.

Philosophus.

CVm repeterem quos vnquam bene declamantes audissem, occurrit mihi inter alios *Fabianus Philosophus*, qui adolescens tantæ admodum opinionis in declamando, quantæ postea in disputando fuit, exercebatur apud Atellium Fuscum, cuius dicendi genus imitatus plus deinde laboris impendit, vt similitudinem eius effugeret, quam impeoderat vt exprimeret. Erat explicatio Fusci Arellij splendida quidem, sed operosa & implicata, cultus nimis exquisitus, compositio verborũ mollior quam vt illam tam sanctis fortibusque præceptis præparans se animus pati posset. Summa inæqualitas orationis, quæ modo exilis erat, modo nimia licentia vaga & effusa. Principia, argumẽta narrationes aridę dicebantur, in descriptionibus extra legem omnibus verbis, dummodo niterent, permissa libertas. Nihil acre, nihil solidum, nihil horridum, splẽdida oratio, & magis lasciua, quam læta. Ab hac cito se *Fabianus* separauit, & luxuriam quidem cum voluit abiecit, obscuritatem euadere non potuit. Hæc illum vbique in Philosophiã prosecuta est. Sæpe minus quam audienti satis est eloquitur, & in summa eius ac amplissima facultate dicendi (al. *simplicissima felicitate dicendi*) antiquorum tamẽ vitiorum remanent vestigia. Quædam tamen subito desinunt, vt non breuia sint, sed abrupta. Dicebat autem *Fabianus* ferè dulces sententias & quoties incidebat aliqua materia, quæ conuitiũ sęculi reciperet inspirabat magno magis quã acri animo, deerat illis oratoriũ robur, & ille pugnatoris mucro (al. *pugnatorius.*) Splẽdor verò velut voluptarius (*voluntarius.*) non elaboratæ orationi aderat. Vultus dicentis lenis, & pro trãquillitate morũ remissus, vocis nulla contentio, nulla corporis asseueratio, cũ verba velut iniussa fluerent. Iam videlicet cõpositus & pacatus animus, cum veros (al. *cum verò*) expressisset affectus, & iram doloremq; procul expulisset, parum bene imitari poterat, quam effugerat. (*al. effinxerat*) Suasoriis autem aptior erat, locorum habitus, fluminumque decursus, & vrbium situs, moresque populorum nemo descripsit abundantius. Nunquã inopia verbi substitit, sed velocissimo cursu

ac

ac facillimo omnes res beata circumfluebat oratio. *Post paucis interiectis.* Cum aliquando Cæstium *Fabianus* audiret, nihilominus declamabat, & tam diligẽter vt putares illum illi stadio parari (*studio*) non per illud alteri (al. *alteri præparari.*) Habuit etiam Blandum Rhetorem præceptorem, qui eques Romanus Romę docuit. Ante illum inter libertinos præceptores pulcherrima disciplina cõtinebatur (al. *præcepta pulcherrimæ disciplinæ.* vide Suetonium de Grammaticis & Rhetorib. & in Plotio inf.) & minime probabili more, turpe erat docere quod honestum discere. Nam primus omniũ Latinus Rhetor Romæ fuit puero Cicerone Plotius. Apud Blandum diutius quam apud Arellium Fuscum studuit, sed cum iam transfugisset, eo tempore quo eloquentiæ studebat non eloquentiæ causa. Scio futurũ vt auditis eios sententiis cupiatis multas audire. Sed nec ille diu declamationibus vacabat, & ego multo minor natuquam ipse erat, audiebã quoties inciderat, non quoties volueram. In hunc ergo libellum, quæcunque ab illo dicta teneo, conferam,) *Præf. libi. II. Controu.* in extremo vbi emendo: *At ego multo tempore minorem quam ipse eram.* Lipsius noster *maior* tentabat lib. I. Elect. Seneca tamen filius epistola C. egregie quæ hic pater desiderat in *Fabiano* requirenda non esse docet. *Sed vt aliquid iocemur, Fabianus Philosophus nobilissimus vir fuit, qui primus foro Romano hunc vomicum morbum, quo nunc laborat, intulit* (fort. *vomicum.* f. *hanc vomicam.* Ant. Augustinus vir cl. & *morbum* à glossa vel *hunc* delendum.] de quo Seuerus Cassios, antequam ab illo reus ageretur dixerat: *Quasi disertus es, quasi formosus es, quasi diues es, quasi lapsam Contr.* 12. (v. cod. *alapam* forte *Vappa* AA *lapsanam, vel ὢν à πώπου Sycophanta,* lege *Halophante vel Holophāta.* Nonio & Plauto in Curculione) Memini omnibus rebus Albutiũ apud *Fabianum Philosophum* tanto iuniorem, quam ipse erat, cum condiscipulis sedere. *Præfat. lib. 4. Contr.* Citatur à Plinio lib. 36. cap. 15. vt naturæ rerum peritissimus, qui & ipsa marmora in Lapidicinis crescere dixit & à L. Annæo Seneca epist. CI. qui se illum audisse scribit, & inter sui temporis rhetoras enumerat. De hoc extat præclarum apud eundem elogium epi. XI. *Fabianus*, inquit, *vir egregius & vita & scientia, & quæ post illa est eloquentia.* Libros autem scripsit Ciuilium, & Philosophiæ aliquanto plures quam Cicero, adeoq; elegantes vt post Ciceronem, Asinium, Liuium, locum meruerit. Charisius etiam & Diomedes *Fabiani* librorum de *Animalibus, & causarum naturalium,* auctoritate aliquot locis vtuntur.

FABIVS MAXIMVS.

MAle *Fabianus* editur *Cont.* 15. Maximi enim cognomen est *Fabiorum* atq; etiam vel fallor, vel is est Augusti amicus sua & vxoris loquacitate celebris, de quo apud Tacitum lib. I. Ann. & Plutarchum *περὶ ἀδολεσχίας.* quæ suprà de Fabiano dicta sunt ex *Contro.* 12. videntur huc referri debere.

M. FABIVS QVINCTILIANVS

Vide infrà *Quinctilianus:*

FETVS.

FEtus Rhetor staturæ pusillæ, inquam Euctemon homo venustissimi ingenij Græce dixit: Senec.

Antequam te viderem, nescio Rhetor an feratos esses (fortè *Στεῖρος* acetualis, vel *σφενδονᾶ*) *Contr.* XIX.

IVLIVS FLORVS.

AVditor Lattonis, *Nec Iulio* nec alij cõtigisse quam apud Græcos Nicetæ, apud Romanos Lattoni, vt discipuli non audiri desiderarent, sed contenti essent audire) *Contr.* 25. Apud Quinctilianum lib. X. cap. 3. est *Iulius* quidam *Florus* Gallicæ eloquentiæ princeps, alioqui inter paucos disertus & dignus propinquitate illa. Nescio an hic noster sit, cum & Latro Hispanus fuerit.

FVLVIVS SPARSVS.

SParsum memini hominem inter Scholasticos sanum, inter sanos Scholasticum) *Declamatione* VII. lib. I. *epitomes* (Sic enim repono, nam ibi legitur *inter Schol. insanum, inter insanos Scholasticum*) *Sparso* communem scholam cum Rhetore quodam habenti dixit Oscus: *Tu potes controuersiam intelligere, qui non intelligis te laterem lauare? Sparsus* autem dicebat valenter (v. c. *violenter*) sed durè) Præfat. lib. v.

FVRIVS SATVRNINVS.

SAturninus Furius qui volens, vel condemnauit (f. *contemnauit*) maius nomen in foro quam in declamationibus habuit: solebat tamen tam honeste declamare, vt scires illum huic materiæ non minus idoneum esse, sed minus familiarem. Is in hac Controuersia cum L. Lamię filio declamaret, dixit sententiam; *ὁ μὲν πατὴρ χεῖρον γέγονε τυράννου, ὁ δὲ ἄλλος ἑαυτοῦ.* *Controu.* 21.

SEX. IVLIVS GABINIANVS.

GAbinianus ætate Taciti notissimus Rhetor fuit, de quo ipse libro de sui temporis Oratoribus. *Quotus enim quisque,* inquit, *Scholasticorum nõ hac sua persuasione fruitur, vt sese ante Ciceronẽ nominet: sed planè post Gabinianum.* & D. Hierony. Olympiade CCXIII. *Gabinianus celeberrimi nominis Rhetor in Gallia docuit.* Ita enim legunt veteres Codd. malè vulgo *Gabinius.* Huius autem declamationes laudat idem Hieron. præfat. VIII. in Esaiam. *Qui si flumen eloquentiæ,* inquit, *& concinnas declamationes desiderant, legant Tullium Quinctilianum; Gallionem, Gabinianum.* Huius vitam scripsit Suetonius in libro de Claris Rhetoribus. vt ex indice patet, sed intercidit in quo *Sex. Iulius Gabinianus* dicitur.

IVNIVS GALLIO.

PRimum Tetracolon quorũ faciam quęritis? Latronis, Fusci, Cæstij, Alburij, *Gallionis*, Hi quoties cõflixissent penes Latronem gloria fuisset, penes *Gallionem* palma, reliquos vt vobis videtur, componite) *Præfat. lib.* 5. *Contr.* Nemo magis in sua potestate habuit audientium affectus Seuero Cassio: verum est quod de illo dicit *Gallio* noster, cum diceret *verum potiebatur*; adeo omnes imperata faciebant. Cum ille voluerat irasce-bantur. Nemo non illo dicente timebat ne desineret.) *Præf. lib.* 3. *Declamat.* Quærebat à *Gallione* Messalla, quid illi visus esset Nicetes: *Gallio* ait, *Plena Deo.* Quoties audierat aliquem ex his declamatoribus, quos Scholastici caldos

[v.c. *Scholasticaldos*] vocant, statim dicebat *plena Deo*. Ipse Messalla nunquam aliter illum agnouit ab hominis auditione venientem interrogatum, quam vt diceret, *Nunquid plena Deo?* Itaq; hoc ipsi iam tam familiare erat, vt inuito quoque excideret apud Cæsarem.) *Suasor*. III. Meminit huius Fabius lib. IX. cap. II. extremo & lib. III. cap. I. quem de Rhetorica scripsisse tradit. Huius *Gallionis* esse Critici quidam existimant, Rhetoricorum ad Herenniũ libros quos Cornificio Quinctil. M. Tullio B. Hieronymus attribuunt. De hoc forte *Gallione* Cicero ad Atticum lib. II. epistola *Cephalio mihi: Gallionis*, inquit, *hereditatem creuit*. Vide *Vibius Gallus*, quod nomen ob affinitatẽ in *Iunius Gallio* commutari potuit. Reliqua in *Haterio. Sequitur breuis Genealogia Gallionis* ex Mart. Delrio nostro.

L. IVNIVS GALLIO MAIOR & minor.

M. Annæi Senecæ nostri hic filius natu vt opinor maximus Senecæ Philosophi & Melæ frater. Hic honoribus abstinens, studiisq; eloquentiæ paterno exemplo deditus, equestri ordine contentus vixit: duo vero honores gesserunt teste præter *Senecam* patrem Tacito & Eusebij chronico. *Gallionem nostrum* frequenter hic Seneca appellat, vt & Fabius lib. 3. cap. 1. & lib. X. cap. 2. *patrem* nominat. Nouatum enim in præfationum titulis primo loco cum Seneca ac Mela compellat parens *lib. 1. & 2. Controu. & 5.* & filius lib. 3. Naturalium Quæst. principio Gallionem fratrem vocat *suum*, de quo & carmen eius hoc circumfertur.

Sic mihi sit frater maiorque minorque superstes
Et de me doleat nil, nisi morte tua.
Sic illos vincam: sic rursus vincar amando:
Mutuus inter nos sic bene certet amor,
Sic dulci Marcus qui nunc sermone fritinnit
Facundo patruos prouocet ore duos.

& Tacitus Annal. XV. De Seniore autem ait idem epist. C. V. *Illud mihi in ore erat domini mei Gallionis, qui cum in Achaia febrem habere cœpisset, protinus nauem ascendit clamitans non corporis esse sed loci morbum.* & patet *Suas. 3.* Ouidio familiarem fuisse, ad quem etiamnum elegia extat lib. 6. de ponto. Eiusdem tinnitus vna cum Mæcenatis calamistris reprehendit auctor de claris Rhetoribus. Disertissimũ oratorem vocat ad Eusebij chronicon Hieronymus, obiit anno Domini 66. quo Lucanus. De hoc loqui arbitror eundem Hieronymum *præfat. lib. 8.* in Isaiam & cap. 18. Actorum Apostolicorum vbi de *Gallione* Proconsule, Alter fuit *Annæus Nouatus*, seu *Iunius Gallio* minor Senecæ Rhetoris F. Philosophi frater quem laudat Papinius in Genethliaco Lucani lib. II. Siluarum.

Lucanum potes imputare terris
Hoc plus quam Senecam dedisse mundo
Aut dulcem generasse Gallionem,

fuit enim facetus & comis suauissimisque moribus, nec remisso aut fracto, sed forti, magnoque animo. Huic liber *de Beata vita* dedicatur, & *fortuita* ad toleratiam doloris animantia teste Tertull. eidem inscripta, vnde hodie *excerpta* tantum circumferuntur. Hunc citat Seneca initio lib. 4. Naturalium Quæstion. & de Ecetijs lib. V. Natu. cap. XI. De hoc *Gallione* scribit ex Dione Xiphilinus in Claudio, cum esset consuetudo necatos à carnificibus in forum magnis quibusdam vncis trahi, deinde in flumen abiici: *L. Iunium Gallionem* Senecæ fratrem facete & vrbane dixisse: *Claudiũ vnco in cœlum attractum*. De huius quoque morte Tacitus lib. XV. Ann. & Dio post fratrem Senecã occisum tradit. Nã ab hoc longe diuersus, quem *Iulium Gallæum Gallionem lib. V.* & Dio l. VIII. vocat. Quis ergo *Nouatus* ille Senecæ frater? Opinatur Martinus Delrius Societatis nostræ vir doctissimus prolegom. in Senecam Tragicum, *Annæum Nouatum* adoptione in gẽtem Iuniam transisse, & mutato nomine *Iunium Gallionem* vocatum, adhęc apud Quinctil. lib. 9. cap. 2. pro his *P. Nouanius Gallio cui ego omnia meritissimus volo & debeo pro eius animi in me summa voluntate*, videri leg. *Iunius Nouatus Gallio*, Duo igitur Galliones fuerint necesse est sed adoptione. primum Seneca *Nostrum* vocat, quia iisdem se studiis dedit quibus ipse, clarus Orator, vel affinitatis causa quod Sororem eius Heluiam duxerat, vel quod frater Rhetoris erat. Hic ille forsitan qui sua se manu interfecit, mortem eius Nerone in suam præsentiam differente. Tacit. lib. XV.

GARGONIVS.

Gargonius amabilissimus dixit duas res in Suasoria pro Cicerone, quibus stultiores ne ipse quidem vnquam dixerat. Cœpit frequentissimo iam more Scholasticorum à Iureiurando) *Suasor vlt. Gargonius* (alias *Gargenius*,) fuit Buteonis auditor postea scholæ quoque successor: vocis obtusæ, sed pugnacissimæ: cui Baros Scurra rem venustissimam dixit: *centum Rancorum voces habet. Contr. 7. Gorgony* cuiusdam Horatius meminit:

Pastillos Rufinus olet, Gorgonius hircum.

GAVIVS SILO.

Bene declamauit *Gauius Sdo.*) C. male vulgò legitur, Recteque alibi & constanter legitur *Gauius Silo Præfat. lib. 5. Controu. & Contr. 31. 32. 33. 34.*) & nusquam auctor ex prænomine suo Rhetoras denominauit, sed ex nomine vel cognomine. *Gauy* autem nomen inter Romana nomina notum probauit Ludouicus Carrio lib. Emend. primo. Cui Cæsar Augustus, cum frequenter causas agentem in Terracinensi colonia vidisset, plenum testimonium dedit, dicens: *nunquam audiuisse se disertiorem patrem familias.*

GLYCON SPYRIDION.

Græcus declamator: fecit quod solebat, vt sententiam adiectione superuacua, quo ad tumide perderet) *Suasor. 1.* vbi f. corruptè etiam *Lycon* legitur. Dictus etiam *Spyridion controuers. IX.* vbi tamen editur vitiosè *Scyridion*, de quo & Fabius lepidam narrat fabulam: *Nec ignotum*, inquit, *quid Glyconi cui Spiridion cognomen fuit, acciderit. Hic puer quem in ius adductum, nempe eius vt ætate & fletu iudices mouerentur, quid fleret, interrogabat, ex pedagogo se vellicari respondit.* Verisimile autem est à Pedagogo vellicatum vt fleret; à *Glycone* vero in orãdo per Apostrophen interrogatum, nõ vt vllum eliceret responsum, sed vt miserandũ pueri statum iudicibus ostenderat, quem in ea ætate se intelligere lacrymis demõstrabat, dum misericordiam mouere

mouere iudicium nititur, risum excitauit. Corrupta eadem vox *Contron.* xiv. vbi *Syricon* male pro *Spyridion* legitur, & *Contron.* xxxiv. vbi vitiose *Hispo Rideon* est, qui *Spiridion* est, vt sequentia docēt.

Q. HATERIVS.

APud Cæsarem cum mētio esset de ingenio *Haterij*, cōsuetudine prolapsus Gallio dixit *& ille erat plena Deo.* Quærenti deinde quid hoc esse vellet (f. sibi vellet) versum Virgilij retulit: & quomodo hoc semel apud Messalam sibi excidisset & nunquam postea potuisset excidere.) *Suaso.* iii.) *excidere*, ambigue, semel pro dicere per imprudentiam, semel pro obliuisci. Sic Augusti dictum de Cassio Seuero in Macrobio de *absoluere*: & *expecto* apud Quinctil. & in Varrone Similia sunt.) *Haterius* & promisit oratorem & præstitit) *Contron.* xxix. *Haterium* scio tam imbecillo animo mortes (sex) filiorum tulisse, vt non tantum receoti dolori cederet, sed veteris quoque & obliterati memoriam sustinere non posset. Memini eum diceret Controuersiam de illo (quæ prima est lib. iv. declamat.) qui à sepulchris triū filiorum abstractus iniuriarum agit, mediam dictionis fletu eius interrumpi. Deinde tāto maiore impetu dixit, tanto miserabilius, vt appareret, quā magna pars esset ingenij dolor. Declamabat *Haterius* admisso populo ex tempore: solus omnium Romanorum, quos meo tempore cognoui, in Latinam linguam transtulit Græcam facilitatem, Tanta illi erat velocitas orationis, vt vitiū fieret. Itaq; D. August. optimè dixit *Haterius noster sufflammandus est*: adeo non currere sed decurrere videbatur: nec verborum tantum illi copia, sed etiam rerum erat. Quoties velles eandem rem, & quādiu velles diceret, aliis toties figuris aliis tractationibus, ita vt nec regi posset nec consumi. Regi autem ab se ipso nō poterat, alioquin libertum habebat, cui & parebat & sic ibat, quomodo ille aut concitauerat eū, aut refrænauerat.] idem Cic. & Fab. lib. i. de Gracchis] iubebat transire cum aliquando locum dixerat [al. *aliquem* transibat. Insistere iubebat eodem loco, permanebat. Iubebat epilogum dicere, dicebat. Habebat in sua potestate ingenium, in aliena modum. Diuidere Controuersiam putabat ad rem pertinere, si illum interrogares; non putabat si audires. Is illi erat ordo quem impetus dederat. Ac non dirigebat se ad declamatoriam legem, nec verba custodiebat. Quædam enim scholæ iam quasi obsoleta [al. obscœna] refugiunt, oec si qua sordidiora sunt aut ex quotidiano vsu repetita, possunt pati; ille in hoc Scholasticis morem gerebat, nec verbis calcatis (f. *antiquatis* vel *calamistratis*.] & obsoletis vteretur, sed quædam antiqua & à Cicerone dicta cæteris deinde deserta dicebat, quæ nec ille quidem orationis citatissimæ cursus poterat abscōdere. Ideo quicquid insolitum erat, etiam si in turba notabile est. Hoc exēplo nemo erat Scholasticis nec aptior nec sublimior, sed dū nihil vult nisi culte, nisi splendide dicere, sæpe incidebat in ea quæ derisum effugere nō possent. Memini illum (cum Libertinum reū defenderet, cui obijciebatur, quod patroni concubinus fuisset) dixisse: *Impudicitia in ingenuo crimen est, in seruo necessitas, in libero officium.* Res in iocos abiit: *non facis mihi officium, & multum hic & ille in officiis versatur*: ex eo inpudici & obscœni aliquandiu *officiosi* vocitati sunt. Memini & illam contradictionem ab illo positam magnam materiam Pullionis Asinij, & tunc Cassij [fort. *T. Cassij*] Seueri iocis præbuisse. *At* inquit, *inter pueriles condiscipulorum sinus lasciua manu obscœna iussisti* (*al. insisti*) ac pleraque huius generis illi obijciebātur. Multa erant quæ reprehenderes, multa quæ suspiceres, cum torrentis more magnus quidem, sed turbidus flueret. Redimebat tamen vitia virtutibus: Et plus habebat quod laudares, quam quod [cui] ignosceres: Sicuti in ea, in qua fleuit declamatione prima scilicet Contro. *Pater à sepulchro à luxurioso raptus: Hactenus ex Præfat. lib. 4. Epitom.* declamat. Cæpit subito quo solebat cursu orationis describere, *al.* feruere &c. *Q. Haterius familia Senatoria, eloquētiæ quoad vixit celebratæ. Monumenta eius ingenij haud perinde retinentur. Scilicet impetu magis quam cura vigebat: Vtque aliorum meditatio & labor in posterum valescit: Sic Haterij canorum illud & profluens cum ipso simul extinctum est. Tiberium cunctantem imperium accipere, cum dixisset, quousque patieris Cæsar non adesse apud te remp. ita, offendit, vt is statim in eum inuectus sit: ad quem postea deprecandi gratia palatium ingressus prope à militib. interfectus est, cum Tiberius, incertum casu an manibus illius impeditus procideret*, Tacitus lib. i. & iv. *Namque Echerij cursum suis temporibus Oratoris celeberrimi longe abesse ab homine sano volo* [Lege *Nam Q. Haterij*] Seneca epistola xl. vt Lipsius emendat in Tacitum. Eusebij chronicun Olymp. cc. Aono Tiberij, Augusti x. *Q. Haterius promptus & popularis orator vsque ad* xc. *prope annum summo honore consenescit.* Anno Christi xxv. obiit mortem anno v. c. ɔɔcclxxix. Lentulo Getulico & Caluisio Sabino Coss. Quod si verum est, natus est Cicerone Cos. id est anno v. c. ɔɔxc. quo fit vt nec potuerit esse Pollionis filius (vt in præfat. lib. iv. [illegible]n. scribitur) duodecim annis tantum eo minor, nec Pollio quo die ipse *Haterius* decessit cenare, plus xx. annis ante fato functus vide mox *Herium* Asinij Pollionis filium, Augusti dictum: *Haterius noster sufflaminandus est*, vsurpāt Macrob. & Alciatus l. vi. cap. v. παρέργων. & Cœlius Rhodiginus lib. ix. cap. x.

HERIVS. Asinij Pollionis F.

DEclamauit Pollio Asinius intra quartū diē quam filium *Herium* (sic enim de veteribus libris legendum, non *Haterium*, qui Pollionis filius non fuit) amiserat, sed tanto vehementius, quam vnquam) *ex Præfat. lib.* iv. *Epitomes.* Locus ibi deprauatus & à Librarijs partim affinitate vocum, vt fit *Herij & Haterij*, partim quod Haterius proximè nominaretur.

HERMAGORAS.

HErmagoras Temnaeus Æoliæ, cognomine dictus *Cariō*, Theodori discipulus sub Augusto floruit, quatuorq; libros Artis Rhetoricę edidit. Male apud Suidam vi. ponuntur cum iv. tantum enumeret, nēpe: περὶ ἐξεργασίας, περὶ πρέποντος, περὶ φράσεως, περὶ σχημάτων. Romæ cum Q. Cæcilio docuit, vbi etiā admodū senex discessit, vt esse

verum potuerit, quod Quinctil. sua ætate dicat quosdam superasse qui Hermagoram viderant apud quem etiam eius hoc extat elogium: *Hermagoras*, inquit, *vir subtilis & in plurimis admirandus tantum diligentiæ nimium sollicitæ, vt ipsa eius reprehensio laude aliqua non indigna sit.* Hæc cap. 1. & vltimo lib. 3. & Strabo lib. 13. ex quibus apparet alium esse ab *Hermagora*, qui pariter Rhetorica scripsit, cuius apud Ciceronem & Cornificium fit mentio (vt Nicol. Faber. ad *Contrmedian.* 11. annotauit) & apud illum in Bruto.

HISPO ROMANVS.
vide Romanius Hispo.

HYBREAS.

DE hoc Strabo lib. 13. καθ' ἡμᾶς: ῥήτορες μέγιστοι. Ortus ex Mylasa Cariæ ciuitate, quam Plinius lib. 5. cap. 29. liberam fuisse dicit. Diotrephis Antiocheni discipulus, floruit initio imperij Augusti, æqualis Nicetæ, de quo plura in *Nicete*. Putatur hæc vox in *Andreas* degenerasse *Suasor.* 11. & *Contr.* VII. vbi *Hybreas* desideratur. *Andreæ* tamen nomen in Plinio maiore legisse sæpius videor.

T. LABIENVS,
Historicus.

DE *Labieno* interrogatis. Declamauit nō quidem populo, sed egregie. Non admittebat populum, & quia nondum hæc consuetudo erat inducta, & quia putabat turpe & friuolę iactationis, affectare censorium supercilium, cum alias animo esset magnus Orator; qui per multa impedimenta eluctatus ad famam ingenij, confitentibus magis hominibus peruenerat, quam volentibus. Summa quidem egestas erat, summa infa-
» mia, summum odium Magna autem debet esse
» eloquentia quæ in vitiis placeat, & cum ingenia
» fauor hominum ostendat, fauor alat, quantam
vim esse oportet, quæ inter obstantia erumpat; Nemo erat quin cum homini omnia obiecerat, ingenio multum tribuerit. Color orationis antiquæ, vigor nouæ. Cultus inter nostrum, ac prius sæculum medius, vt illum possit vtraq; pars sibi vindicare. Libertas tāta, vt libertatis nomen excederet, vt quia passim ordines honoresq; laniabat, *Rabienus* vocaretur: animus per vitia ingens, & ad similitudinem sui ingenij violentus, & qui Pompeianos spiritus nondū in tanta pace posuisset. In hunc primum excogitata est noua pœna: effectum est enim per inimicos, vt omnes eius libri incenderentur. Res noua & insueta, supplicia de studiis sumi, bono hercule publico, ista in pœnas ingeniosa crudelitas post Ciceronem inuēta est. Quid enim futurum fuit, vt Trium viri libros
» si ingenium Ciceronis proscriberēt; Sunt dij im-
» mortales lenti quidem, sed certi vindices generis
» humani, & magna exēpla in caput inuenientium
» regesserunt et iustissima patiēdi vice, quod quis-
» que alieno excogitauit supplicio, sæpe excipiat
» suo. Valer. Max. lib. 1. & Prou. *Suo Capitis & Pha-*
» *laridis taurus.* Quæ vos dementissimi homines tāta vecordia agitat: parū videlicet in pœnas notæ crudelitatis est, conquiritis in vosmetipsos noua quibus pereatis, & si quid ab omni patientia rerum natura subduxit, sicut ingeniū memoriamque nominis, inuenitis quemadmodum perducatis ad eādem rem corporis mala, facem studiis subdere, & in monumenta disciplinatum animaduertere? Quanta & quam non contenta certa materia sæuitia [*f. sæuitiæ*] est: Dij boni quod eo sæculo ista ingeniorum supplicia cœperunt, quo & ingenia desierunt. Eius qui hanc in scripta *Labieni* sententiam dixerat: postea, viuētis adhuc scripta combusta sunt, iam non malo exemplo quia suo. Non tulit hanc *Labienus* contumeliam nec superstes esse ingenio suo voluit, sed in monumenta se maiorum ferri iussit, atque ita includi: veritus scilicet ne ignis qui nomini suo subiectus erat, corpori negaretur: Non finiuit tantum se ipse, sed etiam sepeliuit lib. V. *fleuit*] Memini aliquādo cum recitaret historiam, magnam partem eorum librorum conuoluisse, & dixisse: Hęc quæ transeo, post mortem meā legentur. Quanta illis [f. illi] libertas fuit, quam etiam *Labienus* extimuit. Cassij Seueri hominis *Labieno* iunctissimi belle dicta res ferebatur, illo tempore quo libri *Labieni* ex S. C. vrebantur; *Nunc me*, inquit *viuum vri oportet. qui illos edidici* [vet. cod. *edidi.*] Monstrabo vobis bellum libellum, quem à Gallione nostro petatis. Recitauit rescriptum *Labieni* pro Batillo Męcenate, in quo suspicitis adolescētis animū, illos dentes ad mordendum prouocātis.] *Præf. lib. V. Contron.* *Labienus* homo mentis quam linguæ amarioris, dixit de Asinio Pollione *Ille Triumphalis senex ἐπιδείξεις, id est declamationes* (al. ἀποδείξεις, Sed idem vtrumque pro orationibus ad ostentationē: Sueton. de claris Rhetoribus συντάξεις vel συνθέσεις.) suas numquam populo commisit. Siue quia parū in illis habuerat fiduciæ, siue quod magis crediderim, tantus orator inferius id opus suo ingenio duxerit: exerceri quidē illo volebat, gloriari fastidiebat) *Prologo lib. IV. epitomes.* In Caligula Sueton. cap. XVI. Caium Imperatorē *T. Labieni* historici scripta S. C. abolita, requiri & esse in manibus permisisse, scribit. Is autem *Labienus* nepos forte *T. Labieni* eius fuit, qui cū egregiam Iulio Cæsari in Gallia operam nauasset, bello tamen ciuili à partibus Optimatium stetit, & filius eius quem Parthorū auxilio pop. Romano bellū indixisse, Milasamque in Hybreæ cōtumeliam & vindictam diruisse Strabo lib. XIV. & Dio XLVIII. produnt. Tribus enim illis *Titi* prænomen fuit. Cuiuscuius filius fuerit, gentis suę ferociam animo retinuisse constat, & vt animi quibusdam vitiis, ita etiam loquendi libertate & magnis virtutibus clarum extitisse. Eius auctoritate & scriptis vtuntur Fab. lib. 1. cap. 5. lib. 9. cap. 3. & Sosipater.

M. LEPIDVS.

VIr egregius & qui declamatorio non studio * *Præfat. lib. V. Contron.* Neronis Præceptor.] *Contron.* XI. Puto Neronis Drusi, vt in Prolegomenis admonui, quem cum Scauro declamasse *Præf. lib. V. Contron.* noster Seneca. & Corn. Tacitus lib. 11. Cn. Pisoni cædis Germanici reo adfuisse tradunt. Idem in dialogo de Oratore.

LESBOCLES.

POtamon magnus fuit declamator Mitylenis qui eodem tempore viguit, quo *Lesbocles* magni nominis & nomini respondentis ingenij. In quibus quanta fuerit animorum diuersitas in simili fortuna, puto vobis indicandum, multo magis quia ad vitam pertinet, quam si ad eloquentiam pertineret. Vtrique filius iisdem diebus decessit. *Lesbocles* Scholam soluit. Nemo vnquam ampliore animo [imo Asinius Pollio. Supra in Præfat. lib. IV. epitom.] se gessit Potamone, à funere filij contulit sese in Scholam & declamauit. Vtriusque tamen affectum temperandum puto. Hic durius tulit fortunam quā patrem decebat ille mollius, [v.c. *molestius*, sed non recte.] *Suasoria.* II. Strabo lib. XIII. de Mitylena verba faciens. *ὕστερον δ' ἐγένετο χρόνοις πολλοῖς διαφάνης, ὁ ῥήτωρ καθ' ἡμᾶς ὁ Ποτάμων καὶ Λεσβοκλῆς.*

C. MÆCENAS.

COntrou XII. in fine: vbi tanta autem [*Mæcenas*] glossema tollit Lipsius noster, in VI. Taciti, & in v.c. scriptum *Marcus Mæcenas* autem è gente *Cilnia* est Lipsio nostro è V. Taciti & Silio Italico. *Arretinus* ex Liuio, Plinio li. XXXVII cap. I. & Tacito li. VI. vbi & Fuluius Vrsinus hunc *Cilniæ* gentis facit Manutius autem *Cinciæ*, Alij *Helviæ*. Hos non sequor. Vide Ant. Augustini notas in indicem propriorum nominum Pandectarum Iuris, Heedæ euulgatas. De affectato eius ac proinde obscuro dicendi genere Seneca filius epistola ad Lucil. XCIII. Alte cinctum putes dixisse; habuit enim ingenium grande, & virile, nisi illud ipse discinxisset.

M. ANNÆVS MELA & M. Lucanus. f.

M*Ela*, siue vt alij volunt *Mella* Senecæ patris natu filius minimus, Seneca Philosopho ac Iunio Gallione fratribus ex Eluia trium liberorum matre: vt Seneca pater *Præf. lib.* II. *Controu.* & filius Consolatione ad Eluiam testantur. Melæ carissimi filij videt pater animum à ciuilibus studiis abhorrentem, & ab omni ambitu auersum, hoc vnum concupiscentem nihil concupiscere, vt eloquentiæ tantum studeret, facilis ab hac in omnes artes decursus est, instruit etiam quos non sibi exercet, nec id agebat pater, vt illū bene crediti studij labor [al *credentis*] teneret [f. *pœniteret* vel *tæderet*] Ille vero non esse se bonæ mentis impedimentum, pergere quo inclinaret animus iubebat, & paterno contentum ordine subducere fortunæ magnam sui partem. Erat quidem *Melæ* maius ingenium quā fratribus suis, omnium bonarum artium capacissimum. Erat & hoc melioris ingenij pignus, nō corrumpi bonitate eius, vt eo male vteretur. Sed quoniam fratribus eius Senecæ & Gallioni ambitiosæ curæ erant foroq; se & honoribus parabant, in quibus ipsa quæ sperantur timenda sunt: ipse quoque *Seneca* aliquando eius processus auidus, & hortator laudatorque vel periculosæ, dum honesto modo, industriæ, *Melam* duobus filiis nauigantibus natu minorem in portu retinuit. Sed profuturam ait illi illam quam tota mente agitabat, declamandi exercitationem, sicut Fabiano profuit, qui aliquando cum Cæstium audiret, &c. *Præfat. lib.* II. *Contron.* & *Præfat. lib.* V. *Mela* meus contrahat frontem. Ambitiosum fuisse negat pater Seneca & cum eo Tacitus lib. XVI. *Mela*, inquit, *quibus & Gallio & Seneca, parentibus natus, petitione honorum abstinuerat, per ambitionem præposteram, vt eques Rom. Consularibus potentia æquaretur. Simul acquirendæ pecuniæ breuius iter credebat, per procurationes administrādis principis negotiis. Idem M. Annæum Lucanum genuerat, grande adiumentum claritudinis, quo interfecto dū rem familiarem acriter requirit, accusatorem concitat Fabium Romanū ex intimis Lucani amicis. Mixta inter patrem filiumque coniurationis scientia fingitur assimulatis litteris Lucani, quas inspectas Nero ferri ad eū iussit opibus eius inhians, at Mella, quæ tum promptissima mortis via, exsoluit venam scriptis codicillis, quibus grandem pecuniam in Tigellinum generumque eius Cossutianum Capitonem erogabat, quo cetera manerent.* *Melam* itaque hinc quoque discas M. Lucani Poëtæ patrem fuisse ex Acilia, auctoritate etiam Hieronymiani ad Eusebium chronici lxx. *Mela* inquit, *Lucani pater fuit, bona filij fisco ascripta à Nerone promeruit.* Ad hunc Lucanum in eadem ipsa Consolatione Seneca forte respexit matrem alloquens: *Ab his ad nepotes quoque respice Marcum blandissimum puerū ad cuius conspectum nulla potest durare tristitia, nihil tam magnum, nihil tam recens in cuiusquam pectore fuerit, quod non circumfusus ille permulceat, cuius non lacrymas illius hilaritas supprimat, cuius non contractum sollicitudine animum argutiæ illius soluant! Quem non in iocos vocabit ista lasciuia? quem non in se conuertet & abducet infixum cogitationibus illa neminem satiatura garrulitas? Deos oro contingat hunc habere nobis superstitem. In me omnis fatorum crudelitas lassata cōsistat.* De hoc poëta Genethliacon exstat in Statio lib. II. Siluarum. Superstes itaque filio pater. De hoc forte an alio Plinius lib. XIX. cap. VI. *Mela equestris ordinis reus ex procuratione à Tyberio principe accersitus, in summa desperatione suco porri hausto, confestim sine cruciatu exspirauit.*

M. CLAVDIVS MARCELLVS ÆSERNINVS.

AVdiui Asinium Pollionem & viridem & postea iam senem, cum *Marcello Æsernino* nepote suo, quasi præciperet, audiebat illum dicentem: & primū quidem disputabat de illa parte, quam *Marcellus* dixerat: prætermissa ostēdebat, tacita leniter implebat; vitiosa coarguebat. Deinde dicebat partem cōtrariam. *Marcellus* quamuis puer iam tātæ indolis erat, vt Pollio ad illum pertinere suæ eloquentiæ successionem crederet, cū filium Asinium Gallum relinqueret, nisi illum (quod semper euenit) magnitudo patris nō produceret, sed obrueret, *Ex Præf.* lib. IV. *Epitom.* Is est *Marcellus Æserninus*, quem Cn. Pisonem cædis Germanici accusatum patronū perisse Tacitus lib. III. scripsit: quemque apud eūdem auctorem Annali XI. incorrupta vita & facundia ad summa prouectum, & ditium familiarum heredem in Suasione legis Cinciæ Silius dixit. Videtur autē vt recte Nic. Faber homo doctissimus obseruat, fuisse filius M. Claudij Marcelli Æsernini Cos. cum L. Arruntio anno V. C. IƆCCXXIII. Neque enim Consul ille, vt hic noster: nepos esse potuit:

Pollionis. Sueton. autem ſcribit hunc Pollionis nepotem crus effregiſſe in Troiæ ludo quē edebat Auguſtus. Cuius caſu effectū, Pullione grauiter inuidioſeque in ſenatu quæſto, ne in poſterum ab Auguſto ederetur. Maxime autem ſub Tiberio floruit. Per diphthongum autem ſcribō faſtos cōſulares, & etymologiam ſecutus. ab Æſernio Samnitum oppido dictos Æſeruinos conſtat. *Suaſ.* vi. *Cyrus Maryllus Eſerninus* neſcio an idē, vox forte corrupta, & *Claudius Marcellus Suaſ.* ii. & *Contron.* xxiix & xxix. eſt *Martius Marcellus.* fortaſſe *M. Claudini Marcellus Æſerninus* vtrobiq; legendū. Plinius cap I. lib. xii. Spadonis Theſſalici cuiuſdā Æſernini prædiuitis liberti meminit, qui platanū cuius folia nunquam decidunt, primus in Italiam ſub Claudio tranſtulit. Alius orator in Cic. Bruto, non ille quidem in patronis, ſed in promtis tamē, & non inexercitatus ad dicendum fuit, quem idem Tullius aequalem Q. Numidici Metelli, & M. Æmilij Scauri facit; ſors hic eſt quē ſub C. Mario aduerſus Teutonos ſcribit Plutarchus. Eiuſdem nominis aliū bello ſociali captum cum Æſernia colonia in poteſtatem Samnitum veniſſe Liuius ſcribit lib. lxxiii.

MARTIVS MARCELLVS.

MArcelli Martij amici ſui frequenter mentionem in ſuis ſcriptis facit Mōtanus Votienus, tanquam hominis diſerti.) *Contron.* xxiix. & xxix.

MARVLLVS vel MARYLLIVS.

LAtro meus ſententias amabat, cum condiſcipuli eſſemus apud *Marullum* Rhetorē, hominem ſatis aridum, pauciſſima belle, ſed non vulgato genere dicētem Cum ille exilitatem orationis ſuæ imputaret Controuerſiæ, & diceret: *neceſſe eſt me per ſpinoſum locum ambulantem ſuſpenſos pedes habere?* aiebat Latro: *non me Hercules tui pedes ſpinas calcant, ſed habent.* & ſtatim ipſe dicebat ſententias, quæ interponi argumentis quam maxime declamantis *Marulli* poſſent.) *Præf. lib.* i. *Controuerſiar. Maryllius* præceptor noſter.] inquit. *Contron.* x. & xvii.

M. VALERIVS MESSALLA CORVINVS.

FVit *Meſſalla* exactiſſimi ingenij quidē in omnes ſtudiorum partes (ſic v. I.] Latini vtique ſermonis obſeruator diligentiſſimus. Itaq; cum audiſſet Latronem declamantem dixit, *ſua lingua diſertus eſt.* Ingenium illi conceſſit, ſermonem obiecit. Non tulit hanc contumeliam Latro, & pro pythodoro *Meſſallæ* diſertiſſimā orationem recitauit, quam compoſitā Suaſoriam Theodoto declamauit per triduū) *Contron.* xii. Scio nunc Aſinium Pollionem, & *Meſſallam Coruinū* & Paſſienum, qui nūc primo loco ſtat, minus bene videri quam Ceſtium aut Latronem. *Præf. lib.* iii. *Epitomes.* De hoc egregium apud Fab. exſtat elogium lib. x. cap. i. *Meſſalla*, inquit, *nitidus & candidus, & quodāmodo præ ſe ferens in dicēdo nobilitatē ſuam* tecte. Nam & nobiliſſimus & eloquentiſſimus fuit. Cum à Voluſio & Valerio Poplicola originem per infinitos Conſulares & triumphales ducens, *Valeriū Coruū* vt. Coſ. qui C. annos impleuit, à quo *Coruini* nomen poſteris inditum, & *Meſſallam* ſenem, qui de familiis Romanis ſcripſit (nam qui vulgo de Auguſtorum familia *Meſſalæ Coruini* cum L. Flori hiſtoria libellus circumfertur, indignus tanto auctore mihi videtur) in cognatione numeret. Adoleſcens adhuc ingenio & prudentia Triumuiris formidabilis fuit. App. lib. iv. de bello Ciuili, Μεσσάλας δὲ ἐπιφανὴς νέος ἐς Βροῦτον ἔφυγε, καὶ αὐτὸν δείσαντες οἱ τρεῖς τὸ φρόνημα καὶ προὔγραψαν αὐτόν. Nec gratia vti proſcriptionis voluit, quam diu ſpes optimatium aliqua ſuperfuit. Reb. a. compoſitis ſub Auguſto dignitate & eloquentia floruit. Conſul. n. Augur primuſque vrbis præfectus fuit, quā tamen dignitatem paucis diebus exercuit, & eiurauit, *quaſi neſcius exercendi*, inquit Tacitus, nempe quod ita finxerit. Nam reuera certo die abdicauit parum ciuilem poteſtatem conteſtans. B. Hieronymus ad Euſebij Chronica. Et ratione Dio primū vrbis præfectum Mæcenatem poſuit. Plures orationes ſcripſit & vulgauit, multos etiam libros compoſuit quorū auctoritate Plinius, Quinctilianus, Suetonius, & Soſipater Chariſius vtuntur: quoſdam etiam de ſingulis litteris, vt de littera S. amatoria etiam ſcripſiſſe Plinius Iunior Epiſt. lib. v. teſtatur. L. Seneca in Ἀπoκολ. diſertiſſimum virū vocat Tacitus de Cl. oratoribus Cicerone mitiorē & dulciorē, & in verbis magis elaboratū iudicat, Fab. dignitatem orationis ei præ ceteris tribuit. Cuius etiam eximiæ virtutes iudicio totius Senatus comprobatæ ſunt. Per eum enim veluti ſui ordinis principem, Cæſarem Auguſtum *patrem patriæ* ſalutauit Sueton. cap. lviii. Vir tamē tantus anno ætatis ſuæ lxx. biennio antequam moreretur omnium penitus, etiam proprij nominis oblitus eſt, Plin. lib. vii. cap. xxiv. & lib. ix. & xxxiii. & bis xxxv. Tibulli ad eū Panegyricus exſtat. Hieronymus ad Euſebij Chronicon Olymp. clxxx. Anno ii. *Meſſalla Coruinus orator naſcitur, & T. Liuius Patauinus ſcriptor hiſtoricus.*

MENESTRATVS. vulgo, Miniſtratus.

Declamator non abiectus ſuis temporibus *Suaſoria.* i.

IVLIVS MONTANVS Poeta.

COmis fuit & egregius] *Contron.* xvi. Heroicis & elegis, atq; etiam amicitia Tiberij, & frigore ſuo tempore notus. Seneca Philoſophus, Epiſt. cxxiii. vbi variare Senecæ codices auctor eſt Gyraldus lib. iv. De poetis, oſtenduntque Gruteri variantes ſcripturæ, vbi lepidus Pinarij iocus in *Iulium Montanum*, quod libēter verſibus ortum occaſumque ſolis deſcriberet, & ſua vſq. ad faſtidium audientium recitaret: *Ego* inquit: *audire illum paratus ſum ab ortu ad occaſum.* Ouidius Eleg. libr. iv. de Ponto:

Quique vel imparibus numeris, Montane, vel æquis
Sufficis, & gemino carmine nomen habes.

Cuius

Cuius etiam mentio fit in fragmentis Senecæ Philosophi, quæ ante eius opera alibi excuduntur, ex Donato seu quo alio vitę Virgilij scriptore, qui dicit hunc dicere solitum, *muolaturum se quadam Virgilio. si & vocem posset, & os, & hypocrisin. Eosdem enim versus eo pronuntiante bene sonare, sine illo marcescere quasi mutos.* Fuit & *Curtius Montanus* orator, sed ætate posterior, sub Imp. Vespasiano, teste Tacito lib. xvi. & xx.

VOTIENVS MONTANVS:

Vatienum alij vocant.

ERat non æquus ipsi *Montano* Vinitius: accusauerat illum apud Cæsarē, à Colonia Narbonensi rogatus: *ut Montanus* adeo toto animo Scholasticus erat, vt eodē quo accusatus est die à Vinitio, deeertauerit in Vinitij actionem sentētias suas referebat. [Faber sic interpungit: *Decertauerit in actiones suas.* fort. *declamauerit, nunc Vinitij actio est: sententias eius referebat ex vestigio.* vet. cod. Controu. 20. *Montanus Votienus* adeo numquam declamauit ostētationis causa, vt ne exercitatus (al. *excitatus*) quidem declamauerit. Rationem quærenti mihi ait: vtram vis; honestum an verā? si honestam, ne me [al. *male*] assuescam. Qui declamationem parat, scripsit non vt vincat sed vt placeat] & sic deinceps. *ex præfat. li. 5. Controu. Montanus, Votienus,* homo rarissimi, etiam si non emēdatissimi ingenij, vitium suum quod in orationibus suis non euitabat in Scholasticis quoq; euitare non potuit: sed in orationibus, quia laxior est materia, minus earundem rerum annotatur iteratio. In scholasticis si eadem sunt quæ dicuntur, quia pauca sunt, notantur. Memini illum pro Galla non nisi apud Centumuiros tyrociniū ponere. *& paullo post:* Habet hoc *Montanus* vitium, sententias suas repetendo corrumpit: dum non est contentus vnam rem semel bene dicere, efficit ne bene dixerit, & propter hoc & alia quibus orator potest poëtæ similis videri: solebat Scaurus *Montanū* inter Oratores Ouidium vocare. Nam & Ouidius nescit, quod bene cessit, relinquere] *Controu.* 28. Patria Narbonensis fuit vide Martialis li. 8.

Quem pulcherrima iam redire Narbo
Docti patria Narbo Votieni
Ad leges iubet.

Et B. Hieronymus in Eusebij Chronico: *Votienus* inquit, *Montanus Narbonensis Orator in Balearibus moritur, illuc à Tiberio relegatus:* & hæc ad annum Tiberij. 14. Tacitus autem biēnio ante, Cornelio Cosso & Asinio Agrippa Coss. *Votienum* cognitione habita ob cōtumelias in principem dictas pœnis affectum maiestatis lib. Annal. 4. notauit, quod ad deportationē cum publicatione bonorum refero. Ita immanis illa bellua omnium insignium virorum, qui felix Augusti sæculum doctrina & eruditione illustrarunt, exitio fuit.

MVRRHEDIVS.

NOn est passus Controuersiam abire sine aliqua stuporis sui nota] *Controu.* 7. Senec.

MVSA.

MVsa Rhetor, quem interdum solebatis audire, licet Mela meus contrahat frontem multum habuit ingenij, nihil [*minus* al.] cordis. Omnia vsque ad vltimū tumorem perducta, vt nō extra sanitatem, sed extra naturā essent. Quis enim ferret [al. *feret*] hominē de *sifonibus* [Gryph. editio *Typhonibus M. S.* Symponibus] dicentem *cælo repluerunt:* de sparsionibus, *odoratos imbres:* & in cultum viridium, *cælatas syluas:* & in pictura, *nemora surgentia.* Aut illud quod de subitis mortibus memini eum dicentem, cum vos me illo perduxissetis: *quidquid auiū volitat, quidquid piscium natat, quidquid ferarum discurrit, nostris deponitur* [vulgo *sepelitur.* Ouid. de Pythagora li. 15.] *ventribus: quære nunc cur subito moriamur, mortibus viuimus.* Non ergo etsi iam manumissus erat debuit de cotio eius nobis satisfieri? Non sum ex iudicibus seuerissimis, qui omnia ad exactam regulam redigam. Multa donanda ingeniis (al. *ingenuu* & paulo ante manumissum dixit) sed donanda vitia non portenta sunt. Si qua tamen tolerabiliter dicta sunt non subtraham (*vulgo non subtrahantur, non plura.* Sic Basil.) licet non plura videantur (vos subiiciatis.) Vide infra in *Oscus.* forte is *Antonius Musa* Augusti medicus fuit, cuius Suetonius meminit ca. 59. quem Scribonius Largus, & Galenus cōmendant, & post Actiacam victoriam naufragio Musa periit. Plinius lib. 19. cap. 8. lactuca curasse refert Augustum, antea tamen per eruum curatū idem refert li. 18. ca. 15. vt alteruter locus mendo non vacare videatur, sed hæc medicorum filij viderint, adhibito & Sueton: cap. 81. & 59. in Augusto Meminit idem Plinius lib. 10. cap. 8. & li. 29. ca. 1. Horatius epistola ad Vahalā. Dion li. 54. Fratrem medicus ipse Euphorbium habuit regis Iubæ medicum, qui inuentam à se herbā suo nomine Euphorbiā vocarit. Plin. 25. c. 7. ob restitutam Augusto valetudinem annuli ius adeptus est; auctor est Dion li. 53. & Zonaras Tomo 2. & Sueton. in Augusto ca. 59. Addit etiam populum Rom. ære collato statuam illi iuxta signum Æsculapij posuisse.

NICETES.

NEc alii contigisse quam apud Græcos *Nicetæ,* apud Romanos Latroni, vt discipuli nō audiri desiderarent, sed contenti essent audire] *Controu.* 25. Eusebius in Chronicis Olymp. 187. anno 2. vt Latini cum diphthongo scripsisse videantur. Græci tamen absque ea, Hybreas. *Nicetes & Hybreas (Hybracas* male in editis) *& Theodorus & Phasio nobilissimi artis Rhetoricæ Græci præceptores habentur.* De Euthydemo & Hybrea æqualibus Strabonis, quorum huic cum Labieno res fuit, Mylasa oriundis, multa Strabo li. xiv. & de Hybrea li. xiii. extremo. Non igitur est Smyrnæ sacerdos *Nicetes,* quem Smyrnæ docere, cum scriberet Dialogum de Oratoribus, ait Tacitus. *ætas* enim nō patitur. Meminit & Fabius, siue is Tacitus est libro de claris Rhetoribus. Huius nomen reponit Ioan. Maria Catanęus homo doctissimus in Plinij Epistol. vi. li. vi. *ad Fundanum,* vbi antea editum: *Naso quotidie ad Nicetam ventebat: Nicetam* rescribit.

NONIVS ASPRENAS.

Vide Asprenas.

OSCVS.

VOs subiiciatis, *Oscus* nõ incommode dixit: sed ipse sibi nocuit. Nã dũ nihil sine schemate cupit dicere, oratio eius non figurata erat, sed praua. Itaque non inurbane Pacatus rhetor, cum illi mane Massiliæ occurrisset, schemate illum salutauit, poteram inquit, *dicere: Haue Osce.* [amphibolia *Osce* pro lingua & nomine.] Ipse ab eloquentia multum aberat, natus ad cõtumelias omnium ingeniis inurendas. Nulli non impressit aliquid, quod effugere non posset. Ille Passieno prima eius syllaba in Græcum mutata obscœnũ nomen imposuit. [vide notas] declamatori subtili sed arido. Ille Sparso dixit, scholã communẽ cum Rhetore quodam habenti; *Tu potes Controuersiam intelligere, qui non intelligis te laterem lauare?* Sparsus autem dicebat valẽter, sed dure. Ad imitationem Latronis sese direxerat, (Basil. *addixerat*) non tamen vnquam similis erat, nisi cum eadem diceret. Vtebatur suis verbis, Latronis sententiis. Cum Basso certamen illi fuit, quem vos quoque audistis, homine diserto, cui dẽptam velles (Basil. *velim*) quam consectabatur amaritudinem, & simulationem actionis Oratoriæ. Nihil est decentius quam vbi scholasticus forum [deest Basileensi] quod non nouit, imitatur. *Præfatione lib. V. Controu. aliis decimi.*

IVNIVS OTHO,

PATER.

OThonem Iunium patrem memini *Colorem* insulsum inducere: quod minus ferẽdum est quod libros *Colorum* edidit.] *Controu.* III. *extrema.* Otho Iunius pater solebat difficiles Controuersias belle dicere, eas in quibus inter silentium & actionem medio temperamento opus erat. Edidit quidem IV. libros *Colorum*, quos belle Gallio noster *Art'phentis libros* vocabat, tantum in illis somniorum esse, & hoc vitium ab illis, qui artem dicendi tradebãt, duxerat. Illi enim Colores probant qui non possunt coargui, non vt omnia asseuerent [vt nõ esse aliquo homine offensus.] Sed ridiculum est affectanti, quod falsum probari nõ possit. Non multum interest in causa sua falsum aliquis testem deprehenderit, an seruum: alteri enim credi non debet, alteri nõ solet. Bene dixit Controuersiam, sed hoc genere, vt putares illo bene dicente dicẽdum sic esse. Deinde mirabere quid illi suspiciosa actione opus fuisset cũ aperte liceret (agere.) Bene de hoc vitio illius Scaurus aiebat: illum acta in aurem tegere [Lipsius noster legere in Tacitum, & Martialis *Garris in aurem*] *Controu.* IX. *ad finem, Otho Iunius Pater* præsagiis quibusdã & infortuniis hanc fortunam prænunciãtibus agitatus se comperisse dixit: erat autem ex somniatoribus totus. Vbicunq; illum defecerat *Color, somnium* narrabat.] *Controu.* XXII. *fine* Tacitus lib. III. pudendum hoc ei tribuit elogium: *Iunio Othoni*, inquit, *literarum ludum exercere vetus ars fuit. Mox Seiani potentia Senator obscura initia impudentibus ausis polluebat.* Male igitur *Iulius Otho* Contr. VIII. scribitur, qui *Iunius*, &c.

P. OVIDIVS NASO.

SOlebat *Ouidius* de his Varronis Attacini versibus,

Desierant latrare canes, vrbesque silebant:
Omnia noctis erant placida composta quiete.

(pro *placida* in Apol. Rhodio vnde transtulit, est *tacita*) dicere, potuisse fieri longe meliores, si secundi versus vltima pars abscinderetur, & sic desineret:

Omnia noctis erant.

Varro quem voluit sensum optime explicuit: *Ouidius* in illius versu suum sensum inuenit. Aliud enim intercisus versus significaturus est, aliud totus significat) *Contro.* XVI. Habet hoc Montanus vitium, sentẽtias suas repetendo corrũpit. Dum non est contentus vnam rem semel benedicere, efficit, ne bene dixerit: & propter hoc & alia, quibus orator poëtæ potest similis videri: solebat Scaurus Montanum inter Oratores *Ouidium* vocare. Nam & *Ouidius* nescit, quod bene cessit relinquere. Nam multa referam quæ Montaniana Scaurus vocabat (vulg. *notabat*) Vno hoc contentus ero. Cum Polyxene esset abducta, vt ad tumulum Achillis immolaretur, Hecuba dixit:

———cinis ipse sepulti
In genus hoc pugnat.

poterat hoc contentus esse, adiecit:

———tumulo quoque sensimus hostem.

Nec hoc contentus adiecit:

Æacidæ fœcunda fui.

Aiebat autem Scaurus rem veram, *non minus magnam virtutem esse scire desinere, quam scire dicere.*] *Controu.* XXVIII. P. Vinitius summus amator *Ouidij* hunc aiebat sensum disertissime apud *Nasonem Ouidium* esse positum: quem ad fingendas similes sententias aiebat esse memoria tenẽdum: Occiso Achille hoc Epiphonema apponit:

Quod Priamus gaudere senex post Hectora posset
Hoc fuit.

Controu. XXXIII. Controuersiã memini me videre *Nasonem* declamare apud Atelliũ Fuscum Rhetorem, cuius auditor fuit. nam Latronis admirator erat, cum diuersum sequeretur dicẽdi genus: habebat enim ille constans, & decens & amabile [v.c. *admirabile*] ingenium Oratio eius iam tum nihil aliud poterat videri, quam solutum carmẽ: adeo autem studiosè Latronẽ audiuit, vt multas eius sententias in versus suos transtulerit. In *Armorum iudicio* dixerat Latro: *mittamus arma in hostem & petamus*, Naso dixit:

Arma viri fortis medios mittantur in hostes,
Inde iubete peti.

& alium ex Suasoria sensum quẽ à Latrone mutuatus est, Memini Latronẽ in præfatione quadam dicere, quod Scholastici quasi carmen didicerant: *non vides vt immota fax torpescat, & exagitata reddat ignes. Mollit viros otium: ferrum situ carpitur: desidiam dedocet.* Naso dixit:

Vidi ego iactatas mota face crescere flammas,
Et rursus nullo concutiente mori.

Tunc autem cum studeret, habebatur bonus declamator, Hanc certe Controuersiã ante Arellium Fuscũ declamauit, vt videbatur mihi longe ingeniosius, excepto eo quod sine certo ordine

per

per iocos (melius v.c. *locos*) discurreret. Hæc illo dicente excepta memini, &c. *Paulo post.* Declamabat *Naso* raro Controuersias, sed non nisi ethicas libĕrius dicebat Suasorias. Molesta illi erat omnis argumĕtatio: verbis minimè licĕter vsus est, nisi in carminibus, in quibus non ignorauit vitia sua, sed amauit. Manifestū potest esse, qood rogatus aliquando ab amicis suis, vt tolleret tres versus, inuicem petiit, vt ipse tres exciperet, in quos nihil illis liceret. Æqua lex visa est. Scripserunt illi quos tolli vellent, hic quos tutos esse vellet, in vtrisque codicillis idem versus erant: ex quibus primum fuisse narrabat Albinouanus Pedo, qui inter arbitros fuit:

Semibouemque virum, semivirumque bouem.

Secundum;

Et gelidum Borean egelidumque Notum.

ex quo apparet summi ingenij viro nō iudicium defuisse ad compescendam licentiam carminum suorum, sed animum. Aiebat interim decentiorem faciem esse, in qua aliquis næuus esset.] Cōtrou. x. Scaurus Ouidianum illud *excidit.*

Dum tenet alterius vulnus inepta loci.

Hoc autem vitium aiebat à Gręcis declamatoribus tractum, qui nihil & non permiserint sibi, & perpetraoerint Controu. II. & Politian. Miscell. cap. LIX. *Plena Deo.* Hoc dicebat Gallio *Nasoni* suo valde placuisse; [ad quem etiam exstat huius elegia li. IV. de ponto.) itaque fecisse qood multis aliis versibus Virgilius fecerat, non surripiendi causa, sed palam imitandi; hoc animo vt vellet agnosci. Esse autem in Tragœdia eius [*Medea* vt suspicor quam scripsisse aoctor est Fabius, & Corn. Tacitus, seu quisquis auctor est de Orator. sui sæculi, & ex Virgilio expressam à *Nasone* Septimius Tertullianus libro de Pręscript. hęretic.] *feror huc illuc, vt plena Deo.* Suasoria III.

PACATVS.

NOn inurbane *Pacatus* Rhetor, cum Osco mane Massiliæ occurrisset, schemate, sine quo nihil dicere volebat, illum salutauit: *Poteram* inquit, *dicere? Hunc Osce. Controuersiar. lib.* v. *Præf. Minutius Pacatus.* litteratores inter celebratur à Suida dictione Πακατος. scripsit de lingua Alexandrinorum, vel de Græcismo libros septem ex ordine litterarum, de proprietate Atticæ & Doricæ linguæ. Est & *Latinus, Pacatus, Drepanius* Rhetor, sed ætate posterior, cuius exstat Panegyrica Oratio Theodosio Augusto dicta inter veteres duodecim.

PASSIENVS auus
Pater & filius.

P*Assienus* vir eloquentissimus & temporis sui primus orator, subtilitatem actionis nō probabat in Latrone.] *Controu.* XIII. *Passienus* noster, inquit Cassius Seuerus, cum cœpit dicere secundum principium statim fuga fit, ad Epilogū omnes reuertuntur. Media tantum, quibus necesse est, audiunt. Miraris eundem non æquè bene declamare, quàm caussas agere. Aiunt eundem non tam bene Suasorias quam Iudiciales Controuersias dicere. *Paulo post:* Scio Pollionem Asinium & Messallam Coruinum, & *Passienum*, qui nunc primo loco stat, minus bene videri quam Cestium

Senec.

aut Latronem] *Prologo lib.* III. *Epitom. Declam.* Nulli non impressit aliquid Oscus quod effugere nō posset, *Passieno* prima eius syllaba in Græcū mutata obscœnum nomen imposuit: declamatori subtili sed arido. ex Præf. li. v. Contr. [forte σαϰάνε, nam *sycophanta* dictus παρὰ τὴν φάσιν Scholiast. Aristophanis in Acharnanibus. Contra Cælium Rhodiginum li. XI. cap. XIII. Io. Brodæum li. II. cap. XVIII. Miscell. & Rob. Titium. Aliter tamen Iunius li. I. Animad. cap. XIV. & Turnebus li. III. cap. VIII. quos vide] Declamatori subtili, sed arido] doctissimus Faber sic emendabat: *Obscœnum nomen ei imposuit. Ille Sparso Declamatori subtili sed arido dixit.* Nec enim *aridum* credo vocauit *Passienum*, qoem supra *eloquentissimum & sui temporis principem Oratorem* vocat. Et ex his quæ inf. *Cōtrou.* XXXIV. habentur, tanti nominis fuisse apparet, vt cum Augustus Asinium Pollionē *Passieno* commendaret, Pollio ingenuè fassus sit ideo tātiviri gratiam se complecti nolle, ne eius claritudine, ac splĕdore ipsius fama propius admota exstingueretur. *Passienus* pater *Passieni* oratoris Agrippinæ Neronis mariti, de quo B. Hieronymus ad Eusebium. *Olymp.* CXCII. *Passienus Pater Declamator insignis diem obijt.* Videtur autem is Pater Patrem etiam habuisse eloquentia notum, obscuri tamen nominis & meriti. Siquidē L. Seneca exul hoc Epigramm. ad *Crispum Passienum* huius filium scripsit, vbi docti patris meminit:

Crispe mea vires, lassatumque ancora rerum,
Crispe vel antiquo conspiciende foro:
Crispe potens nunquam mihi cum prodesse volebas,
Naufragio litus, tutaque terra meo:
Solus honor nobis arx & tutissima nobis:
Et nunc afflicto sola quies animo.
Crispe fides dulcis, placidique acerrima virtus,
Cuius Cecropio pectora melle madent.
Maxima facundo vel auo vel gloria patri.
Quo solo careat si quis in exilio est.
Et hic qui iaceo saxis telluris adhærens
Mens tecum est, nulla quæ cohibetur humo.

Præfatione autem *lib.* III. *Epitom. Declam.* laudat *Passienum* filium. Et sane præter D. Hieronymum & nostrum auctorem, nemo non fere *Passieni*, filij Oratoris meminit; is autem celebris clarusque exstitit, non solum eloquentia, sed etiam duobus Consulatibus, & matrimoniis. Primū Domitiæ neptis Antonij Triūuiri, deinde Agrippinæ matris Neronis. Eundem enim esse hic Faber putat vtriusque maritum, neoipe nobilem illius seculi oratorem, & iudicij acumine ab iis qui eo seculo scripserunt, aut post aoctoribus, laudatū: Quem solum huius nominis oratorem sub Tiberio Caligula, Claudio floruisse hinc conijcio, quod sine dubio, si duo eiusdem studij nomine celebres exstitissent, aliqua nota eos inter se discreuissent. Quare quod L. Seneca li. I. cap. vlt. de Beneficiis, & præf. li. IV. Natur. Quæst. Quinctil. cap. II. & IV. li. VI. & cap. I. li. X. Tacitus li. VI. Plinius senior cap. vltim. li. XVI. & Iunior Epist. VI. li. VI. de *Passieno* dicunt, ad hunc filium refero, quem constat ex Sueton. cap. VI. in Nerone sub Claudio demum vita functum. Hinc efficit idem Faber, hæc quæ apud B. Hieronymum in Chronico Eusebij ad annum Caligulæ secundum: *Passienus filius fraude hereditatis suæ necatur* (hunc *Passienum* enim intelligit) nō suo loco posita esse, que-

madmodum alia pletaque exscriptorum vitio in eo Chronico confusa sunt, quod autem ait *fraude hereditatis suæ necatum*, vetec orne ab Agrippina, quę vt alterum maritum propter imperium interfecit, ita fortasse hunc propter hereditatem. Huius quoque *Passieni* nomen corrupte legitur *Controu.* xvi. vbi vulgo editur P. *Piscus* pro *Passienus*: Sequentia enim ibi docent *Passienum* in nouercam aperte dicendum censuisse. *Vibius* quidam *Passienus*: sed seculis aliquot inferior sub Gallieno Proconsul Africæ à Trebellio Pollione in Celso nominatur.

PLANCVS.

PLancus summus Declamator] *Controu.* viii. forte *L. Munatius Plancus*, ad quem Consulem dat. est lib. x. epistol. Ciceronis, in quibus male vulgo *Cnaus* vocatur. Fuit autem Cos. anno proxime sequente Ciceronis mortem, & Censor cũ M. Lepido xxii. post anno. De quo B. Hieronymus in Eusebij Chronologia ad annum xvi. imperij Aug. hæc habet: *Munatius Plancus Ciceronis discipulus orator habetur insignis, qui cum Galliam Romanam regeret, Lugdunum condidit.* Dicta illius sunt apud Macrob. li. ii. cap. ii.

L. PLOTIVS.

PRimus omnium Latinus Rhetor Romæ fuit puero Cicerone.] *Pręf. lib. ii. Controu.* De quo Cicero ad Titinnium epist. apud Suetonium de claris Rhetoribus. *Equidem memoria teneo pueris nobis primum Latine docere cœpisse L. Plotium quendam, ad quem cum concursus fieret, & quod studiosissimus quisque apud eum exerceretur, dolebam mihi idem non licere. Continebar autem doctissimorum virorum auctoritate, qui existimabant Græcis exercitationibus melius ali ingenia posse.* De quo plura apud eundem Suetonium & Quinctil. cap. iv. li. ii. vide, quem etiam cap. vlt. li. xi. de Gestu scripsisse tradit. B. Hieronymus ad Eusebij Chronologiam: *Olymp. clxxiii. L. Plotius Gallus*, inquit, *primus Romæ Latinam Rhetoricam docuit.* M. Varro in Mœnio apud Nonium in *Bubulcitare*: *Vinicius meus, quod apud Plotium Rhetorem bubulcitaret, alter in dolore non defuit.*

POMPEIVS SILO.

SIlo Pompeius sedens cum facundus & litteratus & disertus haberetur, si à prælocutione dimitteret (v. c. Pintianus sic: *si à prælocutione demum staret*) declamabat tam male, vt videar belle optasse cum dixi: nunquam surgas. Sic Cassius Seuerus) *Præf. lib. iii. Epitom. Declamationum. Silo Pompeius* homo qui iudicio censebatur.] *Controu.* xxv. *Caius Silo* vel vt ms. *Gabius Silo* f. *Pompeius Silo*: vid. in *Sabinus*. Bene declamauit *Caius Silo*, cui Cæsar Augustus cum frequenter causas agentem in Trachinensi (v. c. *Tarraconensi* Tacit.) colonia vidisset, plenum testimonium reddidit. Dixit enim: *nunquam audiui patrem familias disertiorem.* Erat qui patrem familias præferret. Oratorē subduceret. Patrem esse (al. patrem enim) eloquentiæ putabat, eloquentiam abscondere] *Præf. lib. v. Controu.* Forte hic de quo *Suasor* ii. qui Pãtomimis Fabulas scripsit, & ingenium grande non tantum deseruit, sed polluit (vulgo *posuit*) Diuersus ab hoc *Pompeius Silo* apud Iul. Obsequētem libro de Prodigiis ann. v. c. ɪↄclxv. qui in oppidum Bouianum quod cœperat, triumphans inuectus, omen victoriæ hostibus ostendit, (quia triumphus in vrbem victricem non victam induci solet) proximo prœlio amisso exercitu occisus est.

PORCIVS SILO.

POrcij Latronis carissimi mei sodalis memoriam sæpius cogor retractare, & à prima pueritia vsque ad vltimum eius diem productam familiarem amicitiam cum voluptate maxima repetam. Nihil illo viro grauius, nihil suauius, nihil eloquentia sua dignius. Nemo plus ingenio suo imperauit, nemo plus indulsit [al. *sibi indulsit*] in vtraque parte vehementi viro modus deerat, nec intermittere studia sciebat, nec repetere. Cum sese ad scribendũ concitauerat, iungebantur noctibus dies, & sine interuallo grauis sibi instabat: nec desinebat, nisi defecerat. Rursum cum sese dimiserat, in omnes lusus & in omnes iocos se resoluebat. Cum vero se siluis montibusque tradiderat, omnes illos agrestes in siluis & montibus natos, laboris patientia ac venãdi solertia prouocabat: & in tãtam sic viuendi peruenerat cupiditatem, vt vix posset ad priorem consuetudinem retrahi. At cum sibi manum iniecerat, & se blandiendo, vnde abduxerat, reuocabat, tãtis viribus incumbebat in studium, vt non tãtum nihil perdidisse, sed multũ acquisiuisse desidia videretur. Omnibus quidem prodest subinde animum relaxare: excitatur enim otio vigor, & omnis tristitia quæ cõtinuatione pertinacis studij adducitur feriarum hilaritate discutitur. Nulli tamē intermissio manifestius proderat. Quoties ex interuallo dixerat, multo acrius violētiusq; dicebat. Exultabat enim nouato & integrato robore, & tantum à se exprimebat, quantum concupierat. Nesciebat vires suas dispensare, sed immoderati ad-uersum se fuit imperij, ideoq; studium eius prohiberi debebat, quia regi non poterat. Itaque solebat & ipse, cum se assidua & nunquam intermissa contentione fregerat, sentire ingenij lassitudinem: quæ non minor est quam corporis, sed occultior. Corpus illi erat, & natura solidum, & multa contentione duratum. Itaque nunquam eum ardentis animi impetus deseruit: vox robusta, sed sordida lucubrationibus (al. *surda*,) & negligentia, non natura infuscata, beneficio tamen laterum attollebatur: & quamuis inter initia parum attulissę vitium videretur, ipsa actione acrescebat. Nulla vnquam illi cura vocis exercendæ fuit illum fortem, agrestem, & Hispaniæ [al. *Antiqua*] consuetudinis morem non poterat dediscere; vtcunque res tulerat, ita viuere, nihil vocis causa facere: Non illam per gradus paulatim ab imo vsque ad summum perducere. non rursus summa contentione paribus interuallis descendere: non sudorem olei vnctione discutere; non latus ambulatione [al. *ablutione*] reparare. Sæpe cum per totam lucubrauerat noctem, ab ipso cibo statim ad declamandum perueniebat. Iam vero cum rem inimicissimam corpori faceret, vetari nullo modo poterat. Post cœnam ferè lucubrabat, nec patiebatur alimenta per somnum quietemque æqualiter digeri, sed

perturbata

perturbata & dissipata in caput agebat. Itaq; & oculorum aciem confuderat f.*contuderat*, vt *hebetarat* initio Præfat.huius) & colorem mutauerat. Memoria & [f.*et*] natura quidem felix, sed plurimum adiuta arte, nũquam illa quæ dicturus erat, ediscendi causa relegebat. Edidicerat illa cum scripserat. Quin id in illo magis mirabile videri possit, quod nec lentè, & anxiè, sed eodem pæne, quo dicebat, impetu scribebat. Illi quidem qui scripta sua torqueãt qui de singulis verbis in cõsilium veniunt, necesse est quæ toties animo admouerint, nouissime affigant. At quorumcunq; stylus est velox, tardior memoria est. In illo non tantum naturalis memoriæ felicitas erat sed ars summa, & ad apprehendẽda quæ tenere debebat, & ad custodienda: adeo vt omnes Declamationes suas, quascunque dixerat, teneret, Iam itaq; superuacuos sibi fecerat codices. Aiebat se scribere in animo [cogitata] Dicebat ita vt in nullo vnquam verbo eum memoria deceperit [f.*defecerit.*] Historiarum omnium summa notitia. Iubebat aliquem nominari ducem, & statim eius acta cursu[f.*cursim*]reddebat, adeo quæcumque in animum eius [al.*memoriam*] semel descenderant, in promptu erant. *Et paulo post*: falsa opinio de illo in animis hominum conualuit. Putant enim fortiter quidem sed parum subtiliter eum dixisse, cum in illo siqua alia virtus fuerit: id, quod nunc à nullo fieri animaduerto, semper fecit: antequam dicere inciperet, sedens quæstionem eius quam dicturus erat, Controuersiæ proponebat, quod summæ fiduciæ est. Ipsa enim actio multas latebras habet, nec facile potest, si quo loco subtilitas defuerit, apparere, cum orationis cursus iudicium audientis impediat, dicentis abscondat. Ast vbi nuda proponuntur membra, si quid aut numero aut ordine excidit, manifestum est. Quid ergo, vnde hæc de illo fama? *Nihil est iniquius his qui nusquam putant esse subtilitatem, nisi vbi nihil est præter subtilitatem*, & in illo cum omnes Oratoriæ virtutes essent, hoc fundamentum tot ac tantis superstructis molibus obruebatur. Nec deerat in illo, sed non eminebat. Et nescio an maximum vitium subtilitatis sit, nimis se ostendere. Magis nocent insidiæ quæ latent. Vtilissima est dissimulata subtilitas quæ effectu apparet, & habitu latet. [fort.*ambitu*,] *Mox.* Hoc quoque Latro faciebat, vt amaret sententias. Cum condiscipuli essemus apud Marullum Rhetorem hominem satis aridum, *&c.vid.Marull.* Solebat & hoc genere exercitationis vti, vt aliquo die nihil præter Epicheremata scriberet, aliquo die nihil præter Enthymemata, (al.*Epiphonemata*) aliquo die nihil præter translatitias, quas propriè sententias dicimus, quæ nihil habent cum ipsa Controuersia implicitum, sed satis aptè, & alio transferuntur, tanquam quæ de fortuna, de Crudelitate, de Sæculo, de delitijs [al.*de diuitijs*, al.*de vitijs*] dicũtur. Hoc genus Sententiarum *supellectilem* vocabat. Solebat Schemata quoque per se quæcunq; Controuersia reciperet, scribere. Et putant illum homines hac virtute caruisse: cum ingenium quidem eius hac dote abundauerit, iudicium autem eius fuerit strictius. Nõ placebat illi orationem inflectere, nec vnquam tacta via decedere [al. *discedere*] nisi cum hoc aut necessitas coegisset, aut magna suasisset vtilitas. Schemata negabat decoris causa inuẽta, sed subsidij, vt quod palam aures offensurum esset, si palam diceretur, id oblique & furtim subreperet. Summam quidem esse dementiam detorquere orationẽ, cui rectam esse liceret) *Præf.li.1.Contron.& sup.in Æbutio Silone.* Scio & Pollionem Asinium, & Messallam Coruinum, & Passienum qui nunc primo loco stat, minus bene videri, quam Cestium aut *Latronem*) *Præf.lii.III.Epitom.Declam.* Ipse audiui Florum quendam [v.c. *quondam*:] auditorem *Latronis* dicentem non apud *Latronem*: Neque enim illi mos erat quemcunque audire declamantem. Declamabat autem ipse tantum, & aiebat se non esse magistrum, sed exemplum: nec Iulio nec alij cõtigisse suo (v.c.*scio*) quam apud Græcos Nicetæ, apud Romanos *Latroni*, vt discipuli) *sic v.c.*) non auditi desiderarent, sed contenti essent audire. Initio contumeliæ causâ à deridentibus discipuli *Latronis auditores* vocabantur: deinde in vsu verbum esse cœpit, & promiscuè poni pro discipulo *Auditor.* Hoc erat non patientiam suam, sed eloquentiam vendere] *Contron.XXV.* *Latronis* admirator erat Ouidius, cum diuersum sequeretur dicendi genus. Habebat enim ille constans & decens & amabile ingenium (v.c. *admirabile*) Oratio eius iam tum nihil aliud poterat videri quam solutum carmen. Adeo autem studiosè Latronem audiuit, vt multas eius sententias in versus suos transtulerit. In *Armorum iudicio* dixerat Latro: *Mittamus arma in hostes, & petamus, Reliqua vid. sup.in Ouid.Contron.X.* *Latro* eleganter dicebat quasdam esse Quæstiones, quæ deberent inter res iudicatas referri *&c.* Pollio Asinius dicebat hoc *Latronem* videri tanquam forẽsem, facere, vt ineptas quæstiones circumcideret: in nulla magis illum te Scholasticum deprehendi] *Contron.XI. & vid. Præf. lib.1. Contron.* Ad imitationem *Latronis* Oscus se direxerat, non tamen vnquam illi similis erat, nisi cum eadem diceret. Vtebatur suis verbis, *Latronis* sententiis. *Mox.* Primum Tetracolon [al.*Tetradium quod faciam*] quorum faciã quæritis? *Latronis*, Fusci, Cestij, [*hoc delet Pintianus: est tamen in meo*] Albutij Gallionis. Hi quoties conflixissent, penes *Latronem* gloria fuisset, penes Gallionem palma: reliquos vt vobis videtur cõponite. *Statim*: Turrinus Clodius nunquam non de colore *Latroni* Cõtrouersiam fecit. *Latro* nũquam solebat disputare in conuiuio, aut aliquãdo quid declamare poterat ex tempore, (*sic v.c.*] Dicebat quosdam esse Colores prima facie duros & asperos: Eos non posse nisi actione probari. Negabat vtiq; illos placere posse, nisi totum nossent: se & suas vires nosse, & illarum fiducia alijs metuenda, & prærupta audere. Multa se non persuadere iudici, sed auferre] *Proœmio lib.V. Contron.* Messalla cum audisset Latronem declamantem: dixit: *sua lingua disertus est.* Ingenium illi concessit sermonẽ obiecit. Non tulit hanc contumeliam *Latro* & pro Pythodoro Messallæ Orationem disertissimam recitauit, quam Suasoriam Theodoto declamauit per triduum] *Contron. XII.* *Latro* non potest furti suspectus esse: Græcos enim & contemnebat & ignorabat.] *Contron. XXXIII.*

Declamatotiæ virtutis *Latronem Porcium* vnicum exemplum, cum pto reo in Hiſpania *Rustico Porcio* propinquo ſuo diceret, vſque eo eſſe confuſum, vt à Solœciſmo inciperet: nec ante potuiſſe confirmari, ac parieres deſiderantem quam impetrauit (v.l.) *Negante potuiſſe confirmari, ac parietem deſiderantem, quã impetrauit*] vt iudicium ex foto in Baſilicam ttansfetretur] *Præfat. li.IV. Con. alias, IX. & Quinctil. li. x. cap. v. extremo.* Plinius li. xx. cap. XIV. Omne cuminum pallorem bibentibus giguit. Ita certè ferunt *Portij Latronis* clari intet magiſtros dicendi aſſectatotes, ſimilitudinem coloris ſtudijs contracti, imitatos & Seneca noſter ſupra de Latrone: *Oculorum aciem confuderat, & colorem mutauerat, Porcius Latro genere Hiſpanus primus clari nominis*, inquit Quinctil. l. x. *Profeſſor*, vel vt ait Plinius: *clarus inter dicendi magiſtros.* iudicio noſtri Senecæ tot egregiis Declamaroribus, qui fœcundum Auguſti ingenijs ſeculum illuſtrarunt, gloriam præripuit. Volaterranus cuiuſdam *Maximi*, diſcipulum facit, veteor ne Marillium dicere voluerit, quem cum noſtro auctore audiuit. vid. Volatettanum, & Cœl. Rodig. li. VI. cap. XXXV. Eius mors exſtat in Euſebij Chronico ad Olymp. CXCIV. ann. Auguſti xl. *M. Porcius Latro Latinus Declamator tadii duplicis quartanæ ſemet interfecit.* Circumfettut eius declamatio in Catilinam.

POTAMON.

P*Otamon* magnus fuit declamator Mitylenis: qui eodem tempore viguit quo Leſbocles] reliqua in Leſbocles. *Suaſ. II.*

M. FABIVS QVINCTILIANVS.

M. *Fabius Quinctilianus* auus, pater, & Nepos Oratores, de quibus variè Critici iudicant, tu vide Fab. Quinctil. lib. XIX. Inſtit. Orat. cap. de figuris, & Pet. Pythœi eruditã præfationem in Declamationes exlv. quæ citcumferuntur. Et Nic. Fabrum I. C. ad Præf. lib. x. nobis v. Controu. & B. Hieronymum ad Euſebij Chronicon.

ROMANIVS HISPO.

H*Iſpo Romanus* erat natura quæ aſperiorem viam dicendi ſequeretur,] Conttou. XXVI. *Romanius* autẽ in antiquis Lapp. inſcriptum ſe vidiſſe affirmat Ant. Auguſtinus v. c: *Hiſponis* cuiuſdam *Cepionis* meminit & Plinius minot li. IV. epi. lxxix. & Iuuenalis.

Hiſpo ſubit Iuuenes, & morbo pallet vtroque.

quibus hic moribus enituerit ſub Tibetio docet Tacitus lib. I.

SABINVS.

SVaſor. II. *Halus Sabinus.* in v. c. *Alius Sabinus* & poſt: *Sabinus Aſydius*, in v. c. *Sabinus Aſylius. Caius Sabinus* Conttou. XVI. & XXI. fine *Clodius Sabinus* (vid. Clodius) *Gabius Sabinus* Contron. XVII. initio *Gauius Silo* Conttou. XXXI. de quo ſupta, & XXXII. extrema, & XXXIII. & XXXIV. initio & *Caius Silo* Præf. lib. v. Conttou. in fine. [vide. ſup. *Pompeius Silo*] *Sabynus Aſydius* venuſtiſſimus inter Rhetoras ſcntra] *Suaſ. II.* Etat vrbaniſſimus homo *Sabinus* Controu. XXVII. *Sabini* declamatoria & in Collectaneis Suidas meminit, pluresque Plinij æquales *Sabinos* numerat doctiſſimus C. Plinij interpres Catanæus ad li. IV. epiſt. VII.

MAMERCVS ÆMILIVS

Scaurus.

NOn tantum diſertiſſimus homo, ſed venuſtiſſimus; qui nullius vnquam impunitam ſtultitiam rranſire paſſus eſt] *Controu. II.* De *Scauro*, ſi me interrogatis, cum illum mecum audietis, iniqui eſtis. Non noui quemquam cuius ingenio P. R. pertinacius ignouerit. Dicebat negligenter ſæpe cauſſam in ipſis ſubſelliis, ſæpe dum amicitut (v. c. *admittitur*) dicebat; deinde litiganti ſimiliot quam agenti, cupiebat euocare aliquem aduerſatiotum (ſic, v. c.) & in altercationem peruenire, (vid. in Pottio Latrone) vires ſuas nouerat, nihil illo erat venuſtius, nihil paratius. Genus dicendi antiquum: Vetborum quoque non vulgatium grauiras, ipſe cultus habituſque corporis mire ad auctoritatem Otatotiam aptatus. Sed ex iis omnibus ſciri poteſt, non quantum oratorem præſtare ignarus *Scaurus*, ſed quantum deſereret [ms. *differeret.*] Pleræq; actiones malæ; in omnibus tamen aliquod magni neglectiq; ingenij veſtigium exſtabat Raro aliqua actio bona, ſed quam fottunæ imputares. Sic illum longa, imo perpetua deſidia eo perduxerat, vt nihil curare vellet, niſi poſſet. Orationes ſeptem edidit, quæ deinde S. C. combuſtæ ſunt, bene cum illis ignis egerat, ſed exſtant libelli (v. c. *Ex his libellis* f. libelli) qui cum fama eius pugnant, multo quidem ſolutiores ipſis actionibus. Illas enim cum deſtituerat cura, labot adiuuabat; Si caloris minus habent, negligentiæ non minus. Declamantem audiuimus, & nouiſſime quidem lepidè, ita vt quod difficillimum erat, ſibi diſpliceret] *Præf. lib. V. Contron.* Eius apud Tacitum li. VI. hoc legimus elogium *Mamercus ſcaurus*, inquit, *rurſum poſtulatur, inſignis nobilitate & orandis cauſſis, & vita probroſus.* Et li. III. *ſatisfactum Corbuloni per Mamercum ſcaurum, qui patruus ſimul ac vitricus Sullæ & oratorum eo tempore vberrimus erat.* Et ſane impuritate vitæ quam eloquentia notior eſt antiquorum ſcriptis: Mottem eius apud eundem li. VI. leges. Tuſcus *ſcaurum Mamercum*, in quo Scaurorum familia exſtincta eſt, maieſtatis reum fecerat, homo quam improbi animi, tam infelicis ingenij.) *Suaſor. II.* Vitia *ſcauri* huius etiam hoc breui Tertulliani ſtigmate notantur de Pallio: *Dabo Catharticum impuritati ſcauri & alea Curij, & vinolentiæ Antonij.* Idem Votienum Montanum Ouidium intet oratores vocabat. Nam & Ouidius neſcit, quod bene ceſſit relinquete.] *Controu.* XXVIII.

SENECIO GRANDIO.

Sene-

S*Enecio* fuit, cuius nomen ad vos potuit perueniſſe, iugenij confuſi ac turbulenti qui cupiebat grandia dicere: adeo vt nouiſſime morbo huius rei & teneretur & rideretur: nam & ſeruos nolebat habere, niſi grandes, & argentea vaſa non niſi grandia. Credatis mihi velim non iocanti; eo peruenit inſania eius, vt calceos quoque maiores ſumeret; ficus non eſſet niſi mariſcas. Concubinam ingentis ſtaturæ habebat, omnia grandia probata. (ſic. v. c.) Impoſitum eſt *cognomen*, vel vt ait Meſſalla, *cognomentum* & vocari cœpit *Senecio Grandio*] Alter *Herennius Senecio* in Bætica natus à C. Plinio ſæpenumero commemoratus in epiſtola v. li. I. & alibi à Domitiano interemtus, de quo ſic li. III. epiſt. II. *Occiſis Senecione, Ruſtico, Heluidio.* Hoc etiam prior *Corn. Senecio* L. Annæi Senecæ æqualis, eques Rom. & opulentus, quem in ipſo procurrentis impetu pecuniæ exſtinctum refert epiſt. CI. ad Lucilium.

SEXTILIVS HENA
fort. Hemina.

FVit homo ingenioſus magis quam eruditus, inæqualis poeta, & pæne quibuſdam locis talis, quales eſſe Cicero (pro Archia) Cordubenſes poetas ait: *Pingue quiddam ſonantes atque peregrinum*: Is Ciceronis proſcriptionem recitaturus in domo Meſſallæ Coruini, Pollionem Aſinium aduocauerat, & in principio hunc verſum non ſine magno aſſenſu recitauit:

Deflendus Cicero eſt, Latiæque ſilentia linguæ.

Pollio Aſinius non æquo animo tulit, & ait: Meſſalla tu quid tibi liberum ſit in domo tua videris, ego iſtum auditurus non ſum, cui mutus videor: atque ita conſurrexit, ne intereſſet recitationi eorum) *Suaſ.* VI.

Q. SEXTIVS.

CVm *Sextium* audiret, nihilominus declamabat, & tam diligenter vt putares illum illi ſtadio parari) *Præf. lib.* II. *Contron.* Hoc dicit Fabianum declamandi ſtudium non intermiſiſſe, cum Philoſophiæ ſtuderet. *Sextium* autem ibi legendum cenſeo, non vt in hactenus editis *Ceſtium*: Is enim eſt *Sextius* Philoſophus Fabiani, & Socionis L. Senecæ præceptoris doctor. Duo autem fuerunt *Sextij*. Q. nimirum *Sextius* pater, qui à D. Iulio latum clauum ſibi oblatum recuſauit, & filius eius, de quo B. Hieronymus anno, quo Chriſtum natum tradit, hæc refert: *Sextius Philoſophus Pythagoricus naſcitur* (ſic legunt optimi veterum) ambo inſignes, qui etiam ſui nominis ſectam Romæ reliquerunt. Suetonius de illuſtribus Grammaticis in vita Craſſicij: *Dimiſſa*, inquit, *repente ſchola tranſijt ad Q. Sextij ſectam.* Ita enim hunc locum vetus Pet. Pythœi codex exprimit, & Plinius cap. XXVIII. li. XVIII. ſcribit *Sextium* è Romanis Sapientiæ adſectatoribus, vt antea Democritum, *præuiſa olei caritate ex futuro Vergiliarum ortu, magna vtilitate tum propter ſpem oliuæ, coemiſſe in toto tractu omne oleum. Atque vt apparuit cauſa & ingens diuitiarum curſus, reſtituiſſe mercedem anxiæ & auidæ dominorum pænitentiæ, contentum ita probaſſe opes ſibi in facili, cum vellet, fore. Sextiorum* præter Seneca in epiſt. LXIV. & libris de ira ſæpe, & cap vlt. li. VII. Natur. Quæſtion; Meminit Quinctil. li. X. cap. I. *Scripſit non parum multa*, inquit, *Corn. Celſus, Sextios ſecutus non ſine cultu & nitore* (male vulgo *Septicos ſecutus*,) ſic enim docent legendum vett. codd. & præcipue antiquiſſimus Petri Danielis. Eiuſdem commendatur ſui ipſius quotidie examinatio ante nocturnam quietem, apud Senecam li. III. de Ira cap. XXXVI. Dicere ſolebat: *Iouem non plus poſſe quam virum bonum.*

FVLVIVS SPARSVS.

MEmini hominem inter Scholaſticos ſanum, inter ſanos Scholaſticum. *Contron.* VII. Eſt *Silius Sparſus* & ſæpius *Fuluius*, vt vel pro illo *Silius Baſſus* ſcribendum paſſim videatur, vel ſemper *Fuluius Sparſus*. *Sparſo* ſuo ſcribit & Plinius li. IV. Epiſtol. V. ad quem & Martialis Epigramma miſit. li. XII.

STATORIVS VICTOR.

MVniceps Senecæ, cuius Fabulis memoria digniſſimis aliquis Suaſoriæ occaſione Contradictionem ſumſit. *Suaſ.* II.

STERTINIVS MAXIMVS.

MEminit eius Seneca, hic artis Rhetoricæ præcepta compoſuit, teſte Fab. li. III. cap. I. Aduerſus hunc, cum ab ipſo premeretur, dixit, Syriacus Vallius cum eius comes fuiſſet: *per annos* XII. *in Officio tuo fui, dic quid peccauerim, ſed hæc eſt conſuetudo veſtra, iniuriam vocatis ſummam ſeruitutem*) *Contron.* IX.

SVRDINVS.

APud Cæſtium prætorem declamabat (f *præceptorem, ipſe ad prætorem citatus*) Præf. lib. III. Epitomes *patrem*. A. A. ſed non citatur hoc nomine, potius *Pium* legendum, natumque ex compendio mendum) Suaſoriam *Surdinus*, ingenioſus adoleſcens: à quo Græcæ fabulæ eleganter in Latinum ſermonem conuerſæ ſunt. Solebat is dulces ſententias dicere, frequentius tamen prædulces & infractas) *Suaſ. vlt.* Legendum puto *Surdinium*, vt gentilitium ſit nomen. Fuit & antea *Surdinus*, qui Neuiani liberti bona quæ ille Genutio cuidam Matris Magnæ Gallo teſtamento reliquerat, ſibi vindicauit, edicente Conſule Mamerco Æmilio. Genutium neque virorum neque mulierum numero habendum, qui ſibi ſponte genitalia amputaſſet. Val. Maximus li. VIII. cap. VII.

THEODORVS GADAREVS.

T*Heodorus Gadareus*, ſiue vt dici voluit *Rhodius* vid. ſupra quæ ad Apollodorum notaui. *Theodotus* legitur *Contron.* XII.

CLODIVS TVSCVS.

SI vultis, hiſtoricum quoque vobis fatuũ dabo *Tuſcus* ille qui Scaurũ Mamercũ, in quo Scau-

rorum familia extincta est, Maiestatis reum fecerat, homo quam improbi animi, tam infelicis ingenij.] *Suasor.* II. *extrem.* Est alius *Clodius Tuscus* memoratus ab Agellio citante litteras ad eum Asinij Capitonis li. v. cap. x. est quidam Fabricius *Thuscus* citatus subinde à C. Plinio in naturali historia.

VALLIVS SYRIACVS.

DIserte multa dixit : Brutidius Niger cum ageret illi obiecit, quod caussam non posuisset. Respondit *Syriacus* : primum non apud eundem præceptorem studuimus, Tu Apollodorum habuisti, cui semper narrare placet : ego Theodorum cui non semper : Deinde si quæres magis quare ego non narrauerim, vt ista narrares.) *Controu.* IX. [*vid. Controu.* XXVII.] Dio Cassius li. LVIII. *Σωκρατικὸς ὅτ᾽ ἀδελφοὺς τὸ πρὶν αἰτιαθεὶς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ παιδείᾳ ἐλλογιμὸς ὢν ἐσφάγη, διὰ τοῦτο μόνον ὅτι φίλον αὐτὸν τοῦ Γάλλου ὁ πρέσβυς εἶπεν εἶναι.* vide *Stertinius.*

VARIVS GEMINVS.

VArij Gemini sententiam de Cicerone vnicè mirabatur Cassius Seuerus. Idem aiebat alios declamasse, *Varium* viuum [al. *vnum* consilium dedisse. Postquam plura dixit scurrilia, vt illi mos erat] *Suas.* VI. B. Hieronymus li. I. aduersus Iouin. *sublimem oratorem* vocat cuius etiam dictum hoc laudat. *Qui non litigat, cælebs est.* Nomen hoc corruptum in *Varius* quidem *Minus*, pro *Varius Geminus* Cont. XVII. Hic apud Cæsarem verba faciens: *Cæsar*, inquit, *qui audent apud te dicere, magnitudinem tuam ignorant, qui non audent, humanitatem.*

QVINCTILIVS VARVS.

DEclamauit apud Trianum Controuersiam *Quinctilius Varus* [v. c. *Quinctius.*] tunc Germanici gener vt prætextatus] *Controu.* III. De *Quinctilio Varo* vel *Varro*, qui cladem in Germania accepit. Sueton. in Augusto cap. XXIII. & Tiberio XVII. Euseb. in Chronico, & Horat. vetus interpres Acro, & Manilius poëta : quem autem hic Germanici generum facit, Tacitus matrem eius Claudiam Pulchram vxoris Agrippinæ sobrinam facit. Eodemque pertinet Dionis locus in Agrippina in Caligula. Vt autem à Domitio Afro accusatus sit, docet Corn. Tacitus.

VIBIVS GALLVS.

FVit tam magnæ olim eloquentiæ, quam postea insaniæ, cui hoc accidisse vni scio, vt in insaniam non casu incideret, sed iudicio perueniret. Nam dum insanos imitatur, dum lenocinium ingenij furorem putat, quod simulabat [*dissimulabat.* v. c. ad verum redegit. Solebat sic ad iocos peruenire, vt amorem describeret pæne cantantis modo : vt diceret :

Amorem describere volo eum tanquam bacchari volo.

Deinde describebat, & totiens cœpturus repetebat.

Amorem describere volo.

In controuersia hac [diues tres filios abdicarat] plane quod voluit consecutus est, vt diuitias nobis in odium adduceret. Sæpe enim ingessit : *Diuitias describere volo.* Et multa facunde explicuit, corruptius quam Fabianus, sed dulcius. Hoc vnum occurrit in quo pusillum inest insaniæ. Non me delectatis non seruorum (lego *nos* ex v. c. domini greges, nec sonantia laxi ruris ergastula, patrem gratis amo) *Controu.* IX. & Epitomæ. II. Declam.

L. & M. & P. VINICII.

L. *Vinicius Vinicij* frater : quo nemo ciuis Rom. in agendis caussis præsentius habuit ingenium : quod longa cogitatio illi præstitura erat, prima intentio animi dabat. Ex tempore causas agebat, sed non desiderabat hanc commendationem, vt ex tempore agere videretur. De hoc eleganter dixit Diuus Augustus: *vnus Lucius* habet v. c.) *Vinicius ingenium in numerato habet.* *Controu* XIII. extrema. citatur & contro. XXI. & forte Contro. XI. *Lucius* tantum. [ingenium autem in numerato habere dicitur de actore facile dicente extempore, vt ait Fab. cap. IV. li. VI. Macrob. li. II. cap. IV. de alijs & cap. VI. *de Galba.* Male D. Hieron. epist. ad Pammachiũ attribuit. Q. Haterio.] Fuit hic frater M. Vinicij Progeneri Augustj, cui Velleius Paterculus suos libros inscripsit, de quibus apud eundem frequens est mentio, & Tacitum li. VI. Hic L. Vinicius Consulatum sub Augusto gessit anno post R. C. IↃCCXX. P. *Vinicius* frater tarditate linguæ laborauit, qui, vt refert L. Seneca epistola XL. tractim dicebat, & tanquam dictaret, non diceret. *Vinicius* exactissimi vir ingenij, qui nec dicere res ineptas nec ferre poterat, &c.) *Cõtrou.* XX. vide reliqua accusasse Votienum Montanum. P. *Vinicius*) sic enim emendo ex v. c. summus amator Ouidij, hunc aiebat sensum disertissime apud Nasonem Ouidium esse positum : quem ad fingendas similes sententias aiebat esse memoriatenendum : Occiso Achille hoc epiphonema ponit XII. Metamorp. extremo :

Quod Priamus gaudere senex post Hectora posset,
Hoc fuit.

[alias *quo*] Controu. XXXIII. extremo.

M. VIPSANIVS ATTICVS Agrippa.

IS Pomponij Attici Ciceronis amicitia & epistolis clari filius fuit. Id vt credam, inquit Faber, faciunt patris nomen, & aui cognomen, quibus tanquam hereditarijs successit. Is autem *Atticus Vipsanius* non solum nomen aui materni, sed etiam studia velut creuit, adeo vt doctoris sui Apollodori præcepta Græcè tradiderit. Quinctil. cap. I. li. III. nisi forsan Quinctiliani locus de *Dionysio Attico* Apollodori discipulos intelligendus sit. καὶ γὰρ, vt ait Strabo, *σοφιστὴς ἦν ἱκανὸς, καὶ συγγραφεὺς, καὶ λογογράφος*, quod verius est. Seneca Atticus Controu. XIII. Est & Antonius Atticus) *Suasor.* II. vbi v. c. *Æticus.* legit. Is M. *Vipsanius Agrippa.* M. Filius primã de tribus vxorem duxit, Pomponiã T. Attici filiam, ex qua Vipsaniã Agrippinã sustulit. Huius fortasse frater, vt credo, ab alijs præteritus est, M. *Vipsanius Atticus Agrippa*, alterã

vero

vero Marcellam Octauiæ filiam: Tertiam Augusti Iuliam.

AVCTARIVM.

D. Hieronym. ad Eusebij Chronicon.

OLymp.180. anno 4. *M.Calidius.* orator clarus habetur. qui bello postea ciuili Cæsarianas partes secutus, cum togatam Galliam regeret, Placentiæ obiit. Olymp. 182. an. 4. *Curio* promptus & popularis orator Romæ habetur insignis, qui deinceps in Africa pudore amissi exercitus mori maluit, quam euadere.

Laberius mimorum scriptor decimo mense post Cæsaris interitum Puteolis moritur. Olymp. 184.

Publius Mimographus natione Syrus Romæ scenam tenet, Ibi. *Forny* pater & filius clari oratores habentur, quorum filius consularis ante patrem moritur. Forte Iunij Othones quos sæpe laudat Seneca Olymp.187.an.4. Augusti xv. Antonius (fort. Musa medicus Augusti post Actiacam victoriam naufragio perijt.

Atracinus qui septem decim natus annos Cælium accusauerat, clarus inter oratores habetur. Ad extremum morborum tædio in balneo voluntarie exanimatus heredem reliquit Augustum. Olymp.189. annos 3. Cicero & Fab.

Rapuit me] *Vocem* nam *male præmittit Frob.*
In conuiuio] *Rectius vetus scriptura* in conuiuium.
Est quædam in ipsis malis miserorum voluptas *&c. Sic Naso* —— est quædam flere voluptas.
Leuamentum] *Sic liber vnus.* lamentum *duo.*
Cui si viueret pater, fleret] quem *li. tres*, qui *Frob. al.* quem si viuerent, patrem flerent.
Nomina filiorum] liberorum *li. tres.*
Nec de nuptiis, nec de liberis cogitandum. Dirum omen occurrit, *Rectius li. veteres quatuor*: ne cui de nuptiis, ne cui de liberis cogitanti dirum omen occurram? cogit.
Nemo, inquit,] inquam *libri quattuor.*
Consolarer te] eum *pro* te *li. duo. Et mox* posset *pro* posses iidem.

DECLAM. II.

EOrum interest] illorum *li. tres.*
Non cum haberet] non autem haberet *li. vnus Et mox* sacra *idem li. omittit & Frob.*
Pollio: Aote hoc, &c.] Pollio autem hoc si cæcus ante factus esset, *quattuor libri longe melius.*
Probabat] probauit *li. tres & Frob.*
Ita vt cogatur] *leg. forte* cogetur.

DECLAM. III.

PEr humanos, inquit, errores, &c.] *Totus hic locus obscurus est. Hoc nimirum dicit. Raptor cum precibus à me salutem peteret, inter cetera adiurabat me etiam per errores humanos: cum significaret ita errorem illum suum humanum fuisse in filia, vt fuerat meus in eo quem imprudens interfeceram. Agnoui igitur preces meas, id est, quibus ego quoque aliquando vsus eram. Potes, inquit, raptor omnibus ostendere, quam non possis hominem occidere. Sin viuere me, quam mori malueris, cum vitam meam in potestate tua habeas, ostendas te ab interficiendis hominib. abhorrere. & ne illum quidem alterum à te dedita opera interfectum fuisse.*
In exsilio] in exemplo *tres codd.*
Eius dolori] pudori *li. tres.*
In patria] in patriam *li. duo.*
Qui eam] eum *li. quattuor.*
Tardius perijt] petijt *libri tres. vnus ad oram.* petit.
Hoc deriuari] hic *libri duo. Forte* huc.
Imprudētet eos facere] non prudenter facete eos *libri tres.*

DECLAM. IIII.

VIdisses iam vere] iam *abest à vet. lib.* Vidissem vere *Frob.*
Quicquid fit non legitime pro legibus, &c.] *liber*

liber vnus: Dum quicquam non fit legitime. Melius cum ipso sepulcro actum est, in quo notiora sunt iterum arma victricia. *Libri vero* legunt: Quamquam non fit legitime pro legibus, melius est pro ipso sepulcro. factum est. in quo notiora sunt arma iterum victricia.
Dona] sacra *addit liber vnus, sed ad oram.*
Inertem] inermem *li. duo. Et mox in vtroq; abest à tribus.*
Excusari] excusare *totidem libri. vt & statim.*
Deprehensus] *Abest hæc vox hic à tribus, & legunt* deprehensus non est, hoc illi.
Honorauimus] ornauimus *li. duo.*

DECLAM. V.

Reductus est postea] *Alij interpungunt, est.* Postea ægrotare. *Frob. tamen* patri *legit pro* postea.
Vt curet] vt curaret *li. tres.*
Abdicat] *Duo libri addunt*, Contradicit.
Reditu nouerca] *Sic Hern. & li. vnus.* Reddita *li. duo & Frob.*
Quod qui sanant.] & qui *li. tres.*
Ego vero cedo domo si] modo, *pro* domo *libri quattuor.* Ego viro credo si *Frob.*
Adduerti] agnoui *tres codd.*

DECLAM. VI.

Non minimæ iam lites sunt] Non me nontio lites sunt *liber vnus, duo* me nuntiante & *Frob.*
Priuignos erit] est *li. tres.*
Filius eius] enim *liber vnus.*
Indico tibi] tibi *abest à veteribus, & mox copula* etiam.
Et si scirem] Sed etiam si scirem *libri tres.*
Dici contra vitum] Dici enim coot. *libri tres.* Et enim contra virum dici *Frob.*
Et pædagogo] à *pro* & *li. tres.*
Si sciat] si scit *li. tres.*

Simplicissimum] Specialissimum. *li. duo. & Frob.*

DECLAM. VII.

Præmium detur] detur *omittunt li. tres rectè. & mox* Petit *li. tres pro* Petijt: *melius.*
Noster iure] vester *li. tres, vt & post paullo.*
In pari] impari *tres codd. & Frob.*
Certe occidisti] incerte *liber vnus.*
Ascensurus] accessurus *Frob.*
Subsederunt] subsederint *li. tres.*
Permitteret] promitteret *li. quattuor.*
Occidat iratus ciuis] *Sic Frob.* Occidat illum *Hern.*
Contulerat] attulerat *li. tres & Frob.*
Non habebas] non habebam *duo codd.*
Detuli] *Forte leg.* tetuli.
Si tyrannum inquam,] vnquam *Frob.*
Inuenero obuium quælibet tes] inuenero, obuia quælibet res telum erit.
Fortioris est] erit *li. vet.*
Ne non,] ne *tantum legit Frob.*

DECLAM. VIII.

Consignatio facta est: restitutus] cum signatione facta restitutus *li. duo. & Frob.*
Operas] Operam *li. tres.*
Tabula Syllana] tabula illa *li. tres.*
Vt qui] & qui *li. tres.* vt quæ *Frob.*
Patere] parem *li. tres.*
Etiam cum] etiam si *Frob.*
Ita periculosas] tam *pro* ita *li. tres.*
Mihi potissimum] potissimum ei te *Frob.*
Non habere] *negatio abest à tribus vett. libris.*
Etiam posses rogari.] non posses etiam rogari *Frob.*
Otho Iunius] Othonius *li. tres malè, &* Ottonius *Frob. vt & post paullo.*
Remisisse] emisse *li. tres.*
Molliore] *Sic cum editis liber vnus:* meliori *li. duo.*
Ne si nolimus] ne si volumus *tres codd. ijdem* etiam *mox omittunt.*

IN EPITOMES
LIBRVM QVINTVM.

DECLAM. I.

Sit actio] fit *Frob. non perinde rectè.*
A liberato] liberto *Frob. non sequor.*
Ea te cōditione] te *abest à Fro.*
In Pharsalia] In Tessalia. *li. tres, sed in vno supra scriptum. Quare nihil muto.*
Mairs] *duo hæc verba absunt à Frob. magis perspicuè.*
Expectus negationem] experta negatione *tres libri veteres & Frob.*
Legeras] *totidem libri* legerat, *& mox* posset.
Tot ille] Tulit ille *Frob. & libri tres quorum vnus ad oram* tollat ille.
Suspendo laqueum] suspendo *Frob.* Suspenso *li. tres pernetusti.*
Apertum] aptum *libri tres & Frob.*
Senec.

Alterum misero] alteram *liber vnus, vt ad* solitudinem *pertineat.*
Ego vt moriar] vt ne moriar *Frob. & cod. vnus li. duo.* ego vt moriar iste prohibeat, *Sed excusi:* iste vt me prohibeat.
Cui me vita] vitæ *li. tres, & Frob. rectius.*

DECLAM. II.

Qvo credito] quo perdito *Frob.*
Iubente patre] viuo patre *li. tres, Et Frob. ad oram. forte* viuente *scripsit Seneca.*
Non quæris] *forte rectius* Nom.
Et postea Socer] & tamen Socer *libb. tres.*

DECLAM. III.

Pancratiastes] Pancratiastas *codd. tres & Frob.*
Ad Olympia duxit] eduxit *totidem codd.* Ad Olympiam *Frob.*

Parricidij] *Sic Hern.* Parricidiis *tres li. vett. parricidi Frob.*

Non vt necessitatem]non vt metum *ijdem li.*

DECLAM. IIII.

DIxit] *tres codd.* dixerit.
Non reuertebatur] Non reuertebatur pater *Frob. & lib. tres.*
Quia iam redijt] Rediit *iidem libb. & Frob.*
Quod reliqueras] quia *lib. duo.* Qui *lib. vnus. Et mox* filij mei, *amplius est in ysdem codd.*
Potuit occidere] *tres codd.* putauit, *sed ad oram & supra pro* leuius, leniter *legunt.*

DECLAM. V.

REddat quadruplum] quadruplum puniatur *lib. tres. Sed ad oram.Nam vnus* soluat *in contextu legit. & statim* insciens *pro* insciens *lib. vnus, & nesciens lib. duo.*
Videbat obstare] *melius lib. tres* dicebat.
Fidem imploraui] *lib. tres.* exploraui.
Impotentiæ] *Frob.* impudentiæ.
Orbium fines] *Sic Hern.* vrbium *tres codd. & Frob.*
Nihil lætius] latius *lib. duo.* lautius *vnus & mox* occurrit *non est in Frob.*
Incendio] In incendio *lib. tres. Et mox lib. vnus amplius* : quod prospectui obstabat.
Ambulationes] *li. vnus ad oram* Habitationes.
Quam volui] Voluit *Frob. & tres codd.*
Sic licet] *rectius* scilicet *iidem li. vett.*
Alunt] agunt *tres lib.*
Atata] Aurata *Vet. scriptura libri vnius non placet.*
Ergastulorum] ergarulorum *liber vnus*, ergatularum *lib. duo. Vnus etiam* ergastula *praefert.*
Latiusque nunc] *Forte* tunc.
Dare voluisti, partem noluisti] *Sic editi, veteres tamen quatuor* : Dare noluisti, si tamen voluisti partem.
Si fateretis scienter,&c.]Si fateretur iste scienter januam incendisse, puto tota domus intelligeretur ex parte. Si vnum tignum *Frob. Et lib. vett.*

Minuerant] mouetant *libb. quattuor. vet.*

DECLAM. VI.

ET damno] & damnati sunt *Frob.*
Puella est] vestem puellarem *Frob.*
Imitatus est] est *ab eodem abest.*
Nunquid cecini] cedi *libb. duo & vnus* cecidi *& in margine* cecini.
Auspicabantur]&c. auspicabatur, nefas putabat brachium toga exerere *lib. tres* euehere *lib. vnus forte* eruere *vel* exuere. *quidam* toga exerere *legit. vid. notas, & Hottomannum li. 9. Obser. cap. 13. Lac. Durantium li. 2. var. cap. 5.*
Damnati erant] essent *Frob. melius tamen* sint.
Seuerum fuisse] Serium *li. vnus, & ad oram vt hic Romana item editio.*

DECLAM. VII.

POst victoriam] eius *addit Frob.*
Ne perirent.] *non recte Frob.* ne perierunt.
Inde] interdiu *lib. vnus.*
Postridie] *duo libri* post triduum.
Pugnaturis] *Sic Hern. veteres tamen libb. quattuor & Frob.* Pugnaturus.
Trecentos] Sexcentos *vnus li. sed vitiose.*
Nisi fuga] præter fugam *libb. tres* : *& mox*, præter numerum.
In Carthaginensi] In Cannensi *libb. quattuor.*
Dabis notam] das *lib. vnus.*
Iniquo eos] *Frob. amplius* quod iniquo eos.
Atqui posset] agi *tres libri præferunt.*
Hæc postremo] *ad vnius libri oram additur* negare.
Mitte arma] mittite *libb. duo.*

DECLAM. VIII.

SVb abolitione] obligatione *libb. duo. & Frob.*
Obiecisset] *abiecisset tres cod. & mox* petit *pro* petijt *ijdem* Vrebat ignibus] *melius* vrgebat *libb. duo. vide Prouerbium, Phalaridis taurus.*

IN LIBRUM VI.

EPITOMES.

DECLAM I.

DAturum si non respondisset] *amplius Frob.* Sibi daturum promittens si non respondisset : *& abest* Patri irato.
Tantum æris alieni] hæres *Frob.*
Spe morior] spemo *libri tres Gruterus ex Palat. codice* Spem moror *ponendum censuit.*
Patri periculosum accipienti turpe]*sic editi Frob.*
Exagitari] exagitare *Frob.*
Vinceres] vincerem *duo codd.* vincerent *vnus.*
Nisi si rescisset] nisi rescisset *vnus codd.* nisi si sciset *duo. Pintianus mallet* ne si rescisset.
Fratrem pium] esse *addunt libri tres magis perspicue, sic Pintianus.*
Patrem vtrique placari] patri vtrumque placere *li. tres & Frob.* placare *mauult Gruterus.*

DECLAM. II.

NOn liceat,] non licet *Frob* : *illud tamen malo.* Quinquennium] quenquennio *libb. tres & Frob.*
Accusator ciuium] *Hern. ad oram forte* finium.
Quos in tam bona timuisti] *libri duo* quod in tam bona obtinuisti.
Alij exul est, tibi pater est] alii *Franc. Inreti vet. cod. libb. duo & Hern. ad oram. forte* illi pater est tibi exul.
Facere] tacere *li. vnus.*

DECLAM. III.

ELige,aut] vt aut *libb. quattuor amplius.*
Imprudētia timebat] Impudentia. Timebas. *Rom. editio alius cod.* Impudentia timebat.
Imo non] imo nihil *li. tres, & mox.* ex lege *Frob.*
In matrem] meam *addunt li. totidem.*
Nihil aliud egi] egi *abest à Frob. & abesse potest.*
Habes enim pattem) enim *abest à Frob. & mattem quidam reponunt, hoc modo* habes matrem, habes patrem. *& mox* & vt *idem Frob. Et pro* voluerat voluit *lib. duo.*

DECLAM.

DECLAM. IIII.

POculum tenentem] terentem *tres lib. rectius probatque Gruterus li. 3. cap. 2. Opinion.*
Maritus heres] *prior vox abeſt à Frob.*
Sic egit] hic egit *Frob. non rectè.*
Quod eſt hoc venenum] Quid enim illud venenum *lib. tres.*
Qui dicit] dicit *lib. tres.*
Quid nam] iam *lib. tres. & Frob.*
Grauis illa] illi *Frob.*
Qui volenti] nolenti *lib. vnus.*
In imum. Potionem bibit iſte,] *tres li. ſic interpungunt,* in imam potionem, bibit iſte vſque ad venenum. *Plura Gruterus.*
Sequitur] Sequatur *lib. quattuor. & Rom. editio.*

DECLAM. V.

IPhicrates] Epicrates *Frob.* & *codd. duo, & vnus* Epigrates *Quinct. li. 5. cap. 12.*
Bis acie] in acie *Frob. non neceſſario.*
Cum toto tibi regno ſocer venit] cum toto ibi regno ſuo venit *li. quattuor & Frob.*
Sententias ſuas ferrent] ſententiam *Frob. Ex mox* extraxi *pro* ſtrinxi. *& Gruterus commenter legendum putat* cum iudices.
Vt gratiam] gloriam *li. tres.*
Quid obſides vobis abduxi] quid vobis obſidem abduxi *codd. duo.* adduxi *vnus.* Quod ob fidem vobis vxorem adduxi? *plura hic Ian. Gruterus.*

DECLAM. VI.

CRuditatis & veneni] crudelitatis *li. tres totidemque Gruteri: illud tamen malo.*
Altera, quod futurum eſt, altera etiam quod futurum ſit *lib. tres.*
Commendaui adulterium] *rectius lege* adulterum
Qua adulterij] adulterum *li. tres & Frob.*
Veneficium nec denunciatum quidem credidi] quidem *abeſt à Frob. Tres li.* veneficium quod denunciatur credidi.
In cadauera] in cadauere *li. tres. & Frob.*
Filiam veneno] veneficio *li. vnus, probaturque Iureto, vt ſimiliter cadentibus reſpondeat.*
Non minus quam filiam] quam pater filiam *Frob.*
Eſt ſæpè] ſæpiſſime *li. tres.*

DECLAM. VII.

VXorem pater] vxorem ſuam *tres li. & Frob.*
Audire rem] *li. vnus* videre.
Prius amare cœpi quam duceres] amare antequam duceres cœpi. *li. tres & Palat. cod.*
Neſcio furioſius] furioſus *li. tres. non placet.*
Sororem concupiſceret] concupiſcet *l. vnus. forte etiam* concupiſſet. Et deriſum] & *abeſt à Frob.*

DECLAM. VIII.

MOriar niſi] *tres li.* peream niſi *legunt: illud tamen in carmine eſt.*
Aut experta iuras, &c.] aut experta vitum, aut inexperta petebas.
Via cedunt] omnia credunt, *quæ ex compendiis* ~~oia~~ *varietas videtur.*
Et hic quidem non totus] nec hic quidem totus
Vix modeſte caſtigare] vixit modeſte, caſtigatè, *li. tres.*
Luxurioſior] *rectius duo li.* licentior.
Matri Gracchorum] *hæc à tribus libb. noſtris, iiſque quos Gruterus inſpexit vt gloſſemata omiſſa ſunt.*
Quid ni inuiderint] ei inuiderint *iidem codd. Palat.* inuideret.

In Declamationum Epitomes librum octauum.

DECLAM. I.

DE confeſſo] de confeſſa *li. vetus & Frob. ſed illud malo.*
Faciam] facio *vet. li. & Frob.*
Prohibens] prohibeo. *Frob. & lib. vet.*
Duobus filijs] liberis *vetus ſcriptura.*
Quod videbat] viuebat *Frob. & mox pro* obfuturus affuturus.
Rogabo ream] rogo *li. vnus.*
Vbi eam] *vetus lectio* niſi cum.
Orbata] orba *cod. vnus.*
Inquis ſacrilegium potuit committere] inquit potuit, *Vet. lectio & Frob.*
Calamitoſus animus] *codex antiquus* clamitoſus.
Mori etiam] iam *tres li.*
Si priuſquam amitteret] ſi poſtquam *li. duo vtrobique legunt.*

DECLAM. II.

REcepturos] reputaturos *codex vnus.*
Elii vltimum] Dij vltimum *quattuor cod.*
Athenienſes] Attenienſis. *Frob. & li. vnus.*

DECLAM. III.

MOrtis fuit] non *addit cod. vnus.*
Morte piauit] expiauit *li. vnus.*

DECLAM. IV.

ET quam inuidioſum] & quidem inuidioſum.
Quoque] *malim* quoquo.
Non aliud Codrus dedit] Codrum illum *edidit vet. cod. Et mox* illo *pro* vllo.
Quod ſe] qui ſe.
In præcipitem locum] *aſſentior viro docto* lacum *reponenti.*

DECLAM. V.

COntumacia] *vet. li.* contumelia *Et mox* mihi date *pro* patri date.
Tu feciſti] fregiſti *li. vet.*
Exanguis] *vet. libb.* longius *forte* languidus.
Efficis vt poſſit] efficit vt poſſit *li. vnus Frob.* poſſis *Heru.* poſſim.

DECLAM. VI.

RApta raptoris] vitiata vitiatoris *vet. ſcrip. & Frob.*
Adducatur] educatur *vet. cod. & Frob.*
Naufragium meum fleuit] fleui *li. vnus & Frob.*

Quidem & nuptias] *Sic Heru. ſed* quidem *abeſt à Frob. & ſane redundat.*
Socer deſinat] ſinat *Frob. ſed illud malo.*
Putat.] putauit *Frob.*
Sibi, cum hic] ſibi hic cum necdum *Frob.*
Inter terram & cælum] *alter* inter mare terramque dubij, *inepte.*
Interrogor] interrogatus *li. vnus.*
Matrimonij celebritatem] matrimonium celebritate. *Heru. in altera editione anni.* 1573. celeritatem *male excudit. vide. Gul. Fornerium D. ad L.* 34. *Et mox* abſconde *pro* abſcondit.

Fecit nuptias] facis *li. vnus & ſtatim pro* vultus index, inultus *quidam legit. & rectius forte. doctus vir tamen* mutus *repoſuit.*
Sicut] ſic ille *codd. duo.*
Naufragium duo] *forte melius* naufragum.
Si me potuerit] poterit *vet. lectio.*
Præceps] preces *li. duo & Frob.*
Patrem legis amputaturus] *Sic Heru.* partem *Frob. & vet. li. qui etiam* imputaturus.
Quid dum fleret faceret] quid flere fecerit *li. duo.* Quas non habet] *negatio abeſt a vet. cod. & Pintiano, idque rectè.*

I. LIPSII IN SENECÆ RHETORIS CONTROVERSIAS NOTÆ.

Ad Andream Schottum.

IN Senecam tuum quæ notaui pauca è pluribus hic mitto. Cur non omnia? vel quia minuta ſunt & à te fortaſſe in textu correcta, vel quia tempus abnuit largæ meæ voluntati parum largum. Noſti & valetudinem non ſecundam, quam curare ἀπεργοσία ſola, & vt ſic dicam, iuſtitio quodam ſtudiorum poſſum. De re igitur habe.

Lib. 1. Controuer. 2. in verbis P. Vinitij.

Vultis. 1. *actionis exitum audire? Vendit pirata, emit tiro.* 2. *excipitur nihil. Eo deducta es vbi tu aliud honeſtius nihil facere potuiſti quam mori.* 3. *Quæ ſtipem rogaſti ſacerdotium rogas?*

1. Velim *auctionis.* 2. puto faciendum, *excipit fornix.* 3. in veteri libro: *propenſius ſtipem rogaſti, quam ſacerdotium rogas?*

Ibidem in excerpto. P. Aſprenatis:

Tot intrauerunt cellam tuam gladiatores, tot iuuenes ebrij, & omnes ante militem. 1. *inermes. Ego illam dico proſtitiſſe, illa ſe dicit etiam,* 2. *mendicaſſe. Pudicitiam ſacerdotis meæ etiam carnifici debeo.*

1. Nota interrogandi efferam, *inermes?* Ita nemo gladium ante militem intulit? deinde legam *vindicaſſe.* Niſi hoc, quomodo de carnifice conueniet, quod ſequitur? nam intelligit ipſam illam carnificem eſſe, quæ hominem occidit.

Excerpto proximo Iunij Gallionis.

Ambitioſa lex eſt ad ſacerdotium. 1. *Nonnullas non ſanctitatis tantum, ſed felicitatis admittis. Inquirit in* 2. *mores, in corpus, in vitam.*

1. Legam, *nobilis* & ita fuit. 2. Item *Maiores.* Nam ſi hic de *moribus*, cur mox de *vita* addit? imo ordo ita poſtulat, vt primo ſtirps, ſiue maiores, tum corpus, tum vita inſpiciantur. Ipſa etiam lex maiores tangit dum ait Caſta è caſtis. In fine eius Eclogæ.

Quid faciam mulieri? in crimina ſua deliteſcenti? Cum dico vim paſſa es: occidi inquit. Cum dico Hominem occidiſti: inferebat, inquit, vim.

1. Faber ille optimus *in crimina ſua deſilienti?* Ego *mulieri crimina ſua diligenti?* Amplectitur ea, inquit, in gloria ponit & promit.

Controuer. IIII.

Cui titulus, Vir fortis ſine manibus.

Latro dixit: Adulteros meos tantum excitaui. Fuſcus Arellius dixit. 1. *innuiſſe iniuria, frigidius dixit contrariam illi ſententiam: Adulteros interuentu meo, nec excitaui quidem.*

1. Omnino puto *innuiſſe. Nicias Frigidius dixit.* Nam dictum Arellij compar Latroniano. *Adulteris meis tantum innui.* quid enim ſine manibus aliud poſſet? Contra Nicias (notus declamator) *nec excitaſſe quidem.* quia ſine metu erant, & quaſi nemo interueniſſet.

Lib.II.

Lib. II. Controuer. III. nobis x.

Ipse Seneca loquitur:

Hanc Controuersiam 1. memini videre Nasonem declamare apud Arillium Fuscum, cuius auditor fuit. Nam Latronis admirator erat: cum diuersum sequeretur dicendi genus, habebat enim 2. ille constans, & decens, & amabile ingenium.

1. Sordent ista, *memini me videre.* In veteri est. *meminero video.* ex quo omnino faciendum *memini Ouidium.* 2. Itane Poëta noster *constans?* nec ipse dicat. Legam, *habebat enim inconstans sed decens*, in ipsis deinde verbis Ouidij.

Ecce obiurgator noster quam effrenato amore fertur? 1. Quamquam esse filiam preceris 2. carum quidem quod illum ab indulgentia sua euocat.

1. Notam impressit Faber vt mutilo aut deposito: nos conamur, *quamquam est filia, praterit, rarum quiddam, quod illum ab indulgentia sua auocat.* Et si postrema etiam sic possis. *Caram quidem: quod illam ab indiligentia sui auocet.* Furiosus, inquit amor. praterit filiam, & quidem caram, vel hoc argumenro, quod culpat & damnat? vt vitæ suæ indiligentem. Sane & postea ita dicit.

In reliquum diligentiores facti sumus. Sunt acumina & ab argumento illustranda. In verbis eiusdem excerpti.

Queritur periculum eius. 1. quapene carnit, hic qui amare caute iubet. Facilius in amore finem 2. impetres, quam modum. Tum hos penis terminos, vt nihil faciant nisi considerati, nihil promittant, nisi vt 3. ius facturi, omnia verba ratione & fide ponderant. Senes sic amant.

1. Legam: *quam pane necauit.* Nam & in vulgatis est *cauit* non *caruit.* sensus: Queritur de periculo filiæ, & ita medetur vt in maius conijciat, pæne necauit eam, cum a marito conatus abducere. 2. Bene est: nec male *imperes.* 3. putarem, *ocius facturi.*

Controuer. VII. nobis xiv.

Iunij Gallionis excerpto.

Iam Senex factus est: 1. nisi quod sibi bonum videt, Luxuria vsque eo se proiecit, vt accusetur. Senex 2. amens, senex ebrius, circundatus sertis, delibutus vnguentis, & in præteritos annos se retro agens, & validus in volupsatibus, quasi iuuenis exultans, nonne portentum est? luxuriosus adolescens peccat, senex autem luxuriosus insanit. Ætates exhauriunt, vitia lasciniunt. * vel etiam non videtur.

Lego 1. *nisi quod sibi nondum* * *videtur. Luxuria*, & cætera. 2. scribo etiam *amans* 3. & *valdius.* 4. denique, *ætate exaruit, vita lasciuit.* quam ego basilicam emendatiunculam habeo.

Lib. III. in Præfatione Epitomes.

Cassium Seuerum Seneca dilaudans ait.

Pronunciatio qua histrionem posset producere, tamen 1. qua histrionis posset videri.

1. Faber tentat, *qua histrionis non posset.* sed cum in libris priscis legatur: *tamen quæstionis posset*: ego faciam, *que Senatoru.* Vox quidem, inquit, alta, clara, & *vel scænis suffectura*, vt cum Fabio dicam, tamen elatio & pronunciatio grauis, quæ Senatorem deceret. Ita mox de eodem: *Nec in illo quidquam magis mireris, quam quod grauitas, qua deerat vita, actions supererat.*

Infra in eadem Præfat.

Agedum istos declamatores producin Senatum, in forum, cum loco mutabuntur, velut assueta classi & dilecta vmbra corpora, sub diuo stare non possunt.

1. Scio scholarum *classes*: & vel illud doceat, *Cum permisit fauos classis numerosa tyrannos:* tamen intendenti sententia alio it, & magis sic scribi, *assueta claudi.*

Lib. VII. in præfatione. nobis III. Controu.

Ait initio de Albutio.

Alius erat cum turba se committebat, alius cum paucitate contentus erat.

1. Amplector magis quod in scripto: *cum paucitatem contempserat.* erigimur & intendimus cum multi audiunt; languemus & velut contemnimus vbi pauci.

Ibidem, infra, de eodem.

Nec videbat nimiũ orationis splendorẽ his admixtis sordibus, non 1. defendi sed inquinari.

1. An etiam *detendit* cui oppositum intendi.

Controuer. VI. nobis xxv.

Scribitur:

Saturninus Furius qui volens vel condemnauit maius nomen in foro, quam in declamationibus habuit.

1. Scribo *qui Voleſum condemnauit*. Intelligit Voleſum Meſſallam, qui proconſul Aſiæ, ſub Auguſto damnatus eſt. meminit Tacitus III. Annal. & Seneca filius de Ira II.

Lib. IX. Controuer. II.

Excerpto Porcij Latronis.

Si negaret, quos teſtes haberem? quis enim in illo conuiuio fuit? 1. *cui tecum ſit credendum? facilius eſt, vt qui meretrici* multa dederit homicidium neget, quam vt qui hoc quoque dedit, quidquam denegarit.* * *vel alia*

In veteri. 1. *Cui te eſt credendum.* lego, *cui teſti.* 2. Idem vetus: *quidquam vidi mirum.* Couarr. vero *quicquam vt deminuerit* puto fuiſſe: *Quidquam. non vidi. mirum! nunquam iſtud*, &c. Sententia: Nihil negat meretrici qui hominem ei impendit. Deinde μίμησις & expreſſio verborum ſcorti. *Non vidi.* reſpondet. *mirum* ſcilicet: non ſolent feminæ. Infra in Caſſij Seueri.

Adhibeturque ad ea Magiſtratus, ob cuſtodiam non ob 1. *lætitiam.*

1. Malim *fauſtitam.*

Controuer. IV. nobis XXVIII.

In verbis Iulij Sabini.

Cum dixiſſet. 1. *Seianianos locupletes in carcere eſſe, Homo, inquit, adhuc indemnatus, vt poſſim viuere parricidas rogo.*

1. *Puto Seianianos.* & poſtrema interrogatione acuenda, *parricidas rogo?* ſententia. Petebat in Senatu diaria. obiectum illi, diuites Seianianos cum ipſo in carcere eſſe, & poſſe alere: Ille cum ſtomacho, Ergo vt viuam, parricidas panem rogabo? *parricidas*, ſiue illos Seianianos (ita vulgo, qui in Imperatorem, id eſt patrem patriæ conſpirauerunt) ſiue & Senatum ipſum, in quem poteſt ex ambiguo dirigi.

Lib. X. Præfatione.

De Scauro:

Dicebat negligenter ſæpe 1. *cauſam in ipſis ſubſellijs, ſæpe dum* 2. *amicitur, dicebat.*

1. An non verius: *caſu?* hoc ſenſu. Negligenter, dicebat, ſæpe & temere ac caſu, in ipſis ſubſellijs, inter auditores. 2. quod autem eſt *amicitur*, priſca ſcriptura eſt, *admittitur.* Explico Scaurum nec exſpectato quidem populo, ſed dum is intrat & necdum conſederat declamitaſſe. de his admiſſionibus infra: *Non admittebat populum.*

Infra in gnome pulcerrima.

1. *Vt iuſtiſſima patiendi vice: quod quiſque alieno excogitauit ſupplicio, ſæpe* 2. *excipiat ſuo.*

1. Legere malim. *& iuſtiſſima.* 2. deinde *expiat ſuo*, tamen cum in veteri ſit: *emittat ſuo*: vide an non ſit verius, *initiat ſuo.* Sæpe qui auctores ſuppliciorum ipſi ea ſubeunt, & initium dant pœnæ à ſe repertæ. De Phalaridis tauro, notum.

FERN.

FERN. PINCIANI
CASTIGATIONES IN
M. SENECÆ RHETORIS LIBROS
DECLAMATIONVM L. SENECÆ PHILOSOPHI
vulgo dictarum, tam Controuersijs quam Excerptis accommodatæ.

IN LIB. I. DECLAMATIONVM.

Præfatioli. 1. Contron. NAM duo millia nominum recitata.] *Vetus lectio*, Nam ad duo millia nominum recitata. *& paulo post*, reddebam, *non* referebam.

Qui ad audiendum præceptorem nostrum conuenerant.] Meum, *non* nostrum, *eadem præfert*.

Et illam cum cura scrutabor.] *Eadem*, & illam omni cura scrutabor.

Totiens tanquam noua audiam.] *Scribe*, Totiens tamen tanquam noua audiam, *ex eadem*.

Itaque ex memoria mea quod nobis satis sit superest.] *Eadem*, Itaque ex memoria mea quantum vobis satis est, superest.

Quod quærenti non comparuit.] *Eadem*, comparauerat *agnoscit*, *non* comparuit.

Intempestiue molesta est.] In tempestiua *in eadem habetur*, *non* intempestiue, *quod magis arridet*.

Quæ mihi iam olim precario paret.] *Eadem*, quæ mihi iam olim præcario non paret.

Et nescio qua iniquitate & ad malum pronitate naturæ.] *Eadem*, & nescio qua iniquitate naturæ. *Cætera delenda*.

Emolliti eneruesque, quod nati sunt, inuiti manent.] *Scribe*, Emolliti eneruesque nati sunt. In vitio manent, *ex eadem*.

In hos nac Dij tantum mali permittant, vt cadat eloquentia, quam non mirarer, nisi animos, in quos se conferret, eligeret.] *Eadem partim sic legit*, In hos nec dum tantum mali vt cadat eloquentia, quam non mirarer nisi animos, *& cætera. Partim sic legit*, Et in hos cadat eloquentia, quam non mirarer, *& reliqua*.

Et si acerrimam eloquentiam, quam præstare non possunt, violare non desinunt.] *Scribendum puto*, & sacerrimam eloquentiam, quia præstare non possunt, violare non desinunt.

Quo intra coloniam meam me continui.] *Verbum* quo *desideratur in vetere lectione*, *& præpositio* intra, *per maiorem scribenda est*.

Et quod vulgo de alio solet, sed de illo pruprie debet.] *Eadem*, Etiam quod vulgo dicit solet, sed in illo proprie debet.

Quia apud nullum auctorem antiquum.] *Verbum* quia *redundat*, *ex eadem*.

Qui declamationem distinguit.] *Legendum* diffinit, *non* distinguit, ex eadem.

Non medioriter dicere bene] *Corrigendum reor*, non mediocriter dicere, sed bene *sequitur statim*.

Alterum putat domesticæ exercitationis.] Alterum esse veræ actionis.] *Scribe*, Alterum putat domesticæ exercitationis esse: alterum vero actionis, *ex vetere lectione*.

Productam familiarem amicitiam.] Perductam, *non* productam, *eadem*.

Er in omnes iocus resoluebat.] *Scribe*, & in omnes iocos se resoluebat, *ex eadem*.

Omnibus quidem prodest sub inde animum relaxare.) *Lege*, omnibus enim prodest subinde, *& cætera ex eadem*.

Nec patiebatur alimenta per stomachum per sumnum quietemque æqualiter digeri.) *Quædam exemplaria* in stomacho *legunt*, *non* per stomachum. *Alia carent omnino duobus his verbis*.

Cum id magis in illo mirabile videri possit.) *Scribendum puto*, Quin id magis, *& cætera*.

At quorumcunque stilus velox.) *Vetus lectio* Ast, *non* At.

Sed ars summa ad apprehendenda ea.) *Scribe*, Sed ars summa & ad cõpreheudenda ea, *ex eadem*.

Adeo quæcunque in animum eius semel ascenderant.) *Sunt exemplaria quæ* memoriam *legunt*, *non* animum.

Cupitis statim ita discere.) *Verbum* ista *non habetur in vetere lectione*.

Quæ effectu apparet, & habitu latet.) *Coniunctio* & *eradenda*, *ex eadem: & considerandum an rectior lectio* ambitu *quam* habitu.

Suspensos pedes haberei) *Eadem*, Suspensos pedas ponere, *rectius quia sequitur:* Non mehercules tui pedes spinas calcant.

Quæ interponi argumentis quam maxime, declamantis Marulli possent.) *Scribendum reor*, cum maxime, *non* quam maxime, *ex trita loquendi Senecæ consuetudine*.

Nihil præter Epicheremata scriberet.) *Prior editio* Epithemata *legit*. *Exemplar scholarum Salmanticensium* Epiphonemata *agnoscit*. *Scribo per transpositionem literarum*, Epiphonemata, *ex Quinctiliano*, *& Cicerone*, *& cæteris rhetoribus*.

De sæculo, de delitijs dicuntur.) *Vetus lectio*, de sæculo, de diuitijs dicuntur. *& sunt exemplaria in quibus verba illa* de sæculo *non habentur*.

Scio quam sit odiosa Circensibus pompa.] *Scribe*, Scio quam sit odiosa res Circensibus pompa, *ex vetere lectione*.

Cum iam cœpisset diem ducere.] *Emendandum reor*, Cum iam cœpisset diem lucere. *Hoc enim factitare solitum Latronē*, *superius monstrauit Seneca*. Sæpe, *inquit*, cum per totem lucubrauerat noctem, ab ipso cibo statim ad declamandum perueniebat.

Iactatus inter duos patres vtriusque filius.] Iactatur, *non* iactatus *quædam exemplaria*. *Alia* iactatus *agnoscunt*. *Sed post verbum* abdicatus. *habent* fui. *Controuersia 1.*

Semper autem commendabat eloquentiam eius aliqua tes extra eloquentiam in puero declamante.) *In codicibus nonnullis rectius, vt puto, habetur sit*, Semper autem eloquentiam eius commendabat aliqua res extra cõtrouersiam. In puero eloquentia. *Ego vero non altero in loco tantum, sed vtroque substituendum puto* controuersiam *pro* eloquentia, *legendumque hoc pacto:* Semper autem controuersiam eius commendabat aliqua res extra controuersiam, *& cætera.*

Controuersia II. Sacerdos casta castis puris pura sit.) *Scribendum*, Sacerdos casta è castis, pura è puris sit. *liquet id ex secundo libro Controuersiarum, vbi hæ omnes declamationes cum coloribus complurium rhetorum iterantur copiosius à Seneca.*

Accusata, absoluta & reuersa ad suos est.) *Vetus lectio*, Accusata, & absoluta, & remissa ad suos est.

Sacerdos vestra adhuc in lupanari viueret.) Nostra *eadem præfert, non* vestra.

Quid mihi sacerdotem cuius precaria est castitas?) *Rectius eadem*, Quid mihi cum sacerdote, cuius precario est castitas?

Ita cara fuit suis.) *Eadem.* Ita curæ fuit suis.

Si in ciuitate nulla inueniri potuit.) *Eadem*: Si in ciuitate nulla inueniri poterit.

Ponamus tres sacerdotium petere.) Putemus, *non* ponamus, *eadem agnoscit.*

Dij illæsam non seruassent, nisi eam sibi seruaturi fuissent.) *Breuius eadem*, Dij non seruassent, nisi sibi seruaturi fuissent.

Dicat pudicitiam suam Dijs quibus debet.) *Verbum* suam *superfluit, ex eadem.*

Controuersia III. Quædam satius est vel cum causæ detrimento facere quam inuerecunde dicere.) *In quibusdam exemplaribus ita habetur vt retuli, in alijs non legitur* inuerecunde, *sed* verecunde: *quæ lectio summe nobis probatur, vnius tantum litterulæ adiectione, hoc est, vt legatur* verecundiæ, *& repetatur* detrimento.

Patrocinium suum putat perennis infelicitatem.) *In secundo Controuersiarum aliter*, Patrocinium suum putat perennem infelicitatem.

Exponam cum stop rum.) *Vetus lectio*, Et ponam *agnoscit, non* exponam, *& quidem iudicio meo rectius: Multum enim emphaseos habet coniunctio illa.*

Non ad saxum vsque defferret.] *Eadem* differret, *non* defferret.

Controuersia IV. Etiam secure aspicientibus horrenda.) *Lege* Etiam secure despicientibus horrenda, *ex eadem, & item ex secundo Controuersiarum.*

Liceat adulterium & in matre filio vindicare.) *Corrigendum puto contra omnium codicum fidem*, Liceat adulterium & marito & filio vindicare: *quod ex fine controuersiæ euidenter ostenditur*, Ipsam legem recita. Liceat marito, liceat & filio.

Aut me sine filio, aut filium sine manibus.) *Scribo*, aut me sine filio fuisse aut filium sine manibus, *ex vetere lectione.*

Contemptus est iste.) *Exemplaria quædam non* contemptus *legunt, sed* conceptus. *Scribo* deceptus. *Arellius Fuscus secundo Controuersiarum:* Adolescens venit tempus militiæ tuæ. Indignare si deceptus.

A quo sciemus. Cum adulterum deprehendi. tunc primum sensi.) *Legendum puto diuersa distinctione sic:* A quo sciemus? *vt sit per interrogationem. Deinde sequitur*, Cum adulteros deprehendero. *Sic enim habetur in vetere lectione. Postea lege per manerem:* Tunc primum sensi.

Et truces animos misericors natura debilitat.) *Legendum*, Et truces quoque animos misericors natura debilitat, *ex eadem, & secundo Controuersiarum.*

Controuersia V. Prius quam in memoriam reuerteret, exierant.] *Aliter in secundo Controuersiarum*, Prius quam in me reuerteret, exierant.

Aut mortem aut indotatas nuptias petat.] *Omnis scripta lectio, & item secundus Controuersiarum, non* petat *habet, sed* optet. *Quam lectionem esse veram Seneca ipse videtur afferere, subdens.*

Altera mortem optat raptoris: altera vero nuptias petit.] *Vetus lectio breuior multo & Senecæ laconismo magis consentanea*: Altera mortem optat, altera nuptias. *Reliqua superuacanea sunt.*

Controuersia VI. Deinde hanc vitiasset.] *Aliam in secundo Controuersiarum legitur, non* hanc.

Iurauit ei. Relicto patre secuta est adulescentem.] *Verbum* ei *non habetur in antiquis exemplaribus. & si legi etiam posset*, Iurauit. Ea relicto patre, *& cætera.*

Narret, inquit, socero beneficia.] *Vetus lectio*, Narra obiecto soceri beneficia. *Adstipulatur & Controuersiarum secundus.*

Controuersia VII. Nisi misericors potest. Inter tot consulatus.] *Eadem*, nisi misericors posset. In tot consulatibus.

Si præcideritis, scribe potius occideritis.] *Eadem*, Si præcideritis. Si irasceteris, scribe potius, si occideritis.

Tyrannicida exitum tyranni rogo.] *Scribendum potius videtur:* Tyrannicidæ exitum tyranni roga. *Vel sic:* tyrannicidam *per minorem scriptum pertineat ad superiora: & quod sequitur, legatur hoc modo.* Exitum tyranni, rogo, non timeo. Manus quas piratæ soluerunt, iudices alligant. *vt habetur in secundo Controuersiarum.*

Etiam nunc manus meas petis?] *Scribe sine nota interrogationis*, & nunc manus meas petis, *ex vetere lectione.*

Neutrum hoc manibus meis expedit.] *Verbum* hoc *non habetur in eadem.*

In qua nec filij patres alunt.] *Scribe ex eadem*, in qua nec filij quidem patres alunt.

Controuersia VIII. Iam pro te dubito. Nescio quid lex timet.] *Verbum illud* dubito *desideratur in eadem. vt legendum existimem*, Iam pro te nescio quid etiam lex timet. *Nam exemplaria omnia lectionem* etiam *agnoscunt.*

Pars altera contra fortem abdicatum.] *Sic prior editio. Legendum* abdicantem, *non* abdicatum.

Quantum vero interest.] *Verbum* vero *redundat, ex vetere lectione.*

IN LIBRVM SECVNDVM DECLAMATIONVM.

Nihil horridum.] Nihil horrendum, *vetus lectio.* Præfatio li. II.

Controuersia. Ac amplissima facultate dicendi.] Felicitate *eadem, non* facultate. *& quidem rectius. Nam non multo post beatam vocat Fabiani orationem.*

Et ille pugnatorius mucro.] *Emendandum puto*, & ille pugnatorius mucro.

Cum veros compressisset affectus.] *Scribe* vero, *non* veros, *ex vetere lectione.*

Parum bene imitari poterat quæ effugerat.] *Eadem non* effugerat *præfert: sed* effigerat. *Considera an legendum sit* effinxerat.

Et

Et illi stadio parari, non per illud alteri.] *Lege*, illi studio parari, non per illud alteri præparari, *ex eadem*.

Præceptores pulcherrimæ disciplinæ continebatur.] *Scribendum pluralitatis numero* continebantur, *vt ad præceptores referas*.

Nam primus omnium Latinus Rhetor Romæ fuit puero Cicerone Plotinos.] *Scribo* Plotius, *non* Plotinus. *Cicero in epistola ad M. Titinnium, referente Suetonio in lib. de Grammaticis & Rhetoribus*: Equidem memoria teneo pueris nobis primum Latine docere cœpisse L. Plotium quendam. Ad quem cum fieret concursus, quod studiosissimus quisque apud eum exerceretur, dolebam mihi idem non licere. *Meminit Eusebius quoque in libro tēporum. Sed & vetus lectio non aliter habet quam* Plotius.

Et ego multo tempore minor quam ipse erat.] *Eadem*, & ego molto minor oatu qoam ipse erat.

Controuersia I. Abdicatus post tres abdicandos.] *Castigo*, Adoptandus post tres abdicatos, *ex eadem*.

Amo æque paupertatem & patrem.] *Lego ex eadem*, amo æque paupertatem ac patrem.

Hic me dignum putat bono patre.] *Scribendum*, Hic me dignum putat beato patre, *ex eadem*.

Quem me videri velim, nescio. innocentem, si abdicor: nocentem si adoptor.] *Locus est corruptissimus, in scriptu tamen codicibus fidelius*: Vtrum tamen velim, nescio. Innocentem? sed abdicor, Nocentem? sed adoptor.

Grauius eo quem alius concupiscit.] *In eisdem*, grauius eo quem alius filius concupiscit. *Lego* filium, *non* filius.

Magnum & hoc inter cetera paupertatis incommodum est.] *Lege* incommoda, *non* incommodum, *ex vetere lectione*.

Gallus Nibius.] *Quidam codices*, C. Robius. *Alij*, C. Nibius. *Alij*, Gallus viuius. *quibus suffragatur tertius Controuersiarum liber*.

Non casu caderet, sed iudicio peruenit et.] *Vetus lectio*, incideret, *non* caderet.

Non delectant dominos ignoti seruorum greges.] *Legendum forte per distinctionem*, Non delectant dominos ignoti seruorum greges.

Per annos quindecim in officio tuo fui.] *In tertio Controuersiarum*, Per annos duodecim in officio fui.

Controuersia II. Quos nec mors quidem diuisit.] *Correctiora exemplaria*, Quos nec mors quidem dioidet.

Quædam se maritorum amore rogis ardentibus miscuerunt.] *Verbum* amore *desideratur in vetere lectione*.

Inter has puellas vioa numeratur.) *Eadem*, Inter has puella vna nominabitur. *etsi sunt exemplaria, in quibus non* vna, *sed* viua, *habetur. A quibus stat tertium Controuersiarum volumen*.

Et Naso dixit.) *Coniunctio* & *superfluit. & paulo ante*, torpeat *legendum, non* torpescat. *Vtrumque ex eadem*.

Secundum, Gelidum Boream, gelidumque Notum.) *Corrigendum reor*. Secondum: Et gelidum Boream præcipitemque Notum. *est enim Ouidianus versus secundi Elegiarum, ex elegia cuius lemma est: Ad amicam nauigantem. etsi in codicibus impressu & in vetustissimo exemplari, quod nos domesticum possidemus aliter legatur*: Et gelidum Boream præcipitemque Notum. *Corrigendum idem vitium in tertio Controuersiarum*.

Controuersia III. Quid obtorpuistis oculi?] *Quidam codices*, Quid obstupuistis oculi?

Senec.

Hoc intra triginta dies.] Hei intra triginta dies, *in tertio Controuersiarum*.

Putas me accusatori promissurum, quod filio negaui?] *Scribe*, Putas me accusatori permissurum, quod pater filio negaui? *patrem ex tertio Controuersiarum, p. vtrum ex vetere lectione*.

Semper enim sibi omnia licere credit.] Semper sibi omnia licere credidit, *ex eadem*.

Ignouit enim, inquit. Aliquis ante me rogatus est.] *Correctius eadem*, Ignorat, inquit, ita? Alius ante me rogatus est.

Quam pene promisi.) *Lege*. Quam pene permisi, *ex eadem*.

Qui tantum triginta diebus irasci non possum.) *Sine negatione eadem*, qui tantum triginta diebus irasci possum.

Prior rogatus est qoem magis timebam.) *Eadem*, Prior rogatus est qui magis timebatur.

Quam quæ filios non habebant.) *Eadem*, Qoam quæ liberos non habebanr. Controuersia V.

Inter vxorem tortam & virum occupatum.) *Legendum, reor*, Inter vxorem tortam & vterum obturatum.

Ignoscetis puro mulieri, si dixerit, Fessa est.) *Vetus lectio*, Ignosce puto mulieri, si dixero, Fessa est. *In tertio Controuersiarum*, Ignosceris puto molieri, si dixero, Falsa est. *Legendum puto*, Falsa est.

Et tyrannus torquebar cum de tyrannicidio quæreret.) *Scribendum* torquebatur, *non* torquebat. *ex eadem*.

Non premit censum onerosa sumptibus.) *In tertio Controuersiarum*, Num premit censum onerosa sumptibus? *vt sit interrogatio, quod placet: quia sequitur altera mox interrogatio*: Nunquid gemmas, & ex alieno littore petit lapillos?

Vtrum ne magis mirandum esse.) *Prior editio & vetus lectio*, vtrum putas mirandum esse. *Codices nonnulli* munerandum, *non* mirandum, *legunt*.

Etiā si scisti de tyrannicidio, nec indicasti.) *Vetus lectio*, Et si scisti de tyrannicidio viri, nec indicasti.

Et hoc cogitādi causa fuit. Vxoris vltio.) *Eadem*, Et hæc ipsa mihi cogitādi causa fuit vxoris vltio.

Quidquid longa cogitatio illi præstatura erat.) *Commodiorem lectionem censemus alij quam illi*.

At rediit maritus.) *Particula* At *superuacanea est ex vetere lectione*. Controuersia VII.

Futura æstimabo iudicia. Interim qui rogat, comperit impudicam.) *Eadem*, Frustra æstimabo esse indicia in tantum quod rogat, *cetera. Forte legendum*, si tantum qui rogat, comperit pudicam, *Cui lectioni videntur suffragari verba statim sequentia*.

IN LIBRVM TERTIVM
DECLAMATIONVM.

Omnia nitentia & intenta aliquo aliqoid petentia.) *Vetus lectio breuior*, Omnia intenta aliquo potentia, *Quædam exemplaria*, Omnia intenta, aliqoid petentia. Præfatio lib. III. Controu.

Sunt quidem & hic quibusdam grata.) *Corrige*, Sunt quidem & hæc quibusdam grata, *ex eadem*.

Pronunciatio quam histrio non posset producere, tamen quæstionis posset videri.) *Sic prior editio. Scribendum reor*, Pronuntiatio quam histrio non posset producere. tamen quæ histrionis posset videri.

Quamdiu extra iocos se continebat.) *Citra iocos lego, non extra iocos, ex vetere lectione*.

Adeo ounquam reum nullam materiã dicendi nisi in periculis suis habuit.] *Corrigendum puto*, Adeo nunquam reor vllam materiã dicendi,&c.

Nec lectas, nec vacuas os plicationes.] Lentas, *non* lectas, *quædam exemplaria.*

Sed infra multos erat.] *Scribe*, Sed etiam infra multos erat, *ex vetere lectione.*

Orationes Sallustij in honorem historiarum leguntur.] *Quidam codices*, Orationes Sallustij in honorem historiarum non leguntur.

Ille ad tolerandam magni ponderis sarcinam præualet.] Tolleudam, *non* tolerandam, *omnis vetus lectio.*

Quidam cum Thracibus optime pugnant.] Threcibus, *rectius codex quidam antiquus. Nota res, Threces genus esse gladiatorum, sic dictum à similitudine Thracicæ parmulæ.*

Si à proclamante dimitteret.] *Omnis scripta lectio*, Si à prælocutione dimitteret. *vt forte sit legendum*, Si à prælocutione demum staret.

Nec adhuc vlli sic indulsit.] *Eadem*, Nec adhuc vlli sic se indulsit.

In scholastica quid non superuacuum est.] *Scribendum reor*, In schola ista quid non superuacuum est.

Id quod bellissime Censotius aiebat.] *Codices quidam*, Censeamus, *non* Censotius. *Alij* Censorinus. *Alij* Cesttinus.

Et ille ideo in foro primum dicturus.] *Inuertendæ dictiones*, Et ideo ille in foro primum dicturus, *ex vetere lectione.*

Agedum istos declamatores produe à Senatu in forum.] *Scribe*, Agedum istos declamatores produc in Senatum, in forum, *ex eadem.*

Non imbrem ferre, non solem sciunt.] Hiemem, *non* imbrem, *in exemplaribus nonnullis habetur.*

Sed negauit se executurum, nisi es item de domo.] Mansurum, *non* executurum, *quidam codices.*

Deinde adultum P.R. edixi.] *In scriptis exemplaribus non* adultum *legitur, sed* adulterum. *Vt forte in totum castigandum sit.* Deinde ad alterum Pr. eduxi. *Nam & infra* in ius educor *legitur. Sic enim vetus, vt dicemus, præfert lectio, non* adducor.

Hanc, inquit, tibi fabulam retuli.] Fabellam, *non* fabulam, *in eisdem habetur.*

Controuersia I. O legem abrogantem, si excæcat homines, Nulli dat mille denarios nisi qui inuitus accipit.] *Vetus lectio*, O legem si excæcat homines, abrogandam, Nulli res publica dat mille denarios nisi qui inuitus accipit.

Dic nunc miserere, Hoc, cum excæcarere, non dixisti. Resp. debilitatem consolatur, non emit.] *Corrig.* Dic nunc miser homo: cum excæcareris, non dixisti. Resp.*&c.*

Controuersia II. Parricidam non accuso, sed fugo.] *Eadem*, Parricidam non accuso, sed fugio.

Absolutionem dat paribus tabulis.] *Codices nonnulli*, absolutionem dat & paribus tabulis. *Alij*, absolutionem dat à paribus tabulis.

Controuersia III. Mihi necesse est abdicare quem nolo.] *Quædam exemplaria*, Alterum mihi necesse est abdicare quem nolo.

Hoc vno alter alteri placet.] *Vetus lectio*, Hoc vno, hoc alter alteri placet: *repetitione Senecæ familiari ad vrgendum vehementius.*

Qui in aliena manu est.] *Scribe*, Qui ipse in aliena manu est, *ex eadem.*

Si bene de te meruerat, patrem pro illo rogasses.] *Eadem*, Si bene de te meruerat, patrem pro filio rogasses.

Quicquid tunc tricenarius reliquerat.] *Non habetur in eadem particula* tunc.

Quod iam tanto opere beneficia vitæ iactat? Audite quis prior dederit.] *Eadem*, Quoniam tanto opere beneficia vitæ iactaris, audite quis prior dederit. *Controuersia IV.*

Ita tu adulescens in acie non ante patrem stetisti?] *Eadem*, Ita tu adulescens matrem non ante patrem stetisti.

Aut indotatas nuptias petat.] Aut indotatas nuptias optet, *eadem, vt paulo post*, Quando ergo optabis? *Controuersia V.*

Iste captor est, ego in ius adducor.] *Eadem* educor *habet, non* adducor.

An tota mea sit.] *In eadem*, an tota mea ista sit *habetur.*

Et introrsus hærentes lachrimas ago.] *Nullum scriptum exemplar* hærentes *agnoscit, sed partim* erumpentes, *partim* habentes, *pro quo substituo* habentes.

Tam longum tibi ius in caput ciuis permittitur.] *Vetus lectio*, Tam longum tibi ius in caput ciuis non permittitur.

Nemo venienti domum clausit.] *Eadem*, Nemo non venienti domum clausit. *Controuersia VI.*

Certe, quod negari non potest, hospes.] *Scribendum.* Certe, quod negare non potes, hospes.

Maius sine dubio quam si damnum sarciret.] *Emendatior antiqua lectio*, maius sine dubio quam sit damnum. Sarcire debet.

Tribuni ne ferrent vt fur præferatur domino.] *Breuius eadem*, Tribuni. Ita ne furcifer, *reliqua desiderantur.* *Controuersia IX.*

IN LIBRVM QVARTVM DECLAMATIONVM.

Sed auctorem nouitate solicitet.] *Scribe*, Sed etiam auctorũ nouitate sollicitet, *ex vetere lectione.* *Præfatio li. IV. Controuersia.*

Nec quicquam es ordine remisit vitæ solito.] *Scribendum permutato verborum ordine*, Nec quicquã ex ordine vitæ solito remisit, *ex eadem.*

Itaque cum mortuo in Syria Cæsare per codicillos questus esset diuus Augustus.] *Antiquum exemplar non* Cæsare *præfert, sed* C. Cæsare. *Prætorquam legendum reor.* Lycia *non* Syria, *contra omnia exemplaria. Suetonius in Augusto.* Caium & Lucium in duodeuiginti mensium spacio amisit ambos. Caio in Lycia, Lucio Massiliæ defunctis. *Velleius Paterculus libro posteriore*: Deinde reluctatus inuitusque reuertẽs in Italiam, in vrbe Lyciæ, Lymiram nominant, morbo obijt. *Cornelius item Tacitus primo historiarum volumine Caium remeantem Armenia & vulnere inualidum mortem fato properam, vel nouercæ dolum abstulisse scribit. At reditum ex Armenia in Italiam per Lyciam esse, non per Syriam, palam est.*

Mortes filiorum tulisse.] Mortes sex filiorum tulisse. *vetus lectio.*

Athetius noster suffibulandus est.] *Legendum proculdubio*, sufflaminandus est, *non* suffibulandus, *seu* sufflamandus, *à sufflamine, videlicet instrumento quo immodicus rotarum procursus reprimebatur. Iuuenalis, Satyra* VIII.

Carpento rapitur pinguis Damasippus, & ipse
Rotam stringit multo sufflamine consul.

Et vltima Satyra:

Nec res atteritur longo sufflamine litis.

Notanit

Notauit hunc Senecæ locum ante nos nouiſſimus eius Poetæ interpres.

Adeo nedum currere, ſed decurrere videbatur] *Quædam exemplaria.* Adeo vt non currere, ſed decurrere videbatur. *Alia*, Adeo vt non occurrere, ſed decurrere videbatur. *Scribo*, Adeo non currere, ſed decurrere videbatur.

Iubebat enim tranſire cum aliquandiu locum dixerat:] Eum *ſiue* illum, *vetus lectio, non* enim. *Item exemplaria quædam* aliquem *legunt, non* aliquandiu.

Et multum ille & hic in officiis verſatur:] *Elegantius eadem ſine poſteriore coniunctione*, & multum ille hic in officiis verſatur.

Cont. I. Plus habebat quod laudares, quam quod ignoſceres:] *Scribo*, Plus habebat quod laudares, quam cui ignoſceres, *ex eadem.*

Coactus eſt conuiuio intereſſe mutata veſte] *verbum ſubſtantiuum* eſt *tollendum ex eadem.*

Nam rapuit me qualem in conuiuio puderet venire,] *Coniunctio* Nam *ſupernacanea eſt, ex eadem.*

Scit quãtum ſuper amiſſis tribus filiis patri flendum ſit, qui ſi viuerent, pater fleret.] *Quædam exemplaria*, Scit quantum ſuper amiſſos tres filios patri flendum ſit, quem ſi viuerent, patrem flerent.

Hic mihi viuendum eſt, nec de nuptiis, nec de libris cogitandum dirum omen occurrit.] *Caſtigo*, Hic mihi viuendum eſt, nec vt de nuptiis nec vt de liberis cogitanti dirum omen occurram *ex vetere lectione.*

Iniuria eſſet felicis in illo conuiuio morari.] *Longe aliter eadem*, In illo conuiuio morari etiam felicis patris eſſet iniuria.

Nemo amicus, nemo, inquit, propinquus eſt inquam, *non*, inquit, *eadem.*

Feſto die ſodales amicique mecum :] *Eadem*, Feſtos dies ſodales amicique ineunt.

Conſolaret te diutius niſi & iam accuſare poſſes.] Conſolaret eum diutius, niſi iam accuſare poſſet, *eadem.*

Cont. II. Seruauit, nec vidit.] *Lege*, Seruauit ſacra, nec vidit, *ex eadem.*

Cont. III. Pollio ante hoc. ſi cæcus factus eſſet, non abſtuliſſet :] *Quædam exemplaria*, Pollio autem hoc. Si cæcus ante factus eſt, non abſtuliſſet.

Per humanos, inquit, errores agnoui preces meas] *Locus eſt vitiatiſſimus, qui forte melioris erit conditionis, ſi ſic legatur.* Pater, humanum, inquit, errare eſt. At noſtri preces meas.

Quod imprudentes occidimus, & prudentes ſeruauimus.] *Tollenda coniunctio* &, *ex vetere lectione.*

Non pepercit eius dolori.] *Scribe*, Non pepercit eius pudori, *ex eadem.*

Et tum fortuna ea eras] *Corrige*, Et tu in ea fortuna eras, *ex eadem.*

Egit apud illum qui eam non nouerat.] *Codices quidam*, Egit apud eum qui illum non nouerat.

Vidiſſem vere vinlari ſepulchrum] *Scribe* Vidiſſes iam vere violari ſepulchrum, *ex vetere lectione.*

Cont. IV. In quo notiora ſunt iterum arma victricia.] *Apertius eadem*, In quo notiora ſunt arma iterum victricia.

At rapuit aliena. Hoc excuſare, *&c.*] *Scribe.* Rapuit aliena. Hoc excuſare, *reliqua. Nam dictio* at Senec. *nuſquam inuenitur in eadem.*

Cont. V. Reductus eſt patri, ægrotare nouerca cœpit.] *Scribe* Reductus eſt. Poſtea ægrotare nouerca cœpit, *ex eadem.*

Vt abdicatione mea pater ægrotaret, redita nouerca.] *Poſſet etiam non temere legi*, Vt abdicato me pater ægrotaret, reducto nouerca. *quia ſupra in argumento præceſſit* : ſanauit reductus eſt. Poſtea ægrotare nouerca cœpit.

Ego non credo ſi fateris illam ſic poſſe ſanari.] *Emendo*, Ego vero cedo domo, ſi fateris illam ſic poſſe ſanari, *ex eadem.*

Magnis præceptoribus opus eſt. Abdicatus ſtudui.] *Scribe*, Magnis præceptoribus opus eſt. Ego abdicatus ſtudui. *ex vetere lectione. & paulo poſt* ſeruaſti *eadem, non* conſeruaſti.

Cont. VI. Qualis erit nouerca, quæ fieri cupit,] *Eadem.* Qualis eris nouerca quæ fieri cupis?

Cum iniquus magis ipſe ames eum, *&c.*] Iniquius *legendum, non* iniquus, *ex eadem.*

Etenim contra virum dici poteſt :] *Breuius eadem*, Dici contra virum poteſt.

Quem aiebat ſpecialiſſimum :] *Eadem* quem aiebat ſimpliciſſimum.

Cont. VII. Magis enim amaturus ſum eum,] *Coniunctio* enim *otioſa eſt, ex eadem.*

In adulterio deprehenſus eſt à tyranno, gladium extorſit à tyranno,] *Verbum* eſt *non habetur in eadem.*

Imputat nobis quod in adulterio mori noluit deprehenſus] *Error in ordine verborum. Eadem*, Imputat nobis quod deprehenſus in adulterio mori noluit.

Certamen impari conditione) *Legendum diſtincte* Certamen in pari conditione : *hoc eſt, in quo vtrique licebat aduerſarium occidere, ex eadem.*

Si etiam id libido permitteret.) *Eadem* promitteret, *agnoſcit, non* permitteret.

Tyrannicida pro adultero tyrannus pro pudicitia.) Adulterio *non* adultero *ſcribendum, ex eadem.*

Qualia in adulterum maritus adulterat.) *Eadem* contulerat, *non* attulerat.

Ab adulteræ oculis ad præmium curris.) Oſculis, *non* oculis, *lege ex eadem.*

In eo quod inermis ad tyrannum venit, non minor virtus, ſed periculum maius.) *Corrige*, In eo qui inermis ad tyrannum venit, non minor virtus eſt, ſed periculum maius, *ex eadem.*

Vt operas mitteret.) *Emenda*, Vt operas remitteret, *ex eadem.* Cont. VIII.

Conſignatione facta reſtitutus exigit operas.) *Aliter eadem*, Conſignatio facta eſt. reſtitutus exigit operas. *Et ſi in quibuſdam exemplaribus non* exigit. *ſed* incidit, *habeatur. Vt forte ſcribendum ſit* incidit, *quia ſequitur paulo poſt* quaſlibet indicas operas, nunquam tamen indices ita periculoſas.

Si paciſci tunc à me voluiſſes operas, ſpopondiſſem.) Noluiſſes *potius quam* voluiſſes *legendum videtur.*

Profer tabellas) Profer tabulas, *vetus lectio.*

Et cum timeo ne oſtenderem, ſecutus ſum hæc exigentem) *Sic prior editio. Vetus lectio*, Et dum timeo ne oſtenderet, ſecutus ſum hæc exigentem *Quid ſi legas?* obſecutus ſum hoc exigenti.

Etiamſi cogi non poteſt.) *Eadem*, Etiam cum cogi non poteſt.

Proſcriptus potiſſimum ei te commiſiſti.) *Eadem*

Proscriptus mihi potissimum te commisisti.

Qui tunc non posses etiam rogari.) *Negatio non redundat, ex eadem.*

Egerunt leuius,) Egerunt lenius, *eadem.*

Videris te demisisse. Fac iam temittam.) *Eadem* Videris remisisse. Faciam temittam.) *Quidam codices* videris emisse, *reliqua.*

Tunc huiusmodi vtendum est coloribus,) *Scribe*, Tunc huiusmodi vtendum esse coloribus, *ex eadem.*

Quod ex colote metuendum est :) Quod ex hoc colore metuendum est, *eadem.*

IN LIBRVM QVINTVM DECLAMATIONVM.

Contr. lib. v. Inscripti maleficij fit actio) *Lege* Inscripti maleficij fit actio, *vt supra.*

A liberto reus fit maleficij.) Liberato *scribo non* liberto, *ex scripta lectione.*

Ludit te suis fortuna muneribus,) *Lego* ludit de suis fortuna muneribus, *ex eadem.*

In Pharsalia victus acie.) In Thessalia victus acie, *eadem.*

Mortem tuorum tuum putas naufragium?) *Corrige*, Mortem tuorum. Maius tu tuum putas esse naufragium, *ex eadem.*

Crassus vixit. Non priuatas perdiderat, sed publicas opes) *Scribe.* Crassus vixit. & non priuatas, *&c.*

Nemo infeliciter experta negotiatione.) *Correctior vetus lectio*, Nemo infeliciter expertus negociarionem.

Ego vt ne moriar, iste vt ne prohibeat.) *Castiga*, Ego vt moriar, iste ne prohibeat, *ex eadem.*

Ne hoc narrarem. mori volui.) *Antiquum exemplar*, Hæc narrare volui. *Vt forte legendum sit*, Enarrare voluit: *aut sic*, Ne enatarem, mori volui.

Præcidit remedium meum.) *Pronomen* meum *redundat ex vetere lectione.*

Cui me vitæ reseruas?) *Scribe*, Cui me via reseruas. *contra omnia exemplaria.*

Cont. II. Rumor fuit de morte) *Legendum*, Rumor fuit de morte eius, *ex vetere lectione.*

Iubente patre habere potuisses.) *Legendum reor* viuente, *non* iubente.

Non quæris vbi perierim.) *In quibusdam exemplaribus*, Num quæris vbi perierim.

Ne inter ipsos nuptias) *Scribe*, Ne inter ipsas nuptias tuas, *ex nonnullis codicibus.*

Fabricius aurum à Pyrrho recipere noluit.) Accipere, *non* recipere, *vetus omnis lectio. Sunt tamen codices in quibus desideretur id verbum.*

Vt aliquid & simile de Seuiano dicam, *Scribe* Vt aliquid & ipse simile de Seuiano dicam.

Cont. III. Malæ tractationis fit actio.) *Legendum esse* sit *non* fit, *supra admonui.*

Et ad Olympiam duxit. (*vetus lectio*, Eduxit ad Olympia. *& aliquanto post* parricidijs *scribendum non* parricidia.

Cont. IV. Accusatus à fratre parricidij,) *Deest verbum substantiuum* est. Accusatus est à fratre parricidij *ex eadem.*

Cont. V. Si vis illius graue crimen facere,) *Inuerte dictiones*, Si vis graue illius crimen facere, *ex eadem.*

Vt sibi venderet arborem, quam sibi videbat obstare) Dicebat *legendum non* videbat, *ex eadem.*

Vicinorum primo fidem implorauı.] Explorauı, *non* imploraui, *sunt exemplaria quæ legunt.*

Nihil lætius ocolis tuis quàm ruinæ meæ.] *Scribe*, Nihil lætius oculis tuis occurrit, quàm ruinæ meæ, *ex eadem.*

Sic licet vt domus ad cœlum omne conuersæ,] *Eadem*, Scilicet vt domus ad cœlum omnes emineant.

Et non in suis vicibus agatur annus:] *Præpositio* in *superuacanea est, ex eadem.*

Quemadmodum totas consumat vrbes,] *Emendatur vetus lectio*, quemadmodum totas absumat vrbes.

Si fateretur iste scienter ianuam incendisse,] *Eadem*, Si fatereris te scienter ianuam incendisse.

Quid ad te illi rami pertinent, qui extra domum sunt?] *In quibusdam codicibus, inuersis dictionibus legitur*: Quid ad te rami illi pertinent, *&c. in alijs desideratur pronomen* illi.

Iam etiam quosdam parietes minuerant,] *Vetus lectio*, Iam etiam quosdam parietes mouerant. Cont. VI.

Accusauit illos de vi & damnati sunt] *Eadem*, Accusauit illos de vi & damno.

Date illi vestem puellarem, date noctem, rapietur.] *Corrige*, date illi vestem, puella est. Date noctem, rapietur, *ex eadem.*

Non tunc primum vestem sumpsisse.] *Verbum* vestem *non habetur in eadem, recte.*

Sic imitatus puellam vt raptorem inuenerit.] *Lege*, Sic imitatus est puellam vt raptorem inuenerit.

Nunquid cecini?] *Corrige*, nunquid cecidi? *ex eadem, & ex Controuersiis.*

Constat hunc stupratum, cum damnati essent qui rapuerunt.] *Hoc debet esse initium alterius partis*, pro adulescente, *ex eadem. Legendumque ex eadem*, Constat hunc stupratum, eum damnandi erant qui rapuerunt.

Imperator post victoriam eius) *Pronomen* eius *tollendum, ex eadem.* Cont. VII.

Hos ego in die non recepissem,) *Scribe*, Hos ego interdiu non recepissem, *ex eadem.*

Pugnaturus ostendi treecentos, *Lege*, Pugnaturis ostendi trecentos, *ex eadem.*

Redeunt vt leges tollant.) *Verbum* leges *superuacaneum est, ex eadem.*

Infestus illis trecentis fuit, quod iniquo eoa collocauit loco. hoc ne argui posset, nō recepit.) *Breuior vetus lectio*: Infestus trecentis fuit. Iniquo collocauit loco. hoc ne agi posset, non recepit.

Mitte arma. Certe hoc lex non vetat.) *Eadem*, Mittite arma Certe lex non vetat.

De tyranno post absolutionem petente magistratum.) *Scribe*, De tyranno post abolitionem petente magistratum, *ex eadem. Idem mendum castigandum paulo post.* Cont. VIII.

Anno meo spondeo,) *Legendum*, Candidatus anno meo spondeo, *ex eadem.*

Cur honores tam diu gesserit, narret.) *In margine quorundam scriptorum exemplarium annotatum inuenio*, Cur honores tandiu non gesserit, narret. *ex probatiore lectione.*

IN LIBRVM SEXTVM DECLAMATIONVM.

Dimidiam partem se hæreditatis sibi daturum si non respondisset.) *Scribe*, dimidiam se partem Cont. lib. VI.

daturum hereditatis, si non respondisset irato patri, *ex vetere lectione.*

Quantum viuo patre non potest soluere,) *Eadem* posset *habet, non* potest.

Nec frater quidem tibi sine chirographo crediderit) *Eadem* credidit *agnoscit, non* crediderit.

Alterius spe morior, alterius fide viuo. Etiam patrimonium meum diuisum est.) *Multis modis corrigi potest hic locus.* Alterius spe morior, alterius fide ne viuo etiam. Patrimonium meum diuisum est, *Aut sic:* Alterius spe morior, alterius fide. Me viuo etiam patrimonium meum diuisum est. *Aut aliis modis, quos per se ingeniosus lector comminisci potest.*

Chirographum danti impium, patri periculosum, accipienti turpe.) *Error est in ordine verborum. Scribendum,* Chirographum danti impium, accipienti turpe, patri periculosum, *ex vetere lectione.*

Nolui recentem iram exagitare patris) Exagitari *voce passiua legunt scripta exemplaria.*

Quid enim timebam, nisi rescisset pater, moleste ferret filium suum hominem auarum non esse, fratrem pium?) *Corrigendum puto:* Quid enim timebam, ne si rescisset pater, moleste ferret filium suum hominem auarum non esse, fratrem pium esse? *Nam vetusta exemplaria habent,* fratrem pium esse.

Ita mihi contingat pater, vtrumque nostrum placere.) *Vetus lectio,* Ita mihi contingat patrem vtrique nostrum placere, *legendum puto* placari, *non* placere.

Cont. II. Exulē tecto & cibo iuuare nō licet,) *Scribe,* liceat non licet, *Iubet enim lex non indicat, sicut ostendit quod sequitur:* Imprudentis cædis damnatus quinquennio exulet. *Liquet hoc etiā ex multis quæ sequuntur locis.*

Accusator ciuium me fecit exulem, filius etiam meorum.] *Legendum puto* finium, *non* ciuium, *vt patet ex hypothesi.*

Absoluta es, inquit, me aduocato soror) *Lego* est, *non* es *ex vetere lectione.*

Alij exul est, tibi pater est.) *Posterius verbum substantiuum* est *non habetur in eadem. Reliqua mutato ordine verborum legenda censeo ad hunc modum,* illi, pater est, tibi, exul.

Cont. III. Vt si vellem, non essem mendicus. Relinquerem fratrem in egestate, matrem in seruitute.) *Scribe ex vetere lectione,* Vt si vellem, non esse mendicus relinquerem fratrem in egestate, & matrem in seruitute.

Circumscriptores dici solent, qui aliquid sustulerunt.) *Eadem* abstulerunt *agnoscit,* non sustulerunt.

Obijci, inquit, non potest quod lege factum, immo non nisi quod ex lege factum est.) *Corrige,* Obijci, inquit non potest quod lege factum est immo nihil nisi quod lege factum est. *ex eadem.*

Ego nihil aliud quam diuisi.) *Quædam exemplaria,* Ego nihil aliud egi quàm diuisi.

Quam multi per ignes pertierunt.) *Castigatius vetera exemplaria,* quam quidam per ignes petierūt *Præcessit enim alterum* quidam.

Habes enim partem quam voluisti.) *In quibusdam exemplaribus,* habes enim matrem quam voluisti.

Et vt tantundem haberes nec pater voluerat. *Coniunctio* & *supernacanea est ex vetere lectione.*

Cont. IV. Testamento inuentus est hæres.) *Scribe,* Testamento inuentus est hæres maritus, *ex eadem.*

Quod est hoc venenum,) *Eadem,* Quod enim illud venenum.

Nemo enim tam palam vxori dedit venenum) *Eadem,* Nemo vnquam tam palam vxori dedit venenum.

Et quid te pudet?) *Scribendum,* Ecquid te pudet *& paulo ante pro,* Quid iam putabatis futurum *substituendum reor,* Quid nam putabatis futurum?

Grauis illi & pestifera pars) *Lege* illa, *non* illi, *ex vetere lectione.*

Id genus veneni fuit quod pondere subsideret in imum. Potionem bibit iste, vxor venenum.) *Lego ex eadem,* Id genus veneni fuit quod pondere subsideret in imum potionem bibit iste vsque ad venenum, vxor venenum. *Exemplaria quædam,* In vnum potionem bibit iste, *&c. vt scribendum putem,* in imum potionem bibit iste, *reliqua.*

O inquit, dignam quam innocens sequitur.) *In eadem* seqoatur *habetur, non* sequitur.

Bis in acie victus, *Præpositio* in *supernacua est, ex vetere lectione.* Cont. V.

Visi sunt contra iudicium quidam) *Emenda,* Visi sunt circa iudicium quidam, *ex eadem.*

Quod vim in iudicio suo fecerit.) *Pronomen* suo *redundat, ex eadem.*

Quæ est ista mutatio contra rerum naturam,) *Lege,* Quæ est ista contra rerum naturam permutatio, *ex eadem.*

Cum iudices sententiam ferrent, extraxi gladium,) *Eadem,* Cum iudices sententias suas ferrent strinxi gladium.

Quid potestis, inquit, quæri? quod obsidem vobis vxorem adduxi? *Puto legenda hæc verba & præcedentia ad hunc modum,* Barbaros, circa iodicium fuisse non propter iudicium armatos, sed propter morē suum, quid potestis quæri? Quid inquam? obsides vobis abduxi. *Partim ex vetere lectione, partim ex coniectura. Nam verbum* vxorem *adiectitium est, & in nullo scriptorum codicum habetur.*

Morietur, timeo veneficam.) *Scribe,* Morietur, teneo veneficam. *ex vetere lectione. Nam ex verbo* Morietur, *coniectat veneficium.* Cont. VI.

In qua adulterium argumentum est.) *Quædam exemplaria* adulterij *agnoscunt, non* adulterium.

Veneficium nec denunciatum credidi.) *Vetus lectio* Veneficium nec denunciatum quidem credidi.

Quæ non minus quam pater filiam luget.] *Verbum* pater *supernacaneum est ex emendatioribus codicibus.*

Dementiæ fit actio.) *Admonuimus sæpe legendum* sit, *non* fit *fauente etiam vetere lectione.* Cont. VII.

Intrauit ad eum stricto gladio pater, & rogauit filium vt indicaret causam sibi.) *Aliter eadem,* Intrauit ad filium stricto gladio pater, rogauit vt indicaret causam sibi.

Cessit illi vxorem suam pater. Ab alio accusatur dementiæ.) *Eadem,* Cessit illi vxorem pater. Ab altero accusatur dementiæ.

Prius amare cœpi quam duxeras,) *Eadem alijs verbis, sed eodem sensu,* Amare antequam duceres cœpi.

Cui adulterium pro veneficio imputatum est) *Quidam codices* imputandum *habent non* imputatum *quod magis sensui quadrat.*

Simulatum morbum, derisum animo turpis-

ſimo patrem.) *Deeſt coniunctio.* & *Vt ſit*, & deriſum animo turpiſſimo patrem, *ex vetere lectione.*

Contro. VIII. Aut experta iuras, aut inexperta peieras.] *Eadem*, aut experta vitum, aut inexperta peiebas. *vtraque lectio defendi poteſt. Impreſſa verba ſequentia ſanent* Sacerdos tato iret, nec vnquam niſi per ſuam Veſtam, *Et mox aliquanto, de illius morte ſcribe*, antequam iurabis de tua.

Et hic quidem non totus.) *Vetus lectio*, ne hic quidem totus, *eodem ſenſu. & mox paulo* nulla poteſt *pro* non poteſt.

Non conuerſatio cum viris licentior.) *Eadem* licentiſior, *non* licentior.

IN LIBRVM SEPTIMVM DECLAMATIONVM.

Argumenta enim argumentis colligebat.] *Vetus lectio* colligabat, *non* colligebat.

Præfatio. lib. VII. Controu. Omnes probationes probationibus aliis confirmabat.] *Exemplaria quædam* propoſitionibus *agnoſcit, non* probationibus. *Sicuti è contrario in eo quod ſequitur.*

Omnis quæſtio ſuam propoſitionem habebat. Probationem, *non* propoſitionē, *nonnulli codices legūt: vt mox* exercitationem pro excuſationem.

Nihil eſt tam inimicum quam manifeſta præparatio,] Mimicum *legendum, non* inimicum, *ex veteri lectione. In quarto autem Controuerſiarum*, iniquum.

Locum beate implebat.) Loca, *non* locum, *eadem.*

Non defendi, ſed inquinari:] *Eadem*, non deferri, ſed inquinari.

Vt vitia ſua excuſare malint quam effugere.) *In eadem* effugare *habetur*, *non* effugere.

Quem proxime dicentem commode audietat,] Commodum, *non* commode, *eadem : hoc eſt nuper.*

Admiratione Hermagoræ ſtupentem) Hermacoræ, *non* Hermagoræ, *in quarto Controuerſiarum, idque frequenter.*

Idiotiſmus eſt inter oratorias virtutes res] *vetus lectio*, Idiotiſmos, *Græca terminatione quod & rectius.*

Quamuis pœnituiſſet, libebat audire.] *Scribendū puto* audiui non audire. *Poſſet etiam legi* audere.

Induxit eiuſmodi figuram qua illi omnia crimina tetegeret.] *Vetus lectio*, induxit eiuſmodi figuram, quæ illius crimina detegeret.

Surrexit L. Aruntius ex diuerſo. Vt cœpit conditionem iurauit.) *Legendum arbitror.* Surrexit Aruntius ex diuerſo. Accepit conditionem iurauit.

Non tuli conditionem.) *Vetus lectio*, Non detulit conditionem.

Rebus iam vltimis præparabant.] Properabant *legendum puto, non* præparabant.

Cum volo dico abſum. Vti volo dico, quamdiu volo.) *Sic prior editio. legendum reor*, Cum volo dico. Abſum, vti volo. Dico quandiu volo.

Vt perueniat neſcio quo terrarum.) *Videntur verba hæc adiectitia eſſe. Nullibi enim comparent in tota vetere lectione, etiamſi paulo poſt repetantur.*

Paucas enim res bene dixit.] *vetus lectio* bonas *agnoſcit*, *bene.*

Licuiſſet mihi per fratrem aliter quam parricidæ mori.] Licuiſſe, *non* licuiſſet, *habetur in eadem et in quarto Controuerſiarum.*

Ego, inquit, fratrem occidere non potui,] *Verbum* inquit *ſupernacaneum eſt ex eadem.*

Et tempeſtates horridæ abſconderant diem.] Cont. I.
Coniunctio & redundat, ex eadem.

Non potui facere particidium,) *Scribe*, Non putaui facere parricidium, *tum ex eadem, tum etiam quia mox ſtatim ſequitur*, & factum putaui.

Vtrum videtur vobis innocentiam apud piratas didiciſſe, an ne apud piratas quidem perdidiſſe.) *Breuius eadem*, Vtrum videtur vobis innocentiam apud piratas didiciſſe, an perdidiſſe.

Nihilominus ſæuit,) Sæuis *legendum non* ſæuit, *ex eadem.*

Non putatis miſericordem, qui quem damnauit, fratri puniendum dedit?) *Eadem*, Nam putatis, *et cætera. Legendum forte.* Non putatis *per interrogationem ducentem ad negationem.*

Narra patri quomodo te dimiſerit. Sic dimiſſus nocens eſt iſte, ſed mihi frater eſt iſte.) *Eadem*, Narra pater quomodo te dimiſerit, ſic dimiſſus. Nocens eſt iſte, ſed mihi frater eſt.

Dixiſſet inquit, te non poſſe.) Dixiſſes *lege, non* Dixiſſet, *ex eadem.*

Et à Cicerone defenſum,] Actione, *non* à Cicerone *plerique habent codices.* Cont. II. Cont. III.

Certe nec ſecreta fallunt.] *Vetus lectio*, Certe nec ſecretate fallunt. Cont. IV.

Acceſſi ad hæc ſupplicia) *Eadem*, Acceſſi ad hæc ſupplicia mea.

Vnis vinculis duos alligat.] *Eadem*, Vnum vinculum duos alligat.

Victa mater cathenas denunciat victori) *Eadem* vincta *legit, non* victa.

Mihi, inquit, paraui, non bibit.) *Duæ dictiones* non bibit, *aduentitiæ ſunt, vt ex eadem apparet, Videturque ita eſſe, quia paulo ante præceſſerunt.*

Quod ergo negat, parricidium eſt.) *Verbum* ergo *ſupernacaneum eſt, ex eadem.*

Quidam mortua vxore ex qua priuignum habebat,) *Omnia fere ſcripta exemplaria* filium *agnoſcunt, non* priuignum.

Iuſſit à ſe migrare.) *Vetus lectio.* Iuſſit eum à ſe migrare. Cont. V.

Rumor erat de adulterio procuratoris & vxoris.] *Eadem*, Rumor erat de adulterio matris & procuratoris.

In cubili ſuo pater occiſus eſt inuentus,) Cubiculo, *non* cubili, *eadem.*

Prima pars pro procuratore.) *Corrige*, contra procuratorem prima pars pro filio, *ex eadem.*

Da puerum. Nemo eſt vno teſte contentus. Da populum.) *Caſtigo.* Dabo puerum. Aliquis non eſt vno teſte contentus? Dabo populum.

Pars altera primo priuigno] *Scribe*, Pars altera pro procuratore. *Sed notandum hoc lemma in alieno eſſe loco. Poni enim debuit ante illa verba*, O magna peruerſitas ſæculi. *Nam illud.* Dic puer quis occiderit patrem, *vſque ad* ô magna peruerſitas ſeculi *ad ſuperiora pertinet, ex vetere lectione.*

Oſtende illud non vulnus, ſed argumentum, oſtēde vulnus percuſſor. Ille quam timuit ne occideret. Tam leniter vulnerauit.] *Corrige ex vetere lectione*, Oſtende tu iſtud non vulnus, ſed argumentum. Oſtende vulnus percuſſor, quam timuit ne occideret tam leuiter vulnerauit. Cont. VI.

Non

Non illa dextera, cui nec paries obstabat, nec pater] *negatio* non *desideratur in omni vetere lectione*. & substitit *agnoscit ea*, *non* obstabat.

Nec dicere ineptias, nec ferre poterat,) *Eadem* nec dicere res ineptas, nec facere poterat.

Cont. VII. Illis contigit mutare nuptias.] *Corrigendum puto*, Illis contigit vitiari nuptiis. *vt paulo post*, In aliis vocat stuprum, in hac matrimonium.

Sicut tyrannus iratus alienas.) *Lege*, vt tyrannus iratus alienas. *ex vetere lectione*.

Num est illi præmium.) *Correctius*, Non est illi præmium? *per interrogationem*.

Conuenite libertini, empta cognatio.] *Mallem legeres*, inempta cognatio.

Sero attulisse aurum, filium crucifixum esse.) *Lege*, Sero attulisse aurum ad redemptionem, filium crucifixum esse, *ex vetere lectione*.

Caueto proditionem.) *Eadem*, proditorem, *non* proditionem.

Quid citu tedis?] *In eadem*, Quid tam cito recedis?

Dicis, affectus meus non sustinet moram:] *Verbum* meus *supernacaneum est*, *ex eadem*.

Quæritis quid dixerit?] *Lege*, Quæritis quem dixit? *ex eadem*.

Ad summa festinaui,] Summam *legito*, *non* summa. *ex eadem*.

Cont. VIII. Proponite supplicij faciem,) *Scribe*, Proponite supplicij faciem, carnificem, securim, *ex eadem*.

Minus est quod vitiauit quã quod negauit.) *Eadē*, Minus ergo est quod vitiaui quã quod negaui.

Hic id egit] *Scribe*, Hoc id agit, *ex eadem*.

Ne adiicit non amplius, quam semel.) *Eadem*, Non adicit, ne amplius quam semel.

IN LIBRVM OCTAVVM DECLAMATIONVM.

Faciant iudices in foro quod domi feci. Matrem mori prohibes.] *Corrige*, Faciam iudices in foro quod domi feci. Matrem mori prohibeo, *ex vetere lectione*.

Contr. I. Non obfuturus veni] *Quidam codices* affaturus, *Alij* effuturus. *lego* affututus, *hoc est patrocinaturus*, Non est confessio, vbi eam accusator eruit.

Negat rea. Tortor expressit.] *Vetus lectio*, Non est confessio nisi cum accusator eruit. negat rea, tortor expressit.

Viso contra spem filio expirasse.] *Eadem*, Viso circa spem filio expirasse. *Lego*, viso citra spem filio expirasse.

Non fecit orbata,] *Eadem* orba *habet*, *nõ orbata*.

Iratis, inquis, diis sacrilegium potui committere.) *Scribe ex eadem*, Vel iratis, inquit diis. Sacrilegium potuit committere.

Quid ergo fecit?] Quis *legendum*, *non* Quid, *ex eadem*.

Cont. II. Disposueramus quidam vt aliis templis quoque simulacra Phidias faceret,) *Cõmuta dictionum ordinem*: vt aliis quoque templis simulacra, *cetera ex eadem*.

Cont. III. Maritus reuersus duxit ancillam vxoris,) *Omnis antiqua lectio* abduxit *habet*, *non* duxit.

Contr. IV. Homicida insepultus abiiciatur,) *Scribe*, Homicida in se insepultus abiiciatur, *ex eadem*.

Et quam inuidiosum quod Catonem occideres) *In eadem* & quidem inuidiosum quod Catonem occideres.

Non perdideras sepulturam nisi in morte repertus.) *Eadem*, Cur perdideras sepulturam, *cetera Scribo*: Curti perdideras sepulturam, *cetera*. *Confirmant hanc lectionem verba quæ sequuntur*: Curtius deiiciendo se in præcipitem lacum, fatum sepulturæ miscuit.

Non aliud Codrus ceteris imperatoribus dedit exẽplum.) *In quibusdam exemplaribus*, Non aliud Codrum illum ceteris imperatoribus edidit exemplum.

Non postulo vt gloriosum sit, sed vt tutum sit mori.) *Vetus lectio breuior et emendatior*, Non postulo vt gloriosum, sed tutum sit mori.

In quem nescio. Scelus cogitat.) *Quædam exemplaria*, In quam nescio. Quod solum scio, scelus cogitat.

Tu fecisti bellum, ego sustuli.) *Corrige*, Tu fregisti bellum, ego sustuli, *ex vetere lectione*. Cont. V.

Quod non vis in paternam domum venire? *Tria hic verba desiderabantur. Legendum enim*, quod non vis in paternam domum venire sine tuo præmio, *ex eadem*.

Vt possim abdicari.) *Scribe*, vt possit abdicari *ex eadem*.

Deum flere socer sinat.) Desinat *lege non* sinat *ex eadem*. Cont. VI.

Putat me iam filiam commisisse sibi hic, cum nec dum se committat vxori?) *Corrige*, Putat me iam filiam commisisse sibi cum hic nec dum se committat vxori: *ex eadem*.

Inter terram & cœlum dubij pependimus.] *Antiquus quidam codex*, inter mare terramque dubij pependimus.

Erat in summis montiũ arduæ diuitiis spelunca. Illic iste naufragorum reliquias computabat.) *Corrigo*, Erat in summis montium iugis ardua diuitis specula. Illinc iste, *& cetera*, *ex vetere lectione*.

Naufragium duo sacratissima inter homines acceperunt,] Exceperunt *eadem*, *non* acceperunt.

Quid mihi superest?) *Scribe*, Quid enim superest? *ex eadem*.

Etiam sibi explorata,) *ex eadem*, sibi etiam explorata.

Partem legis amputaturus es:) Imputaturus *eadem præfert*, *non* amputaturus.

Quæritis quid dum fleret, faceret?] *Eadē*. Quæritis quid flere fecerit? *& infra*.

Quas non habet.) *Negatio* non *supernacanea est*, *ex eadem*.

IN LIBRVM NONVM DECLAMATIONVM.

Callias sordide diues natus,] *Scribo mutato dictionum ordine*, Callias diues sordide natus *ex vetere lectione*. *Illud notandum Plutarchum & Æmilium Probum dissentire à Seneca in hac Cimonis historia prodentes Elpinicen Cimonis sororem, filiam Miltiadis nupsisse Calliæ, quod Cimonem ex vinculis liberasset, soluto pro eo ære alieno, quod Miltiades pater contraxerat. Nota est historia.* Contr. lib. IX.

Illius calamitatum exitus fuit carcer.] *Eadem* quod illius calamitatum exitus fuit carcer.

Vnius Miltiadis census inuentus est. Cimon filius redemptus,] *Scribe hac distinctione*. Vnius Miltiadis census inuentus est. Cimon filius, Re-

demptoris infelicitas est:*ex eadem.*

Tu quod Cimonē) *Post hæc verba sequi debet ex codicis antiqui annotatione.* Sed recepimus, ego à carcere liberatus à te, tu ab adultera filia per me.

Beneficium est quod totum eius causa præstatur, *In quibusdam exemplaribus* tantum *legitur, non* totum.

Vbi aliquis ex eo quid sperat aut impetrat,) *Vetus lectio*, Vbi aliud ex eo quis sperat aut præparat.

Huic virgini. Omnes & quicunque vitiatas filias vel clauserunt vel occiderunt.) *Eadem* Huic virginis hos, *non* huic virgini omnes. *Corrigendum puto.* Habes Virginios & quicunque, *cetera, nota ex historia Virginij, qui Virginiam filiam occidit, ne vitiaretur ab Appio Claudio decemuiro.*

Ego non expectaueram donec rogarer.) *Eadem*, Ego non expectaueram donec rogares.

Multa. quæstiones rhetorici & Poetæ Romani.] Orationes, *non* quæstiones, *eadem habet. Sequitur statim.*

A Græcis dictas non surripiunt.) *Existimo negotionem redundare.*

Thucydidis sententia est:) *Post hæc verba succedunt in exemplaribus scriptis Græca verba: sed tam deprauate scripta, vt nulla ratione legi queant.*

Com sit præcipua in Thucydide virtus breuitas.) *Scribe sic*, cum præcipua sit in Thucydide virtus breuitas, *ex eisdem.*

Et suis cum claustris cecidit) *Corrige*, & suis cum castris occidit. *ex eisdem.*

Nam in sententia Græca, quæ saluo sensu detrahas, deme.) *Scribe*, Nam in sententia Græca breui (quæ saluo sensu detrahas) deme. *eisdem. Post hoc autem verbum* deme *sequuntur Græcæ dictiones, æque ac superiores vitiose scripta, vt nullus sensus erui omnino possit.*

Constabit etiam si non æqoe, tamen integra.] *In antiquo quodam exemplari*, Constabit sensus, *reliqua desiderantur.*

Titus etiam Liuius) *Vetus lectio*, Titus autem Liuius.

Vt hanc sententiam vituperaret tanquā translatam & corruptam dum transferretur obiiceret.] *Castiga*, vt hanc ipsam sententiam, & tanquam translatam & corruptam dum transferretor, obiiceret, *ex eadem.*

Controuersia II. Flaminius prætor Romanus in cœna à meretrice rogatus,) *Proconsul, non prætor fuit Flaminius hic. Exemplar quoque antiquum,* Pr. *habet. non* prætor. *Nota historia ex Valerio Maximo,* Liuio, *Cicerone, & reliquis. Quartus item liber* Controuersiarum, proconsol, *agnoscit, non* prætor. *Sed hoc in medium relinquatur.*

Vetus item omnis lectio inter cœnādum *agnoscit, non* in cœna. *Eandem mendā inferius quoque leges.*

Nihil aliud quam occiditis.) *Eadem*, Nihil aliud nisi occidis.

Non inquire totum annum,] *Legendum*, non inquiro in totum annum. *ex eadem.*

Et ante mensam deosque crudelitatis victima agnoscitur.) Crodelitas *habent plerique codices, vt sit exclamatio parenthesi inclusa.*

Lege potius quam scorto cadat.) *Elegantius vetus* lectio legit *habet, non* lege.

Nunc nec quicqoam viribus populi detractum est.) *Permuta hic quoque verba*, Nunc nec viribus quicquam populi detractum est, *ex eadem.*

Et ante hunc alij fuerunt, qoibus æstimari possunt.) Ex qoibus æstimari possunt, *eadē agnoscit.*

Percussurus ad prætorem lictor respicit.) *Præpostero ordine scripta verba. Lege*, Percussurus lictor ad prætorem respicit.

T. Liuius de oratoribus) *In quarto* Controuersiarum, Ruffus Vibios *habetur, non* T. Liuius.

Mirridius dixit tetracolo,) Morrhedius *videtur legendum, non* Mirridius, *ex omni vetere lectione: astipulante etiam quarto Controuersiarum.*

Vt expleretor circuitus.) Sensus, *non* circuitus *habent veteres omnes codices.*

Facta conuentaque legibus, rata sint.] *Scribe*, Pacta conuenta legibus facta, rata sint, *ex eisdem.* *Controuersia III.*

Expositos qui cognouerint solutis alimentis recipiant *Castigo*, Expositos qoi agnouerit, solutis alimentis recipiat, *ex eisdem. et si sint nonnulli codices, in quibus legatur* nouerit *non* agnouerit. *Sed* agnouerit *legendum esse, indicant verba sequentia:* Agnitio diuidet, quos iunxit etiam expositio. *Item in quarto Controuersiarum non aliter habetur.*

Cum alienis diuidimus liberos, quos non diuidimus cum matribus.] *Quædam exemplaria*, Cū alienis diuidemus liberos? Graue est, quos non diuidimus cum matribus.

Vna sunt nati. Vna expositi, *cetera.*) *Verbum* sunt *non habetur in aliquot exemplaribus.*

Pactus sum fleus tremens tanqoam exponerem.] *Scribe*, tanquam cūm exponerem, *ex vetere lectione.*

Vtrumque potest ex hoc iudicio patrem dimittere.) Potestis *eadem non* potest.

Dixit Catherios quibusdam quetentibus.] *Scribendum* Q. Aterius, *non* Catherius, *ex eadem. Nam in quarto Controuersiarū* Atterius *minus deprauate. De hoc Aterio multa superius in præfat. quarti libri.*

Mecœnas dixit:) *Vetus lect.* Nermas dixit, *Sequuntur statim in scriptis codicib' Græca verba vitiatissime exarata. Et paulo po. seq. denuo sententia Græca pari perturbatione characterū, post verba illa*, Male vicit.

Petuntur manus.) *Eadem.* Petuntur eius manus.

Hoc excusat Saguntinos,) *Scribe*, Hæc, *non* Hoc: *vt referatur ad necessitatem. ex eadem.* *Controuersia IV.*

Sed nec iste occidisset,) Cæcidisset, *eadem, non* occidisset.

Quid interest lege excipere?] *Scribendum puto cū distinctione.* Quid interest lege excipere, *cetera.*

Nomine meo ageret) *Lege*, Nemo nomine meo ageret, *ex vetere lectione.*

Ab Appio proconsule, com quo in Cretā Sabinus venerat,] Oppio *non* Appio: & ierat, *non* venerat, *legūt nonnulli codices. et in quarto Controuers.* secutus erat in prouinciā Cretā ocium flamā. *vt illic quoque legendum forte sit* Oppium, non ociū.

Sed interpretati petebant, vt illum honorem Sabinus tertio gereret.] *Vetus lectio*, sed bene precati Cæsarem petebant, vt illum honorem, *cetera. Legendum puto* Cæsari, *non* Cæsarem.

Idem etiam cum reus rogaret, vt in latomias transferretur. Nec nunc, inquit, qoenquam nostrum decipiat nomen latomiæ. illa animo meo lauta res est,) *Emenda*, Idem etiam cum reus rogaret, vt in lautumias transferretur: Ne nunc, inqoit, quenquam vestrum decipiat nomen Lautumiæ, illæ minime lauta res est, *ex quarto Controuer-*

Controuersiarum. Latumiæ *autem scribendum est, non* latomiæ, *docet tum locus hic Sabini, tum vetus omnis lectio, in qua nunquam aliter habetur.*

Contro. v. Illa vis est quæ arma, pugnam, vulnera non habet.] *Scribe* nulla *non* illa, *ex eadem & quinto Controuersiarum.*

Describe istius comitatum tumultus vnus & vnus sonus est.] Senex *præfert omnis antiqua lectio, & quintus Contr. Ex quo puto legendũ in totũ, sic,* Describe istius comitatus tumultus. Vnus puer & vnus senex est.

Sustuli, immo venientem non potui excludere.) Sustulisti *per maiorem vetus lectio, non* Sustuli.

Si quis obsessam latronibus armata manu cõiugem liberosque rapuisset. Quod viuit puer, beneficium erit meum.] *Corrige.* Si cuius obsessã latronibus armata manu coniugem liberosque rapuissem, beneficium erit meum *ex eadem. & si puto mutilatum esse locum, quod liquebit conferenti tum eo quintum Controuersiarum.*

Quisquis puero fauit, ne inueniretur optauit.) *Quintus Controuersiarum.* Quisquis puero fauet, ne inueniatur optet, *illustriore sic sensu.*

Sed vt infamaret vxorem veneficij, me veneficæ mancipauit. Cum socero mihi, Iudices, ne viua quidem vxore per omnia conueniet.] *Emendo,* Sed vt infamaret vxorem veneficij, me veneficæ mancipatum. Quid mihi cum socero, Iudices, cum quo ne viua quidem vxore priore conuenit. *ex quinto Controuersiarum & vetere lectione.*

Auspicans quid accidit] Auspicans quicquid accidit, *eadem.*

Contro. vi. Dixit consciam puellam. Petitur duci ad supplicium puella.] Filiam *non* puellam: *eadem. Item dictio* duci *redundat. ex eadem.*

Quod amauit te pater.] *Eadem,* frater *agnoscit, non* pater: *& item quintus Controuersiarum.*

Quem armatus fugerat, nudus sequitur.] *Scribe* insequitur, *non* sequitur, *ex eadem. & paulo ante* commordent *habet omnis antiqua lectio, non* inuadunt: *adstipulante etiam quinto Controuersiarum.*

IN LIBRVM DECIMVM DECLAMATIONVM.

Contro. Præfatio lib. x. Deinde iam pudet tanquam diu non seriam rem agam.] *Scribe per maiorem,* Deinde iam pudet me, quãdiu non rem seriam agam, *ex vet. lectione.*

Et admicate vel actum iureiurando.] *Eadem,* & admitte vel adactum iureiurando. *Sextus Controuersiarum* dimittite, *non* admittite.

Deinde litiganti similior quam agenti.] *Sunt exemplaria quæ legant, non* deinde, *sed* demum.

Et in altercatione vires suas nouerat.] *Sextus Controuersiarum,* & in altercationem peruenire. Vires suas nouerat.

Illos enim cum destituerit cura, labor adiuuabat. ij coloris minus habent, negligentiæ non minus. *Legendum puto ex sexto Controuersiarum,* Illas enim cum destitueret calor, labor adiuuabat. Hic caloris minus habent. negligentiæ non minus.

Nouissime quidem lepide] *Omnis prisca lectio* lepido *agnoscit, non* lepide.

Faciebat enim cẽsorium supercilium.] *Legendum puto* ei, *non* enim, *& sunt codices in quibus vtrumque verbũ habetur;* Faciebat enim cẽsoriũ supercilium ei.

Nemo erat quin cum homini omnia obiecerat, ingenio multũ tribueret.] *Scribe.* Nemo erat qui non cum homini *cetera, ex sexto Controuersiarum.*

Supplicia de studijs sumi.] Supplicium, *non* supplicia, *legendum ex vetere lectione.*

Conquirite in vos ipsos noua quibus pereat & si quid.] *Lege,* cõquiritis in vosmetipsos noua quibus pereatis. Et si quid *partim ex ead. partim ex cõiect.*

Inuenit quemadmodum perducatis eãdem rem corporis Malam facem studijs subdere.] *Scribendum opinor,* inuenitis quemadmodum perducatis ad eandem rem corporis mala, facem studijs subdere. *Nam vetus lectio* ad eandem rem *habet.*

Atque ita includi veritus ne ignis qui nomine suo subiectus erat, corpori ne[illegible]retur.] *Legendum forte,* atque inibi vri, veritus [illegible]et ne ignis qui nomine suo, *cetera. Nam verbũ* scilicet *in omni habetur vet. lectione. Posset etiam legi* incendi, *non* includi.

Magnam partem illorum librorum conuoluisse.] *Exemplar peruetus, non* illorum librorum *agnoscit, sed* illius libri: *vt forte legendum sit* stili liberis *quam lectionem pene astruunt sequentia verba.*

Quem à Gallione vestro petatis.] Quem à Gallione nostro petatis, *Controuersiarum sextus.*

Recitauit rescriptum Labieni.] *Vetus lectio,* Recitabit rescriptum Labieno.

Cœlo repleuerunt.] *Eadem* repluunt *habet, non* repleuerunt: *adstipulante etiam sexto Controuersiarum. Vt forte non* cœlo repluunt, *sed vnica lectione* cœlorepluum *legendum sit.*

Cum illo me perduxeritis.] *Non* perduxeritis, *sed* perduxissetis, *eadem fert.*

Poteram quidem dicere aue Osci. ipse ab eloquentia multum aberat.] *Corrigendum,* Poteram quidem dicere aue. Oscus ipse ab eloquentia multum aberat, *ex eadem.*

Declamatori subtili & arido.] *Sextus Controuersiarum,* declamatori subtili, sed arido.

Nulli non post primum tetracolũ præferẽdus. Primum tetracolum quorum faciam quæritis.] *Scribendum vtrobique* tetradeum, *non* tetracolum: *ex omni vetere lectione, & sexto Controuersiarum. Latini* quaternionem *vertunt.*

Latronis, Fusci, Cestij, Albutij, Gallionis.] *Verbum* Cestij *superuacaneum est, ex eadem. Alioqui non tetradeum esset, sed pentadeum.*

Dum in his ad satietatem vestram me præstiterim.] *Eadem non* Dum in his *habet, sed* Quamnis. *Legendum reor,* Quum vobis. *& in sexto Controuersiarum,* Cum[illegible]nis *legitur, non* Dum in his.

Permittite [illegible] mihi & aliquos ex sinu proferre.] *Verbum* me *desideratur in eadem.*

Causas agente in Tracinensi colonia.] *Sextus controuersiarum* Terraconensi *legit, non* Trachinensi. *Scribo* Terracinensi, *ex eadem Terracinam autem, Volscorum lingua Anxur, Latini oppidum esse, Plinius tertio, Strabo, quinto. & ceteri gregatim docent.*

Quam consequi quantum sequi posset.] *Verbum* sequi *in sexto Controuersiarum desideratur. Inque* potest *legitur, non* posset, *rectius.*

Insidiose aliquid petentes.] *Scribe,* Insidiosas aliquid potentes, *ex eodem sexto.*

Nunquam de colore Latroni controuersiam fecit.] *In eodem sexto.* Nunquam non de colore Latroni controuersiam fecit.

Aut aliquo quo declamare poterat tempore.] *In eodem,* aut aliquando declamare poterat ex tempore, *Vetus lectio,* aut aliquam quod declamare poterat tempore. *Scribendum puto,* aut alio

quam quo declamate poterat tempore.

Negabat itaque vlli placere posse.] vtique *legendum, non* itaque, *ex eadem.*

Sed quia circumspectus causæ.] *Eadem*, Sed quia circumspectus esset.

Nemo diligentius primo proposuit.] *Eadem* exposuit. *non* proposuit.

Vt si quid illi defuit, scias loco defuisse.] Sciaris, *non* scias, *eadem præfert rectius, ad plures enim verba habet, vt ex præcedentibus liquet.*

Filius quoque eius est, id est meus, &c.] *Scribe*, Filius quoque eius idem meus, *ex sexto Controuersiarum, & paulo* [illegible]. Controuersiam non paternam, *ex eodem.*

Quæ vires ingenij sui ex industria retundit.] Qua *auferendi casu, non* quæ, *& vetus lectio, & sextus Controuersiarum habent.*

Horum omnia non me animo maiore, sed certo potuisse iudicio.] *In eodem sexto*, Horum nomina non me à nimio fauore, sed à certo posuisse iudicio. *Vetus quoque lectio* à certo *agnoscit.*

Controu. s. Quod sordidatus fui, lugentis est.] Luctus, *non* lugentis, *legendum ex eisdem castigatius.*

Vitium me meum sequatur.] *Indicandi modo* sequitur, *non* sequatur, *in eisdem habetur.*

Accusa, inquit rem perage.] *Scribe* Accusa, inquit, reum perage, *ex sexto Controuersiarum.*

Morruo patte meo, metuo, ne quis se lædi putet, si dixero occisum.] *Scribe per minorem, & adiunge superioribus*: mortuo patre meo, metuo ne quis se lædi putet, si dixero occisum.

Quid accusanti fecisset, qui persequitur tacentem?] *Relatiuum* qui *habetur quidem in sexto Controuersiarum*, in *codice autem vetusto superfluit.*

Contro. II. Viro forti præmium. Si plures erunt, iudicio contendant.] *Legendum puto*, Viro forti præmium sit: *vel*, Viri fortis præmium sit. Plures fuerint, iudicio contendant. *Nam antiqua pleraque exemplaria*, Viri fortis *præferunt, non* Viro forti: *&* fuerint *non* erunt.

Qui neque ipsi patri cessit.] *Malim legere* ipse, *quam* ipsi.

Aliter percepit.] *In quibusdam codicibus* percipit *legitur, rectius: vt præsens præsenti adiungatur.*

Contro. III. Sic tibi satisfieri velle necdebuisti. Nam.] *Hæc verba in nulla vetere lectione habentur.*

Et nec hoc ille propter filiam fleuit.] *In sexto Controuersiarum*, & hoc illi propter filiam præstitit.

Videas an sub istis exemplis patri fortius liceat tantum loqui.] *Vetus lectio*, Vide an sub istis exemplis patri forti liceat tantum loqui.

Iam morte patris quæsiuit inuidiam.] *Lege ex eadem*, Etiam morte patri quæsiuit inuidiam.

Contro. IV. Si iste misceretur.] *Scribe* Sic iste misceretur, *ex sexto Controuersiarum.*

Integer alitur, & debiles alunt.] *Tollenda coniunctio* &, *ex vetere lectione.*

Ita non infelicius sic sunt.] *Eadem*, Itane? Infelicius supersunt.

Interroga pueros.] *Scribe ex ead.* interroga patres.

Num incredibilia loquor.] *Eadem*, Nec incredibilia loquor.

Cum tam crudelis sit, misericordiam publicauit.] *Corrige*, cum tam crudelis sit, misericordia publica viuit, *ex vetusto exemplari.*

Et hodie vobis præmium rogate.] *Scribo* primũ *non* præmium, *ex vetere lectione, & sexto Contr.*

Solet autem dicere.] *Eadem*, solet etiam docere.

Ergo tu cum de publica misericordia cogitas.] Cogitaris, *non* cogitas, *eadem. Lego* cogitares, *ex sexto Controuersiarum.*

Potest etiam aliquis.] *Scribendum*, potest enim aliquis, *ex vetere lectione.*

Et qui ne me alere quidem, nedum alios possum.] *Ordo verborum inuersus. Lege*, & qui ne me quidem alere, nedum alios possum, *ex eadem.*

Vnius misericordia viuunt, & omnium aluntur.] *Dele coniunctionem* &, *ex eadem.*

Illidunt & detrudunt.] *Pleraque omnia exemplaria*, illudunt & detrahunt. *in alijs* illudunt, *tantum habetur, reliquis redundantibus.*

Ad exemplum torti, Prometheum pinxit.] *In nonnullis codicibus*, & ad eius exemplum Promethea pinxit. Contr. v.

Ideo templa Mineruæ fugimus.] *Nonnulla exemplaria*, eadem, Mineruæ fugimus, *quibus suffragatur sextus Controuers. Alia*, Adeo templa Mineruæ fugimus.

Scis certe quam tristem emeris.] Scies *legendum, non* scis, *ex vetere lectione.*

Torqueatur hic, nec sub Philippo moriatur. Hic nec sub Ioue.] *Corrige*, torquetur: hoc nec sub Philippo moritur: hoc nec sub Ioue. *ex sexto Controuersiarum.*

Senex longa miseriarum tabe confectus.] *Videtur hoc loco verbum* senex *vagum esse, & debito verbo fraudatum. Proinde arbitror reponanda esse duo verba, quæ in sexto Controuers. habentur, omissa (vt puto) negligentia librariorum: legendumque*, Producitur nobilis senex, longa miseriarum tabe confectus.

Quemcunque præcn viderat ibi flentem.] *Verbum* ibi *redundat ex quibusdam codicibus.*

Statuit ex altera parte Parrhasius.] *Vetus lectio*, statuit reum ex altera parte Parrhasius. *sextus Controuersiarum per maiorem*, Statuitur ex altera parte Parrhasius.

Dubium est inter ista, Parrhasius studiosius pinguat, an ille sæuiat.] *Corrige* Dubium est inter ista. Parrhasius studiosius pingat, an ille sæuiat. *ex sexto Controuersiarum.*

Ignis, tormenta, ferrum, officina. Hoc pictoris, an Philippi est.] *Scribendum*, Ignis, ferrum officina hæc pictoris, an Philippi est? *ex sexto Controu.*

Deorum crimina in templo picta sunt.] Templis, *non* templo, *habet vetus lectio. & exemplaria quedam* scis *agnoscunt, non* sunt.

Noctu parietem domus eius perfodit.] *In aliquot codicibus verbum* domus *non habetur.* Contr. VI.

Id solum sustuli.] *In sexto controuersiarum*, Id solum sustulit.

Profiteor indicium furti.] *Deest verbum* mei, *ex omni antiqua lectione vt sit* furti mei.

Cur me submoues ante actionẽ.] *Eadem* accusationem *præfert, non* actionem.

Quale id spectaculum fuit?] *Eadem*, Quale istud spectaculum fuit.

Consilium videri vult infelicitatem furti sui.] *Lego* felicitatem, *non* infelicitatem. *Felix enim fuit, qui hostiles literas intercepit. Probant id etiam verba sequentia:* Sustulit quod non elegit, sed quod illi fatum publice felicitatis obiecit.

Lex quæ nocturnum furem occidit iubet.] *Verbum* iubet *in quibusdam exemplaribus non habetur.*

FINIS.

IN

IN M. ANNÆVM SENECAM
RHETOREM RERVM ET VERBORVM
INDEX MENDOSIS VOCIBVS
Afterifco notatis.

Á

ABDICANDVS quia fratrem abdicatum adoptauit. 236
Abdicans patruus. 65
Abronus Silo Latronis auditor. 23
Abfolutoria fententia. 251
Accufatio & defenfio permifta. 155
Acetum, vox fordida. 132
Actij Poftumi color. 160
Actiones: Damni illati. 237. Dementiæ. 257. Infcripti maleficij. 247
Malæ tractationis. 248. Veneficij. 255.256
Addeus rhetor ex Afianis non proiecti nominis. 272.213.
Addei dictum elegans. 177
Adoptandus poft tres abdicatos. 228
in Adoptando quæ quærantur. 86
Adoptio fortunæ remadium eft. 100
Adulter cenforius. 130
Adulter tyranni & tyrannicida. 245
Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum vtrumque corpus interficiat, fine fraude fit. 80.170.265.266
Adultera venefica. 256
Adulterandum eft. 158
Adulterium in matre liceat & filio vindicare. 80. 225
Adulterium marito conciliante. 257
Aduocatus. 252.256
Aduocatus & patronus. 187
Aduocati & clientes Catonis. 150.151
Aduocatio. 232
Aduocationi adeffe. 186
Ædificiorum luxuria notata. 100
Ægris nil magis prodeft, quam ab eo curari à quo volunt. 144
Ælij Tubetonis paupertas, virtus fuit. 99
Æmilianus Græcus rhetor. 218
Æmiliorum & Scipionum familias adoptio mifcuit. 100
Æquitatis quæftio. 150.167
Æquitatis tractatio. 124.91
Æruginofa manus. 74
Æfchines ex bonis* declamatoribus. 94
Æferninus, vide *Marcellus*.
Agamemnon de Iphigenia immolanda deliberat. 31
An lege, animaduertentium vox. 289.269
AGON, de victimis dici folitum. 115
Agrippa, Vipfanij nomine fublato, Marcum Agrippam fe dixit. 119
Agrippæ notata ignobilitas. 119
Agrippæ filij à Cæfare Augufto adoptandi. 119
Agrotas Maffilienfis incultus declamator. 127
Ἀχρεάστως. 139
Albæ fententiæ. 132
Albinonanus Pedo arbiter inter Ouidium & huius amicos 110.229. Iulius verfus. 11
Albutius Silus è primo declamatorum tetracolo 198 Græcia præminet 81. colores mifcuit 91. cum codicillis fedit apud Fabianum fe iuniorem 132. faftidiofus auditor declamantiũ. 204 figurã* diuifitio controuerfiã. 74. Declamationẽ in figuras defcribere folitus 124. improbat. Ceftij diuifionem. 78. in fcholis à Ceftio præfertim, contumeliofe acceptus. 133
Albutius fcholafticus videri non vult. 132
Albutius ftupet Hermagoræ auditione. 132
Albutij Sili fententiæ. p. 66.89.82.93.118.133.136. 143.141.150.155.158. p. 150.160.163.166.170.175. 182.194.203.209.210.211.216.90.
Albutij colores. p. 84.74.81.101.138.144.146. 148.159.160.164.93.191.195.204.207.210. 216
Albutij diuifio. p. 163.166.39.43. dictum obfcœnum. 84.50. inconftantia iudicij. 132.41. narratio. 82. quæftio. 150.37
Albutij fententia à Meffalla improbata. 118
Albutij fententia inter admirantes & deridentes dubia. 91. pulchra de Fabricio fententia. 101
Albuti jvitia & virtutas in dicendo. 132
Albutium antecedit Nicetes. 81
Albutium voius figuræ crudelis euentus è foro fugauit. 132
in Albutium dictum Ceftij. 98
Alexander magnus deliberat an Babyloniam intret. 34
Alexanter mooetur, ne vltra Oceanum bellum moueat. 9
Alexander ab vrbanitate Callifthenis præceptoris lancea fe vindicauit. 10
Alfius Flauus etiam puer eloquentia ootus. 67

Alſius Flanus prætextatus apud Ceſtinm controuerſias declamabat. 67. 224
Alſij Flaui laus. ibid.
Alſij Flaui ſententia à Ceſtio reprehenſa. 236. ſententiæ. 67. 109. vide *Flauius.*
Allegij * Flauij ſententiæ. 90
Amas * declamator. 81
Ampliata pœna. 78
Ampliatio non eſt damnantis, ſed dubitantis. 78
Ampliatur à iudicibus in pœnam. 77
Anatomiæ vſus. 217
Ancillarum labor. 130. 230
Andreas rhetor. 24
Animus immortalis. 39
Aoſas mutare poculis alienis. 217
Antypophora. 91
Ἀντιμυκτηρίζειν. 10
Antiphontis libri. 102
Antonins Atticus declamator. 23
Antonius Liberum patrem imitatus. 10
Minerua ſibi deſponſata ab Athenienſibus, dotis nonine mille talenta imperat. 10. proſcriptū Ciceronem iuſſit occidi. 143
Antonij deſcriptio. 50
Antonium an deprecetur, Cicero deliberat. 38
in Antonium libelli contumelioſi propoſiti. 10
Aoriones * 11
Apatrius * 24
Apaturius. 218. 10
Apollodorus rhetor 73. Brutidii præceptor. 102 & Attici Vipſanii. 123
Apollodorus veneficii damnatus Maſſiliæ docuit 123.
Apollodorum ſequitur Turinus Clodius. 198
Apollonij Græci quæſtio. 150
Archipiratæ filia. 85. 226
ab Archipirata filio dimiſſus. 130. 236
Arellij Fuſci auditor Naſo 109. & Fabianus philoſophns. 97
Arellij Fuſci dicendi genus quale. 97
Arellij Fuſci ſenſus. 213
Arelij Fuſci ſententiæ. p. 66. 113. 194. 207. 209 211. 31. 34. 36. 39. 51.
Arelij Fuſci patris ſententiæ. p. 72. 77. 88. 83. 86. 89. 63. 99. 113. 114. 118. 122. 126. 137. 142. 147. 150. 155. 158. 163. 170. 182. 183. 196. 203. 211. 219. 221. 21. vide reliqua in *Fuſcus* & *Q. Fuſcus.*
Argentarius Græcus nunquam Græce declamauit. 183
Argentarius Ceſtij ſimius. ibidem
Argentarij colores. p. 67. 74. 81. 114. 127. 144. 160. 164. 101. 118. 187. 191. 193.
Argentarij dictum 84. vitioſe dictum 177. diuiſio. 36
Argentarij ſententia deridetur à Ceſtio. 83
Argentarij ſententiæ. p. 66. 72. 81. 83. 89. 127. 67. 136. 134. 137. 158. 171. 135. 183. 101. 193. 203. 211. 216. 91. 31. 36. 36. 50
Argentarij narratio. 78
Argentarij quæſtio. 101
Argumenta argumentis colligere. 132
Argumentatio & color. 155
Ariſtides. 100
Armare nauem. 137
Armis ſepulti victor. 244
Atuntius quære. *Arruntius.*
Artemon declamator. 87. 91. 102. 115. 171. 204. 213. 10
Artemonis ſententia. 177
Aſinius Gallus magnus orator, Pollionis Aſinij F. 239
Aſinius Pollio Cæſaris commendationem apud Paſienum parui facit 132. Catonis accuſator clientum circumuentione liberatur per Caluum. 160. Ceſtio & Satroni poſtponitur. 132. Ciceroni infeſtus quæ de eo ſcripſerit. 40. Ciceroni inuitus teſtimonium reddit. 41. iocatur in Haterium. 230. Latronem improbat. 114. quorundam colorem improbat. 245. reum veneficij defendit. 123. ridet declamatores. 166. ſententiam Rufi Vibij probat. 177. ſententias Albutij albas vocat. 132. Sextilium Enam Ciceronis laudes recitaturum ferre non potuit. 42. talentum Atticum recuſat ob Atticorum odium. 217. Triarij dictum deridet. 115
Aſinij Pollionis colores. 87. 138. conflictus cum Timagene. 217. dictum. 245. dictum de Metello cæcato. 243. hiſtoriæ. 41. iudicium de Fuſci explicationibus. 22. magnanimitas in filij morte ferenda. 239. præceptum de colore. 242. præcepta de quæſtionibus. 223. 150. ſententiæ. 136. virtutes & vitia in dicendo. 239.
ex Aſinij Pollionis oratione pro Lamia quædam. 40
Aſperatum æſtu. 31
Aſpernatis ſententia laudata. 94. vide *L.* & *P. Aſprenas.*
Attalus Stoicus philoſophus ſubtiliſſimus, à Seiano circumſcriptus. 22
Athenæ eloquentia inclytæ. 22
Athenienſes abdicato vicerunt duce. 93
Athenienſes centum talenta ab Eleis petunt. 167
Athenienſes deliberant de trophæis Perſicis tollendis. 36
Athenienſium blanditiæ ab Antonio caſtigatæ. 10
Athenienſium ſponſalia mille talentis æſtimata. 10
Athenienſium talentum. 217
Athleta aut pyctes. 78
Atellanarum ſcriptor. 148
Atticus naſus. 10
Atticus Vipſanius Apollodori diſcipulus. 123
in Auctione fratres hoſtilis haſta non diuidit. 182
Auctoritas tabellæ. 160
Auditor olim contumelioſum verbum, nunc promiſcue pro diſcipulo. 177
Auditorum diligentia. 23
Aufidij Baſſi elogium de Cicerone. 41. hiſtoria de morte Ciceronis. 40
Auguſtus admiratione dignus ob permiſſam ſuo tempore liberalitatem loquendi. 119
Auguſtus queritur de Pollionis conuiuio in luctu. 239

Augusti elegans dictum de L. Vinicio 124 130. de Haterio. 240
Augusti nepotes Lucius & Caius. 119
Augusti Cæsaris testimonium de Gauio Silone. 198.
Augusti Cæsaris donum & commendationem tenuit Asinius. 217
Augusti Cæsaris histotias Timagenes ob illius sibi interdictam domum combussit. ibid.
Augusto Cæsare audiente declamauit Latro. 119
Auidienus Paulus. 144
Auitus declamator. 91
Aui & pattis differentia. 191.267
Aurati currus. 104

B

BAbyloniam an intret Aleaander Magnus deliberat. 34
Barba demissa. 203
Barba capillusque Cretensium magistratui sobmittitut. 187.267
Barbarus declamatot. 127.11
Baro scurra & eius dicterium in Gorgonium. 91
Basilij * sordidum dictum. 82
Bassua Iulios res sotdidas coosectari solitus. 204. declamauit conttouetsiam de leone. ibid.
Bassi Iulij colot. 187. Eius sententias, vide in *Iuly Bassi.*
Bassi amaritudo & simulatio actionis oratoriæ improbatut. 158
Bassus Aufidius, vide *Aufidij.*
Bassus Sapulius, vide *Sepuly.*
Batyllus pantomimus. 130.232
Belli ciuilis optima defensio obliuio. 209
Belli detestatio. 99
Beneficium. 171.265.266
Beneficium non est, scelere abstinere. 159.261
Blaodus theror, eques Romanus, Romæ docuit. 97
Blandus arguitur à Buteone. 123
Blandi colores. p. 21. 144. 67. 102. 160. 164. 102. 207
Blandi declamatio figurata. 127. ironia. 90. quæstio. 123
Blandi sententiæ. 72. 89. 114. 109. 14. 126. 136. 155. 56. 163. 166. 175. 186. 191. 195. 213.
Blandi sententia laudata. 156
Blaodi ttactatio. 94
Brachium eatra togam eaerere, olim nefas. 250
Btocco declamator. 101
Brutidij præceptor Apollodorus. 102
Brutidij & Syriaci contentio. 102
Brutidij Nigri verba de morte Ciceronis. 40. vide *Niger Brutidius.*
Bruti eloquentia notata. 204
Bruti liberorum cum Tarquinija coniuratio. 2,8
Bruti seueritas. 209.269
Buccinare. 132
Buteo aridus declamatot, sed prudens diuisot controuersiatum, contra Latronem sentit, Blando partim accedit, partim abscedit. 123
Buteoois auditot Gorgonius. 91
Buteonis colot. 67. 144. à Latrone notatus. 89
Buteonis dictum in narratione. 159. fatua quæstio. 150. sententiæ. 143. 194. 150. 209.

C

CAcoaellæ genus. 177
Cacoaeliæ fœdum genus. 172. genus sordidum. 51
Cadauerum dissectio. 217
Cæcus de publico mille denarios accipiat. 235
Cæci flere solent. 159
Cedis imprudentis damnatus quinquennio exulet. 241.251
Cæsar auertit oculos Pompeij allato capite. 209
Caius Agrippæ F. 119
Caius Cæsar in Lycia mortuus. 139
C. Cassij epistola ad M. Ciceronem. 10
Calciatus. 177
Caldi declamatores. 31
Calliæ ingrarus Cimon. 170
Callimachus. 170
Callisthenes ab Alexandro occisus ob intempestiuos sales. 10
Calumniam iurare. 151.102
Caluus oratot. 59. à Catonis citcumuentione Pollionem liberat. 151. cum Cicerone de eloquentiæ principatu certauit. 150. 260. è subsellijs suis impetu elatus in aduersariorum partes transcurrit. 151. ob staturæ exiguitatem Salaputium à Catullo dictus. ibid.
Calui laus. 150. carmina. 151. oratio à Vatinio reo interpellata. 150
Camillus eaul. 50
Canere classicum, symphoniam. 176
Canicij. 50
Canis ad ostiom. 204
Cannense prælium. 172
Cannensis ruina. 186
in Capitolio casa colitut. 99
Capitonis laus. 198. sententiæ. 175
Capta, & capti luminibus. 151
Captiuorum auxilia contempta. 251
Captura quotidiana. 71.72
Captutas fette.* 73
Carmen famosum. 205
Catmen Vestalis. 251
Carminis licentia ttes aurati currus contempti. 204.
Carthago. 94
Cassij epistola ad Ciceronem. 10
Cassius Seuerus Ciceroni de Cestio in foro satisfecit. 232. eos qui alienas sententias suttipiunt, assimilat furibus, alienis poculis ansas mutantibus. 217. accusat Publium. 148. Varij Gemini sententiam vnice miratur. 29
Cassij Seueri declamationum eaempla. 232. 235. 236.237
Cassij Seueri bellum dictum, Labieni libris combustis. 197. elegantiss. dictum in Clodium Sabinum Græcæ & Latine declamantem. 183. 266

Caſſij Seueri ſententiæ. 148.176.213
Caſſij Seueri iocis materiam præbuit Hatherius quære *Seuerus Caſsius.* 140
Cathenatus. 1-5
Catius * Criſpus. 23
Cato ſui homicida 167. furti conſcius 194. 268. coloni ſui filiam vaorem duxit 261. venenum vendidit. 251
Catonis iniurijs Pollionem Caluus liberat. 150
in Catone moderatio deſideratur 118. vide quoque *M. Cato.* 151
Catullus io hendecaſyllabis.
Cauere proditorem. 163.261
Cauſæ Ciceroni, aliis controuerſiæ. 59
Cella ferui, & cubiculum domioæ. 158
Callæ meretricum titulus inſcriptus. 72
Cellula conſeruulæ. 158
Cenſoria oratio. 231
Cenſorini dictum de ijs qui honores ambitioſe petunt. 232
Cenſorium ſupercilium. 197
Cenſorios adulter. 130
Cenſu virtutes & honores diſtinguuntur. 100. 228.
Ceſtianus color. 91
Ceſtius pater. 117
Ceſtius prætor. 31
Ceſtius Pius Alfium Flauum auditorem ſuum obiurgat 278. 127. io Quinctilij Vari ſententiam contumelioſus 78. ſententiam Argentarij deridet 83. Triarij ſententiam improbat. 87. Ciceroni de corio ſuo ſatisfecit. 51
Ceſtius homo Græcus Latinorum verborum inopia laborauit 139. nunquam Græce declamauit 183. ineptias ſuas agnoſcit 194. multa in Paſtorem, Albutium & Baſſum Iulium diait. 78. Murrhadij, Vibij & Haterij ſententias & ſe ipſum arguit. 194. Pollioni, Meſſallæ & Paſſieno præfertur à ſcholaſticis. 232. vituperat ſententiæ geous ἔχω dictum 164. 203. Surdinum adoleſcentem obiurgat. 51
Ceſtij Pij ſententiæ ibid. & *166.* 78. 80. 83. 89. 93. 99. 109. 113. 114. 115. 118: 77. 139. 143. 147. 150. 151. 155. 158. 163. 166. 170. 182. 185. 186. 190. 193. 195. 212. 216. 22. 23. 31. 36. 39.
Ceſtij colores p. 67. 74. 78. 81. 122. 101. 232. 354. 119. 124. 245. 138. 144. 806. 151. 159. 164. 115. 167. 171. 237. 187. 191. 27.
Ceſtij declamatio ſpecioſa 67. deſcriptio, corruptiſſima 10. dictum bellum 156. diuiſiones p. 78. 155. 164. 22. 31. 36. 39. iudicium de Alfio Flauo 67. narrationes 63. 77. 99. 127. præceptum 164. præceptum de coloribus 246. præceptum de ſuaſoriarum declamatione 10. quæſtiones p. 66. 93. 84. 109. ſenſus. 213
Ceſtij ſententia in arguendo Fuſci Arelij colore. 115.
Ceſtij faſtus Ciceroni ſe præferentis, vti eacceptus à Caſſio Seuero. 232
Ceſtij mordaciſſimi hominis contumelie in Albutium.
Ceſtij ſimus Argentarius. 183
Ceſtij * Seueri ſententiæ. 211
Charybdis maris naufragium. 11
Chirographum cum abdicato. 251
Cicatricoſus. 93
Cicero ab Antonio proſcriptus. 143
Cicero declamare ſolitus cum duobus grandibus prætextatis. 59
Cicero deliberat, an Antonium deprecetur 38. deliberat an ſcripta ſua comburat. 51. 94. duabus ſellis ſedere ſolet. 148. 160. Ligarium deſendit. 209. Pomponii & Laberii vitia ad virtutum ſtudia tranſtulit. 148
Ciceronis ætate omnis facundia Romana effloruit. 58
Ciceronis comparatio cum illuſtribus viris. 143.
Ciceronis dictum de morte. 144. 93
Ciceronis ἐπιτάφιον è Liuio 41. è Cremutio Cordo 41. ex Aufidio Baſſo, ibid. ex Aſinio Pollione, ibidem è Cornelio Seuero ibidem 41. 230
Ciceronis interſector Popilius. 143. 230. iocus in Laberium. 148. 230. orationes à ſcholaſticis olim neglectæ. 232. ſententia 81. verba. 10. voa facta. 50
de Ciceronis morte, & animo an voluerit Antonium deprecari, hiſtoricorum aliquot teſtimonia. 40 101
Ciceronis viuam vocem audire potuit Seneca. 59
Ciceroni de Ceſtii corio ſatisfactum. 51
Ciceroni prælatus Ceſtius à ſcholaſticis. 232
Ciceronem eloquentia ſua in carminibus deſtituit. 231
ad Ciceronem epiſtola C. Caſſii. 10
in Cicerone conſtantia deſideratur. 118
à Cicerone dicta, à ceteris deinde deſerta 240
cum Cicerone de eloquentiæ principatu certauit Caluus. 150. 130
Cicerone puero primus Latinus rhetor Plotius 97
Ciceronis F. vide *M. Tullius.*
Cimber in carcere vidit imperantem. 143. 240
Cimon ingratus Calliæ. 170
Circenſibus pompa odipſa. 60
Circumſcriptio. 251
Circumſcriptores qui. 211
Claſſicum canitur. 175
Claudii Marcelli ſententia 22. vide *Marcellus Aeſerninus.*
Clementis * Iuſti cenſura de quadam quæſtione. 114
Cleopatra Antonii vaor. 10
Clientes & aduocati Catonis. 150
Clientium turba. 203
Clodius Sabinus, vide *Sabinus Clodius.*
Clodii Turini patris ſententiæ. 203. 207. 209. 212. 216. 221. reliqua quære in *Turrinus Clodius.*
Cn. Pompeii adoleſcentis ſtultitia. 10
Codrus imperatoribus exemplum. 167
Gœtus quid & quando. 238
Gœtum & concurſum qui fecerit, capitale ſit. 238

Cognomen & cognomentum. 23
Color actionis bonus. 176
Color & argumentatio. 156
Color & defensio. 159
Color in narratione ostendendus, in argumentis exsequendus. 144
Color mixtus 245. simplex. 144. 210
rectus in narratione. 138
Colores actione probandi. 198
Colores suos fidelius tuentur aridi declamatores 101.228.
Colorum libros edidit Otho Iunius. 78
de Coloribus præceptum Cestij. 246
Colorare. 164
Comissator. 127
Commentarium. 231
Competitori liceat in competitorem dicere 251.
Conchylium ex omni rupe trahitur. 130. 230
Concubia nox. 139
Confessio 167. à præparatione differt. 132
Coniectura duplex. 260
Coniecturalis controuersia. 144.163
Consules summum imperium cedunt sacerdoti 72.
Consules Vestali via cedunt. 157
Controuersia de lenone. 104
Controuersia de illa quæ egit cum viro malæ tractationis. 74
Controuersia scholastica. 216
Controuersia tota officij. 150
Controuersia quando facienda. 123
Controuersiæ positio. 204. thema. 156
Controuersiam implere. 132
Controuersiæ, Ciceroni causæ. 59
Controuersiæ ethicæ. 101
Controuersiæ quæ accusationem habent, quo ordine declamandæ. 155
Controuersiæ sunt, in quibus factum defendi non potest, excusari potest. 176
Controuersiarum diuisio. 66
Conuiuere. 175
Conuiuium in foro. 175
cornelia. 251
cornelia lex. 238
cornelij Hisponis colores p. 67.74.114.167.191. color prudentibus improbatus. 138. color durus, dictum vitiose. 94.31. sententiæ. 161.66.72. 78.99.93.113.136.143.147.158.186.194.209. 211.116.31.39. vide *Hispani*.
cornelij Spatini excerpta. 22
cornelij Seueri distichum, à Porcello Grammatico notatum 23. versus de morte Ciceronis. 41
corporum in viribus imparitas. 2311
coruncanij pompæ exempla. 100
coruus Romæ scholam tentat summo illi qui Iudæos subegerat. 24
Eius stupor. ib.
cotula. 51
crassus Romanorum ditissimus, apud Parthos sepulchro eget. 99. captus. 251
craton. 217
cremutij Cordi testimonium de morte Ciceronis. 40.41
creta prouincia. 187
cretensium magistratui barba capillusque summittitur. 187.267
crœsus regum opulentissimus, ad tormenta ductus est. 99
crœsi filius. 156
crispus antiquus rhetor. 131
cruciatus. 158.260
crux serui venenum ægro domino negantis. 238
curator petitus apud prætorem vrbanum. 232
cubiculum dominæ, cella serui. 158
culeus ligneus. 133
curtius aurati licentia carminis à quodam contempti. 204
cursorum exercitatio. 169
curtius sui interfector. 167
cyclops. 11
cynægirus. 170
cyneæ Pyrrhi ad Rom. legati memoria. 60
cyri * Marilli Esernini clausulæ. 39
vide *Marcellus Eserninus*.

D

DAmæ * sententia. 25
Damasceticus. * 11
ΔAMASCOMBROS. * 115
Damos * Camburus. 127
Damus. * 217
Damnum qui sciens dederit, reddat quadruplum qui insciens, simplum. 249
Damni illati sit actio. 237
Debilitans expositos. 211.269
December mensis. 217
Decius patri cedere nolens. 206.268
Declamandi exercitatio Melæ commendata. 97
Declamare. 59
Declamatio & diuisio. 132
Declamatio in figuras describi solita. 124
Declamatio scholastica ante Ciceronem & Caluum non inuenitur. 59
in Declamatione & causarum actione cur plerique sibi impares. 231.230
Declamationes scholasticæ quales. 169
Declamatores aridi fidelius colores tuentur. 101. 228
Declamatores caldi vocati. 12
Declamatores Græci riuales. 127
Declamatores noui. 81
Declamatorum & oratorum de colore disputatio. 138
Declamatorum tetracolon primum. 198
Declamatorum vitia & incommoda. 167
Declamatori lex. 240
Declamatoriæ virtutis vnicum exemplum Latro. 169
Decollare. 175
Defendi & excusari. 176.266
Defensio & color. 159
Deillius bellorum ciuilium desultor dictus. 10
Deillij epistolæ lasciuæ ad Cleopatram. 10.
iocus in Antonium. 161
Delibutus vnguentis. 126
Delumbare. 211
Demosthenes Ciptoy. * 23
Demosthenes venenum habuit. 147.260
Demosthenis ad exemplum in actionibus riguit. 151

Caluus. 150
Demens qui filio cessit vxorem. 269. 251
Demens quod mori coegerit filiam. 209
Dementiæ accusatur qui filiam seruo iunxit. 158
Dementiæ sit actio. 121.209.169
Dentonis sententia. 208
Deorum crimina in templis picta & adulteria. 217
Deos miseri magis quam beati colunt. 167
Desertores. 208
Desinere scire non minor virtus, quam scire dicere. 192. 267
Desperatione vltima in furorem animus impellitur. 193.267
Despoliare. 176
Desultor bellorum ciuilium. 10
Diaria. 187
Dies hic meus est. 25
Dies parricidio furuus. 67
Diligentia, maximum etiam medioctis ingenij subsidium. 231
Diligenti stultitia nil inamabilius. 156
Diocles Carystius p.68.74.84.94.115.127.139.21.824
Diuidere controuersiam. 240
Diuisio controuersiarum antiqua & recens. 66
Diuisio & declamatio. 213
Diuisionem non exigit coniecturalis controuersia. 147
Δίδυμος salutatus Antonius. 10
Diuinatio sæpe fortuita. 251
Diuite nouitio nihil insolentius. 101
Diuites vxores seruitutem exigunt. 86
Diuitum vitium grauissimum. 101
Diuitum vituperium. 249.123
Diuitiarum odium, vanum gloriæ decus. 213
Diuitiis carere tunc tormentum est, cum illas iam senseris. 86
Diurnum quotidianum. 23
Diurnum petere. 66
D. Iulius, vide *Iulius*.
Docissimo bello vsus Hispo Romanus. 115
Dolor magna ingenij pars. 239
Dolor per lachrymas effluit. 203
Dolori silentium imperari non potest. 238
in Domitium Sabini vrbanum dictum. 157
Domus cum tyranno incensa 237. exusta cum arbore. 249
Doron.* 218
Dorion. 94
Dorionis sententia 172. diserta sententia. 22
Dotalis. 158
Dotata quæ sit. 85
Durio.* 24

E

Echo sententiæ genus vituperatur. 164
Elij truncatum Phidiam Atheniensibus reddunt. 167
Eloquentia omnis circa Ciceronem effloruit. 58
nulli tota contingit 231. viris bonis solum conuenit. 59
Eloquentiæ regula incerta. 194
ab Eloquentia facilis in omnes artes decursus. 97
Emancasse. 213
Emptionis tabellæ. 160
Emunire animum. 144
Epilogus. 240.131.150.194
Epilogus defensioni contextus. 155
Eques Rom. à plebe censu discernitur. 100. 228.
Equestria. 148
Ethicæ controuersiæ. 110
Ethicos dicere. 115.118
Euctemon leuis, sed dulcis declamator. 67.156. 177.204.
Euctemonis iocus in rhetorem pusillæ staturæ. 151
Euctemonis sententia. 217
Euertitur sanguis humanus. 175.177
Eurotas amnis. 22
Euthicrates. 216
Exarmata nauis. 137
Exarmatum nauigium. 136
Excisorum greges. 213.269
Excusari & defendi. 176.265.266
Exemplar ad controuersiæ thema semper redigere, ineptum. 256
Exemplar tam vitandarum quam sequendarum rerum ponenda. 119
Exercitatio quæ vtilis. 169
Exoleti. 213.269
Expositum qui agnouerit, solutis alimentis recipiat. 182. 266
Expositum repetens è duobus. 182
Exposita in nullo numero sunt. 212
Extemporalis facultas. 132
Exul pater fundo prohibitus. 252
Exulem tecto & cibo iuuare non liceat. 252

F

Fabianus Papirius philosophus iunior Albutio 132. Sextii & Arellii Fusci auditor. 97
Blandi discipulus. 97
Fabiani philosophi colores. 101. 124
color à Vinicio probatus. ibid.
Fabiani philosophi encomium 97. & vitia quæstiones 114.10. sententia laudata. 118. sententiæ. 99.126.101
plures reperies in *Papirii*.
Fabius declamator. 198
Fabius Maximus primus vomicum morbum foro Romano intulit à Seuero Cassio notatus. 119
Fabii Maximi sententia nobilis. ibid.
Fabricius Pyrrhi aurum recusat. 248. Samnitium munera spernit. 99
Fabricii pompæ exempla. 100
de Fabricio pulchra sententia Albutii. 101
Fabriciorum imagines Metellis paruerunt, 100
Facies decentior in qua aliquis næuus. 110. 229
Facundia Romana omnis circa Ciceronem effloruit. 58
Famosum carnem. 250
Fasciola. 152
Fati maligna lex. 58
Felicitas illa magna, quæ arbitrio suo constitit. 10
Felicitatis lubricitas. 99.22
Feminarum fides in maritos. 109.123.209.128

Feralia

Feralia auspicia. 212
Feriarum hilaritate tristitia discutitur. 59
Fescennini. 159
Festo die maiorum imagines apertæ. 159
Festis diebus licet prætorio prætexta toga vti. 93
Fictilibus dij faciles. 100
Figura 171.194.213.egregia. 213
Figura Albutio periculosa. 132.133
Figuræ declamationum. 124.140
Figurare. 143
Figurare egregie. 132
Filia conscia io veneno priuigni. 193.167
Filia rapta patre exule. 243
Filius & pater luxuriosi. 126.230
Filius ob non interfectam adulteram matrem abdicatur. 80.225
Filiosfamiliæ licet stipem porrigere mendico, humum cadaoeri. 67
Filium ex ancilla tollere liceat.
à Filio in arce pulsatus. 158.266
à Filio seruatus. 236
Flaminius pr. inter cœnam reum puniens. 175
Flauius Alfius à præceptore Cestio obiurgatus. 127. vide *Alfius.*
Fletus humanarum necessitatum verecunda excratio est. 264
Florus Latronis auditor. 177
Flori dictum in Flaminio. 177
Forecæ.* 150
Fortis nolens ad patrem fortem redire. 263
Fortis sine manibus. 80.225
Fortis vir non cedens forti patri. 206.268
Fortiter qui ter fecerit, militia vacet. 93.127
Fortunæ ludus. 247
Fortunæ varietas. 65.10
Forum harena, schola ludus. 232
Fratres pancratiastæ. 248
Fratres hostilis hasta non diuidit in auctione. 182
Fuluij Sparsi sententiæ 81. 238. 113. 72. 143. 150. 158. 171. 175. 182. 186. 207. 193. 203. 209. 216. quære *Sparsus.*
Funebris luctus. 257
Fur accusator proditoris. 221.270
Fur concione prohibeatur. 221.270
Furius Saturninus. 160
Furtis noxaque solutus. 160
Furuus parricidio dies. 67
Fuscus Arellius è primo declamatorum tetracolo. 195. ex Asia. 198. egregie declamat. 86 improbatur à latrone. 114. sententiam Hybreæ ad verbum transtulit 195. Græca in Latinum transtulit exercitationis causa. 172. Suasorias præsertim Græcas diait libentissime. 34. Virgilij versus voluit imitari. 31
Fusci Arellij patris laus. 22. belle dictum. 156. colores. 67. 74. 81. 102. 90. 94. 101. 115. 127. 138. 144. 148. 164. 176. 187. 207. 217. color à Cestio improbatus. 115. declamatio contra somnia & deorum prouidentiam. 34. descriptiunculæ ea Suasoriis sumptæ. 22
Fusci Arellij patris diuisiones. 74. 78. 155. 321. 34. 100.
quæstiones. 67. 84 109. sententiæ 100. 109. 118. 11.
quidam auditor eius notatus. 34. Plura quære in *Arellius.*
Fusius threx. 132
Senec.
Futurorum scientia. 34

G

Gabij Sabini excerpta. 143. vide infra. *Gauii.*
Galla Numisa ea vncia patris heres. 192
Gallio è primo declamatorum tetracolo. 198 de declamatoribus dicere solitus, Plena Deo. 31. hortatur ad trophæa tollenda. 36. idiotismo bene vsus. 132. improbat quendam colorem. 245. Othonis libros colorum vocat Antiphontis libros, 102.228
Gallionis colores 86. 114. 119. 171. 183. 187. 191. 195. 204. 207. 110. 212. color intolerabilis 217. dictum de Cassio Seuero 231. diuisio. 95. 217. libellus. 197. præceptum. 123
Gallionis quæstiones 66. 73. 101. 124. 186. 191. 204. 210. 212. dura 171. Gallionis sententiæ. 68. 160. 207. sententia disertissima 36. reliquas sententias quære io *Iunius Gallionis.*
Gallus.* 94
Gallus Vibius, non casu, sed iudicio insanus. 101. 228.
Gallij Vibijcolor 176. improba sententia. 156 vide *Vibii Galli.*
Gargius.* 218
Gorgonii * res stultissimæ. 51
Garrulitas muliebris. 123.230
Gauii Sabini color 160. sententiæ 137. 22. quære *Gabii.*
Gauii Silonis color 107. 110. sententiæ 107. 216. 212
de Gauio Silone testimonium Augusti Cæsaris. 198
Gemini & fratres. 182
Geminus Varius hortatur Ciceronem vt Antonium deprecetur. 39
Gemini Varii bellum dictum 138. Plura habes in *Varii Gemini.*
Gener diuitis inimici. 248
Gener qualis diligendus. 158
Genialis lectus in funebrem mutatus. 257
Germanicus naugans. 11
Gladiatorum exercitatio. 199
Glaucippus Cappadox. 177
* Glomerarius. 94
Glycon. 84. 91. 94. 115. 139. 151. 177. 213. 217
Glycon * Serydioo. 101
Glycon * Syricon. 127
Glyconis dictum in Sabinum Clodium Græce & Latine declamantem. 183
Glycoois sententiæ 192. 217. leuis & Græca sententia 87. celebris sententia 10. sententia pulcherrima. 23
Glicooi Suasoria bene processit. 11
Gorgias declamator. 81
Gorgonius Buteonis auditor, & scholæ successor 91. fœdo cacozeliæ genere vsus. 172
Gorgonii color. 91
io Gorgonii vocem obtusam dicterium. 91
Græcæ fabulæ in Latinum à Surdino conuersæ. 51
Græcæ eloquentiæ in Latinum facilis transitus. 213
Græcam facilitatem in Latioam linguam transtulit Haterius. 240
Græci vrbane à Sabino delusi. 187
Græcorum quæstio Romanis auribus insolita. 93

Græcorum improba quæstio. 60
Græculi cuiusdam iocus de dote ab Antonio exacta. 10
Grammaticorum calumnia ab omnibus magnis ingeniis submouenda. 23
Grandaus Asianus declamator. 82
Grandio. 23
Granicus fl. 10
Gurgitis luxuria. 176

H

HAsta in auctione non diuidit fratres. 182
Haterius liberto ingenij sui modum commisit 240. quotiens & quamdiu velles, eandem rem dixit 240. sæpe derisum effugere non potuit 240. solus suo tempore Græcam facilitatem in Latinam linguam transtulit 240. sententiam Hybreæ vertit 195. Triarii sententia vsus. 194
Haterium sufflaminandum esse dixit Augustus. 240
Haterii laus 240. colores 138. 187. mollitiis in morte filii 239. sententia 118. sententia à Crstio culpata 194. sententia de positione loci 23. vrbanum dictum in Clodium Sabinum Græce & Latine declamantem 183. 266. plura vide in *Haterius*.
Herculis picturæ liberos occidentis. 217
Heres ex vocia. 192
Heres institiuus. 101
Herius Pollionis Asinij F. 239
Hermagoras rhetor. 68. 102. 256. 204. tarus sententiis, sed argutus 127. schemata diu interdum prosequi, interdum leuiter attingere solet. 115
ad Hermagoræ imitationem exarsit Albutius. 132
Heimeneumata. 183. 266
Herodoti verba. 22
Hetarida.* 218
Hispanæ consuetudinis mos, ita viuere vtcunque res fert. 59
Hispania prouincia. 198
Hispani Cornelij sententiæ 100. 210. Reliqua vide in *Cornely*.
Hisponis* Cornelii clausulæ. 122
Hispo Romanus.* 218
Hispo Romanus asperiorem dicendi viam secutus 183. bello docismo vsus 115. solus ex declamatoribus in Ciceronem inuectus. 144
Hisponis Romani colores 86. 109. 115. 119. 124. 127. 145. 160. 164. 167. 172. 183. 204. 217. color vehemens & durus 144. dictum 156. quæstiones 130. 171. sententiæ 109. 122. 218. vide *Romani Hisponis*.
Homicida insepultus abiiciatur. 263
Homicida sui. ibid.
Homeri metaphrasis. 11
Homeri versus. 91. 94
Hoplomachi. 231
Horatius Etruscas acies summouit. 206. 268
Hortensii cliens Pompeius. 143. 239
Horteosii memoria. 60
Hostem Pop. Rom. nec veneno, nec proditione vinci voluit. 246
Hybreas. 94. 124. 151. 172
Hybreæ sententia. 195. 34
Hybryas. 51

I

IDiotismus. 132
Imagines maiorum festis diebus apertæ. 159
Imitator ounquam fit par auctori. 58
Imperator crucifixus. 162. 261
Imperator in bello summam potestatem habeat 251
in Imperatoribus suis quam multa Pop. Rom. tulerit. 176. 266. 267
Implere controuersiam. 132
Implere locum. 132
Impudicus concione prohibeatur. 250
Inamabile. 156
Incesta de saxo. 77. 225
Incesta de Saxo deiiciatur. 225. 77
Indenunciata arma. 36
Indenunciata sorte. 22
Indiscreti filius & priuignus. 245
Infamis in nurum. 263
Infatuare. 24
Ingenium non magnum non est vitale. 67
Ingenii lassitudo occultior quam corporis. 59
Ingenia magna in vno opere falrem eminent. 231
Ingeniorum quotidiana decrementa. 58
Iogeniorum imparitas vnde. 231
Ingrati actio. 170. 265
Inimicitiæ mortales esse debent. 248
Iniuriarum sit actio. 203. 221
Innocentia magnum in periculis præsidium. 137
Insolitum omne, in turba notabile est. 240
Inspoliatus. 203. 268
Inuidia nil periculosius. 160
Iouis Olympia. 248
Iphicrates reus. 131
Iphigeniaan immolanda, deliberatur. 31
Iteratio eatuodem rerum arguitur. 192. 267
Iuba & Petreius. 51
Iudæi. 24
Iudex in foro censu legitur. 100. 228
Iudex tabellam de reo latam reuocare nequit. 166. 261
D. Iulius Laberium in ludis productum, equestri ordini reddidit. 148. 260
D. Iulij dictum victo Pharnace. 24
Iulii hospes. 198
Iulii Bassi sententiæ 21. 118. 123. 139. 150. 155. 158. 175. 186. 243. 207. 211. 213.
in Iulium Bassum Cestii dicta 78. vide *Bassus Iulius*.
Iulius Montanus, vide *Montanus Iulius*.
Iulii v. Othonis patris excerpta 93. vide *Iunij Othonis*.
Iulius Sabinus, homo vrbanissimus 187. & vrbanitatis exempla. ibid. 267
Iunii sententiæ. 78. 171
Iunii Gallionis sententiæ 63. 83. 73. 109. 113. 122. 126. 137. 163. 166. 171. 181. 185. 190. 203. 206. 212. vide supra *Gallio*.
Iunii Othonis patris sententiæ. 65. 126. 147
Iunii Othonis vitium à Scauro notatum. 140
vide *Otho Iunius*.
Iusiurandum mariti & vxoris. 109. 228
Iustus* rhetor. 114
Iuris quæstio. 155. 129

Iura naturæ etiam apud piratas sacra sunt magnis sceleribus intereunt. 138.89
Iura quædam non scripta, scriptis certiora sunt. 67
Iuuentutis desidiosæ reprehensio. 59

L

Laberius Pompeii vitium imitatus. 148
Laberii iocus in Ciceronem. ibid. 229
Liberii mimi. 148
Labienus Rabienus dictus. 197
Labienus mentis quam linguæ amarioris. 239
Libris per inimicos combustis, se viuum sepulcro inclusit 197. per multa impedimenta eluctatus ad ingenii famam peruenit. ibid.
Labieni declamatio 213. laus ibid. rescriptum pro Batyllo Mæcenatis ibid. sententiæ 200. 210. 213
Labor continuatus firmiores facit. 93
Laconis capti verba. 22
Lacones trecenti contra Xerxem missi deliberant de fuga. 21
Lacrymæ pignora nolentium. 167
Lamia. 160
Lanista. 212
Laqueus incisus. 247
Lasthenes. 216
Laternæ, vocabulum sordidum. 232
Latina lingua non minus facultatis, licentiæ minus quam Græca habet. 213
Latinus Calumniæ testis. 187
Latro orator, vide *Portius Latro.*
Latronianus color. 91
Lautumiæ. 287
Lecticarius. 257
Lectus genialis in funebrem mutatus. 258
Lepidus declamator, Neronis præceptor. 115. 269.50.
Leonidæ sententia. 22
Lesbocles magni nominis vt filii mortem tulerit. 23
Lesboclis dictum. 94
Lex Cornelia. 238
Legis omnia verba in controuersiam vocanda. 73
Legis scriptum angustum, interpretatio diffusa est. 187.266

Legis.

Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum vtrunque corpus interficiat, sine fraude sit. 80.225.265
Cæcus de publico accipiat mille denarios. 235
Competitori liceat in competitorem dicere. 251
Cum filio tricenario pater patrimonium diuidat 236
De vi sit actio. 209.267
De moribus sit actio. 143.259
Dementiæ sit actio. 209.269
Expositum qui agnouerit, solutis alimentis recipiat. 182.265.266
Exulem tecto & cibo iuuare non liceat. 251
Fur concione prohibeatur. 22.270
Homicida insepultus abiiciatur. 167
Imperator in bello summam potestatem habeat. 251

Senec.

Imprudentis cædis damnatus quinquennium exulet. 251.243
Impudicus concione prohibeatur. 250
Incesta de saxo deiiciatur. 77.225
Iniuriarum sit actio. 273.270
Liberi parentes alant, aut vinciantur. 65.89.224 227.260
Liceat adulterium in matre & filio vindicare 80. 225
Liceat filium ex ancilla tollere. 258
Magistratus de confesso sumat supplicium. 167
Maior frater diuidat patrimonium, minor eligat. 258
Nocte portas aperire in bello non liceat. 251
Pacta conuenta legibus facta, rata sint. 182.265. 266
Proditionis sit actio. 163
Per vim metumque gesta, irrita sunto 246.182. 226
Qui cœtum & concursum fecerit, capital sit. 238
Qui falsum testimonium dixerit, vinciatur apud eum, in quem dixerit. 249
Qui patrem pulsauerit, manus ei præcidantur. 185.186.266
Qui sciēs damnum dederit, reddat quadruplum qui insciens simplum. 249
Qui ter fortiter fecerit, militia vacet. 93.227
Qui vim in iudicio fecerit, capite puniatur. 251
Rapta raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet 83.84.236.243.176.167.226.261.
Raptor nisi suum & raptæ patrem intra tricesimum diem exorauerit, pereat. 113.229
Reip. læsæ sit actio. 211.213.269.270
Sacerdos casta è castis, pura è puris sit. 72.225
Seruatus contra seruatorem ne quam habeat actionem. 236
Venefica torqueatur donec conscios indicet 193. 267
Vir fortis quod præmium volet optet: plures iudicio contendant. 206.268
Lexis. 132
Liberi patris trophæa. 9
Liberi parentes alant, aut vinciantur 260. 60.83. 90.150.224.227.
Libertini præceptores rhetorices. 97
Libros comburere, res noua & insueta. 197
Licent quædam quæ tempore & loco mutato non licent. 176
Licinius Caluus, quære *Caluus.*
Licinij Nepotis dictum 77. ineptum dictum, 256. sententia 160. inepta sententia 213. stulta sententia. 23
Lictor meretricem summouet 175. sacerdoti apparet 73. sacerdoti summouere iussus. 72
Ligarius à Cicerone defensus. 209
Limo sidere. 11
Liuius viris magnis funebres laudationes scribit 40
Liuij ἐπιτάφιον Ciceroni redditum. 41
Liuij narratio de Ciceronis fuga & morte quære T. *Liuius.*
Locus vel tractatio. 17
Locum implere. 132
Lucius Agrippæ F. 219
Lucij color. 115
L. Aruntius vrget Albutium in iudicio. 232

L. Aſptenas. 197
vide *Aſprenatis*.
L. Lamiæ F. 160
L. Magius T. Liuii gener. 197
L. Vinicius ex tempore cauſas agit, & ingenium in munerato haber. 124.230
L. Vinicij cenſura de quodam Fabiani colore. 124
L. Vinicij eacerpta 159. vide *Vinicius*.
Lugens pauperis filius diuitem ſequens. 23.268
Luculli auaritia. 251. luxuria. 266.265
Lucilli centurio. 137
Lunæ incrementum & decrementum. 31
Lupa. 212
Luxuria ingeniis mortifera. 58
Luxuriæ deſcriptio. 100
Luxurioſus à ſodalibus excæcatus. 235
Luxurioſi. 126.230
Lycurgus. 22

M

MÆcenas. 119.198.24
Mæcenas de hyperbole. 11
Mecenatis dictum io Sabinum & Clodium Græce & Latine declamantem. 185.266
Magiſterium matronarum in libidine. 74
Magiſtratus de confeſſo ſumat ſupplicium. 167
Magiſtratus Veſtali faſces ſubmittunt. 151
Magius, quære *L. Magius*.
Mageſtatis actione vindicandum quicquid in eo peccatur: quod ſub prætextu publicæ maieſtatis agitur. 176.266
Maieſtatis læſæ ſit actio. 265.266
Maieſtatem an lædat quicquid in magiſtratu peccatur. 176
Maieſtatem qui lædat. ibid.
Maleficii inſcripti ſit actio. 147
Mamercus Scaurus, vide *Scaurus*.
Manlii impotentia 176.209.266.269
Manus æruginoſa. 82
Marcellus Æſerninus ſucceſſor eloquentiæ Aſinianæ. 239
Marcelli Æſernini colores. 138.144
Marcelli Æſernini ſententiæ. 123.136.150.39
vide *Claudij Marcelli*.
Marcelli Marcij inſcriptis Montam ſæpe citati ſententia 195 narratio. 192
M. Agrippæ ignobilitas exprobrata. 119
M. Bruti eloquentia lacerata. 204
M. Cato viuendi moriendique exemplum. 38
M. Catonis diuina vox de oratore. 59
M. Catoni furtum obiectum 204. vid. *Cato*.
M. Cicero in Metellum ſtrepit. 204
M. Lepidus 195. vide *Lepidus*.
M. Tullius Ciceronis F. Ceſtium flagris cæcidit. 51
M. Tullius Ciceronis filius nihil ex paterno ingenio præter vrbanitatem babuit. 51
Marillius rhetor, præceptor Senecæ & Latronis, homo ſatis aridus. 60.109
Marillij ſententiæ 66.72.78.80.903.109.114.143.159.214.209.10.22
Marillii colores. 67.74.109.
dictum 119. narratio 144. ſententia à Latrone exoſculata. 74
Maſſiliæ veneficij damnatus docuit. 123
Mariſcæ. 23
Maritus vxorem tyranno pro ſe tortam ſterilitatis nomine dimittit. 122.229
Mariti & vxoris iuſiurandum. 109
Marius exul. 143.259
Marius in crepidine viſus, in ſella figuratus. 143
ipſemet ſuæ claritatis auctor 86. ſupra crepidinem iacens conſul 65. 224. ſexto conſulatu Carthagine mendicat, ſeptimo imperat. 65
Mater cæca filium retinens. 150.260
Mater nothi, lecta pro parte. 251
Matrimonia grandia dominorum, an onera? 99
Matronæ pudicæ ornatus & inceſſus. 129
Matronarum in libidine magiſterium. 74
Mattea. 187
Maximus Sterninius. 102.226
Medicamentum malum, i. *venenum*. 147
Medicus priuignus. 244
Medici vetuerunt quenquam admitti. 191
Medici vim afferunt. 191
Medici vt vim morbi cognoſcant viſcera reſcindunt. 217.276
Medicina multi laboris & vigiliarum. 244
Mela. 198
Melæ laudatio & eohortatio. 97
Memoria animi pars maxime delicata & fragilis 58
Memoria tardior quorum ſtilus velox eſt. 59
Memoriæ felicis aliquot exempla. 60
Mendici debilitati. 211.269
Mendicitate cenſeri. 170
Meneſtrati declamatoris ſententia corrupta. 11
Menſium decem alimenta matri reddere. 150
Menſularius. 171
Mentiri, ſolemne amantibus. 109
Mentonis colores. 94.187
Mentonis ſententiæ 72.85.89.155.126.145.171.175.182.186.191.194.209.212
Meretrix crudelem fecit. 175
Meretricum lenocinium. 129
Meretricum titulus & cellula. 72
Meſſalla Coruinus Deillium vocat deſultorem bellorum ciuilium. 10
Meſſalla exactiſſimi ingenii. Latini ſermonis obſeruator diligentiſſimus. 118
Meſſalla cognomentum vult dici 23. improbat Albutii ſententiam 118. Virgilium corrigit. 25
Meſſallæ conſuetudo Gallionem interrogandi Nunquid plena Deo 31. dictum in Latronem. 118. oratio diſertiſſima pro Pythodoro. 119
è Meſſallæ Coruini domo fugit Pollio, non ferens Ciceronis laudes recitantem. 41
Meſſallæ Coruino ſcholaſtici Ceſtium & Latronem præferunt. 232
Meſſius tertio cauſſam dicens. 151
Metellus cæcatus. 243
Metellus incendium extinxit in æde Veſtæ. 143
Metellis Fabriciorum imagines patuerunt. 100
Metrodorus. 218
Militia vacet qui ter fortiter fecerit. 21.91
in Milonem recitaturus Ceſtius. 232
Miltiades rhetor. 177
Miltiades Græciæ ſeruator, Perſarum vindex, Orientis domitor 171. peculatus damnatus in carcere deceſſit. 170.265.266
Miltiadis cenſus Cimon filius. 270.265
Minerua Antonio deſponſa. 10
Mineruæ ædes. 216.270

Minturnenſis

Minturnensis palus. 143 150
Miseri plerumque superstitiosi. 167
Misericordia venali nil turpius. 239
Missio. 193
Mithridates venenum habuit. 147.230
Mithridatem centurio occidere non potuit. 137. 259
Moderatus declamator. 198
Montanus Iulius egregius poeta. 239
Montanus Votienus toto animo scholasticus erat 156. à Scauro Ouidius inter oratores dictus 167.191.à Vinicio accusatus apud Cæsarem 156. cur nunquam declamauerit ne exercitatus quidem 169.frequenter in scriptis suis Marcii Marcelli meminit 195. ineptias rhetorum deridet 194. probat Rufi Vibii sententiam 176. locum quendam pulcherrime tractauit ibid. Sparsi sententiam arguit. 213
Montani Votieni colores 183.187.207
Montani Votieni oratio pro Galla Numisia. 192
Montani Votieni quæstiones 171. 176. 186. 191. sententia 210. 195. sententia à Vinicio derisa 156.vitiose dictum. 177
Montani votieni vitium earundem rerum iteratio, notatur 193.267. Eius lumina orationis vide in *Votieni Montani sent.*
Montaniana. 192
Morbus vomicus. 119
Morbi graues temerariis remediis curatur.* 244
de Moribus fit actio. 143.259
Morum humanorum varietas. 137
Mortis multæ viæ. ibid.
Mortem semper timere, crudelius est quam mori. 237
Mucius. 216
Mucio Scæuolæ vnde nomen. 167
Mucro pugnatorius. 97
Munerarii. 239
Muliebris garrulitas. 123.203
Muliebris pudicitiæ fundamentum. 130
Muliebrum vitiorum fundamentum auaritia. 130.230
Murrhedii rhetoris obscœnum dictum. 82 stultissimus color 187.204. fatuæ senteotiæ. 82 156.213.218.insana sententia 23. sententia à Cestio derisa. 198
Murrhedij stupor 144. stupidum dictum 148. tumidum dictum. 177
Murrhedii tetracolon. 177.265.266
Musa rhetor tumidus, multi ingenii, nullius cordis. 198
Musæ ineptiæ. 156
Musæ sententiæ 137.147.170.175.185.209.216.221. 9.
Myoparo piratæ. 73
Mytrata concio. 24

N

NArbonensis colonia. 156
in Narrationis coloris instrumēta non consumenda. 244
Naso Arellii Fusci& Latronis auditor 228.bonus declamator 109. eiusdem versus tutos esse voluit, quos amici vt tolleret rogarunt 110. 228. multas Latronis sententias in suos versus transtulit 110.228. non ignorauit vitia sua in carminibus 110. quales controuersias declamauerit. ibid.
Nasonis epiphonema 213.oratio velut solutum carmen 110. tragœdia,& ex hac versus 32. vide *Ouidius.*
Natura duplex. 31
Naturæ iura etiam apud piratas sacra 138.magnis sceleribus intereunt. 89
Naufraga ratis. 137
in Nauigiis parua materia se iungit fato. ibid.
Nauis exarmata. ibid.
Necessitas humanę infelicitatis patrocinium.186
Necessitas lex temporis. 244
Negotiator peregrinus. 127.230
Nemora in culminibus mentita. 249
Nepos ex meretrice susceptus adoptatur. 118. 229
Nepos Mamilius. 160
Nepos Licinius, vide *Licinij.*
Neronis præceptor. 115
Nicetes 82.84.91.94.177.195.208.213.218.23
Nicetes Albutium antecedit sententia pulcherrima. 81
Nicetes,pleoa Deo. 31
Nicete sententia. 177
Nicetem discipuli audire contenti. ibid.
Nicocrates Lacon aridus & exsuccus declamator. 156.24
Niger. 52
Niger Brutidius. 102
Nigri Brutidii dictum & quæstiones 171. vide *Brutidij,*
Nobilium origo ab humilibus. 86
Notha denunciatur. 206
Nothi mater,lecta pro parte. 255
Nouercales oculi. 245
Nouorum cupiditas. 239
Nox concubia. 139
Numantinum bellum. 94
Numenio veloces pedes,lentæ manus. 231

O

OBscœni,officiosi dicti. 240
Obscœnitas verborum & sensuum vitanda declamatori. 82.225
Oceanus rerum extremum. 9
Oceani descriptio. ibid.11
Octauia Antonii vxor. 10
Officiosi,obscœni & impudici. 240
Officium,non est beneficium. 123
Officium mihi non facis,iocosum. 240
in Officiis versari. ibid.
Olympia parricidiis absoluta. 248
Olynthius à pictore tortus. 216.270
Olynthius pater eius concursus. 238
Omen infelix nauigationis. 137
Omen nauigaturis. 136
Omina nuptis. 212.269
Opera honesta voluntas incohat, occasio perficit. 246
Oppius Flama proconsul. 187.267
Optio mutanda à raptore conuicto. 166.261

Oraculum quid. 59
Oratio censoria. 231
Orator non ex declamationibus æstimandus. 232
Oratoris definioo secundum Catonem. 59
Oratores alijà rhetoribus. 138
Oratorum & declamatorum de colore disputatio. ibid.
Oratorium robur. 97
Orba post laqueum sacrilega. 167
Oscus nihil sine schemate dixit, ideoque vrbane à Pacato salutatus foit. 198
Osci sensus 215. seotentiæ 203.109.221.9. colot 208. color Gallioni displicens. 204
Ossa patris inter nuptias ne referantur. 248
Ossifragus. 211
Otho Iunius pater ex somniatoribus totus, vbi color defecerat somnium narrabat 164. colorum libros edidit 74. derisus 218. quas controoersias benedicere solitus 102. quos colores adhibere solitus. ibid.
Othonis Iunii patris color 102.246.164. color insulsus. 78
Othonis Iunii quatuor libri colorum, à Gallione Antiphontis libri vocati. 102.228
Othonis Iunij inepta sententia 75. & vide *Iunij Othonis*
Otryades. 22.33
Ouidius inter oratores Scauro Montanos. 192
Ouidius Naso declamator, & poeta. vide *Naso*.
Ouidius nascit quod bene cessit relioquere. 192 seculum soum non artibus tantum amatoriis, sed sententiis impleuit. 137
Ouidii versus. 82.110.72.237.192.213
Ooidii ceosura de versibus quibusdam Varronis 139

P

PAcatus rhetor Oscum schemate salutat. 198
Pacta conuenta legibus facta, rata sint. 182. 266.265
Pædagogia. 101
Pædagogus. 245
Palladium. 243
Pallium & toga. 183
Pammenes ex bonis * declamarotibos. 81
Pancratiastæ fratres. 248
Papirii Fabiani sententiæ 109. 113. 114. 118. 122. 126. Reliqua vide in *Fabianus*.
Pares rationes facere. 172
Paria noua. 239
Parricida æqnis sententiis absolotus. 135
Parricidii damnatus aligans fratrem. 248
Parrasij pictoris Atheniensis Prometheus. 216. 270
Passienos vir eloquentissimos & primus soi temporis orator 124. actionis sobtilitatem in Latrooe improbat. ibid.
Passienos primo loco stans à scholasticis Cestio & Latroni postponitur 124. improbat coloram Arellii 144. colorem quendam improbat. 187. 259.
Passieni bellum dictum 156. color 138. diuisio 167. in orando inæqualitas. 240
Passieni nomen in obscoeroum mutatum. 198
Passieni sententiæ. 182.209
Passieno commendatus à Cæsare Asinius. 217
Pastor Ætiius senator apud Cestium declamat. 78
Patera sepulcro à luxurioso raptus. 242
Pater & filius luxoriosi. 126.230
Pater exul fundo prohibitus. 251
Pater filio manus præcidere iubet. 89.227
Pater naufragus diuitis socer. 167
Pater patrimonium diuidat cum filio tricenario. 236
Pater raptam continens. 236
Patris & aui differentia. 191.267
Patrem qui pulsauerit, ei manus præcidantur. 185.186.266
Patre exule filia rapta. 245
Paternus, declamaror. 198
Patriciorum oobilitas vt propagata. 100
Patrimonium maior frater diuidat, minor eligat. 251
Patronus. 144.127
Patronus & aduocatus. 187
Patronus operas remissas repetens. 246
Patruus abdicans. 65.224
Paulus Auidienus. 144
Pauperis filius lugens diuitem sequens. 203. 268
Pecunia malorum causa. 126
Pedo, vide *Albinouanus*.
Penetralia. 158
Paregrinus negociator. 129.230
Persicæ potentiæ vindex. 230
Persica trophæa ao tolleoda, deliberatur. 36
Pestifera pondere subsiduot, innoxia suspenduntur. 258
Petreius & Iuba. 51
Phaneus.* 159
Pharnax. 24
Phidias amissis manibus. 167.216
Phileros. 232
Philippus Olynthius veodit. 213
Phinitas. 216
Phocioo. 100
Phrasis. 131
Pietas. 51
Piratarum feritas & latrocinium. 73
Πίθωνος. 183
Planci summi declamatoris iodicium de qoodam dicto Patroois & Lesbocles. 94
Platoois oratio pro Socrate scripta, nec patrono, nec reo digna est. 232
Plena Deo. 31
Plotins primus Latinus Romæ rhetor. 97
Plotion rhetor. 10
Poëtæ Romani quæstiones à Græcis dictas surripiunt. 265.266
Pollio, vide *Asinius Pollio*.
Pompeius Magnus. 86
Pompeius contra piratas. 94
Pompeios se Hortensij clientem fatetor. 143
Pompeij capite allato Cæsar oculos auertit. 209
in Pompeium carmen compositum. 204
Pompeii Silonis sententiæ 66.73.83.89.90.93.113. 126.137.143.147.182.186.9.22.39. 50. 51. vide *Silo Pompeius*.
Pomponius Attellanarum scriptor. 148
Pontifex max. castigat saceidotem redimentem aliquam è lupanari. 74
Popilius parricida à Ciceroon defeosus. 143. 144
Popilius Ciceronis interfector. 40.259

Popilius

Popilius à paucis traditur Ciceronis interfector. 143
Pomp. Rom. nec veneno, neque proditione vinci hostem voluit. 246
Porcellus Grammaticus solœcismi erguit Cornelij Seueri carmen. 23
Portius Latro è primo rhetorum tetrecolo 198. declamationum exemplum, non magister 177. discipulus Marilii rhetoris 60. sodalis & emicus Senecæ. 59
Porcius Latro aiebat se scribere in animo 59. Græcos contempsit & ignoreuit 213. audiendi negligentiam scholesticis improbrat. 151. eo quo dicebat, impetu scribebat 59. in conuiuio disputare non solitus, at aliquando ex tempore declamare. 198
Porcius Latro Pollioni, Messallæ & Passieno præfertur à scholasticis 232. pro Rustico Porcio reo diceus, ita fuit confusue, vt à solœcismo inciperet 169. tantum declamabat, nunquam declamantes audiebat 177. quod imbecillum est, quæstionis loco non ponit 214. in quadam controuersia prius defendit quam accusauit 155. quale schema prober 68. sedens sententiam quandam diait 11. à sententia inepte tumultuosa vindicatur. 177
Porcius Latro colorem quendem probat. 94. colores nonnullos improbat ibid. Blandi diuisiones improbans, à Buteone arguitur 123. Buteonis colorem improbat 67. 86. Marilij sententiam exosculatur 74. à Pollione Asinio notatur 114. Popilij accusationem improbet, eundemque de moribus accusat 144. Silonem improbat 127. 167. Triarii sententiam damnat. 87
Porcij Latronis auditor Abronue Silo 23. eius discipuli contumeliæ causa auditores dicti. 177
Porcii Latronis imitatores, Ouidius 109. Sparsus. 198
Porcij Latronis colores 67. 74. 81. 86. 91. 94. 101. 115. 119. 124. 138. 144. 148. 159. 164. 167. 171. 172. 195. 204. 213. comparatio cum Lesbocle 94. corpus natura solidum 59. declamatio prima 6. dicta & sententiæ 60. 66. diuisiones 73. 78. 81. 114. 118. 127. 137. 150. 159. 171. 183. 204. 207. 39. error inexcusabilis 119. ingenium diuinum 59. genus exercitationis 59. 60. memori arte & natura felia 59. 60. opinio de colore & quæstione. 84. præcepta 114. 151. 163. quæstiones 66. 83. 86. 110. 109. 123. 166. 191. 209.
Porcii Latronis sententiæ 65. 72. 77. 80. 83. 85. 89. 91. 93. 99. 100. 109. 113. 118. 119. 122. 126. 129. 137. 139. 143. 147. 155. 158. 159. 163. 166. 171. 175. 186. 191. 194. 203. 209. 211. 216. 221. 21. 38
Porcij Latronis subtilitas in dicendo. 60
Porcii Latronis sententia celebris 218. sententia è poetæ versibus 23. sententiæ tumidæ 39. tractatio. 84
Porcii Latronis voa. 59
Porcio Latroni modus defuit in studiorum intermissione, repetitione ac continuatione. 59
Porcio Latroni de colore controuersiam fecit Turrinus Clodius. 198
in Porcium Latronem dictum Messallæ. 118
in Porcio Latrone actionis subtilitas improbatur. 124
Porsena rex. 263
Portas nocte aperire in bello non liceat. 251
Posmoe. * 123
Positio controuersiæ. 204
Postulare ingrati. 232
Postulare vt prætor numen recipiat. 232
Potamon magnus declamator Mitylenis à funere filij declamauit. 23
* Potatus. 99
Potentia omnis nimis saluberrime breuitete constringitur. 166
Potio ex parte mortifera. 255
Præcucurri. 164
Præmium esse desinit cui necessitas iungitur. 93
Præparatio manifesta mimica est. 132
Præsidio magna non sunt consumenda. 94
Præteata sordida. 190
Prætexta toge prætorio vti licet diebue festis. 93
Prætor iter sleait à conspectu eaulis. 143
Prætor sacerdoti via cedit 72. & Vestali. 257
Prætorie crudelitas. 175
Prætores varij. 232
Prætorij cuiusdem sententia obscœna. 82
Præuaricationem pacisci. 195
Priami virgo. 31
Priuignus ab auo raptus nouercæ. 190. 267
Priuignus medicus. 244
Probationes. 132
Problemata ειλεσοίμενα. 77
Proditionie sit actio. 160
Proditione hostem vinci noluit pop. Rom. 246
Proditorem cauete. 143. 261
Prohomo. * 217
Prometheus Parrasii. 216
Promethei duo maxima munera. 216
Pronuntiatio histrionis. 231
Proemium. 221
Publiana sententia. 148. 151
Publius mimus defenditur à Cassio Seuero. 148
Publii mimographi versus aliquut. 148
P. Asprenatis colores & dictum 82. 78. 115. 138
P. asprenatis sententiæ 65. 73. 80. 93. 109. 126. 166. 175. 213. 50. vide *Asprenatis*.
P. Viuicii senteutiæ 72. 81. quære *Vinicius*.
Pudicæ sæpius sunt quibus mala faciee non quia animua sed quia corruptor deest. 101
Pudicitiæ fructus. 130
Puer publicus. 118
Pugnatorius mucro. 97
Pulcher Catonem furti eccusat. 204
Puleium, res sordida. 132
Punitius * noue sumpsit eb omnibus bene dicta. 81
Purgamenta. 175
Pyctes. 78
Pylades pantomimus. 231
pro Pythodoto oratio Messallæ. 118

Q

Quæstio & tractatio. 66
Quæstio est quæ argumentis impleri potest. 84

Quæſtio ex perſona & ex re. 191
Quæſtio Græcorum improba. 90
Quæſtio improba in cauſa verecuoda non eſt tentanda. 150
Quæſtio iuris & æquitatis. 150.167
Quæſtio omnis implenda eſt tanquam acceſſio, non tanquam ſumma. 132
Quæſtio vocalis. 127
Quæſtiones Albucii quales. 132
Quæſtiones multæ Græcis ſurreptæ. 161
Quæſtiones quædam inter res iudicatas refeſendæ. 114
Quæſtionum numerus minuendus. 163
Quinctilianus declamaior. 197
Quinctiliani ſenſus. 213
Quinquenois teſtis in pſocuratorem. 155.260
Q. Fuſcus 91. vide *Arellius Fuſcus*.
Q. Haterius pulcherrima vſus imagine. 87
Q. Haterii ſententiæ 136.139.166.194.58.50. Pluſa vide in *Haterius*.
Q. Pius. 99
Qootidianum diornum. 213

R

RAbienos. 197
Rapta raptoris aut mortem aut indotatas noptias optet 226.261.83.84.156.243.166.264
Raptam continens pater. 236
Raptarum duarom altera mortem, altera nuptias optat. 83.226
Raptor duarum. 83.226
Raptor patrem ſuom non exorans. 113.229
Raptos uiſi ſuom & raptæ patsem intra triceſimum diem exorauerit, pereat. 113.229
Raptor ſerotinus, reſiduus. 160
Raptore conuicto optio mutanda. 166.261
Raptus in veſte muliebri. 250
Rationes pares facere. 172
Regulus. 251
Remedia quædam graoiora periculis. 257
Reſp. quando læſa dicatur. 212.217
Reip læſæ actio. 216.231.269.270
Reſcriptum. 197
Reſiduus raptos. 160
Res tuas tibi habe. 10
Rhetor an ſoratos. 151
Rhetor Latinus primos Romæ docuit Plotius. 97
Rhetores alij ab oratnribus. 138
Rhetorici quæſtiones à Græcis dictas ſurripiunt. 261
Rhetorices præceptores olim libertini. 97
Rogandi genus eſt, rogare non poſſe. 212
Romæ ſchola tentata Sūmo illi qui Iudæos ſubegerat. 24
Romanæ gentis origo. 211
Romani Hiſpanis ſeutētiæ 66.77.78.99.93.100.118.173. quære plura in *Hiſpo Romanus*.
Rom. populus ſolum Ciceronis ingenium par ſuo imperio haboit. 59
Romolus. 145
Rufus Vibius antiquo genere dixit. 177
Rufi Vibij eolor. 101.135.127.204
Rufi Vibij excerpta. 99
Rufi Vibij ſentcotia à Ceſtio exsminata. 194
Rufi Vibij ſententia probata Moutano. 176. ſententia ſordidioris notæ 177. quære *Viby Rufi*.
Rogas ſcindere. 90
Ruſticus Porcius propinquus Latronis. 169

S

SAbinæ plures ſunt. 85.267
Sabinus in ſois periculis ac miſeriis iocatur. 187.267
Sabini vrbanitatis exempla. 187.267
Sabini Aſydii rhetoris ſcurrile dictum. 22
in Sabinum Clodium voo die Græce & Latine declamantem multa vrbane dicta. 183.261
Sacerdos caſtigatus ſi qoem è lupanari redemiſſet. 73
Sacerdos integer ſit. 243
Sacerdos caſta è caſtis, pura è poris ſit. 72.225
Sacerdos non niſi per Veſtem iurat. 257
Sacerdos proſtituta. 72.225
Sacerdotis reuerentia. 73
Sacerdoti nocet mater inceſta. 72.73
Sacerdoti lictor ſummouere, prætor via cedere, conſules imperium ſummum coocedere ſoliti 72.73
Sacerdotium proſtitutæ liberis non dator. 72
Sacrarium. 225
Saguntini. 286.261
Salaputium diſertum. 151
Saluſtius paucis fuoebres orationes compoſuit. 40
ſalluſtii orationes in honorem hiſtoriarum leguntur. 231
ſalluſtii ſententia vincens Thucydideam breuitatem. 172.261
ſamnitium munera Fabricius non accepit. 99
ſanguinarius. 94
ſaconios shetor. 23
ſaturnios Furios maius nomen in foro quam in declamationibus habuit. 160
ſaxæ. 50
ſcæua. 231
ſcaurus Mamercus magni, ſed neglecti ingenii. 197
ſcaurus Mamercus maieſtatis reus. 24
ſcaurus Mamercus diſertiſſimus & venuſtiſſimus nollius ſtultitiā impunitā tranſire paſſus eſt. 82
ſcaurus Montanum inter oratores Ouidium vocat. 192.267
ſcauri dictom 204. verum dictum. 192.267
ſcauri iocus in Iunii Othonis vitium 102. orationes ſeptem combuſtæ 197 ſenteutia. 208
Scaororom familia in quo extincta. 24
Schema Albutio periculoſum. 152
Schemata non decori, ſed ſubſidii cauſa inuenta. 60
ſchola qoaſi lodus eſt forum harena. 232
ſcholæ obſoleta & ex quotidiano vſu repetita. verba refugiunt. 240
ſcholaſtica ſoperuacua. 23
ſcholaſticos videri non vult Albucius. 132
ſcholaſticorum corruptum iudicium de diſertis viris. 232
ſcholaſticorum morbos. 256
ſcholaſticis audiendi negligentia exprobrata. 151
ſcipio Æmilianus. 94
ſcipio Gracchi inimicos, poſtea ſocer. 248
ſcipio victus victoris vocem emittit. 38
ſcipionum & Æmiliorum familias adoptio miſcuit. 100

Scobs in conuiuio sparsa. 175
Sedens controuersiæ quæstiones proponebat Latro. 60. 11
Sedens dicere incipiebat Albucius. 132
Segrex exprobrator. 160
à Seiano circumscriptus Attalus Stoicus solum vertit. 23
Seleucius fastidit Latronis quæstionem. 227
Sellis duabus sedere. 148. 260
Semigrare. 155. 260
Senator post sexagesimum & quintum annum in curiam venire non cogitur, nec vetatur. 93
Seneca pater amicus & sodalis Porcii Latronis 59. Alfium declamantem audit 67. discipulus Marillii rhetoris 60. omnes eloquentia claros audiit. 59
Senecæ patris memoria excellens 58. & bonæ fidei. ibid.
Senecæ institutum in Controuersiis. 59
Senecæ, quo minus Ciceronem audiret, non ætas, sed bella ciuilia obstiterunt. ibid.
Senecio. 231
Senecio non nisi grandia habere volens, ideoque Grandio dictus. 25
Seianus in Sabinum. 187
Seniani stultæ & insanæ sententiæ. 248. 177
Seniani sententia à Vinicio derisa. 23
de Seniano dictum. 248
Sententia absolutoria. 255
Sententiæ albæ. 32
Sententiæ declamationum. 60
Sententiarum alienarum surreptio arguitur. 217
Sententiis æquis parricida absolutus. 135
Senum amor. 110
Sepullii Bassi colores. 138. 164
Oculi cadunt in somno & morte. C.12.120
Oculi claudebantur & comprimebantur ab amicis in funere. 188.C.27
Odia sæpe reip. caussa omittenda. 43.S.6
Oepidus Coloneus cur à Sophocle iudicib. recitata. 52.S.7
Officiosi qui dicti. 241.E.4.præf.
Officium præconis erat attentionem facere. C. 25.178
Olynthiacæ quando habitæ. 218.C.34
Olynthus capta. 218.C.34
Omne pro mundo Plinius. 140.C.16
Omnia noctis erant. 140.C.16
Omnis pro omnes antique. 104.C.9
Operam vtitur antique. 118.C.14
Oraculum quid. 70.C.1
Oratio Aiacis apud Ouidium. 111.C.10
mentia interpres. 13.C.1
Orator vir bonus. 70.C.1
Orbis Alexandro angustus est. 13.S.1
Ordinem deferenti quæ pœna. 37.S.5
Origo populi Rom. 214.C.33
Orion grammaticus. 13.S.1
O tempora ô mores. 43.S.6
Otho Iunius somnijs delectatus. C.9.104
Othryades fortis miles. 25.S.2
Otium amoris causa. 111.C.10
Ouidij Medea. 111.C.10. tres versus à Criticis notati. ibid.

P

P. Latinum & P. Græcum commutari interdum solent. S.2.25.10.111
Pæana canere. 25.S.2
Pædagogi fere seruierant. 104.C.9
Palladium è flamma L. Cæcilius eduxit. F.4. Decl.2. & C.17.145
Pausa & Hirtius. 43.S.6
Papare, nihil vox. 104.C.9

Παρεντιας causa parentum amentium. S.7.52
Paratium facere quid. C.9.104
Parentes alant liberi. 70. C.1
Parentes impiè religiosos filios fraudare hereditate Saluiani auctoritate probatur. E.6. Decl.3
Paria facere & pariare. 172.C.24
Pariatores & paria facere. 104.C.9
Parricidæ, culeis insuti. 133. præf. 3. & C.16.140
Parricidii pœna ex Cic. 145. C.17. quis primus affectus. C.16.140.& præf.3.133
Parasius vuas pinxit. C.34.218
Partus monstrosi. 214.C.33. septimestres vitales, & octimestres non item. 167.C.23
Passienus variè detortum. 199 C.præf.5
Patentes campi. 104. C.9
Patriam vendere. 165. C.22
Patria potestas apud Iurisconsultos ex Simplicio 116.C.11.& C.19.151. etiam in auo. 130.C.15.& C.28.192
Patrum percussores manibus trucabantur C.27. 188
Pedo Albinouanus poëta. 13.S.1
Pellucidæ vestes. E.4. Decla.7
Pensare { vitia virtutib. 43.S.6
redimere. {
Per cineres patris iurare. 70. C.1
fidem. formola. 157.C.20
Pericula militiæ. 95.C.8. nauigantium.184. C.26
Per notas menda irrepserunt. S.6.& 7.43.52
Perses victus ab Æmilio. 43. S.6
Petere aduocationem. 233.E. 3. præf.
Petreius & Afranius ad Iubam. in Africam fugiont. 52. S.7. victi à Cæsare. ibid.
Phaneus corrupta vox pro Rhetore. C. 21.160
Phasianus auis. C. præf. 5.199
Phidias Iouem fecit. C. 34. 218
Philænorum certamen. S.2.25
Philippica Ciceronis laudata. S. 6.43
Philippus rex vno oculo. C.34 218
Philosophi barbati. C.27.188
quid verbo *ponere* intelligant. S. 6.43
Pignotati, pro superare. C.15. 130
Πιθανίζειν Græcis fimum agere. C. 26.184
Platonis de animis sententia. S. 6. 43
eloquentia. E.3. præf.233
Poculum absinthiatum. S. 6.43
Pœna ordines deserentium c. 5. 84. parricidii ex Cic. C.17.145
Poetæ amicarum nomina mutant. S.7.52. obscœni damnandi. E.6. Declam.8
Polybio ingratus Liuius. S. 6. 43
Polytelis fortitudo bellica 37.S.5.& C.26.43
Pompa Circensium. C.1.70
Pompeius consul ante tempus. C. 8. 95
defensus ab Hortensio. C.17. 145
digito vno caput scalpit. 152.C.19
Fascia crus tegebat. C. 19. 152
Iudæos subegit. S.2.25
eius cædes. S.6.43
ponere quid Philosophis S. 6. 43
Pop. Romani origo. 214.C.33
Popilius Locnas Cic. occidit. S.6.43
Popilius quis. E. 3. Decl.8
Porticus Varia apud Spartanos. S. 5.37
Posteri credite. S.6.43

Postumus quando. C.23. 167
Potestas patria. 152.C.19. & C.11. 116
Potius μᾶλλον Græcis sæpe exaudiunt. C. 22. 165
Potu memoriam perdidit. Cic.F. S.7.52
P.R. Prætor & Proconsul. C.25.178
Practici qui. S.3.32
Præbere ceruices. C.17.145
Prædium dotale. C.21.160
Præfari oraturos solere, Deosque inuocare ex auctoribus probatum. S.7.52
Prænomen Marci, Antonius & aliis familiis interdum ademtum. S.7.52
Præstare de damno mancipii. C.11.160
Prætextati declamitare incipiebant. C.3. 79
Prætexta, purpura. C.7.92
Prætor pro duce. C. 25.178
eius officium erat audientiam facere. C. 35 222
Præuaricatio. C.11.116
Præuisa tela minus ferire. S. 5.37
Precario. C.1.70
dare. C.12.120
Preosare manum. C.17.145
Principib. non est illudendum. S.7.52
pristis bellua marina nõn *pistrix*. S. 1.13
Prodigiosa memoria. C.1. 70
Producere, procudere vitam. Varro. C.1.70
Prœlium Cannense. E.5. Decl.7
Prometheus alligatus. C. 34. 218
Proternitas. C.5.84

PROVERBIA PASSIM
hic obuia.

canis lapidem mordens. C.29.196
consilium malum consultori pessimum præf. 5. 199
De corio canis. Præf. 5.199
Fames Saguntina. C.17. 188
literas & natare nescit. C.27.188
Quære adolescens vetere senex. C.14.128
Restim. S.2.25
Suo capiti. C.præf.5.199
Sursom flumina. 84.C.5
Proxeneta quis. C.9.104
Ptolomæi reductio P.Lentulo commissa. S.6.43
B.Cornelius de Syphace triumphauit. S. 6.43
P.Scipio Nasica. S.7.52
P.Syrus. C. 8.95
P.Ventidius ricens. 52.S.7
P.Vinicius. C.33.214
Pugnare duobus Græcismus. C.3.208
Pulegium herba. C.præf.3.133
Puras manus tollere. C.16.140
Pythia somnia. C.34.218
Pythicus. C.3.79

Q

Q*Vaque* pro *quacunque*, & *quandoque* pro *quandocunque*. C. 2.75
Quære adolescens vetere senex. C.14.128
Quæsitor, quæstor. C.23.167
Quæstio facti, & iuris. C.25.178
Quadrigas in circensib. reuocare. C.3.79
Quando licuerit occidere adulterum. C.4
Matronæ pro funere laudari cœptæ. S. 6.43
Quantum pro Cic. capite datum. S.6.43
Quatuor in orbe finus. S.1.13

Quincta claudia Vestans. C.3.79
Quinctilius Varus in Germania cæsus. C.3.79
Q.Fabius Gurges. C.15.178
Q.Haterius. C.6.87
Q.Ligarius. S.6.43
Q.Metellus in Ciceronem, & hic in Metellum inuectus. C.30.205
Q.Metellus Scipio in gladium incubuit, & Imp. appellatus. S.6.43
Qui ab aratto ad Magistratum vocati sint. C.6 87
Qui critica scripserint. C.9.104
morte filiorum nihil commoti S.2.25
pro patria occubuerint. S.6.43
Quis oculum eruerit regi Macedonum Philippo C.34.218
Primus parricidij pœna adfectus. C.16.& præf. 3.133
Quousque abutere. 52.S.7.& C.22

R

Redimere vitia virtutibus. S.6.43
Reditus Cic.ab exilio. C.17.145
Reges non amant parem. C.14.128
Reip causa sæpe odia omittenda. S.6
Relaxare animum. C.1.70
Religio iurisiorand. C.9.87
Religiosos filios impiè à parentib. hereditate fraudari ex Saluiano docetur. E.6.Decl.3
Relinquere post tergum. S.1.13
Res iudicata I.C.tis. C.11.116
Restim ducere prouerb. S.2.25
Reuocare quadrigas in circensib. C.3.79
Reus veneficij. E.5.Decl.1
Rhetorom de Demosthenis iuramento sententiæ. S.2.25
Rhetor primus Corax. C.19.152
RITVS, vide mores.
Riualitas Ciceroni. C.14.128
Ρ[illegible] olim infames. S.2.25
Rumæ quando migrarent. 145.C.17

S

Sacerdotes immolantes cingebantur vitta C. 3.79
Sacra Cereris. C.1.70
Saguntina fames. prouerb.C.27.188
Salaputium disertum. C.19.152
Salustius reprehensus à Pollione. S.6.43
Salonij scribæ filiæ Catonis vxor. C.21.160
Sanies & sanguis Deorum. S.1.13
Sanitas dementiæ contraria. C.12.120
Satis diu qui vixerit. S.6.43
Satis faciendi mos. S.6.43
Saxa M.Antonij socius. S.7.52
Saxum Tarpeium. C.3.79
Schema Fem.genere. 233.E.3.præf.
Schola vnde dicta. E.3.præf.233
Scholastici declamatores sani & insani. C.7. 92
Scholastici qui. S.3.32
Scipio Africanus & Asiaticos. C.17.147
Africon.legibus solutus cos.ante tempus creatur. 95.C.8
Maior & minor Africanos. S.6.43
Valetudinarius. S.7.52
eius mors & dictum in exsilio. S.7.52
eius castitas. C.14.128
Scobina. C.25.178.& Scobs
Scordalus quis & pietas. S.7.52
Scortari licitum falso credidit antiquitas. C.14 128
Scorti precib.Flamininus quendam decollari iussit. C.25.178
Scriptores fabulæ de Cyclope. S.1.13
Securi percutiebantur victimæ. C.17.& 25.145.178
Sedens in dicendo. C.1.70. incipiebat Albotius. 133.præf.3
Seleucus rex ægrotanti filio, nouercam concessit.E.6.Decl.7
Semele Mater Bacchi. S.1.13
Semibouemq. virum Ouid. 111.C.10
Semiramis Indos prima superauit.13. S.1.mares castrauit. C.33.214
Semiuiri. C.10.111
Senatus princeps vnde eligeretur. S.6.43
Senecæ præceptor Marillius. C.1.70
Senecio grandio vnde dictus. S.2.25
Senib.leuis somnus. C.20.157
Senum Vacatio. C.8.95
Sepulcri violati pœna. E.4.Decl.4
Seponere, de exsilio. C.6.87
Septimestres partus vitales. C.23.167
Serotina poma. C.21.160
Serui cruciarij. 21.160
elogio commendati. C.21.160
furciferi. C.21.160
in ergastulis. C.9.104
in domini caput non torti, nisi incestus causa. C.30.205
non submouebantur à lictore. C.30.205
pædagogi erant. C.9.104
quando non militarint Romæ. C.9.104
militaruut post cladem cannensem. C.27. 188
Vulsiniis dominas duxerunt. C.21.160
Seruile bellum. 104.C.9
Seruitus, & libertas. C.21.160
Seruius rex Rom. C.6.& C 29.87
Seruus bello captus. C.29.196
catonem accusauit. ibid. primarum partium.
Sexagenarij de ponte deiecti, & depontani munerum vacatione. C.8.95
Sextius oppugnatus à Vatinio. S.6.43
Sex Roscium Amerinum primo Cicero defendit. S.7.52
Sicyonij calcei. E.3.præf.233
Siderum in inferiora vis. S.4.35
silentium voce indictum. C.25.& 27.18.178
sili dicti qui & simi. C.12 120
siluæ in ædibus potentum. C.9.104
simius & simia in imitatione. C.26.184
Σημεῖα characteres. S.7.52
Sine missione gladiatores dare. C.29.196
Sinus orbis quatuor. S.1.13
Si quid accidisset, obtigisset, euenisset & similia.C.10.111
Siti qui dicti. S.6.43
Solennia verba. C.25.178
Solum ac firmamentum. C.15.130
Somnia Pythia. C.3.79
somniorum interpretes. C.9.104
somnos senib.leuis est. C.20.157
sophocles senex à filio dementiæ accusatus S.7.52

S.7.52
Soratos, quid Senecæ, an *Sorator*. C.19. 152
Sp. spurius prænomen. S. 2.25
Spartiatis monumentum positum. S. 2.25
Spectaculom gladiatorum. C.29.196
Spolia forib. appensa. C. 8.95
Spongiæ vsus in vulnerib. C.præf.3.133
Strenæ Kal. Ianuarius. C.34.218
Stipendia militaria Romæ. C.11.116
Stipulatio in venditione seruorum. C.21.160
Stoici astra aquis ali credunt. S.1. 13
Styfileus dea Laconum. S.5.37
Suasoriæ post controuersias scriptæ. S.2.25.& C. 12.120
Sub corona & hasta victi venibant. C. 26.184
Subhastatio. S.6.184.43
Submittere barbam. C.27.188
fasces. E.6. Decl. 8
Submouebatur meretrix à lictore. C. 25.178
Submouere seruos lictor non solet. C. 30.205
Subsannatio. S 1. 13
Sufflaminare quid. E.4.præf.241
Sullæ crudelitas. C.25.178
Suo capiti. C.Præf.5.199
Superstites inde superstitiosi. 188.C. 27
Supplices genua contingebant. C.3. & 296. 196. & 33.214
Supplicia improborum. S.7.52
Surdinus Cestij discipulus. S.7.52
Surgentes, & stantes orabant. C.1.70
Sursum flumina Prouerb. C.5.84
Symbolom fidei dextera. E.3. Decl.8
Sypbax victus à P. Cornelio. S.6.43
Syphones pro tubis. C.præf.5.199
Sympiuium & Sympuuium. C.9.104

T

Talentum Atticum. C.34.218
Tarpeio saxo rei præcipitati. C.3.79
Taygeros mons. S.2.25
Telluris pondus. C.17.145
Tenere, obtinere patriam. C.7.9.2
Terracinensis colonia. præf. 5.199
Testamentum L. porcelli. 2.2.25
Testibus pluribus opus. C.20.157
Tetracolon. cont.25. 178. & E. 9. Decl. 2. C. præf.5.199
Tetradeum quid. C. præf.5.199
Themistocles. C 8.95
ad salamina victor. S.5.37.& S.2.25
Thermopylæ. S.2.25
Theses & Hypotheses. 43.S.6.C.1.70
Thiestis tragœdiam qui scripserint. C.1.70
Tit. Gracchi & M. Liuij salinatoris inimicitiæ. S.6.43
Ti. Gracchi inimicitiæ. E.5. Decl. 2
Tillius cimber, scordalus quis, & pietas. S.7. 52
T. Labieni Historici libri exusti. C.præf.5.199
T. Liuius in Polybium ingratus. S.6.43
T. Manlius. C.9.104
imperiosus. C.15.178
Titulus & nomen in lustris. C.2.75
In littore prostabant scorta. C.2.75
Toga Rom. pallium Græcorum. C.26.184
Tollere liberos pro educere. C.26.184
Tolli ædes vetitum. E.5. Decl.5.& C.9.104
Tondebantur antiqui. C.27.188
Torpedo. C.29.96
Trapezitæ. C.24.& 25.184.172
Tres versus Ouidij à criticis notati. C.10.111
Triumphatus passiue. S.6.43
Triumuiri capitales. 140. C.16.& C.25.178. de pagunt. S.6.43
Triptolemus semitans. C.34.218
Trœzenum vrbs Græciæ. S.2.25
Trophæorom collocandorum mos. S.5.37
Tuam fidem, formula. C.4.82
Turdus, infamis. C.27.188
Turturillæ. C.27.188
Tutulus. S.6.43

V

V.C. quid significet. S.6.43
Vacatio militaris. C.8.95
Vanitas augurij. 32.S.3
Vari clades in Germania. C.3.79
Varii scriptores tragœdiæ Thyestis. C.1.70
Varro Atacinus sero didicit græcas litteras. 140 C.16
Vatinius sextium oppugnat. S.6.43
Vendere patriam. C.22.165
Vendenda mancipia accurate inspiciebantur. C.1.70
Vestes mutabant. C.2.75
Veneno sontes puniti apud Athenienses. S.1.13.
Venenum inuidiæ. C.8.95
Veni, vidi, vici, Cæsaris dictum. S.2.25
Ventidius & Saxa M. Antonij socij. S.7.52
Veritatis Oratio apud Euripidem. C.26.184
Verres accusatus epulatur. S.6.43
ab Antonio proscriptus est. S.6.43
Vestes pellucidæ matronarum. C.15.125
Vetitum tolli ædes. E.5. Declam.5. & C.9
Vexillum in hostes & aquilæ mittebantur. C.10. 111
Victi venibant sub corona. C.26.184
Victima securi percussa, C.11.116. & C.17. & 25
Vindex vindicare. C.24.172
Vinicius ad L. Plotium frequentauit. præf.2.98.
ingenium in nomerato habebat, C.13.125
Rhetor. C.20.157
Vinolentia Catonis. C.12.120
M. Antonii. S.6.43
Virginem non inqoinat locus. C.2.75
Virginia. C.5.84
Vis augurij. S.3.32
necessitas. C.27.188
Vitæ portus, mors. C.16.140
Vitia vicina virtuti. præf.3.133
Vitis gestabatur à centurionib. C.16.140
Vita cingebatur hostia, & sacerdos. C.3.79
Viua vox magis mouet. C.1.70
Vmbilicus in libris quid. S.6.43
Vnguento cani madent. C.14.128
Vnco trahi. C.25.178
Vocabula à quibusdam primo vsurpata. S.2.25
Voces aliqoot nouæ. C.1.70
Voces qui primi dixerint. S.2.25
Variæ significationis. S.3.32
Vomicus morbus. C.12.120
Vomitoria in Theatris. C.12.& C.8.120.95

Senec.

Index in Notas Schotti.

vide *Glomerari*.
Vota duo Ciceronis. S.6.43
Vox populi, vox Dei. C.1.70
Vrbes direptione vastatæ. C.13.125
Vsus spongiæ in vulneribus. C.præf.lib.3.133
Vticæ se Cato occidit. S.6.43
Vulsiuiis serui dominas duxerunt. C.21.160
Vultus bello ciuili non liber. S.6.43
Vxor, in sacra venit coniugis. C.21.160
Vxores cum viris in rogis exustæ. C.10.111
legatos non comitabantur. C.2.178
Vxori maritus nuncium rediens præmittit. E.8. Decl.1.
Vxorius quis. C.13.125

X

Xerxis exercitus innumerabilis. S.2.25

Z

Zeuxis pictor. C.34.218

FED.

FED. MORELLI
PROF. REG. SCHOLIA
AD I. LIB. SENECÆ DE BENEFICIIS.

CAP.1.

MALE' *collata*] Phocylides callidè,

Μὴ κακὸν εὖ ἔρξῃς, σπείρειν ἴσον ἔσθ' ἐνὶ πόντῳ.
Ne prodesse malis velis; in mare semina mittes.

Decoquere] apte in veterib. Philox. glossis, *χρεοκοπῶν, decoquere*, vt *χρεοκόπος*, decoctor, cui cordi sunt *χρεῶν ἀποκοπαὶ*, nouæ tabulæ.

Non opus est ad liberandum fidem facultatib. sed animo.] Ausonius in Villula.

Ex animo rem stare, æquum puto, non animum ex re.

Reddit enim beneficium qui libenter debet.] His consentanea scribit D. Io. Chrysostomus in exordio minoris homiliæ de S. Hieromartyre Babyla, pag. 721. edit. nostræ. *περὶ τ' ὑποσχέσεως τ' ἀποδόσεως τοῦ χρέους*. idemque *ἐν τῷ ἀνεκδότῳ εἰς δύο περιέχοντι λόγῳ*: paulo post procemium, vbi se auditoribus debere & libenter debitum soluere profitetur: quòd dissimilis sit pecuniæ rerúmque externarum debitio, & sermonis: luculenter his aureis verbis probat, *χρεωστῶ ὑμῖν, καὶ ἡδέως καταβάλλω τὸ χρέος· οὐ γὰρ πενίαν μοι φέρει, ἀλλὰ πλοῦτον προξενεῖ. ἐπὶ γὰρ τῶν ἔξωθεν πραγμάτων οἱ χρεωστοῦντες φεύγουσι τοὺς δανειστὰς πρὸς τὸ μὴ ἀποδοῦναι. ἐγὼ δὲ καταδιώκω πρὸς τὸ ἀποδοῦναι, καὶ μάλα εἰκότως. ἐπὶ γὰρ τῶν ἔξω πραγμάτων ἡ ἀπόδοσις πενίαν ἐργάζεται· ἐπὶ δὲ τοῦ λόγου ἡ ἀπόδοσις πλοῦτον φέρει. οἷόν τι λέγω. χρήματα χρεωστῶ τινι· ταῦτα, ἐὰν καταβάλλω ἐκείνῳ, οὐ δύναται καὶ παρ' ἐκείνῳ εἶναι καὶ παρ' ἐμοί. ἀλλ' ἀπ' ἐμοῦ μὲν ἀνεχώρησεν, ἐκείνῳ δὲ ἐκολλήθη. λόγον δὲ ἐὰν καταβάλλω, καὶ μετ' ἐμοῦ ἐστι, καὶ πάντες αὐτὸν ἔχετε. ἐὰν δὲ κατέχω τὸν λόγον, καὶ μὴ μεταδῶ, τότε πένης εἰμί. ὅταν δὲ καταβάλλω, τότε εὐπορώτερος γίνομαι. ἐὰν καταβάλλω τὸν λόγον, μετέχω μετὰ ὑμῶν τὸν καρπὸν ἀποφέρομαι.* hæc ita Latinè libuit vertere. *Vobis debeo, & libenter exsoluo debitum: neque enim inopiam affert, sed opes conciliat. Nam in externis fortunæque bonis, debitores fugiunt suos creditores, vt ne reddant: ego verò persequor, vt reddam. idque iure meritò: etenim in rebus externis, redditio penuriam efficit: In sermone autem, exhibitio opulentiam comparat. eiusmodi est quod dico. pecuniam alicui debeo: hanc si illi dissoluero, simul & apud illum & apud me manere non potest: Verum à me quidem recessit, ad illum vero peruenit: orationem autem si enunciauero, & illam habuero, & eandem omnes apud vos habueritis. quòd si sermonem continuero, nec cum aliis communicauero: tum certe inops sum: cum vero instiтеro & effudero, tum demum locupletior fio: atque vna vobiscum fructum percipio.* His vtique Chrysost. verbis illustratur Senec. erlam argutum & nobile illud M. Tullij enthymema, quod est in orat. pro Cn. Plancio, de pecuniæ debitione & gratiæ; nec non iudicium super eo adamussim factum ab Ant. Iuliano rhetore apud Agellium lib. 1. c. iv. cuius hæc lectio germana & interpunctio, in vett. membranis nostris eiusmodi est. *Crispum sane, inquit, agmen orationis, rotundumque, ac modulo ipso numerorum venustum, sed quod cum venia legendum esset verbi paulum ideò immutati, vt sententiæ fides salua esset. namque debitio gratiæ & pecuniæ collata, verbum vtrobique seruare posset.*

Quis enim contentus fuit, aut leuiter rogari aut semel;] atqui hoc non cadit in *φίλον εὐεργετικόν*; nec benefici nec boni auxiliatoris est, vt Arnobius scribit extremo lib. vii. aduersus gentes: *Bonus auxiliator* (inquit) *nunquam rogari se poscit, spontanea semper opitulatione subueniens.*

CAP. 2. *In priore versu vtrumque reprehendas*] Quod Aristoteles in primo de arte dicendi ad Theod. tradiderat de vulgo celebratis veterũ poetarum sapientiumque sententiis interdum confutandis, ipsemet cùm aliis in libris tum in Ethicis ad Nicomachũ eleganter ac modestè factitat, vt iii iii. dum hoc Senarium trimetrum explorat, & ex parte explodit. *τὸ λέγειν ὡς*

Οὐδεὶς ἑκὼν πονηρὸς, οὐδ' ἄκων μάκαρ.
ἔοικε τὸ μὲν ψευδεῖ, τὸ δ' ἀληθεῖ. μακάριος μὲν γὰρ οὐδεὶς ἄκων· ἡ δὲ πονηρία ἑκούσιον.

Hoc Poëtæ dictum, Inuitus haud felix, nec est sponte improbus: partim falsum, partim verum videtur. siquidem nemo est beatorum inuitus, & malitia spontaneum est.

Si detraxeris iudicium, desinunt esse beneficia.] Nisi elegeris dignos quib. tribuas: scitè Pub. Syrus in Mimi iamb. *Beneficium dando accepit qui digno dedit. At Deus & qui Deo proximus tacito munera dispertit arbitrio, & beneficiorum suorum indignatur per homines stare iudicium*, vt ait Ausonius in Panegyrico ad Gratianum.

Quid ille consertis manibus in se redeuntium chorus?] Georg. Pisidas Cosmurgiæ ver. 246. & seq. quatuor anni tempestates quas *ὥρας* Gratijs affines Græci nuncupant, puellis comparat manibus implexis choream ducentibus.

Καὶ ταῦτα δ' ἔχουσιν ἐξ ἀμοιβαίου δρόμου
Κόραις ὁμοίως συγχορευούσαις ἅμα,
Καὶ συμβαλούσαις τοὺς ἑαυτῶν δακτύλους,
Ὅπως χορὸν πλέξωσιν εὔρυθμον βίου.

Quod pridem ijsdem numeris sic expressimus,

Hæc vicibus alternis agunt cursu annuo,
Instar puellarum choros agitantium,
Digitosque conserentium inter se suos,

Vitæ decore vt implicent pulcrum chorum.

Itidem Isidorus Pelusiotes Epist. cxi. lib. iii. ὥσπερ χορείαν τινὰ ἀείσιν τῶν ἀρετῶν χειρονομῶν, καὶ τῇ μιᾷ τῇ χειρὶ τὸν χορὸν ἀναπαύσων. eadem similitudine vti libitum est Theod. Cyro in Amieit. exulante.

Soluta ac pellucida veste.] Solutis nimirum tunicis ac pellucidis. an verò hic cultus virgines decet? Liuius lib. iv. *Virgo* (inquit) *Vestalis de mestu causam dixit, crimine innoxia, ob suspicionem, propter vultum amœniorem ingeniumque liberius quàm virginem deceret, parum abhorrens famam ampliatam; dein de collegij sententia Pont. Max. abstinere iocis, colique sanctè potius quàm scitè iussit.* Agellius initio cap. v. l. i. ex antiquis illis membranis emendatus, sic habet: *Demosthenem tradunt vestitu ceteroque cultu corporis nitido venustoque & nimis accurato fuisse. hinc etiam* κομψὰ *illa* χλανίς, καὶ μαλακὰ χιτωνίσκοι *ab æmulis aduersarijsque probro data.*

Agellius castigatus.

Promerentium vultus hilares sunt] χαρίτων nomen ipsum & ἐτυμολογίας potissimum præ se fert *hoc hilaritatis dulce seminarium*, vt Varro cecinit. D. Paolus θεοδίδακτος, ii. ad Corinthios ix. probat illud Ecclesiastici xxxv. e. ἱλαρὸν δότην ἀγαπᾷ ὁ Θεός. & ad Rom. xii. ὁ μεταδιδοὺς, ἐν ἁπλότητι· ὁ ἐλεῶν, ἐν ἱλαρότητι. quod D. Ioa. Chrysost. exponit μεταδιδόναι μετ' δαψιλείας, καὶ ἐλεεῖν ἱλαρῶς καὶ εὐθύμως. largiri copiose, ac libenter, atque hilariter misereri.

Quia latè potentis Matrimonij sit beneficia diuidere] Eapropter Arete coniux Alcinoi apud Hom. Odys. λ. Phæacas locupletes ad Vlyssem hospitem donis cumulatè exornandum hortatur, his verbis, —— μηδὲ τὰ δῶρα

Οὕτω χρηΐζοντι κολούετε· πολλὰ γὰρ ὑμῖν
Κτήματ' ἐνὶ μεγάροισι θεῶν ἰότητι κέονται.

Detrere haud quaquam tentetis munera egenti,
Plurima namque domi sunt Diuum ope condita vobis.

CAP. IV. *Sed ne faciam quod reprehendo.*] Hoc est quod Isocrates in Busiride ait cuiuis esse in promptu & perridiculum, τὸ προχειρότατον ποιεῖν, ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν εἰρημένων μηδὲν ἐπιδεικνύντα τῶν αὐτοῦ. καί τοι πῶς οὐ καταγέλαστόν ἐστι ταῦτα παρὰ τῶν ἄλλων ἀπαιτεῖν, οἷς αὐτὸς μηδὲ κατὰ μικρὸν κεχρημένος τυγχάνεις;

CAP. VII. *Qui accipere se putauit beneficium, cum daret.*] Ideæ huius absolutæ φιλανθρωπίας exemplum insigne dedit Chio Ponticus Matridis f. qui cùm Plato eius scholam frequentabat neptem suam Speusippo Atheniensi cum dote xxx. minarum collocasset, huic mediocri doti talentum adiecit. quod cum philosophus diu renueret, ἐξαπαλλάττοντα αὐτὸν πάνυ ἀληθεῖ καὶ δικαίῳ λόγῳ; tandemque exorauit asserendo, οὐκ εἰς πλοῦτον, εἰς δὲ φιλανθρωπίαν συμβάλλεσθαι. se non ditandi amicum, sed iuuandi cupiditate id conferre. Et in clausula epistolæ ad patrem beneficium ita collatum sibi reputat in lucro vel maximo. τοῦτο τὸ κέρδος ἡμῖν δηλῶσαί σοι, ὃ μεῖζον ἡμῶν ἐν εἴδει ἐστὶ περιγενέσθαι ἐν παντὶ τῷ βίῳ δυνάσθαι. Libet hîc exclamare vt Ausonius de modesta Gratiani munificentia, *Quisquam ne tam parcus est in ostentatione beneficij?*

Quod facili, quàm quod plena manu datur.] S. Io. Chrysost. hom. 19. in ii. ad Cor. c. ix. ἀθρόᾳ τῇ χειρὶ σπείρωμεν, larga plenaque manu feramos. Vlysses Homericus Alcinoo & Phæacibus facili plenáque manu sibi dantibus, comiter grates agens ait,

Odyss. xi.

—— πολὺ κέρδιον εἴη
Πλειοτέρῃ σὺν χειρὶ φίλην ἐς πατρίδ' ἱκέσθαι.

At multo maiora feram hinc ego commoda, dextra
Si plena ornatus patrias remeauero ad oras.

Martiali *facilis* etiam sanguis dicitur, expeditè fusus,

Laudo virum facili redimit qui sanguine vitam.

Ambitioni dedit, non mihi.] Græcus Trochaicus octonarius prouerbialis à Plutarcho non semel laudatus, ambitionem eiusmodi ἀνθρώπου morbum vocat,

Οὐ φιλάνθρωπος γε εἶς, ἔχεις νόσον· χαίρεις διδούς.
Non benignus vir es, hoc morbo laboras, res dare.

Hinc cap. xiv. huiusce libri scribitur, τὸ, *morbo suo morem gessit.*

CAP. VIII. *Cui Socrates, Quidni tu, inquit, mihi magnum munus dederis.*] Ita Libanius, Rhetor Antioch. cùm Basilius Magnus Cappadocem pauperem auditorem ei commendaret, κἂν πλεῖστον τῶν ἄλλων τοῖς χρήμασιν ἀπολείπηται. scitè & congruenter huic Socratico ἀποφθέγματι rescribit, καὶ οὐ πῶς ἐκεῖνον εἰκάζειν, ὡς ἂν χρήμασι μετρῆται τὰ παρ' ἡμῶν. ἀλλ' ἀρκεῖ τῷ μὴ δυναμένῳ δοῦναι, τὸ βουληθῆναι λαβεῖν. καὶ γὰρ εἴ τινά που πενίᾳ λόγων ἐρῶντα, περὶ τὴν παιδείαν ἴδοιμι, καὶ τοὶ οἱ τούτων πεπειράμεθα διδασκάλων. ἀλλ' οὐδὲν κωλύει ταύτῃ γε εἶναι βελτίονας. μηδεὶς οὖν πένης δεῦρο ὀκνείτω βαδίζειν, εἰ ἓν ἐκεῖνο κέκτηται μόνον, τὸ ἐπίστασθαι πονεῖν. h. e. *pulchrè quoque illud conijcio, nos arti nostræ pretium non statuisse: sed ei qui dare nihil potest sufficere, si voluerit accipere. nam si quem animaduertero penuria laborantem amare studia literarum; is apud me pluris erit quàm locupletes: tametsi nō tales nobis magistri contigerint; verum nihil vetat quominus hac quidem ex parte meliores illis simus. quare nullus inops huc accedere cunctetur: si hoc vnum duntaxat sibi cōparauerit, vt sciat tolerare laborem.*

Hoc maiores nostri questi sunt.] Homerus Od. ii.

Οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους.

Lyricus Rom. concinit,

Ætas parentum peior auis tulit
Nos nequiores, daturos
Progeniem vitiosiorem.

In deterius res bum.] Ex Platone de senio mundi: vnde Maro, *—sic omnia semper In peius ruere, ac retro sublapsa referri?*

Non stant vno loco vitia.] Arist. in Eth. Nicom. ad hanc sententiam laudat Theognideum istud,

Ἐσθλοὶ μὲν γὰρ ἁπλῶς, παντοδαπῶς δὲ κακοί.

Dignum etiam impendio sang.] Idem Theogn.

Πιστὸς ἀνὴρ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ἀντερύσασθαι ἄξιος.

CAP. XII. *Ex his quæ necessaria sunt.*] Aristot. xi. τῶν μετὰ τὰ φυσ. ἀναγκαῖον τὸ μὲν βίᾳ τὸ δὲ οὗ οὐκ ἄνευ τὸ εὖ, τὸ δὲ μὴ ἐνδεχόμενον ἄλλως ἔχειν, καὶ ἁπλῶς.

CAP. XIII. *Quia Herculi æquabatur.*] Plutarchus Alexandrum M. genere paterno Heraclidam fuisse, & à Carano oriundum perhibet: quem Herculis filium, Liuius lib. xlv. primùm Macedoniæ Regem extitisse asserit: quod firmat Imp. Constantinus Porphyrog. lib. de Themat. occid. in Themate Maced. pag. 9. 10. edit. Gr. & 7. Lat. versionis nostræ, vbi mentio fit ἀξιολόγου nomismatis Alexandri Leonis capitis exuuio rictuque insigniti, quod è Petauiana Pinacotheca, æreis formis repræsentauimus pag. 59. Notarum ad Constant.

EIVSDEM

EIVSDEM AD LIBRVM II. DE BENEF. NOTÆ.

CAP. 1. C*Vius rei expeditissimam videor monstrat. viam*] quę *longum compenset iter*, Senecæ Trag. *quâ minor erratio est*. Ter. in Adel. ὁδὸς συντομωτάτη, ἀτραπὸς ἐπιτομωτάτη. Anth. Epigramm.

Proximus est neganti qui dubitauit] Seneca Trag. in Theb. A. 3.

Negare matri, qui diu dubitat, potest.

Os concurrat & suffundatur rubore] quasi verecundia expugnata, os percisum, contusum, suffusum pateat. vnde illa Tibulliana, *Flet teneras subfusa genas*. sic εὐστόχως emendante Ios. Scal. in paraphrasi Græca ita expressi. Κλαίει δ' ἤδη γ' ἐρυθροπάρῃος. Sed quidni hic apud eundem Tibullũ in paneg. ad Mess. os Scyllæ non concurrens, sed laborans, sanare conarer melle affuso ex Meleteis chartis.

Illum inter gemina nantem confinia mortis,
Nec Scyllæ sæuo conterruit impetus ore.

vt sæuum os hic respondere videatur σμερδαλέῃ κεφαλῇ apud Homerum, quis inde colliget sex capita Scyllæ totidem ceruicibus incubuisse, & senis prædis inhiasse, nisi legas,

—— *Scyllæ* seno *conterruit impetus ore?* vt vult imo cogit poëta his versib. Odyss. xii.

Ἐξ δέ τέ οἱ δειραὶ περιμήκεες· ἐν δὲ ἑκάστῃ
Σμερδαλέη κεφαλή.

Precibus empta est.] Ideò *emacem* Persius *precem* dixit, Sat. ii.

—— *non tu prece poscis emaci*
Quæ nisi seductis nequeas committere Diuis.

Horatius *sollicitam* vocat. 1. car. xxxv.

Te semper ambit sollicita prece
Ruris colonus.

Vota homines parcius facerent.] Parci Deorum cultores & infrequentes essent, in quorum numero Flaccus se collocat. Vota etiã precibus cõiungit Lat. poëta, vbi sic increpat insignem pietate Ducem,

—— *cessas in Vota precesque Tros Anchisiade?*

& apud Græcos affinia sunt vocabula εὐχῆς καὶ εὐχωλῆς. nam τὸν πόθον, vnde Romani *Votum* suum accepêre, scimus ad omnia desiderij genera pertinere.

Deos quibus honestissime supplicamus.] Cur & quomodo honestissimè supplicandum sit docet Phoenix Homericus, his verbis oracularibus,

—— στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοί,
Τῶν περ καὶ μείζων ἀρετὴ, τιμή τε βίη τε.
Καὶ μὲν τοὺς θυέεσσι καὶ εὐχωλῇς ἀγανῇσι
Λοιβῇ τε κνίσῃ τε παρατρωπῶσ' ἄνθρωποι
Λισσόμενοι, ὅτε κέν τις ὑπερβήῃ καὶ ἁμάρτῃ.

Tacitè malumus & intra nosmetipsos precari.] Idem Satyr. ii.

At bona pars procerum tacita libabit acerra:
Haud cuiuis promptum est murmurq; humilesq; susurros
Tollere de templis, & aperto viuere voto.

CAP. 2. *Molestũ verbum est, onerosum & demisso vultu dicendum rogo*] an quia necessitatem arguit, quæ apud Hor.

Senec.

Clauos trabales & cuneos manu gestat ahena?

Πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον χρῆμ' ἀνιαρὸν ἔφυ. Theognidi.

An quia ἱκετικὸν verbum ac velut tessera est Litarum Iouis filiarum? quas claudas, rugosas & oculis strabas idem Homerus effingit; vt demittere vultum cogantur, ore verecundo,

Καὶ γάρ τε Λιταί εἰσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο
Χωλαί τε ῥυσαί τε, παραβλῶπές τ' ὀφθαλμώ.

Quid si *operosum*, non *onerosum* legeres? vt τοῦ Rogo origo notaretur à ῥέζω, quod Græcè signat operor. & sacrorum verbum est Homero, à quo etiam καῤῥέζω pro blandior & demulceo vsurpatur. Sic Lyricus Rom. operosa canit se fingere carmina. huiusmodi Idyllium, quod iam pridem in vota & preces accinimus, non planè ἀπροσδιόνυσον subiungam cum bona tua venia, benigne lector, cui vereor ne φορτικὸν, molestum, onerosúmque videatur: sed forte an varietate & breuitate placebit:

Christiadet Musa, quis nunc potiora supersunt
Vota, fauete mihi communia Vota canenti.
Túque adeo decus hoc aui, luménque Senatus
DESLANDAEE pias grata cape mente Camœnas:
Sint maiora licet grauioráque munera cordi.
Si canimus Votum, sit Votum Consule dignum.
Optima Mæonio celebratur Vate Litarum
Progenies summo Ioue nata. huic Vota Precésque
Et Pietas comites, Atéque, Timorque, Pudórque.
Gratius at votum est, gemina quod fronte deorum
Et compar Iane, Theocleto diua Proseuche
Felici genuit partu, Euchelénque sororem,
Non procul Edens semper vernantibus hortis.
Vt primum in dias venerunt luminis oras,
Erectos ambo tollunt ad sidera vultus,
Sponsores hominum pacti fideique sacratæ,
Et placare Deum gaudent, veniámque rogare:
Spem quoque restituunt certam mortalibus ægris.
Omnibus hinc templis notissima vota fuere:
Et facit infelix & nuncupat illa beatus.
Supplicis insontísque Deus vota audit aperta.
Optima sæpe idem præcurrit vota silentum.
Profuit vt multis pia sanctè reddere vota,
Obfuit incautis etiam se adstringere votis.
Soluere vota quidem est hominum, signare Deorum.
Præcipuus votis locus est, vbi nulla manet spes.
Quis non vota inter miseri obliuiscitur æui?
Innumera haud starent sine voto templa, nec vlla
Tam pretiosa forent ipsis donaria templis.
Concipiunt ciues pro Regis vota salute.
Vota sequens in lustrum quinquennalia Consul
Suscipere antiquo Romanus more solebat.
Quisque itidem votum scriptum, chartaque notatum,
Et consignatum cera, figebat in ipsis
Diuorum genibus, gratam sperando salutem,
Cùm prius hausisset puro de gurgite lymphas.
Sunt priuata aliquot, sunt & solemnia vota:
Hæc si quis temnat, vindex modò Noxa sequetur.
Atrida voto perducta est classis Achiuûm
Votis neglectis ruitura ad Pergama Troia.
Ex voto Iephtha victoria contigit ingens

Hammonem aduersus ridentem vota piorum.
Est voti compos qui vicit: victus at impos.
Votum infœcundos præstanti prole parentes
Efficit: haud verò iuuat hîc memorare prophana.
Isaacum obtinuit postquam vouisset Abramus.
Sampsonem validum tribuerunt vota Manoe.
Ob votum, Samuel sterili conceditur Annæ.
Anna Ioakimi pepcritque vouendo Mariam.
Zakariæ natus Ioannes post sacra vota.
Votiui nati gratissima pignora Diuis.
Rebus in aduersis cessare in vota cauendum.
Obsidione graui pia liberat oppida votum.
Vrbs Constantini hoc & Martia Roma fatetur,
Innumeraque alia fama super æthera nota.
Accidit ex voto quicquid, suauissima res est.
Et votiua auro splendebat syllaba Delphis.
Vix quisquam satur est voti, nec opum nec honorum.
Votis optanda est mens sana in corpore sano.
Hæc rata vota magis, quæ sunt moderata, putantur.
Aequanimos inter voto bene viuitur vno.
Nos vtinam votis tandem damnemur amicis,
Ferrea gens cesset: surgat mox aurea Mundo.

In ægris opportunitas cibi salutaris est] vt laboranti βουλιμίᾳ væsana fame, quæ per niues gradientes corripit, panis frustum succurrit: vt docet Plutarchus lib. 6. συμποσ. c. 8.

Nihil confestim] atqui sedulitas virtus præcipua est regiæ potentiæ ministrorum, quos ideò Homerus ὀτρηρὺς θεράποντας vocitat. Seneca Trag. *Malus minister regij imperij timor.* vbi *timor*, ὄκνος, hoc est, cunctatio, meo quidem iudicio, indigetatur.

Bonarum etiam rerum solicita exspectatio] Non abludit à Publiano mimo: *Bonarum rerum consuetudo pessima.* Phauorinus aduersus genethliacos & ariolos apud Gellium, c. 1. l. XIII. *Si felicia promittunt*, eáque *euentura sunt*, tum *plane duo erunt incommoda, & exspectatio te spei suspensum fatigabit, & futurum gaudij fructum spes tibi iam defloraverit.* in membranis nostris scribitur, *præfloraverit.*

Omnis benignitas properat] Phocylides Πτωχῷ εὐθὺ δίδου, μηδ᾽ αὔριον ἐλθέμεν εἴπῃς. *Dans inopi propera; haud in tēpora crastina differ.* eodem tendit illud ingeniosi vatis, *Qui non est hodie, cras minus aptus erit.*

CAP. 10. *Non benefacere delectat, sed videri benefecisse*] Amphiaraus aliter sentit, quo Sophocles in Septem thebana ait,

οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος ἀλλ᾽ εἶναι θέλει,

Hoc aureum dictum Martialis l. VIII. ad Meliorem, sic effert γνωμικῶς,

Refert sis bonus, an velis videri.

Debitorem quæris] Idem Epigrammatographus ad eundem,

Qui præstat pietate pertinaci
Sensuro bona liberalitatis,
Captat forsitan, aut vicem reposcit.

D. Ambrosius Ser. VII. in B. Lucam, *Hospitalem esse remuneraturis effectus auaritiæ est.*

CAP. 13. *O superbia magnæ fortunæ!*] Arist. IV. Ethic. ad Nic. Theophr. in Charact. ἀλαζονείας.

O stultiss. malum!] Idem asserunt, Philo Hebr. lib. περὶ τῶν μετονομαζομένων. pag. 30. Lat. versionis nostræ. Et in παραδόξῳ, ὅτι πᾶς σπουδαῖος ἐλεύθερος. p. 599. edit. Turnebi. Plutarchus in commentario super inscriptione Delph. ει. & I. συμποσ. prob. I. Basilius Serm. περὶ ταπεινοφροσύνης. & orat. I. adu. Eunomium. ἔοικεν ὁ τῦφος πάντων εἶναι τῶν ἐν ἀνθρώποις παθῶν χαλεπώτατον. D. Io. Chrysost. in hæc Proph. verba: πολὺ μάταιον περιάπτεται πᾶς ἄνθρωπος ζῶν. Isidorus Pelus. ep. 179. l. 3. ep. Georgius Pisidas in Poemate Iambico εἰς τὸν μάταιον βίον. quod subiunximus κωμῳδίᾳ ἐξαμέτρῳ eiusdem, ex editione & versione nostra. Arnobius lib. II. adu. gentes: *Oportet*, inquit, *viros recti atque integritatis autores typhum & arrogantiam frangere, quorum malis cuncti extollimur, & inanium distendimur vanitate.*

Vt à te nihil accipere iuuat.] Mirum ni autor ἐκ ἄλλων notationem Græcæ dictionis ἀλαζονείας & ἀλαζόνος subindicet, ab α στερητικοῦ, & λάζειν, quod arceat ab accipiendo.

Te omnia nimia delectant] adeò vt humanæ naturæ limites transilire velit Philo. φρονήματος ὑπόπλεως ἀλόγου φυσώμενος πᾶς ἀλαζών, ὅτε αὐτὸς ὅτι ἡμίθεος μᾶλλον ἢ δαίμονα, κατὰ τὸν Πίνδαρον, ὑπολαμβάνει ἑαυτὸν, ὑπὲρ τοὺς ὅρους τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως βαίνειν ἀξιῶν.

Quòque altiùs te subleuasti, hoc depressior es] Vetus poeta Rom. superbum puteo similem esse contendebat, *Qui quanto altior est hoc mage despicitur.* Palladas l. II. Anth. Epigr. T. XLII. ad Themistium philos. qui præfecturam Constantinop. adeptus, sub Valentiniano & Valente, hac non tam auctus & honestatus incedebat, quàm sufflatus,

Ἤδη πολλὰ κρείσσων, νῦν δ᾽ ἐγένου πολὺ χείρων.
Δεῦρ᾽ ἀνάβηθι κάτω· νῦν γὰρ ἄνω κατέβης.

Quid tantopere te supinet] hanc superbi conformationem, idem Philo tam animi quàm corporis ἐπιληψίαν esse sic vero vincit. ἔστιν ἀλαζὼν κραδαίνεται ὁ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα ἐπίληπτον κατά τε τὰς χέσεις καὶ κινήσεις ἁπάσας. ὑπερβαίνει γὰρ καὶ τὸν αὐχένα μετέωρον ἐξαίρει φρυαττόμενος· πλέον τῆς φύσεως ἐπήρται, καὶ παφύσηται, καὶ ἐξῶν παραβάλλεται πλαγίαις ὄψεσιν, καὶ ἀκούων παρακύει. nonne ita sui fiducia verticem attollenti, supraque sortem animum gerenti, ac supercilium efferenti, dicendum cum eodem Pallada παῦσαι τῆς μεγαλοφροσύνης. & quod Antigone Oedipo patri occinit apud Senecam Trag.

——pone vesanos precor
Animi tumores, teque pietati refer.

Adi Basilij M. ἀσκητικῶν ὅρων κατ᾽ ἐπιτομὴν art. XLV. πῶς γνωρίζεται ὁ ὑπερήφανος ἢ πῶς θεραπεύεται.

CAP. 14. *Sunt quædam nocitura impetrantib.*] Iuuenalis Sat. 10.

——nocitura togâ, nocitura petuntur
Militia, &c.

audi Oraculum Euangelicum Zebedei liberis ἀσαιτοῦσιν τι ζητοῦσι redditum, Οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε. Matth. XX. Mar. X. adisis Ioan. Chrysost. Theophylactum, & Basilium ibid. art. 86. & 87.

Æstimabimus itaque vtilitatem pot.] Iupiter apud Lucianum, Οἶδα ἐγὼ τὸ συμφέρον. proinde idem Satyrographus catè monet,

Permittes ipsis expendere Numinibus quid
Conueniat nobis, rebusque sit vtile nostris.
Nam pro iucundis aptissima quæque dabunt DI.
Charior est illis homo quàm sibi.

Vt frigidam ægris negamus] M. Tullius I. Catil. *Sæpe homines ægri morbo graui, cum æstu febrique iactantur, si aquam gelidam biberint, primo releuari videntur; deinde multo grauius vehementiusque afflictantur.* Eadē mente vinum ægroto negādum, ne phreneticus fiat, vt B. Cyrillus Hierosolymit. medico monito tradit in κατηχήσεσι. εἰ νοσοῦντι τις τὸν οἶνον ζητοῦντι, ἀλλ᾽ ἐὰν ἀκαίρως δοθῇ, φρενῖτιν ἐργάζεται. καὶ δύο κακὰ γίνεται, καὶ ὁ νοσῶν ἀπόλλυται, καὶ ὁ ἰατρὸς διαβάλλεται. *Ægrotantes* (inquit) *vinum poscunt, sed si quis intempestiue*

agro

ægro dederit, delirio cum febri acuta laborare faciet: vnde duo exorientur mala; vt & ægrotus pereat, & temere accusetur medicus.

Sibi iratis ferrum] vt Porcius Catoni Vticensi patri sibi manus afferre cogitanti ensem capiti appensum subduxit dum cœnaret. Plutarch. κρεμάμενον τὸ ξίφος ὑφῄρητο ὁ παῖς δειπνοῦντος τοῦ πατρός.

Sana bonitas est] D. Cyprianus, de singular. cler. *Artificialia sunt semper Diaboli beneficia, quibus ingeniū suæ calliditatis exercens sanctimoniæ deditos commoditatib. imuat, vt perdat.* D. Hilarius contra Coostātium Aug. hoc vocat, *blandiri sine bonitate.* & (quod mox blandum & affabile odium dicitur;) *Odisse sine suspicione.* Vide Lactant. l. vi. de vero cultu. c. 4. & Gregor. Naz. εἰς τὸ ἅγιον βάπτ. Georg. Pisidas eiusmodi epitheta σοφιστῇ τῆς κακίας Satanæ tribuit in Cosmurgia, pag. 29. & 30. edit. nostræ.

> Ο συγκεραννὺς ἡδονῇ τὴν πικρίαν,
> Μελικράτῳ φθείρας με δηλητηρίῳ,
> Σύμβουλος ἐχθρὸς, καὶ κατήγορος φίλος,
> Σφαγεὺς προστάτης, καὶ φονεὺς συνεργάτης.
> *Miscet amarorem voluptati asperum,*
> *Mulso venenoso parans mihi necem:*
> *Patronus infensus, benignus proditor:*
> *Iugulum petens blande, enecans quos adiuuat.*

Ne in societatem turpis facti aut consilij veniam] Papinianus l. LIII. D. pro socio. *Delictorum turpis atque fœda communio est.*

Ambitionis calor abducit à tutis] Iocasta apud Euripidem in Phœnissis proponit Eteocli quantum incendium hæc furia excitet.

> Τί τῆς κακίστης δαιμόνων ἐφίεσαι
> Φιλοτιμίας, παῖ; μὴ σύ γ'· ἄδικος ἡ θεός,
> Πολλοὺς δ' ἐς οἴκους καὶ πόλεις εὐδαίμονας
> Εἰσῆλθε, κἀξῆλθ' ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν χρωμένων.

quæ sic iuuat conuertere,

> *Cur hunc furentem pessimúmque Dæmonem,*
> *Nate, Ambitum appetis? hic iniqui fomes est.*
> *Multas domos vrbesque felicissimas*
> *Ingressus, egressusque ad vtentûm luem est.*

Ille amando me occidit.] Vt Argiuus ille apud Flaccum ep. vlt. —— *Pol me occidistis, amici.* Et parœmiacum est Gr. εὔνους σφάκτης, Cæsor beneuolus. Tertull. de bapt. c. v. *perditor liberat.* Idem Horat. ad Aug.

> *Nil moror officium quod me grauat.*

Et hostium vota] vt non minus amicorum, quàm hostium dicātur & sint ἄδωρα δῶρα. Et catè cautus ille Phryx ait,

> —— *timeo Danaos & dona ferentes.*

vota vero hostium esse κακόχαρτα Nestor Homericus firmat hoc Epiphonemate,

> Η κεν γηθήσαι Πρίαμος Πριάμοιό τε παῖδες,
> Ἄλλοι τε Τρῶες μέγα κεν κεχαρoίατο θυμῷ,
> Εἰ σφῶϊν τάδε πάντα πυθοίατο μαρναμένοιιν.

Vrbem cuidā Alex. donabat vesanus] Phocioni certè, Plutarcho authore, voius è quatuor Asiæ vrbibus Cio, Gergita, Mylasso, Eleis, optionem dedit per Craterum, eo consilio in Macedoniam missum, sed incassum: siquidem Phocion, huius muneris, vt antea C. talentorum, inuidiam constanter refugit, ac repudiauit. Arrogantiam vero & vesaniam Alexandri M. Philo Hebræus ex hac historia colligit, ἐκεῖνον, φασὶν, ἡνίκα Εὐρώπης καὶ Ἀσίας ἔδοξεν ἀνάψασθαι τὸ κράτος ἐν ἐπικαίρῳ χωρίῳ στάντα, καὶ πάντα περιαθρήσαντα εἰπεῖν, ὅτι καὶ τὰ τῇδε καὶ τὰ τῇδε ἐμά. μειρακιώδους καὶ νηπίας, καὶ ἰδιώτιδος τῷ ὄντι ψυχῆς οὐ βασιλικῆς ἐπιδειξάμενος κουφότητα. *Ferunt Alexandrum,* inquit, *cùm Europæ atque Asiæ imperium se adeptum putaret, in commodo opportunoque loco constitisse, & omnia circumquaque intuitum dixisse, Et quæ hîc sunt & quæ illic, mea sunt. quo dicto puerilis, iuuenilis ac plebeiæ re vera animæ non regiæ argumentum dedit.* Quo spectat Senecæ censora quæ mox seqoitur,

Animosa vox videtur, & regia, cùm sit stultißima. ob vanum & inanitate inanius αὔχημα, ac tumidissimam iactaotiam.

Refert quid, cui, quando, quare, vbi, &c.] De his circunstantijs rerum, personarum, temporis, loci, sine quibus, ὁ τῆς πράξεως λόγος, facti ratio non constat, Aristoteles IV. Ethic. Nic. disserit, cap. de liberal. & magnific. ἡ ἕξις, φησὶ, ταῖς ἐνεργείαις ὁρίζεται· καὶ ὧν ἐστὶν, καὶ ὡς δεῖ.

Vt congiaria tua vrbes sint] hoc etiam in Cyrum iuniorem cadit, inter cuius ἀποφθέγματα seu ἐπαγγέλματα istud memoratur à Plutarcho, ἐπαγγέλλεσθαι τοῖς χωρία κεκτημένοις κώμας· τοῖς δὲ κώμας ἔχουσι, πόλεων κυρίους ποιήσειν. pollicitum fuisse ijs qui prædia possiderent, vicos, & habentes vicos, vrbium dominos effecturum.

CAP. XVII. *Nihil tam exiguum est.*] modo non ex ijs sit quæ idem Aristoteles ibidem scribit ἔχειν μεγαλοπρέπειαν παιδικοῦ δώρου, vt sphæra aut lecythua pulcherrima, ὧν τιμὴ μικρὸν καὶ ἀνελεύθερον.

De pilæ lusu] quàm præstet alijs consule aureolum Galeni lib. περὶ μικρᾶς σφαίρας.

Non ideò seruator es.] Cicero in Verr. Act. IV. vocabulum Græc. σωτῆρα ostendit esse ἐμφατικώτερον qoàm seruatoris, & ita magoum, vt Latino "
voo verbo exprimi oon possit. Is est nimirum "
ΣΩΤΗΡ qui salutem dedit. "

CAP. XXIX. *Quanto satius est ad contemplationem tot tantorumque beneficiorum reuerti, & agere gratias*] Quàm scitè idem εὐχαριστικὸν à Philone Hebræo expressum fuit, in lib. de Abeli & Caini sacrif. πρὸς οὖν εὐχαριστίαν καὶ τιμὴν τοῦ παντοκράτορος εὔζωνοι καὶ εὐτρεπεῖς γενώμεθα, μέλλησιν παραιτούμενοι; *ad agendas gratias honorémque tribuendum præpotenti alacres, expediti, & impigri simus, omni cunctatione remota.* adiüs eiusdē κοσμοποιΐαν. Xenophont. II. de dict. & fact. Soc. & Basilij M. Orat. X. εἰς ἑξαήμερον. Autor ins. l. VI. c. XXIII.

AD LIB. III. DE BENEF. SPICILEGIVM.

CAP. V. *ET sublimiū cursum.*] De hac Astronomiæ parte Cleomedes autor Græcus opus elegans & eruditū scripsit, & inscripsit περὶ κυκλικῆς θεωρίας μετεώρων, *de circulari sublimiū consideratione.* quam ἐπιχαρίως probat Io. Diaconus Pediasimus princeps inter Græcos æui sui Mathematicos, in accuratis ἐξηγήσεσι μετρικαῖς adhuc ἀνεκδότοις in illud Cleomedis scriptum: sumpto hinc exordio, vt in Cod. meo M S. cum Regiis membranis collato habetur; Κυκλικῆς μὲν εἴρηται, διότι εἰσὶ καὶ μετέωρα μὴ ἐν κύκλῳ τὴν θεωρίαν ἔχοντα, ὡς τὰ περὶ βροντῶν καὶ ἀστραπῶν καὶ χαλάζης καὶ τῶν τοιούτων· ἐκεῖνα γὰρ μετέωρα μὲν, οὐ κυκλικὰ δέ. ἐπεὶ δὲ καὶ κυκλικὰ πάλιν εἰσὶ τινὰ, ὃ μετέωρα δὲ, ὡς τὰ

γεωμετρικὰ κυκλικὰ θεωρήματα, ταῦτα δὲ καὶ τὰ μετέωρα. quæ cùm nec Græcè nec Latine hactenus edita sint, & huic *sublimium cursui* Senecæ facem præferant, κατὰ πόδα vertere non grauabor, Pediasimum ἀνέκδοτον propediem Dei ope editurus. *Liber circularis theoria sublimium inscriptus est, quia sunt etiam Sublimia quædam, quorum consideratio non versatur in circulis; vt quæ ad tonitrua, fulgetra, grandinem atque id genus alia spectant. illa quippe sublimia quidem sunt: circularia non item. quoniam verò circularia rursus nonnulla sunt, quæ minime sublimia sunt; vt Geometria circularia theoremata: idcirco Cleomedes librum in quo circularia & sublimia tradit, De circulari contemplatione sublimium inscripsit.* ex his vel cæco patet quid per *sublimium cursum* innuat Seneca.

Et si qua alia propter subtilitatem lubrica sunt.] De mathematicarum artium subtilitate Tullius primo de orat. *Quis*, inquit, *ignorat, ij qui Mathematici vocantur, quanta in obscuritate rerum, & quam recondita in arte, & multiplici subtilique versentur?*

Cap. xviii. *Nulli præclusa virtus est*] Theognis tamen paucis patere canit,

> Ἡ δ' ἀρετὴ ὀλίγοις αἰεὶ ἕπεται Κύρν' ἄνδρεσσι.

de ijs nimirum,

> —— *quos ardens euexit ad æthera virtus.*

Sed liberum est cuiuis statuere, quod Messenio Plautino, *bonum esse certum est potius quàm malum.*

Si certam virtutem fortuna mutaret] Idem Theognis virtuti τὸ ἔμπεδον, quod certum & stabile est, tribuit. ideò Plauto *præmium est optimum, & omnibus rebus anteit.*

Cap. xxviii. *Nemo altero nobilior*] *Iure enim naturali omnes homines ab initio liberi nascebãtur.* Instit. de iure nat. gent. & c. §. 2. Philo Heb. περὶ εὐχῆς καὶ ἐν τῷ ὅτι πᾶς σπουδαῖος ἐλεύθερος, de Essæis loquens, apud quos nullus erat seruus, ait, δοῦλος παρ' αὐτοῖς οὐδὲ εἷς ἐστιν, ἀλλ' ἐλεύθεροι πάντες, ἀνθυπουργοῦντες ἀλλήλοις· καταγινώσκουσί τε τῶν δεσποτῶν, οὐ μόνον ὡς ἀδίκων, ἰσότητα λυμαινομένων. ἀλλὰ καὶ ὡς ἀσεβῶν θεσμὸν φύσεως ἀναιρούντων, ἣ πάντας ὁμοίως γεννήσασα καὶ θρέψαμένη μητρὸς δίκην, ὡς ἀδελφοὺς γνησίους, οὐ λεγομένους, ἀλλ' ὄντως ὄντας ἀπειργάσατο. Idem περὶ βίου θεωρητικοῦ asserit τῶν θεραπόντων κτῆσιν εἶναι παρὰ φύσιν· ἡ μὲν γὰρ ἐλευθέρους ἅπαντας γεγέννηκεν. Gregorius Naz. in Tetrast. xxxiv.

> Τίς δεσπότης, τίς δοῦλος; ὢ φαύλη τομή.
> Εἷς πᾶσι πλάστης, εἷς νόμος, κρίσις μία.
> Ὑπηρετοῦμεν ὡς δὲ συνδούλοις θελεῖ.
> *Quis est herus? quis seruus? ah mala sectio!*
> *Est vnus omnibus conditor: lex vnáque*
> *Iudicium & vnum: famuli & vnius sumus.*

adi etiam Nicetam magni doctoris dignum interpretem.

Cap. 32. *Aut bellicis rebus, & patri q.*] vt Themistocles pugna Salaminia patri Neocli, à quo iuuenis abdicatus fuerat, ingentem circumfudit famam & lætitiam, vt Neocles ipse fatetur apud Libanium Decl. xx. τί γὰρ ἂν ἥδιον γένοιτο πατρὶ τῷ τηλικοῦτον μὲν αὐτοῦ διδάσκαλον τὸν υἱὸν, ὑπὲρ ὧν δὲ πάντῃ τῆς οἰκουμένης τυγχάνειν. *Quid patri iucundius esse queat, quàm si tantum virtute præpolleat eius filius, & laudes in omnibus orbis terrarum partibus obtineat. Verùm hæc ipsa quibus oblector magno mihi ad hoc studium propositumque meum, (nempe Themistoclem reciperandi) sunt obstaculo.* Vt obiter σφάλμα typographicum in versione nostra emendem, pag. 512. e.

Cap. 34. *Sed patri beneficium est quicquid facis*] sic Vlysses Ouidianus in iudicio armorum, beneficia quæ Achilles Græcis contulerat, sibi asserit, quòd astu, ope, industria sua Achille potiti fuissent, —— *fortem ad fortia misi,*

> *Ergo opera illius mea sunt.*

Quod institutis liberalib. profeci.] Idem Neocles Libanij ταῦτα ἄλλα τε καὶ περὶ διδασκάλους ὤφελον, εἰδὼς ὅτι μέγα ταῖς ψυχαῖς ὁ παίδευσις ἀγαθόν. *Præter alia, etiam ad præceptores misi; cùm probe nossem magnum animis commodum adferre rectam institutionẽ.* Hora. 4. Car. 4.

> *Doctrina sed vim promouet insitam,*
> *Rectique cultus pectora roborant:*

Cap. 36. *Honesta contentio*] Hesiodium ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσιν vnde illud, *stimulos dedit æmula virtus.*

Cum vincendo spe] spes victoriæ non tantum κινητικὴ est & γενναία, sed & παντελής. quippe, *vincit iter durum pietas*, hac spe erecta. & *amat victoria curam.*

Sumite modò animum.] Homerica προτροπὴ ad virtutem, Ἀνέρες ἐστὲ φίλοι, &c,

> Τλῆτε φίλοι καὶ μείνατ' ἐπὶ χρόνον.
> *Ferte viri & magnos animi tolerate labores.*

Il. β. Tullio interprete. Idẽ Libani. loco laudato, μέγα φρονοῦσιν οἱ πατέρες ἐπὶ τοῖς υἱοῖς. *maiores spiritus gerunt parentes ob filios.*

Deficere nolite] D. Paulus II. Thess. III. μὴ ἐκκακήσητε καλοποιοῦντες. *deficere nolite benefacientes.* Syrus interpres, *ne graue sit vobis agere quod bonum est.*

Ca. 37. *Cum ad tẽpus relegatus esset à patre*] relegãda in perpetuum à doctis hæc lectio, & admittenda est germana quam I. Lipsius è Cod. suo erutam proposuit (ante id tempus) atenim L. Manlius Titum filium, qui postea Torquatus est appellatus, ab hominibus tantùm relegauerat, eruri habitare iusserat. vt M. Tullius III. de off. tradit. alioqui tralatitium est Relegatos ciuitatem & patriam potestatem & testamenti factionem & bona & omnia iura sua retinuisse; vt, interdum non in perpetuum, sed ad tempus relegatos fuisse. ex Vlp. l. 7. D de interd. & releg.

Ob adolescentiam brutam ac hebetem] Hoc ἦθος ἄγριον, ἀπαίδευτον, νωθὲς, σκαιὸν καὶ ἀπαίδευτον Græci dicunt, cui vitio opponitur τὸ ἀγχίνουν, τὸ χάριεν, τὸ ἐπιδέξιον, τὸ εὐμαθές. Neocles Themistoclem filium, in quo indoles egregia, sed peruicax, procax, anceps erat; δυστύχημα δ' αὖ ἀπονοίᾳ, μέγα τὸ παιδὶ ἐν ἐκείνῳ φαινόμενον, seuerius abdicauit, quam potestatem τῆς ἀποκηρύξεως Attica lex dabat, fauens patribus offensis & infensis, ὁ τῆς ἀποκηρύξεως νόμος βοηθῶν τοῖς πατράσιν ἀδικουμένοις, Libanius in Neocle, & φιλαδέλφῳ ἀποκηρυττομένῳ.

AD IV. LIB. SENECAE DE BENEFICIIS.

Cap. iv. *NVNC orantib. data*] Sarapidis medicina. In Sarapio aureis literis fuit inscriptum ΕΥΧΟΥ ΘΕΩ. Homerus I. Iliad.

> Ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ.
> *Vt quis paret Dijs, sic exauditur ab illis.*

Vt non tantum Deorum munificentiam senserit?] Ob hanc μεγαλοφροσύνην Dij Hom. appellantur δωτῆρες ἐάων, *largitores bonorum propriorum*, vnde Clemens Alexand.

Alexand. Car. Iamb. Ἀναξ δεσποτῶν μέγιστε, τῶν καλῶν δοτὴρ ἐσθλῶν χορηγέ. *O Rex bonorum munerum mortalibus Dator benigne.* Ausonius de veri Dei beneficentia ἀφθόνῳ. in Ephem.

Nil ex inuidia retinens, plenusque datorum.

Philo de Plant. Ἀξιομνημονεύει statuit Dei opus proprium esse εὐεργετεῖν, beneficia dare: hominis autem, εὐχαριστεῖν. beneficiorum diuinorum memorem & gratum esse. Iccirco oraculum Euangelicum principes gentium, ὡς μεγαλοφρονοῦντας, altum nimiumque sapientes arguit, quòd εὐεργετῶν ac Beneficorum nomen temerè vsurparent. vt illi Ptolemæi Euergetæ cognominati. οἱ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν κυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ ἐξουσιάζοντες αὐτῶν εὐεργέται καλοῦνται. Lucæ XXII. vbi Castalionis argutias Hebr. non moror, quas Syrus interpres explodit. In ijsdem oraculis inter *beneficia cœlestia*, vt hic ritè vocantur, Solis ortus & aqua pluuia numerantur. ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. Matth. v.

Neminem esse ad quem non aliquid ex illo benignißimo fonte manauerit.]-- *à quo ceu fonte perenni Cunctorum ætherijs ora rigantur aquis* Cur enim hîc piè παρῳδεῖν non liceat? ex oraculari Apocalypsi, c. XI. ἐγὼ τῷ διψῶντι δώσω ἐκ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος τῆς ζωῆς δωρεάν. Hinc illa B. Augustini εὐχαριστικὰ, l. x. conf. c. x. *Inhiabamus ore cordis in superna fluenta fontis tui, fontis vitæ, qui est apud te, vt inde pro captu nostro aspersi, quoquo modo rem totam cogitaremus.* Philo περὶ τῶν δέκα λόγων. de eodem fonte; Θεὸς ὢν τὸ πρῶτον ἀγαθὸν καὶ τελειότατον, ἀφ' οὗ πρώτου πηγῆς ἄρδεται τῷ κόσμῳ καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ τὰ ἐπὶ μέρους ἀγαθά. *Deus primum bonum est & absolutißimum; à quo fontis instar ad mundum eiusque incolas bona viritim tributa manant.* Gregorius M. epist. ad Leandrum: *Diuinus sermo quasi quidam est fluuius planus & altus, in quo & agnus ambulet, & elephas natet.* Theodoritus Cypri episc. lib. de Gr. affect. curatione. cap. v. τῶν θείων λογίων ἡ χάρις πᾶσι τοῖς ἐμφορεῖσθαι βουλομένοις προχέει τὰ νάματα. *diuinorum oraculorum gratia, omnibus sitim explere cupientibus riuos profundit.*

Inæquali dispensata mensura] huc pertinet τὸ *aliquid*, in præcedenti periodo, & τὸ *pro captu*, in mox laudato August. loco. Et τὰ ἐπὶ μέρους ἀγαθὰ Philonis, qui in alio lib. περὶ τοῦ μετονομαζομένων, inæqualis huius mensuræ rationem reddit, οὐδὲ γὰρ ἃ δοῦναι θεῷ, ταῦτα καὶ ἀνθρώπῳ λαβεῖν δυνατόν. Et primo de Monarchia, οὐχ ὅσα θεῷ δοῦναι ῥᾴδιον, καὶ ἀνθρώπῳ λαβεῖν δυνατόν. *Atenim quæ Deus largiri facilè potest, ea vtique homini accipere fas non est.* itémque Clemens Alex. I. στρωματέων. ὁ κύριος μεταδιδόναι τῶν θείων μυστηρίων καὶ τοῦ φωτὸς τοῦ ἁγίου, τοῖς χωρεῖν δυναμένοις συγκεχώρηκε. *Numen communicari arcana diuinaque munera, & sacram lucem dispensari ijs qui capere valerent concessit.* itidem Theophylactus in XII. cap. τοῦ κατὰ Λουκᾶν Euang. ὁ Θεὸς οὐχ ἅπασαν τὴν τῶν ἀγαθῶν χύσιν ἡμῖν ἐπιχορηγεῖ, ἀλλ' ἀναστέλλει ταύτην. *Deus non omnem bonorum profusionem nobis suppeditat, sed eam reprimit ac restringit.* Dio Chrysostomus or. XVIII. de Homero loquens ait, τοσοῦτον ἀφ' αὑτοῦ διδοὺς, ὅσον ἕκαστος δύναται λαβεῖν. *eatenus dispensat & impertitur sua, quatenus sumere quisque potest.* Idem de Poesi Dauidica eiusque autore Georg. Pisidas canit, non procul ab initio Carm. de opificio mundi;

Ὦ πλουσίων ἄβυσσος ἐννοημάτων,
Βοῶσα τοῖς θέλουσιν ἀντλῆσαι λόγοις
Ὅσοις λαβεῖν χωροῦσιν, οὐχ ὅσοις ἔχεις.

Hoc est, vt iampridem editam versionem meam elucidem,

O diuitum mira altitudo sensuum,
Haurite cupidis prædicans oracula
Quantum valent vt hauriant, non quantum habes.

CAP. V. *Vnde ergo ista quæ possides?*] Idem à Corinthiis sciscitatur B. Paulus. τί ἔχεις ὃ οὐκ ἔλαβες; εἰ δὲ καὶ ἔλαβες, τί καυχᾶσαι ὡς μὴ λαβών. *Quid habes, quod non acceperis? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* Adi & audi lyram Dauidicam, quæ hymnis mellifluis, CIII. & IV. incredibilem benignitatem Dei erga humanum genus celebrat, & admirabilem vniuersi pulchritudinem, & amplitudinem suauissimè concinit. cui accinit Aur. Prudentius hymno. III.

Quod generosa potest anima
Lucis, & ætheris indigena,
Soluere dignius obsequium;
Quàm data munera si recinat
Artificem modulata suum.
Ipse homini, quia cuncta dedit
Quæ capimus dominante manu:
Quæ polus aut humus aut pelagus,
Aere, gurgite, rure creant,
Hæc mihi subdidit, & sibi me.

Oculos, aures, animum mulcentia;] Marius Victor, I. ἀληθείας.

——Spectator adest, quem tantæ gloria molis
Impleat, atque oculis auidum per singula ducat.

Quid medicatorum torrentium venæ?] Idem inf. c. XXV. *Venas fontium arentes redintegrant.* Et Tertullianus lib. de Patientia, cap. v. *Impatientia defundens de suo fonte varias criminum venas.* Et Georg. Pisid. ver. 42. Cosmurgiæ,

Φλέβες δὲ πολλαὶ τῶν ἀδήλων ναμάτων.
Sunt plurima venæ abditorum fontium.

De medicatis, calentibus & mirificis aquis Ouid. XV. Metamorph. quæ vt Græcis & φιλέλλησι faueré Græco carmine expressi & edidi. & Paulus Silentiarius Anacreonticis versibus, in Pithiis thermis, εἰς τὰ ἐν Πυθίοις θερμά, quod Carmen iampridem, ijsdem numeris Latinis reddidimus & δημοσίῳ luce donauimus. videsis etiam Matis s. aquarum Encomium Græcè à Gregorio Cyprio elegantissimè scriptum, & Lat. à me conuersum, quo hæc κοσμουργικὰ Senecæ illustrantur.

CAP. VI. *Tot metalla defodit.*] Moses Genes. v. de Thubal Caino, principe mallaatorum & fabrorum ærariorum, ἦν σφυροκόπος, χαλκεὺς χαλκοῦ καὶ σιδήρου. Tertullianus de hab. mul. ca. v. *Aurum & argentum principalis materia cultus sæcularis adsint necesse est: sed & ferri & æris, & aliarum vilissimarum materiarum par conditio, & terreni generis & metallici operis.* has latentes diuitias, & opes, *irritamenta malorum* cum gemmis & lapillis traduxit vetus vates Gr. Naumachius, his versibus,

Χρυσός τοι κόνις ἐστὶ καὶ ἄργυρος, οὐδὲ ... αὖ τι
Λᾶας ἐπὶ ψαμάθοις πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.

Si domus tibi donetur.] aliqua ex parte respondens Menelai regiæ ab Homero descriptæ Odys. IV. & Alcinoi. VII. ὥστε γὰρ ἠελίου αἴγλη πέλεν ἠὲ σελήνης Δῶμα καθ' ὑψερεφές. itemque Darij θαυμαστῷ βασιλείῳ οἴκῳ καὶ περιβόλῳ χρυσῷ ἠλέκτρῳ καὶ ἐλέφαντι ἀστράπτοντι. apud Aristotelem περὶ κόσμου. Nec absimilis domui quam Lucianus περὶ οἴκου depingit μεγέθει μέγιστον, καὶ κάλλει κάλλιστον, καὶ φωτὶ φαιδρότατον καὶ χρυσῷ στιλπνότατον καὶ γραφαῖς ἀνθηρότατον. Eiusmodi quoq; domus ecfrasin accuratissimam Georg. Pisidas in eadem

ἐξαμέτρῳ eadem quâ hic Seneca mente proponit, à ver.1243.

> Εἰ γάρ τις οἶκον ἠγλαϊσμένον βλέπων
> Μορφαῖς ἀπαστράπτοντα κεχρυσωμέναις,
> Ἡρμοσμένον δὲ καὶ σιδήρῳ καὶ ξύλοις,
> Καὶ τῇ τεχνικῇ συμπλοκῇ τῶν ὀστράκων,
> Σὺν τοῖς μεγίστοις καὶ τὰ μικρὰ θαυμάσει
> Στέργων ἅπαντα, καὶ κροτῶν τὸν ἐργάτην.
> *Siquispiam domum superbam viderit*
> *Imagines in qua renident aureæ,*
> *Ferroque constructam, trabibus & ligneis,*
> *Tenuique testarum applicata fabrica,*
> *Mirabitur minuta cum magnis simul,*
> *Et cuncta laudans, opifici applaudet bono.*

Ingens tibi domicilium] Aristot.xii. primæ Philos. & in lib.de mundo. τὸ ἀόρατον θεοῦ οἰκητήριον, οὐρανὸς ὀνομάζεται. vnde Philo Iud. περὶ φυτουργίας asserit τὸν κόσμον εὐπρεπῆ καὶ ἐπάξιον αἰσθητὸν οἶκον εἶναι θεοῦ. *Mundum decorum ac magnificum Dei domicilium sensui expositum esse.*

Quòd crescimus] Oraculo Euang. congruit. τίς δὲ ὑμῶν μεριμνῶν δύναται προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα. Matth.vi.vbi vetus Scholiastes ἀνώνυμος necdum editus adnotat, τὸ σῶμα αὖξον, οὐκ ἀπὸ τροφῆς αὔξει, ἀλλὰ τῇ τοῦ θεοῦ προνοίᾳ. *corpus crescens, non vi alimenti crescit, sed Dei prouidentiâ.* deinde appositè ad mentem Senecæ subiungit, ὁ θεὸς ἐν οἷς δοκοῦμεν ἐνεργεῖν, τὸ πᾶν ἀνύει. *vbicunque videmur operari, Deus est qui præstat ac perficit omnia.*

Tectum verò aliter nocte.] Ouid. xv. Metam.

> *Non color est idem cœlo, cùm lassa quiete*
> *Cuncta iacent media, cùmque albo Lucifer exit*
> *Clarus equo: rursusque alius cùm præuia lucis*
> *Tradendum Phœbo Pallantias inficit orbem.*

Nunc puerilium dentium lapsus] Solon in operoso Epigrammate physico probat ad constitutum tempus per x. hebdomadas annorum sua corpori officia respondere, & actus vitæ humanæ disponi.

> Παῖς μὲν ἄνηβος ἐὼν ἔτι νήπιος ἕρκος ὀδόντων
> Φύσας ἐκβάλλει πρῶτον ἐν ἕπτ' ἔτεσι·
> Τοὺς δ' ἑτέρους ὅτε δὴ τελέσῃ θεὸς ἕπτ' ἐνιαυτούς,
> Ἥβης ἐκφαίνει σήματα γεινομένης,
> Τῇ τριτάτῃ δὲ γένειον ἀεξομένων ἔτι γυίων
> Λαχνοῦται, χροιῆς ἄνθος ἀμειβομένης·
> Τῇ δὲ τετάρτῃ πᾶς τις ἐν ἑβδομάδεσσιν ἄριστος
> Ἰσχύν, ἥν τ' ἄνδρες σήματ' ἔχουσ' ἀρετῆς·
> Πέμπτῃ δ' ὥριον ἄνδρα γάμου μεμνημένον εἶναι,
> Καὶ παίδων ζητεῖν εἰσοπίσω γενεήν·
> Τῇ δ' ἕκτῃ περὶ πάντα καταρτύεται νόος ἀνδρός,
> Οὐδ' ἔρδειν ἔθ' ὁμῶς ἔργ' ἀπάλαμνα θέλει.
> Ἑπτὰ δὲ νοῦν καὶ γλῶσσαν ἐν ἑβδομάσιν μέγ' ἄριστος,
> Ὀκτὼ δ' ἀμφότερα τέσσαρα καὶ δέκ' ἔτη·
> Τῇ δ' ἐνάτῃ ἔτι μὲν δύναται, μαλακώτερα δ' αὐτοῦ
> Πρὸς μεγάλην ἀρετὴν γλῶσσά τε καὶ σοφίη.
> Τῇ δεκάτῃ δ' εἴ τις τελέσας κατὰ μέτρον ἵκοιτο,
> Οὐκ ἂν ἄωρος ἐὼν μοῖραν ἔχοι θανάτου.

hæc Solonia adhuc adolescens iisdem Lat. modulis ita vertebam.

> *Paruulus ipse puer septenos cretus ad annos*
> *Dentibus os munit, tum sine pube, suum.*
> *Ast alios septem Deus vt superaddidit annos,*
> *Pubis signa sua dat iuuenile decus.*
> *At septenis ter florem capiente colore,*
> *Dum crescunt artus, flauáque barba venit.*
> *Quisque sed in quartis septenis robore pollet,*
> *Virtutisque ætas signa viriles habet.*
> *Coniugyque viros memores natosque creandi,*
> *Quintis septenis tempus & hora facit.*
> *Integra septenis senis & ad omnia sollers*
> *Mens hominis, nec obit munia parua libens.*
> *Septenis septem mente & lingua optimus annis,*
> *Octo & septenis, hebdomade hac gemina.*
> *Septenis etiam nonies valet; attamen altum*
> *Et lingua & ratio mollior est ad opus.*
> *Si septem decies quis dignè expleuerit annos*
> *Veneris haud præcox Parca, nec ante diem.*

Cap. xxxvii. *Quomodo tot millia hominum insatiabilia satiabuntur?*] Idem Solon in Elegis ὑποθετικοῖς,

> Πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνδράσι κεῖται·
> Οἱ γὰρ νῦν ἡμέων πλεῖστον ἔχουσι βίον,
> Διπλάσιον σπεύδουσι· τίς ἂν κορέσειεν ἅπαντας;
> *Diuitys limes non stat mortalib. vllus.*
> *Nam quibus ad victum suppetit ampla penus,*
> *Maiora accumulant: quis nam satiauerit omnes?*

Libanius in serm. περὶ ἀπληστίας. vbi non sine stomacho ait, οὕτως ἄπληστόν τι χρῆμα ἄνθρωπος, καὶ ἀχάριστον, *vsque adeo res insatiabilis est homo atque ingrata.*

Non vt rusticus iniuriam tacitus tulit] vt minime malus, ἀνεξίκακος, ἀνώδυνος. Flaccus Epodo v.

> *An si quis atro dente me petiuerit,*
> *Inultus vt flebo puer?*

AD SENECAE LIB. V. DE BENEFICIIS.

Cap. xvi. *DVRIORIB. remediis quàm pericula erant*] Idcirco C. Marius Chirurgo qui iam varices vnius cruris soluto secuerat, crus alterum poscenti præbere noluit, quòd nimis acrem morsum doloris in ea remedij carnificina sensisset apud Cic. Tusc.iii. Hoc Plutarchus Attice sic expressit, τοῦ ἰατροῦ μεταβαίνοντος ἐπὶ θάτερον σκέλος οὐκ ἐνέδωκεν, εἰπὼν οὐκ εἶναι τὸ θεράπευμα τῆς ἀλγηδόνος ἄξιον.

Cap. xxi. *Consuetudo vitæ humanæ lege omni valentior*] de eo diximus ad Dionis Chrysostomi τοῦ περὶ ἔθους λόγον. Tertull. de cor. mil. *Consuetudo etiam in ciuilib. reb. pro lege suscipitur, cùm deficit lex; nec differt scriptura an ratione consistat, quando & legem ratio commendat.* Idem de virg. vel. c. ii. *Non possumus respuere consuetudinem, quam damnare non possumus.*

Qua lex ad id præstandum nos quod alicui promisimus, alligat?] E Regiis, xii. tabularum, Decemuiralib. nullam dum quæ διαῤῥήδην expressisque verbis id iubeat, legimus; legem vero Atticam & à Solone latam fuisse, quæ sanciret eum qui aliquid pollicitus, Senatum populumue aut prætorium fefellisset, extremo supplicio affici, à Demosthene discimus, qui illam aduersus Leptinem profert, his verbis: ἔστι δὲ δήπου νόμος ὑμῖν, ἐάν τις ὑποσχόμενός τι, τὸν δῆμον ἢ βουλὴν ἢ δικαστήριον ἐξαπατήσῃ, τὰ ἔσχατα πάσχειν. huic pleræque leges lib. i. Dig. T. xii. respondent de eo qui pollicitus fuerit Reip. opus se facturum, vel pecuniam daturum. l. i. D. eod. & l. vi. de mun. & hon. & l. etiam. D. de vsuris. Val. Catullus iure cum Alpheno, Pompeij suppresso nomine, ita cõqueritur, fidẽ datam nec seruatam indignatus,

> *Alphene immemor, atque vnanimis false sodalib.*
> *Iam me prodere, iam non dubitas fallere, perfide?*
> *Nec facta impia fallacum hominum cœlicolis placent.*

AD

AD LIB. VI. DE BENEF.

CAP. 41. LICET *in hoc vires natura aduocet, retro illi agere se non licet*] Seneca Trag. in Thebaide, inter ea quæ παρὰ φύσιν numerat:

—ipsa se in leges nouas
Natura vertet: regeret in fontem citas
Reuolutus vndas amnis, &c.

Nulla vis efficiet] Arist. vi. Ethic. Nic. ἐν ἀγένητα ποιεῖν ἅσσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα. τὸ γὰρ γεγονὸς οὐκ ἐνδέχεται μὴ γενέσθαι. vbi Agathonis Comici versus in eã sententiã laudat.

CAP. 16. *Huic non tanquam medico, sed tanquam amico obligatus*] Vt Libanius sophista medicis quos accersiuerat vt assiderent sibi non ægrotanti, sed vt ægrotare videretur adeuntibus & ad epulum vocantibus, vt ipse testatur in orat. κατὰ τῶν πεφροντικότων. ad Iulianum Imp. οἱ ἀφικνούμενοι καὶ καλοῦντες, ταῦ ἰατροὺς ἱδρύσαι περὶ τὸ σῶμα τοὐμὸν, ὡς δὴ κάμνοντι χάριν. Idem Liban. κατ' ἰατροῦ φαρμακέως dictamen aureum Medicæ artis ad φιλιάτρους proponit, pag. 52. B. editionis & versionis nostræ.

AD LIB. VII. DE BENEFICIIS.

CAP. 27. VIDEBERIS *tibi videre capta cum maxime ciuitatis faciem.*] Hanc apud Hom. Cleopatra viro suo Meleagro, qui iratus Altheæ matri, armis depositis Calydonios à Curetibus obsessos defendere destiterat, ob oculos posuit, *Iliad.* IX.

—καί οἱ κατέλεξεν ἅπαντα
Κήδε' ὅσ' ἀνθρώποισι πέλει, τῶν ἄστυ ἁλώῃ.
Ἄνδρας μὲν κτείνουσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει·
Τέκνα δέ τ' ἄλλοι ἄγουσι, βαθυζώνους τε γυναῖκας.

Quid faciant hostes capta crudelius vrbe? rogat Catullus. Cæsar etiam apud Sallustium ostendit *quæ belli sæuitia esset, quæ victis accederent.*

CAP. XXXI. *More optimorum parentum, qui maledictis suorum infantium arrident*] Hic mos obtinuerat etiam in Græcia apud Christianos parentes antiquo & felici illo æuo D. Ioannis Chrysostomi, vt ipsemet in IV. Panegyrico ἀνεκδότῳ in B. Iobum firmat his aureis verbis, quæ è vetustis membranis meis deprompsi; ἀεὶ ἀδελφοὶ, πάντες ἡμεῖς οἱ ἄνθρωποι, μήτε γενόμενοι ἐκ τῆς πράξεως δικάζομεν, ἀλλὰ τῇ προθέσει τῶν ποιούντων. ὑβρίζει υἱὸς πατέρα· καὶ τὸ πρᾶγμα ἀφόρητον καὶ τῷ πάσχοντι καὶ τῷ ἀκούοντι. καὶ πατραλοίας ὁ τοιοῦτος καλεῖται καὶ μητραλοίας, καὶ ἀσεβὴς καὶ μιαρὸς, ὅτι φωνὴν ἐναντίαν ἔρρηξε πατρί· ὅτι ἐτόλμησε δυσφημῆσαι τὴν αὐτοῦ ῥίζαν. ταῦτα πάσχει, καὶ καταφέρεται ὁ ἐπὶ τῆς τελείας ἡλικίας· παιδίον δὲ ἄωρον, κἂν τύπτῃ τὸν πατέρα ἢ τὴν μητέρα· καὶ οὐδεὶς πάσχει ἐμφερῶς αὐτοῖς. πολλάκις μητέρες ἐρεθίζουσι τὰ τέκνα, οὐχ ὅτι ὕβρει χαίρουσιν, ἢ τῇ ὕβρει, ἀλλὰ τῇ ἀπειρίᾳ καὶ τῷ ἀκεραίῳ καὶ ἀφελεῖ τοῦ ἤθους ἐναγαλλόμεναι. *Semper, fratres, nos omnes qui homines sumus, (multo magis Deus) non ex rebus iudicamus, sed ex mente & proposito eorum qui faciunt. contumeliosus est filius in patrem: res est nullo modo ferenda nec patienti nec audienti: & patris matris ve pulsator ac percussor vocatur; & impius ac facinorosus, qui vsque adeo insolens est, vt vocem aduersam parenti effutierit, & radici suæ maledicere ausus fuerit. hoc modo plectitur & condemnatur, qui adultæ ætatis est. & maturi iudicij. sed infans innocuus, etiamsi patrem pulset & matrem, hæc ipsa petulans lascivia, quauis lætitia iucundior est. quinetiam matres sæpe infantes instigant ad petulantiam, non quòd insolentia maledictove gaudeant, sed innocentia potius, & puritate ac simplicitate morum.*

EIVSDEM FED. MORELLI IN ALIQVOT Senecæ Epistolas Notæ.

Ad Ep. V. DESINES *timere, si sperare desieris.*] ab eodem Hecatonis fonte haustum est hoc Statij προτρεπτικόν.

Spemque metumque domas vitio sublimior omni.

Alphæus apud Nonium Dionys. VI. canit amantẽ

Ζῆλον ἔχειν καὶ δεῖμα μεμηλώμενον.
Angi correptum zelo seruare metuque.

Ad Ep. VI. *Nullius sine socio iucunda possessio.*] Ex oraculo diuino, Geneseos II. εἶπε κύριος ὁ Θς. Οὐ καλὸν εἶναι τὸν ἄνθρωπον μόνον. Plato in Philebo. I. Polit. & passim. Aristoteles VIII. Ethic. ad Nic. ἄνευ φίλων οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο ζῆν. Xenophon II. Socratis ἀπομνημονευμάτων. Cic. in Lælio. Lucianus in Toxari. Socij nomen refero ad ὅσιον, quod pium & sanctum est, vt sancta societas sit ὁσιότης. quinetiam felicem facit ἧλιξ, æqualis socius, è vetusta & heroica Græc. parœmia ἧλιξ ἥλικα τέρπει. *æquauo æquæuus gaudet.*

Ad Ep. X. *Quod tibi optauit nutrix tua.*] Horat. I. Ep. ad Alb. Tibullum.

Quid voueat dulci nutricula maius alumno
Quam sapere & fari vt possit quæ sentiat, & cui
Gratia, fama, valetudo contingat abunde,
Et mundus victus non deficiente crumena.

Eo inimiciora quo cessere felicius] Iuuen. Sat. X.

Euertere domos totas optantibus ipsis Dij faciles.

Animalium loco numeremus, non hominum] D. Ioan. Chrysost. Orat. II. in Iobum. nondum Græcè edita, in membranis meis hominem ex eloquijs sacris ita definit, ἐάν τις ἐρωτήσῃ τίς ἐστιν ἄνθρωπος, ἐπεὶ περὶ αὐτὸν ἄνθρωπος ἦν ἄμεμπτος, δίκαιος, ἀληθινὸς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος. ὡς ὁ μὴ τοῖς τοιούτοις κατορθώμασι μὴ μεμαρτυρημένος, οὐδὲ ἄνθρωπος ὑπάρχει. ἐὰν δὲ ἔχῃ μὲν τὸν χαρακτῆρα τῆς φύσεως, ὑβρίζῃ δὲ αὐτὸν τῇ κακίᾳ τῆς προαιρέσεως, ἀκούει παρὰ τοῦ προφήτου, Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε· παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις. *Homo, est inculpatus, iustus, verax, abstinens & alienus ab omni prauo facinore. Vt qui his virtutibus non sit insignitus, ne homo quidem existat. nam qui notam & effigiem naturæ habet; verùm eam vitio animi dedecorat, hæc audit à Propheta; Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus.* Psalm. XLVIII. videsis eundem Chrysost. hom. II. in Genesin. & Isidori Pelusiotæ epi. 125. ad Nemesium. in qua, vt hic Seneca, probat τὸν τῶν αἰσχρῶν ἡδονῶν ἐραστὴν, ἀνδράποδον ὄντα, fœdarum libidinum mancipium, belluinæ naturæ esse.

Ad Ep. LXXIII. *Errare mihi videntur*] hoc est Philoni Hebr. de Caino & Ab. ἀπὸ τῆς φαντασίας ἀπὸ συζύγους ἀπατᾶν. Apuleius I. Apologia. *Erras*

Senec.

Æmyli, & longe huius animi frustra es, si Cl. Max. procos. ex fortunæ indulgentia, non ex philosophiæ censura metiris. τὸ errare olim docui ductum esse ab ἔῤῥειν, quod signat, ire in malã rem, perire, vt in Lacænæ imprecatione, Ἔῤῥε κακὰν σκυλάκευμα. vnde illa δυσήμερος quiritatio:

Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error!

Statius in Epithal. Violant.

——ipsi erraretis Amores.

Philosophiæ fideliter deditos] cuiusmodi sunt, *non famæ negotiatores, sed vitæ, non amici erroris, sed inimici; non veritatis interpolatores, sed integratores; & qui profitentur innocentiam, iustitiam, patientiam, sobrietatem, pudicitiam*, vt docet Tertull. in Apol. aduersus gent. c. 46 *veram non simulatam philosophiam affectantes*, vt ait Vlpianus l. 1. D. de Iust. & iure. Tullius xvii. ep. lib. xvi. τὸ *fideliter inseruire valetudini*, qua phrasi Tyro in epist. vsus erat, improbat his verbis, *heus tu qui κανὼν esse meorum scriptorum soles, vnde illud tam ἄκυρον, valetudini fideliter inseruiendo? vnde in istum locum* fideliter *venit, cui verbo domicilium est proprium in officio, migrationes in alienum, multæ. nam & doctrina & domus & ars & ager etiam fidelis dici potest, vt sit, quomodo Theophrasto placet, verecunda tralatio.* ex hac Tullij censura, non ἀκύρως & improprie Sen. dixit *Phil. fideliter deditos.* siquidem Philosophia officia cuiusque docet, *& omnium artium quæ ad rectam viuendi viam pertinent, ratio & disciplina studio sapientiæ continetur.* Cic. Tusc. 1.

Contumaces esse ac refractarios] ἀφηνιάζοντας, καταφρονητικούς. Idem doctor 1. de Clem. *Naturâ cõtumax est humanus animus, & in contrarium atque arduum nitens.* cui consentaneum est istud Maximi Tyr. in διαλέξει de poetis & Phil. θρασεῖα ἔστι ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ, τὰ μὲν ἐν ποσὶν ἄγουσα ἀτιμά, τὸ δ' ἀπὸν θαυμαστικῶς ἔχει. Num eiusmodi est animus eorum qui ceteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam studiosè intuẽtur? Hos nimirum Philosophos appellari Pythagoras Leonti Phliasiorum principi dicebat. καταφρονήσαντας πάντων ὅσα ἀρχὴν παρασκευάζει... ἐν βίῳ δόξα. vt Chio Platonicus Matridis F. in epist. ad Clearchum Ponti Tyrannum scribit, quæ maximam huic Senecæ lucem affert. cõtumaces autem sunt propriè φιλόνεικοι, non φιλόνικοι, vt refractarioli, φιλέριδες.

Contemptores magistratuum ac Regum] Thersitæ similes ἀμετροεπεῖς, ἐρίζοντι βασιλεῦσι, καὶ πρὶν ὀνείδεα προφέροντι, καὶ ἀγορεύοντι. Hom. Il. II. An tales esse philosophos suspicãtur, quòd illis vt Euryalo Virgiliano *est animus lucis contemptor*: vel, vt Mezentio, *cõtẽptor Diuum*? atqui non latet eos quod scripsit princeps ipsorum Plato, in Socratis apologia; ἀπειθεῖν τῷ βελτίονι καὶ θεῷ καὶ ἀνθρώπῳ κακὸν καὶ αἰσχρόν ἐστι. *immorigerum esse præstantioribus & numini & homini, malum ac turpe est.* & quod eius condiscipulus Xenophon l. viii. de Cyri instit. ἀγαθὸν ἄρχοντα, βλέποντα νόμον ἀνθρώποις εἶναι. ex quo fonte haustum est illud Plutarchi, in commentario in quo probat Philosopho cum principibus disserendum esse; ἄρχων εἰκὼν θεοῦ τοῦ πάντα κοσμοῦντος; αὐτὸς αὐτὸν εἰς ὁμοιότητα θεῷ δι' ἀρετῆς καθιστάς, καὶ δημιουργῶν ἀγαλμάτων τὸ ἥδιστον ὀφθῆναι καὶ θεοπρεπέστατον. quod signum & simulacrum augustum Dei etiam θεοειδὲς ἄγαλμα recte à Sexto philosopho nuncupatur; & spectatur ac suspicitur in Rege inculpato, Od. T. quem ideò Homerus θεουδῆ à forma cultúque Dei nominat; atque in ijs *per quos publica administrãtur, quique Tutores status publici* appellantur ab eodem Sen. lib. 1. de Clem. c. iv. & *defensores publicæ salutis* à Symmacho lib. x. ep. xxviii.

Nullis enim plus præstant,] nempe qui *Res populorũ armis tutantur, moribus ornant, Legibus emendãt, & publica commoda curant: Quique sui memores alios fecere merendo*, nullos magis demerentur, quàm sapientiæ studiosos, *quibus frui tranquillo otio licet.* quia nunquam pingui otio abutuntur, in quo integrum est ipsis cum dignitate versari. vtique Nasoni *Otia corpus alunt, animus quoq; pascitur illis.* Otio verò frui vitiosis, seruis ac mancipiis non licet ea vetere parœmia, οὐ σχολὴ δούλοις, cui astipulatur Aristot. lib. viii. Polit.

Necesse est autorem huius boni, vt parentem colant] Reges. Imp. securitatis publicæ pacisque autores agnoscit Philo Iud. in Legat. ad Caium. vbi Augustum ἀλεξίκακον καὶ εἰρηνοφύλακα laudans, vt auerruncum & pacis promum condum; asserit εἰρήνην ἐξ ἡγεμονίας ὀρθῆς φύεσθαι, pacem à recta administratione exoriri; quam Vlysses apud Homerum Odyss. 212. εὐηγεσίην scitè vocat, in elegio βασιλῆος ἀμύμονος. Idem doctor gentium promulgat 1. ad Tim. II. vbi imprimis obtestatur ποιεῖσθαι δεήσεις, προσευχάς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων, ὑπὲρ βασιλέων καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων, ἵνα ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι. *orare & obsecrare pro regib. & omnib. qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate.* Hoc monitore, *de pectore oramus* (ait Tert. Apologet. c. 30.) *pro omnib. Impp. vitam illis prolixam, Imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, Senatum fidelem, pop. probum, orbem quietum; quæcunque hominis & Cæsaris vota sunt.* Arnobius extremo lib. iv. adu. gen. *Pax cunctis & venia postulatur magistratib. exercitib. Regibus.* Iam verò, *autorem huius boni, vt parentem* colendum esse Homerus passim indicat, vt Odyss. β.

Σκηπτοῦχος βασιλεὺς ἀγαθὸς, φρεσὶν αἴσιμα εἰδὼς,
Δήμῳ ἐμβασίλευε, πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν.
Imperio populos moderans clemens pater audit.

Et Xenophon κύρου παιδείας lib. v. ἄρχων ἀγαθὸς οὐδὲν διαφέρει πατρὸς ἀγαθοῦ. *Princeps probus nihil à parente discrepat.*

Inquieti & in medio positi.] Aulici, palatini, ἀφιλοσόφητοι, καὶ ἄγευστοι περὶ τὰ ἐκ φιλοσοφίας ἀγαθὰ, ab eodem Chione loco laudato, dicti imperiti, rudes, nullisque philosophiæ præceptis imbuti. *Quos leuis ambitio, perfusáque gloria fuco. Maiorumque fames sollicitant opum.* πολιτικοὶ, φιλότιμοι, καὶ ζηλωτ. quib. opponuntur οἱ φιλοσοφοῦντες, assectatores sapientiæ. Eodem sensu Maximus Tyrius πολιτείας καὶ ἀρχὰς indigetat τὰ ἐν μέσῳ κακὰ *mala in medio posita*, quæ auidè sectantur οἱ ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ καὶ τρυφῇ ὑπάρχοντες ἐν τοῖς βασιλείοις. Lucæ. vii.

Multa principibus debent.] Vt Agrippa apud eundẽ Philonem in dicta Legatione ad Caium multa se debere Caio Cæs. fatetur, διὰ τὸ πλῆθος τῶν εὐεργεσιῶν αἷς με κατεπλούτισας; sed idem πρώτας ἐκείνου εὐεργεσίας imputat & inscribit δεσπότῃ καὶ κυρίῳ, tum se εὐνοίας ἕνεκα οὐδενὸς δεύτερον, ἵνα μὴ λέγω πρῶτον, tũ ex ea vrbe oriundum, quæ prima omnium orientalium imperatorem ipsum feliciter salutasset, ἐπειδὴ τῆς ἀρχῆς μόνῳ ... πόλις αὕτη ... ἀγαθῶν. Hinc facile apparet *gratiam referre & nihil muneris imputare, in homine rarum esse.* Plin. l. viii. c. xvii.

Nemo

Nemo quos vincat, ſed à quib. vincatur aſpicit] tum videlicet, *Cùm quos prætereat, quoſque ſequatur habet*, ait Naſo. ceterum ὁ φιλοπρωτεύων,

Cupit hic regi proximus eſſe,
Clarusque latas ire per vrbes.
Vrit miſerum gloria pectus.

Apud Senecam Trag. in Hercule Oetæo.

Non reſpicit] Varro in Manio, *Sedens altus, alieno ſumptu, neque poſt reſpiciens, neque ante proſpiciens*. mirũ & ὀξύμωρον videtur ex implicata repugnantia, libenter *multos poſt ſe videre*, & retro aſpicere nolle. & tamẽ ambitio *percupit vt videatur*. Euripides in Phœniſſis ἢ περιβλέπεσθαι τίμιον· κενὸν μὲν οὖν.

Honoris eſt circumſpici: at nil vanius,

Incipit à fine] *Neque vlla interea finis curis huic datur*. vt expleam obiter Accij verſum in Phœniſſis. Tertullianus extremo lib. de hab. m. *Concupiſcentia apud animum ambientem naſcitur ad gloriæ votum*. quæ verba ἐτυμολογίαν ambitus notant, ad quam Seneca quoque alludere videtur: ſiquidem in circuli ambitu idem principium & finis eſt. & ſic *in ſe ſua per veſtigia voluitur annus*, & animus.

Qui reliquit & curiam & forum] Iamdudum monui dictam eſſe Curiam, κυρίαν βουλὴν ἢ ἀγορὰν, principem Senatum, cuius eſt τὸ κῦρος authoritas imperij. Ariſtoteles in Athenienſi Rep. ad πρυτανείαν καὶ βουλὴν, adſcribit κυρίαν ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ δεῖ τὰς ἀρχὰς ἀποχειροτονεῖν οἳ δοκοῦσι μὴ καλῶς ἄρχειν, *forum in quo Senatu mouere fas fuit eos qui rectè fungi magiſtratu non videbantur*. adi Harpocrationem, ἐν τῷ κυρία.

Imperturbata publicis occupationibus Quies] Huic quantum Philoſophi debeant, quos Deo ſimiles facit & in cœlum compendiario ducit, *quà via longum compenſat iter*, ex ipſius Ἡσυχίας diuæ tranquillæ quietis præſidis voce oraculari, perſpicere ac perpendere facile eſt. Sic enim Heſychiam loquentem & imputantem Chion inducit in illius ad Clearchum epiſt. cotonide. Ἐμοὶ χρώμενος δικαιοσύνην ἤσκησας, καὶ σωφροσύνην ἐκτήσω, καὶ θεὸν ἔμαθες, καὶ τὴν σεαυτοῦ πρὸς αὐτὸν συγγένειαν ἀνενεώσω· καὶ τῶν ταπεινοτέρων τούτων, θαυμαστῶν δὲ τοῖς ἄλλοις κατεφρόνησας, φιλοτιμίας καὶ πλούτου, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια. *Meæ vſus opera Iuſtitiam coluiſti, ac Temperantiam comparaſti, & Deum didiciſti, hominiſque cum diuino Numine cognationis memoriam renouaſti; & abiectiora iſta quæ alijs ſunt admirationi, contempſiſti, honores, diuitias & alia id genus.*

FED. MORELLI ELOQVENTIÆ
PROFESS. ET INTERP. REG. PRÆFATIO
IN SENECÆ LIB. DE PROVIDENTIA HABITA LVTETIÆ
in Auditorio Reg. x. Kal. Dec. CIↃ IↃ XCVII.

CVM multa ſint (A.O.) apud Lyricorum Græc. principem eleganter & commodè dicta, ob quæ meritò eſt laurea donatus Apollinari: tum illud præclariſſim. & ſapientiſſ. videtur, vbi Diagoram Rhodium pugilem *centum potiore ſignis Munere donat*, & vires, animum moreſque aureos deducit in aſtra, atque ita canit,

ἐν δ' ἀρετὰν ἔβαλεν καὶ χάρματ' ἀνθρώποις
Προμαθέος αἰδώς.
Mens ventura viris omnia præuidens
Virtutem & faciles delicias parat.

Hoc, inquam, ſuauiſſimum melos Pindaricum, quaſi ex oraculo Apollinis Pythij editum nobis putemus. Hîc enim, ſi vſquam aliàs, Multa Dircæum leuat aura cygnum, & tendit in altos Nubium tractus. dum non humanæ tantùm, ſed etiam diuinæ mentis Prouidentiam, atque vim & vſum vtriuſque celebrat.

ἐν δ' ἀρετὰν ἔβαλεν, καὶ χάρματα.

Hoc quid breuius? quid item venuſtius, verius & diuinius dici potuit? Annon idem eſt ac ſi dixiſſet; Quæcumque bona, pulcra, vtilia, decora cernuntur in omnibus reb. inanimis animatiſque, quæque mente & intelligentia, non ſine ſumma animi oblectatione percipiuntur, ea omnia ex perenni vberrimoque Prouidentiæ fonte permanare. Nonne de eodem fonte Pronœæ, multo ante cecinerat Rex vates & Lyricen Dei opt. max.

τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ θεοῦ. Pſalm. 45.
Hanc ciuitatem quam Deus obtegit,
Labentis amnis exhilarat liquor.

vt Hebræa Lyra ſonat, נָהָר פְּלָגָיו יְשַׂמְּחוּ עִיר־אֱלֹהִים
Hanc hilares Gratiæ comitantur aſſiduè. πάντων γὰρ ταμίαι ἔργων ἐν οὐρανῷ,

Quæ ſummo vnanimes æthere virgines,
Sola cuncta regunt & tribuunt bona.

Σὺν δ' αὐταῖς τὰ τερπνὰ καὶ τὰ γλυκέα γίνεται πάντα βροτοῖς, εἰ σοφὸς, εἰ καλὸς, εἴ τις ἀγλαὸς ἀνήρ.

Si quid suaue hominum sensibus affluit,
Si quisquam aut sapiens aut facie nitens
Insigni, aut meritis clarus honoribus,
Diua hæc perficiunt omnia Prouidæ.

Tantæ verò siue Reginæ, vt à Philosophis quoque nominata est, siue Deæ (cui templum Delphis erexerant Amphictyones Ἀθηνᾶς προνοίας, sub Mineruæ prouidæ, cognomine, Pausania in Phoci. p. 323. autore) omnium Gratiarum & virtutum choro stipatæ, nobis occurrenti, serenam cœlestemque faciem suam detegenti, & flexanimam vocem edenti, quis non obuiam lubens prodeat, suspiciat, eiusque dictis & monitis patientes accommodet aures, quas aureis annulis deuinctas teneat, è pretiosa Catena, quam Iupiter Homericus ipsius promæ condæ suæ fidei commisit, ex eo tempore quo sic affatus est in diuino opere Cœlicolas omnes *Diuum pater atque hominum Rex*,

Εἰδ' ἄγε πειρήσασθε θεοὶ, ἵνα εἴδετε πάντες,
Σειρὴν χρυσείην ἐξ οὐρανόθεν κρεμάσαντες,
Πάντες ἐξάπτεσθε θεοὶ πᾶσαί τε θέαιναι.
Ἀλλ' οὐκ ἂν ἐρύσαιτ' ἐξ οὐρανόθεν πεδίονδε
Ζῆν' ὕπατον μήστωρ', οὐδ' εἰ μάλα πολλὰ κάμοιτε.
Ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ ἐγὼ πρόφρων ἐθέλοιμι ἐρύσσαι,
Αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαιμ', αὐτῇ δὲ θαλάσσῃ.
Σειρὴν μέν κεν ἔπειτα περὶ ῥίον Οὐλύμποιο
Δησαίμην· τὰ δέ κ' αὖτε μετήορα πάντα γένοιτο
Τόσσον ἐγὼ περί τ' εἰμὶ θεῶν, περί τ' εἰμ' ἀνθρώπων.

Quæ paribus numeris sic iam pridem ludens Latinè expressi,

Discite dij nostras vestrasque intendite vires.
Aureus è cœli religetur vertice funis:
Deprimite hunc omnes Diui, librando, Deæque:
Nunquam ad Tellurem ducetis ab æthere summo
Immensum Saturnigenam licet vsque labore
Sudetis; simul ac nostræ sententia menti
Sederit, adducam hanc cum terra atque omnibus vndis:
Deinde polo nectam stellantis ab axe catenam.
His demum vinclis pendentia cuncta manebunt.
Tantùm ego terrigenis, tantum cœlestibus exto.

Quidni autem huius æthereæ & mysticæ potius quam mythicæ Catenæ custos & moderatrix fuerit Prouidentia? Quippe quæ *Vitæ decus luxque operum omnium est*, ἔργων πρὸ πάντων βιότῳ φάος, vt eidem Pindaro placet. Hæc superioris & inferioris Mundi gubernatrix est sapientissima, fortunæ instabilis, fati ferrei & necessitatis adamantinæ aduersaria potentissima, Diuinitati arctè connexa; cuncta regit, administrat, constituit ex nutu & voluntate summi rerum opificis atque effectoris Dei: sublimem cælo verticem attollens; --*caput inter nubila condit, Ingrediturque solo*, & vsque in hæc vltima & ima (vt augustiss. Doctor 1. de ord. scribit) portenditur ---*namque amat ire per omnes Terrasque tractusque maris cælúmque profundum*. ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος κατιοῦσα. Plotino En. 4. 2. c. Hanc ideo Anaxagoras ille Clazomenius appellauit νοῦν κινήσαντα τόδε τὸ πᾶν, καὶ τὸ τοῦ καλῶς ἔχειν αἴτιον, *Mentem quæ mouit vniuersa, & causa est cur singula pulcrè se habeant.* Quod his verè Heroicis versibus expressit Maro,

Principio cælum & terram camposque liquentes
Lucentemque globum Lunæ Titaniaque astra
Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Hinc hominum pecudumque genus vitæque volantum,
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore Pontus.

Hæc nimirum in quamcunque partem se moueat, efficere potest quicquid vult: hanc nihil est in vniuersa rerum natura quod subterfugere queat. Quocirca eam diuinus Poëta, Iouis mentem prædicans, ita magnificè de ipsa pronunciat,

ἀνὴρ δέ κεν οὐχὶ Διὸς νόον εἰρύσαιτο, οὐδὲ μάλ' ἴφθιμος· ἐπειὴ πολὺ φέρτατός ἐστι.

Nemo Iouis certam possit conuertere mentem,
Quantumuis pollens; est namque potentior illa.

Quod ipse philosophorum princeps explicans, & confirmans ἀμετάτρεπτον δύναμιν τῆς προνοίας, prædicat inmutabilem Prouidentiæ vim ac potestatem. Hæc apud Hesiodũ, *Magni oculus Iouis est & mens opera omnia lustrans.* Πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς, καὶ πάντα νοήσας. hac summi Dei infinita Prouidentia & numine præpotenti facta & constituta sunt omnia, atque ad secula innumerabilia reguntur atque conseruantur: vt idem Plato his verbis exponit, ἄγει μὲν δὴ ψυχὴ πάντα κατ' οὐρανὸν καὶ γῆν καὶ θάλασσαν, ταῖς αὐτῆς κινήσεσιν ὀρθὰ καὶ εὐδαίμονα παιδαγωγεῖ πάντα. Quare in vniuersis & singulis separatim tam admirabilis ordo conspicitur támque artificiosa, solers aptáque descriptio, vt qui tantorum operum laudem casui fortuito, temeritati fatuóque fato tribuendam putet, non ingratus modo in Deum atque impius, sed stupidus etiam & bardus, ac pulcerrimo cœli aspectu indignissimus iure censeatur. Præsertim cum res nulla sit in orbe vniuerso, è qua non facillimum sit Dei Prouidentiam celebrare, modò si quis hæc duo nactus sit, δύναμίν τε συνορατικὴν τῶν γεγονότων ἑκάστῳ, καὶ τὸ εὐχάριστον. nempe vim qua acute cernat quæ singulis sunt tributa; deinde animum gratum ac memorem; vt disertus & eruditus Stoicus Arrianus, & Theodoritus Cyrensis Antistes ἐν τοῖς περὶ προνοίας literis consignarunt. Ac proinde omnis Antiquorum tam profanorum quàm piorum autorum chorus constanter vnoque ore & consensu ad gratias diuinæ prouidentiæ agendas cohortatur, pro iis rebus quæ vtilissimæ nobis sunt creatæ, & diuina (vt aiunt) virgula suppeditantur, itémque pro ijs quæ feliciter sub manum succedunt. Hinc illa crebro vsurpata ἐπιφωνήματα,

---non sine numine diuum.
---οὐχὶ ἄνευ θεοῦ ἠδέ γε βουλῆς.

Hinc illud Gregorij Naz. in hymno matutino.

Σὺ ἔκτισας τὰ πάντα,
Παρέχων τάξιν ἑκάστῳ,
Συνέχων τε τῇ προνοίᾳ.
Deus alme cuncta condis,
Proprium cuique locum dans,
Seruánsque prouidendo.

Ad hanc præclarissimam contemplationem Regia illa lyra Dauidica excitatus Georgius Pisides in grauissimo poëmate κοσμουργίας à nobis olim vtraque lingua edito, præ admiratione in hæc verba erumpit,

Ὡς ἐμεγαλύνθη τῶν σοφῶν σου κτισμάτων
Ἡ δημιουργὸς καὶ σοφὴ πανουργία.

Quæ sic verti,

O quanta, quámque ampla est tuorum operum, ô Deus,
Causa omnium sapiens, & opifex optima!

Verùm hæc quoque est Sophocleo sententia digna cothurno,

Ἀλλ' οὐχὶ ἂν τὰ θεῖα κρυπτόντων θεῶν
Μάθοις ἄν, οὐδ' εἰ πάντ' ἐπεξέλθοις σκοπῶν.
Diuina nunquam quæ Deus latêre nos
Voluit sciemus, cuncta scrutemur licet.

Vt non immerito tantam prouidentiæ vim antiquissimus & sanctissimus scriptor Moses. אצבע אלהים θεοῦ δάκτυλον, Dei digitum appellet: & Regum sapientissimus θεοῦ χεῖρα, Deí manũ, vt etiam Pindarus, θεοῦ παλάμαν. quibus innuitur efficax Dei prouidentia, cui obsistere nil potest. hanc eandem Plato θείαν μοῖραν, *sortem* seu *portionem diuinam* nominat. Arist. Polit. VII. θείαν δύναμιν, ἥτις καὶ τόδε συνέχει τὸ πᾶν: diuinam virtutem, quæ hoc vniuersum coercet & cõtinet. Academici veteres, λόγον τὸν διοικοῦντα, θαυμαστὴν τὴν διοίκησιν, *Rationem moderantem, & regimen admirandum maximè.* quibus addunt, θείαν διοίκησιν, ἡγεμονίαν, τὴν τῶν ὅλων διάταξιν, *sacri principatus administrationem: & vniuersorũ constitutionem.* Theologorum proceres & Antistites χάριν πάντα ἐνεργοῦσαν, *Gratiam cuncta efficaciter operantem.* His accedit, nec frustra est, quòd sancta Hebræorum lingua idem verbum שָׂכַל vt illius antiquissimi sermonis peritissimi tradunt, prospicere, prouidere ac prosperitate frui significat.

Quid autem sibi volunt tam varia prouidentiæ ἐπίθετα, adiuncta, synonyma? tam variæ λέξεις & tesserulæ? quid (obsecro vos) aliud præseferunt quàm supremam vim & potestatem in Dei natura, omnia videndi, sciendi, regendi, & peruigilem ac perpetem curam, qua ipse opifex rerum, à se condita inspicit, adit, cognoscit, & ignota nobis

ſerie dirigit & gubernat? Iccirco non inconcinnè Theodoritus antiquus & venerandus Cyripolis Præſul docuit colũnas aureas, ſtrata argentea, & vehicula purpurea, quæ in auguſto Canticor. cantico celebrantur, χαρισμάτων & dotium, quas Deus, σωτηρίᾳ cura & benefica prouidentia ſua largitur, diſcrimina denotare. Antiphon vnus è x. orat. Græc. in exordio orat. de cæde, eleganter ſane diſſerit quanta cura Deus ipſe hominum vitæ & ſaluti proſpexerit & conſuluerit, vt hæc lectiſſima eius verba declarant. Ὁ θεὸς βουλόμενος ποιῆσαι τὸ ἀνθρώπινον γένος, τοὺς πρώτους γενομένους ἔφυσεν ἡμῶν τροφέας. καὶ παρέδωκε τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, ἵνα μὴ σπάνει τῶν ἀναγκαίων προαποθνήσκοιμεν τῆς γηραιᾶς τελευτῆς. *Cùm Deus*, inquit, *humanum genus conſtituere voluiſſet, primos parentes eoſdemque educatores procreauit: terram præterea atque mare nobis tradidit, ne rerum ad vitam, victum & cultum neceſſariarum egeſtate oppreſſi, ante moreremur, quàm ſenectutis metam contingeremus*. Theſeus Heros Neptuni ſatu editus, Aſterione filiò Minois interempto vt ſcribit Pauſan. author certiſſ. in Corinth. fanum & ſigna ſtatuit Ἀρτέμιδι σωτείρᾳ Dianæ ſalutis autori, quod occiſo hoſte truculentò non ſine Numinis Prouidentia inextricabilibus Labyrinthi erroribus diuinitus vna cum ſocijs liberatus, Creta exceſſiſſet, ὡς προνοίᾳ θείᾳ καὶ αὐτὸς ἀνασωθεὶς Θησεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, *Errabunda regens tenui veſtigia filo*, quod ab hac vera Ariadne de qua agimus, acceperat. De qua etiam vere perhiberi poteſt quod de æqualitate ciuili dicit apud Euripidem Iocaſta,

— ἣ φίλους ἀεὶ φίλοις,
Πόλεις τε πόλεσι, ξυμμάχους τε ξυμμάχοις ξυνδεῖ.
Hæc iungit & iunctos amicos continet,
Vrbes & vrbibus alligans ſocias facit.

Sed ne pigeat adhuc (quæſo vos) audire quid tanta de re ſenſerit pietate & doctrina clariſſ. Clemens Alex. quod ita pulcrè paucis exprimit. Δεῖ δὴ τὴν διοικοῦσαν πρόνοιαν κυρίαν τε εἶναι καὶ ἀγαθήν. ἀμφοῖν γὰρ ἡ δύναμις οἰκονομεῖ σωτηρίαν. ἡ μὲν γὰρ κολάζουσα σωφρονίζουσα, ὡς κυρία· ἡ δὲ διʼ εὐποιίας χρηστευομένη, ὡς εὐεργέτις. *Par eſt prouidentiam gubernantem, & Dominam eſſe & bonam. Autoritatis enim & Probitatis vis ſalutem comparat: atque auctoritas quidem indicta pœna caſtigando: Bonitas vero benignè & leniter ſe gerendo, vt benefica*. An ideò Crœſus Lydorum Rex opulentiſſimus Prouidæ illi Deæ (cuius ædem ſacram Delphis extitiſſe initio dixi) numen ac potentiam reueritus, Scutum aureum ei dedicandum, eiúſque ſigno curauit appendendum. Verùm receptui canere mihi videtur Thebana tuba, quæ auribus meis perſonat, αἰπεινὰ σοφίᾳ. Τὸ πόρσω δʼ ἐστὶ σοφοῖς ἄβατον κἀσόφοις, οὔ μιν διώξω. κεινὸς εἴην. Huic obtemperans, vlterius non progrediar; nec arcem Prouidentiæ petam: ardua nimis eſt: fruſtra eſſem. His igitur vbi pauca, nec iniucunda, de regia prouidentia, cùm bona venia & æquanimitate veſtra adiecero, ſtatim perorabo.

Cùm ita ſe res habeat ex D. Auguſtini ſententia, *Vt Deus nullo modo ſit credendus Regna hominum eorumque dominationes & ſeruitutes à ſua Prudentiæ legibus alienas eſſe voluiſſe*; Quis tam vecors & mentis inops eſt qui non intelligat Galliarum Regnum non aliam ob cauſam per tot ſecula firmum, florens & integrum permanſiſſe, atque etiam nunc, licet tandiu bellis inteſtinis, ciuilibus, externis agitatum, ſtare & florere; quàm quod ſacroſanctas benigniſſimi Dei prouidentiæ leges ſemper coluerit, obſeruauerit, & quod præcipiunt, auſcultauerit, piéque adhuc ſuſpiciat, veneretur, auſcultet? At enim Gallia noſtra; tametſi vulgo a morum, pectorum & corporum candore quaſi ἀπὸ τοῦ γάλακτος appellata credatur; ab Hebræo potius vocabulo גלה Gala & יה Ia, vno è præcipuis nominibus diuinis, ἐτυμολογίαν veriſſimamque notationem ducere videtur, tànquam reuelata & patefacta à Deo, ſeu ad Deum conuerſa, eiuſque oculis expoſita: velut Delos inſula quæ antea Ortygia à coturnicum copia vocabatur ab Apollinis ſui ortu, aſpectu & prouidentia, Δῆλος, quaſi, δήλη νῆσος, vt patens ſeu conſpicua eſt nuncupata. Quis verò neſcit Salutis noſtræ autorem, vnigenam Dei fil. pro paternę in homines prouidentiæ ſymbolo indicioque certiſſimo, Liliorum candorem, cultum & amœnitatem (ob quam λειριόεντα omnia venuſta Græci poetæ vocant) ob oculos poſuiſſe: quòd nimirum præſciret, fore vt olim paſcerent & tutarentur Lilia dilecti ſui μοιρίδιοι, *Candida Gallorum moderantes pectora Reges*. Ecquæ verò gens plura, ac crebriora diuinæ & Regiæ Prouidẽtiæ munera accepit, quàm Gallia ſeu Francogallia, ſummorum ingeniorum, proborum ſtudioſorúmque hominum, & quod caput eſt, optimorum principum & Regum præſtantiſſimorum ac veræ pietatis & iuſtitiæ vindicum acerrimorum parens fœcundiſſima? ex eo potiſſimum tempore quo Clodouæus

Rex

Rex Aug. nomen & cor CHRISTO σωτῆρι dedit, & πρωτοχριστιανικώτατος βασιλεύτατος extitit. Enimuero præclare istud inter alia traditum est à Plat. ὅταν βούληται θεὸς εὖ πράξαι πόλιν, ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐμποιεῖ. Quoties Deus vrbi, Prouinciæ, nationi alicui bene consultum esse vult, probos illi viros comparat & excitat. Quam benignè ergo Deus Galliç fecit, ac se sibi huius regni curam peculiarem seposuisse apertè ostendit, qui non septem solum sapientes, de quibus tantum se Græcia iactat, sed Reges sapienter, & iuste regnantes ad nouies septenos concessit? E quorum numero duo clarissima Mundi inferioris lumina Carolus ille vere Magnus, & inter Diuos meritissimo relatus Ludouicus Heroicochristiana virtute, plerisque omnibus suæ gentis & ceterarum nationum principibus atque Imperatoribus præluxerunt. Hi augusti & inclyti generis tui proautores HENRICE IV. Rex inuictiss. opt. clementiss. πρωτοχριστιανικώτατε, (præeunte eadem omnium Domina & moderatrice Pronœa) virtutum regiarum & Maiestatis Christianiss. lampadem, tibi Herculi Gallico ἀλεξικάκῳ μουσηγέτῃ tradiderunt. Hic Rex hic est, sub quo *Ferrea primum Desinet, & toto surget gens aurea Mundo.*

Huic Pietas, huic prisca fides, inuictaque bello: Dextera Pelidæ retinet qui nomen & omen: Cui meliore luto finxit præcordia Titan. Hoc Rege vix quisquam rectius & iustius subditos est moderatus, & maiori lenitate Regiam potestatem & felicitatem temperauit. Ecquis autem vel summa præditus eloquentia, multesimam partem dicendo assequi possit eorum commodorum, quibus difficillimis temporibus tanti Regis & Promethei Imperatoria prouidentia, fortitudine & beneficentia fruimur. ἐπεὶ πάντες μὲν ἐξ μυελοῦ εἰπεῖν, οἷον θεὸς τὸν ἄριστον ἐπὶ μοίσταις βασιλέων. Qui idem semper in ore & pectore habet quod Homericus Agamemnon,

> Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι,
> *Non populi exitium volo; sed volo ferre salutem.*

An verò hunc omni laude cumulatum Principem latuit illud Symmachi, *Bonas artes stimulo præmiorum felicius incitari?* minimè gentium. Vix enim vnus & alter ex omni memoria omnium ætatum & temporum benignius & prolixius literatos muneratus est: Nemo iuuentutis studia ad discendum acrius inflammauit: cùm existumatione doctrinæ & probitatis, non census amplitudine, homines pendat: & maxima atque vberrima præmia constituat eruditioni: doctis opima sacerdotia mandet, honores deferat: eruditos omni liberalitatis genere complectatur, ad res gerendas adhibeat; in summo dignitatis gradu collocet. An Gallica quondam *Vllo se tantum tellus iactabit alumno?* In hoc studiorum, consiliorum, actorum & beneficiorum genere diuinam & regiam curam, & magnificam prouidentiam consistere vult eruditiss. Synesius Antistes Cyrenensis, θεία γὰρ καὶ μεγαλοπρεπὴς πρόνοια, πρὸς ἣν δαπανᾶται φροντὶς εἰς ἐκλογὴν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ. Inter bonos viros, ac Deum, inquit Seneca noster, amicitia est, conciliante virtute. Quidni etiam inter bonos, pios, doctos, ac Regem opt. amicitia cum suspectu honoris fuerit, hac eadem copulante virtutis illecebra? Naturæ duntaxat lege scientia prudentiaque ac potestas summa, in idem tendunt, vt ad Dionysium scribit Plato. πέφυκε ξυνιέναι εἰς ταὐτὸ φρόνησίς τε καὶ δύναμις μεγάλη, καὶ ταῦτ' ἄλληλ' ἀεὶ διώκει καὶ ζητεῖ καὶ ξυγγίγνεται. *alterius sic Altera poscit opem res & coniurat amicè.* Nos igitur, A. O. *quibus altum ad propositum bene viuendi confert securitas publica*; vt iam stylo Senecæ, apud vos vti incipiam, qui iure placet eruditioribus, necesse est, (si præclare nobiscum agi velimus, HENRICVM IV. R. Christianiss. & fortiss. auctorem huius boni quo potiri cœpimus, vt patrem patriæ colamus: sub cuius tutela positi exercemus artes bonas: *Torpor est nostris sine quo Camœnis.* Neque verò tam iniqui simus, vt nihil viritim nos debere pro communibus bonis censeamus. Fateamur potius ingenuè nos omnia, secundum DEVM H. IV. R. N. magna & vera bona debere. Quandoquidem *sapiens nihil iudicat suum magis, quàm cuius illi cum humano genere consortium est.* Pareamus Philosophiæ morali quæ docet bene debere beneficia, bene soluere. Et quoniam interdum solutio est ipsa confessio, confiteamur nos multum debere Principi cuius animi magnitudine, felici administratione, ac prouida mente, contingit nobis otium, libertas, arbitrium liberi temporis, & imperturbata publicis occupationibus & turbulentis negotijs quies & tranquillitas.

> *Macte* HENRICE *animo, macte hac virtute Pronœæ,*
> *Publica suscipimus, pro te, Rex maxime, vota.*
> *Sic superes victor Tithoni & Nestoris annos.*
> *Et nati natorum & qui nascentur ab illis.*

FFD. MORELLI PROFES. REG. AD AN. SENECÆ lib. Quare bonis viris, &c. Scholia.

CAP. I. QVÆSISTI à me] Quærere dextre, rite, peritéque, vnum ac præcipuum esse ex iis quæ docet Philosophia, autor est Chio Platonicus, epist. ad Clearchom, dom Quietis Deam ita se alloquentem fingit, Οὐ τὰ ἄλλα μόνον ἐκ φιλοσοφίας ἔμαθες, ἀλλὰ καὶ τὸ ζητεῖν δεξιῶς ἃ μή που οἶδας. καὶ πῶς ἂν σύγε ζητήσειας ἃ εὑρεῖς ἐμοῦ στερόμενος; Verè autem Philo Iud. lib. de Caini & Abeli sacrif. asserit, Nominis discipulos confestim eorum quæ inquisierant inuentionem assecutos fuisse: οἱ μόνου σοφοῦ θεοῦ γεγονότες μαθηταὶ εὐθὺς ταχέως τὰς εὑρέσεις ὧν ἐζήτουν, ἔλαβον. Ad quæstionum vtique philosophicarom froctum & exercitationem elegantissimum istud & antiquissimum lyrici carminis fragmentum pertinet.

ὄλβιος ὅστις τῆς ἱστορίας
ἔχε μάθησιν, μὴ τῶν πολιτῶν
ἐπὶ πημοσύνην,
μήτ' εἰς ἀδίκους ὁρμῶν πράξεις,
ἀλλ' ἀθανάτου καθορῶν φύσεως
κόσμον ἀγήρω
πῇ τε συνέστη καὶ ὅπη καὶ ὅπως,
τοῖς δὲ τοιούτοις
οὐδέποτ' αἰσχρῶν ἔργων μελέτημα προσίζει.

Ille beatus qui doctrinam
Tenet omniſciam:
Non exitium ss ciuibus apparat:
Nec compellitur impia ad acta.
Aſt æternæ naturæ videns
Mundum ſenii expertem, quomodo
Conſtitit, & qua lege, his ſtudiis
Turpia nunquam
Acta animum addictum inquinant.

Quid ita ſi Prouidentia] Theognis vetus poeta quæstiooem & conquestionem eandem mouet apud Iouem,

Πῶς δή σευ Κρονίδη τολμᾷ νόος ἄνδρας ἀλιτροὺς
Ἐν ταὐτῇ μοίρᾳ τόν τε δίκαιον ἔχειν;

Qui tua mens patitur, nullo diſcrimine habere,
O Saturnigena, Tros Rutulus ve fuat?

Autor supra, cap. XXVIII. l. II. de benef. *Quotidie querimur, malos eſſe felices.* Huc tendit prima periocha lib. I. Saluiani Massiliensis de Guber. Dei. *Incurioſus à quibuſdam & quaſi negligens humanorum actuum Deus dicitur, vt pote nec bonos cuſtodiens, nec coercens malos; & ideo in hoc ſeculo bonos plerumque miſeros, malos beatos eſſe.* & initio lib. III. fusios. *Quæritur, cum hæc ita ſint, ſi totum quod in hoc Mundo eſt, cura & gubernaculo & iudicio Dei agitur, cur melior multo ſit barbarorum conditio, quàm noſtra: cur inter nos quoque ipſos ſors bonorum durior quàm malorum: cur probi iaceant, improbi conualeſcant.* Quis μεμψιμοίρων non eiusmodi querelis obuios exanimat?

Sed quoniam à toto particulam reuelli places] Idem simili συνῳδῷ ἀπολογίᾳ vsus est exordio epist. CVIII. *Id de quo quæris,* (inquit) *ex iis eſt quæ ſcire tantum eò vt ſcias pertinet. Sed nihilominus quia pertinaciter properas, nec vis expectare libros, quos cum maximè ordino, te ſtatim expediam.*

Cauſam Deorum agam.] Vt Iupiter apud Homerum Odyss. I. & perpaucis, vt *breuiſſima cauſa inter patrem & liberos* esse à Liuio dicitur.

Ὢ πόποι, οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται.
Ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.

Crimina quanta homines cœleſtibus obiicere audent:
Namque mala à nobis procedere damnaq; fantur;
Stultitia ſubeant propria cùm ſæpe dolores.

Chrysippus apud Agellium lib. VI. ca. I. ad eandem causam hæc adfert, *Nihil eſt prorſus iſtis,* inquit, *inſipidius* (in membranis meis MMSS. habetur, *periculoſius*) *qui opinantur bona eſſe potuiſſe, ſi non eſſent itidem mala.* Philo II. Allegor. & breuiter & eleganter ita Deo patrocinatur, ὅταν ἁμαρτῇ καὶ ἀποστατῇ ὁ νοῦς τῆς ἀρετῆς, αἰτιᾶται τὰ θεῖα, τὴν ἰδίαν τροπὴν προσάπτων θεῷ. *Quando mens deerrauit ac ſeiuncta eſt à virtute, cauſatur diuina, errorem auerſionemque ſuam adſcribens Deo.* Hinc temerè ista apud Statium effutiuntur,

Parce precor cineri, fatum illud, & ira nocentum
Parcarum, crimenque Dei; mortalia quiſquis
Pectora ſero videt, nec primo in limine ſiſtit
Conatus ſcelerum, atque animos infanda parantes.

Non ſine aliquo cuſtode] Autor lib. περὶ κόσμου. ἡ τῶν ὅλων τάξις τε καὶ διακόσμησις ὑπὸ θεοῦ τε καὶ διὰ θεὸν φυλαττομένη. vnde Apuleio *Mundus ornata ordinatio Dei munere & recta cuſtodia, definitur. Cuſtos* prorectore apod Flaccum ad Pis. *Imberbis iuuenis tandem cuſtode remoto Gaudet equis.* Vt φύλαξ Hesiodo & Platoni. נֹצֵר הָאָדָם in hist. sacra Iobi. c. VII. *cuſtos hominum.* de Deo.

Certum diſcurſum fert.] Mart. l. VII. epi. 38. *Diſcurſus varios vagumque mane.* Lactantios lib. III. de v. Rel. *libero curſu feruntur.* D. Hilarius lib. 12. de Trin. refert *aſtriferos circulos, annuos recurſus, Septemtriones & Luciferum diuerſa miniſteriorum ſuorum ſortitos officia.*

Vt infuſa vallib. maria molliant terras, nec vllum incrementum flaminum ſentiant] Salomon Ecclesiastæ. I. Gregorius Cyprius in maris encomio, quod Græcè, Latinè, Gallice edidimus. θάλασσα πάντα σχήματα δέχεται ἐν τῇ πρὸς γῆν συμπλοκῇ καὶ μίξει. *mare in figuras omnes ſe conformat, dum infunditur terræ, & miſcetur cum ea.* vet cod. habet *commolliant.* Pincianus mauult, *moueant.* an quia Neptunus ἐννοσίγαιος & σεισίχθων, *terræ quaſſator,* ab Hom. nuncupator, *Conſus* priscis Rom. Idem Gregorius rationem banc affert, cur mare *nullum incrementum flum. ſentiat.* οὐ γάρ πως πλεῖον ὧν δέδωκε, γῆθεν λαμβάνει. καὶ αὖθις δίδωσι γε τοσοῦτον, ὅσονπερ καὶ εἰσεδέξατο. *nam haud quaquam plus à terra recipit, quàm ipſi dederit: ac tantum rurſus largitur, quantum in ſe admiſit.* nunquid Solon in Elegis iccirco æquissimum æquor prædicat?

Ἐξ ἀνέμων δὲ θάλασσα ταράσσεται· εἰ δέ τις αὐτὴν
Μὴ κινοῖ, πάντων ἐστὶ δικαιοτάτη.

FINIS.

PARISIIS,
Excudebat Petrus Cheualier, in monte Diui
Hilarij M. DC. XIII.